

SACRVM
GYNECÆVM
SEV
MARTYROLOGIVM
AMPLISSIMVM.
SS. ac BB. Mulierum, &c.

Authore R. P. ARTVRO A MONASTERIO,
Recollecto.

SACRVM
GYNECÆVM
SEV
MARTYROLOGIVM
AMPLISSIMVM.

IN QVO SANCTÆ AC BEATÆ, ALIÆQVE CHRISTI Ancillæ: Martyres, virgines, lactentes, infantes, paruulæ, iuuenculæ, Adolescentulæ, nuptæ, viduæ, senes; sæculares, Regulares; cuiusuis ætatis, status, conditionis, dignitatis, & Ordinis; totius Deuoti fœminei sexus: recensentur.

Quæ tum vitæ sanctimonia, professione virtutis, merito castitatis, religionis Christianæ constantia, Catholicæ fidei cultu, & Miraculorum gloria Claruere: per vniuersum orbem, cunctis nunc vsque sæculis, post Christum natum, toto Anni decursu, seruato dierum ordine.

Annotationibus illustratum, ex plurimis, MM. SS. codicibus, ac probatis Authoribus, & in lucem nunc primò editum, cura & labore. R. P. ARTVRI DV MONSTIER, Rothomagensis, Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum Prouinciæ Parisiensis, sub Titulò S. Dionysij in Francia, concionatoris.

Adjectis indicibus copiosis, tum Materiarum præcipuarum, tum Nominum, Personarum, Vrbium, Regionum, &c. Cum singulari rei Historicæ discussione, & rationis Chronologicæ indagatione.



PARISIIS,
Apud EDMVNDVM COVTEROT, viâ Iacobæâ, sub signo Boni Pastoris, propè Mathurinenses.

M. DC. LVII.

Superiorum Permissu, Doctorum Approbatione, & Regio Placito.







SANCTISSIMÆ ET CHRISTIANISSIMÆ, ECCLESIÆ GALLICANÆ.

EIVSQ; ILLVSTRISSIMIS ET REVERENDISSIMIS Antistibus, Præsulibus, ac cæteris venerandis Sacri Cleri Ordinibus, Lutetiam nunc conuocatis, & adunatis.

D. D. D.



T si multis variisque figuris, Metaphoris & Tropicis, (PRÆSVLES ILLVSTRISSIMI) Ecclesia Catholica adumbretur, vobis liceat & mihi Illam conspicere, sub eo schemate glorioso, Mulieris fortis, *quæ à Sapientißimo Rege Salomone requiratur: sed non sterilis, aut infœcunda: Quippè, quæ prolem vtriusque sexus, toto orbe terrarum diffusam, eò copiosius protulerit, quò contrariis amplius obsistentibus repagulis, circumvoluitur, ac diuexatur, sanguine gloriosè profuso partam à se victoriam, forti inuictoque animo strenuè referens. Nec alibi miranda magis, quàm in ipsa hac Ecclesia (extra illam nunquam) Martyriorum Trophæa appensa, cunctis mortalibus, nec non supernis cœlitibus meritò suspicienda. Nam (vt inquiebat. D. Augustinus)* Quæ potuit esse altera Martyrij Mater: ista est; quod intellexistis, hoc est, de qua muliere volumus aliquid dicere, Ecclesia est. Non enim licet nobis loqui de quacumque alia muliere, quanquam & in recitatione passionis Martyrum, audiuimus fœminas, de quibus decenter loquamur; sed nec eas prætermittimus, quando matrem earum laudamus, &c. Nisi enim fortis esset, illa mulier, membra eius in passione defecissent. *Illi adstipulàtur Beda venerabilis, graui sententia, hæc eadem confirmans.* Mulier fortis (*ait*) Ecclesia Catholica vocatur: Mulier,

Prouerb. 31 ℣.10.

S. Aug. Serm. 45. de Diuersis.

Beda. Tom. 4.

In cap.13. proverb. videlicet, quia Spirituales Deo filios ex aqua & Spiritu Sancto gignere consueuit: FORTIS, quia cuncta sæculi aduersa simul & prospera, pro conditoris sui fide contemnit: quam ipse in carne apparens, infirmam quidem inuenit, sed inuentione sua, hoc est, pia visitatione fortem reddit.

Huic Itaque rependere vicem æquum esse nullus sanæ mentis denegabit: Epiphonema agens, vel ipse primus exclamans, Rex Sapientißimus, Dauidica proles. Proverb. 31. v. 31. Date ei de fructu manuum suarum: & laudent eam in portis opera eius. *At, quid egerit, quæ-ve operata sit manibus suis? sanè illustria ac præclara.* Beda sup. De fructu manuum suarum (*inquit*) plantauit vineam; *Hinc eius elogium.* Quia de fructiferis (*subdit præfatus Beda*) fidelium suorum factis, siue verbis, scripturam sanctam condidit, per quam mentes audientium in fide & dilectione debriaret sui Redemptoris Nec absre, Si vineæ nomine, ipsam Ecclesiam, quæ per mulierem fortem est designata, sentiamus esse figuratam; & eos esse propagines vineæ, qui sunt filij mulieris. Mulier autem vineam plantauit, cùm Ecclesia primitiua totum per orbem missis prædicatoribus, fidei semina dispersit. Considerauit namque agrum, cùm orbem vniuersum, vitiorum spinetis horrentem, cultore spiritali opus habere perspexit. Emit verò eum, missis vbique doctoribus, talentum verbi audientibus contulit, vt eos credentes fœlicissimo Christi mancipatui subderet. Plantauit autem in eodem agro vineam, cùm in nouis credentium populis, Ecclesiam plenæ Euangelicæ veritatis institutione firmauit. Quam quidem vineam de fructu manuum suarum plantauit, quia non solùm verbo instituebant Apostoli, Apostolorumque successores, populos, quos erudiebant; verùm & testimonium bonæ operationis, miraculorum quoque signa, verbis doctrinæ vngebant. Sed & vsque hodiè, immò vsque ad finem seculi, mulier fortis considerat agrum, & emit eum, ac de fructu manuum suarum plantauit vineam: quia Sancta Ecclesia semper sollicita perquirit, quos ad fidem conuertere possit. *Quæ in huiusmodi Hypotyposi;* (Antistes grauissimi) *disertè constat Episcopos, legitimos Apostolorum successores, manus Catholicæ extitisse Ecclesiæ, quibus cum ipsa operata, copiosam fœlicius aggregauit segetem, fructumque reportauit ingentem.* D. Hilarius in Math. 21.

Præstandum

Præstandum igitur etiamnum Ecclesiæ Catholicæ, nec non Gallicanæ, filiæ eius Primogenitæ, crediderim, inficiabitur nemo, de fructu manuum suarum; *cum exindè, & iam iam laudent eam in portis, in locis publicis, in consessibus illustrioribus, in Amplissimo senatorum cœtu, & coram Regibus ac principibus, opera eius eximia, atque præclara: maximè autem in hocce præsenti Sacro Gynecæo, seu Martyrologio fœminei sexus amplissimo; quo ad amussim recensentur quanta pertulerint, quibusve modis desudauerint prisci Antecessores vestri* (Clarissimi præsules) *in excolendo illo deuoto fœmineo sexu: cui licet fragiliori, Deus etiam inter cætera potentiæ suæ miracula victoriam Martyrij contulit; eiusque gratia, carnis spurcitias, & blanda vitia, mundique illecebras & oblectamenta, nec non Diaboli ac Tyrannorum sæuitiam, tormentis superiores, deuicerunt teneræ virgines; vix locum, quo ferrum exciperent, habentes. Hæ inter cruentas carnificum impauidæ manus; hæ, inquam. Stridentium grauibus immobiles tractibus catenarum, nunc furentis mucroni militis totum offerre corpus, mori adhuc nesciæ sed paratæ, vel si ad aras inuitæ raperentur, tendere Christo sponso inter ignes manus, atque in ipsis Sacrilegi focis trophæum Domini signare victoris, nunc ferratis colla, manusque ambas inserere nexibus. Sed nullus tam tenuia membra poterat nexu includere. Quid gloriosius quid mirabilius? Nouum Martyrij genus. Nondum hæ tenellæ puellæ idoneæ pœnæ & iam maturæ victoriæ; certare difficiles, faciles coronari: Magisterium implentes virtutis, quæ præiudicium vehebant ætatis, non sic ad Thalamos nuptæ properarent vt ad supplicij locum lætæ successu, gradu festinæ, processerunt virgines Christianæ: flere omnes, ipsæ sine fletu, mirari plerique quòd tam facile vitæ suæ prodigæ, quam nondum hauserant, iam quasi perfunctæ donarent. Stupere vniuersi, quòd iam Diuinitatis testes existerent, quæ adhuc arbitræ sui, per ætatem esse non possent: sed tandem certans in eis Deus, gloriosius reuexit triumphum.*

ex B. Ambrosi de virgi

Nunc Aposiopesi agendum venit: (Antistites præstantissimi) *& ad vos vertitur gradumque sistit peroratio nostra; Præsens opus, spectat ad vos, Sacrum hocce Gynecæum, vos conspicit; quippe quod nihil aliud contineat, aut præferat, quàm fructus manuum vestrarum, totiusque Ecclesiæ Gallicanæ, ac Catholicæ, vniuersæ: proptereàque sese vltrò in sinum vestrum eo cupidius inuolat: quo sacratius ac securius recumbere nauet & auet. Illud itaque pedibus vestræ dignitatis ac sanctitatis subdo, modò*

vt pro vestra benignitate dextras ei porrigatis: ne excidat aut conculcetur: sed placido vultu, ipsum admittere, seu intueri dignemini, obnixius instat: vt fructum amplius afferat.

VESTRÆ ILLVSTRISSIMÆ AC REVERENDISSIMÆ DOMINATIONIS.

Lutetiæ Parisiorum ad suburbium S. Martini, in Conuentu Annuntiation. S. Virgin. Mariæ Deiparæ. anno. 1656. die. 8. Septemb.

Humillimus in Christo seruus,
F. ARTVRVS DV MONSTIER,
Ordinis Minorum Recollectorum,
Prouinciæ Parisiensis, concionator.



ILLVTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D. D.

FRANCISCO DE HARLAY.

SANCTÆ ECCLESIÆ METROPOLITANÆ Rothomagensis Archiepiscopo, totiusque Neustriæ primati, Comiti Loueriensi, Deppensi, &c.



CITE' olim (ILLVSTRISSIME ARCHIPRESVL) Ecclesiastes ille, sapientissimus Rex, à Spiritu Sancto edoctus, verba facturus planè cœlestia, sub exordio suæ narrationis, hæc effarus est. *Ad locum, vndè exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant.* [a], Quod autem contigit in rebus creatis, & insensibilibus creaturis, illud fœliciore sorte cernimus eueniре, in moralibus, & sacræ Religionis motiuis. Constat quippe Christum Dominum caput esse Ecclesiæ; [b] *Omnia quippe subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius.* [c] Lapis est etiam ille Angularis reprobatus, qui factus est in caput Anguli. [d] Apostoli in superdicti sunt quoque fundamenta Ecclesiæ: *Superædificati supra fundamentum Apostolorum* [e]. Et maximè Petrus: dicente Domino: *Tu es Petrus & super hanc Petram, ædificabo Ecclesiam meam.* [f] De quo, simul cum Apostolo Paulo, canit Ecclesia Catholica: *Per quos Religionis sumpsit exordium.* [g].

Cùm autem Episcopi successores sint Apostolorum. *Patres* (ait D. Hieronymus) *missi sunt Apostoli:* [h] verùm, *pro Apostolis* (inquit S. Augustinus) *filij nati sunt tibi: Constituti sunt Episcopi. Hodiè enim Episcopi, qui sunt per totum mundum, vndè nati sunt? Ipsa Ecclesia Patres illos appellat: ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum.* [i] Propterea, eodem munere Apostolico functi sunt, in opere Ministerij, ad quod assumpti fuere, ex diuina Dispensatione; quos sic alloquebatur Doctor Gentium: [l] *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.*

Hi itaque dispersi per vniuersum orbem, & pastores instituti, Christianæ fidei ac religionis vbique locorum primordia dederunt; cultum Diuinum longè latèque propagarunt; Ecclesias fundarunt; ac pro conuersione & salute animarum impensè laborauerunt. In Gallijs messis multa cùm esset, à sancto Petro, plures illic sunt ablegati Episcopi & pastores: idem factitatum legimus, à B. Paulo Apostolo, dùm Galliam petens, vt in Hispaniam pergeret, alii sunt instituti. [m]

a Eccles. 1. ℣. 7.
b Ephes. 1. ℣. 15. & c. ℣. 23. Colossens. 1. ℣. 18.
c Ephes. 1. ℣. 22.
d Math. 21. ℣. 42. Act. 4. ℣. 11.
e Ephes. 2. ℣. 20.
D. August. in Psal. 86. ante med.
f Math. 16. ℣. 18.
g oration. SS. Apostol. 29. iunij.
h Epistol. ad Marcellam, de Erroribus Montani.
i Tom. 4. in Psal. 44. ℣. 18.
l Act. 20. ℣. 28.
m vide Neustriam Christian. ex multis.

Tum Denique, à sancto Clemente Papa. D. Petri successore, Ipsiusque, B. Pauli Discipulo, ingens numerus virorum Apostolicorum ad nos est directus anno. 98. vnà cum sancto Dionysio Areopagyta, primo Parisiotum Episcopo, omnium Coriphæo & Antesignano: quem nostrates sequuti sunt, præsules: Nicasius Rothomagensis: Taurinus, Ebroicensis; Exupetius Bajocensis, &c. m Talesque fructus, auspice Christo, sic fœliciter exindè reportarunt, vt tota fere Gallia, breui temporis spatio, hoc est, eodem sæculo, mox Euangelij Luce illustrata sit, & ad Christum conuersa; iuxta Tertullianum, testem oculatum, coæuum, & Synchronum, ad ann. Christi 199. hæc proferentem: nimirum, quòd tunc temporis, *Maurorum multi fines: Hispaniarum omnes termini; & Galliarum diuersæ nationes, &c.* Christo colla iam subdidissent. a Haud tamen absque pressura & labore pro Christo libenter, & vltrò exantlatis, vsque ad sanguinis profusionem, vsque ad Martyrij lauream capessendam.

Quorsum hæc effari? Sanè, quia, teste. D. Cypriano: *Martyres non faciunt Euangelium, sed per Euangelium fiunt.* b per Euangelium quippe Christo adhæremus. *Per Euangelium* (inquiebat ille Gentium Apostolus) *ego vos genui.* c per Euangelium, & pro Euangelio discimus quæque grauia, pro Christi honore, pati. Nequeunt autem Christiani persecutionibus imminui: *Semen* quippe, *est sanguis Christianorum:* d cuiusque plus effusum fuerit, eo major promittitur fidelium prouentus; quemadmodum messis copiosa amplioris segetis præparatio est. e *sicut Plantæ irrigatæ* (addit illud os aureum) *magis crescunt, ita & fides nostra oppugnata magis floret, & vexata plus exuberat; neque ita hortos aquarum irrigatio reddere fæcundos solet, vt Martyrum sanguis irrigare natus est Ecclesias.* f vt propterea rectè intulerit Tertullianus illud axioma: *Fiunt non nascuntur Christiani.* g

Porrò pietas cum Euangelij prædicatione, & fidei disseminatione, in dies multùm excreuit, maximè post Martyrum sæcula, circa ann. 320. cessante persecutione aduersus Christianos: qua ætate, Monacharus, seu, Religiosus status, qui *à tempore Apostolicæ prædicationis sumpserat exordium*, vti scribit Cassianus: h ampliores suæ lucis radios emisit: ita vt non solùm viri, (quorum Dux & Antesignanus fuit S. Antonius) illud vitæ genus assumpserint: sed & Heroinæ mulieres, ac virgines illustriores, eidem instituto nomen dederint, vti Romæ S. Marcella, &c. Operâ Ss. Athanasij & Hieronymi: Mediolani, Bononiæ, & Florentiæ; interuentu. B. Ambrosii: in Africa, per D. Augustinum: in Galliis, Auctore S. Martino Episcopo: in Neustria, & Veromanduis ac Morinis: per *S. Victricium*, Rothomagensem Archiepiscopum: qui sub Iuliano Apostata Cæsare, militabat. anno 361. quo amore Christi, arma deposuit, & à Tribuno cruciatus, sed Diuinitùs, seruatus illæsus, circa anno 363. miro feruore accensus est in promouenda fidelium salute, præcipuè verò, anno 390. & 404. quibus in præfatis Prouinciis complura virginum extructa sunt Asceteria, & Templa Christo consecrata; referente, D. Paulino, in Epistola ad ipsum *S. Victricium:* quem è sua Nola, magnis extollit præconiis, siue cùm ad Martyrii laudem capessendam, inuicto animo prosiliuit; siue, cùm è loco certaminis, libet solutusque progrediens, ad spiritualia virtutum documenta cæteris, longè latèque præstanda, se accinxit. Quid verò ad absolutam Martyrii rationem, ipso sancto Paulino testante defuit; nisi quòd reseruaretur ad animarum lucrum, magnis adhuc laboribus, Maioribus meritis, maximis laudibus cumulandus *Victricius?* Hoc ei fuit virtutum in Christi Palæstra rudimentum: quod longorum exercitiorum paucis consummatio est, ac fastigium. Eum fama impleuerat multos inter Belgas populos nondum satis excultos, magnis erroribus

Tom. 1. & 2. f b Iottio.

a Aduersus Iudæos. cap. 7.

b lib. 5. Epistol. 4. Nouæ edition. 25.

c 1. Corinth. 4. ℣ 15.

d Tertul anus in apologetic. cap. vlt m.

e S. Leo Papa serm. 1. in natali. Ss. Petr. & Paul.

f D. Chrysostomus Homil. 40. in Inuentionem & Maximi. Martyres

g c. 18. sup.

h collation 18 cap. 5. Bellarmin. De Monachis Platus de Bono Status religiosus Bonus de sign. Eccles. Dei Grisius De Clericis Regularib Jodocus Coccius Tom 2. Thesauri Catholic. lib. 4. Petrus. Canisius in opere catechistico De consiliis post 8. Augustin. Tract. 97. in Ioannem & in Psal. 132.

erroribus Iactari, sed primò in Morinos certus est iter capessere, gentem Oceano conterminam, quo nihil praeclarius alibi in Apostolico munere praestitit. Vbi quondam deserta Syluarum, ac littorum pariter incura, aduenae Barbari, aut latrones incolae frequentabant, nunc venerabiles & Angelici sanctorum chori, vrbes, oppida, insulas, Syluas, Ecclesiis & Monasteriis plebe numerosis, pace consona, Christum celebrant. Denique *Rothomagum* non minoribus illustrauit virtutum splendoribus, & foelicioribus auspiciis euexit, dùm inibi complures populi Ecclesias, & virginum Monasteria construenda curauit. Cuius rei factum in longinquis etiam Prouinciis peruulgarum, recenseri venerabiliter auditum est. Planè delectat lectio tanti praesulis Epistolae de huiusmodi, *S. Victricij* facinoribus praeclarè tunc gestis, dùm etiam addit, eò aduenas concurrisse, ad Monasteriorum Rothomagens. concinnum ordinem conspicandum; ad virginum & viduarum, purissimam vitae normam discendam; ad coniugatorum castum cubile demirandum: a non minùs quàm in Palaestinam, ad memores Christi notas peruidendas. Qua de re, nacta opportunitate, vltrò dixerim, Rothomagenses nostrates meritò ab eo schemate, pro stemmate gestasse, Aguum Dei cum cruce, eo lemmate circumdatum. *Agni Rothomagum Decus.* b

a S. Paulinus Nol. ... Episcopus. Epist. ... ad Victricium Rothomagens. Episcop. Malbraneque. Tom. 4. in Mo... lib. 2. cap. 23. & Seq.

b Tom. 1. Neustr. Christiana Miti..la..ex. lib. 3.

Verumenimverò, haec ipsa Gallorum pietas ac deuotio, noua excepit incrementa, postquam anno 500. Clodoueus, Rex proto Christianus effectus cum Francis, per Baptismi lauacrum Christo regeneratus est. Quando quidem ipse, & eius successores, Francorum Reges, simul cum Reginis vxoribus, fundatores propagatoresque amplissimi euasere cultus Diuini, vti Ss. Clotildes, Batildes, Radegundes, &c. tunc namque visae sunt exoriri Abbatiae sanctimonialium, Iotrensis, Callensis, Brigensis, seu Pharae Monasteriensis, &c. in Brya, & Francia: Fiscanensis, Monasterii Vetetiensis, Pauliacensis, Moustrolicnsis, Almaniscarum, &c. In nostra Neustriaea Prouincia, quae postea Barbarorum irruptione saepè iterata, destructa & depopulata; denuò ampliore foenore ac Religione sunt restaurata, fundata & ditata, nec non in pristinum splendorem reducta. Normannis ad Christum conuersis, anno. 912. per *Franconem* Rothomagensem Archiepiscopum, quorum Regia, ac Christiana liberalitate pietateque, cuncta sunt renouata, & magnificentissimè exornata ac multiplicata. c

c in Neustria pia.

Ad te nunc, (*Archiantistes gloriosissime*) verbum conuerto, nec illud audire, precor, recuses, sed placido vultu, uelim, accipias. Si igitur, post Christum Dominum, à sanctis Apostolis, eorumque discipulis, viris Apostolicis tuis Antecessoribus, sanctissimis Episcopis, nostrates lumine Euangelij sunt illustrati, atque totius Religionis & pietatis profluuio irrigati, tot sanctitatis ac perfectionis produxerunt monimenta: haud mirandum est, si nunc temporis, ad TE, per successionem veram & legitimam, veluti ad locum, vndè exierunt, tanquam flumina decurrentia, hoc praesenti opere, sicut aquae in vtre, *d* contenta & collecta, reuertantur: per gratiarum actionem Tibi debitam, sacram queillationem: vt iterum, tua approbatione, & grata acceptatione, iterum fluant; populo tibi credito, imò vniuerso orbi, propalanda & communicanda; vt ad amussim tot coelitum ac virginum exemplis ad lecti, copiosiora valeant virtutum specimina, vti piè aues, accrescere in dies, maximè per omnes Neustriacae Prouinciae fines.

d Psal. 32. ỳ. 7. & Psal. 77. ỳ. 13.

Gloria sanè haec est Deo, Christo, & omnibus sanctis eius: Tibique honos non paruus, qui tot sanctorum pontificum successor factus haberis & imitator: sponsarum verò Agni immaculati, Christi Saluatoris, & sacrarum virginum, nec non Martyum, ac totius Deuoti foeminei sexus sanctarum mulierum, (quatum

[a Hymnus virg. apud Breuiar. Roman.] trophæa, Epinicia, & Encomia, præclaraque facinora Tibi offero dicoque) propagator diceris & propugnator. Nec abs re, cùm Te haud dedeceat, Christo præeunte, ectypa ducere, qui pascit inter Lilia; septus choreis virginum, a quem, quocumque pergit, sequuntur virgines, laudes illius personantes.

Constat, priscis illis temporibus, Constantinopolim dici *Vrbem Virg. Mariæ*; tum ob illius Dedicationem sibi à Constantino magno factam, ann. 330: tum propter varias Basilicas illic in eius honorem extructas; tum denique, quòd eam sæpiùs ab hostibus, ab igne, peste, fame, ferro, liberauerit. b Idem fide non amplius, (*Illustrissime Archipresul*) contuendum licebit. In nostra vrbe Rothomagensi, quæ dudum consecrata Agno Christo, (qui est Dux & corona virginum) illius vexillum defert & arma. Roma vetus, *Rotundam* colit virgini matri dicatam; Rotomagi etiam eadem veneratur *Rotonda* Deiparæ consecrata in media vrbe. Sed & Cathedralis ac Metropolitana vestra ædes, eiusdem virginis Mariæ sanctissimæ, Augustissimum nomen præfert. Insuper & laudant eam in portis vrbis nostræ opera eius, in quibus nunc vsque sacræ eius imagines prostant, in perpetuum illius honorem, & nostrum per opportunum præsidium: quo vltrò fatemur indiguisse; & eo freti ac contecti, sæpiùs ab inimicis, ab incendiis iteratis, à peste toties renouata, ab hæretica infestatione, & bellico furore, tandem euasimus liberi & immunes. Denique in suburbiis & extra, sacræ visuntur Basilicæ celeberrimæ ipsiusmet virginis, à *Bonis nuntiis*, & *succursu*, denominatæ: vbi ingens habetur populi Rothomagensis deuotio, & efficax eiusdem virginis experitur opitulationum accessio. Taceo, ne vltra progrediar, tot Monasteria virginum religiosè, inibi, sub auspiciis ipsius matris Dei degentium; vt propterea, Rothomagum rectius Parthenopolim dixerim.

[b Sozomenus Cedrenus & alij Græci ac Latini apud Beyerlinck Tom. 1. Calendarij. Virgin. ad. 31. Maij Item Tom. 2. ad. 15. August. post canisium Baronium. &c.]

Accipe igitur (*Pontifex optime*) præsens qualecumque tibi Parthenicum opus, Sacrum Gynecæum, munusque sanctum, in tui gratissimi animi commendationem, & mei erga Te deuinctissimi obsequii significationem; Tuus quippe per omnia adsto supplex ad Pedum Tuum Pastorale sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ Rothomagensis; cui me totum debere ingenuè profiteor, fide, Religione, professione, Ordine, solo, natura, gratia, & fortuna; sicque tantum in me collatum agnosco beneficium: vt habendis agendisque gratiis, par esse nequeam. Faxit omnipotens, vt diu fœlix ad multos viuas per annos: & mea me tellus audiat esse tuum.

F. ARTVRVS DV MONSTIER,
Rothomagensis, Minorita Recollectus,
Prouinciæ sancti Dionysij In Francia.

CANDIDO LECTORI.



IRABERIS forsan, quid meam impulerit mentem, vt hisce nouissimis diebus, ac postremo sæculo, præsens opus sim aggressus, maximè, cùm iam pridem tot sanctorum Martyrologia, Menologia, Agiologia, Legendaria, Catalogi, Fasti, &c. hactenùs prodierint in lucem? Sanè non aliis de causis (post majorem Dei gloriam, sanctorum honorem, & Ecclesiæ veræ ac Catholicæ decus) quàm vt animos complurium auerterem à tot quæstitis vanis, & ridiculis; aliorum verò mentes benè affectas conciliarem ac peramplius ad Diuinum amorem inflammarem. Priorum verba in medium proferamus.

An Fœminæ vocentur ad fidem Christi per Baptismum?

Absit: cùm constet illas, nec olim vocatas fuisse ad Circumcisionem, & figura repræsentet, necesse sit, rei figuratæ effigiem? nec abs re: ob mentis fœmineæ mobilitatem, & peruersitatem, quæ in Eua totum deturpauit genus humanum.

An ad gratiam, post lapsum, vocentur mulieres ad pænitentiam?

Nusquam: certum quippe est hoc versutum animal mille modis sese occultare, vt incautos decipiat, & quo semel imbutum fuerit seruabit odorem, vti testa diu: propterea Diluuium in nos adduxit: & cauendum ab illo sæpè sæpius à cœlesti oraculo monemur.

An Resurrecturæ sint fœminæ, in judicio extremo ad gloriam, in proprio sexu?

Nullo modo: nam cùm nulla tunc erit amplius generis humani propagatio, nec his opus erit ad eum finem; Deinde, quot mala in orbem inuexerint, Scimus; timendumque esset, ne forte status ille Beatus ab ipsis perdlitaretur.

An admittendæ sint ad societatem ciuium supernorum?

Nequaquam: Qui enim ad cœnam vocati sunt, soli homines referuntur; Paradisus quippe noster, dissimilis est à Mahumetano, qui suum replet mulieribus, earumque spurcitijs: sed & si nobis vxores dimittentibus propter Christum, vt illi fortius adhæreamus, præmium promittitur æternum: quid moramur quominus eas cœlesti Regno expellamus, vt illic securius Christo perfruamur? Centuplum pro rebus omnibus, quas dimisimus, tunc scimus esse nobis reddendum: at de fœminis id intelligendum esse, nec volumus, nec intelligimus: cùm & si in cæteris digna sit retributio, in vxoribus appareat turpitudo: vt qui vnam pro Deo dimiserit, centum recipiat in futuro.

An tot fœminæ, tunc saluandæ, si quæ sint, quot viri, seu tot sanctæ fœminæ, quot iusti homines.

Ne vna quidem; mulierem enim fortem quis inueniet? Melior quippe est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, inquiebat ille vir sapientissimus. Vnde scimus fœminis perpetuò fuisse interdictum Gymnico spectaculo, ludisve Olympicis interesse: solique illi mulieri (quam Græci *Pherenicem* appellant) id licuisse, ex singulari priuilegio, quippe quæ patrem, & fratres tres haberet Olympionicos. Cur igitur fœminæ admittendæ ad visionem Beatificam, cœlique gaudia, quæ nobis in sæculo agentibus tot protulere mala?

Hæc sunt delyramenta, & vana, ridiculaque filiorum huius sæculi eloquia; *Quæ quidem* (vt cum Apostolo loquar) quæstiones præstant magis, quàm ædificationem Dei, quæ est in fide. *Finis autem præcepti, est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta:* a 1.Timoth. 1. ỷ. 4. 5. 6. 7.

à quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse Legis Doctores; non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. a Quapropter eumdem discipulum. S. Timothæum idem Doctor Gentium informans, subdit, rursus ad eum scribens. *Stultas autem, & sine disciplina quæstiones deuita, sciens, quia generant lites: seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati, &c.* b

b 2. Timoth. 2. ℣. 23. & Seq.

§. 2. At quid stultius, aut magis vanum, inter Christianos, & Catholicos; quàm prædicta effari, & garriendo in nos; c dubitare, de vocatione omnium creaturarum rationabilium, absque distinctione sexus, ad S. Baptismum? *Euntes,* (inquit Christus Dominus) *docete omnes gentes: Baptisantes eos, in nomine Patris, &c.* d quod S. Apostolus ita luculenter explicat, nostros alloquens Galatas. *Omnes enim filij Dei estis, per fidem, quæ est in Christo Iesu. Quicumque enim, in Christo Baptisati estis, Christum induistis. Non est Iudæus, neque Græcus; non est seruus, neque liber: non est masculus, neque Fœmina: omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu.* e Eodem modo intellexerunt cæteri Apostoli: qui erant Ierosolymis, cùm audissent Samariam recepisse Verbum Dei, per S. Philippum; Teste D. Luca Euangelista: *Cùm verò credidissent Philippo, Euangelizanti de Regno Dei; in nomine Iesu Christi Baptisabantur viri ac Mulieres, &c.* f cætera perstingamus, percurramusque singula.

c D. Ioann. Epistol. 3. ℣. 10. d Math. 28. ℣. 19. e ad Galat. 3. ℣. 26. 27. & 28. f Act. 8. ℣. 12.

Quo ad secundum quæsitum; quàm pulchrè ac benignè misertus nostri Saluator nos
§. 3. omnes inuitat, ad salutem; *Venite* (inquit) *ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis; & ego reficiam vos.* a Sed quales vocas, ô Bone Iesu? *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam* b nunquid fœminas Exclusit? Testes adsint, (vt vetus Testamentum taceam) reclamentque, mulier Cananæa à finibus suis egressa: c mulier adultera: d mulier Samaritana; e mulier in ciuitate peccatrix. f Quod mansuetus Dominus confirmat, dicens. *Amen, Amen, dico vobis, quia publicani & Meretrices præcedent vos in Regno Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via Iustitia & non credidistis ei: Publicani autem & Meretrices crediderunt ei, vos autem videntes, nec Pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis.* g Qua de re SS. Patres audiamus: sic enim loquitur D. Theodoretus in Psalmos scribentem. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, &c. Nemo autem videns* (inquit) *in hoc loco virum tantum modo Beatum dici; arbitretur fœminarum genus ab hac Beatitudine excludi. Neque enim Dominus Christus, cùm formaret Beatitudines, tanquam de maribus loquens, negauit mulieribus acquisitionem virtutis. Sermo enim cum viris comprehendit etiam fœminas, &c.* h Sic & D. Cyprianus explanans, illud Euangelij: *sunt enim spadones, qui ex vtero matris, nati sunt, sic, &c.* i ita exponit: *Dennò quoque per hanc Angeli vocem continentiæ munus ostenditur, virginitas prædicatur. Hi sunt, inquit, qui cum mulieribus se non coinquinauerunt; virgines enim permanserunt: hi sunt, qui sequuntur Agnum, quocumque ierit* l *neque enim tantum masculis continentia gratiam Dominus repromittit, & fœminas præterit: sed quoniam fœmina viri portio est, in scripturis ferè omnibus, ad Protoplastum Deus loquitur, quia sunt duo in carne vna;* m *& in masculo simul significatur & fœmina, &c.*

a Math. 11. ℣. 28. b Luc. 5. ℣. 32. c Math. 15. d. Ioan. 8. e Ioan. 4. f Luc. 7. g B Theodoretus, in Psal. 1. ℣. 1. i Math. 10. ℣. 12. l Apocalypſ. 14. ℣. 4. m Genes. 2. ℣. 24. n S Cyprianus, de Disciplina, & habitu virginum

Porro, vt ad aliud transeamus, notanda sunt verba saluatoris, clarè illud exprimentia, in parabola illa: *Simile est Regnum cœlorum Decem virginibus: &c. Venit sponsus, & quæ*
§. 4. *paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias.* o Similiter & de Historia illius mulieris, quæ septem viros habuerat, à Sadducæis Christus expostulatus, sciscitabatur: *in Resurrectione cùm Resurrexerint, cuius de his erit vxor?* Quibus respondit: *Erratis, non scientes scripturas, neque virtutem Dei: cùm enim à mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nubentur: sed sunt sicut Angeli in cœlis.* p Quod clariùs explicatur, apud alium Euangelistam. *Ait illis Iesus: Filij huius sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias, illi verò, qui digni habebuntur, in sæculo illo, & Resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores, neque enim mori vltra poterunt, æquales enim Angelis sunt, & filij sunt Dei cùm sint filij Resurrectionis.* a Id est, non erit amplius corruptio, nec corporum commixtio, nec sexus diuersitas erit vltra ad vsum: sed vterque sexus statu mutato (cùm mortale induerit, iuxta Apostolum inmortalitatem *b*) manebit, quo ad substantiam similis Angelis factus in cœlis, absque corruptione, in gloria fixus & beatùs.

o Math. 25. p Marc. 12. ℣. 23. 24. 25. a Luc 20. ℣. 34. & seq. b 1. Corinth. 15. ℣. 53.

Scio

Scio olim quosdam æstimasse fœminas non in proprio sexu, sed in virili resurrecturas, & §. 5.
in viros transformandas: sicque in Resurrectione non fore, sexuum diuersitatem: quorum rationes ita leues ac futiles recensitæ, sunt vt meritò ab Ecclesia Catholica prorsùs reijciantur; cùm in Resurrectione corpus idem numero resurget, in eadem carne, & sexu: quam veritatem veluti Orthodoxam tueantur, Iustinus Martyr. *c* Tertullianus, *d* latius autem S. Augustinus: *e* sed copiosius, distinctius, ac subtilius & Validius, B. Hieronymus, Epistol. ad Pammachium, contra errores Ioannis Hierosolymit, Episcopi; quam magna cum animi voluptate legi, illamque huc adduxissem integram, nisi prolixior fuissem. Legas, velim, Mi Lector, tanti Doctoris sententiam; & certo certius comperies, nihil amplius desiderandum, siue Philosophiam spectaueris, vel Theologiam: suæ fidei præconium, hocce lemmate proferens: *Fidem Ecclesiæ apertissimè confitebor: Resurrectionis veritas Catholicæ, sine carne & ossibus; sine sanguine & membris, intelligi non potest; vbi caro & ossa; & sanguis, & membra sunt: ibi necesse est vt sexus diuersitas sit: vbi sexus diuersitas, ibi Ioannes, Ioannes: Maria, Maria: &c. f* Nil verius, nil melius: quia Resurrectio corpora respicit: non animas, quæ, teste Tertulliano, *sexum non habent. g*

Non me latet Cornelium *à Lapide*: *h* & Petrum *à sancto Romualdo*. *i* impegisse in *Scotum, Doctorem subtilem, huiusmodi errorem illi perperam tribuentes; quòd omnes in virili resurgerent, sexu, præter B. Virginem Mariam, Deiparam*: quem Patres damnant. At si præfati, Authores nouissent distinguere inter Additionem & Textum, exactiùs sanè omnia examinare debuissent: ne talem Doctorem, sic præproperè & impunè accusarent: pro vt meritò obseruat Reuerendissimus & eruditissimus Hugo cauellus, Armachanus Archiepiscopus, in scoliis; *l* Et nos iam Annotauimus ad Martyrologium Franciscan. sub 8. Nouemb. §. 6.

Denique, ad vltimum, Responsio in promptu est: cùm in re Clarissima haud vtendum sit testimoniis non necessariis. Constat quippe apud Deum nullam esse personarum acceptationem, vti sæpius inculcat Apostolus: quod disertis his verbis declarat Saluator, dicens. *Quicunque fecerit, voluntatem Patris mei, qui in cælis est; ipse meus frater, & soror, & Mater, m* vides Redemptorem nostrum, sexus, gradus, aut ætatis, nullam facere differentiam: vel acceptare personam: vt etiam S. Petrus postea fassus est, in conuersione Centurionis Cornelij *n* itaque *Siquis aliter docet*, (ait D. Paulus) *& non acquiescit sermonibus Domini nostri Iesu Christi; & ei, quæ secundum pietatem est, Doctrinæ: superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum: ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, conflictationes hominum, &c. o* sed potius, *Curent*, (inquit idem S. Apostolus) *bonis operibus prodesse, qui credunt Deo: hæc sunt bona & vtilia hominibus: stultas autem quæstiones, & Genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita: sunt enim inutiles & vanæ. a* sicque, vt paucis absoluamus, dicendum duximus, quòd tot saluandæ sunt mulieres, quot homines, & tot viri quot fœminæ beatitudine fruituri: modò viam mandatorum Dei, æquo pede, percurrant. §. 7.

Quiquidem status fœmineus in tres distinguitur Ordines: virginum, scilicet, viduarum, & coniugatarum: *Tres quipppe tantummodo fœminas Deus nouit: Quæ his plures sunt, in eius adhuc notitiam non venerunt. Nouit enim virgines cum MARIA, viduas cum ANNA, coniuges cum SVSANNA.* inquit B. Damianus Epistol. 16. lib. 7. Epistol. subtiliter quidem, sed veraciter: nouit etenim Deus, qui sunt eius, qui sibi obediant, pareantque monitis; &c. peccatores autem dicitur obliuioni habere: eo quòd à se per peccatum recesserint.

Quantum verò spectat ad alterum huiusce præsentis operis motiuum; multi multa, ea de re, scripserunt: sed strictim, & determinatè: seu permixtim, & promiscuè: non autem in vniuersum & generatim: veluti Iacobus Philippus, Bergomas, Augustinianus: Iacobus Foderetus, Franciscanus: Doctor almæ facultatis Theologiæ Pariensis, Aubertus Myræus: canonicus Antuerpiensis, Ludouicus Iacob, Carmelita, Hilarion à costa, Minimus: & alij ab ipso citati in monito ad Lectorem: cæteros quippe omitto, qui ciuiusuis religiosi Ordinis & congregationis, maximè suæ professionis, alumnas & sectatrices fœminas, suis scriptis, piè eximieque collaudarunt, ac publicarunt. Nos autem in vnum collegimus, illas, quæ vitæ sanctimonia, merito castitatis, professione virtutis, Christianæ fidei constantia, Catholicæ religionis zelo, Martyrij Palma, vel miraculorum gloria, Christo Domino auspicante, nunc vsque, toto orbe terrarum, & vbique locorum, per cunctas sæculorum ætates, in quouis statu, conditione & Ordine, vel annorum computatione, præclarè fulserunt: non quòd omnes totius huiuscemodi sexus fœminei recensuerim personas; hoc enim viribus §. 8.

c Quæst. 51. & 90. ad Orthodoxos
d lib. de Resurrectione carnis c. 6.
e lib. 22. de ciuitate Dei cap. 17. & seq.
f Epistol. 61. ad Pammachium, vide Othonem Frisingens. lib 8. Chronic. cap. 12.
g Tertullianus. lib. de Anima.
h Comentar. in Epistol. ad Ephesios. cap. 4 ℣. 13.
i Tom. 2. Thesaur. Chronologius ad an. Christi. 34.
l in 2. Sentent. Scoti. Distinct. 20. quæst 4.
m Math. 12. ℣. 50. Marc. 3. ℣. 35.
n Act. 10. ℣. 34.
o 1. Timoth. 6. ℣. 3. & 4.
a ad Titum 3 ℣ 8. & 9.

b in oratione Secreta ad Missam Feriæ 4. Cinerum. c. in Psal. 118 ✝ 161.

meis impar esset, & humanæ mentis facultatem longè excederet; vt potè soli Deo competens: quod ingenuè, verèque fatetur Ecclesia Catholica: hisce verbis. *Deus, cui soli cognitus est numerus Electorum in superna fœlicitate locandus, &c.* b sed tantummodo eas retuli; quæ mihi visa sunt probatorum Authorum testimonio; ac laudum potiori præconio; cumulatius commendatæ; vt his in medium propositis, veluti ad signum: vel tanquam ad præmium, omnes efficacius, excitarem ad virtutem & pietatem: *Cùm* (iuxta S. Ambrosium) *Pietas omnium virtutum fundamentum sit.* c

d Apud Virgilium. e Iudith. 10. ✝. 18.

§ 9. Quid ni tam efficax exemplum alliciendo non attraheret, conciliaretque intuentium obtutus, quando quidem & Helena Trojanorum militum sic prestrinxerit oculos: d & Iudith Satellitum Holofernis, Pugnantium-ve Assyriorum corda, ita demulserit: vt solo sui aspectu, ad conflictum, & certamen, robur illis addiderit, auxeritque animos. *e* Nec minus id quoque sperandum fore crediderim in Fœminis, quod euentum cernimus in viris: cùm nonnumquam, inter Christianos, conspexerimus tempore persecutionis, sub Tyrannorum acerbitate, pro Christi gloria & honore, decertantes fœminas, ac puellas virgines, fœlicius palmas Martyrij reportasse: & quandoque viris etiam ipsis fortiores euasisse. Sed præstat S. Ioann. Chrysostomum audire loquentem, osque illud aureum verba depromens, iuuat arrectis auribus attentiùs excipere. *Si quis nunc* (inquit) *ad Ægypti veniat solitudines, Paradiso quouis, omnem illam videbit eremum digniorem, & innumerabiles Angelorum cætus in corporibus fulgere mortalibus: & populos Martyrum, & choros virginum, & omnem quidem Tyrannidem Diaboli dissolutam, Christi autem Regnum coruscans: & illam Poetarum, & Magorum quondam ac Philosophorum parentem, & cuiusque generis imposturarum repertricem: quæque etiam cæteris propria inuenta tradiderat; videbit modo piscatorum magisterio glorian tem; & contemptis omnibus iam illis, repudiatisque, publicanum vbique, ac Sutorem pellium, circumferentem, atque ad maximam, fidei gloriam, crucem Domini præferentem. Et hæc omnia bona, in Vrbibus solùm, sed etiam in desertis magis florent locis, quàm in ipsis Vrbibus. Est enim cernere tota illa regione difusum exercitum, Christi, & admirabilem illum Regium gregem, virtutumque cœlestium conuersationem in terris micantem. Atque hæc, non in viris solum, verum etiam in fœminis splendere conspicias; nam illæ quoque, non minori, quàm viri, virtute decorantur: non Clypeo arrepto, in equum insilire, callentes: vt honestissimi illi, & sapientissimi Gentilium iubent magistri: sed multò certè vehementiùs bellum gerentes. Communis illis ac viris, aduersus Diabolum pugna est, contraque huius mundi potestates: nec vspiam teneritudo sexus his congressibus impares facit: non enim natura corporis, sed voluntate animi exercentur ista tertamina. Propterea sæpè in huiusmodi acie fortiùs viris Fœminæ decertarunt, ac trophæis insignibus Claruerunt. Non ita variis Astrorum choris cœlum refulget, vt Ægypti eremus, innumeris Monachorum ac virginum distinguitur, atque illustratur habitaculis, a* Propterea & Saulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini: fœminas nullatenùs omisit: *accedens quippe ad principem sacerdotum, petiit ab eo Epistolas in Damascum ad Synagogas: vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Hierusalem. b*

a in Math. 2. homil. 8.

b. Act. 10. ✝. 1. & seq.

c Baronius. in Annal. Ecclef. Bosius de signis Eccles. Dei Surius. Canisius. Lipomanus. &c.

Antiquorum sunt ista, fortassis dices, Apostolorum, Christi Discipulorum aliorumque

§. 10. Martyrum, quos prisca ætas tulit. Atqui ego innumeras fœminas in qualibet ætate huiusmodi fuisse, ex indubitatis Historiarum Ecclesiasticarum monimentis ostendere apertissimè possem; ni iam complures viri: illustres me ea in re præuenissent. c Quis enim illarum multitudinem cuiusuis ætatis, generis, status, nationis, ac populi enumerare quiret? Quæ pro Christi confessione, pietatis cultu, ac virtutis amore, sanguinem profundere, vitamque lætissimè ponere norunt, virgunculæ, puellæ, nuptæ, virgines sacræ, viduæ: nobiles, Diuites, liberæ, seruæ, inopes, &c. Nunc producemus fœminas ipsas tanta morum præstantia ex omni parte ornatas; vt nullos vnquam mares, tota antiquitas, qui possint eis comparari, proferre valeat. Neque verò hic solum ago de virginibus Deo dicatis, quarum numerus propè est infinitus; sed de illis verba etiam facio, quæ non modò semet ipsas instituere optimè nouerunt, in quadam vitæ simplicitate viuentes, aut aliquam familiam sanctissimis legibus moderari: sed Regna & amplissima gubernare, totique orbi iura verè cœlestia dare potuerunt. Agimus namque hic de complexu omnium virtutum, siue priuatam, siue publicis rebus seruientem, vitam spectent: in quibus vel ipsæ fœminæ postremæ priscos omnes, si omnium virtutum chorum simul consideres, vincunt. Harum autem pietate Deus sæpe vsus est ad profectum Christianismi, cui priores plurimùm contulerunt: sic itaque publico ipsius Religionis Christianæ bono profuerunt; vt propterea Reginæ ipsæ, ac illustrio-

res

res Heroinæ semper notatæ sint, priores crucis vexilla eleuasse, super infidelitatis rudera, in cunctis totius orbis Regnis florentissimis: Helena namque Christi cultum intra Romanum imperium induxit: Cæsarea in Persidem inuexit: Theodelindes in Italiam: Clotildes in Franciam: Indegonda in Hispania; Margarita in Anglia; Gisella in Hungaria: Dambruca in Polonia: Olga in Russia: Ethelberga in Germania: Margarita in Dania; Pulcheria in oriente, &c. Quæ vel Christianismum promouerunt atque Propagarunt: vel Religionem veram & Catholicam disseminarunt, fouerunt, auxerunt ac tutatæ sunt: summa pietate, & animi virtute.

Tantum enim inualuit apud Fœminas amor Dei, & zelus Diuini cultus, vt cæteris deficientibus in Germania, ob hæresim vbique peruolantem: virgines constantissimè fidem §. 11.
conseruarint Catholicam. Testem audiamus coæuum ac pium & veracem. *Hoc ipso tempore* (inquit ad ann. 1590.) *quo hæc scribo, affertur à certis & fide dignis hominibus, simili constantia vsi virgines quasdam Germaniæ. Halberstadij, quæ celebris est Vrbs Saxoniæ, cùm Episcopus, totumque summæ ædis Collegium, atque alij complures religiosi, ab obedientia summi Pontificis, ad Lutheranam descìscerent hæresim: inuenta sunt solæ Virgines Deo dicatæ, quæ non solùm inuicta constantia manerent in fide, sed admirabili quoque animi fortitudine, iis verbis defenderent suam fidem, vt hominibus fraudulentis, qui de improuiso ad illas, à sententia abducendas submissi fuerant ora obstruxerint. Sunt & Norimbergæ, quæ ciuitas est libera item Germaniæ, ad hunc vsque diem, paucæ quædam in Monasterio virgines sacræ, ætate iam penè decrepita; quæ in Regione prorsus infecta hæresi Lutherana, solæ fidem inuiolatam conseruant. Intelligo similiter & Basileæ, & Argentinæ, & alibi, in iis, quæ ad septemtrionem sunt, regionibus, Deum aliis quibusdam religiosis eamdem concessisse gratiam: vt scilicet inter spinas illas pessimæ doctrinæ, quasi pulcherrimæ suauissimæque rosæ virtutis, & castitatis efflorescerent.* a

a Gulielmus Baldesanus lib. 2. Stimuli virtutum. cap. 5.

Mirabiliora adhuc sunt, quæ de Anglia referuntur: Decem quippe singularia priuilegia §. 12.
Diuinitùs concessa, virginibus, fœminisque, Anglicanis tunc describuntur: Nulla namque ætate, ex aliqua Prouincia, aut Regno, tot fœminæ, tantæ nobilitatis, contemptis omnibus, iisque amplissimis bonis, abdicataque patriâ, post diutinam deliberationem, delegerunt exilium voluntarium, summamque paupertatem, sunt amplexatæ; vel vltimo supplicio affectæ occubuerunt, pro Catholicæ fidei constanti assertione, quot ex Anglia visæ sunt hoc illo vltimo sæculo. b

b Thomas Bosius Tom. 1. De signis Eccles. Dei. lib. 12. c. 12.

Mirabilia certè sunt, quæ leguntur de sanctis illis mulieribus, confortantibus, filios suos §. 13.
ad Martyrium strenuè subeundum & complendum: veluti de matre Machabæorum: c quam, simili fidei ardore sequutæ sunt, Matres. B. Symphoriani, Martyris apud Augustodunum, d & D. Melitonis, Martyris, Sebastæ in Armenia: e sed longè mirabilius mihi videtur, quod Nagrani apud Homeritas accidit, quando Dunaam Hebræus, Impius Tyrannus eam vrbem Dola occupauit, circa ann. Christi. 510. quo crudeliter mox sæuitiam exercuit in Christianos, persecutione ac tormentis Maximis: viris itaque in carcerem conjectis; fœminas ac mulieres nisus est donis & promissis allicere, aut diris suppliciis deterrere: sed frustra: nam fortiores redditæ: sic intrepidè responderunt. *Omnibus, ô Rex, quæ à te offeruntur, siue ea sint bona siue aliter se habeant, lubenter hodiè renuntiantes, quæ à te maledictis incessitur, Christi crucem extollimus: & qui in ipsa nostram procurauit salutem, Christum sequimur. Esset enim à ratione alienum, & nimis effœminatum, ex nobis quidem alias, quæ cum talibus viris cohabitarunt, qui mortem propter Christum elegerunt: Alias autem, quæ virginitatem exercent: vt quæ Christo sunt desponsæ, non esse animo masculo, & vestram iram planè inconsideratam non nostro sustinere corpore. Rex autem, O fœminæ, inquit, possum vos meritò magnæ accusare stultitiæ, quòd hominis plani, & præstigiatoris, & qui violenta morte periit, gratiam eligitis, & voluptatibus præsentibus spem, cuius incertus est exitus, præferre. Statuistis. Quædam autem ex acrioribus matribus & Monachis, non ferentes Christi contumeliam, vsæ sunt in Regem verbis asperioribus, eum ipsum, qui maledictis incessebatur, Christum vocantes ad vltionem. Quod quidem ægrè ferens Hebræus, in eas communiter pronuntiat sententiam, vt gladio feriantur.*

Licebat ergò videre mulieres sanctas trahi crinibus, & sic duci ad supplicium: vel potiùs ferri promptis & alacribus pedibus, & sitire mortem propter Christum. Magna verò erat, & præclara inter eas contentio. Monachæ enim virgines nequaquam concedebant primas partes iis, quæ erant iunctæ matrimonio. Recordemini, dicentes, quòd priores vobis fuimus propositæ, & in Templi ingressu, & in sacramentorum participatione, & in statione, & in sessione: & ideo oportet nunc quoque nos ante vos, & vestros maritos consequi Martyrium. Martyrum autem vxores, quæ iam etiam vocabantur matres: nequaquam ferebant in præsentia habere secundas partes. Infantes quoque balbutientes, matres præcurrebant, & ipsi quoque carnificem prouocabant ad mortem. Sciebant enim aliàs quoque pueros fuisse Christo, propter

c lib. 2. Machabæ. cap. 7.
d Apud Surium. 22. August.
e ibid. 9. Martij ex Metaphrast.
a Surius. 24. Octob. ex Metaphraste. c. 10. & 11.

ipſum, ſacras oblatas victimas. Sic Beatæ illa mortem præripientes, iis qui videbant magnam afferebant lamentationem: adeò vt Rex crudeliſſimus, cum admiratione eſſet. a

§. 14. Quot, putas, tunc Martyrio occubuiſſe? ſanè earum ceteris haud notatur numerus: ſed cùm huiuſmodi ciuitas *Nagran* extiterit tunc tota Christiana & Catholica: mulierum ac virginum copioſa & ingens multitudo rectè dicetur adfuiſſe: & hæc quidem facta leguntur in Arabia fœlici: audias nunc velim, quæ adſtruuntur eueniſſe in Ægypto. S. Pachomius, cùm eſſet adhuc gentilis, & annorum. 20. in exercitu Licinij Imperat. Militaret ann. Christi 316. Hoſpitatus aliquando apud *Oxiriuchum*, Thebarum ciuitatem; (in qua decem erant millia Monachorum, virginum verò viginti millia.) Charitate ſumma hoſpitalitatis huiuſce vrbis excitatus, religionem Christianam ſe amplexaturum proteſtatus eſt. *b* Sed & S. Hieronymus teſtatur, ex quo B. Marcella, Matrona Romana, Monaſticam vitam profeſſa eſt: Romæ, & locis viciniis, crebra extructa fuiſſe Monaſteria, & Monacharum innumerabilem multitudinem conſurrexiſſe. *c* vt cæteras omittamus puellas ac fœminas, quæ per domos, & cum parentibus, in omni ſanctitate, & perfectione vitam ducebant admirandam: quæquidem puellæ, nonnunquam virgines factæ dicuntur; eò quod, Christo ſponſo dicatæ erant: fœminæ verò ac mulieres viduæ, quandoque virgines etiam nuncupantur: Nam tunc ſanctimonialis effectæ, per cultum Diuinum: inter virgines, virginum munus obibant, ob idque virginis nomenclatura honorabantur: vti obſeruant graues authores, ex multis. d.

b Euagrius in vita. SS patrum c. 5. Baronius. Tom 3. Annal. Eccleſ. ad ann. 316. §. 29. & 30. c Epiſtola. 16 ad Principiam. d Molanus in annotat. ad Vſuard. 2. Iulii. Henriquez. in Menol. ciſtertienſ. 21. Auguſt.

§. 15. Verùm, quidquid ſit: certiſſimè conſtat numerum Ancillarum, Christi, & ſponſarum Agni, nec non omnium fœminarum ac mulierum, & totius cœtus Beatarum cœlicolarum, propè infinitum fore: nec abs re, quandoquidem, millia millium Deo optimo viſi ſunt aſſiſtentes & miniſtrantes: *e* Collaudanteſque eius majeſtatem, in illa glorioſa aula cœleſti: *Patria* quippe, *Martyrum, Dei ciuitas eſt:* ait S. Baſilus magnus *f Diuerſa ſunt ſpecies Martyrij* (inquit Cæſarius). *innocentia, videlicet, vt in Abel* g *iuſtitia, vt in Prophetis, & Ioanne Baptiſta:* h *Amor Legis, vt in Machabæis;* i *confeſſio fidei, vt in Apoſtolis:* l *ob eiuſmodi cauſas Agnus, id eſt, Christus, occiſus dicitur ab Origine mundi.* m Hæc ille. Quod D. Auguſtinus in Pſal. 40. hiſce verbis confirmat: *Multi enim mortui ſunt, & Martyres ſunt; quia peccata hominum dicebant: in eos & eorum iniquitatibus reſiſtebant, & habentur inter Martyres. Quicquid namque pro teſtimonio veritatis, vel iuſtitia, homo pertulerit: totum ei Dominus pro Martyrio computabit.* Martyrium quippe non facit ſola & immediata fidei proteſtatio: *Nam (iuxta D. Thomam) Omnium virtutum opera, ſecundum quod referuntur in Deum, ſunt quadam proteſtationes fidei, per quam nobis innoteſcit, quòd Deus huiuſmodi opera à nobis requirit, & nos pro his renumerat: & ſecundum hoc, poſſunt eſſe cauſa Martyrij* Sic *S. Paula*, Illuſtriſſima Matrona Romana, teſte. D. Hieronymo, longum duxit Martyrium. *b* ſic S. Baſiliſſa, B. Iuliani Martyris vxor, extructo. Apud Antiochiam Syriæ, Monaſterio, illic ſe matrem, Abbatiſſamque mille virginum conſpexit, cum quibus dùm ſe cœlorum Regno potituram, ex reuelatione accepiſſet, fœliciter in Domino obdormiuit *c* Eadem protſus referuntur de Monaſterio. S. Eligij Pariſienſ. ſub S. Aurea Abbatiſſa; in quo trecentæ ſanctimoniales ſimul vixere *d* ne prætercam Monaſterium S. Romarici In vogéſo monte, apud Lotharingiam: ex quo ſemel centum virgines, cum Magdefleda, earum Abbatiſſa, cœlum inuectæ ſunt. *e*

e Daniel. 7. ℣. 10. f. Sermon. in 40. Mart. g Geneſ. 4 h Math. 14. i 2. Machab. 7. l Act. 3. & ſeq. m Apocalypſ. 13. ℣. 9. n lib. 6. Illuſt. miraculor. c. 34. in fin. a 2. 2. quæſt. 124. Art. 5. vide Platum lib. 2. de Bono Status. Religioſ. cap 12. b in Actis eius apud Surium. 26. Ianuar. c Infra ad 9 Ianuar. d Infra ad. 4 Octob e Infra. ad. 8 Decemb.

§. 16. Monaſtica quippe profeſſio, velut ſecundum Baptiſma reputatur, iuxta S. Hieronymum, Epiſtola 25. qua B. Paulam, de obitu Bleſillæ filiæ conſolatur. *Nunc vero*, inquit, *cum propitio Chriſto, ante quatuor ferrè menſes, ſecundò quodammodo ſe propoſiti Baptiſmo lauerit, & ita deinceps vixerit, vt calcato mundo ſemper Monaſterium cogitauerit, non vereris, ne tibi Saluator dicat: iraſceris Paula, quia filia tua, facta eſt filia mea, &c.* Cui aſſentitur D. Petrus Damianus, Opuſcul. 16. cap. 8. in hunc modum. *In dictis Patrum inuenitur, Monaſtica vita propoſitum, ſecundum eſſe Baptiſma.* Quod teſtatur S. Bernardus, lib de Præcepto & diſpenſat. cap. 23. item Goffridus Viridocinenſis lib. 4. Epiſtol. 12. Item Sermon. de S. Benedicto, & alij.

f Sapient. 10. ℣. 10. g Eſay ca. ℣ 3. h Ioan. 4. ℣. 14. i Luc. 3. ℣. 4 & 5.

§. 17. Hæc tamen omnia derident hæretici, aliique dubiæ fidei homines; *Molinæus, Launayus, &c.* ſed & in dubium vertunt, An huiuſmodi ſanctæ & Beatæ, veluti, *Margarita, Vrſula, Catharina*, &c. virgines Martyres, vnquam extiterint; quorum impietatem propulſat S. Paulus ad Galatas, 6. cap. 7: *Nolite errare, Deus non irridetur:* Illiſque copioſiſſime ac eruditè reſponderunt *Coiffetellus*, Maſſilienſis Epiſcopus, Articul. 8. Apologiæ ſuæ contra Molinæum. Ioannes de *Barrault*, Arelatenſis Archiepiſcopus: Tom. 2. Clipei Catholici. cap. 1. §. 22. & cap. 3. §. 7. Petrus *Cottonus*, Tom. 1. lib. 2. cap. vltim. & Tom. 2. inſtitution. Catholi. ad calcem. §. 6. nec Mirandum, ſi tales auitæ Religionis Maſtiges, ſimilia impunè obloquantur, quorum ſcripta conſpiciuntur edita, abſque vlla approbatione, vel licentia, aut Regio placito, & Priuilegio. Quis autem Catholicorum, vel ſanæ mentis, effari auderet; quod de ſancto

Gregorio Turonensi sic audacter & impunè scripsit *Launayus* pag. 161. de tribus Dissertationibus. *Quiquidenim, ait, de præcedentium Galliæ sanctorum virtutibus & gestis intactum reliquit, & in memoratis libris non inuenitur: vel nunquam extitit; vel si quomodo extitisse diceretur, contempsit ille potius, quàm non vidit.* Sed quo teste, vel Authore, id acceperit, indicet prudens Lectori imò verò rationem redditurus, cur forsan ipse pius Antistes, non omnia sanctorum gesta referret, addit lib. de Gloria Martyrum cap. 41. *Quorum Historiæ passionum nobis intergræ non sunt delatæ:* Ergo hæc causa reticentiæ, & non contemptus: vti latius ac sincere & pie prosequitur *Bondonnetus*, vir vndequaque peritus, in Responsione ad ipsum *Launayum.* Et verò, si *Launay* assertum, seu fictitium illius commentum, de præfato S. Gregorio allatum, in veritate staret: Quomodo tot sancti, ac prisci patres, sed & Ecclesia Catholica, rectè illos colerent; quos sic denegasset ac despexisset D. Gregorius Turonensis: sed iniuria est ipsi D. Gregorio, *a Launayo* adscripta, cui sic impunè, & extra verum, imponit. Quid igitur amplius dicendum venit? Nil sanè; modò B. Hieronymi sententiam, veluti in fauorem nostri *Gynecæi sacri* prolatam, retulerimus; Epistola 16. ad Principiam. *Rideat forsan, infidelis lector, me in mulierculararum laudibus immorari: qui si recordetur sanctas fœminas, Comites Domini saluatoris, quæ ministrabant ei de sua substantia; & tres marias stantes ante crucem, Mariamque propriè Magdalenam, quæ ob sedulitatem, & ardorem fidei, Turritæ nomen accepit; & prima ante Apostolos, Christum videre meruit resurgentem: se potius superbiæ, quàm nos condemnabit ineptiarum; qui virtutes, non sexu, sed animo, indicamus: contemptæque nobilitatis ac diuitiarum maiorum gloriam ducimus, &c.*

Habes nunc, candide Lector, ex tot tantisque Beatarum Christi famularum (quibus dedit §. 18.
Dominus scientiam sanctorum) *f* exemplis & factis; vndè purissimas haurias aquas, *g* & quidem salientes in vitam æternam. *h* Maximè, cùm ex earum cœlitum inspectione, cunctis deuitatis salebris, omnibusque procul vitæ prioris ejectis purgamentis, praua facta sint in directa, & aspera in vias planas: rectas quippe sapientiæ Diuinæ semitas, in huiusmodi laborioso opere contentas, fecimus: *i* quâ potuimus industria & fidelitate, haud tamen absque vigilia & defatigatione, collatione sæpè facta cum aliis editionibus, libris & codicibus. Multæ equidem Irrepserant mendæ, siue librariorum incuriâ, siue quorumdam inscitiâ, quæ castigatione omninò indigebant. A modò, ea lege, piè, attentè, ac securè, cum ea præcautione, me complures fœminas & virgines, *Beatas*, nominasse, exemplo grauium Authorum.


Neque tamen per hoc, vllo modo, intendo, publico Ecclesiæ cultu eas esse afficiendas; aut præripere iudicium sanctæ Sedis, cui me, meaque omnia submitto; non enim hocce nostrum Sacrum Gynecæum, *prodit nunc in lucem, vt in Ecclesia legatur, sed ideò tantum, vt ex eius lectione, spiritale quoddam emolumentum animabus in veritate, ac piè, Deum quærentibus, obueniat. Quanquam autem in eo describendo, studium omne, ac diligentiam contulerim, vt vera duntaxat, & quæ certa fide, ac fama probata, accepi, in medium proferrem; id tamen eam solummodo habere fidem, volo, quæ ex historia peti debet, aut ex traditione: non autem illam, quæ in approbatione Ecclesiæ requiritur ad cultum; præter illas, quibus alias, ex sedis Apostolicæ speciali indulto, aut longissimi temporis scientia, (vt nuper dicebamus,) ac tolerantia eiusdem sanctæ sedis, vel ordinariorum, id contigerit. Itaque, licet appellationem* Beatæ, *vel* Matyris, *aut huiusmodi subiunxerim, nequaquam in stricta & propria acceptatione, fundata in approbatione canonica & Ecclesiastica, quæ deseruit ad cultum, & inuocationem, sumenda est: sed eam tantum sanctitatem in his, à nobis commendari sciant vniuersi; quæ ex earum virtute, & morum excellentia, seu miraculorum probata fama, proficiscitur, iuxta Beatitudines à Christo Domino in sermone de monte, laudatas & Approbatas.* l

l vide in Prologo nostri Martyrologii Franciscan. art. 2. & Ludou. cũ Dony Actichium Episcopum Æluensem in prologo ad vitam Eminentiss. S.R.E Cardinal. Petri Berulli. m Petrus de Natalib. lib. Catalog. sanctor. Eduardus Mathevv. in Trophæis congregation. Anglic. Ordin. Benedictin. ad natales sanctor.

Cùm autem hæc ita sint, miror quendam nuperum Authorem, in prologo sui libri, ann. elapso, eò vsque progressum esse; vt dixerit, nimis audax & temerarium fore, Beatos vocare illos, qui necdum à supremo visibili Capite Ecclesiæ, hisce titulis sunt honorati. Sed, § 19.
fabulam vertamus, quid ampliùs, Mi Lector, quid magis audax, & temerarium, quam talia effari? Legatur constitutio ipsius summi Pont. Vrbani. 8. anno. 1625. die 13. Maij, edita, & perspicuè reperietur, non sic perperam, & absolutè loqui: sed hos septem eximere casus, inibi contentos. *Declarans, quòd per supradicta præiudicare in aliquo non vult, neque*

intendit iis, qui, aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque sanctorum, scripta, vel longißimi temporis scientia, ac solerantia sedu Apostolicæ, vel Ordinarij, coluntur. iniuriosum quippe alias illud esset affectum. DD. Cypriano, Hieronymo, Ambrosio, Augustino, Chrysostomo, Gregorio, Bernardo, &c. Patribus, & Episcopis orthodoxis, Doctoribus Catholicis, piisque ac Religiosis, cuiusuis dignitatis & Ordinis viris; qui eo vsi sunt Stylo, quem sequimur, quod vt cum exemplis nunc vsque probemus factitatum; legas, velim, illustres ac pios & eruditos Pontifices, Ludouicum Dony-attichium, Æduensem presulem, & Andræam Saussayum; Tullensem Antistitem: & certo certius inuenies, vnde tale effatum damnes: nos verò tantæ labis atro haud insimules.

Cæterùm, vbique designaui candidè fontes, seu libros, ac testes, vndè hæc hausi; cui-
§. 10. libet pio & cordato viro, libenter laboris mei censuram sinens, quòd verò in sanctis Beatis-
que nonnullis recensendis, hanc stellulam * præmiserim: id sane fecerim, propter Diem
earum, vel annum, mihi visum subobscurum, vel non ita certum, aliorum innixus
exemplis. *m*



AVTHORES, EX QVIBVS EXCERPTA SVNT, quæ in hoc opere continentur.

A.



BRAHAMVS Bzouius, Ordin. Prædicat.
Adamus, Benedictinus.
Adamus, King.ceu, Regius.
Adelelmus, ceu, Adelmus, Episcopus.
Adimarus.
S. Ado, Viennensis Episcopus.
Adolphus Carthusianus.
Ægidius Aureæ Vallis Cistertiensis.
Ægidius Bucherus, Iesuita.
Ægidius Carlerius.
Ægidius Gonsaluus, Abulensis.
Æneas Syluius, senensis Episcopus, postea Papa Pius. 2.
Æneas Vicus.
Agatha VVisman, Virgo Benedictina.
Agiologium Flandriæ.
Agiologium Lusitaniæ,
Agnes de Haricuria, Virgo Abbatissa Clarissa. MS.
Aimonius Benedictinus.
Albertus, Crantzsius.
Albretus, Czepelius, Carmelita.
Albertus Leander, Dominicanus.
Albertus magnus, Ordin. prædicat.
S. Alcimus Auitus, Viennensis Episcopus.
Alexander Barcleius, Minorita.
Alexander Eßibiensis, canonicus Regular.
Alexander de pellegrinis, Canonicus Regul.
Alexius de Menesez, Augustinianus, Archiepisc.
B. Alexius de Solo, Ordin. Minor.
Almannus Benedictinus.
Aloysius Lipomanus, Episcopus Veronens.
Alphanus, Archiepiscopus, Salernitanus.
Alphonsus à Carthagena, Episcopus Burgensis.
Alphonsus Ciaconius, Dominicanus.
Alphonsus Fernandez Ordin. prædicat.
Alphonsus Hurtado, Archiepiscopus Braccarens.
Alphonsus Hieronymus de salas Babardillo.
Alphonsus Villegas.
S. Ambrosius, Mediolanensis Archiepiscopus.
Ambrosius Moralez.
Ambrosius de Salazar.
S. Amphilochius.
Anastasius Bibliothecarius.
Andreas, Cornasicrus.
Andreas. Quercetanus.
Andreas Resendius.
Andreas saussayus, Tullensis Comes Episcopus. R. I. S. Princeps.
Andreas de Soto minorita.
Andreas Theuetus.

Andreas

Andreas Triquetius, Iesuita.
Andras du Val.
Andreas Valladierus Benedictinus Abbas.
Angelus Florentinus, Camaldulens.
Angelus manriques, Cistertiensis, Episcopus Pacens.
Anonymus Gallus, Cistertiensis.
Anonymus, Monachus Paduanus.
S. Anselmus, Cantuariensis Archiepiscopus.
Anselmus Leodiensis.
Anthologium Graecorum.
Antiochus Brondus.
S. Antoninus, Dominicanus, Archiepiscopus Florentinus.
Antonius Alegre, Carmelita.
Antonius Amicius.
Antonius de Balinghen, Iesuita.
Antonius Bonfinius.
Antonius Brandanus Benedictinus
M. Antonius Coccius Sabellicus.
Antonius Daza, Minorita.
Antonius d'Auroultius, Iesuita.
Antonius Franciscus Cardin.
Antonius Gallonus, Congregat. Orator.
Antonius Gerard, Iesuita.
Antonius Leita.
Antonius Malletus Ord. praed.
Antonius Nebrissensis.
Antonius de Nisa, Minorita.
Antonius Padilha, Iesuita.
Antonius Possevinus, Iesuita.
Antonius Randescius, Minorita.
Antonius de Ruffy.
Antonius à sancto Dominico Ordin. Predicat.
Antonius à sancta Maria, Minorita.
Antonius Sanderus.
Antonius Senensis, Dominicanus.
Antonius de Sillis, Minorita.
Antonius de Sousa, Iesuita.
Antonius à Sylua.
Antonius Tomasinus.
Antonius Vacquerius, Minimus.
Antonius Vasconcellus, Iesuita.
Antonius Verdierus.
Antonius Vincentius, Dominic.
Antonius Teppes, Benedictinus.
Appendix ad Fasciculum Temporum.
Appendix ad Iacobum Galterium.
Appendix, ad Lambertum Schafnaburgensem.
Appendix ad Magnum Speculum exemplorum.
Appendix ad Petrum de Natalibus.
Appendix ad Sigebertum.
Appendix ad Trithemium.
Archangelus Gianius, Ordin. Seruitarum.
Archiua Complura. M. M. S. S.
B. Arnoldus, Minorita.
Arnoldus, Dandelly.
Arnoldus Hauensis, Carthusianus.
Arnoldus Mermannius, Minorita.
Arnoldus à Raysse.
Arnoldus Svvonus.
Arnoldus Vvion, Benedictinus.
Ascanius, Augustinianus.
S. Athanasius, Episcopus Alexandrinus.
Aubertus Myraeus.
S. Augustinus, Hipponensis Episcopus.
Augustinus Antolinez Augustinianus.
Augustinus Ardinghellus.
Augustinus Carcat, Augustinianus.
Augustinus Castellus.
Augustinus, Dathus.
Augustinus Florentinus, Camaldulensis.
Augustinus Fortunius, Camaldulensis.
Augustinus Gallutius, Minorita.
Augustinus Millius.
Augustinus de VVite Minorita.
Aurelius Porpora, Iesuita.
Aurelius Prudentius Clemens.

B.

Baldericus, seu Baldricus, Episcopus Nouiodunensis.
Baptista Fulgosus.
Baptista Mantuanus, Carmelita.
Baptista Platina.
Barnabas de Montalbo, Cistertiensis.
Barnabas Moreno, de Vargas.
Barrezzus Barrezi.
Bartholomaeus de Beluedere, Iesuita.
Bartholomaeus Cimarella, Minorita.
B. Bartholomaeus, Pisanus, minorita.
Bartholomaeus Tridentinus.
Bartholomaeus Valperga Carthusianus.
Bartholomaeus Zuchius, seu Zuchinus.
Bartholus Saxo-ferratensis.
S. Basilius Magnus.
Basilius de Arce, Benedictinus.
Beda venerabilis.
Belingerus, Augustinianus.
Benedictus Gononus, coelestinus.
B. Bernardinus de Bustis, Minorita.
Bernardinus Corius.
Bernardinus Gustinus.
Bernardinus petraccius, Minorita.
Bernardinus Scardeonius.
S. Bernardinus Senensis, Franciscanus.
Bernardus à Bessa, Minorita.
Bernardus de Brito, Cistertiensis.
Bernardus Scaccius.
Bernerus, Abbas Benedictinus.
Berta, seu Bertrada, Benedictina.
Bertarius, Abbas Casinensis.
Bertholdus Constantiensis.
Bertrandus d'Argentraus.
Blasius Laghina, Franciscanus.
Blasius Rubeus.
Blondus Flauius.

Bonadus fanton.
Bonauentura Cheurolier, Minorita.
S. Bonifacius, Episcopus Moguntinus Martyr.
Boninus Mombritius.
Bonsignorius Cacciaquerra.
Borbonicum, MS. vita S. Ludouici, Reg. Franc.
Brandolinus, Minorita.
Breuentanus.
Breuaria vetera, varia, & complura.
S. Brigitta, vidua, Tertiaria, minoritana.
S. Brunus, Episcopus Signiensis.
Buzianus, Benedictinus.

C.

CÆsar Baronius, Cardinalis Congregat. Orator.
Cæsar Capacius.
Cæsar Clementinus.
Cæsar Dangenius.
Cæsar Lanza.
Cæsar Nostradamus.
Cæsarius Cistertiensis.
Calendariam Gallicum.
Calendarium, Anglicum.
Calendarium, Germanicum.
Carolus Bouillus, cœlestinus.
Carolus de Combault.
Carolus, Iaulnayus.
Carolus Pintus.
Carolus Rapineus, minorita.
Cërolus à sancta Maria, Fuliensis.
Carolus Sausseyus.
Carolus Sigonius.
Carolus Stengelus, Benedictinus.
Castella, Carmelita.
Celsus, cassinensis Benedictinus.
Chorographia Britannia.
Chrisostomus Henriquez, cistertiensis.
Chrisostomus VVarseuicius.
Christophorus, Auendagnus carmelita.
Christophorus, Brouuerus.
Christophorus à Cruce, Dominicanus.
Christophorus Landinus.
Christophorus Longinus.
Christophorus Merigot, Iesuita.
Christophorus Morenus, minorita.
Christophorus de peralez.
Christophorus le Roy, Carmelita.
Christophorus, Verruchinus.
Chronica chronicarum.
Chronica fratrum minorum.
Chronica Normania.
Chronica compendiosa, sch.
Compilatio chronologica Germania.
Chronicon Beccense Paruum. MS.
Chronicon cameracense.
Chro nicon, Magnum Belgicum.
Chronicon Rothomagense, MS.
Chronicon Saxoniæ, MS.
Chronicon Schirense.
Chronicon Villariense, MS.
Claudius Decret, Iesuita.
Claudius Hemareus.
Claudius Roberti.
Conradus, Benedictinus.
Conradus Kiegle, MS. canonicus Regular.
B. Conradus, ab Offida, Minorita.
Conradus Zettardus, Dominicanus.
Constantinus Ghinnius.
Constantius Episcopus, Dominicanus.
Constantius, Fœlix.
Continuator Bedæ, Benedictinus.
Continuator Nangij.
Cosmas Fazelus, seu fauilla: *Carmelita al Seruita.*
S. Cyprianus, Episcopus Carthaginensis.
Cyprianus à sancta Maria, Carmelita.
S. Cyrillus, Episcopus Alexandrinus.
S. Cyrillus, Episcopus Hierosolymitanus.

D.

SAnctu Damasus, Papa.
Daniel Clementis, Minor.
Dauid Camerarius.
Dauid Lindanus.
Demetrius Thadai, Minorita.
Demetrius, Tudertinus.
Didacus l'Anega, minorita.
Didacus à Corta, Carmelita.
Didacus mas. Dominicanus.
Didacus de Torrez.
Didacus Teppes, Hieronymita, Episcopus Turriaf.
Diegus Payna, Andradius.
S. Dionysius Alexandrinus Episcopus.
B. Dionysius Carthusianus.
Dionysius Harduinus.
Discipuli, Minorita.
Dominicus Fedinus.
S. Ditmarus, Episcopus.
Dominicus Grauina, Dominicanus.
Dominscus à Iesu, Carmelita.
Donatus Bossius.
Duartiz Nunnez, seu Duardus Nonius.
Dudo. S. Quintini Decanus.
Dymas Serpy, minorita.

E.

EDuardus Maihevv, Benedictinus.
Eirhard, VVinhemius, Carthusianus.
S Eligius, Nouiodunens. Episcopus.
Eligius Eucharius.
Elyas à sancta Teresia. Carmelita.
Elzearius l'Archer minorita.
Emanuel Seuerinus.
Emanuel à Speranza, Minorita.

Enchiridium fratrum Minor.
Ennodius, Ticinensis Episcopus.
S. Eulogius, Martyr.
Euthymius, Monachus.

F.

FAsti Mariani.
Faustinus Diestemiensis; Minorita.
Faustinus Tassus, Minorita.
Ferdinandus à Castello, Ordin.. Pradicat.
Ferdinandus Meltius, Iesuita
Ferdinandus Vghellus, Abbas Ordin. Cistertiens.
Ferreolus locrius.
Firmamentum Trium Ordinum Minor.
Flodoardus..
Florentinus, seu, Florentius Leydanus, Minorita.
Florentius Vrigorniensis, benedictinus.
Floretum S. Francisci.
Florimondus.
Franciscus Arias Iesuita.
Franciscus Arnulphus.
Franciscus Augustinus d'ella Chriesa, Episcopus Salutiar.
Franciscus bartholus de Assisio, Minorita.
Franciscus belforestius.
Franciscus bentius, Iesuita.
Franciscus Binarius, Cistertiensis.
Franciscus Claretus.
Franciscus Costerus, Iesuita.
Franciscus Diagus, Dominicanus.
Franciscus Diedus.
Franciscus Dinetus, Minorita.
Franciscus Dinus.
Franciscus Enriquez, Ordin. de Mercede.
Franciscus Fabrianensis, minorita, MS.
Franciscus Fabrinus.
B. Franciscus Gonzaga, minorita, Episcopus Mantuanus
Franciscus Guillemannus.
Franciscus Haraus.
Franciscus, Humblotus, Ordin. Minimor.
Fransiscus Lanonius, Minimus.
Franciscus Longus, Coriolanus, minorita.
Franciscus Lopez de Gomara, Augustinianus.
Franciscus de macedo, Iesuita.
Franciscus Maurolicus, Abbas Ordin. Cistertiens.
Franciscus Maurus, minorita.
B. Franciscus, Mayronius, Minorita.
Franciscus Mendoza, Iesuita.
Franciscus Modius.
Franciscus Nicolai, minorita.
Franciscus Nunnez, minorita.
Franciscus Padilha.
Franciscus Paludanus.
Franciscus Pegna.
Franciscus Peyraus, Iesuita.
Franciscus Quaresmius, minorita.
Franciscus Ramundus, Iesuita.
Franciscus Romeus.
Franciscus de Rosieres.
Franciscus de Sales, Episcopus Gebennensis.
Franciscus Scardeonius.
Franciscus Serdonatus.
Franciscus à Siquenza, Minorita.
Franciscus à Sosa, Minorita.
Franciscus folierus, minorita.
Franciscus à Triuillo.
Franciscus Venetus, minorita.
Franciscus Victon, Minimus.
Franciscus Voersius, Carmelita.
Franciscus Ximenes, minorita.
Froissartus.
Froberus.

G.

GAbriel Barletta, Ordin. Pradicator.
Gabriel à Molino.
Gabriel Pennotus, canonicus Regular.
Garinus Dominicanus.
Gaspar Aluez Lousada.
Gaufredus, Abbas Altacumba, cisterciensis.
Gaufridus de Bello, loco, Dominicanus.
Georgius Bertholdus Pontanus.
Georgius Cardosus.
Georgius Coluenerius.
Georgius, Episcopus Alexandrinus.
Georgius Stephanus, Rousseletus, Iesuita.
Georgius de val camonica, minorita.
Georgius Vicelius
Georgius viole, Benedictinus.
Gerardus S. Quintini, Augustinus.
Gerardus Van-Empelius, minorita.
Germanus milletus, Benedictinus.
Germanus Constantinopolit. Episcopus.
Geruasius Tisliberiensis.
Geruasius, Amenus.
Gonsaluus Durantus, Ordin. Pradicat.
Gonzaluus Ferdinandes
Gondisaluus Illelcas, Abbas.
Gondisaluus de Sylua, Cistersie.
Gothzelinus, Benedictinus.
Grisaldus Perusinus.
S. Gregorius, magnus, Papa.
S. Gregorius, 7. Papa.
S. Gregorius Nazianzenus, Episcopus.
S. Gregorius, Turonensis Archiepiscopus.
Gregorius Lombardelli, Dominicanus.
Gregorius Mirault, minorita.
Guide, Carmelita.
Guide Fabricius borderianus.
Guido de Marchia, minorita.
Guido Papa.
Guillelmus Abbas Cistertiensis.
Guillelmus Baldesanus.

NOMINA AVTORVM.

Iacobus Seuertius.
Iacobus Tanellus.
Iacobus le Vasseur.
Iacobus de Victriaco, Cardinalis Episcopus.
Iacobus De Voragine, Archiepiscopus Dominicanus.
Ignatius le Gault. minorita.
Ignatius Ioseph de Iesu Carmelita.
Ignatius Sampayus Dominicanus.
Illuminata Bemba, virgo Clarissa, MS.
Ingulfus Dominicanus Abbas.
Insulense Collegium Iesuiticum.
Ioannes de Assignye, Cisterciensis.
Ioannes Aluarus.
Ioannes Bacl̄ingus.
Ioannes Balduigus.
Ioannes Baldus.
Ioannes Baptista, Geraldus.
Ioannes Baptista Goattina, Iesuita.
Ioannes Baptista Moriconus, minorita.
Ioannes Baptista Molez, minorita.
Ioannes Baptista à Perusio, minorita.
Ioannes Baptista à Pigna, seu Pigna.
Ioannes Baptista Possenimus.
Ioannes Baptista Quesnans Iesuita.
Ioannes Barletta, Dominicanus.
Ioannes Benedicti, minorita.
Ioannes Bæuerus, minorita.
Ioannes Bonifacius, Iesuita.
Ioannes à Bosco, Cælestinus.
Ioannes Boterus.
Ioannes Bouchetus.
Ioannes Bromiardus, Dominicanus.
Ioannes, Bucherus, Iesuita.
Ioannes Buschius, Canonicus Regular.
Ioannes Busæus, Iesuita.
Ioannes Buzelinus, Iesuita.
Ioannes Capgrauius, Augustinianus.
Ioannes Carillo, minorita.
Ioannes de Carthagena, minorita.
Ioannes Cassianus.
Ioannes Cassiodorus.
Ioannes Chapeauillus, Episcopus.
Ioannes Chappusius Ordin. Minimorum.
Ioannes, Chaumellus, Chaumeau.
Ioannes Chenu.
S. Ioannes Chrysostomus, Episcopus Constantinopolitanus
Ioannes Chrysostomus, Stella, Præmonstratensis Abbas.
Ioannes Cochleus.
Ioannes à Cruce, Dominicanus.
Ioannes Cousinus.
Ioannes Cremonensis.
S. Ioannes Damascenus.
Ioannes Diaconus.
Ioannes Diestemensis, Blerus Benedictinus.
Ioannes Dominicanus Candela, Iesuita.
Ioannes Dubrauius, Episcopus.
Ioannes Franciscus Blancona, minorita.
Ioannes Franciscus Bonhominius, Episcopus.
Ioannes Franciscus de Panninis.
Ioannes Picus Mirandulanus.
Ioannes Gerson, Cælestinus.
Ioannes Gilemannus, Cisterciensis.
Ioannes Gobelinus.
Ioannes Gonsaluus à Mendosa, Augustinianus.
Ioannes Gritsch, minorita.
Ioannes Guanaston, Dominicanus.
Ioannes Hocsemius.
Ioannes Ionuillens.
Ioannes Iouianus Pontanus.
Ioannes Iuuenalis de Vrsinis.
Ioannes Lanspergius Carthusianus.
Ioannes Lazzardus, Cælestinus.
Ioannes Lesleus, seu, Lelandus, Episcopus.
Ioannes l'Espagnol, Benedictinus.
Ioannes Lopez, Dominicanus.
Ioannes Dlugossius, Episcopus, Longinus.
Ioannes Lorinus, Iesuita.
Ioannes Mariana, Iesuita.
Ioannes Marsetta, Dominicanus.
Ioannes Marquez Augustinianus.
Ioannes Mathiolus.
Ioannes Molanus, Corcagiensis.
Ioannes Molanus Louaniensis.
Ioannes de Monsoy, Carmelita.
Ioannes Nauclerus.
Ioannes Nanius, Augustinianus.
Ioannes Nyder, Dominicanus.
Ioannes Nunnius, minorita.
Ioannes Olaus magnus, Archiepiscopus.
Ioannes le Paige, Abbas Ordin. Præmonstrat.
Ioannes Palæonidorus, Carmelita.
Ioannes Paulus, Fons, Iesuita.
Ioannes Petrus, Maffeius, Iesuita.
Ioannes Petrus Perpinianus.
Ioannes Picardus Canonicus Regular.
Ioannes Picquetus, minorita.
Ioannes Pinus, Riuensis Episcopus.
Ioannes Polus.
Ioannes, Presbyter Nicomediensis.
Ioannes Rabussus, minorita.
Ioannes Raulinus, Benedictinus.
Ioannes Riocha, minorita.
Ioannes à sancta Maria, Dominicanus.
Ioannes à sancta Maria, minorita.
Ioannes Suffrenus, Iesuita.
Ioannes Stovvs.
Ioannes Tamayo Salazar.
Ioannes Lillius.
Ioannes de Torres, minorita.
Ioannes Trithemius, Abbas Benedictinus.
Ioannes de Turrecremata, Dominicanus Episcopus Cardinalis.
Ioannes Vallensis, minorita.

Ioannes Vasaus.
Ioannes Vastonus, seu Bastonus, Carmelita.
Ioannes Vincentius, Cistertiensis.
Ioannes Ximenes, minorita
Ioannes Nunno, minorita
Iodocus Clicthoueus.
Iodocus Coccius.
Ionas, Abbas Benedictinus.
Ioseph Baptista.
Ioseph Betussius.
Ioseph Campanila.
Ioseph Caron, minorita.
Ioseph, Falconius, Carmelita.
Ioseph, de Velasco, Cistertiensis.
S. Isidorus, Episcopus.
Isidorus Isolanus, Augustinianus.
Iulius Cæsar-Capacius.
Iustus Lipsius.

L.

Lambertus Scafnaburgensis, Benedictinus.
Lambertus VVanderbvrchius.
Laurentia Strozia, virgo Dominicana.
Laurentius BeyerlincK,
Laurentius Maria Brancanus, Carmelita.
Laurentius Massorillus.
Laurentius de Padilla.
Laurentius Surius, Carthusianus.
Leander Granatensis, Benedictinus.
Leo Hostiensis Benedictinus.
Leo, Imperator.
Leo Redonensis Carmelita.
Leo à sancto Ioanne, Carmelita.
Leonardus de Vtino, Dominicanus.
Leutvvitha, Abbatissa Benedictina, MS.
Lopetius Gamara.
Lopetius Paez, minorita.
Lopetius, Dominicanus Episcopus.
Lucas d'Achery, Benedictinus.
Lucas Castellinus, Dominicanus.
Lucas de Montoya, Minimus.
Lucas Tudensis, Episcopus.
Lucas VVadinghus, minorita.
Lucius Marineus Siculus.
Lucretia Marinella, virgo.
Ludouica, d'Auenot, à Sancto Iacobo Benedictina.
Ludouica à Chetardia, Benedictina.
Ludouicus de Angelis, Augustinianus.
Ludouicus Archinius, Dominicanus.
Ludouicus Douy-Attichius, Minimus, Episcopus Augustodunensis.
Ludouicus Blosius, Abbas Laetiensis.
Ludouicus Felsearta, minorita.
Ludouicus Frois, Iesuita.
Ludouicus Granatensis, Dominicanus.
Ludouicus Hurreta, Dominicanus.
Ludouicus Iacob, à sancto Carolo, Carmelita, MS.
Ludouicus Iacobillus.
Ludouicus Lassereus.
Ludouicus de Mertola, Carmelita.
Ludouicus Mugnoz, Dominicanus.
Ludouicus de Paramo.
Ludouicus Rebolledo, minorita.
Ludouicus San-Marthanus.
Ludouicus de Sarcè, minorita.
Ludouicus, Strobtouiesius, minorita.
Ludouicus, à Sousa, Dominicanus.
Ludouicus Vincentinus, minorita.
Luitprandus, Ticinensis Episcopus.

S.

Magdalena à Bosco, Carmelita.
Manipulus Fratrum minorum.
Marcellus de Ribadeneira, minorita.
Marcus l'Hermite, Heremita, seu Exactor Monachus.
Marcus Diaconus.
Marcus Marulus Spalatensis.
Marcus Velserus.
B. Marcus Vlyssiponensis, minorita, Episcopus.
Mare Historiarum.
Marianus Florentinus, minorita.
Marianus ab Orscelar, minorita.
Marianus Scotus, Benedictinus.
Marinus Ebulensis.
Marinus Sanutus.
Marius mutius.
Martinus de Lauda.
Martinus Cromerus, Episcopus.
Martinus Meurissaus, minorita, Episcopus.
Martinus Polonus, Cistercensis.
Martinus de Rhoa, Iesuita.
Martinus, de Viciana.
Martyrologium Adonis.
Martyrologium Anglicum.
Martyrologium Bedæ.
Martyrologium Belini.
Martyrologium Benedictinum.
Martyrologium Casinense Vetus.
Martyrologium, S. Cyriaci Romæ.
Martyrologium Dominicanorum.
Martyrologium, Equitum Melitensium.
Martyrologium Franciscanum.
Martyrologium Gallicanum.
Martyrologium Hispanum.
Martyrologium Romanum.
Martyrologium Vetus, MS. sancti Sabini in Lusitania.
Martyrologium Siculum.
Martyrologium Vsuardi.
Martyrologium VVandeberti.

Martyrologia alia complura, vti Notkeri, Rabani, &c.
Matheus Ferbius, minorita.
Matheus Fumeus.
Matheus de Goussancourt, cœlestinus.
Matheus le Heurt, minorita.
Matheus Pedelarius.
Matheus Raderus, Iesuita.
Matheus de Rubys.
Matheus VVestmonasteriensis, Benedictinus.
Mathias Doringus, minorita.
Mathias Emmichius, Carmelita.
Mathias michonius.
Mathias Palmerius.
Mathias Pauli, Augustianus.
Mathias, Salodiensis, minorita.
Mathias, à Sousa.
Mauritius Bresius.
Mauritius marinus Barnabita.
Mauritius de Porta seu de Portu, Archiepiscopus.
Mauritius à sancto bonauentura.
Maurus, Abbas montis Oliueti.
Menæa Græca.
Menologium Carmelitarum.
Menologium Cistertiense.
Menologium Græcorum.
Menologia Alia, vti Dempsteri, &c.
Methodius Episcopus.
Michael ab Angelis, minorita.
Michael Bernadutius.
Michael Bucchingerus.
Michael Carrariensis:
Michael Cayffardus, Iesuita.
Michael Hoyerus, Augustinianus.
Michael Ierdanus, Dominicanus.
Michael ab Isselt.
Michael Medina, minorita.
Michael, de Mediolano, minorita.
Michael Monachus.
Michael Mugnoz, Carmelita.
Michael Notel.
Michael, Orsi.
Michael Pius, Dominicanus.
Michael Pocciantius, seruita.
Michael Vaquerius minutius de minotiis.
Michael Torbani Iesuita.
Morenus de Vargas.

N.

NAtalis Taillepied, Franciscanus.
Nauarricum, MS. vita S. Ludouici Reg. Franciæ.
Nicetas.
Nicolaus Ariminensis, minorita.
Nicolaus Armiger, Franciscanus.
Nicolaus brancassius Episcopus Massiliensis.
Nicolaus brantius, Episcopus.
Nicolaus Burgensis, Senensis.
Nicolaus Camusatus.
Nicolaus Caussinus, Iesuita.
Nicolaus Crusenius, Augustinianus.
B. Nicolaus Dionysius, minorita.
Nicolaus Doglioni.
Nicolaus de Fara.
Nicolaus foderetus, minorita.
Nicolaus, Gazetus, Franciscanus
Nicolaus Gilles.
Nicolaus Gossetus.
Nicolaus des Guerroys.
Nicolaus à Cuysia.
Nicolaus Harpsfeldius.
Nicolaus Houel
Nicolaus Iansenius, Dominicanus.
Nicolaus à Iesu Maria Carmelita.
Nicolaus Olaus, Archiepiscopus Strigoniensis.
Nicolaus Oranus, minorita.
Nicolaus Ondarius, Franciscanus.
Nicolaus Sanderus.
Nicolaus Serrarius, Iesuita.
Nicolaus, suessionensis benedictinus.
Nicolaus Trigaltius, Iesuita.
Nicolaus, Trinetus, Dominicanus.
Nicolaus Volleta.
NothKerus, Abbas benedictinus.

O.

OCtanianus, Caietanus, Abbas.
Octauianus Pancirola.
S. Odilo, Cluniacensis, Abbas.
S. Odo, Cluniacensis Abbas.
Odo Speculator, minorita.
Odo de Gisseyo, Iesuita.
Odoricus Raynaldus, Congregation. Orator.
Oliuerius de Langhue, benedictinus.
Onuphrius Panuinus, Augustinianus.
Ordericus Vitalis, benedictinus.
Otho, Frisingensis Episcopus.
Cthlonus.

P.

PAcificus Pruninensis, Franciscanus.
Palladius, Helenopolenaus Episcopus.
B. Palbertus de Themesvvar, minorita.
Pantaleo de Aueiro.
Papyrius Massonus.
Pachalinus Regiselmus.
Paulinus Berti.
Paulinus, Nolanus Episcopus.
Paulinus Sueuinus.
Paulus Æmylius.
Paulus Amaltheus, minorita.

AVTHORES NON PROBATI, sed vel condemnati, vel suspecti.

Andreas Eborensis.
Anciquitates Britanniæ.
Bernardus Girardus Hallianus.
Conradus, Abbas Vrspergensis, Præmonstratensis.
Eusebius, Cesareæ Episcopus.
Flauius Lucius Dexter.
Gasparus Bruschius.
Georgius Buchanan.
Georgius Cedrenus.
Henricus Pantaleô.
Ioannes Auentinus.
Ioannes Balæus.
Ioannes Curopalates.
Ludouicus Turquet.
Martinus Crusius.
Mathæus Parisius, Benedictinus.
Mathæus Perusius, Benedictinus.
Nicephorus Calixtus.
Nicolaus Viguier.
Paulus Langius.
Petrus Camuzius.
Polydorus Virgilius.
Ruffinus.
Socrates.
Sozomenus.
Theodorus Balsamon.
VVillelmus Cambdenus.

AD R. PATREM, ARTVRVM DV MONSTIER, ROTHOMAGENSEM, RECOLLECTVM,

Iam pridem *Martyrologij Franciscani*: nunc autem *Sacri Gynecæi* Authorem.

Desino Mirari fragili cur ludis in horto
Fæminei Sexus? Plus tua scripta micant.
Sanctis munda refers, virtutem Pingere nactus,
Nonnisi sub tali, splendida, fronte, nitens.
Ante rependebas hominum qui gesta puellis,
Nunc das agenda viris: Arbiter æquus adest.

F. ALPHONSVS TISSV,
Parisinus, Concionator Recollectus.

INDEX ILLVSTRIORVM SANCTARVM ac Beatarum Heroinarum.

Ad contexendum huiusmodi indicem, inductus sum, monitis & instantia Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini D. Ludouici Dony-Attichij, Augustodunensis Episcopi: cuius piæ Hortationis, quâ par erat sollicitudine, obsecutus studiis: illas solummodò fœminas, ex præsenti nostro Sacro Gynecæo excerpsi, quæ Illustriores mihi videbantur, cæteras, ex industria omittens, Tabulæ intextas Alphabetico Ordine digesta.

AVGVSTÆ ET IMPERATRICES.



DELEYDES Lothario, deinde Othoni .. Imperator. Nupta. 16. *Decemb.*
Agnes, Henrici.2.Imp.vxor.14.*Dec.*
Alexandra, vxor Diocletiani imperat Martyr. 23. *April.*
Chunegundes, virgo S. Henrici 1. Imperat. vxor. 3. *Martij.*
Fausta seu Faustina, Martyr. Maximi Cæsaris vxor. 23. *Nouemb.*
Galla Placidia, Constantij Augusti Vxor. 27.*Nou.*
Helena Constantij Clori, imperator. Vxor. 18.*Aug.*
Placilla, Theodosij Magni Imp. Consors.14. *Octob.*
Pulcheria, virgo, Martiani Imperat. Vxor. 10. *Sept.*
Richardes, Caroli Crassi imperat. ac Reg. Franc. Vxor. 18. *Septemb.*
Serena, vxor. Diocletiani Imperat. 16. *August.*
Seuera, vel Seuerina, vxor Aureliani Imp. 3. *May.*
Theodora, Theophyli Imp Iconomachi Vxor. 11. *Februar.*
Theophania, Leonis 6.Imperat.Vxor.1. 16.*Decemb.*
Tryphonia, Decij Cæsaris Vxor. 18. *Octob.*

FILIÆ IMPERATORVM.

AGnes, vidua. Henrici 4 Imp. filia. 15. *Nou.*
Antilia, virgo, filia Theodosij iunioris Imp. 15. *Februar*
Anthusa, virgo, filia Constantini Copronymi Imp. 27. *Iunii.*
Artemia, virgo, Martyr. filia Diocletiani, Imp. 12. *August.*
Cyrilla, virgo, Martyr. Decij Imp. filia. 28. *Octob.*
Coletta, virgo, Rodulphi Cæsaris filia. 4. *Iuny.*
Constantia, virgo, filia Constantini magni, Imp. 18. *Februar.*
Euphrasia, virgo, filia Caroli magni Imp. 10.*August.*
Eutropia, vidua, filia Constantij Clori Imp. 27.*Iun.*
Febronia, virgo, Heraclij Imp. filia. 28.*Octob.*
Ioanna, vidua, filia Balduini, Constantinop. Imp. 5. *Decemb.*
Mathildes, virgo Henrici 1. Imp. 14.*Martii.*
Placidia, virgo, valentiniani Imp. filia. 11. *Octob.*
Sopatra, virgo, Mauritii Imp. filia. 9. *Nouemb.*

REGINÆ.

ALgiua, Regina, Angliæ. 30. *Iunn.*
Bathildes, Regina Franciæ. 26. *Ianuar.*
Beatrix R. Hungariæ. 11. *Iuly.*
Blanca. R. Franciæ. 30. *Nouemb.*
Catharina, R. Bosnæ. 25. *Octob.*
Celerina, Martyr. R. Lusitaniæ. 17. *Maii.*
Chisnesvvida, R. Northumbriæ, in Anglia. 31. *August.*
Clandia, Regina Franciæ. 26. *Iulii.*
Clothildes, R. Hispaniæ, 24. *Februar.*
Clotildes, R. Franciæ. 3. *Iunii.*
Constantia, R. Arragoniæ. 17. *Iulii.*
Cuthburga, R. Northumbriæ in Anglia. 31. *Aug.*
Eanfleda, R. Angliæ. 24. *Nouemb.*
Edilburga, R. Occidentalium Saxonum in Anglia. 9. *Iulii.*
Ediltrudes, R Orientalium Anglor. 23. Iunii.
Editha, R. Germaniæ. 26. *Ianuar.*
Elisabeth, R. Hungariæ. 29. *Decemb.*
Elisabeth, R. Portugalliæ. 4. Iulii.
Emma, R. Angliæ. 28. *August.*
Engelburga, Regina, Angliæ. 12. *April.*
Ermenburga, R. Merciorum in Anglia. 21. *Ianuar.*
Ermenilda, R. Merciorum, in Anglia. 13. *Februar.*
Ethelburga, R. Northumbriæ in Anglia. 7. *Septemb.*
Ethelvvida, R. Angliæ. 20. Iulii.
Galsonda, R. Franciæ. 26. *Decemb.*
Gerasina, R. Siciliæ. 12. *Februar.*
Gisala R. Hungariæ. 7. *Maii.*
Hedvviges, R. Poloniæ 12. Iulii.
Hersvvida, R. Anglorum Orientalium. 23. *Septemb.*
Hidda, R. Germaniæ. 11. Octob.
Ingoberga. Regina Franciæ, 30. *August.*
Ioanna, R. Franciæ. 4. *Februar.*
Ioanna, R. Castellæ. 27. *Maii.*
Iudith, R. Poloniæ. 5. *Septemb.*
Kineburga, R. Nordamhumbriæ, in Anglia. 6. *Mart.*
Mafalda, Castellæ. 2. *Maii.*
Mammæa, R. Martyr. Mater Alexandri Imperator. 24. *Septemb.*
Margarita, R. Hungariæ. 28. *Ianuar.*
Margarita, R. Scotiæ. 10. Iunii.
Maria, R. Scotiæ, Martyr. 18. *Februar.*
Mathildes, R. Germaniæ. 14. *Martii.*
Mathildes, R. Angliæ. 1. *Maii.*
Philippa, R. Siciliæ. 26. *Februar.*
Riza, R. Hungariæ. 20. *Martii.*
Radegundes, R. Franciæ. 13. *August.*
Salomæa, Regina Haliciorum. 17. *Nouemb.*
Sancia. R. Neapolitan. & Siciliæ. 28. Iulii.
Sexburga, R. Cantiorum in Anglia. 6. *Iulii*
Tarasia, R. Arabum. 25. *April.*
Teresia, R. Legionensis. 17. Iunii.
Teresia, R. Valentiæ & Arragoniæ. 19. Iulii.
Tesia, R. Longobardorum. 18. *Martii.*
Thenna, R. Scotiæ. 18. Iulii.
Theodelinda, R. Longobardorum. 22. Ianuar.
Vdelina, Regina, Scotorum, Martyr. 19. *Octob.*
Vltrogotha, R. Franciæ. 23. *Decemb.*
Vrracca, R. Portugalliæ. 25. *Septemb.*
VVilfroda, R. Angliæ. 14. *Septemb.*

INDEX ILLVSTRIORVM SANCTARVM

FILIÆ REGVM.

ADela, Filia Roberti Reg. Franc. 8. *Ianuar.*
Adelides, virgo F. Guillelmi Nothi Reg Angl. 7. *August.*
Adela Filia Dagoberti, 2. Reg. Franc, 24. *Decemb.*
Agatha, virgo, F. Guillelmi Nothi, Angliæ Reg. 7. *August.*
Agnes F. Ottogari Reg. Bohemiæ. 6. *Martii.*
Aleydes, F. Casimiri, 2. Reg. Poloniæ. 29. *Aug.*
Angela, F. Raymundi, Reg. Bohemiæ 18. *Septemb.*
Ardinia F. Reguli Lamecensis, in Portugalia 4. *Feb.*
Aurelia, F. Hugonis Capeti, Reg. Franc. 15. *Octob.*
Berengaria, F. Ferdinandi, 3. Reg. Legionis & Castellæ. 8. *Martii.*
Bertoara, F. Theodoberti, Reg. Austrasiæ. 4. *Dec.*
Blanca, F. Philippi, 4. Longi, Reg. Franc. 26. *April.*
Brigitta, F. Reg. Scotiæ. 13. *Iulii*
Casildes, Filia Reg. Toletan. 9. *April.*
Christiana, F. Migranimi Reg. Angliæ. 26. *Iulii.*
Christina, F. Eduardi, Reg. Angliæ. 5. *Decemb.*
Clara, F. Calaminæ Reg. Indiarum. 3. *Iulii.*
Constantia, F. Alphonsi, Reg. Castellæ. 7. *Nouemb.*
Dympna, F. Regis Hyberniæ. 30. *Maii.*
Eadburga, F. Eduardi, Regis Angliæ. 15. *Iunii.*
Eadburga, F. Ethelberti Reg. Cantior. In Anglia. 13. *Decemb.*
Eansvvida, F. Eadbaldi, Reg. Cantior. ibidem. 21. *August.*
Edigna, Filia Henrici. 1. Reg. Franc. 26. *Februar.*
Edilburga, F. Annæ, Reg. Anglor. Oriental. 7 *Iulii.*
Editha, F. Edmundi, Reg. Angliæ. 22. *Februar.*
Editha, F. Edgari, Reg. Angliæ. 16. *Septemb.*
Elflada, F. Osvvij, Reg. Nordanhumbrorum. 8. *Februar.*
Elisabeth, F. Andreæ, Reg. Hungariæ. 19. *Nouemb.*
Emerita, Filia, Regis, Angliæ. 26. *Maii.*
Emma, F. Clotharij. Francor. Reg. 6. *Octob.*
Epiphania, F. Rachisij Reg. Longobardorum. 6. *Octob.*
Ethelburga, F. Offæ 1. Reg. Anglor. Oriental. 11. *Octob.*
Etheldritha, F. Offæ. Reg. Merciorum. 3. *August.*
Ethelgina, F. Alfredi, Reg. Angliæ. 9. *Decemb.*
Eufrasia, F. Astulphi, Reg. Longobardor. 4. *April.*
Helena, F. Regis Corinthi 4. *Maii.*
Helena, Filia Alphonsi, 3. Reg. Portugalliæ. 18. *Nouemb.*
Ioanna, F. Alphonsi, 5. Reg. Lusitaniæ. 14. *Maii.*
Iphigenia, F. Egysipi, R. Ethyopiæ. 21. *Septemb.*
Irmina, F. Dagoberti. 2. Reg. Franc. 24. *Decemb.*
Isabella, F. Ludouici, 8. Reg. Franc. 31. *August.*
Itisberga, F. Pipini, Reg Franc. 21. *Maii.*
Kiniſvvida, F. Pendæ, Reg. Merciorum 6. *Martii.*
Lilia, F. Dodani, Reg. Hyberniæ. 29. *Septemb.*
Lucia, Filia Regis Scotiæ. 21. *Septemb.*
Macra, F. Regis Scotiæ. 16. *Iulii.*
Maria, F. Dionysij Reg. Portugalliæ. 13. *Iulii.*
Maria, F. Iacobi, Reg. Siciliæ. 7. *Septemb.*
Maura, F. Regis Scotiæ. 13. *Iulii.*
Mathildes, seu Mechthildes, F. Regis Scotiæ. 12. *April.*
Maxeotia, F. Mordoci, Reg. Scotiæ. 24. *Octob.*
Milburges, F. Regis Merciorum Merualdi. 23. *Febr.*
Mildreda, F. Merualdi, Reg. Merciorum. 3. *Iulii.*
Milada, F. Boleslai Sæui, Reg. Bohemiæ. 28. *Mart.*
Milgitha, F. Merualdi Reg. Merciorum. 26. *Febr.*
Modvvena, F. Reg. Hyberniæ. 5. *Iulii.*
Oda, vidua, F. Childeberti, Reg. Franc. 23. *Octob.*
Osmanna, F. Reg. Hyberniæ. 9. *Septemb.*
Ositha, F. Reg. Angliæ. 7. *Octob.*
Pelagia, F. Reg. Indiæ. 21. *Decemb.*
Remiscendes, F. Sigeberti, Reg. Metensis. 10. *Octob.*
Sanctia, F. Sancii, 1. Reg. Lusitaniæ. 13 *Martii.*
Syra, Filia Eogenii, 4. Reg. Scotiæ. 23. *Octob.*
Theudechildes. F. Clodouei, 1. Reg. Franc. 3. *Iunii.*
Verona, filia, Ludouici, Reg. Germaniæ. 29. *August.*
VValburges, F. sancti Richardi, Reg. Angliæ. 25. *Februarii.*
VVereburga, F. VVlheri, Reg. Merciorum. 3. *Februarii.*
VViseburga, F. Annæ, Reg. Angliæ. 8. *Iulii.*

HEROINÆ PRINCIPESSÆ.

ALdegundes, virgo Regia. 30. *Ianuarii.*
Aldegundes, virgo, è Regia Francor. Stirpe. 20. *Iunii.*
Ælfleda, vidua, Æthelstani, Regis Angliæ Neptis. 11. *Nouemb.*
Antonia ab Aurelia, vidua, Francia proles 22. *April.*
Agia, vidua, ex Regiis proceribus Palatinis Oriunda. 24. *Septemb.*
Amalburga, virgo, Regia. 10. *Iulii.*
Anna, vidua, ex Sacerdotali ac Regio genere Orta. 26. *Iulii.*
Austreberthа, virgo, Regio Francorum sanguine Nata. 10. *Februarii.*
Aua, virgo, Pipini Franc. Reg. Proneptis. 29. *April.*
Basilla, virgo Regia, & Martyr. 20. *Maii.*
Beatrix à Bello-Monte, virgo, ex Domo Nauarræa. 11. *April.*
Bertha, Martyr. Abbatissa, Neptis Clotharij, 2. 1. Reg. Franc. 1. *Maii.*
Berthilia, Nupta, virgo, sanguine Francor, Nata. 3. *Ianuarii.*
Bona, virgo, Regio genere Progenita, in Ægypto. 12. *Septemb.*
Brigitta, vidua. Nericiæ Princeps. 23. *Iulii.*
Camilla, Pica, à Sabaudia, virgo, Carpensis Princeps. 26. *Iulii.*
Doda, virgo, Quitteriæ soror, Infra. 28. *Septemb.*
Catharina, virgo filia, S. Brigittæ sop. 22. *Martii.*
Catharina, virgo, Martyr. filia Costi Principis Ægyptij. 25. *Nouemb.*
Ebba, virgo. Egfridi Regis Angl. amita. 25. *August.*
Eadgitha, virgo, Regali Angliæ domo exorta. 15. *Iulii.*
Eadburga, virgo, Regis Cantiorum consanguinea. 12. *Decemb.*
Earcongottha virgo, B. Edilburgæ virginis Regiæ Neptis. 7. *Iulii.*
Elfleda, virg. Regali ex Progenie Angl. Nata 29. *Octob*
Elisabeth à Nauarra, virgo, Albiæ. 11. *Iunii.*
Elisabeth, Malatesta, vidua, Camertum Princeps. 12. *Octob.*
Elisabeth, vidua, S. præcursoris Christi Mater. 5 *Nouemb.*
Erentrudes, virgo, ex Regio Franc. genere. 30. *Iunii.*
Franchildes, vidua, Princeps Palatina. 17. *Maii.*
Gemma, virgo, Martyr. soror Quiteriæ, Infra. 16. *August.*
Gertrudes, virgo, Ludouici Landgrauij Turingiæ filia. 13. *August.*
Gertrudes, virgo, Regia. 18. *Octob.*
Gibitrudes, virgo, alto Francor. Stemmate illustris. 26. *Octobr.*
Gundrada, virgo, Pipini, Francor. Regis Neptis. 2. *Ianuar.*

Hademunda,

Hademunda, vidua, x Carulomanni Regis a jorum, & Italiæ. 11. *Nouemb.*
Hieronyma Mon feltria, vidoa, Pisauri Princeps. 11. *Decemb.*
Hilda, virgo, Eduini Nortsubumbrorum Regis Neptis. 17. *Nouemb.*
Iolenda, virgo Romanorum Augusti, Neptis. 6. *Nouemb.*
Laudrada, virgo, Franeica proles Regia. 8 *Iunii.*
Libaria, virgo, Martyr Regia ex familia. 8. *Octob.*
Margarita, vidua, ex Regio Cypri sanguine. 19. *Iulii.*
Maria à Stotauilla, Abbatilla Hederens. 10. *Ianuar.*
Margarita polus, Martyr. Regia. 27. *Decemb.*
Maria, Emanuelis, 1. Reg. Lusitaniæ, Neptis. 21. *Septembr.*
Mastidia, virgo, Regia. in Gallia. 5. *Maii.*
Menna, virgo, Regij. viri. Bactij filia, ibid. 3. *Octob.*
Oda virgo, Mennæ Soror. 18. *Octob.*
Opportuna, virgo, ex Regia Franeor. Stirpe. 21. *Apr.*
Pandiona, virgo Regia, in Anglia. 26. *Martii.*
Philippa. virgo, Petri, Lusitaniæ Principis filia. 25. *Iulii.*
Philippina, virco, Ludooici, Aransicosis Principis filia. 16. *Octob.*
Quenborga, virgo, Soror. Cuthborgæ, Reginæ Angl. 12. *Septemb.*
Quiteria. virgo, Martir. Regiæ Stirpis proles. 22. *Maii*
Ragenfredes, virgo, Pipini Francor. Reg. Proneptis. 8. *Octobr.*
Regina, vidua, Pipini Francor Reg. Neptia. 1. *Iulii.*
Sanctia, virgo, Castellæ & Legionis Princeps 18. *Feb.*
Susanna, virgo, Martyr, Regia. 8. *Octob.*
Siechedes, virgo, filia Adalquari, Alchiaci Reguli. 21. *August.*
Tarsitia, virgo, Clotharij, 1. Franc. Reg. Neptis. 15. *Ianuar.*
Telechildes, virgo, Regia, Francor. Prosapia, Nata. 10 *Octobr*
Teresa, virgo. Arragonla ex domo, 10. *Maii.*
Tetta, virgo, Angliæ Regis Soror 27. *Septembr.*
Theodrada, virgo, Neptis Pipini Franc. Regis. 3. *Octobr.*
Tilba, virgo, Regia, Anglicana. 13. *Decembr.*
Weda, virgo, Paineeps, in Anglia. 2. *Decembr.*
Wilfetrudes, virgo, ex antiqua regia Franc. Stirpe. 23. *Nouembr.*
Vrraca, vidua, ex Arragonum reg. Progenie. 9. *Ian.*
Waldetrudes, vidua, ex familia Franc. Reg. 9. *Apr.*

DVCISSÆ FOEMINÆ.

ADelays Sabaudiæ Ducissa, ac Taurinensis Comitissa. 29. *Decembr.*
Adelhaydes, virgo, Mengesi, Ducis Geldriæ, filia. 5. *Februar.*
Adleydes, D. Lupi. Ducis aergomensis. 17. *Iunii.*
Agnes, virgo, ancelatorum, Castellæ Majorum filia. 26. *Maii.*
Aleydes, Simanis, Lotharingiæ Ducis vxor. 19. *Aug.*
Amalberga, vidua, Soror Pipini Landensis, Ducis 10. *Iunii.*
Anna, vidua Ducis de Arcos Roderici, in Hispania, filia. 26. *April.*
Beggha, vidua, filia Pepini, 1. Docis Brabantiæ. 17. *Decembr.*
Bertha. vidua, filia Ducis Lotharingiæ. 15. *Maii.*
Berthildea, virgo, ex Ducum Lotharing. Stirpe. 13. *Ianuar.*
Blancha, virgo, Suror Alphonsi Heuriquez. Castellæ Admirantis. 5. *Maii.*
Catharina è Ducum Cardonæ Domo. 29. *Iunii.*
Catharina, Ducilla Mediolanensis. 29. *Octob.*
Chunegundes, Bolislai pudici, poloniæ Ducis vxor. 14. *Iulii.*
Clodesindes, virgo, vincri Ducis, filia. 25. *Iulii.*
Constantia, vidua, vxor. Alphonsi, Ducis 1. Bragantiæ. 26. *Ianuar.*
Euphemia, virgo, Lesel, Ratiboriæ Ducis, filia. 19. *Ianuar.*
Francisca vidua, Petri Britaniæ Ducis vxor. 4. *Octob.*
Fredeswinda, virgo, Filia Dodani Oxonij Ducis. 19. *Octob.*
Fridburga, virgo, filia Ducis Gonzonis. 29. *Martii.*
Gertrudes, virgo, Pipini, Ducis 1. Brabantiæ, filia. 17. *Martii.*
Gertrudes, virgo, Henrici Barbati, Poloniæ Ducis filia. 17. *Martii.*
Gerburga. filia Ludolphi, Saxoniæ Ducis. 24. *Iulii.*
Grata, virgo, Lupi, Bergomensis Ducis filia. 1. *Maii.*
Hauydes, virgo, è gente Luxemborgens. oucum. 7. *Octobris.*
Hedauyges, filia Ducis Carinthiæ: & vxor. Poloniæ Ducis. 15. *Octobr.*
Humbelina vxor. fratria Docissæ Lothariugiæ. 21. *August.*
Ioanna, vidua, ex Ducibus Britanniæ Orta. 9. *Maii.*
Ioanna, virgo Gottofredi Brabantiæ Ducis filia. 19. *August.*
Iolenta. Relicta, ankslai Pij, Calissiensium Ducis, 13. *April.*
Itta, vel Idubergs, vxor. Pipini, Ducis. 1. Brabantiæ. 8. *Maii.*
Leonora Gusmaoia, virgo, ex Ducibus Methymnæ Sidoniæ. 21. *Iunii.*
Lucretia, virgo, Herculis, Ducis, 2. Ferrariæ, filia. 28. *Nouembr.*
Ludmilla, Martyr. Bohemiæ oncia vxor. 16. *Septemb.*
Ludouica, vidua, filia Amadei, Ducis Sabaudiæ. 7. *August.*
Margarita, virgo, Henrici, 2. Docis Brabantiæ filia. 4. *Iunii.*
Margarita virgo, filia Gottofredi, Brabantiæ Ducis. 19. *August.*
Margarita à Lotharingia, vxor Renati Alconoenensis, Ducia. 2. *Nouemb.*
Noitburges, virgo, Neptis Grimialdi Ducia Mariæ. 14. *Octobr.*
Othilia, virgo, Adalarici, Alsatiæ Ducis filia. 13. *Decembr.*
Paula, virgo, Federici, 2. Mantuani Ducis soror. 19. *Septembr.*
Pharaildea, filia Theodorici, Lotharingiæ Ducis. 4. *Ianuar.*
Theodora, Martyr. Goldeneri, Rothenorom Docis filia. 4. *Octobr.*
Theresia, vidua, Federici Methymnæ Riui-Sieci Ducis. 21. *Octobr.*
Viuentia, Soror Grimaldi Ducis Franc. 12. *Martii.*

MARCHIONISSÆ.

ANgelina, virgo, filia Ludouici, Marchionis Mantuani. 5. *Iulii.*
Antonia, virgo, Didaci Pachieci, Villenici Marchionis, filia. 10. *Maii.*
Beatrix. vidua, filia Azonis, 9. Ferrariæ Marchionis. 18. *Ianuarii.*

COMITISSÆ.

Reyneldes

Reyneldes, virgo, Martyr. filia Wigeri Comitis. 26. *Iulii.*
Rictrudes, vxor Adalbaldi, Austrebatensis Comitis. 12. *Maii.*
Simona, vidua, Comitissa, sancti Angeli in Vado. 13. *Septemb.*
Wraca, virgo, Comitissa, in Castella. 7. *Iunii.*
Waltrudes, vidua. Comitissa Hannoniæ. 9. *April.*
Ygoara, virgo, Tornodori Comitis filia. 14 *August.*

DINASTÆ ET TOPARCHÆ Illustriores.

ADalrudes, vidua, in Aruernia. 8. *August.*
Adfaldrodes, virgo in Vogeso. 30. *Septemb.*
Anastasia, virgo in Græcia. 13. *Octob.*
Apra, virgo, in Pictauia. 15. *Decemb.*
Aurea, virgo, Syra. 4. *Octob.*
Austrudes, virgo, Lauduni. 17. *Octob.*
Barbara, virgo, Martyr. Nicomediæ. 4. *Decemb.*
Bertha de Marbais, in Flandria. 18. *Iulii.*
Bertilia, virgo, Suessionensis. 4. *Nouemb.*
Bilhildes, vidua, in Franconia. 27. *Nouemb.*
Cæcilia, virgo, in Vogeso. 19. *Martii.*
Cæsaria, seu Casaria, virgo, iuxta Auenionem. 8. *Decemb.*
Cleopatra, vidua, in Palæstina. 19. *Octob.*
Columba, virgo Martyr. Senonensis. 31. *Decemb.*
Dumana, de Rupe Guidonis, in Vilcassino. 24. *Sept.*
Euphrosyna virgo Alexandrina. 1. *Ianuarii.*
Fides, virgo, Martyr. Agenoensis. 6. *Octob.*
Francisca, virgo à Claromonte 6. *Septemb.*
Gertrudes, vidua, vxor Rigomari Duacensis. 6. *Decemb.*
Geua, virgo, Ernaldi filia, in Neustria inferiore. 10. *Decemb.*
Heremberta, virgo, Boloniensis. 16. *Octob.*
Hildeburges, Matrona Castri Gaillardonis, Carnotensis. 14. *Iulii.*
Hildegardes, virgo, Germanica. 17. *Septemb.*
Huoegundes, virgo, ex Lambaidis Domicellis, Veromanduæ. 25. *August.*
Immina, seu Irmina, virgo Franciæ Orientalis. 7. *Decemb.*
Irmengardes, vidua, in Germania. 4. *Octobr.*
Larcia, vidua, Martyr Lutetiæ. 9. *Octobr.*
Lucia, virgo, Martyr. Syracusana. 13. *Decemb.*
Ludouica, vidua, in Castella. 1. *Octobr.*
Mablina, à Simana, vidua in Prouincia. 31. *Maii.*
Margarita de Polastron, vidua. Tolosana. 21. *Nou.*
Maria Goufaloa, virgo, Toletana. 29. *August.*
Maria de Maylle, vidua, virgo, Turonensis. 8. *Mart.*
Maria Suarez à Toleto, vidua Garsiæ Mendez. 5 *Iulii.*
Maura, virgo, Trecensis. 21. *Septemb.*
Maxellendes, virgo, Martyr. Agri Cameracensis. 13. *Nouemb.*
Odila, Sicambra, Lauduni. 7. *Martii.*
Otbilia, virgo, Germana. 16. *Nouembr.*
Petronilla, virgo, Neustriaca. 19. *Decembr.*
Pientia, virgo. Martyr. Remensis. 11. *Octobr.*
Ragenulfa, virgo, in Hasbania. 14. *Iulii.*
Rosemunda, Ioannis Vernonensis Coniux. 30 *April.*
Salaberga, Lingonensis. 22. *Septemb.*
Scaraberga, virgo, Rhemensis. 18. *Iulii.*
Saretrudes virgo, filia, S. Salabergæ, sup. 7. *August.*
Tancha, virgo, Martyr. Trecensis. 10. *Octobr.*

FOEMINÆ CONSVLARES ET Proconsulares: Patriciæ ac Senatoriæ dignitatis, Tribuniciæque potestatis.

ÆMiliana, virgo, Amita, S. Gregorij. 1. Papæ, ex Aniciana & patricia Familia, Romæ. 5. *Ianuarii.*
Agatha, virgo, Martyr. in Sicilia, 5. *Februar.*
Aglaes, Matrona, Acacij proconsulis, filia, Romæ. 8. *Maii.*
Alchima, Consularis, in Aquitania. 15 *Nouembr.*
Ammia, vidua, Cæsareæ in Cappadocia. 31. *August.*
Anastasia, Vxor Pompei, Patricij, Constantinopolit. 10. *Martii.*
Anastasia, Romana, Martyr. 25. *Decembr.*
Angadrisma, virgo, filia Roberti, Concellarij Franc. 14 *Octobr.*
Anna, vxor. B. Nicolai Iustiniani, Patricij Veneti. 10. *Ianuarii.*
Aona, vidua, Constantinopolitana. 28. *Nouembr.*
Anthia, Martyr. Consularis Romana. 18. *April.*
Apollinaris Syncletica, Patricia & Senatoria Constantinopolit. 5. *Ianuarii.*
Asella, virgo Romana, Consularis. 6. *Decembr.*
Barbara, Matrona Romana. 26. *Iulii.*
Benedicta, virgo, Martyr. ex Senatorum Ordine. 8. *Octobr.*
Bibiana, virgo, Martyr. Romana, filia vrbis Præfecti. 2. *Decemb.*
Blesilla, vidua, Romana, filia, S. Paulæ viduæ. 22. *Ianuarii.*
Cæcilia, virgo, Martyr. Romana, S. Valeriani vxor. 22. *Nouembr.*
Catharina, vidua, Genuensis, filia Iacobi Flisci, Proregis Neapolit. 14. *Septembr.*
Centola, virgo Martyr. Toleti Reguli filia. 13. *Aug.*
Christina, virgo Martyr. filia cuiusdam præfecti. 24. *Iulii.*
Claudia, vxor Philippi, Ægypti præfecti. 31. *Decemb.*
Consortia, virgo, Gallica, filia, S. Eucheri, Senatoris. 16. *Nouembr.*
Crispina Matrona, Martyr. in Africa. 5. *Decembr.*
Dafrosa, Martyr. Romana, Fabiani vrbis præfecti vxor. 4. *Ianuarii.*
Demetrias, virgo Romana, filia Anicianæ & Consularis. 10. *April.*
Demetria, virgo Martyr. Romana, soror. S. Bibianæ 21. *Iunii.*
Epicharides, Romana Martyr. Senatoria. 27. *Sept.*
Eufrasia, virgo Constantinopolitana, filia Antigoni Senatoris. 13. *Martii.*
Eufrasia, vidua, Mater præfatæ Eufrasiæ 25. *Iulii.*
Eufrasia, vxor S. Namati, Patricia. 17. *Nouembr.*
Eugenia, virgo, Martyr. filia, S. Claudiæ, sup. 25. *Decembr.*
Eusebia, Matrona, Patricia, Emeritæ. 17. *Ianuar.*
Eustochium, virgo Romana, filia, S. Paulæ. 28. *Septemb.*
Exuperia, Martyr. vxor. S. Olapij Tribuni, Romæ. 26. *Iulii.*
Fabiola, Matrona Romana, Consularis. 17. *Decemb.*
Firmina, virgo, Martyr. Romana, Calphornij vrbis Præfecti filia. 14. *Nouembr.*
Flauia, virgo, Martyr. Romana, Tertulli Senatoris filia. 5 *Octobr.*
Flauia Domitilla, virgo, Martyr. Romana, Consularis. 5. *Maii.*

INDEX ILLVSTRIORVM SANCTARVM

Flauia Domitilla, vxor S. Flauij Clementis, Consulis. 9. *August.*
Fœlicitas, Romana, Patricia. 25. *Nouembr.*
Galla, vidua Romana, Symmachi Consulis filia. 26. *April.*
Galla, vidua, S. Eucherij Senatoris Coniux, in Gallia. 16. *Nouembr.*
Glyceria, Martyr. filia Macarij tertiò Consulis. 13. *Maii.*
Hilaria, Martyr. Romana, vxor. S. Claudij Tribuni. 3. *Decemb.*
Iacoba, Matrona Romana, Senatoria. 8. *Februar.*
Iuliana, Matrona, Bononiæ, & Florentiæ. 7. *Febr.*
Iuliana, Anyciana, consularis, Romana. 23. *Maii.*
Iuliana, Aniciana, Iustini Imp. Neptis, Constantinop. 26. *Octob.*
Iuliana, virgo, Martyr. Eleusij Nicomediensis præfecti filia. 21. *Decembr.*
Iunilla, ex Senatoriu Ordine, Martyr. Lingonis. 17. *Ianuar.*
Lea, vidua, Romana, Consolaris. 22. *Martij.*
Leonilla, vidua, Martyr. Senatoria, Lingonis. 17. *Ianuar.*
Leonilla, Martyr. Coniux, S. Licinij Ebroicensis vrbis Præfecti. 11. *August.*
Lucilla, virgo, Martyr. Romana, B. Nemesij Tribuni filia 31. *Octob.*
Locina, Romana, vxor S. Piniani; Asiæ proconsulis 30. *Iunii.*
Mannea, Martyr. vxor. S. Marcellini Tribuni. 27. *August.*
Marcella, vidua, Romana, Consularis, ac Proconsularis. 30. *Ianuar.*
Marcellina, virgo Romana, filia Ambrosij Præfecti Galliarum. 17. *Iuly.*
Margarita, Columna, virgo, Romana, Consularia. 30. *Decemb.*
Maria, vidua, Martyr. Consularis, Harlemi. 27. *Maii.*
Maria, Veneta Patritia. 28. *Iulii.*
Maria, Martyr. Patritia, Constantinopolit. 9. *Aug.*
Maria Angela Catharina, virgo Genuensis, Patritia. 9. *Decemb.*
Maria Longa, vxor Cancellarij Regni Neapolitan. 21. *Decemb.*
Maria Victoria, vidua, Hieronymi Fornari Genuens. filia. 15. *Decemb.*
Martina, virg. Martyr. Rom. Coosularis. 1. *Ianuar.*
Mathidia Matrona Romana Senatoria. 16. *Februar.*
Matrona, Patritia Pergensis in Pamphylia. 9. *Nou.*
Manra, vidua Gothica, patritia. 12. *Nouemb.*
Melania Senior, Consularis, Romana. 21. *Ianuar.*
Melania Iunior, Senatoria Romana. 31. *Decemb.*
Mustiola, Matrona Martyr. Claudij Imp. Consobrina. 3. *Iulii.*
Nicerata, virgo Senatoria, in Bithynia. 27. *Decemb.*
Olympias, virgo, vxor Nebridij præfecti Constantinopolit. 17. *Decemb.*
Paola, Romana, vidua, Senatoria & Consularis. 26. *Ianuar.*
Paula, Iunior, prioris Neptis, virgo Romana. 2. *Iunii.*
Pimeniola, ex Senatorio Ordine in Gallia. 22. *Dec.*
Placidina, ex Imperatorio Stemmate, in Aquitania. 15. *Nouemb.*
Plautilla, Matrona Romana, Martyr. Consularis. 20. *Maii.*
Poma, virgo Romana, Senatoria. 27. *Iunii.*
Praxedes, virgo Romana. Senatoria. 21. *Iulii.*
Prisca, virgo, Martyr. Romana, Consularis. 18. *Ianuarii.*
Priscilla, Matrona Romana, Senatoria. 16. *Ianuar.*
Proba, virgo Romana, Consularis. 7. *Martii.*
Proba, vidua, Romana, Aniciana, Consularis. 11. *Martii.*
Pudentiana, virgo Romana, Senatoria. 19 *Maii.*
Quieta, coniux, S. Hilarij, Senatoris, Diuione. 28. *Nouemb.*
Ruffina, Romana, S. paulæ, filia, sup. 16. *April.*
Ruffina, virgo Martyr. Romana, Senatoria. 10. *Iulii.*
Ruffina, Matrona, Martyr. patritia, in Paphlagonia. 31. *August.*
Sabina, Matrona, Romana, Martyr. Senatoria. 29. *August.*
Scolastica, virgo Romana, Aniciana. 10. *Februar.*
Secunda, virgo Martyr. Romana, Soror. S. Ruffinæ, sup. 10. *Iulii.*
Seraphina Columna, vidua Romana, Senatoria. 8. *Septemb.*
Serena, matrona Consularis, Martyr. Spoleti, 30. *Decembr.*
Sother, virgo Martyr. Romana, Consularis. 10. *Febr.*
Stephania, Matrona Romana, senatoria. 6. *August.*
Susanna, matrona Patritia, in Gallia. 30. *Iunii.*
Susanna, virgo Martyr. Romana, Diocletiani Imp. Consanguinea. 10. *August.*
Syluia, virgo, Alexandrina, Soror Rufini Expræfecti. 30. *Octobr.*
Tharsilla, virgo Romana, Soror S. Emylianæ, sup. 24. *Decembr.*
Theodora Martyr. Romana, Soror. S. Hermetis vrbis præfecti. 1. *April.*
Theodora, virgo, Romana de Annibalis, senatoria. 24. *Decembr.*
Theopistea, Martyr. vxor. S. Eustachij. 20. *Septemb.*
Therasia, Romana, Consularis. 5. *Martii.*
Tryphena, Cæsaris propinqua, in Lycaonia. 10. *Nouembr.*
Tullia, virgo Gallica, Soror. S. Consortiæ sup. 16. *Nouembr.*
Vrsula, virgo, Martyr. Consularis, Harlemi. 27. *Maii.*
Zoa, Martyr. Romana. 5. *Iulii.*

LICENTIA REVERENDI ADMODVM.
Patris Ministri Prouincialis.

NOS Frater Vincentius *Moret*, Fratrum Minorum Recollectorum, Prouinciæ Parisiensis, sub Titulo sancti Dionysij in Francia, Minister Prouincialis & seruus: Tenore præsentium concedimus, vt liber, cui Titulus est: *Sacrum Gynecæum*, seu, *Martyrologium amplissimum sanctarum, & Beatarum, Martyrum, Virginum, &c.* A Venerabili Patre ARTVRO DV MONSTIER, eiusdem Prouinciæ Theologo editus (modò prius Doctorum Almæ vniuersitatis Parisiensis, necnon Thelogorum Ordinis nostri, calculo fuerit approbatus) Typis mandetur: Opus enim est, meo quidem iudicio, Sacris Canonibus. Decretis Concilij Tridentini, huiusque Christianissimi Regni sanctionibus, non modo non contrarium, verum etiam maximè consonum, Tituli sui apparatu dignissimum, mira varietate delectabile, vsu proficuum, Authorisque sui insignem pietatem maximè redolens. In quorum fidem his minori sigillo officij nostri munitis subscripsimus, Lutetiæ Parisiorum, hac die, vltima Aprilis, anno Domini 1654.

VINCENTIVS MORET,
Minister Prouincialis.

APPROBATIO DOCTORVM.

NOS infra scripti Regentes in Sacra Theologiæ facultate; Doctores Parisienses, omnibus quorum interest, fidem facimus, nos attentè perlegisse Præclarum opus, eruditione præcellens, pietate plenum, cui Titulus est. *Sacrum Gynecæum*, seu, *Martyrologium Amplissimum, in quo sanctæ ac Beatæ ancillæ Christi, Martyres, Virgines, &c.* recensentur: à Reuerendo Patre, ARTVRO DV MONSTIER, Rothomagensi, Ordinis, F. F. Minorum Recollectorum &c. conscriptum, summo labore, & variis sollicitâ curâ scholiis illustratum: in quo deprehensum nihil fuit, quod Catholicæ fidei, vel bonis moribus foret contrarium, vel difforme. Ita bono spondemus animo, Parisiis, anno Domini. 1654. quarto Calendas Septembris.

IOANNES BANNERET,
Sorbonicus, Sacrarum Hebraicarum Litterarum Lector, Professor Ordinarius, & Interpres.

IOANNES PAYEN.

APPROBATIO THEOLOGORVM Odinis Franciſcani.

QVEM de ſanctis piiſque mulieribus librum, magno labore fœliciquè ſucceſſu, ſcripſit, ſed nobili Titulo, *Sacri, Gynecæi, &c.* Venerabilis Pater, ARTVRVS DV MONSTIER, noſtræ S. Dionyſij Recollectorum Prouinciæ Prædicator, plena animi tum attentione, tum ſatisfactione, nos infra ſcripti Sacræ Theologiæ in eadem Prouincia Lectores, vidimus, legimuſque: nihilque in eo, vel à recta fide aberrans, vel à bonis moribus abſonum, vel à veritate diſcrepans, referimus: quin potius quot ſanctarum piarumque mulierum profert Encomia, tot fidei fœtus, morum exempla, veritatis æſtimamus teſtimonia. Hic ſenſus noſter, quem damus; Rothomagi, in noſtro Fratrum Minorum Recollectorum Conuentu, die menſis Iulij. 14. anno ſalutis reparatæ. 1654.

F. PLACIDVS GALLEMANT,
antiquus Sacræ Theologiæ Lector.

F. FOELIX GVILLOT,
Sacræ Theologiæ Lector Actualis in Conuentu Rothomagenſi.

SACRVM



SACRVM GYNECÆVM,

SEV

MARTYROLOGIVM AMPLISSIMVM

SANCTARVM ET BEATARVM MARTYRVM, VIRGINVM, &c.

Kalendis Ianuarij.



ROMÆ, Sanctæ [a] Martinæ, Virginis & Martyris: quæ sub Alexandro Imperatore, diuersis tormentorum generibus cruciata, tandem gladio, martyrij palmam adepta est: Eius tamen festiuitas, tertio Calendas Februarij celebratur, qua die, sacrum ipsius corpus repertum, decentius repositum est. In Cappadocia, Beatæ [b] Theogniæ, Virginis, vxoris Sancti Anastasij, claritate & vitæ puritate insignis. Alexandriæ, Depositio Sanctæ Euphrosinæ, [c] Virginis; quæ in Monasterio, sub virili habitu incognita, virtute abstinentiæ & patientiæ, necnon miraculis claruit. In Acquiria Brabantiæ Vallonicæ Monasterio, Ordinis Cisterciensis, Diœcesis Antuerpiensis, Beatæ Anonymæ [d], Virginis, altæ contemplationis, & extaticæ orationis. Gienni, in Hispania, Beatæ Catharinæ [e] ab Angelis, Virginis Clarissæ, vitæ sanctitate celebris. Vlyssipone, Beatæ [f] Mariæ de Abranches, Monialis Augustinianæ; genere & virtutum fulgore illustris. Eboræ, Beatæ Meneiæ, [g] de Paiua, eiusdem instituti alumnæ; qui patientiâ, oratione, signisque admirandis emicuit. Oliuençæ in territorio Albensi, Beatæ Mariæ [h] à Cruce, Tertiariæ Franciscanæ; quæ mortificationi & perfectioni dedita, mirum suæ sanctitatis vbique sparsit odorem. Messiniæ in Morinis, Dormitio Beatæ [i] Richildis, viduæ, quæ pœnitentiæ operibus, & misericordiæ actionibus intenta, gratiam & gloriam consecuta est à Domino.

IANVARII PRIMA DIES.

ANNOTATIO.



§. 1. Anctæ Martinæ Virg. Martr. [a]] Virgo extitit Romana, Patre consulari, illustri genere nata. Habentur res gestæ ipsius: quas Surius retulit Tom. 1. Baronius autem, in Codice. M S. suæ Bibliothecæ, legit eam passam. Anno. 4. Alexandri Imperatoris, scilicet, Christi. 227. necnon & milites septemdecim Martyrum Carnificinæ præfectos, & S. Martinæ operâ ad Christum conuersos, ad 17. Calend. Nouemb. truncato capite, martyrij corona donatos. Meminit oratorij S. Martinæ, Ioannes Diaconus, in vita S. Gregorij lib. 4. cap. 93. Extant in hunc diem vestigia celebrioris memoriæ S. Martinæ, Romæ, ad radices Capitolij, apud arcum Seueri; vbi tandem sacrum eius corpus, Vrbano VIII. summo Pontifice, reper-

tum: an. 1634. postea, eodem loco, in meliorem formam redacto, atque decentius ornato, magno populi concursu, totius vrbis lætitia, solemni ritu, ac pompa, repositum est. De eadem, hac die, Beda, Vsuardus. Ado, Martyrologium Romanum, Baronius ibid. in notis, & tom. 2. Annal. Eccles. ad an. Christi 228. Molanus in Annotat. ad Vsuard. Vincentius Beluacens. lib. 11. Specul. Historial. cap. 27. 28. & 29. S. Antonin. part. 1. Chronic. titul. 7. cap. 6. §. 17. Petrus de Natalib. lib. 2. Catalog. Sanctor. cap. 29. Bergomas de claris mulieribus cap. 84. & lib. 8. Supplement. Chronic. ad ann. Christi 228. Lippelous Renatus Benedictus, Foderetus, Simon Martin, Gazetus, &c. hac die, in vita eius. Doubletus ibid. in Templo Beator. Bachotus in Fastis Christianis. Bosius tom. 2. de signis Eccles. lib. 15. cap. 5. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ. Ecclesia 14. Regione 1. Schedel sexta mundi ætate.

§. 2. *B. Theognia, Virgin.* [b]] Hæc D. Anastasij Presbyteri vxor, floruit circa ann. Christi 355. virgo pudicè viuens cum viro plusquam an. 40. quam S. Basilius Magnus visitauit: & cuius iossu, ipsa B. Theognia succensos carbones illæso sinu tulit: fide, charitate in pauperes, & modestia plena: ita ex actis ipsius S. Basilij apud Sorium ex Amphilochio: Vincentium Beluacens. sup. lib. 14. cap. 80. D. Antoninum, titul. 10. sup. cap. 4. §. 2. & Renatum Benedictum in vita eius, hac die. Rosweydum lib. 1. vitar. Patrum. ibid. in notis.

§. 3. *S. Euphrosina, Virgin.*] Desiderio perfectioris vitæ accensa, Asceterium Religiosorum adiit; vbi sub nomine *Smaragdi*, virili habitu induta, per triginta & octo annos, in summa virtutum laude, Christo seruiuit. Quidam *Emerandam*, eam vocant: forsan ex vulgari Gallico; nam *Smaragdus*, Latinè. *Esmerande*, Gallicè dicitur: quod in idem recincidit. De ea, tam Batinorum Martyrologia, quàm etiam Græcorum Menologia, agunt hac die. Eios res gestas edidit Metaphrastes ex antiquiorib. monimentis acceptas. Itē Vincentius Beluacens. sup. lib. 15. cap. 75 & seq. S. Antonin. sup. part. 2. titol. 15. cap. 10. §. 9. Bergomas, de claris mulierib. cap. 124. Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. hac die, & tom. 5. annal. Eccles. ad an. 400. quo florebat. Molanus sup. Surius, Lippelous, Lipomanus, Foderetus, &c. in vita ipsius. Rosweydus ibid. sup. Fulgosus lib. 4. memoralib. cap. 3. Schedel. sop. in Registrō mundi, fol. 136. Ferrarius, in noua Topographia Martyrolog. Roman. verb. *Sesis*. Petrus Thomas Saracenus, part. 2. Menologij Carmelitar. in catalogo Ss. eiusdem Ordin. ex moltis alijs, &c. Antonius Alegre in Paradiso Carmelitici decoris, statu 2. ætat. 6. post Christum, cap. 133. cuius officium recitandum de ea constat approbatum ex Diplomate Pauli V. & Vrbani VIII. confundunt aliqui hanc S. Euphrosynam com B. Euphrasia, de qua agitur postea 3, Idus Martij, sed perperam.

§. 4. *B. Anonyma, Virg.* [d]] Memoratur à B. Cantipratano lib. 2. Apum. cap. 54 §. 4. *Audiui* (inquit) *super hoc quiddam relatione dignissimum ab ore Beata Memoria, Bertha, nobilissima mulieris, Abbatissa Monasterij Ordinis Cisterciensis, quod iuxta Insulam in Flandria Reclinatorium nuncupatur. Hac cùm adhuc esset, in Aquiria, Monialis contigit, vt sanctissimam quandam ex socialibus pro negotio, quereret, & in cōtemplatione diuini vultus raptam, in angulo Ecclesia solitariam inueniret. Quæ vbi à facie illius velum circumspectè dimouit: vultus eius omni flamma radiantius coruscauit; cuius fulgore subitò continentis temeritas repercussa, ferè exanimis cecidit supina. Quid mirum? Legimus quod facies Moysi splendida facta sit ex illa ænigmatica collocutione diuina*, &c. Exod. 34.

B. Catharina, Virgin.] Virtutibus atque sanctimonia renitens, promptissima erat ad obedientiam, orationi assidua, proximo valdè pia; vitæ asperitate, virginitatem perpetuò illibatam Christo sponso seruauit. Obiit anno 1578. post cuius fœlicem transitum à cæteris Monialibus magna in veneratione est habita, & vt verè Beata colitur. Vide Martyrolog. Franciscanum & annotationes nostras ad illud, hac die. Ex Gonzaga part 3 origin. Seraph. Relig. In Monasterio Giennensi S. Claræ, quod est 5 Prouinc. Granatens. Barezzo part. 4. chronic. Minor. lib. 7. cap. 2. Coccio, Galtherio, & aliis. §. 5.

B. Maria, Monial. [f]] Nobili genere nata, cum inter alias serenissimæ D. Ioannæ, Matris Regis Portugalliæ Sebastiani, domicellas floreret, ad cuiusdam concionatoris prædicationem diuino spiritu efficaciter excitata, mundi vanitatibus, ac nugis curialibus protinùs nuntium remisit, diuino seruitio se addixit, virtuti omninò animum dedit, habitumque Religiosum in Monasterio S. Monicæ ordinis Augustinian. Vlyssiponens. à se fundato suscepit; vbi notabili cum vitæ perfectione, & sanctitatis odore vixit, circa an. 1590. Iuxta Cardosū in Agiologio Lusitano, & commentario ad illud, hac die. §. 6.

B. Mencia.] Ob ingentem illius sanctitatem, & miraculorum frequentiam, notissima extat in Monasterio S. Monicæ, eiusd. ordin. Eborens. quo Magistræ Nouitiarum, & bis Priorissæ munus egit: ac sanctissimè obiit anno 1614. Teste eodem Georgio Cardoso sup. hac die. §. 7.

B. Maria à Cruce. [g]] Pœnitentiæ exercitiis admodum eluxit; cilicio & rigidis disciplinis carnem spiritui subigebat: orationi instanter vacabat; in qua diuinis replebatur consolationibus & reuelationibus: moritur, hac die, anno 1635. cùm Tertiariarum Franciscanarum instituto Magistra præesset: in cuius fœlici transitu tantus fuit populi concursus, vt certatim de vestimentis & habitu eius aliquid tollere, aut saltem osculari & tangere, ex omni plaga viciniæ accurrerent. Ita præfatus Cardosus ex vita illius MS. per Confessarium eius. F. Michaëlem ab Angelis Minoritam, ex monimentis illius loci authenticis, & informationibus, mandato Sebastiani de *Mattos*, Albensis Episcopi, confectis. §. 8.

B. Richildis, Vidua.] Vxor fuit Balduini, Montensis, Flandriæ Marchionis, mortui anno Christi 1070. quæ non minori genere, quàm fama celebris; quam referunt Messinicum oppidum flammis corripientem, in Casletano monte, cum Roberto Frisone, sororio digladiantem, & captiuam; Eustachij Boloniæ Comitis armis defensam; denique Philippi I. Regis Francor. fretam præsidio, susdeque omnia commouisse, &c. Nunc autem fastu illo, qui fœminam dedecebat abdicato, memor Adelæ nouercæ, sese sapienter strepito aulico, & tumultibus bellicis sobducentis: certa est (prius inuisis Romæ Apostolorum liminibus, & expiatis illic multo fletu, & maceratione, criminibus) eundem petere secessum, (pœnitentiam actura) & quem insolenti locum barbariè desœderat, religiosa admodum pœnitudine, resarcire. Vt enim, quæ per animi ferociam, & habendi cupidinem prius in Morinensi, & superiori Flandria peccauerat, voluntariis suppliciis, in angu- §. 9.

stum

ſtum ſeſe Cœnobij Meſſinici angulum recondens, abſterſit: miroque viuendi genere, magnates in ſui traxit admirationem: pluſque aſſecuta eſt ſe ſpontè affligendo, quàm totis viribus bellando; meliùs animæ ac ſaluti ſuæ conſulens. Etenim non ſolùm præteritæ vitæ culpas magna pœnitudine diluendo. Iu culcitram ad quietem nunquam corpus deponendo, omni lineæ veſte ſibi interdicendo: inedia quotidiè membra domando; ſexta ſemper feria, præter panem guſtando nihil: verum etiam, varium mendicis obſequium exhibebat: Exeſa lepra vilium hominum membra contrectabat, curabatque: egenis luculentas eleemoſynas largiebatur: nec ambigo profuſiorem fuiſſe in Meſſinenſe Monaſterium, quod prius grauioribus afflixerat ærumnis: & eam vitæ rationem, ipſis Meſſinibus virginibus demiranti-bus, vſque ad extrema iniit: anno denique 1086. eam claudens fœliciter, ſuiſque gratum odorem relinquens. Quippe mira viraginis conuerſio in ſui admirationem Galliam vniuerſam, quin & Summum Pontificem, traxit. Vide, poſt alios plures. Iacobum Malbrancque tom. 2. de Morinis lib. 8. cap. 76. ex MSS. monimentis illius loci. Petro Oudegherſto, &c.

QVARTO NONAS IANVARII.

APud Gazam & Aſcalonem, Palæſtinæ vrbes maritimas, Natalis Sanctarum Virginum [a] quæ à Gentilibus, ob Chriſtianam fidem, horribili mortis genere, præclari martyrij coronam, ſunt aſſecutæ. Aſtraſiani in Moſchouia, Paſſio Beatæ [b] Barbaræ de Caſanis, Auguſtianæ Tertiariæ, Martyris. Treuiris, apud Horreum Monaſterium Benedictinum, Sanctæ [c] Seueræ Abbatiſſæ; meritis perfectæ obſeruantiæ celebris. Pictauis, in Monaſterio Sanctæ Crucis, Beatæ [d] Gundradæ, Virginis Benedictinæ, Sancti Adhelardi, Abbatis Corbeienſis ſororis: generis proſapia, & vitæ ſanctimonia illuſtriſſimæ. Fulginij, Beatæ [e] Cæciliæ Coppoli, Virginis Clariſſæ, Abbatiſſæ: quæ paupertate, & zelo Monaſticæ obſeruantiæ: ac ſanctæ orationis ſtudio flagrabat. Soncini in dominio Veneto, Beatæ [f] Stephanæ à Soncino, Virginis, Tertiariæ Dominicanæ: quæ humilitate, vitæ auſteritate, & Crucis Chriſti amore, necnon miraculorum gloria reſplenduit. In Prouincia Comagenæ, Beatæ [g] Mentiæ Pimentiæ, pietate, & ingenti ſpiritus feruore plenæ. Vlyſſipone, Beatæ Philippæ, [h] à Sancto Antonio, Clariſſæ Abbatiſſæ: prudentia, humilitate, ac charitate, conſpicuæ. Aſſiſij in Vmbria, Beatæ [i] Hortulanæ, viduæ, matris Sanctæ Claræ Virginis: quæ fide, deuotione, religione emicans, ſignis etiam in vita, & poſt mortem fulſit.

IANVARII II.

† §. 1. SAnctarum Virg. Mart. [a]] Harum agonem glorioſum in conſpectu Dei, recenſet Baronius tom. 4. Annal. Eccleſ. ad ann. Chriſti 362. §. 145. ſed quò tandem progreſſa ſit ipſorum Gazenſium & Aſcalonitarum gentilium in Chriſtianas has famulas ſæuitia; ex Theodoreti narratione lib. 3. cap. 6. audiamus *Aſcalone (inquit) & Gaza, quæ ſunt vrbes Palæſtinæ, primùm virorum, Sacerdotij dignitate exornatorum; & mulierum, perpetuam virginitatem profeſſarum, ventres diſcindunt, deinde farcinis hordeo, ad extremum, eos porcis deuorandos obijciunt.* Griſius de Clericis regulamb. ſect. 10. §. 2.

§. 2. *B. Barbaræ, Martyr.* [b]] Polona erat natione, genere ac virtute illuſtris: quæ paſſa eſt, ann. 1612. ſimul cum B. Nicolao *de Mello*, Auguſtiniano, & cæteris: qua de re, vide Cardoſium in Agiologio Luſitano, & commentario ad illud, hac die. Ex multis alijs Triumphum eorum referentem.

† §. 3. *S. Seueræ, Abbatiſſ.* [c]] Nona Parthenonæ de Horreo, Treuiris, extitit Abbatiſſa ſanctiſſima: cuius meminerunt. Menardus in Appendice ad Martyrolog. Benedictinum, & Sauſſayus in Appendice ad Martyrolog. Gallican. poſt librum de Monaſterijs Germaniæ, & Yuanem in Compendio viror. illuſtr. ordinis S. Benedicti.

§. 4. *B. Gundradæ, Virg.* [d]] Floruit circa ann. 750. ortum ducebat ex nobiliſſimo Francor. genere, quippe, quæ neptis erat Pipini Regis, ſoror autem SS. Adelardi, & Walonis, ſucceſſiuè Abbatum Corbejæ Gallicæ, in Ambianis, & S. Theodradæ Virginis: at ſanguinis claritatem ſanctiſſimæ conuerſationis luce inumbrauit: tum puritatis & innocentiæ amore, tumque perfectionis & virtutis deſiderio; quibus inflammata, Pictauium ſe conferens, actus & mores S. Radegundis, quondam Reginæ Franciæ, illic Abbatiſſæ quieſcentis, conata eſt ad amuſſim imitari, in Monaſterio S. Crucis illic extructo. Cuius S. Paſchaſius in geſtis præfati B. Adelhardi copioſè meminit, multa cum nominis ſancti commendatione, cap. 24. & 25. apud Surium, tom. 1. hac die. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano: & Malbrancque tom. 2. de Morinis, lib. 5. cap. 54.

B. Cæciliæ, Virg. [e]] Peruſiæ honeſtis parentibus §. 5. naſcitur, anno 1420. cuius mater cùm diu prole caruiſſet, meritis Sancti Bernardini, hanc à Deo obtinuit filiam; quæ à pueritia Chriſto voluntariè ſe conſecrauit, agenſque ſuæ ætatis ann. 17. Fulgineum, ad Monaſterium Sanctæ Luciæ ſe tranſtulit; vbi Clariſſis Virginibus ſe ſociauit. Eam in vocatione, magno feruoris Spiritu mox emicuit; ita vt omnium virtutum ingens ſpecimen ediderit, totius vitæ ſanctitatis norma effecta. Sic ſanctæ orationis exercitio addicta erat, maximè Chriſti paſſionem meditando, quòd nonnunquam lumina micarent ſuper locum, cui deuotioni incumbebat, ſummo autem amore proſequebatur puritatem animæ & corporis, San-

ctam paupertatem, & humilitatem; ita vt Fulginei & Romæ, Abbatiſſa electa, cæteris ſororibus ſibi ſubditis facilè perſuaſerit primæ regulæ S. Claræ profeſſionem, & obſeruantiam. Fulgineum reuerſa, curſum vitæ ſanctiſſimæ peregit anno 1500. miraculis quàm plurimis poſtea illuſtrata. Hanc commemorant Martyrologium Franciſcan. hac die, & alij in Annotationibus noſtris ad illud: vti Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraphic. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. chronic. Minor. lib. 7. cap. 9. Iacobillus de Ss. Fulginatib. Valerius lib. de Ss. mulierib. ordin. minor. cap. 40. Thielmans tom. 2. Vitar. Ss. eiuſd. ordin, &c.

§. 6. *B. Stephana, Virgin.* [f]] Piis ex parentibus progenita, in territorio Brixiano, anno 1457. ac deindè ſeptennis effecta, votum egit in die Aſſumptionis Deiparæ Virginis, de virginitate, paupertate, & obedientia ſeruanda; necnon de Ordinis tertij Dominicani profeſſione aliquando emittenda; quod mox, vt ann. 15. ætatis attigit, opere compleuit. Abſtinentia fuit inſignis, cilicio, diſciplinis, vigiliis, aliiſque operibus pœnalibus delicatum corpus iugiter edomabat. In recordatione Paſſionis Dominicæ mirificè delectabatur: ita vt viciſſim Stigmata Chriſti in manibus, pedibus, capite, &c. geſtauerit. Patientia & humilitate, ac ſapientia quàm maxima fuit exornata, viſionibus cœleſtibus ſæpius dignabatur, atque ſpiritu prophetico replebatur. Demum, ſeptuagenaria maior, ſuaui ſopore attrita, Chriſto ſponſo animam reddidit, hac die, anno 1530. miraculis poſt obitum famoſa euadens. Ita Seraphinus Razzius part. 2. Vitar. Ss. ordin. Prædicat. Ioannes à Sancta Maria ibid. part. 1. Boſius de ſignis Eccleſ. Dei, lib. 12. cap. 23. & lib. 15. cap. 5. Iodocus Coccius ibid. art. 11. Rayſſa, in Auctario ad natales Ss. Belgij. Molani ſub 16. Martij. Galtherus in Tabula chronograph. ſæcul. 16. in Sanctis & illuſtrib. viris.

§. 7. *B. Mentia.* [g]] Luſitana natione, zelo, pietateque ac deuotione exæſtuans, patriam dereliquit, & velut peregrina in mundo, maiorem orbis partem peragrauit; non ſine labore & penuria; ſed non abſque fructu animæ ſuæ. Nam pluries in Indiam Orientalem trajecit, & indè pedes, Hieroſolymam loca ſacra viſitatura, venit: vbi moram traxit, ingenti cum ſpiritali lætitia, & virtutum profectu; tum denique vrbem vulgò, *Alepo*, Comagenæ Prouinciæ apud Armeniam proficiſcens, obdormiuit in Domino, hac die, circa an. 1563. magno cum honore ac reuerentia à Chriſtianis Armenis ſepulta. Iuxta Cardoſum in Agiologio Luſitano, & Commentario ad illud, hac die, ex Pantaleone de Aueiro, in Itinerario Terræ ſanctæ, cap. 29. fol. 124. Ludouico de Angelis in Horto Portugalliæ, §. 134. & aliis. §. 8.

B. Philippa, Abbatiſſa. [h]] Ex Monaſterio Conceptionis Funchalis oppidi Vlyſſiponem ablegata eſt, ſimul cum ſociis, vt initium daret Monaſterio *de Sperança*: vbi per annos 35. floruit omni prudentia, ac genere virtutum: cum maxima humilitate & charitata Abbatiſſæ munus ſic exercuerit: vt Deo, ac Virginibus ſibi ſubditis ſummè placuerit; quæ, hac die, ann. 1572. fœliciter tranſiit ad gloriam. Teſte Cardoſo ſup. ex MSS. monumentis eiuſdem loci.

B. Hortulana, vidua. [i]] Hæc illuſtribus orta natalibus S. Claræ, & B. Agnetis, ſororum virginum, §. 9.
mater pientiſſima, vitæ etiam ſanctitate celebris extitit. Nam quamuis maritali ſubiecta iugo, diuinis tamen obſequiis inſiſtebat & pietatis operibus. Vnde ex deuotione, ſepulchrum Domini in Terra ſancta viſitauit: indè, ad Apoſtolorum limina, necnon B. Michaelis Archangeli ædes, cauſa orationis acceſſit. Quæ poſt conuerſionem præfatarum filiarum, mundum & ipſa derelinquens, ſanctimonialis effecta eſt: illiſque adeò conſimilis euaſit, vt per ipſam in vita, & poſt obitum, ſigna ac miracula Chriſtus operari dignatus ſit. Agunt de ea Martyrologium Franciſcanum, & annotationes ad illud, hac die. S. Antoninus part. 3. hiſtor. titul. 14. cap. 6. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. conformitat. S. Franciſci, part. 4. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. ſup. lib. 8. cap. 1. Gonzaga part. 1. origin. Seraphic. Religion. in BB. ſecundi ordin. Minor. & alij multi in præfatis notis citati.

TERTIO NONAS IANVARII.

IN Ægypto, Sanctæ Herenæ,[a] Virginis; mira vitæ auſteritate & ſanctimonia inſignis. Lutetiæ Pariſiorum, Sanctæ Genoueſæ[b] Virginis; quæ à B. Germano, Antiſſiodorenſi Epiſcopo, Chriſto dicata, admirandis virtutibus, & miraculis extitit celeberrima: & Auguſtæ illius Vrbis ſpecialis Patrona, ſummè nunc vſque veneratur. Apud Maredium in territorio Attrebatenſi, Sanctæ Berthuliæ,[c] Virginis Benedictinæ, Abbatiſſæ; quæ genere & fide illuſtriſſima, ieiuniis & orationibus vacans, ſancto fine quieuit. Namurci, Beatæ[d] Oziliæ, Virginis Ciſtercienſis, quæ ardentiſſimo ſpiritus feruore, in Chriſtum Dominum exarſit. Segobiæ, Beatæ Mariæ[e] à Spiritu ſancto, Virginis, Tertiariæ Franciſcanæ; pietate & regulari obſeruantia præclaræ. Villæ-nouæ Infantium in Hiſpania, Beatæ[f] Catharinæ Ruiz, Virginis, item Tertiariæ eiuſdem inſtituti: eximiæ humilitatis & obedientiæ. Vlyſſipone, Beatarum[g] Agnetis ab Aſſumptione, & Margaritæ à Spiritu ſancto, virginum Ordinis Prædicatorum: quæ multis virtutibus illuxerunt. Mylis, in territorio Megarenſi, Beatæ Iulianæ[h] Virginis, Tertiariæ Ordinis Minimorum: quæ orationi, ieiunio, ac diſciplinis, & lachrymis dedita, viam ſibi parauit in in cœlum.

IANVARII III.

§. 1. *S. Herena, Virgin.* [a]] Hæc fœmineum habitum, cælesti consilio, virili ornatu mentitum simulauit, in abditissima Ægypti eremo delitescens, & à nemine visa; claris autem virtutibus effulgens, sublimissimè in silentio egit pœnitentiam, solo herbarum, radicumque pasta esu; post quæ, & alia virtutum egregia facinora, multos post annos, in cœlum migrauit circa an. 392. Ita Antonius Alegre, in Paradiso Carmelit. decoris, statu 2. ætat. 5. post Christum cap. 129. ex multis: tum ex lib. 5. de vitis Patrum, verbis Seniorum cap. 194. & lib. 6. de vitis Patrum, Libello 5. cap. 1. Item lib. 7. de vitis Patrum, cap. 34. §. 5. apud Heribertum Rosweidum.

§. 2. *S. Genouefa, Virgin.* [b]] Claruit temporibus Valentiniani Imperatoris, ac peruenit vsque ad Clodouæum I. Francorum Regem, Protochristianum: obijtque grandæua ætate, virgo purissima, virtutibus & meritis plena, necnon miraculis quotidianis frequentissima. Extant præclara vitæ eius acta sincera, quæ recitant, Surius, Lippelous. Renatus Benedictus, Foderetus, Doubletus, Gazetus, Haræus. Ribadeneira, Andræas Vallius, &c. in vita eius. Scribunt de ea D. Gregorius Turonensis de Gloria Confessor. cap. 91. & de gestis Francor, lib. 4. cap. 1. Aimonius ibid. lib, 1. cap. 24. Sigebertus in chronico an. 457. Beda, Vsuard. Ado, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. & tom. 5. & 6. Annal. Eccles. Molanus in Annotationibus ad Vsuard. Vincentius Beluacens. lib. 20. Specul. histor. cap. 8. 46. & seq. Item lib. 21. cap. 3. Petrus de Natalibus lib. 2. Catalog. Sanctor. cap. 38. D. Antoninus part. 2. chronic. titul. 11. cap. 19. Petrus Iudex in historia S. Genouefæ. Petrus de Ponte nouem libros carminum edidit de ipsa S. Genouefa. Bergomas lib. 1. Supplementum chronic. vbi de Parisiensi ciuitate. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Romanum, verb. *Lutetia.* Saussayus in Martyrologio Gallican. Brulius lib. 2. Antiquitat. Parisiens. in Abbatia Sanctæ Genouefæ. Botereus in sua *Lutetia.* Constantius & alij in vita S. Germani, Antissiodorensis Episcopi, 31. Iulij. Grasius de Clericis Regul. sect. 10. §. 7.

§. 3. *S. Berthilia, Virg. Abbatiss.* [c]] Illustri oriunda Francor. stirpe, æternæque patriæ amore, temporalem contemnens, prædium suum Sanctissimæ Dei genitrici, religioso munere obtulit; & monasterium Ibidem instruxit; in quo ieiunijs & orationibus intenta, omnique virtute prælucens, fœlici fine consumpta, quieuit in Domino: vti testantur Martyrologium Benedictinum, hac die, Wion. ibid. in notationibus, Chronicon. Cameracense lib. 2. Molanus in Indiculo Ss. Belgij & Calend. Belgico. Myræus in Fastis Belgic. Saussayus sup. Ferrarius sup. verb. *Marcolus*, & in Catalogo generali Ss. hac die. Florebat an. 685. At, quam præfati asserunt, virginem, Auctricemque prædicti Monasterij. Iacobus *Malbrancque* scribit fuisse matrimonio iunctam cum Guthlando, Aquitanorum nobilissimo. Quæ postmodum, viro mortuo, reuersa est in patriam; vbi matris, nimirum sanctæ Gertrudis (de qua infra ad 6. Decembr.) sanctimoniam æmulata, sacrum velum assumpsit, fundauitque Marcolense Monasterium, cui & prima præfuit Abbatissa, ac sanctissimè vixit. Hæc pluribus perstringit ipse tom. 1. de Morinis lib. 2. cap. 57. lib. 3. cap. 10. & lib. 4. cap. 8. Forsitan, dicitur, *Virgo*. quòd castimoniæ amantissima, vir eius, vt potè, pius, iustus, ac pudicus, illam reliquerit intactam; vti indicia probant vehementia, apud eundem *Malbrancque*, lib. 5. cap. 10. pag. 306. sup.

B. Ozilia, Virgin. [d]] Clausit, hac die, pura corporis lumina: socia cùm esset S. Iulianæ Cornelien- §. 4.
sis (de qua infra ad 5. April.) multa patientia & religione præstans. In monte etenim *Cornelio*, Cisterciense institutum amplexa, post multos labores viriliter toleratos, exul obiit Namurci, & Saluiniæ honorificum sepulturæ locum obtinuit. Hac Henriquez in Menologio Cisterciensi hac die, Saussayus in Martyrologio Gallicano. eadem die; Ioannes Gilemannus in vita S. Iulianæ; & Arnoldus Rayssa, in Auctario ad Natales Ss. Belgij Molani 5. April. atque Sacrarium Namurcense, vbi inter Sanctas ac Beatas illius Comitatus recensetur.

B. Maria, virgin. Tertiar. [e]] Vt orationi insi- §. 5.
stens, per reuelationem accepit, quæ Deo placita forent, Segobiam à Guadalfagiara, vnde originem ducebat, venit, illicque collectis vndequaque subsidiis, domum ædificandam curauit anno Christi 1486. vbi per annos 12. continuos, cum charissimis sibi adhærentibus socijs Virginibus; sub Tertiariarum sororum Minoritarum habitu, sanctissimè perseuerauit: quousque ad cœlos euocata, fœliciter migrauit ad Dominum. Agitur de ea in Martyrol. Franciscano, & Annotationibus ad illud, hac die. Gonzaga part. 3. origin. Seraphic. Religion. In Monasterio S. Elizabeth. Segouiens. quod est 32. Prouinc. Conception. Virg. in Hispania, & Wadinghotom. 7. Annal. Minor. ad an. 1486. n. 55.

B. Catharina Virgin. [f]] Eius charitas maximè enitu- §. 6.
it in adiuuandis & curandis sororibus ægrotis; quarum mores & miserias, quatuor annis, earum præfecta & deuota, singulariter ebiberat: quæ tandem multis virtutibus absoluta, potissimùm humilitate & obedientia, famosa sanctimoniæ morte penè sum quoque dierum absoluit anno 1515. cuius memoria habetur inter Beatas cœlites, testibus Blasio Laghina in suo Memoriali: Gonzaga sup. in Monasterio Villæ-nouæ infantium, quod est 14. Prouinc. Carthaginens. Mariano lib. 6. chronic. strictior. obseruant. Reformat. Minor. cap. 12. Martyrologio Franciscano, & Annotationibus ad illud, hac die.

BB. Agnetis, &c. Virg. [g]] Ambæ in Monasterio §. 7.
Saluatoris Vlyssiponens. multis virtutibus excelluerunt: in obseruantia regulari, vitæ asperitate, & exemplari, atque perfectione religiosa, & spiritus feruore, miris visionibus propterea cœlitus exornatæ: quarum prior decessit anno 1574. altera verò anno 1598. prout scribunt Ludouicus de Sousa part. 2. chronic. Prouinciæ Portugal. lib. 1. cap. 19. & Cardosus in Agiologio Lusitano, & Commentario ad illud, hac die.

B. Iuliana Virg. [h]] Nascitur Mylis anno 1521. §. 8.
parentibus Catholicis & locupletibus: quæ ab ineunte ætate, crescens formæ venustate, creuit & pietate. Ita vt postpositis sæculi vanitatibus, iam orationi & abstinentiæ operam daret. Cumque nubilis facta esset, & cogitaret pater eius de matrimonio ineundo, ipsa totis viribus restitit, precibùsque ne id attentaret amplius obtinuit: quippe, quæ iam

Christum sibi in sponsum elegerat, cui virginitatem ex animo vouisset. Quare, voto emisso, professionem vitæ religiosæ publicè fecit sub tertia Regula S. Francisci de Paula, quam ad amussim seruauit vsque ad decrepitam senectutem; ieiuniis ferè continuis intenta, & disciplinis ac lachrymis iugiter vacans, à dæmonibus variis tentationibus & vexationibus diu extitit fatigata, à quibus tamen victrix euasit: sicque læta meritis & coronis adornata, præscia diei mortis suæ, migrauit ad sponsum, nonagenaria, hac die, anno Christi 1611. cuius corpus, pulcherrimum visu, ac tractabile mox apparuit, mirum spargens ex se odorem, ad vsque hunc diem. Iuxta Octauianum Cajetanum, de Sanctis Siciliæ. Ludouicum Dony-Attichium lib. 7. histor. general. Minimor. pag. 114. & seq. in vita eius. Lanouium in chronico generali Ordin. Minimor. & in Appendice 4. ad illud.

PRIDIE NONAS IANVARII.

Fidenciaci, in Aquitania, Sanctæ Faustæ [a], Virginis & Martyris: quæ pro Christo dirè cruciata, atque agone glorioso consummata, ad cœlos euolauit. Romæ, Passio Sanctæ Benedictæ [b] Religiosæ fœminæ; quæ tempore impiissimi Iuliani, gladio martyrium compleuit. Item, Sanctæ Dafrosæ, [c] vxoris Sancti Flauiani, Martyris; quæ post interfectionem viri sui, primùm exilio relegata, deindè sub præfato Principe, capite plexa est. Ibidem Romæ, Sanctæ Herenæ, [d] Virginis, sororis Sancti Damasi Papæ. Gandaui, Natalis Sanctæ Pharaildis, [e] Virginis; genere ac virtute clarissimæ. Lucæ in Tuscia, Beatæ Christianæ [f] à Cruce, Virginis Augustinianæ; virtute abstinentiæ, memoria passionis Dominicæ, & miraculis spectabilis. Camberiaci in Sabaudia, Beatæ Mariæ [g] Caualieræ, Virginis Clarissæ, Abbatissæ: mira vitæ sanctitate celebris. Vlyssipone, Beatę Antoniæ [h] à Trinitate, Virginis Item Clarissę, cuius anima visa est lumine glorię circumdata in cœlum conscendere. In Monasterio Vallis-Rosarum Cistereiensis Ordinis, primo lapide à Mechlinia, ad Netam fluuium, haud procul à Duffelia pago, Beatæ Elisabeth [i] Tubbach, Virginis, humilitate & patientia conspicuæ. Vlyssipone, Beatæ Philippæ [l] à Spiritu sancto, Ordinis Canonicorum Regularium; quæ de virtute in virtutem proficiens, viam sibi parauit ad gloriam. Ibidem, Beatæ Catharinæ, [m] item à Spiritu Sancto, Abbatissæ Clarissę: quæ peracto fœlici Regularis obseruantiæ cursu, ad brauium ęternæ retributionis peruenit. Fulginij in Vmbria, Beatæ Angelæ [n] Fulginatis, viduæ, Tertiariæ Franciscanæ; quæ oratione, & paupertate, abstinentia & charitate admodùm eluxit.

IANVARII IV.

§. 1. *Fausta, Virgin. Martyr.* [a]] Fidenciaci martyrium compleuit; vbi & sepulturam nacta est. Verùm sopitis posteà persecutionum incendiis, coruscantibus ad Beatæ Martyris tumulum crebris diuinæ Majestatis insigniis, ad eius memoriæ significationem, magnifica extructa est Ecclesia, quam Dani Infideles Vasconiam populantes, infœliciter cremauerunt. At, non diu post, ne tam pretiosa gemma sub cinere delitesceret, diuina Prouidentia factum est, vt ab Aldario, Monacho Solemniacensi, Ordinis Benedictini, reperta atque leuata, ad Asceteriolum eiusdem Solemniaci Cœnobij iuris, conditum in fundo Briniaco, Diœcesis Lemouicensis delata sit, & ibi multo cum honore reposita: Qua de re Saussayus, hac die, in Supplemento Martyrologij Gallicani, post Ferrarium. In noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Biturica*, & in Catalogo Sanctor. ex Martyrologiis Canisij & Galesinij.

B. Benedicta. [b]] Huius res gestæ narrantur, vnà
§. 2. cum Ss. Martyrum Prisci Presbyteri, & Priscilliani, Clerici agone, in actis S. Bibianæ; porrò reperiuntur etiam horum Martyrum acta seorsum ab actis ipsius S. Bibianæ, in veteribus MSS. De S. Benedicta agunt, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in Notis, & in tom. 4. Annal. Eccles. ad ann. 362. §. 253. quo claruit. Molanus in Annotationibus ad Vsuard. Simon Martinus in Flore Sanctor. hac die.

S. Dafrosa, Martyr. [c]] De ea etiam agunt, Beda, §. 3.
Vsuardus, Ado, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Cuius res gestæ leguntur in eisdem actis S. Bibianæ præfatæ, eius filiæ; de qua inferius ad 2. Decemb. Petrus item de Natalib. lib. 2. Catalog. Sanctor. cap. 43. Rectè tamen ab eodem Baronio sup. emendato, Simon Martinus sup. Bachotus in Fastis Christianis, Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, regione 2. Ecclesia xv.

S. Herena, Virgin. [d]] Vixit magna cum vitæ pu- §. 4.
ritate, & virtutum ornatu, inter alias Virgines Romanas Deo sacras in Monastica professione; qua adhuc iuuenis, sanctissimè decessit, sepulturam nacta in Ecclesia S. Sebastiani. Illam commemorant Baronius tom. 4. Annal. Eccles. ad ann. 384. §. 22. Antonius Bosius in Roma subterranea pag. 185. Ludouicus ab Angelis in Horto Portugal. 34. & 35. Cardu-

45. Cardosus in Agiologio Lusitano; & Commen-
tario ad illud, hac die, & alij, ex quibus Ioannes
Tomaio in Martyrolog. Hispano. ad 21. Februar.

S. Pharaildis, Virg. [e]] Parentes habuit Theodo-
§. 5. ricum Lotharingiæ Ducem, & S. Amelbergam,
sororis Pipini Principis filiam; fratrem ex materno
latere, S. Emelbertum, Cameracensem Episco-
pum, circa ann. 638. sorores autem Ss. Reyneldem
& Gudilam: de quibus omnibus inferius, suis in
locis. Porro, à B. Gertrude, cognata sua, de sacro
fonte leuata, litterisque instructa, pietatem à tene-
ris annis egregiè coluit, puritatem animæ ac corpo-
ris summoperè dilexit. Cúmque impedire non pos-
set quin à parentibus nuptui daretur; per omne ta-
men coniugij tempus, illibatam custodiuit virgini-
tatem. Migrauit autem Virgo sanctissimè ad Do-
minum, circa ætatis suæ an. 90. non minus Reli-
gione, quàm senectute venerabilis. Cuius sacrum
corpus ad S. Bauonis Ecclesiam, nunc Cathedra-
lem, ex Lotharingia attulit, Agilfrides Abbas S.
Bauonis, & Episcopus Leodiensis, anno 775. sed
idem Cœnobium, petente Arnulpho Comite, por-
tionemquandam anouit Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ
Pharaildis tunc recens Gandaui extructæ: quæ qui-
dem Collegiata, posteà per hæreticos vastata, in
parochialem S. Nicolai, in foro sitam, translata
fuit. Ferunt etiam, partem corporis eiusdem. Ni-
gellæ haberi in Ecclesia S. Pharaildis. Scribunt de
ea, Molanus in additionibus & annotationib. ad
Vsuard. Item in Indiculo Ss. Belgij, & in Calen-
dario ac Chronico Belgico; hac die. Ferrarius in
catalogo generali Sanctor. & in noua Topographia
sup. verb. *Gandauum*. Saussayus in Martyrolog.
Gallican. & Myræus in Fastis Belgicis, ead. die, &
10. Iulij. Massæus lib. 12. chronic. Malbrancque,
tom. 1. in Morinis lib. 5. cap. 15. lib. 6. cap. 6.
Iacobus Meyerus, Sanderus in Hagiologio Flandr.
Laurentius Beyerlinck, & alij.

B. Christianæ, Virgin. [f]] Ex nobili familia Ro-
§. 6. mana progenita, nascitur apud oppidum S. Crucis,
agri Lucensis, anno 1340. Tanto autem spiritus
feruore ferebatur ad mysterium Dominicæ Passio-
nis, vt exindè nomen retulerit, Beata Christiana à
Cruce vocitata; tum, vt vanitates sæculi, repudiato
connubio, Luccam venit, ibique extructo Mona-
sterio Ordinis S. Augustini, iuxta vrbem: illic re-
gulari obseruantia, & pœnitentiæ rigore emicans,
sanctissimum vitæ finem sortita est, hac die, anno
1410: cuius anima visa est ab Angelis in cœlum de-
duci; quamque Deus miraculis multis gloriosam
reddidit in terris: & Sixtus V. Papa Beatam decla-
rauit, vti testantur Honorius Martinus, & Simpli-
cianus in vita eius, part. 2. Histor. ordin. S. Augu-
stin. & ad calcem totius eiusdem Historiæ; post
Ioannem Nauium, in Eremo Augustiniana.

B. Mariæ, Virg. Abbatiss. [g]] Vesuntione, ha-
§. 7. bitum Ordinis, de manu B. Colettæ Virgin. susce-
pit: à quâ in Monasterium Euianum ablegata, ac
deindè Camberiacum missa, illic prima Vicaria
constituitur, ac post obitum B. Ioannæ à *Durnea*,
Abbatissa secunda electa est; vbi miris virtutibus
emicuit, quas copiosè percurrit Foderetus in des-
criptione huiuscemodi Cambeiacensis Monasterij,
pag. 110. & 113. Wadingh. tom. 6. Annal. Minor.
ad ann. 1470. §. 24. Florebat adhuc temporibus
Alexandri VI, Pap. & Ludouici XII. Regis
Francor. quibus in veneratione erat. Vide Marty-
rologium Franciscan. & annotat. ad illud, hac die.

B. Antoniæ, Virg. [h]] Inter Religiosas Clarissas, §. 8.
quæ ad mandatum Leonoræ, Reginæ Portugalliæ,
è Monasterio de Iesu Setuallis, Vlyssiponem adue-
nerunt, vt inibi nouum Monasterium Matris Dei
de Xabregas instituerent, anno 1509. eluxit ipsa sa-
cra Antonia: cuius consuetudine mirè delectabatur
ipsa pia Regina; cui tanta inerat de illius sanctitate
opinio, vt sæpius precibus eius se commendaret;
nec abs re, quandoquidem à die professionis suæ,
cum tali humilitate, deuotione, & vitæ puritate,
sic vixerit, vt Angelicos spiritus imitari videretur
in terris, ad quorum consortium migrauit in cœlis
anno 1520. Teste Cardoso, in Agiologio Lusitano;
& Commentario ad illud, hac die, ex monumentis
MSS. istius loci, & Prouinciæ Algarbiorum.

B. Elisabeth, Virg. [i]] Vitæ perfectione extitit §. 9.
haud vulgaris, fœlicisque cursus finem, hac die,
expleuit anno 1560. ad cuius gloriosum transitum,
symphoniæ Angelicæ suauiter personantes auditæ
sunt, prout litteris consignarunt, ex relatione MS.
Abbatissæ, cæterarumque loci illius sanctimonia-
lium, Arnoldus Rayssa in Auctario ad Natales SS.
Belgij. Molani; Henriquez in Menolog. Cister-
ciensi. Saussayus in Martyrologio Gallicano, &
Calendarium SS. Belgij.

B. Philippa. [l]] Nascitur Vlyssipone; Religionis- §. 10.
que habitum sumpsit, apud *Chellas* Monasterium
antiquum Canonicarum Clericarum Regularium
S. Augustini iuxta eandem vrbem: quæ propter
heroïcas eius virtutes, & vitam exemplarem, ac
sanctitatis opinionem, nomen iure optimo, Beatæ ob-
tinuit, intus & extra domum: in qua Sacristæ, Magi-
stræ Nouitiarum, Hostiariæ, & Vicariæ munera præ-
clarè exercuerat. Demum, vsque ad decrepitam æta-
tem perueniens, cùm septuaginta propè annis Deo
inseruisset in omni perfectione, ad Christum, cœle-
stem sponsum, transiit: in cuius exitu audiri sunt
Angelorum cantus, & melodiæ: corpus vero eius per
multos dies mirum, suauemque exhalauit odorem,
atque fragrantiam: vestiumque illius presegmina
pluribus extiterunt ægrotis causa sanitatis; vti scri-
bunt Ludouicus à Sousa part. 1. Chronic. Ordin.
Prædicat. lib. 1. cap. 27. Ludouicus Mugnoz, in
vita Ludouici Granatens. lib. 2. cap. 14. Ludoui-
cus de Angelis, in Horto Portugall. §. 181. & Car-
dosus sup.

B. Catharinæ, Abbatiss. [m]] Patrem habuit Ludo- §. 11.
uicum *Carillo*, Hispanum, Ordinemque S. Claræ
professa est in Brabátia apud Hoochstratum oppidū;
quo ipsius genitor pro Philippo, Rege Hispania-
rum Gubernatoris officio fungebatur. Verùm, cùm
tunc in Belgio Hæretici vbique grassarentur, ne
quandoque in eorum manus deueniret, mandato
Regis præfati, traiecit in Lusitaniam anno 1582. &
Vlyssiponem veniens, in Monasterio Dominæ no-
stræ de Quiete, moram traxit: vbi tanta virtute,
talisque vitæ perfectione resplenduit, vt quinquies
illic Abbatissæ officio functa sit. Passionis Domini-
cæ memoriam, sæpè suauiterque recolebat, & san-
ctissimum Nomen IESV summè venerabatur;
orationi assueta, consolationes exindè reportabat
non modicas. Disciplinis asperis, aliisque mortifi-
cationibus, carnem spiritui subijciebat: patientia
in aduersis, & constantia in afflictionibus, necnon
in periculis fiducia magna in Christum resplenduit.
Cùm autem infirmaretur ad mortem, rogauit, vt
sibi legeretur Passio Domini secundum Ioannem;
& commendato spiritu eius, clausit lumina corpo-

ris, hac die, anno 1642. Nonagenaria; cùm annos 68. expleisset in exactissima Regulæ S. Claræ obseruatione. Vide Cardosum sup. hac die, ex relatione fideli. & MSS. monimentis eiusd. loci.

§. 13. *B. Angela, vidua.* [g]] Hæc sancta mulier, marito, & filiis orbata, Fulginij, mirabilem pœnitentiæ aggreditur viam: qua, tamen, & diuinis consolationibus, & cœlestibus visionibus sæpius iucundabatur, quæ cùm contemplationi addictissima esset, per duodecim annos continuos, nihil cibi admisit; sed sacra tantum Eucharistia, contenta fuit. Sanctissimè obijt, hac die, anno 1309. cuius sacrum corpus honorificè reconditum iacet, Fulginij, in Ecclesiæ Fratrum Minorum Capella, theca pretiosa exornatum. De ea Martyrologium Franciscan. & Annotationes ad illud, hac die, in quibus latè referuntur, qui præclaras eius res gestas descripsere: vti B. Arnoldus, Franciscanus, illius Confessarius, in vita eius. Marcus Vlyssiponens. part. 2. chronic. Minor. lib. 7. cap. 6. & seq. Iacobillus de SS. Fulginatibus. Molanus in Additionib. ad Vsuard. die præcedenti. Valerius lib. 5. de Sanctis fœminis Ordin. Minor. cuius erat Tertiaria. Vbertinus Tossinianus. Gonzaga. Ferrarius. Salazar. Marulus, & alij complures.

NONIS IANVARII.

IN Thebayde, [a] Passio Sanctarum Mulierum; quæ in persecutione Diocletiani Imperatoris, diuerso tormentorum genere, pro Christo occubuerunt. Mœnis apud Leontinos in Sicilia, Sanctarum Euprexiæ, [b] viduæ; & Theogniæ, eius filiæ, Virginis. Alexandriæ, Sanctæ [c] Syncleticæ, Abbatissæ; cuius res præclarè gestas, Sanctus Athanasius litterarum monimentis consignauit. Apud Antinoum Ægypti, Sanctarum Virginum, [d] Ammatæ, Abbatissæ, & Thoræ, quæ abstinentia, silentio, puritatéque vitæ, cæteris præluxerunt. Scetis in Ægypto, Sanctæ [e] Apollinaris, Syncleticæ, ceu Patriciæ, Virginis; genere, & mirabili vitæ sanctitate illustrissimæ. Romæ, Sanctæ Æmylianæ, [f] Virginis, Amitæ Sancti Gregorij Papæ; quæ vocante Tharsilla sorore, quæ ad Deum præcesserat, hac ipsa die migrauit ad Dominum. Villæ Comitis, in territorio Braccarensi, Beatę [g] Mariæ Menesiæ, Abbatissæ Clarissę, oratione, & vitæ perfectione conspicuę. In Gallœcia, Beatę Leonoræ [h] Rodericę, Pontis-vedri Clarissarum Abbatissæ, primariæ, quę sanctitate, & miraculorum gloria, fulsit. Granatę, Beatę Elisabeth [i] Gonsaluę, Virginis, eiusdem Ordinis; pietate, atque spiritu prophetico, celebris. Tentugali in Diœcesi Conymbricensi, Beatarum Virginum Carmelitarum [l] Marię de Incarnatione; Annę de Trinitate, Marię à Sancto Iosepho; Annę ab Angelis, Agnetis ab Assumptione, & Mariæ à Saluatore: quę cum lampadibus accensis, oleo bonorum operum, processerunt obuiam Christo in Cœlum. Conymbricę, Beatæ [m] Constantię de Notonha, Abbatissæ Benedictinæ Monasterij de Semide; genere, & meritorum prærogatiua spectatissimæ.

IANVARII V.

§. 1. SAnctarum Mulierum, Martyr. [a]] Nullo dicendi genere explicari potest, quas ærumnas Christi Martyres in Thebayde tunc exantlarint, horrenda vel supplicia forti inuictóque animo, pro Christi nomine pertulerint. Mulieres quippe vno pede alligatæ, sublimes in aërem, capite deorsum verso, quibusdam machinamentis attractæ, nudis omninò, & detectis corporibus, spectaculum fœdissimum, crudelissimum omnium, & ab omni humanitate alienissimum, intuentium oculis exhibuerunt, &c. Ita Eusebius lib. 8. histor. Eccles. cap. 9. Nicephorus ibid. lib. 7. cap. 8. Vincentius Beluacens. lib. 12. Specul. historial. cap. 23. Baronius tom. 2. annal. Eccles. ad an. 302. Surius tom. 1. hac die. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Thebais*, ead. die.

§. 2. *SS. Euprexia, &c.* [b]] Vixere sub Probo Imperatore, circa annum Christi 280. & de eis memoratur tum in Martyrologio Siculo; tum in historia S. Agrippinæ Virginis & Martyris: cuius corpus ad eas Roma delatum legitur, teste Ferrario in Catalogo generali Sanctor. hac die.

S. Syncletica, Abbatissa. [c]] Senior dicitur: de eaque agunt, hac die, Græci in Menologio; Martyrologium Roman. Baronius ibid. in notis. Molanus in additionib. & annotationib. ad Vsuard. Vincentius Beluacens. sup. lib. 17. cap. 9. D. Antoninus part. 2. chronic. titul. 15. cap. 8. §. 2. Petrus de Natal. lib. 11. catalog. Sanctor. cap. 47. Simon Martinus, hac die, & Dandyllius Alegas in Paradiso Carmelitici decoris, statu 2. ætat. 5. post Christum, cap. 66. ann. 337. ex Palconydoro lib. 2. cap. 4. Thomas Sarracenus part. 1. Menologij Carmelitar. in catalog. Sanctor. eiusd. ordin. Tradit Nicephorus Calixtus lib. 8. sup. cap. 40. S. Athanasium scripsisse vitam Syncleticæ. *Eadem* (inquit) *ratione qua scripserat vitam S. Antonij: vt sicut in hoc, viri: ita in illa, haberent mulieres, quod imitari assiduè possent.* §. 3.

Vixit

Vixit temporibus Constantini Magni Imperator. Extant illius grauissimæ sententiæ, recitatæ, atqoe descriptæ, lib. 3. de vitis Patrum: de dictis & verbis Seniorum, apud Rosweydum. Abbatissa autem extitit in Monasterio Virginum, ab Helena, Constantini matre, extructo, in Caluariæ loco, propè Hierusalem; successitque primariæ, Mariæ Virgini, Syncleticæ autem Matrona, Matronæ Sara, &c. A Philippo *Labbe*, in anno Sancto, sub hac die, ponitur S. Syncletica, Alexandriæ martyrio coronata: sed mendosè.

§. 4. *SS. Ammata, &c. Virgin.* [d]] Prior nuncupatur *Amata, Ammata*, & *Amma-Talida*. Anno 382. virgo, ætat. 80. Abbatissa in quodam Thebaidis Monasterio Virginom 60. quæ illius virtutum exemplis, maximè ieiuniis & puritate florebant: inter quas, celsiori veloti sanctitatis forma, & pulchriori radiorum virtutum fulgore, emicabat altera virgo, *Thora*, ceu *Taor*, trigenaria circiter ætate, pulchra facie, & decora nimis, sed puritate & fide formosior; paupertatisque Christi tam viuida dilectrix, vt nunquam noua tunica, melote, aut calceamentis nouis voluerit vti, &c. Omnibus sororibus, Dominica die, Monasterium egredientibus, & ad Ecclesiam pergentibus, illa sola domi, cum Abbatissa manebat: nunquam domus limen annis 40. transiliuit. Hæc Canisius in Martyrologio Germanicè conscripto, & Ferrarius in catalogo SS. hac die. Petrus de Natalib. sup. cap. 55. Vincentius Beluacens. sup. lib. 17. cap. 92. B. Antoninus sup. cap. 10. § 4. Antonius Alegre sup. cap. 109. ex lib. 8. de vitis Patrum. In Historia Lausiaca cap. 137. & 138. Item ex Appendice ad vitas Patrum, in Heraclidis paradiso, cap. 48. apud Rosweydum.

§. 5. *S. Apolinaris, Virg.* [b]] Hæc formæ venustate, animique solertia, facilè cæteras omnes antistabat. Constat verò ipsam genitam fuisse Anthemio Consulari, viro religiosissimo, qui sub Archadio gessit Consulatum (ad quem extat. D. Chrysostomi Epistola. 147. de quo & Theodoretus. lib. Sanctor. Patrum. cap. 8.) Habitus est autem hic velut Imperator, dùm defuncto ipso Archadio, pro Theodosio Impubere administrauit Imperium: vnde *Syncletica*, fortè, ab Anthemij Patris dignitate Senatoria & Patricia, dicta est. A teneris annis Virginitatis cultrix, Diurnis Deum, nocturnisque aduocabat precibus, vti (in perpetuo Virginitatis flore tuendo) voti potens redderetur. Enixè etiam à parentibus copiam adeundi Hierosolymam flagitauit, Impetrauitque; & cum magno seruitij comitatu, multoque auro & argento, ac veste pretiosa, profecta; loca sancta Christi adorauit, opes omnes in egentes distribuit, vernas manu misit, seniore verò vno cum eunucho retento, Alexandriam se contulit: vbi cæteris somno deditis, aufugiens, vicinam syluam, & palodes transgreditur: exindeque virili cultu sumpto, & *Dorotheo* nomine ascitus, Scetanam solitudinem, Sanctis frequentatam patribus adijt; vbi à Machario Archimandrita excipitur; cui & domicilium assignauit; diu noctuque precibus vacans, & admirabili vitæ sanctitate relucens. Eius res gestas edidit Metaphrastes, Surius. Tom. 1. Gononus. In vitis insignium Eremitar. Orientis. Agunt de ea Martyrologium Roman. Baronius. Ibid. In notis. Molanus. In Additionib. ad Vsuard. Ferrarius. In noua Topographia: sup. verb. *Scetis*. Fasti Mariani. Hac die. Menæa autem Græcor. die præcedenti. Anno. 405. Raderus part. 1. Viridarij. Sanctor. Simon Martinus. Hac die.

S. Æmyliana, Virgin. [f]] Scribit de ea S. Gregorius Papa. Homil. 38. quam refert, post multa præclarè gesta, hac die, quieuisse in Domino; sic & Martyrologium Romanum. Baronius Ibid. In notis. & Tom: 7. Annal. Ecclesiast. ad Ann. Christi 581. §. 4. Molanus. In Appendice ad vsuard. Galesinius & Wion. In suis Martyrologijs. Surios. In Actis. S. Gregorij. 1. Magni. Pap. cap. 38. die 12. Martij. Simon Martinus. Hac die Pancirola. In Thesauro vrbis Romæ. Regione. 9. Ecclesia. 30. §. 6.

B. Maria, Abbatiss. [g]] Ex Illustrissima familia *de Menezes*. In Regno Portug. Oriunda, Abbatissa extitit per 50. annorum spatium: quo totam se dedit orationi, atque mortificationi: prior labori & operi manuali ad erat: spiritualibus autem exercitijs mirum in modum assidua, totius Regularis obseruantiæ specimen dabat: pauperibus & orphanis valdè compatiebatur: maximè autem puellis Virginibus Monasticam vitam profiteri volentibus quibus de dote prouidebat: & in suo monasterio gratis vltrò recipiebat: florebat ad an. 1500. vti constat ex antiquis. Istius loci. M. SS. Monumentis Apud Cardosum. In Martyrologio Lusitano. Et Commentario ad illud. Hac die. §. 7.

B. Leonora Abbatiss. [h]] Hanc commemorant, Barrezzus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 19. & Goussancourt. Tom. 2. Martyrolog. Equit. Melitens. fol. 144. post Gonzagam. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. In Monasterio S. Claræ. Pontisvedri, (quod est 7. Prouinciæ S. Iacobi) fundati, ann. 1510. vbi vitæ sanctitate, & miraculis quamplurimis refulsit: cuius sacrum corpus, in sacra illius loci æde sepultum, ab omnibus maxima deuotione colitur. Vide Martyrologium Franciscanum, & Annotationes ad illud, hac die. §. 8.

B. Elisabeth Virgin. [i]] Deuotissima cùm esset, inter orandum, tanto feruoris excessu suspendebatur, vt supra seipsam rapta, quid circa se ageret exterius omninò nesciret; plurima etiam spiritu Prophetico prædixit: sicque meritis cumulata, abijt in cœlum anno 1510. De qua, idem Martyrologium Franciscanum & Annotationes ad illud, hac die. Gonzaga sup. In Monasterio. S. Elisabeth. Granatens. quod est 12. Prouinciæ Granatens. Barrezaus cap. 17. sup. Valerius de Sanctis Fœmin. Ordinis Minor. lib. 4. cap. 8. §. 9.

BB. Maria, &c. Virgin. [l]] Oriundæ erant hæ sex Virgines, ex ipso Tentugallo Oppido, duabus Leucis à Conymbrica; quò cùm fundatum fuisset Monasterium B. Virgin. de Monte Carmelo, anno 1565. Illic protinùs, Assumpto habitu, eumdem Ordinem Professæ sunt: nimirum primæ plantulæ istius cœlestis hortuli fuerunt, Maria *de Incarnatione*, & Anna *de Trinitate*: Ambæ, Pœnitentiæ fructibus, & orationis ac lachrymarum dono, conspicuæ: prior, præscia diei sui obitus, obdormiuit in Domino: quam amantissima socia secuta est ad gloriam. Exindè B. Maria à *Sancto Iosepho*, pia ac deuota Virgo, cucurrit ad sponsum: similiter & B. Anna *ab Angelis*. Soror conuersa; quæ abiectis & communibus addictâ officijs, humilitate & oratione admodùm emicabat. B. Agnes ab *Assumptione*, plena fide & spe in Deum, certò affirmabat se etiam has sorores comitaturam in gloria, quod & protinùs euenit. Vltima extitit. B. Maria à *Saluatore*. Ingentis Pœnitentiæ, & mortificationis, ac spiritus feruentis Virgo: de quibus omnibus Cardosus §.10.

in Martyrologio Lusitano, & commentariis ad illud. Hac die, anno 1596. quo migrarunt in cœlum & Relatione MSS. Ludouici de Mertola, & aliis Monimentis.

§. 11. *B. Constantia, Abbatiss.* [m]] Ex Illustrissima gente de *Noronha*. In Lusitania traxit originem: Abbatissa cùm esset Benedictina, Deuotissima erat. S. Francisco, qui, in procinctu mortis suæ, veniens, illam inuitauit ad gloriam: sicque vt virtutibus plena, & meritis præclara, sanctissimè decessit è vita. ann. 1600. iuxta præfatum Cardosum: ex Antonio Brandano: & MSS. Monimentis illius Abbatiæ.

OCTAVO IDVS IANVARII.

IN territorio Rhemensi [a] Passio Sanctæ Maciæ, Virginis, quæ in persecutione Diocletani, iubente Rictiouaro præside, cùm in ignem esset præcipitata, & permansisset illæsa; dehinc mammillis abscissis, & squalore carceris afflicta, super testas etiam acutissimas, ac prunas, volutata, orans migrauit ad Dominum. In Hybernia Beatæ [b] Margaretæ Barnauellæ, Virginis quæ pro suæ tuitione pudicitiæ, & Catholicæ Religionis Professione, ab Hæreticis multa grauiaque perpessa, Glorioso fine est coronata. In Brabantia, Beatæ [c] Anonymæ, pietate & misericordia in pauperes insignis. Delphis Batauorum in Curia Beghinarum, Beatæ [d] Gertrudis de Oosten; dono contemplationis & Prophetiæ, necnon ardentissimo in Christum amore conspicuæ. Florentiæ, Beatæ [e] Paulæ, Virginis Camaldulensis: quæ orationi & lachrimis insistens, multis visionibus & reuelationibus à Christo sponso meruit consolari. Villæ-Vitiosæ, in Diœcesi Eborensi. Beatæ Margaritæ à Iesu, [f] priorissæ Augustianæ, quæ vitæ asperitate, silentio, oratione, & aliis piis exercitiis excelluit. Villæ-Francæ, in Hispania Tarraconensi, Beatæ [g] Mariæ à Iosada, Virginis Clarissæ; quæ præcipuarum prærogatiua virtutum, exornata, cucurrit ad sponsum. Conymbriæ, [h] Beatæ Beatricis Veaz, ab Oliueira, Virginis Augustinianæ, magnæ sanctitatis ac virtutis. Vlyssipone, Beatæ Margaretæ [i] à Sancto Bonauentura, Virginis Clarissæ: quæ breui ætate, expleuit tempora multa. Apud Odiuellas, Vlyssiponensis Diœcesis, Beatarum [l] Hieronymæ Lemæ: & Iulianæ Trigueros, Virginum Cistertiensium, puritate & innocentia vitæ, spectabilium. Aroucæ in Diœcesi Lamecensi, Beatæ [m] Eleuæ, viduæ, Benedictinæ, pietate, ac religione, præclaræ. Toleti, Beatæ Ioannæ [n] Rodericæ, viduæ Clarissæ: genere, humilitate, atque oratione Illustris.

IANVARII VI.

§. 1. SAncta Macra, Virgin. Martyr. [a]] Gallicæ nationis virgo inclyta proles: de ea agunt Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. In notis. Et Tom. 1. Annal. Eccles. ad ann. 303. Flodoardus. lib. 4. Histor. Rhemens. cap. 51. & seq. Vincentius Beluacens. lib. 12. specul. Historial. cap. 142. Petrus de Natalib. lib. 2. Catalog. Sanctor. cap. 50. Surius, Lippelous in vita eius. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Rhemi*. Bachotus in Fastis Christianis. Saussayus. In Martyrologio Gallicano hoc die. Honoratur *Fimbus*, super velam amnem Gallican. *Fismes sur la vesle* qui est loco Martyrii eius. Simon Martinus hac die. Quidam Neotericus in suo Martyrologio Hispano, ad 6, Ianuarii, vt hanc Illustrem Virginem sibi tribuat, nobis autem Gallis adimet: impunè scribit Authores, sine attentione, aut cognitione agonis ipsius, Gallam fuisse asseueratos. *Apud vrbem Augustam, seu Augustanam* (Inquit) *omnes fatentur fuisse agonis Palestram: sed quæ hæc Augusta, seu Augustana? nonne in Gallia & Hispania plures huius nominis vrbes extitere?* precor Adeste nunc boni viri, & attendite huiusce hominis Incuriam: inquirit namque, vbi hæc sit *Augusta*, seu *Augustana*: legantur Martyrologia, Romanum, Bedæ, Vsuardi, Bellini, Peregrini, Fœlicis, &c. omnesque superius à nobis citati Authores; & certo certius, reperietur ab omnibus, Rhemensem denotasse, ostendisse, indigitasseque vrbem Campaniæ Galliæ Primariæ, & totius Belgii secundam: cunctos etiam conuenisse in eodem genere Martyrii: locum verò ipsiusmet Sanctissimæ Martyris sic piè ac religiosè veneratos esse Gallos, vt nostrates Pontifices complura ibidem, ad S. Macram olim celebrarint Concilia: ex quibus omnibus ipse Neotericus, Ioannes Tamaio, discat sapere ad sobrietatem: magis magisque deferat venerandæ antiquitati, quàm nupero sibi arridenti authori.

§. 2. *B. Margarita, Virg.* [b]] Genere quidem nobilis, sed Virginitatis voto, & Religionis obseruantia illustrior euasit: quæ pluribus agitata procellis, & tentationibus suæ castitatis, ad miraculum fortior, ac felicior,

ac fœlicior, mortem subijt, & cum morte præclaram fidei Catholicæ Confessionem expleuit, hoc sæculo vltimo. Cui si Martyrium non intulit gladius persecutoris, non voluntas tamen Martyrio, sed Martyrium voluntati defuit: vti refert Ioannes Molanus, Corcagiensis. Epitom. 2. de Martyribus Hiberniæ §. 94. ex alijs.

†§. 3. *B. Anonyma.* [c]] Circa ann. 1195. florebat hæc Matrona, genere & opibus clara; necnon tempore famis, tunc in pauperes liberalissima; quæ cùm multo tempore in lecto iacens, languida remaneret, nocte ac die, veluti ad septem horas canonicas, cuiusdam aniculæ miræ pulchritudinis ac decoris, cantu dulcissimo, annis ante mortem plurimis solabatur: quæque à diutina tentatione, qua sexdecim annis, quasi quottidiè laborauerat, in Vigilia Festi S. Martini, sibi in Ecclesia oranti apparentis, per ipsum liberata est. Vide B. Cantipratanum lib. 2. Apum cap. 25. §. 7. 8. 9.

§. 4. *B. Gertrudis.* [d]] Hac die, migrauit in cœlum anno 1358. quæ quidem ob singularem erga Christum passum pietatem, eius stigmatibus, vt fertur insigniri meruit anno 1340. cuius vita habetur. MS, relata à Surio. Tom. 1. & Mosandro. Tom. 7. Illius meminerunt, Wernerus in Fascieulo temporum. Ad ann. 1374. Canisius in Martyrologio. Arnoldus Raissa. In Auctario ad Natales Ss. Belgij. Molani, hac die, & 16. Martij. Ferrarius in Catalogo generali Sanctor. Myræus, in Fastis Belgicis, Saussayus sup. Antonius Vacquerius. In Enchiridio benè Morient. Bzouius. Tom. 14. Annal. Ecclef. ad ann. 1337. §. 17. & ann. 1340. §. 25. & seq. ex Magno Chronico Belgico. Crusius de Clericis Regularib. sect. 16. §. 12. Bosius. Tom. 2. de signis Ecclef, lib. 15. cap. 3.

§. 5. *B. Paula, Virg.* [e]] Florentiæ honestis parentibus nata; statim ab infantia sua Beatissimæ Deiparæ, eiusque filio Christo, totam se consecrauit: totosque dies ac noctes, contemplationi illorum intenta, ab ipsis extunc, & deinceps, fuit multis, varijsque visionibus & consolationibus dignata. Cœlitùs autem illi ostensum cùm esset Ordini Camaldulensi nomen dare; mox nuptias respuit. Virginitatem Deo dicauit, & Florentiæ in Monasterio. S. Margaritæ suscepta, ac professa; ieiunijs, orationibus, & contemplationi rerum cœlestium vacauit. Lachrymarum illi in meditatione tanta aderat vbertas, vt pauimentum, cui insistebat, inundaret: pia in iuuandis animabus purgatorij extitit; salutem etiam animarum sitiebat, atque in conuertendis proximis sedulò operam dabat. In quo virtutum exercitio, cùm 50. annos exegisset, hac die, fœliciter obijt. Anno 1368. Iuxta Augustinum Fortunium, Fesulanum, Monachum Camaldulensem, in vita eius & Bzouium. sup. ad ann. 1368.

§. 6. *B. Margarite. Prioriss.* [f]] Habitum Religiosum induit, Eboræ, apud Monasterium S. Monicæ Augustiniani Ordinis ann. 1500. vbi moram traxit per annos 25. tanta cum virtutum laude, vt priorissa electa sit: exindèque Villam-Vitiosam (vndè oriunda erat) ablegata vnà cum BB. sororibus. Leonora, & Maria à Cruce, & Agnete ab Assumptione, (de quibus suis locis infra) vt inibi nouo Monasterio initium daret, quod opere completum est, atque extructum. ann. 1530. nec propterea, destitit, vel ad horam, à rigore Regularis obseruantiæ: cuius vita, perpetuum erat ieiunium. Herbis vel leguminibus vescebatur; sed in Quadragesima pane & aqua tantum se reficiebat: excalceata semper incedebat. Disciplinis asperis, cathenaque ferrea præcincta, corpus macerabat, silentio & orationi iugiter vacabat, in qua tantò consolabatur à Domino, quantò erat à Dæmone persecuta. Pium gerebat affectum erga animas in purgatorio detentas vt illis succurreret. Tandem finis sui hora sibi cœlitùs reuelata, fœliciter migrauit ad astra, hac die, anno 1539: ætatis suæ. 55. scribunt de ea F. Hieronymus Romanus. part. 2. Histor. de Sanctis Hispan. Alexius de Menezez, tract. de Sanctis Ordin. sui. Ludouicus de Angelis. in Horto Portugall. §. 119. F. Petrus Caluus lib. 12. lachrymar. Iustor. cap. 12. Antonius à Sylua. De suffragijs. Defunct. &c. Cardosus in Agiologio Lusitano, & Commentario ad illud, hac die.

B. Maria à Losada, Virg. [g]] Soror fuit deuotissima, & ingenti sanctitate refulgens; cui Deus ob illius merita, inculpatamque vitam, sui transitus diem prædicere dignatus est. Qui accidit anno 1543. Agunt de ea Martyrologium Franciscanum, Annotationes ad illud, hac die, Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio Conceptionis Villæ-Francæ. quod est 18. Prouinciæ S. Iacobi, vbi sepulta iacet. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 42. & Valerius lib. 4. de Ss. Fœminis Ordin. Minor. cap. 36. §. 7.

B. Beatricis, Virgin. [h]] Nascitur Eboræ anno 1538. Adolescentula iam facta. 16. vel 18. annorum voto Virginitatem Christo sponso consecrauit; & veniens Conymbricam, Religionem Augustinianam illic professa est: vbi per annos 40. orationi, atque Mortificationi instanter vacauit: semper ad maiorem vitæ perfectionem, & ampliorem virtutum progressum se extendens, vndè haud mirum est si tot superabundantibus consolationibus repleretur cœlestibus: & talia impetraret his, qui se suis orationibus commendarent. Moriens autem anno 1591 factus est magnus populi concursus ad eius sepulturam: venerationis & orationis gratia prout testantur. Alexius Menezius Archiepiscopus Primas, sup. Ludouicus ab Angelis. sup. §. 177. Petrus Caluus: & Cardosus sup. hac die. §. 8.

B. Margarita, à Sancto Bonauent. Virgin. [i]] Patriam habuit Vlyssiponem. Regiam vrbem: quæ facta annorum 12. Habitum S. Claræ sumpsit in Monasterio S. Marthæ: Religiosa vitæ exemplaris, regularisque disciplinæ: ieiunijs & pœnitentijs asperrimis intenta: ad obedientiam promptissima, orationem summè excolebat, in qua multis cœlestibus afficiebatur fauoribus: sicque dùm huiusmodi vacaret pijs exercitijs: abbreuauit quidem hanc vitam temporalem, vt sibi si curaret æternam: iuuenis 25. aut 28. annorum decessit Sanctissimè, anno 1610. Præscia tamen diei mortis suæ; iuxta Cardosum. sup. hac die, ex relatione antiqua illius loci. §. 9.

BB. Hieronyma, &c. Virgin. [l]] Inquilinæ erant Vlyssiponenses: Ambæ Moniales Cistercienses. §. 10.
Apud *Odiuellas* Monasterium: raræ Pœnitentiæ & mortificationis Virgines, orationis amatrices, & charitate feruentes erga infirmas sorores atque agonisantes: quas die nocteque ex animo iuuabant, suis manibus & orationibus: puritate autem & innocentia vitæ sic excellebant, vt numquam labe criminalis peccati se inquinatas vnquam senserint: tum demùm fœlici morte vitam terminarunt: illa anno 1633. Ista 1656. Vide Cardosum. sup. hac die. ex Relatione. RR. PP. Antonij Brandani

Chronologistæ: & Pauli Brandani, Confessarij huiusce loci.

§. 11. *B. Elena, vidua.* [m]] Hæc Illostris Matrona, & probatæ virtutis mulier, cùm absque liberis vitam duxisset in Matrimonio, persuasit viro suo optimo, vt ex suis expensis fundarent Monasterium Benedictinum vbi Dei cultus Diuinus iugiter haberetur, & ipsimet tandè inibi sociarentur atque tumularentur: quod & opere completum est ann. 961. quo Aroucæ fundatum est in proprio solo; cui vniuersorum bonorum suorum donationem fecerunt: & moriente viro, ipsa Beata mulier vidua superstes, religioso habitu induta, vitæ reliquum consumpsit in omni pietate, virtute, ac bonis operibus: cui cùm fuisset prænuntiatus dies mortis eius, è lecto surgens, ad Ecclesiam venit. Illicque maxima cum deuotione susceptis Sacramentis, inter manus Monialium Virginum Sanctissimè expirauit anno 970. Ita Cardosus sup. hac die. Ex Britto. part. 1 Chronic. Cisterciens. lib. 6. cap. 35. & in Monarchia Lusitana. part. 2. lib. 7. cap. 22. Brandano. part. 4. lib. 15. cap. 20. & alijs.

B. Ioanna Roderica. [n]] Hæc vidua relicta, vitæ verè spirituali, maiori quàm antea feruore, sese addixit. Nam Monasticam obseruantiam professa, Toleti, in Monasterio. S. Elisabeth, socia, discipula, atque omninò persimilis B. Mariæ à Toleto, cognomento pauperi (de qua 30. Iunij) extitit. Paupertatem, humilitatem, orationem, cæterasque virtutes, ad suæ magistræ instar, summoperè coluit. Ad Christum properauit in cœlum anno 1505. Maximum sui desiderium, atque sanctitatis famam, sororibus & sæcularibus derelinquens: ita vt sæpè illius patrocinium implorentibus benè cesserit. Memoratur in Martysologio Franciscano. & Annotationibus ad illud, hac die. Gonzaga part. 1. sup. vbi de BB. Monialib. Ordin. Clarissar. & part. 3. In præfato Monasterio Toletano, quod est. 5. Prouinc. Castellæ; Marco Vlyssiponensi. part. 1. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 17. Salazar lib. 5. Prouinc. Castellæ cap. 28. Coccio, Valerio, Galterio, Goussancourt, &c. Bosius Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 23. §. 12.

SEPTIMO IDVS IANVARII.

APud Bethleem Iudæ, Sanctæ [a] Zoè Pœnitentis, quæ fructus faciens, dignos Pœnitentiæ, vim cœlorum Regno intulit. In Pago Pictauiensi, Beatæ [b] Virganæ, Virginis, sanctitate celebris. Apud Waltseense oppidum Constantiensis Diœcesis, Beatæ [c] Elisabeth Reytensis, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ: quæ amore in Christum sponsum, & maximis renitens virtutibus, Sanctissimè vitam finiuit. Vesuntione in Gallia, Beatæ [d] Simonetæ, Virginis Clarissæ, spiritus feruore, & regulari obseruantia spectabilis. Santareni in Territorio Vlyssiponensi, Beatæ [e] Ioannæ à Matre Dei, Clarissæ, humilitate, obedientia, & oratione insignis. Maioricæ Balearium insulæ, Beatæ [f] Ioannæ Oliuariæ, Virginis, Tertiariæ Carmelitanæ, miræ abstinentiæ, ac virtutis eximiæ. Vlyssipone, Beatarum, [g] Isabellæ à Sanctis, & Isabellæ Baptistæ, Virginum Clarissarum; quæ silentio, charitate, & exercitijs Pœnitentiæ ac Mortificationis, viam Domini fœliciter eucurrerunt. Glascoæ, in Scotia, Sanctæ [h] Kentigernæ, viduæ, miraculis claræ. Panormi in Sicilia, eleuatio Sanctæ [i] Oliuæ Virginis & Martyris.

IANVARII VII.

§. 1. SAncta Zoè Pœnitens. [a]] Hæc est quæ Cæsarea ad B. Martinianum eremitam tentandum venit; sed summa Dei misericordia, à peccato resiliens, missa est ab eo Hierosolymam, ad Sanctam Bethleem, cui præerat Abbatissa B. Paulina, (quæ & Paula) Virgo, neptis S. Paulæ viduæ. Quæ ab ea benignè suscepta, eam in dies instituebat de ijs, quæ pertinent ad salutem: ipsa verò sic edocta, ingentes edidit fructus dignos Pœnitentiæ, adeò vt sæpius moneretur paulo remissiùs agere. Cùm autem 12. annos sic vixisset, eo in Monasterio, fuit in Christo consummata peracto cursu. Toto enim tempore suæ exercitationis, vinum non bibit, oleum non comedit, nec vuam, nec alium fructum: sed solùm panem & aquam; eaque non ad satietatem, sed solùm vesperè comedens, & nonnunquam secundo die: humi quoque dormiebat, &c. Ita Metaphrastes, Surius, Lippomanus, Simon Martinus, Ribadeneira, &c. In vita S. Martiniani Eremitæ 13. Februar. Gononus in vitis insignium Eremitar. orientis. ibid.

B. Virgana, Virg. [b]] Vulgò nominatur *Sainte Vierge*: cuius titulum venerandum præfert Parœchialis Ecclesia, non longè à Toarcio, in Diœcesi Pictauiensi; qua in Ecclesia condita est ipsa B. Virgana, ponè summum altare, sub lapide, cui insculpta cernitur colus instructa suo manipulo cum fuso, ad innuendum hanc S. Puellam gregis fuisse custodem. Cæterùm, Ecclesia, in qua quiescit, nuncupationem iam pridem ab ea sortita est, cùm ipsa a fundatione, titulo Dominæ nostræ de *Alto-nemore*, Gallicè, de *Hault-bois*. Censeretur; ita Saussayus ad calcem Martyrolog. Gallicani, ex Excerptis è Sacris Ecclesiæ Pictauiensis monimentis: cuius corpus postea Metim Translatum est, vbi asseruatur in Æde Abbatiali S. Vincentij: Teste Meurisseo, Episcopo suffraganti, lib. 3. Episcopor. Metens. in Theodorico 47. Episcopo. §. 2.

§. 3. *B. Elisabeth, Virgin.* [c]] Hæc Sacra Virgo, vulgò *Beata*, vocitatur: Patria, Sueua, Ioanne Achlero, ciue oppidi Waaltseensis, anno 1386. progenita, & à cunabulis

à cunabulis pietati addicta, crescens in Dei timore, & Virginali pudicitia, Ordini tertio Franciscano nomen vltrò dedit; quam cùm longis precibus, & instantia, annum 14. agens, obtinuisset; dictu incredibile est, quantis mortificandi corporis austeritatibus brauium currere cœperit, quibusue tentaminum certaminibus conflixerit, & quàm indefessis à Sathana stratis tendiculis periclitata constiterat: quibusque vitiorum trophæis ornata triumpharit. Demùm, circa ann. suæ ætatis 34. carnis soluta sarcina, famam sanctitatis in moribus, & signa Crucifixi in membris reliquit, ac miraculorum multitudine subitò nunc vsque inclaruit, vide Martyrologium Franciscan. & Annotationes ad illud, hac die. Vitam eius ex Originali MS. Conradi Kiegle, præpositi cœnobij Canonicor. Regular. Ordinis S. Augustini Waaltseensis oppidi, (qui per 20. annos huiusce Virginis extitit Confessarius) desumptam describit Marianus lib. 9. Chronic. strictior. Obseruant. Minor. cap. 1. vsque ad 8.

§. 4. *B. Simonetta, Virg.* [d]] Vrbanista monialis professa erat in Monasterio S. Claræ Vesuntinæ vrbis, quando ad illud reformandum accessit. B. Coletta, Virgo anno 1410. cuius quidem Reformationis institutum B. Simonetta, virgo, tanta animi contentione, tantoque spiritus feruore, ac vitæ perfectione, prosequuta est: vt sancto fine feliciter demortua, Beatæ titulo à cunctis venerata sit: Agunt de ea Martyrologium Franciscanum, & Annotationes ad illud hac die; ex Fodereto, in descriptione præfati Monasterij. S. Capucino Abba-villæo. In Chronologica Historia vitæ B. Colettæ Virgin. statu 3. lib. 1. cap. 7.

§. 5. *B. Ioanna Clarissa.* [e]] Illius vita omninò extitit mirabilis & plena virtutibus: ad superna migrauit anno 1578. ætatis suæ 70. Sepulta Sanctareni, in Monasterio S. Claræ: iuxta Cardosum in Agiologio Lusitano, & Commentario ad illud ex MSS. Monimentis hac die.

†§. 6. *B. Ioanna, Virg.* [f]] Apud Baleares, Maioricæ orta, ibidem tertij Ordinis Carmelitan. tesseram assumpsit: quæ iam tenella ætate, Christo seruiens, dotes gratiæ adepta est maximas: ieiunijs quippe, cilicio, disciplinis, orationibus assiduis, virtutibusque præcipuis iugiter dedita fuit, exstasim etiam sæpè passa: transijt denique ad cœlos, anno 1614. fama sanctitatis celebris: cuius corpus miraculis incorruptum adhuc illustratur. Vti testatur Antonius Alegre, in paradiso Carmelitici decoris statu 5. ætat. 18. post Christum cap. 121. ex alijs multis.

BB. Isabella, &c. Virgin. [g]] Prior Bruxellis nata erat: altera verò Machliniæ in Brabantia: Ambæ sanctimoniales Monasterij Almackricensis in Hollandia: virtutibus, ac sanctis Moribus insignes: quæ ob turbulentos motus bellicos Hæreticorum vbique locorum sæuientium, patria derelicta, anno 1582. Lusitaniam petierunt: & Vlyssiponem profectæ: Monasterium Dominæ nostræ de Quiete, Ordinis S. Claræ incoluerunt: vbi singulari vitæ mimiæ exemplo, & omnimoda perfectione decoratæ, obierunt, prior ann. 1617. secunda, ann 1623. ex MSS. Monimentis illius loci. Cardosus sup. hac die. §. 7.

S. Kentigerna, vidua. [h]] Dicitur enim. *Quintegerna*: quæ varijs claruit miraculis: in quorum memoriam, & illius honorem, extat Parochialis Ecclesia, in insula *Inchelroche*, in *Loclomont*, (vbi vitam duxit Sanctissimam) de eius nomine insignita: vti referunt Adamus King, seu, Regius in Calendario Scotiæ; Menologium Dempteri; Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die. Et Dauid Camerarius lib. 3. de pietate Scotorum & Sanctis Regni Scotiæ cap. 4. ex Breuiario Aberdonensi, & Dumfermlensis Monimentis: voluntque ipsam fuisse Tyrei Laginensium Reguli filiam, habuisseque in fratrem, Cooganum quendam, sanctitate clarum; & in Filium, Filanum Abbatem, sanctitate item celebrem, qui obijt, sub ann. 649. de quo 8. Ianuarij idem Camerarius, ex multis. §. 8.

Eleuatio S. Oliuæ. [i]] Ita enim habetur in chronico generali Ordinis Minim. & in Appendice 4. ad illud *Apud Panormum, S. Oliua Patrona, ac Tutelaris Panormitanorum, nostrique cœnobij protectricis, effossio & eleuatio*, inquit Lanonius ibid. quæ accidit ann. 1524. Locus est ab vrbe non procul semotus, à mari verò mille passibus dissitus; ei illic ab antiquo ædes sacra fuerat erecta, quo loco sepultam fuisse traditio est, atque in eo sodalitium cum tempore institutum, cui nomen Domus Regiæ ministri dabant: sed postea ipsis patribus Minimis à Prorege Siciliæ collatus, vt inibi Conuentus extructus consurgeret anno Christi 1518. §. 9.

SEXTO IDVS IANVARII.

HELIOPOLI & Arethusæ Syriæ Cauæ ad Lybanum, Passio Sacrarum [a] Virginum Martyrum: quæ pro Christiana fide, à gentibus, inaudita crudelitate necatæ sunt. Eodem die, Sanctæ [b] Matris Dominicæ. Apud Bruxellam in Territorio Mechliniensi, Sanctæ [c] Gudilæ, Virginis, Benedictinæ: quæ illustri genere nata, vitam in vigilijs, ieiunijs, orationibus, & in omni pietatis officio exercuit. Romæ, Sanctæ [d] Pegæ, Virginis, eiusdem Ordinis, sororis Beati Guthlaci Anachoretæ: quæ cum Sacris Virginibus manens, pietatis & castitatis documenta, vita & exemplo præbuit. In Sicilia, [e] Beatæ Iacquelinæ, Virginis, Solitariæ; quæ Anachoresim exculta, miris virtutibus refulsit. Santareni in Territorio Vlyssiponensi Beatæ Beatricis [f] à Feijo, Dominicanæ; quæ vitæ austeritate, & rerum cœlestium contemplatione, multùm resplenduit. Assisij in Vmbria, Beatæ [g] Franciscæ, Virginis Clarissæ: quæ hu-

militate, obedientia, & paupertate insignis, sancto fine quieuit. In Pacensi vrbe, Beatæ Mariæ à [h] Regibus, Carmelitanæ; quæ nobili stirpe exorta, oratione, charitatis exercitijs, ac pœnitentiæ operibus, spectabilis euasit. Messiniaci in Morinis, [i] Beatæ Adelæ, viduæ, fundatricis eius loci, & Abbatissæ Benedictinæ: quæ abdicatis Regijs pompis, Christo in humili statu Religionis famulari complacuit. Parisijs [l] commemoratio solemnis Sanctæ Opportunæ Virginis Benedictinæ, & Abbatissæ; ob sacrarum Reliquiarum eius susceptionem.

IANVARII. VIII.

†§. 1. *Sanctarum Virgin. Martyr.* [a]] Sciendum in primis, eodem tempore, res, cùm ab Heliopolitanis, tum etiam ab Arethusijs, gestas esse, maxima crudelitate plenas in christianis, quas fusiùs describit Sozomenus lib. 5. Histor. Ecclés. cap. 9. narrans eadem ab ijs factitata, quæ ex Theodoreto ab Ascalonitis & Gazensibus adoersus Virgines Christianas perpetrata fuisse diximus. spu. die 2. Iannarij. *Qui Heliopolim* (inquit) ad Libanum *situm, & Arethusam Syriæ, incolunt hos, (nempe Gazenses & Ascalonitas) crudelitate longè superasse videntur. Nam isti Virgines sacras, (incredibile quidem dictu, nisi quidam eorum, qui eodem tempore vixerunt, idem ipsum narrassent) quæ à populo conspici minimè solent, in loco publico, veste nudatas; tum ad commune omnium, qui eas intueri volebant, spectaculum; tum ad ipsarum contumeliam, consistere cogebant; atque vt primùm, eo, quo libitum erat, modo, insultabant: ad extremum illarum capillum tondebant. Quin etiam eas dissecabant bifariam, & ad illarum intestina deuoranda, porcos prouocabant, viscerum extremitate, consueto illis alimento, operta, quo porci non tam facilè ea internoscerent; sed consuetum alimentum necessariò appetentes, carnes etiam humanas discerperent: &c.* hæc ille, cui adstipulatur Nicephorus Calixtus ibid. lib. 10. cap. 9. eadem habet S. Gregorius Nazianzenus Oration 1. in Iulianum; qui & addit, non porcis tantum carnes Virginum exposuisse; sed etiam ipsos easdem depastos esse, & earum se hepatibus crudis ingurgitasse: quod & Baronius confirmat tom. 4. Annal. Ecclés. ad ann. 362. §. 150. Grisius, de Clericis Regularib. sect. 10. §. 2.

§. 2. *S. Matris Dominicæ.* [b]] Ita Græci, in Menologio: & Molanus in Additionibus ad Vsuard. hac die. Simon Martinus in florib. solitudin. lib. 2.

§. 3. *S. Gudilæ, Virg.*] Virgo hæc Brabantina floruit sub Sigeberto Rege Francor. cuius parentes fuerunt Witgarus Comes, & S. Amalberga; (de qua 10. Iulij infra.) ad quorum petitionem, Gertrudes, Virgo Sanctissima, eam de Sacro fonte leuauit, & apud se educandam retinuit. Mortua verò ipsa S. Gertrude, ad domum Patris, ex Niuella, reducitur, optimis moribus instituta; crebrò frequentans, etiam noctu, Oratorium S. Saluatoris in Morsella, propè Teneramundam; cuius lucernam quoties à Diabolo extinctam, toties, sua oratione, restaurabat: ieiunijs se macerabat ac vigilijs, pauperibus mensas parabat, & fercula. Tandem post multa virtutum exercitia, transiuit ad sponsum Christum; cuius corpus sepelitur in Ham; vbi ad eius tumulum, tempore Hyberno, populus arbor, sine manibus putantium. mox excreuit, & virens, vt nemus fronduit: postea verò Bruxellam Translatum est. Agunt de ea, Molanus in Additionibus ad Vsuard. & in indiculo Ss. Belgij. Wion in Martyrologio Benedictino hac die, Baldricus lib. 1. Chronic. Cameracens. cap. 16. Baronius tom. 9. Annal. Ecclés. ad ann. 805. §. 3. Petrus Diuæus lib. 1. Brabantic. rerum. Dauid Lindanus. lib. 3. Teneramundæ cap. 7. §. 24. & seq. Rinaldus part. 2. Lilior Galliæ sanctæ cap. 1. in ea. Surius, Lippelous, Renatus Benedictus, Foderetus, Gazetus, Haræus, Doubletus, Ribadeneira &c. in vita eius, hac die. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Bruxellæ*: & in Catalog. Sanctor. Myræus in Fastis Belgicis. Fœlix & Gallesinios in suis Martyrologijs. Saussayus in Martyrologio Gallicano, Sanderus in Hagiologio Flandr. ead. die.

S. Pegæ, Virgin. [d]] Parentibus nata est, Patre Penualdo, & Matre Tecta, non minus pietate, quàm generis claritate, apud Mercios, in Anglia nobiles. Fratrem habuit S. Gothlacum, Eremitam in insula Croylandia, apud Angliam: qui vita excedens anno 716. ad eius funus curandum, ab eo inuitata venit: humatoque sancto fratre in eius oratorio, ad propria remeauit. Elapso verò post eius obitum anni curriculo, cùm ipsa B. Pega, vnà cum Religiosis Presbyteris corpus sacrum decentiùs collocare vellet, idem omninò integrum & incorruptum, dormienti quàm mortuo similius inuentum est. Porrò ipsa Pegelandiæ, seu apud Peag-Kirkum, Angliæ oppidum, in Northamptoniæ comitatu, Sanctimonialis fuit: quæ completo biennio & tribus mensibus, à præfati S. Guthlaci morte in lugubri lamentatione; ad Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli limina, in frigore, & abstinentia multa, perægrè profecta est. Romæ itaque Diuino seruitio mancipata, in timore Domini dies suos tandem compleuit: atque sacro eius corpore illic terræ mandato; spiritus eius de præsentis vitæ labore, ad æternam requiem ascendit: vti referunt Florentius Wigorniensis anno Christi 714. Ingulfus, Abbas Croylandensis, in Historia sui Monasterij. Camdenus in descriptione Comitatus Nortamptoniæ, Harpsfeldius in Histor. Ecclés. Anglic. sæcul. octauo, capite decimo nono. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die. Eduardus Mathew. Tom. 1. Trophæor. Congregation. Anglican. Ord. Sancti Benedict. ad Natales Sanctor. duodecimo Aprilis; item Menardus in Martyrologio Benedictin. & libro secundo Obseruation. ad illud eadem die quo obijt. Plura item de ea, in actis Sancti Guthlaci, vndecimo Aprilis, apud Surium Tom. quarto, Lippeloum, Gononum libro primo de vitis Patrum Occidentis. Ordericum vitalem libro quarto Historiæ Ecclesiæ ad annum 1073. §. 4.

†§. 5. *B. Iacquelina, Virgin.* [e]] Romæ nobilibus & claris orta parentibus, à tenera ætate, bonis moribus imbuta fuit; crescens ætate, creuit & pietate, totaque misericordiæ operibus, eleemosynis pauperum, ac continuis orationibus seipsam exercebat; ob eximiam eius pulchritudinem à multis expetebatur in coniugium: quæ cum à Fratre, Apuliæ comite, tradi nuptijs cogeretur, assumpto virili habitu, clam aufugit, summo autem studio, ab ipso fratre insequuta, & inuenta, nullumque effugium videns, ad obuium mare deflexit; & crucis signo se muniens, in mare se ex alta rupe se proiecit. Cùmque natandi artis ignara esset, oculis ac manibus in cœlum extensis, quasi per aridum ambulans, maris profunda transibat. Quo traiecto in desertis & syluis Siciliæ, tribus annis sub virili habitu, Sancto cuidam anachoritæ seruiuit, solitariam vitam ducens. Deindè timens, ne agnosceretur, vt fœmina, citra mare aufugit, in desertis habitatura; super arborem constituto sibi tuguriolo ad latitandum; vbi ad decrepitam vsque ætatem vixit in maxima abstinentia, austeritate & sanctitate. Clarebat sub Innocentio 3. Papa: vti referunt B. Cantipratanus lib. 2. Apum, cap. 29. §. 28. Author libri. Scalæ cœli. Itemque Author. Speculi Exemplor. distinct. 5. cap. 65. Gononus lib. 3. sup. in ea. Myræus In Fastis Belgic. sub 20. April. in B. Hildegunde. Virgin. Raissa in Auctario ad Natales Ss. Belgij Molani. sub 24. Iunij.

§. 6. *B. Beatrix.* [f]] Vna fuit ex antiquioribus sanctimonialibus Dominicanis cœnobij Santarensis, fundati ann. 1240. quæ sua sancta conuersatione, & optimis exemplis, cunctis illuxit: mortificationi, & castigationi corpori addicta, ac Diuinorum mysteriorum contemplationi iugiter vacabat: octuagenaria decessit, tuncque reperta est largo cingulo ferreo præcincta ad carnem, quo per omne vitæ suæ tempus vtebatur ad pœnitentiam. Ita Ludouicus à Sousa part. 1. Chronic. Ordin. Prædic. lib. 5. cap. 31. Ludouicus Minhoz lib. 2. vit. Ludouici Granatens. cap. 14. Cardosus in Agiologio Lusitano: & in Commentario ad illud hac die.

§. 7. *B. Francisca, Virg.* [g]] Hæc abstinentia & ieiunio macerabat corpus; & nonnisi fragmentis, quæ superarant, se reficiebat in mensa. Humilitatis exercitio maximè delectabatur; viliora Monasterij munia summoperè adimplere requirens; obedientiam, sic prompto animo operabatùr, quòd non solum verbis, sed & nutibus annueret superiorum. Tanta paupertate ditabatur, vt habitu vnico, vili panno confecto, ferèque dissuto, contenta fuerit; velo ex rudiori tela, ipsoque dilacerato, amicta ad caput; orationi & contemplationi iugiter vacabat, cuius rei gratia, locum sibi delegerat, ante imaginem Crucifixi (qui olim Seraphico Patri S. Francisco, apud Ecclesiam S. Damiani locutus, fuerat exindè asportatus in hoc Monasterium Clarissarum S. Georgij apud Assisium vrbem.) vt illius aspectu, magis ac magis in Christi amorem accenderetur; ibi enim pernoctabat, & somno fessa, sedens dormitabat. Morti appropinquans, diem sui obitus prædixit: fama virtutum, & odore sanctitatis refulgens. Eius sacrum corpus sepultum est, non cum alijs, sed iuxta Ecclesiam ipsam S. Georgij: super cuius Tumulum, Rosarium mox exortum est. In quo paulò post, eodem mense Ianuario, Rosæ exquisiti odoris, miræque pulchritudinis repertæ sunt & sublatæ, quod quidem Rosarium nunc vsque seruatur & cernitur. Agunt de ea Martyrologium Franciscanum, & Annotationes ad illud, hac die. Marcus Vlyssiponensis part. 3. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 59. Tossinianus lib. 2. Histor. Seraphic. Marianus lib. 4. cap. 16. Valerianus lib. 2. de Ss. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 49. & Wadinghus. Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1440. §. 45. quo obijt.

B. Maria, Carmelit. [h]] Nobilis Virgo genere, sed religione illustrior, singulari virtute resplenduit §. 8.
in Monasterio *de Beia*, ieiunio, & pœnitentiæ dedita, charitate autem plena, maximè circa infirmas sorores, quibus ingenti cum animi alacritate inseruiebat: & pauperibus ac egenis exteris prompto animo, pro posse suo subueniebat: ita omnibus omnia facta, vt ex sua laudabili conuersatione omnes in sui admirationem induceret: instanter quoque orationi vacabat: in qua sæpe à Deo visitabatur ac consolabatur: patientia etiam emicuit in multis tribulationibus ac sanctissimè obijt anno. 1636. iuxta Cardosum. sup. hac die ex relatione Ludouici de Mertola in sua chronica generali.

B. Adela, vidua, Abbatiss. [i]] Filia extitit B. §. 9.
Roberti, Reg. Francor. vxor verò Balduini Barbati, Flandriæ Comitis; quo mortuo, breui testata est nullam potiorem, quàm eius pietatis dotem sibi derelictam. Nam apud Messiniacum à se fundatum Monasterium Benedictinum secedens, omnibus se rerum fluxuarum desiderijs, exuit, & vnico se religiosæ vitæ voto induit: quod vt præstaret efficacius, certa est, Romanum iter conficere, & à Pontificia manu Alexandri 2. velum sibi consciscere; quæ & in Abbatissam ab eo consecrata est, multis donis, & pretiosis affecta Reliquijs, ac Indulgentijs & Priuilegijs. Redux in Monasterium, vitæ sanctimonia, munificentia in egenos, & pijs alijs operibus præluxit. Mirè ab omnibus dilaudata est; quòd ieiunijs carnem attereret, & alijs macerationibus vacaret: paci, seu inter principes, vel gregales, studeret: erga omnes mitem se, ac benignam præstaret: candore animi tumidas aliorum mentes frangeret, in viduas & pupillos profusissima esset. Tot igitur inter præclara facinora, & Regias virtutes, quæ sanctimonialium Virginum Messinicarum oculos perstringebant, sanctissimè in cœlum migrauit, hac die, anno 1079. sepulturam nacta honorificam in chori medio Abbatialis Ecclesiæ: qua de re, vide Malbrancque Tom. 1. de Morinis. lib. 8. cap. 51. 51. 55. 56. 67. & 69. ex multis alijs. San-Marthanos Tom. 1. Histor. Genealog. Domus Franc. lib. 12. cap. 2.

Commemoratio S. Opportunæ, Virg. [l]] Susceptio- §. 10.
nis Reliquiarum S. Opportunæ, Virginis & Abbatissæ Benedictinæ, Festiuam Solemnitatem hanc quotannis agunt Canonici Ecclesiæ Collegiatæ S. Opportunæ Parisiens. in memoriam tanti beneficij hac die, excepto anno 1374. videlicet, die Dominica infra octauam Epiphaniæ. Ita enim habetur. *Anno Domini 1374. Dominica infra Octauas Epiphaniæ. Translatum fuit Brachium S. Opportunæ, per D. Episcopum Parisiensem, in præsentia Caroli Quinti Regis Franciæ, & in domo sua S. Pauli de Parisius, præsentibus etiam plurimis Baronibus Regni Franciæ. Et fuit dictum Brachium asportatum solemniter per processionem, dicti Collegij vsque ad Ecclesiam, cum magnis luminaribus & torchijs, ac etiam notabili comitatu populi Parisiensis. Et fuit dictum Brachium donatum Ecclesiæ nostræ, per Ma-*

gistrum Ioannem du Piu, quondam Abbatem Cluniacensem, ad Requestam defuncti Magistri Hugonis de Castro-Girardi, quondam Capicerij nostri. Et idcirco fuit ordinatum, per Capitulum & Canonicos huius Ecclesiæ, & de voluntate prædicti Episcopi Parisiensis, videlicet, D. Americi de Maignaco, ad præsens Cardinalis; quòd de cætero, in hac die, Dominica infra Octauas Epiphaniæ, semper fieret Festum duplum, de S. Opportuna, & officium Dominica transferretur in alium diem feriatum. Hæc ex veteri Regesto, seu Cartulario ipsius Ecclesiæ Collegiatæ S. Opportunæ, Parisiens. cuius meminerunt, Brulius lib. 3. Antiqnitat. Parisiens. vbi de ipsa Ecclesia S. Opportunæ, Saussayus in Martyrologio Gallicano ad 22. April. Gallia Christiana in Archiepiscop. Parisiens. sub 90. Frisonus in Gallia purpurata, in Additione ad libr. 3. de Schismate. Gossetus part. 3. cap. 3. Histor. (vitæ ac miraculor. S. Opportunæ, Virg. Abbatiss.

QVINTO IDVS IANVARII.

Diuione, In Territorio Lingonensi, Sanctæ [a] Paschasiæ, Virginis & Martyris: quæ à Sancto Benigno, Burgundiæ Apostolo, Euangelica veritate illustrata, post illius gloriosum agonem, ibidem Christi fidem, eximia sua sanctitate, & zelo pietatis intensissimo, plurimùm propagauit; vndè capitis damnata, atque in rogum coniecta, purissimam efflauit animam. Antiochiæ, Natalis Sanctæ Basilissæ, [b] Virginis, Vxoris Beati Iuliani, Martyris: quæ cum viro suo virginitate seruata, & grauia pro Christo tolerata, tandem multarum virginum turmæ præfecta, in pace vitam finiuit. Ibidem, sub Diocletiano & Maximiano, Marciani præsidis iussu, passio Sanctæ [c] Marcionillæ: quæ vnà cum filijs septem, martyrij coronam adepta est. In Mauritania Cæsariensi, Sanctæ [d] Marcianæ Virginis & Martyris: quæ bestijs tradita, martyrium consummauit. Villæ-Comitis in Territorio Braccarensi, Beatæ [e] Helenæ, de Azambuia, Clarissæ; abstinentia, oratione & charitate spectabilis. Viannæ in eadem Diœcesi, Beatæ Menciæ [f] à Columna, Hieronymitæ: dono orationis, & lachrymarum, atque humilitate conspicuæ. Eboræ in Lusitania, Beatæ [g] Beatricis ab horto, Dominicanæ: eximiæ pœnitentiæ, & memoria passionis Dominicæ insignis. In Germania, Beatæ Catharinæ [h] Ciaulinæ. Virginis, Tertiariæ Franciscanæ; quæ mirabiles profectus edidit in stadio virtutis. In Picœno, Beatę [i] Beneuenutę viduę, Anconensis, Tertij Ordinis Pœnitentium Sancti Francisci: quę pijs operibus vacans, meruit à Domino varijs reuelationibus visitari, miraculisque quamplurimis exornari. In Hispania, Territorio Palentino, depositio [l] Beatę Vrraccę viduę, Monialis & Fundatricis Monasterij de Auia, Ordinis Cisterciensis: vbi multis virtutibus refulgens, transiuit ad gloriam. Villę-Nouę: in Territorio Giennensi, Beatę [m] Tirasię-Sanctię, Tertiarię Franciscanę viduę: cuius religio, pietas, ac vitę sanctitas, summa fuit. Oueti in Hispania Tarraconensi, translatio Sanctę [n] Leocritię Virginis & Martyris.

IANVARII IX.

§. 1. *Sancta Paschasia, Virgin. Martyr.* [a]] Multi de hac Sanctissima Christi ancilla, & fortissima athleta, meminerunt: in primis D. Gregorius Turonens. de gloria Confessor.; cap. 43. Galesinius in suo Martyrologio, Molanus in Appendice ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Diuionem* & in Catalogo Generali Sanctor. Saussayus in Martyrologio Gallicano, præclarùm eius agonem paucis perstringit, hac die, circa ann. 170. Gallia Christiana in *Diuione*, vbi de S. Benigni Monasterio sub Abbate 2. Simon Martinus hac die.

§. 2. *S. Basilissa, Virgin. Martyr.* [b]] Licet hæc Christi amatrix, gladio Martyrium haud obierit: attamen, quia multa grauiaque passa est, & Dux Martyrum extitit: meritò etiam *inter Martyres computatur* à Venantio Fortunato, in Carmine, quod scripsit *de Gaudijs, & spe vitæ æternæ.* Iulianus itaque & Basilissa, Sanctissimo voto casti coniuges, carnem suam virginem seruantes, Monasteria de rebus suis instituerunt: vt ad decem millia Monachorum Pater, B. Iulianus fieret. S. Basilissa verò multarum Virginum mater. Ille postea pro Christo Martyr occubuit, ista autem diuino inseruiens, reliquum vitæ peregit in omni virtutum exercitio: quorum mentionem faciunt, S. Eulogius Cordubensis, lib. 1. Memorial. Sanctor. Beda, Vsuardus, Ado, & Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid.

in notis

in notis & tom. 3. Annal. Eccles. ad an. 309. Metaphrastes. Surius, Ribadeneira, Renatus Benedictus, &c. hac die. In vita eorum. Vincentius Beluacens. lib. 12. specul. Historial. cap. 106, 107. 108. & 118. Petrus de Natalibus lib. 2. Catalog. Sanctor. cap. 52. D. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 20. Mulanus in Additionibus ad Vsuard. Grisius de Clericis Regularib. sect. 6. §. 7. Murisius lib. 1. cap. 15.

S. Martionilla, Mart.] Agunt de ea ijdem omnes
§. 3. Præfati Authores. Horum acta ex veterib. Monimentis edidit Metaphrastes; quæ habent Lippomanus & Surius sup. Monbritius tom. 2. Vincentius cap. 116. sup. & seq. Extat in Breuiario Toletano S. Isidori Sacer Hymnus; quo horum Trophæa egregiè decantantur. Bachotus in Fastis Christianis, hac die.

S. Martiana, Virg. Martyr. [d]] Hæc ob fractum
§. 4. Dianæ simulachrum, tertiò Lenonibus data est prostituenda; sed Diuino fulta præsidio, semper intacta permansit. His similia exprobrat Gentilibus Tertullianus, in suo Apologetico. Habent ipsius Virginis & Martyris Acta Monbritius. Tom. 2. Vincentius sup. lib. 13. cap. 36. & 37. Petrus de Natalibus sup. cap. 58. De eadem agunt hac die, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. Baronius ibid. In notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. 302. Lippelous Tom. 1. Ferrarius. In noua Topographia sup. verb. *Berytus* & *Mauritania*, Simon Martinus hac die.

B. Helena, [e]] Regularis obseruantiæ, & vitæ
§. 5. exemplaris semper extitit ista Virgo Clarissa, iugiter ieiunabat; ita vt à die, quo Ordinem intrauit, vsque ad obitum, nusquam carnes comederit: disciplinis rigorosis corpus suum edomabat: magna flagrabat charitate erga omnes, desolatis quippe solatio erat: compatiebaturque afflictis: otium summè fugiebat, silentium autem diligenter excolebat; & in cunctis virtutibus admodùm excellebat. Florebat circa ann. 1560. vide Cardosum, in Agiologio Lusitano & Commentario ad illud. Hac die, ex MSS. Monimentis.

§. 6. *B. Mencia,* [f]] Ex Vlyssipone oriunda erat; quæ ab ineunte ætate, indicia dedit futuræ sanctitatis. Itaque sumpto habitu religionis in Monasterio Viannæ de Alentejo, Ordinis S. Hieronymi, mox singulari charitate erga infirmas sorores emicuit: cum rara humilitate, paupertate, & silentio. Posita in oratione, brachijs in modum crucis extensis, in profundas abibat extases: cui tunc Deus eximios communicabat fauores: exindè reuersa ad se, in copiosas resoluebatur lachrymas. Quapropter, cùm ita grata Deo esset; adhuc iuuenis ad æternas vocata est delicias anno 1585. hac die. Iuxta Cardosum sup. ex varijs relationibus MSS.

B. Beatrix. [g]] Inter alias Moniales Monasterij
§. 7. S. Catharinæ Senens. Ordin. Prædicator. apud Eboram, enituit vitæ sanctitate, & virtutum exercitijs: sæpè diuexata fuit à Diabolo, pugnis & alapis: quæ omnia æquo mitique animo tolerabat. Abstinentia mirè in ea relucebat; quandoquidem in memoriam & honorem Dominicæ Passionis, qualibet sexta feria, nil manducabat, aut bibebat nisi insipidum amaritudine, & absinthio; aut nimio sale, vel aceto permixtum. Caput corona spinea sic fortiter cingebat; vt sanguis cum ingenti cruciatu vndique manaret. Moritur circa ann. 1613. de qua scribunt. Ludouicus à Sousa, part. 3. Chronic. Ordin. Prædicat. lib. 3. cap. 14. & Cardosus sup. hac die.

B. Catharina, Virg. [h]] Virgo extitit purissima; §. 8.
cuius facta admiranda, præclarasque virtutes, recenset; in processu Inquisitionis suæ. R. P. Antonius Randescius, Ordin. Minor. Reformat. Marianus lib. 6. Chronic. strictior. obseruant Minor. Reformat. cap. 34. Martyrologium Franciscanum, & Annotationes ad illud hac die. Obijt anno 1619.

B. Beneuenuta, vidua. [i]] Ancunæ in Marchia honestis parentibus orta, à primis annis Christo fuit consecrata. At postea, matrimonio iuncta; tertium Ordinem S. Francisci, pro sua pietate amplexata est. Exindè magnis refulsit virtutibus, & quamplurimis visitationibus ac reuelationibus diuinis fuit à Domino consolata, atque ingentibus miraculis illustrata. Floruit circa ann. Christi 1290. cuius vitam descripsit B. Conradus ab Offida; & ex eo Marcus Vlyssiponens. part. 2. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 24. §. 2. Item lib. 6. cap. 30. §. 1. & Gonzaga part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in Conuentu Sacri Montis Aluernæ, qui est 17. Prouinciæ Tusciæ. Vide Martyrologium Franciscanum & Annotationes ad illud hac die, ex Mariano, Antonio de Sillis, Ioanne de Torrez. Salazar, Wadingho, &c.

B. Vrraca, vidua. [l]] Hæc Arragonum Regum §. 9.
sanguine illustris, Roderici Rodriguez, viri præpotentis vxor fuit; quæ Monasterium B. Mariæ *de Barris*, aliàs *de Auia*. Palentinæ Diœcesis, Sacris Cisterciensis Ordinis virginibus, extruxit, amplissimèque dotauit: vbi cum multis pijs mulieribus, post coniugis mortem, abiecto sæculari habitu, monialis facta, & religiusè conuersata, tandem omni genere virtutum perfecta, emicuit. Ita Seguinus lib. 3. Viror. Illust. Ordin. Cisterciens. titulo de *Sancta Vrraca Monli.* & Henriquez. In Menologio Cisterciensi, hac die.

B. Tirasia-Sancia, vidua. [m]] Ipsa pientissima fœ- §. 10.
mina, marito mortuo, protinùs Monasterium quoddam, in Villa-Noua oppido extruxit. Fundauitque anno Christi 1503. & inibi cum alijs sibi adhærentibus fœminis, sub tertio Fratrum Minorum Ordine, quoad vixit, Sanctissimè perseuerauit. Inata Martyrolog. Franciscanum Annotationes ad illud hac die. Gonzagam part. 3. sup. In Monasterio S. Francisci Villæ-Nouæ Archiepiscopi, quod est 11. Prouinciæ Carthaginens. Marianum lib. 6. cap. 29.

Translatio S. Leocritiæ, Virg. Martyr. [n]] Post Mar-
tyrium expletum 15. Martij, sacrum eius corpus. §. 11.
in Bethim flumen proiectum est: sed aquis nec submergi potuit, nec celari; erectum enim corpus surrexit: & pergens ad littus, à Christianis exceptum fuit, & in Basilica S. Genesij Martyr. quæ sita erat ad locum, *Tertios*, extitit tumulatum: Exindè autem Ouetum aduectum est, anno 884. per Dulcitium, Toletanum Presbyterum: quod quidem exceptum fuit ab Adefonso, Gallœciæ Rege, atque Ouetensi Archiepiscopo Hermenegildo: sed & anno 1100. quinto idus Ianuarij D. Hernandus Aluari Ouetensis Episcopus: illud idem sacrum corpus transtulit in capsam argenteam pretiosissimam, de qua agitur hac die. Ex Baronio tom. 10. Annal. Eccles. an. 884. §. 5. Ambrosio Morales ann. 1572. Apud Surium 11. Martij. In Actis S. Eulogij. Ferrario in Catalog. Sanctor. die sequenti. Et in noua Topographia sup. verb. *Corduba*. Beyerlinck tom. 6. Thea-

tri vitæ humanæ. Littera. R. vbi de Reliquijs Ouetensis Ecclesiæ, vocatur hæc S. *Leocritia, Leontia* & *Leontia*: sed Rectius *Lucretia* cuius vitam typis mandauimus an. 1637. Parisijs ex officina Roberti Feugé, ad Montem S. Hilarij, propè puteum certum, ad Insigne S. Sebastiani.

QVARTO IDVS IANVARII.

IN Zamagatta, apud Iapponium, Beatæ [a] Claræ, Tertiariæ Franciscanæ, Martyris: quæ post vincula, alapas & carceres teterrimos, perseuerans in confessione fidei, simul cum viro suo Paulo, pro Christi amore Martyrium compleuit. Item, Mogami, in Regno de Oxù, apud Iapponium, Passio Beatæ [b] Luciæ, Martyris: quæ vnà cum viro Ioachim, pro constanti fidei defensione, transiens per ignem, educta est in refrigerium. Apud Leontinos in Sicilia, Sanctarum Virginum [c] Teclæ & Iustinæ. Diuione, in Territorio Lingonensi, Sanctæ [d] Floridæ, Virginis; vita & virtutibus conspicuæ. Apud Pharæ-Monasterium, in Territorio Meldensi, Sanctæ [e] Sethridæ, Virginis, Abbatissæ Benedictinæ: multarum prærogatiua virtutum, exornatæ. Albensi in vrbe, Beatæ [f] Isabellæ, à Sancto Benedicto, Virginis Dominicanæ: humilitate, patientia, & oratione extatica sublimis. Seruuali, [f] in territorio Vlyssiponensi. Beatæ [g] Mariæ Magdalenæ, Virginis eiusdem Ordinis, genere, rerum caducarum despicientia, Regulari perfectione, & obseruantia Illustris. Apud Odiuellas in Territorio eodem, Beatæ [h] Menriæ, à Noronha: Virginis, Cistereiensis: quæ nobilitate prosapiæ, memoria Passionis Dominicæ, vita exemplari, & rerum cœlestium exercitio, præclarissima euasit. In Territorio Parisiensi, Beatæ Mariæ [i] à Stoteuilla, Monasterij Hederensis Ordinis Cisterciensis, Benedictinæ Abbatissæ & Reformatricis præcipuæ: quæ summis virtutibus altam sui generis eminentiam superauit, & vitæ sanctitate illustrauit. In Hispania, ciuitate Granatensi, Beatæ [l] Leonoræ à Sancto Ioanne, Primæ Abbatissæ Monasterij Sanctæ Mariæ de Angelis, Tertiariæ Minotitanæ, quæ orationi, rerumque Diuinarum contemplationi intenta, dono lachrymarum etiam potiebatur. Apud Lacum Algarbiorum, Beatæ [m] Isabellæ ab Assumptione, Carmelitanæ Priorissæ: amore paupertatis, silentij, & charitatis celebris. Venerijs, Beatæ Annæ, [n] ingentis ac virtutis fœminæ, Beati Nicolai Iustiniani vxoris.

IANVARII X.

§.1. *Beata Clara, Martyr.* [a]] Glorioso agone, pro fide Christi, occubuit, hæc virtuosa mulier, anno 1630. Iuxta relationem, è Iapponia missam Vlyssiponem: cuius festiuam lætitiam celebrarunt solemniter Fratres Minores: vti habet Cardosus in Agiologio Lusitano, & Commentario ad illud, hac die.

§.2. *B. Lucia, Martyr.* [b]] Inclyto Martyrio coronata est hæc optima fœmina, ob liberam, intrepidamque Christianæ Religionis Professionem: eodem anno, ac die. Cuius meminerunt, Matthias à Sousa. in sua Relatiône, de persecutione ann. 1629. & 1630. pag. 38. Antonius Cardin. in Catalogo Martyrum. pag. 58. & Cardosus sup. ex alijs multis.

§.3. *SS. Tecla, &c. Virgin.* [c]] Ex Tabulis Ecclesiæ Leontinæ, S. Tecla, B. Isidoræ, (de qua 17. April. infra) filia fuit: & D. Neaphyti, Episcopi sorori S. Iustina verò, ipsius B. Teclæ cognata: virtutibus & fide floruerunt, ad ann. circiter 310. De quibus fit festum in officio Præfatæ Ecclesiæ Leontinæ, nuper Romæ, sub Paulo 5. approbato; teste Ferrario. In Catalogo generali Sanctor. hac die.

§.4. *S. Florida, Virg.* [d]] Memoratur a D. Gregorio Turonensi de Gloria Confessor. cap. 43. de Diuione castro agento. in hunc modum. *In hac autem Basilica, & Sancta Florida quiescit: quæ vt ferunt Incolæ, veste mutata, religiosa valdè fuit*: Ex quo Molanus, in Appendice ad Vsuard. & Ferrarius sup. hac die ac Saussayus in Appendice ad Martyrolog. Gallicanum. Gallia Christiana. in Diuione vbi de S. Benigni Monasterio sub Abbate x.

§.5. *S. Sethrida, Virg. Abbatiss.* [e]] Angla cùm esset natione, ad hocce Pharæ-Monasterium, studio ac zelo religionis profecta; ibidem habitu sumpto, professionem egit, circa ann. Christi 660. sicque voti compos, ita miris virtutibus emicuit, vt Abbatissa ab omnibus delecta sit: & post Angelicæ vitæ cursum in terris, ad Sanctissimum Virginum cœleste consortium migrauit. De qua Beda lib. 3. Histor. Anglor. cap. 8. Anglicum Martyrologium

tabulæ

Tabulæ Ecclesiæ Brigensis, ceu Pharæ-Monasterij. Ferrarius sup. hac die, Saussayus in supplemento Martyrologij Gallicani ead. die. Et Augustinus Careat.

B. Isabella, Virg. [f]] In Conuentu Dominæ no-
§. 6. stræ de consolatione, ordin. prædicator. habitum religionis induit, tanto cum Spiritus feruore, vt omnia tolerasset grauia, vsque ad Martyrium, si opus fuisset, pro Christi amore: cuius desiderio annuens Dominus grauem infirmitatem illi mox intulit: quam toto tempore vitæ suæ, lætanter, patienterque sustulit: nec propterea ab instantia orationis desistit: in qua sæpè extases patiebatur, & ingenti consolatione replebatur, migrauit in cœlum anno 1550. cuius corpus, multis pòst annis repertum est incorruptum, cum habitu integro. Vti testantur Ioannes Lopez. part. 5. lib. 2. cap. 41. Ludouicus à Sousa. part. 3. Chronic. Dominican. lib. 5. cap. 14. Cardosus sup. hac die Ioannes à Sancta Maria part. 2. lib. 1. Vitar. Ss. Ordin. Prædicator.

B. Maria Magdalena. Virg. [g]] Patrem habuit
§. 7. D. Georgium, virum illustrem, equestris Ordinis S, Iacobi, fundatorem Monasterij Ordin. Prædicator. Setwali oppidi anno 1529. In quo ipsa B. Magdalena prior habitum Religionis induit: illicque spretis mundi pompis & vanitatibus sæculi, studuit Christum sponsum imitari in paupertate, humilitate, puritate & innocentia vitæ: ita vt breui euaserit raræ perfectionis exemplar: & in suo fœlici transitu, visus fuerit chorus præclarus Virginum, velut arcus triumphalis floribus adornatus, circumcingens eius animam, & deducens cum immensa luce ad gloriam. Illius meminerunt Ludouicus cap. 10. sup. & Cardusus hac die, sup. Ioannes à Sancta Maria sup. lib. 2.

§. 8. *B. Mentia, Virgin.* [h]] E nobili stirpe progenita, deuotissima extitit erga Passionem Dominicam; cuius totam eius exercitium erat meditari, contemplarique diuina mysteria, quibus tanquam pastu cœlesti reficiebatur in mente. Fuit etiam multis decorata virtutibus; quibus adornata obuiam sponso processit, anno 1589. Iuxta Cardosum sup. hac die, ex relatione authentica.

B. Maria, Abbatissa, [i]] Hæc calcato gentili-
§. 9. tio splendore, tota Gallia clarissimo, à iuuentute ignis superni flammis accensa, sese hostiam incruentam, Deo in holocaustum dedicauit. Adultaque cùm floreret in religione donis gratiæ permata, ad regimen istius Monasterij Hederensis, ob spirantem pietatis affectum, euocata, reformationi, & vitæ perfectioni totaliter addicta fuit: ipsa omnis castimoniæ, charitatis, obedientiæ, humilitatis, & propriæ despicientiæ, ac abnegationis perfectæ, sydus, typus, & regula: quæ Dominationis impatiens, susceptum religionis imperium toties læta deposuit, quoties inuita, per electionem suscepit. Rexit annos 14. migrauitque, hac die, ad sponsum, Regem cœlorum, anno Christi 1537. sepulta in choro Ecclesiæ; lachrymis filiarum ferè inundata est: quibus perpetuum desiderium, & constantem suæ sanctitatis opinionem reliquit. Scribunt de ea Gallia Christiana, in Abbatijs, vbi de Hederensi, Saussayus in supplemento Martyrologij Gallicani, hac die. Gallic. *Hierro.* Brulius lib. 4. Antiquit. Parisiens. in ead. Abbatia.

B. Leonora, Abbatiss. [l]] Migrauit in cœlum ann. §. 10.
1563. cuius oratio, ac Diuinarum rerum contemplatio tanta extitit, vt ab illa nihil aliud nosse videretur; cuique ex frequenti lachrymarum effusione, quæ sibi ex Dominicæ Passionis memoria, obueniebat, quædam carnositates in ipsis oculis obortæ sunt, quibus excrescentibus, oculorum visum amisit; quem tamen paulò ante obitum recuperauit. Agunt de ea Martyrologium Franciscanum, & Annotationes ad illud, hac die. Gonzaga, part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in eo Monasterio, quod est. 17. Prouinciæ Granatens. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 29. Marianus lib. 6. cap. 28.

B. Isabella, Priorissa. [m]] Hæc, propter vitam §. 11.
eius exemplarem, quinquies electa fuit in priorissam: qua in officio, tanta fuit prædita paupertate & charitate vt nil sibi, præter habitum, quo vestita erat, retineret; nihilque alijs, quod haberet, denegaret: silentij obseruatrix erat cupidissima, & sensuum compositionem sic dirigebat, vt minimam horum imperfectionem, copiosis lachrymis reformaret. Mirum in modum suspirabat ad cœlestia: mundo valedixit anno. 1618. sepulturam nacta apud Monasterium Carmelitanum oppidi Lacus, Vnde oriunda erat: teste Cardoso sup. hac die, ex Chronica Carmelitar.

B. Anna. [n]] Vxor extitit B. Nicolai Iustiniani §. 12. †
Patricij Veneti, ex dispensatione Apostolica Alexandri 3. Pap. qui acceptis ex ea liberis, reuersus in Monasterium, præcipuis refulsit virtutibus. Ipsa verò B. Anna, Monasterium S. Adriani, apud Amianum, ab ea fundatum ingressa, non minori sanctitate floruisse, miraculisque inclaruisse perhibetur; ex vita B. Laurentij Iustiniani, Proto-Patriarchæ Veneti, initio operum eius præfixa cap. 1. & Menarpo, in Appendice ad Martyrolog. Benedictinum.

TERTIO IDVS IANVARII.

PApiæ Sanctarum [a] Honoratæ, & Liberatæ, Virginum: Beati Epiphanij, eiusdem vrbis Episcopi Sororum. Treuiris, Sanctæ [b] Iuliæ, Abbatissæ Benedictinæ, miraculis claræ. In partibus Teutoniæ, Beatæ [c] Agnetis, Sanctimonialis eiusdem Ordinis; quæ vitam in maxima Pœnitentia, & feruore spiritus duxit. Setubali, in territorio Vlyssiponensi. Beatarum Virginum, [d] Antoniæ ab Angelis, Annæ à Conceptione, & Ioannæ à Cruce. Sororum, Dominicani instituti; genere, ac virtutibus multis insignium. Mediolani, Beatæ [e] Modestæ à Soncino, Virginis, Clarissæ; Monasticæ obseruantiæ laude, ac sanctis moribus, eximiæ. Viannæ de Aluito, in Territorio Braccarensi, Beatæ [f] Agnetis à præsepio, Hieronymitæ, priorissæ: humilitate, charitate, & lachrymarum dono conspicuæ. Compluti in Castella, Beatæ [g] Mariæ à Iesu, Tertiariæ Carmelitanæ: quæ mira vitæ austeritate, assidua oratione, & contemplatione insigniter eluxit. Vlyssipone, Beatæ [h] Briolaniæ, Tertianæ Franciscanæ, virtute abstinentiæ, orationis, & charitatis spectabilis. Treuiris: in Mosellanica Lotharingiæ, Sanctæ Dodæ, [i] viduæ; quæ sanctis operibus se exercens, pietate ac religione, enituit.

IANVARII XI.

§. 1. S*Anctarum Honorata, &c. Virgin.* [a]] Fuit igitur hæc Sancta Virgo, soror D. Epiphanij, Ticinensis Pontificis, ab eodem Deo consecrata, eo anno, quo Roma, reuersus est à Legatione Anthemij Imperatoris, Ticinum. Nimirum anno Christi 471. vt habent Acta eiusdem B. Epiphanij ab Ennodio fusiùs descripta. Porro, de ipsa, etiam hac die, agunt Tabulæ Ecclesiæ Papiensis, Martyrologium Roman. Baronius ibid. in notis, & Ferrarius, in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Papia.* Qui tamen in Catalogo Generali Sanctor. ab 16. eiusdem Mensis vult ipsam *B. Honoratam*, esse nuncupatam *Liberatam.* (forsan ita cognominatam, eò quòd è Captiua, *Libera* euasisset) ex Tabulis Ecclesiæ S. Epiphanij, quæ est Clericorum Regular. in qua sacrum eius corpus asseruatur (vnà cum corpore ipsius S. Epiphanij, illius fratris) condigno honore, in Sacello proprio: & Bernardus Scaccius, lib. 7. Rerum Ticinar. cap. 15. Surius ad 21. Ianuar. At Ferdinandus Vghellus tom. 1. Italiæ Sacræ. in Episcopis Papiens. duas omninò esse sorores distinctas asserit.

†§. 2. *S. Iulia, Abbatiss.* [b]] Tertia præfuit Abbatissa Horrei Monasterij Treuirens. circa ann. Christi 732. fama virtutum ac miraculorum spectabilis: cuius meminere Menardus in Appendice ad Martyrologium Benedictinum ex libro de Monasterijs Germaniæ. Saussayus in Appendice ad Martyrologium Gallican.

†§. 3. *B. Agnetis Sanctimonial.* [c]] Nobili genere nata, pulcherrima extitit, facie ac virtute: prudens & eloquens. Florebat circa ann. Christi 1260. Quæ, odio religionis, à quodam Iudæo, multis vulneribus confossa in lecto, à Sanctissima Deipara Virgine Diuinitùs sanata est: cuius egregias patientiæ & virtutis coronas, ac præclara gesta, referunt B. Thomas Cantipratanus lib. 2. Apum, cap. 29. §. 21. & Odoricus Raynaldus tom. 13. Annal. Eccles. ad ano. 1265. §. 59. & seq.

†§. 4. *BB. Antonia, &c. Virgin.* [d]] Diximus, die præcedenti B. Mariam Magdal. Virginem, primariam fuisse; quæ Setubali, Monasterio nouiter extructo, Ordin. Prædicator. ann. 1529. habitum Religionis eiusdem induerit: cuius rarum exemplum sequutæ sunt aliæ permultæ Virgines illustres; inter quas fulserunt tres filiæ Comitis Portalegri, virtute eminentes, atque vitæ perfectione præclaræ: nempe, B. Antonia *ab Angelis*: quæ spiritus feruoris impulsu, Deum tam efficaciter precata est, vt se ex mundi periculis liberaret: quòd protinus exaudita fit: obijtque: B. Anna *à Conceptione*; in cuius fœlici transitu, auditæ sunt Angelorum cantilenæ, ac melodiæ. B. Ioanna *à Cruce*; quæ Christum Crucifixum sequuta est in paupertate & Pœnitentia: de quibus scribit. Cardosus in Commentario ad Agiologium Lusitanum die 10. Ianuar. litter. F.

§. 5. *B. Modesta, Virg.* [e]] Patria Soncinas erat: quæ Mediolani apud Monasterium S. Mariæ de Iesu, floruit, vitæ sanctitate; sicque omni virtutum genere prædita, maximum sui desiderium reliquis, moriens, adiecit, anno Domini. 1582. de qua Martyrologium Franciscanum, & Annotationes ad illud, hac die, Gonzaga part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in præfato Monasterio, apud Soncinates, quod est 2. Prouinciæ Mediolanens. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 46. Wadinghus tom. 6. Annal. Minor. ad ann. 1456. §. 260.

§. 6. *B. Agnetis, Hieronymita.* [f]] Oriunda erat ex Monte Mor. Nouo. in agro Eborensi: quæ nobili familia orta, Religioni S. Hieronymi nomen dedit Vianuæ de Aluito, iam ætate prouecta; At breui, tantis virtutibus resplenduit, vt Priorissa electa sit; quo in munere, humilitate & charitate plena, cætera Monasterij officia, vilia, vel laboriosa, absque vlla distinctione, læto animo, exequebatur; nec propterea, ab oratione haud desistebat: quam & profluuio lachrymarum irrigabat, paupertatem summè excolebat; vnico habitu contenta: abstinentia verò mirè delectabatur: tum demum morti proxima, sacra Extrema-vnctione piè suscepta

cepta, magna contritione & lachrymis emisit spiritum anno 1576. Hæc Cardusus in Agiologio Lusitano & Commentario ad illud, hac die ex MSS. Monimentis illius loci.

§. 7. *B. Maria a Iesu.* [b]] Natione Bethica, professionem tertij Ordinis Carmelitar. egit apud Monasterium Granatense, vulgò, *de Incarnatione*. Signaculum sanè clarissimæ pietatis & pœnitentiæ, eam S. Teresia vocabat, & contemplationis diuinæ iugem operatricem: cui Deus eodem anno & mense, mentem suam, ipse S. Teresiæ iniecerat, de erigendo Monasterio Carmelitano, in quo sine vlla mitigatione, summa obseruantia, custodiretur priscorum Patrum norma viuendi. Quare sumpto itinere, Romam perrexit, non sine ingenti penuria & labore, vbi à Summo Pontif. obtinuit quæcumque voluit. Redux Complutum, Cœnobium Virginum, summa paupertate fundatum, erexit: vbi post præstantis virtutis opera non pauca exhibita, vitæ sanctimonia insignis, septuagenaria migrauit in cœlum, anno 1580. iuxta Antonium Alegre, in Paradiso Carmelitani decoris. Statu 4. ætat. 17. post Christum cap. 519. ex Episcopo Turrisonensi lib. 1. vitæ S. Teresiæ & lib. 2. cap. 16.

§. 8. *B. Brolania.* [h]] Ex Illustri cæspite generationem tulit: discipulaque extitit Ludouici Granatensis, magni illius viri, Ordin. Prædicat. cuius salutaribus consilijs, ad viam perfectionis se accinxit: abstinentiæ dedita, tres quandoque transibat dies absque cibo & potu: paupertate & humilitate mirè exornabatur: somni parcissima, noctes diesque insumebat in oratione, & rerum cœlestium contemplatione; mortificationi iugiter intendebat; & vitam in perpetua continentia ac puritate duxit: cuius intercessione, Deus mirabilia operatus est. Obijt. anno 1623. vide Car dosum hac die sup. ex Francisco Nunnes, Abulensi; in sua relatione: sepulta iacet Vlyssipone in Conuentu S. Antonij Fratrum Minor.

S. Doda, viduæ. [i]] Filia extitit Desiderij, Comitis Boloniensis, in Veromanduis, ad Mare Oceanum: requisita autem ad Matrimonium, nupsit S. Arnulpho Principi, postea Metensi Episcopo: & ipsa vitæ sanctimonia præclara Mater. S. Clodulphi: Treuiris inclusa, Christo ancillata est postea. Cuius meminit Malbrancque tom. 1. de Morinis lib. 2. cap. 56. sub ann. 575. & Tom. 2. lib. 8. cap. 47. ex multis alijs. Sigeberto in Chronic. ann. 640. Vincentio Beluacens. lib. 23. specul. Historial. cap. 78. §. 9.

PRIDIE IDVS IANVARII.

Romæ, Sanctæ [a] Tatianæ, Virginis & Martyris; quæ sub Alexandro Imperatore, vncis atque pectinibus laniata, bestijs exposita, & in ignem proiecta, sed nil læsa, gladio demùm percussa, migrauit in cœlum. In Germania [b] Passio Sanctarum Virginum & Martyrum, sororum Beatorum Guinifortis, & Guinibaldi, Episcoporum. Cæsareæ in Palæstina, Sanctæ [c] Phorinæ, Virginis, Solitariæ: vitæ abstinentia, & paupertate admirabilis. Nursiæ in Vmbria, Beatæ [d] Luciæ, Virginis, Fundatricis Monasterij Sanctæ Claræ, tertij Ordinis pœnitentium Sancti Francisci, quæ vitæ perfectione floruit & miraculis. Messanæ in Sicilia, Beatæ [e] Benedictæ à Catana Virginis, Tertiariæ Ordinis Minimorum, virtute ac pietate insignis. Ribeiræ, in territorio Lamecensi, Beatæ [f] Antoniæ à Sancto Paulo, Tertiariæ Franciscanæ, Abbatissæ: quæ orationis, & lachrymarum dono, necnon zelo Monasticæ obseruantiæ admodùm emicuit. Vxenti in Salentinis, Commemoratio [g] Sanctæ Eulaliæ, Virginis & Martyris. Constantinopoli, Memoria [h] Sanctæ Olympiadis, Matronæ, Virginis & Martyris.

IANVARII XII.

§. 1. *Sancta Tatiana, Virg. Martyr.* [a]] Memoratur in Martyrologio Romano hac die, Baronio ibid. in notis ad illud & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 226. Molano in Additionibus ad Vsuard. Simone Martino hac die: Græci etiam in Menologiis illam præcipuo honore habent, certamen eius gloriosum referentes; Quòd sub Alexandro Imperatore, oblata præsidi, ingressaque Templum, simulacra euerterit, ac in terram colliserit: quam ob causam verberata est, eiusque palpebræ dilaceratæ: indè suspensa, pectinibus laniatur, abraso capite decaluatur, igne & feris probatur: sed illæsa permanens, percussa gladio, euolauit in cœlum. *Terentiana* etiam dicitur, cuius Reliquiæ extant; vide Pancirolam; in Thesauro vrbis Romæ. Regione 3. Ecclesiæ 7.

§. 2. *Passio SS. Virgin. Martyr.* [b]] Hæ duæ SS. Virgines & Martyres, sorores extiterunt SS. Episcoporum, Guinifortis, Ticinensis, & Guinibaldi, Ratisponensis: quæ florebant anno 740. Illarum Meminerunt Monbritius Tom. 1. & 4. Iacobus Gualla in sanctuario Papiæ, Camerarius de Scotorum pietate, & Sanctis Scotiæ lib. 3. cap. 4. hac die, ex alijs.

§. 3. *S. Phorina, Virgin.* [c]] Illa est admirabilis puella, quæ opera Diaboli, penè in mari submersa, naufragium euasit, peruenitque ad rupem, vbi S. Martinianus, eremita, morabatur: quam necessitate compulsus, coactus est excipere; sed cùm esset speciosissima, oratione facta, & mari cruce signato, ia-

lactat se in mare, vt fugiat occasionem peccandi, sicque ipsa puella remanens sola (erat tunc 25. annorum) vixit inibi sex annis solitaria, vitam ducens propè admirandam, habitu virili contecta, solo pane & aqua se reficiens, orationique vacans die ac nocte. Claruit autem circa ann. Christi 840. De ea scribunt. Metaphrastes, Lipomanus, Surius, Ribadeneira, &c. in vita ipsius B. Martiniani Eremitæ 13. Februar. Gononus ibid. in vitis insignium Eremitar. Orientis: præfatum autem S. Photinæ Virg. Corpus Sacrum, iussu Episcopi Cæsaream allatum, honorificè sepultum fuit.

B. Luciæ, Virgin. [d]] Fundatrix inclyta extitit
§. 4. Monasterij S. Claræ apud Nursiam, sub Tertia Regula Pœnitentium S. Francisci, vbi & Christo sponso meruit famulari: quæque vitæ perfectione celebris, miraculis quoque resplenduit: cuius corpus ibidem sepultum maxima in veneratione à fidelibus habetur. Florebat circa ann. 1530. Ita Martyrologium Franciscanum, Annotationes ad illud, hac die, Gonzaga part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in Præfato Monasterio, quod est 17. Prouinciæ S. Francisci, Barezzua part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 54. de Ss. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 30.

B. Benedictæ, Virgin. [e]] Singulari virtutum lau-
§. 5. de viait; magnaque sanctitatis fama, Messanæ, spiritum Deo reddidit: sepulturam nacta apud Patres Minimos, quorum tertij Ordinis habitum induerat: cuius sacrum corpus, dum tumulus aperiretur, anno 1615. repertum est incorruptum, mirum spargens ex se odorem, fragrantissimæ suauitatis. Teste, post alios, Ludouico Dony Attichio, lib. 7 Histor. General. Ordin. Minimor. inea. Lanouio in Appendice 1. & 4. ad Chronicon Generale Ordin. Minimor. hac die.

B. Antoniæ [f]] Ipsa est, quæ inter alia præclara
§. 6. à se facinora, cùm esset electa Abbatissa, introduxit illic Reformationem, & obseruantiam Monastici vigoris, atque pia cuncta exercitia (quæ nunc vsque perseuerant) non sine ingenti labore & patientia: domum etiam materialiter optimè reparauit. Orationi die ac nocte instabat: & à choro nusquam abscedebat. Tantum dolorem sentiebat in corde ex Passionis Dominicæ memoria; vt ex continuis lachrymarum profluuijs, singultibus ac gemitibus, cæcutiret; migrauit in cœlum. in ijs verbis. *In manus tuas Domine, commendo Spiritum meum.* Anno Christi 1623. post cuius fœlicem transitum, visi sunt supra eius Tumulum cœlestes splendores, suæ gloriæ non infimi testes. Iuxta Relationem Emanuelis à Sperantia. in Chronica Portugall. & Cardosum in Agiologio Lusitano, & Commentario ad illud hac die.

Commemoratio S. Eulaliæ, Virg. Martyr [g]] De ea §. 7.
Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Vxentinæ; quæ videtur eadem cum illa. B. Eulalia, Virgine & Martyre Barcinonensi infra ad 12. Februar. quapropter de ipsa potiùs fit Translatio, seu Commemoratio, hac die, apud Vxentinos.

Memoria S. Olympiadis: &c. [h]] Ita Ferrarius §. 8.
sup. hac die: illa autem celeberrima Olympias, vxor, Virgo, Matrona, & Martyr (de qua inferius ad 17. Decembr.) ob grauia passa, & ad exilium, hac die, forsuan missa, anno 404. bonis mulctata, & suis omnibus priuata ab Oprato præfecto, viro gentili, crudeli, & sordido; ad cuius tribunal adducta, ob crimen sibi falsò imputatum. & Schismaticos ab ea vitatos; magna constantia illi restitit, nil metuens; ac tamen, promptoque animo exilium pro Christo excepit, percurrit, compleuitque Cyzicum indè abiens; qua de re, vide Sozomenum lib. 8. Histor. Eccles. cap. 14. Baronium tom. 5. Annal. Eccles. ad ann. 404. §. 65 Nicephorum lib. 13. ibid. cap. 24. Molanum in Appendice ad Vsuard. Forsan ob Sanctas eius Reliquias hac die repertas, vel veneratas, Bosio Tom. 2. de signis Ecclesi. lib. 15. cap. 6. ex cod. Nicephoro, volente Nicodemiæ diem suum obijsse.

IDIBVS IANVARII.

AMASEÆ in Ponto, Sanctæ [a] Glaphyræ, Virginis. Arelatæ Sanctæ [b] Cæsariæ, Virginis; sororis Sancti Cæsarij, eiusdem vrbis Archiepiscopi; à quo in Christi Schola luculenter edocta, & in Abbatissam euecta, virtutibus ac miraculis præfulsit. In pago Pictauiensi, Sanctæ [c] Neomadiæ, Virginis. Mediolani, in Monasterio Sanctæ Marthæ, Depositio Beatæ [d] Veronicæ de Binasco, Augustinianæ: vitæ sanctitate gloriosæ. Placentiæ, Beatæ [e] Baptistæ, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ: quæ bonorum operum meritis opima, sanctissimè in Domino obdormiuit. Vlyssipone, Monasterio de Rosa, Beatæ Isabelæ [f] à Cruce, Dominicanæ, quæ veluti admirabilis Pœnitentiæ, & mortificationis exemplar: orationi etiam assiduè erat intenta. Ibidem, in Monasterio Sanctæ [g] Annæ, Beatæ Margaritæ à Saluatore, Tertiariæ Franciscanæ, eximiæ charitatis, patientiæ, & perfectionis. Palmæ, in Territorio Cordubensi, Beatæ [h] Catharinæ à Regibus, Virginis Clarissæ: quæ carnis mortificationi iugiter addicta, spiritu ferebatur in cœlum. Alosti in Brabantia, propè Bruxellas, Beatæ [i] Berthildis, flore spectatæ virtutis conspicuæ. Floreffiæ propè Huyum in Territorio Leodiensi, Beatæ [l] Iuetæ, viduæ, reclusæ, Ordinis Cistereiensis, magnæ sanctitatis fœminæ, quæ varijs, mirisque Reuelationibus, ac Prophetico spiritu, & gratia miraculorum emicuit.

IANVARII XIII.

§. 1. **S**ancta Glaphyra, Virgin. [a]] Erat, Licinio imperante, in parthenone Virgo Glaphyra addictissima Christo & castitati, Constantiæ Augustæ, Constantini Magni sororis, Licinij ipsius coniugis pedissequa. Huic insidias Tyrannus cupido, per alterum tyrannum Licinium moliebatur. Glaphyra ab amore docta fugere; ipsa quoque alas assumit, & ad Episcopum Basileum, virum Sanctissimum abit: sed nihil latet, cæcum licet amorem. Proditur Virgo apud Imperatorem, & vnà Virginis custos Pontifex: & iubet vtrumque vinctum adduci Licinius: commodùm Glaphyra, more Beata, vincula effugit, commutatis vestibus: sed subit Basileus. Qui quidem vt Glaphyræ Virginitatem tueretur, coronam sibi comparauit Martyrij, sub ipso Licinio Imperatore, anno Christi 316. cuius petulantiam atque procaciam eadem Virgo, vt Dauid olim coram Abimeleth mutans ora, mira arte delusit. Eius res gestas Ioannes Presbyter Ecclesiæ Nicomediensis, qui illis ipsis temporibus vixit, scripsit, intexuitque in actis S. Basilei Episcopi Amaseæ in Ponto; quas habent Metaphrastes, Surius, Lippelous, &c. ad diem 26. April. De ea etiam Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis & Tom. 3. Annal. Eccles. ad an. 316. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Amasia*. Bachotus in Fastis Christianis. Raderus part. 1. Viridarij Sanctor. in Annotationib. ad S. Apollinarem Syncleticam.

§. 2. *S. Cæsaria, Virgin.* [b]] Floruit tempore S. Cæsarij, Arelatensis Metropolitæ, fratris eius: à quo Virginitatis ad propositum inflammata, à teneris annis in Monasterio Massiliensi, Sanctissimæ professionis tyrocinium iniit, ac expleuit. Vadè, cùm iam idonea esset, quæ didicerat, alias edocere: ab ipso Arelatum reuocata, atque Monasterio, quod eidem, & aliquot sodalibus eius præparauerat, præfecta; breui diffusa magnæ castitatis & religionis fama, numerosam illic aggregauit Virginum sodalitatem, quas ad regulæ præscriptum, quam ab ipso sanctissimo fratre acceperat, prudenter ac piè direxit: iisque virtutibus ac disciplinis informauit, quarum in se viuum exemplar præferebat: prout obseruarunt, Surius in Actis S. Cæsarij, Arelatens. Episcopi 27. August. Venantius Fortonatus, lib. 8. Carmin. de Virginit. Baronius Tom. 6. Annal. Eccles. ad ann. 508. §. 20. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & Saussayus. In Martyrologio Gallicano hac die, item in supplemento eiusdem, die. 12. huiusce mensis. Grisius de Clericis Regularibus sect. 10. §. 7.

§. 3. *S. Neomadia, Virgin.* [c]] Vulgò nuncupatur *Sainčte Neomoye*: quæ patrona est Parœchialis Ecclesiæ sui nominis, in qua natalem hodie habet solemnem; non longè est vicus ille à Sancti Maxentij oppido in Diœcesi Pictauiensi, teste Saussayo, ad calcem Martyrologij Gallicani; ex excerptis è Sacris Pictauiensis Ecclesiæ monimentis, per Episcopum ad se missis.

§. 4. *B. Veronica.* [c]] Ad gaudia vitæ æternæ properauit, hac die, anno Christi 1497. cuius vitam admirandam descripserunt, Isidorus Isolanus, Belingerius, atque Simplicianus part. 2. Histor. Ordin. Augustinian. Ferrarius illius meminit, sup. hac die, ex Munimentis illius Monasterij S. Marthæ: vbi ex concessione Leonis 10. Pap. vti Beata colitur, Dato Diplomate Apostolico, Romæ 15. Decembr. anno. 1517.

B. Baptista, Virgin. [e]] Florebat anno Christi §. 5. 1515. Florentiæ, vbi vitam finiuit apud Monasterium S. Mariæ Magdalenæ, quod est 5. Prouinciæ Bononiens. quò, in honesto loculo, sacrum eius corpus, suauissimè redolens, omninòque integrum magna deuotione custoditur. Agunt de ea; Martyrologium Franciscan. hac die, & Annotationes ad illud. Gonzaga part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in præfatu Monasterio, Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 30. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 6. Wadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1430. §. 52.

B. Isabella. [f]] Quolibet modo se mortificabat: §. 6. & quæuis pœnitentiæ exercitia vltrò sequebatur: vt Christo crucifixo se conformaret: quandoque etiam coronam spineam gestabat in capite, cuius aculeis pungeretur cruentissimè: imò & ad columnam alligata, sociam exorabat, vt diris flagellis cæderetur. Quid de illius assiduitate orationis die nocteque: ita vt ad genua eius callum obduratum camelorum superaret duritiam. Quæ tandem fœliciter spiritum Deo reddidit ann. 1560. Vide Ludouicum à Sousa part. 3. Histor. Chronic. Prædicat. lib. 2. cap. 2. Cardosum in Agiologio Lusitano & Commentario ad illud, hac die. Ioannem à Sancta Maria part. 2. lib. 1. Vitar. Ss. Ordin. Prædicat.

B. Margareta, [g]] Plena fuit charitate erga pau- §. 7. peres & egenos, in tantum, vt ei Diuina clementia cœlitùs succurreret sæpè sæpiùs, pro subuentione rerum necessariarum in eleemosynis tribuendis, sicque ditata copiosis meritis raræ etiam pœnitentiæ & mortificationis, non minùs quàm frequentibus clara actionibus pietatis ac religionis, sancto fine quieuit, anno 1590. Teste Cardoso, (ex Monimentis MSS. illius loci) sup. hac die.

B. Catharina, Virgin. [h]] Tanta erat eius pœni- §. 8. tentia; vt cilicium semper detulerit ad carnem, & graui catena ferrea, veluti stricto vinculo circumligata, carnem suam rebellem spiritui subiecerit. Cùm autem semel culinæ vacaret, extra se rapta est in extasim; atque eleuata à terra in altum magno cum splendore. Obijt autem non sine ingenti opinione sanctitatis in Monasterio Palmensi, quod est 2. Prouinciæ Angelorum, in Hispania. Hanc commemorant Martyrologium Franciscanum hac die, & Annotationes ad illud. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. vltim. ad ann. 1575. quo ipsa claruit. Wadinghus Tom. 5. sup. ad ann. Christi 1449. §. 39.

B. Bertildis. [i]] E Ducum Lotharingiæ stem- §. 9. ✝ mate, materna ex parte, duxit originem, patremque habuit Henchilonem, Einhamensem, virum illustrem. *Cui* (inquit Meyerus in Annalib. Flandr.) *liberos Enchelonis fuisse inuenio, Hermannum, Berthildem & Mathildem; sed defunctos in flore adolescentiæ Hermannum, Berthildemque, ac sepultos Velsiaci, in agro Alostensi, atque ambos, non diu post, miraculosis inclaruisse signis: eaque de causa à Monachis Veroduneņsibus furtim sublata eorum corpora,* Hæc ille, quem secutus est Malbrancque Tom. 2. de Morinis lib. 7. cap. 58. ad ann. Christi 968. & Sanderus in Hagiologio Flandr.

§.10. *B. Iuete, viduæ.* [l] Hoyi claris orta natalibus, matura ſenſibus, omnium oculis gratioſa, tertiodecimo ſuæ ætatis anno, pulchra facie, caſto corpore, ornata moribus, copulata fuit marito: quo, anno 18. orbata, pauperum charitati annos quinque conſumpſit: tumque anno 23. ætatis ſuæ, leproſorum Xenodochium, extra muros Hoyenſes, Leodij agri oppidum, intrauit, illicque ſeruiuit annis decem; & ita, anno Chriſti 1191. ſuæ ætatis 33. includi ſe fecit in cellula (quam Eccleſiam extruxerat) per manum Abbatis Aureæ-Vallis, apud Huyum. Vbi plena cœleſtibus chariſmatibus, atque diuinis etiam Reuelationibus & viſionibus, necnon ſpiritu Prophetico, inſignis, per triginta ſex annos vixit, ſub Ciſtertienſi Ordine: quibus expletis ſeptuagenaria, hac die, migrauit in cœlum anno Chriſti 1227. Extat vita eius MS. Authore Hugone Floreffienſi, ad D. Ioann. Floreffiæ Abbatem Præmonſtratenſ. qui eam ſepeliuit. De ea Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vſuard. hac die, Ferrarins in noua Topographia ſup. verb. *Leodium*. Et in Catalogo Generali Sanctor. Myræus in Faſtis Belgicis: & in Chronico Ordin. Ciſtertienſ. ad ann, 1226. Menardus in Martyrologio Benedictino, & lib. 2. Obſeruation. ad illud. Henriquez in Menologio Ciſtertienſi & in Lilijs eiuſdem Ordin, lib. 1. diſtinct. 2. cap. 1. Manriquez. Tom. 3. Annal. Ciſtertienſ. ad ann. Chriſti 1191. cap. 4. & 5. item ann. 1196. cap. 3. & 4. Sauſſayus. in Martyrolog. Gallicano, hac die; vocatur etiam quandoque, *Iueta*, vel *Iutta*; quin & dubitatur an ea fuerit *Iuera*. Recluſa, eximia pietate conſpicua, eodem tempore, his in terris, apud caſtrum *Loen*; apud quam manſit B. Chriſtiana Virgo, dicta *Mirabilis*. annis nouem; de qua Surius 23. Iunij in vita eius cap. 13.

DECIMO NONO CALENDAS FEBRVARII.

NEOCESAREÆ in Ponto, Sanctæ [a] Macrinæ, Diſcipulæ Beati Gregorij Thaumaturgi, Auiæ Sancti Baſilij Magni, quæ eumdem educauit in fide. Apud Hebtidianos in Scotia, Sanctæ [b] Mancinæ, Virginis: miraculorum gloria celeberrimæ. Apud Schediamum Hollandiæ oppidum, Tranſitus Beatæ [c] Petronillæ Virginis. In Territorio Conſtantienſi ad Rhenum, Beatæ [d] Serioſæ, Virginis: fama virtutum, ac miraculis conſpicuæ. Burgis in Hiſpania Tarraconenſi, Beatæ [e] Gaudentiæ, Virginis; Clariſſæ, Burgenſis Monaſterij Abbatiſſæ; religione & vitæ ſanctitate inſignis. Setuuali, in Territorio Vlyſſiponenſi, Dormitio Beatæ [f] Marianæ à Sacramento, eiuſdem inſtituti, eximiæ virtutis, pœnitentiæ ac mortificationis. In Catalonia, Tranſlatio [g] Sanctæ Fidei, Virginis & Martyris. Apud Chellas, iuxta Vlyſſiponem [h] Tranſlatio Sanctæ Nataliæ, viduæ.

IANVARII XIV.

§.1. *SAncta Macrina.* [a]] Hæc ſenior dicta eſt, reſpectu eius neptis, ſororis D. Baſilij magni. Fuit etenim Auia eiuſdem S. Baſilij, mater nimirum Patris ipſius. Hæc eſt illa, quæ temporibus Decij Imperatoris, & ſucceſſorum, vixit Neocæſareæ in Ponto, erudita à Magno illo Gregorio Thaumaturgo; teſte ipſomet Baſilio, Epiſtola 64. ad Neocæſarienſes. Hæc item ipſa S. Baſilium, nepotem infantulum, ſacris imbuit diſciplinis; quam ob cauſam ipſe eam, ſuam in fide nutricem appellat, gloriaturque ſe eandem retinere fidem, quam, velut lac purum, è pectore S. Macrinæ olim ebibiſſet; vt idem ſcribit, D. Baſilius Epiſtol. 64. 75. & 79. meminit eiuſdem nepos alter, S. Gregorius Nyſſenus, in Epiſtola ad Leontinum Monachum, de vita S. Macrinæ iunioris, de qua inferius ad 19. Iulij. De hac autem ſeniore, S. Macrina, Agunt Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Eccleſ. ad ann. Chriſti 253. ac Tom. 4. ann. 361. §. 101. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Neocaſarea*. Dandillyus, in vita eius.

S. Mancina, Virgin. [b]] Floruit circa ann. Chri-
§.2. ſti 570. De ea ſit mentio, in vita S. Columbæ, Confeſſoris, (cuius meminit Martyrologium Roman. 9. Iunij) item, apud Camerarium, lib. 3. de pietate Scotorum, & Sanctis Regni Scotiæ cap. 4. hac die. Hæc eſt, illa *S. Mangina*. Quam S. Columbanus, Preſbyter Scotus, ſe inuocantem, à coxa fracta, per Lugaldum diſcipulum, à ſe miſſum, curauit, ac poſtea, in aduentum eiuſdem S. Columbani, ingenti cum gratiarum actione; gauiſa, 23. annis, iuxta ſerui Dei prophetiam, poſt ſanitatem adeptam, in bonis actibus permanens, vixit. Ita Adamus in actis ipſius S. Columbani lib. 2. cap. 5. apud Surium 9. Iunij.

B. Petronilla, Virgin. [c]] Neptis erat S. Lydwinæ, §.3.
Virginis, quam in cultu caſtitatis, & Diuini amoris, ad amuſſim eſt imitata: quæque hac die, moriens, anno 1426. funus illius S. Lydwina amantiſſimè curauit: vti enarrant, Surius, Lippelous, & alij in actis ipſius S. Lydwinæ ex Brugmanno &c. lib. 2. 14. April.

B. Serioſa, Virgin. [d]] De ea Ioannes Nyder teſtis §.4.
oculatus, ſcribit lib. 5. Formicarij cap. 4. in hunc modum. *Noui veteranam quandam Virginem, quæ Serioſa, nomen habuit, in Diœceſis Conſtantienſis finibus. Hæc Mater omnium in vicinia Virginum, & ſpeculum: ad viuifica Crucis ſignum, & ad Chriſti Paſſionem, ſummam gerebat fiduciam; &c.* Deindè, pergit enarrare, quomodò, oratione Dominica, & Symbolo Apoſtolorum, recitatis, ſignoque crucis facto, ſtatim infirmos ſanabat. Clarebat ad annum 1420.

B. Gaudentia,

§. 5. *B. Gaudentia Virg.* [e]) Dicta reperitur, *Gaudentia*, & *Gaudegia*; *Gaudiosa*, viuebatque circa Ann. Christum 1525. scribit Gonzaga, eam fuisse alumnam Monasterij S. Claræ oppidi Tordesyllarum, ad amnis Durriæ fluenta, Palentinæ Diœcesis, quod est 1. Prouinciæ conceptioois Deiparæ, in Regno Castellæ, summæque sanctitatis ac prudentiæ fororem extitisse, & sanctam passim, ob eximias eius virtutes, ab omnibus appellatam. Quæ exinde ad Burgense Clarissarum Monasterium, vt ei præesset, translata est: vbi præstanti virtute excelluit; atque plurimis nautis in mari periclitantibus, tum in vita, tum quoque in morte, opportunè apparuit. Vltra Gonzagam. 3. part. Origin. Seraphic. Religion. In præfato Monasterio. Martyrologium Franciscanum, Annotationes ad illud hac die. Barezzus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 43. Valerius de SS. Fœminis eiusdem Ordin. cap. 42. Wadingh. Tom. 4. Anoal. M. ad an. 1365. §. 12.

§. 6. *B. Mariana.* [l]) Fructibus pœnitentiæ dignis sic addita erat, vt iugiter largum cilicium ferreum deferret ad carnem: disciplinis etiam cruentis corpus flagellabat: vltra alios modos mortificatioi s, quod secretò adinueniebat: super lapides & inter vrticas, sæpè somnum captura, decubabat: noctes ducebat insomnes, vt orationi vacaret, coram augustissimo Eucharistiæ Sacramento, cum singulari, & extraordinaria deuotione: charitate eximia egeoos ac pauperes complectebatur, toto tempore, quo hostaria extitit Monasterij: quæ tandem ad beata præmia euolauit ann. 1553. teste Cardoso In Agiologio Lusitano & commentario ad illud, hac die, ex monumentis MSS. huiusce loci, & Prouinciæ Algarbior.

§. 7. *Translatio Sanctæ Fidei, Virg. Martyr,* [h]) Ita Ferrarius in catalogo generali sanctor. sed (vt verum fatear) id magis congruit euenisse *in Caletania*, seu apud Caletes in Neustria de qua sermo iterum redibit Tom. *Neustria sancta*, ad 6. Octobris) vbi intra *Longam-villam* oppidum: extat nobilissimus prioratus ipsi dicatus; *quo* complura cœlitùs videntur miracula ad eius inuocationem: Et ipsius sacras Reliquias inibi asseruatas venerationem: veluti Sequens declarat. *Circa* hoc tempus euenit miraculum per merita B. Fidis; Virginis & Martyris, *à Deo* patratum, in persona D. *Taroldi*, quondam Episcopi Baiocensis, & pro tunc *Monachi* Becci, Germani *Hugonis* Evvremodiensis, de cuius Hugonis patrimonio, *fundatus* fuit prioratus S. Laurentij de *Evvremodio* à Monasterio de Becco *Herluini* dependēs, qui quondam Episcopus, & tunc monachus vexebatur quadam *Infirmitate*, quæ vulgariter *Rupinra* vocatur, à qua infirmitate mirabaliter per merita supradictæ B. Virginis & Martyris Fidis, sanatus fuit, prout patet plenius, in libro passionis eiosdem Virginis. Ita chronicon paruum Beccense, sub an. 1146. apùd Dacherium, ad calcem operum D. Lanfranci in Appendice fol. 7.

Translatio S. Natalia, [h]) Regnante Alphonso §. 8.
magno, In Hispania, circa an. 870. qui depulsis Mauris, recoperauit. Vlyssipouem, Conimbricem, &c. missi sunt Ambasciatores Romam, ad Ioan. 8. summum Pootificem pro rebus arduis gerendis ac pertractandis: qui ab ipso benignè suscepti, & auditi, ac expediti: & eorum petitioni vltrò annuens, dono dediteis corpora, idest, portiunculā corporum SS. Adriani, Nataliæ, eius vxoris, &c. (quæ iam pridem Romam allata fuerant ex Nicomedia, & Constantinopoli) sicque læti ac gaudio repleti, reuersi sunt in Lusitaniam: hasque SS. Reliquias reposuerunt apud Chellas, vetus cœnobium canonicarum Regular. propè vlyssiponem, vrbem Regiam; hac die; quo illic quotannis, solemniter celebratur huiusmodi Translationis festiuitas. Ita cardosus, sup. eadam, die ex Duarte Nunes. in descriptione portugall. cap. 76. Vasconcell. ibid. pag. 549. Ludouico a Sousa. part. 1. chronic. Ordin. prædicat. lib. 4. cap. 23. Ludouico ab Angelis. in horto portugall. §. 29. Antonio Brandano part. 3. Monarchiæ Lusitan. lib. 10. cap. 36. & Ioannes Tomayo in Martyrologio Hispano ad 4. Martij.

DECIMO OCTAVO CALENDAS FEBRVARII.

[a] ANAGNIÆ, Sanctæ Secundinæ, [a] virginis & martyris: quæ sub Decio Imperatore, passa est. Eodem die, Sanctæ Clarissimæ [b], Martyris; sub Diocletiano Imperatore. In Territorio Turonensi, Sanctarum [c] Mauræ & Brittæ, Virginum. Apud Ruthenos, in Aquitania, [d] Sanctæ Tarsitiæ, Virginis: quæ Regio sanguine nata, cuncta sæculi oblectamenta, pro Christi & castitatis amore, contempsit, solitariam vitam ducens vsque ad mortem. Aroucæ in Diœcesi Lamecensi, Beatæ Rosimundæ, [e] Benedictinæ, primæ huiusce loci Abbatissæ: quæ zelo Regularis obseruantiæ, & Spiritu Prophetico ditata, sancto fine quieuit. Coloniæ, Beatæ [f] Heylekæ, inclusæ, Cistertiensis; quæ vitæ sanctitate, varijs miraculis, ac frequentibus cœlestibus visitationibus floruit. Apud Calabazanos oppidum in territorio Palentino, Beatæ [g] Mentiæ, Virginis Clarissæ: pietate, religione, ac prudentia insignis. Aueiri, in territorio Conymbricensi, Beatæ Guiomaris, [h] Dominicanæ, vita exemplari, oratione, atque in sanctissimam virginem Deiparam spectabilis. Mediolani, Beatæ Beatricis [i] Virginis Clarissæ: quam Sancti Angeli dulcisonis cum vocibus deduxerunt in cœlum. Eboræ, Beatæ Antoniæ à Fonseca [l] Priorissæ Augustinianæ: quæ ieiunio mortificationi, & cœlestium rerum meditationi intenta, totaque absorpta in Deum, frequentes patiebatur extases. Vlyssipone, Beatæ [m] Agnetis à Sancto Eliseo, Carmelitanæ; obedientia, humilitate, & charitate, celebris.

IANVARII XV.

§.1. S*Ancta Secundina, Virg. Martyr.*[a]] Eius res gestæ reperiuntur MSS. in Ecclesia Cathedrali Anagnina, Latij Hernicorum primaria ciuitate, tum Romæ, apud Cardinalis Baronij Bibliothecam; ex quibus apparet vixisse, eo tempore, quo S. Magnus Episcopus præerat huic Ecclesiæ. Agût de ea, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 154. Ferrarius in noua Topographia ad Martyr. Rom. verb. *Anagnia* Ferdinandus Vghellus tom. 1. Italiæ sacræ in Anagninis Episcopis. Simon Martinus hac die.

§. 2. *S. Clarissima, Martyr.*[b]] Ita Martyrologium Græcorum & Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die.

§. 3. *SS. Maura, &c. Virgin.*[c]] D. Gregorius Turnensis lib. 1. de Gloria Confess. cap. 18. præclarum de eis recitat Encomium; quæ luminis filiæ, niue candidiores, cuidam viro apparentes, & sua nomina, & sacrorum membrorum situm propalarunt; ædificataque ad earum venerationem ædicula, S. Euphronius, Turonensis Archiepiscopus illam consecrauit, circa ann. 570. Molanus in Appendice ad Vsuard. & Saussayus in supplemento Martyrolog. Gallic. hac die, Ferrarius verò sup. & in Additis ad nouam Topographiam sup. verb. *Turones* die præcedenti.

§. 4. *S. Tarsitia, Virgin.*[d]] Filia erat Ansberti Senatoris, & Blitildis, Clotharij 1. vel 2. Francorum Regis filiæ: sexto sæculo defuncta, iuxta quorumdam opinionem; at volunt alij floruisse sæculo 7. in Germania inferiore, eodem Regio, quo Papinus, natam sanguine; quam sanè confundunt cum alia S. *Tharsita*, Virgine, de qua infra ad 11. Maij. Itaque specie formosissima, artium sui sexus doctissima, cùm esset, pro tuenda castitate, in Aquitaniam veniens, ad castrum, *Rutenula*, dictum, in spelunca montis proximi, fugiens, se recepit: vbi Domino iugiter seruiens, & aliquando cœlitùs pasta, & vberibus capræ quotidiè diuinitùs aduenientis enutrita, animam Deo purissimam reddidit; cuius corpus venerabile, maxima claritate circumfusum, cùm Rutenorum Episcopus, fragranti odore refertum, comperisset, assistente clero & populo, ad S. Vincentium collocauit: ibique requiescit. Qua de re, Saussayus supra ad 2. & 15. Ianuarij Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. à quo *Tarcilia*, vocatur ex Calendario & Monimentis Ecclesiæ Ruthenens. Canisius item in suis antiquis lectionibus. Simon Martinus Tom. 2. florum solitudinis. San-Marthani. Tom. 1. lib. 8. Histor. Genealogic. Domus Franc. in Additionib. pag. 199. ex Chronica Malcacensi, & alijs antiquis MSS.

§. 5. *B. Rosmunda, Abbatiss.*[e]] Adornata magnis virtutibus & ingenti spiritus feruore, illud cœnobium rexit; non minore prudentia: cuius orationis suffragia, prælati ac principes, illius fama sanctitatis commoti, piè expetebant: quippè quæ Diuinis charismatibus referta, spiritu Prophetico, visionibus, reuelationibus alijsque signis admirandis præfulgeret, mundo valedixit, suæ ætatis anno 66. Christi vero 1120. vide Cardosum hac die, in Agiologio Lusitano, & Commentario ad illud.

§ 6. *B. Heyleka, Inclusa.*[f]] Hanc venerabilem Dei famulam, secundum nomen suum, verè sanctam appellat ipse Cæsarius lib. 6. Dialogor. cap. 5. Henriquez in Menologio Cisterciensi hac die, & Manriquez. Tom. 3. Annal. Cisterciens. ad an. 1202. cap. 6. §. 4. quo vixit. Cuius cella Monasterio S. Andreæ vrbis Coloniensis adhærebat, quam B. Euffridius, eiusdem ciuitatis Decanus, de sua prebenda, quoad vixit, sustentabat; aliorum etenim eleemosynas, Beata illa, Christi Ancilla, recipere recusabat.

B. Mentia, Virgin.[g]] Cognominabatur B. Mentia *Analos*, Virgo Prudentissima ac deuota; cui Crucifixi imago, quæ adhuc in eius Monasterio perseuerat, habeturque in maxima veneratione, locuta est, atque huiusmodi verba dixisse fertur: *Pium me vocas. Sum etenim: tibique propitius ero.* De ea, Martyrologium Franciscanum hac die. Annotationes ad illud, Gonzaga, part. 3. Orig. Seraph. Relig. in Præfato Monasterio Dominæ nostræ de Consolatione, quod est 3. Prouinc. Concept. in Castella. Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 3. cap. 41. Valerius de SS. Fœminis eiusd. Ordin. lib. 4. cap. 37. Wadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad an. 1449. §. 54. §. 7.

B. Guiomaris.[h]] Vitæ regularis, & exemplaris fuit zelantissima: necnon erga Sanctissimam Virginem Dei Matrem deuotissima: maximè in recitatione Rosarij, in eius honorem; cuius rei causa, complures consecuta est gratias & fauores à Deo. Sæpè etenim visa est in huiusmodi pio Rosarij exercitio: eo tempore quo Rosarium persoluebat, aliud componere: ita vt quot *Aue Maria*, recitaret, tot Rosæ albæ: & quot *Pater Noster*, tot Rosæ rubeæ. apparerent, in modum coronæ sertum ex rosis compactum, tanquam Rosarium pulcherrimum, ostentantes. Obijt sanctissimè apud Monasterium de Iesu, de Aueiro, Ordinis Prædicator. ann. 1491. De qua agunt. Ioannes Lopes part. 3. Chronic. eiusd. Ordin. lib. 3. cap. 9. Alfonsus Fernandez. De Miraculis Rosarij lib. 4. cap. 16. Petrus Martyr. in Diario Virginal. ad 20. Maij fol. 113. Ludouicus à Sousa part. 2. Chronic. lib. 4. cap. 13. Cardosus sup. hac die; & alij. §. 8.

B. Beatricis, Virgin.[i]] Patria Mediolanensis erat; sic placens Deo & Angelis, vt isti, in eius Fœlici transitu, cecinerint hymnum: *Gloria in excelsis Deo:* &c. ita MSS. Monimenta Prou. Mediolan. ac Monasterij S. Apollinaris, vbi requiescit Martyrologium Franc. hac die. Annotationes ad illud. Wadinghus Tom. 6. sup. ad ann. 1471. §. 40. §. 9.

B. Antonia, Augustinian.[l]] Aroucæ nata, Religionē professa est Eboræ, in Monasterio pueri Iesu, Augustin. Ordinis: quæ cœlesti sponso Christo, per omnia curabat placere: crucifixa mundo, & concupiscentijs eius: tunc rigidis austeritatibus carnem subijciebat spiritui, vteris disciplinis sanguinolentis, cilicio ferreo, frequentibus ieiunijs in pane & aqua, alijsque varijs mortificationibus, quibus delicatum affligebat corpus. Duabus horis antequam ad chorū sorores conuenirēt pro matutinis decantandis, stabat ibidem in oratione; quibus finitis, & ipsa cellulam ingressa, orationi vocali intendebat: quo in exercitio, sæpè deprehensā est, breuiarium præ manibus habere apertum: & tota absorpta interim in Deum, mysteriosos pati raptus. In virtute obedientiæ excellebat, promptè & læto animo prælatis obtemperās absque discursu, vel distinctione. Facta autem ipsa superior, ac Priorissa, prudentia, vigilantia, charitate, alijsque virtutibus eximijs singulariter resplenduit: §. 10.

quibus

quibus adornata abijt in cælum anno Christi 1597. teste Cardoso sup. hac die, ex relatione MSS. Authentica.

§. 11. *B. Agnetis.* [m]] Hispali nascitur: sed sociata S. Teresiæ, patriam dereliquit, illiusque discipula extitit. Cum qua Vlyssiponem venit vt illic nouum Monasterium S. Alberti Carmelitici Ordinis fundaret: religiosa quippe multum exemplaris & tantæ perfectionis, vt per spatium 23. annorum, Hostiariæ, Sacristæ & Nouitiarum Magistræ munus, ingenti cum charitate, & laude exercuerit: humilitate & obedientia cæteras superabat: decernens intra se mortificationi sedulò vacare, in omnibus orationem, patientiamque mirificè excolebat: corpus asperis disciplinis, & extraordinarijs pœnitentijs edomabat: maximè postquam sibi reuelatum fuerat, quanta mala huic ciuitati (nisi resipisceret) imminerent, vt his modis Diuinam placaret maiestatem. Moritur tandem Sanctissimè anno 1608. quæ post obitum gloriosa apparuit. Eius vita habetur. MSS. in eo Monasterio, ex qua Cardosus sup. hac die.

DECIMO SEPTIMO CALENDAS FEBRVARII.

FOIO In Japponia, Natalis Beatæ Magdalenæ [a] Martyris, quæ simul cum viro, ac liberis, pro Christo, cruci affixa; euolauit in cœlum. Yendo, ibidem, Beatarum mulierum Annæ [b] & Mariæ: quæ ob eamdem fidei confessionem, ignis incendio coronatæ sunt. Item, Ozacæ, in eadem persecutione, Beatæ [c] Mariæ, & filiarum eius, Magdalenæ & Vrsulæ, Virginum: quæ post longuam asperamque incarcerationem, iugulatæ, ac conseruatæ, gloriosè triumpharunt. Romæ Sanctæ [d] Priscillæ, optimæ Matronæ, quæ se, suaque Martyrum obsequio mancipauit. Ipso die, Sanctæ [e] Merofletæ, Virginis. Balneis in Romandiola, Beatæ [f] Ioannæ, Virginis, Conuersæ, Camaldulensis Ordinis, virtutibus præclaræ. Romæ, Beatæ item Ioannæ [g] à Fœlicibus, Tertiariæ Franciscanæ: quæ vitæ singulari sanctitate enituit. Mantuæ, Beatæ [h] Catharinæ, Carrieræ, Tertiariæ Dominicanæ; quæ Angelicis choris meruit sociari, quibus curauerat assimilari in terris. Caminhæ, in Territorio Bracarensi, Beatæ [i] Susannæ à Deo, Clarissæ: quæ patientia, humilitate, & obedientia admodùm resplenduit. Valentiæ in Hispania Tarraconensi, Beatæ Gratiæ, [l] Virginis; quæ tertij Ordinis Minimorum adscripta sodalitio, & pijs pœnitentiæ atque charitatis exercitijs addicta, spiritu prophetico, & miraculis quamplurimis celebris euasit. Apud Odiuellas, in Territorio Vlyssiponensi, Beatæ [m] Isabellæ de Cunha, Cistertiensis; genere, ac vitæ perfectione illustris. Bononiæ, Transitus Beatæ [n] Margaritæ Fernandez, Viduæ, Tertiariæ Dominicanæ: quæ vitam exegit in laboribus, ieiunijs, peregrinationibus, & ærumnis, pro Christo assumptis.

IANVARII XVI.

§. 1. BEata Magdalena, Martyr. [a]] Anno 1629. excitata est turbulentissima in Christianos persecutio per Japponiam: in qua, complures gloriosè pro Christi testimonio & fide occubuerunt; in his Ioseph & vxor eius B. Magdalena, cum 4. liberis, & paruula infante, quam gerebat in brachijs suis. Ita Matthias de Soula, in compendio Martyr. Japponior. eiusd. anni fol. 35. & Cardosus in Agiologio Lusitano: & Commentario ad illud hac die.

§. 2. *BB. Anna, &c. Martyr.* [b]] In eadem persecutione Imperatoris Toxogunsamæ propter Christum igne cremati sunt viui, Ioannes Michicama, *Anna*, matre sua, & *Maria*, eius vxore. Cum alijs 4. socijs, & quadam illorum filiola: qui tanquam perfectum holocaustum Deo oblati præmium æternæ fœlicitatis sunt consecuti ann. 1631. Horum meminerunt P. Cardinus in Catalogo Martyr. ad eundem ann. pag. 65. & Cardosus sup. hac die.

§. 3. *BB. Maria, &c. Martyr.* [c]] Eodem tempore, Paulus & Maria, eius vxor, capti, & in carcerem, propter Religionis Christianæ professionem, coniecti, & longa detentione fatigati; ad vltimùm duæ eorum filiæ paruulæ, *Magdalena* & *Vrsula* gladio sunt necatæ: ipsi verò per ignem peruenerunt ad palmam: iuxta Cardosum sup. hac die, ex veridicis relationibus.

§. 4. *S. Priscilla.* [d]] Agitur hic de S. Priscilla, cuius Pastor hic meminit; in actis S. Praxedis, Virginis; quæ & fuit Apostolorum discipula: Mater verò prudentis Senatoris: vnde cœmeterium S. Priscillæ, via Salaria; videatur de ea Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Mombritius. Tom. 2. Petrus de Natalibus lib. 11. Catalog. Sanctor. cap. vltim. §. 36. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Roma*. Simon Martinus hac die.

§. 5. *S. Merofleta, Virg.* [e]] Memoratur à Saussayo; in Supplemento Gallicani Martyrologij hac die.

§. 6. *B. Ioanna, Virgin.* [f]] Migrauit hac die, in cœlum anno 1105. sepulta apud Monasterium S. Luciæ, in suborbio Balnei: in cuius transitu, campanæ, ex sese, nullo trahente sonuerunt. Quiescit au-

tem in Sacello nouo ad eius honorem extructo, ob pestem, eius precibus sedatam; teste Augustino Florentino, part. 2. Histor. Camaldolens. lib. 5. cap. 22. Wione in Martyrologio Benedictino, & Ferrario in Catalogo Generali Sanctor. hac die. Fit autem de ea Festum, ex licentia sedis Apostolicæ. Lucas Castellinus in Catalogo Ss. Canonisator.

§. 7. *B. Ioanna Tertiaria.* [g]] Filia erat Ioannis-Francisci de *Fœlicibus*: vitæ sanctissimæ specimen facta; ex tertio Ordine Pœnitentium D. Francisci. Ita Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertij Ordin. Minor. ex Arbore Seraphica. Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1251. §. 57. ex Manuscriptis Conuentus Aracœlitani.

†§. 8. *B. Catharina Carriera.* [h]] Plena dierum & bonorum operum è vita decessit octuagenaria; quæ triginta annis intra septa domus, angelicam vitam potius quàm humanam egit. Cuius sepulchrum cernitur apud ædem Cathedralem, Mantuæ, in Capella S. Virginis Mariæ de Miraculis: quod capitulum illi erigendum curauit, in memoriam tantæ illius constantiæ & virtutis, prout testatur Seraphinus Razaius part. 2. de vitis SS. ac BB. Ordinis S. Dominic.

§. 9. *B. Susanna, Clarissa.* [i]] Raræ fuit pœnitentiæ & mortificationis: nam cingebatur ad carnem chorda grossa & aspera: supra aceruum lapidum somnum capiebat, ramis arborum cooperta: stans edebat, absque gustu, aut sapore, humilitate gaudebat, abiectiotibus occupata seruitijs; patientia vero valdè eminebat, aduersa læto animo sufferens; familiarique colloquio iugiter in oratione cum Deo pertractabat: ex cuius consortio copiosas referebat gratias & fauores. Præscia diei obitus sui, cum cordis lætitia, spiritum Deo reddidit anno 1603. cùm iam senex esset apud Monasterium Dominæ nostræ *de Misericordia*. Clarissar. Sanctimonial. Hæc ex vita illius MS. per Emanuelem à Sperantia in chronic. Prouinc. Portugall. & Cardoso sup. hac die.

§. 10. *B. Gratia, Virgin.* [l]] Mancaneræ in Regno Arragoniæ nascitur anno 1494. quæ cum 13. ætatis annum attigisset, Virginitatem suam Christo consecrauit, ac deinceps capillos capitis sui totondit, vana abstulit, hominum consortia vitauit; cilicio, disciplinis, ieiunijsque carnem domuit, solitudine ac silentio gaudens, Christo autem ex corde inseruiens, modestiam & humilitatem, ac in conuersatione grauitatem seruabat. Lectioni spirituali & orationi mentali addicta somni parca erat; salutis animarum sitibunda, modia omnibus earum conuersioni operam dabat. In aduersis constans; in infirmitate patientissima extitit. Venditis omnibus bonis suis, & pauperibus dilargitis, paupertatem summè adamauit, ex eleemosynis sibi necessaria exquirens: vitæ perfectionem omnibus suadebat, dissidentium paci studebat. Præterea, anno 1540. tertium Ordinem Minimorum Fratrum assumens, apud Valentiam, Regulam istius instituti, cum 4. votis, palam professa est, S. Franciscum de Paula, ad amussim cupiens imitari. Humi cubabat, pane & aqua, cum quibusdam herbis, sæpius crudis, se sustentabat, quandoque dies 4. quinque, vel sex transibat, nil cibi omninò sumens: sed sola refecta Eucharistia sacra; quam ter singulis hebdomadibus scilicet diebus Dominicis, feria 4. & 6. reuerenter ac pijssimè recipiebat: pro animabus fidelium defunctorum, apud Deum maximè sollicita, vehementer instabat, vt à pœnis purgatorijs liberarentur. Porrò, horribiles Dæmonum tentationes, insidias, & molestias sustulit ac superauit. Prophetico spiritu exornata fuit: quo & diei mortis suæ tempus prænoscens, ætatis suæ anno 112. & amplius, purum emisit Spiritum, hac die an. Christi 1606. cuius corpus suauissimum spirans odorem, pulchra facie, & in iuuenilem statum reuersum, Valentiæ sepultum fuit in Ecclesia S. Sebastiani Conuentus PP. Minimorum, maxima cum totius cleri ac populi frequentia: vbi & miraculis non paucis claruit. Scribunt de ea Tristanus, Doctor eximius. Lucas de Montoya, Franciscus Victorius, Vincentius Guala in uita ipsius, ex quibus Ludouicus Dony-Attichius lib. 7. Histor. General. Ordinis Minimor. in ea Hilarion à Costa, Tom. 2 vitar. seu Elogior. Illustr. Heroinar. part. 7. pag. 691. & 692. Ioannes Tamayo. In Martyrologio Hispano ad 2. April.

B. Isabella. [m]] Religionis habitum Vlyssipone §. 11.
apud Monasterium Rosæ, sumpsit, exindeque Odiuellas ablegata, multis annis Cantoriatus officio functa est: cuius vita exemplaris, religiosis virtutibus resplenduit, quibus gloriosam palmam sibi comparauit in cœlis, & singulari honore illustrata est in terris: nam cùm octuagenaria diem clausisset extremum anno Christi 1618. & post multum temporis, effossa illius Tumuli terra, corpus eius apparuit cum suis vestimentis, & gutture integrum & sanum, ac si tunc fuisset humi depositum. Vide Cardosum in Agiologio Lusitano, hac die; & in commentario ad illud.

B. Margarita. vidua. [n]] E Lusitania oriunda §. 12.
erat, Extremis vulgò, *Estremoz* nata: quæ marito mortuo. Vlyssipone, apud S. Dominicum. Tertium Ordinem professa, cum ingenti eius consolatione: firmum simul & propositum fecit, vt excalceata deinceps incederet, festis solemnibus, pane & aqua ieiunium expleret, diuinum officium recitaret: &c. Interim, à Deo excitata, & cum intensis desiderijs stimulata, pia deuotione lustrandi loca sacra Romæ ac Hierusalem, necnon Bononiam pergendi ad sepulchrum S. Dominici inuisendum: obedientiam licentiamque petijt humiliter à superiore, notabili cum resolutione, patriam deserens, pedesque incedens, & excalceata, non sine incommodis maximis, ac penuria haud modica. In tam longo, & arduo itinere conficiendo: sed non sine magna alacritate, & spirituali consolatione: quibus expletis, cùm Bononiam, ad sepulchrum S. Dominici venerandum peruenisset, tanto fuit pietatis ac deuotionis affectu repleta, vt illic decreuerit reliquum vitæ peragendum: quare quoddam antrum in monte vicino sibi eligens in domicilium, asperam ac pœnitentem vitam cœpit ducere vitam: mendicando necessaria corporis, noctes consumens in oratione profunda mentali, & rerum cœlestium meditatione: de die, pergens ad Ecclesiam, & illic coram Domino astans, maxima cum humilitate, deprecans illum, & cultui diuino vacans, sanctissimè tandem moritur, sepulturam nacta, iuxta tumulum ipsius S. Dominici an. 1540. vita eius primò scripta est Italicè per R. P. Ludouicum Archiuium eius confessarium: deindè Hispanico idiomate: cuius meminerunt Ludouicus à Sousa part. 1. Chron. Ord. Præd. lib. 4. cap. 41. & part. 3. lib. 2. cap. 18. item in vita Bartholomæi Martyrib. Archiepiscopi lib. 2. cap. 19. Ludouicus Munhoz ibid. lib. 2. cap. 19. Cardosus sup. hac die, ex multis alijs.

SEXTO-DECIMO CALENDAS FEBRVARII.

APVD Lingonas, Passio Sanctarum [a] Leonillæ & Iunillæ, sororis eius, Martyrum; quæ capillis suspensæ, & multis affectæ supplicijs, tandem gladio peremptæ sunt, tempore Marci Aurelij Imperatoris, sub Quatto Præside. Cantuariæ in Anglia, Sanctæ [b] Milvidæ, Virginis. Amaranti in Territorio Bracarensi, Beatæ [c] Margaritæ à Plagis, Clarissæ, Abbatissæ; quæ ingenti spiritus feruore repleta, vita exemplari, & Monastica obseruantia cæteris præluxit. In Hispania, apud Scalonam Castellæ oppidum, Beatæ [d] Franciscæ Guascinæ, Virginis, eiusdem instituti; vitæ asperitate atque Angelica conuersatione celebris. Beatiæ in Bæticis, Beatæ [e] Catharinæ Rodriguez item Clarissæ, Virginis; cuius Religio, vitæ candor, atque sanctitas, incredibiles fuere. Tibucei in Territorio Guardiensi, Beatæ [f] Antoniæ à Sancto Michaele, Dominicanæ Virginis; quæ cunctarum norma virtutum facta, sancto fine quieuit. Villæ-Viciosæ in Territorio Eborensi, Beatæ [g] Agnetis ab Assumptione, Virginis conuersæ Augustinianæ, humilitate oratione, & charitate spectabilis. Emeritæ, Beatæ [h] Eusebiæ, Patriciæ, nobilissimæ Matronæ quæ spiritualibus exercitijs mancipata, suspirauit ad cœlestia. In partibus Sueuiæ, Beatæ [i] Anonymæ, viduæ, Dominicanæ, genere ac castimoniæ laude, & sanctis moribus illustris. Romæ, Inuentio [l] Sanctarum mulierum, infantium, innuptarum puellarum, ac Virginum; quæ extra portam Romanæ vrbis, via Salaria, ad locum sepulturæ Sanctorum Chrysanthi & Dariæ conuenientes, ad Christi laudes celebrandas; in die natali ipsorum Sanctorum Martyrum, iussu Numeriani, impijssimi Cæsaris, necatæ sunt. In Brabantia, apud Villarium Cistertiensis Ordinis cœnobium, Diœcesis Leodiensis, Translatio [m] Beatarum Marckinæ Niuellensis, Inlianæ Corneliensis Mariæ de Grauio, & Hedvigis Sancti Syri, cum multis alijs.

IANVARII XVII.

§. 1. SAnctarum Leonillæ, &c. Martyr. [a]] Prior erat Fausti, Senatoris Æduensis suror, & S. Benigni Burgundiæ Apostoli, apod Lingonas prima discipula, & hospes, necnon Tergeminorum Sanctorum Martyrum Speusippi, Eleusippi, & Meleusippi auia. Altera verò, *Iunilla*, seu *Ionilla*. Suror ipsios; quæ post ipsorum Martyrum expletum agonem, postque consummatam, ab eis, in flammis innocuis confessionem; & ipsæ apprehensæ, ac capillis suspensæ, post plurima sibi illata supplicia, capite plexæ sunt. Quarum corpora diu latentia, sed processu temporis inuenta, digno honore, sunt tumulata Diuione, in eadem crypta, vbi præfatus S. Benignos, ab ipsa B. Leonilla, multo cùm reuerentiæ afficio, fuerat sepultus. Hæc Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Aonal. Eccles. ad ano. 179. Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Romao. verb. *Lingones*. Saussayus in Martyrolog. Gallicano ead. die, & in supplemento eiusd. ad diem 9. Ianuari ex vetostissimo Monasterij Benedictinorum. S. Sabini, seu Sauini, de Leuitania, in montibus Pyrenæis, in agro Tarbiensi, Martyrologio MS. in Pergameno. Vincentius Beluacensis lib. 11. specul. Historial. cap. 109. & 110. Petrus de Natalib. lib. 2. Catalog. Sanctor. cap. 93. D. Antoninus part. 1. chronic. titul. 7. cap. 9. § 2. Monbritius, Surius & Lippelous, hac die. Acta S. Benigni, martyr 1. Nouembr. Gallia Christiana. In Diuione, vbi de S. Benigni Monasterio sub Abbate 2. Simon Martinus hac die Schedel sexta mundi ætate fol. 119.

S. Milvida, Virg. [b]] Ex Martyrologio Anglico, circa ann. 676. vixisse traditur. De ea agunt Westmonasteriensis ad annum præfatum. Polydorus Virgilius lib. 4. Histor. Angl. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die. De qua iterum infra ad 26 Februar. quo commemoratio illius celebratur; eadem quippe est cum *B. Melgitha*. §. 2.

B. Margarita, Abbatiss. [c]] Floruit in Lusitania, tempore Regis Alphonsi 4. & tantò sua exemplari vita, suo labore, ac spiritus feruore inualuit, vt rigor Monasticæ obseruantiæ penè extinctus, in pristinom statum redierit, reformaueritque omnia regularia officia, auxeritque cultum diuinum, ac Virginum consodalium numerum: & Monasterio singularem addiderit splendorem, Magistræ, superioris, & Abbatissæ gerens officium, magna cum sodulitate, & charitate: orationi, abstinentiæ, ieiunio &c. instanter vacans, vt Deum sibi propitium faceret: sicque sancto fine cursum suum expleuit: vti refert Cardosus in Agiologio Lusitano, & commentario ad illud hac die: ex multis. §. 3.

B. Francisca, Virgin. [d]] Claruit circa an. 1530.
§. 4. sub immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virgin, Regula, iacetque in Monasterio eiusdem Ordinis Conceptionis Sanctæ, Scalonæ: vbi ob vitæ eius austeritatem, atque conuersationem Angelicam, non absque sanctitatis odore, mortem obijt. De qua Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in prædicto Monasterio, quod est 28. Prouinciæ Castellæ. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 54. Salazar lib. 7. Chronic. Prouinc. Castellæ cap. 12. & Valerius de Ss. Fœminis Ordin. Minor. lib, 4. cap. 15.

B. Catharina, Virgin. [e]] Hæc Virgo Hispalensis,
§. 5. regulari disciplina, atque vitæ sanctitate, conspicua extitit. apud Monasterium S. Antonij de Padua, in Beatianæ ciuitatis suburbio extructum, quod est 4. Prouinciæ Granatens. vbi claruit ann. 1531. quam reliquæ sorores in cœlis cum Christo sponso beari credentes piè venerantur. Cuius meminerunt Martyrologium Franciscanum hac die, & Annotationes ad illud. Gonzaga sup. in præsenti Monasterio Barezzus sup. cap. 14. Valerius cap. 17. sup. & Wadinghus Tom. 6. Annal. Minor. ad ann. Christi 1460. §. 63.

B. Antonia, Virgin. [f]] Multos labores, mole-
§. 6. stiasque patienter pertulit, virtutibusque quàm maximis enituit; cùmque spatio 12. annorum suæ ætatis, varios successus complesset, & indicia haud modica spiritus Prophetici, & eximiæ sanctitatis dedisset; animam Deo reddidit prima omnium Tibucci, vulgò, *Abrantes*, in Monasterio Dominæ nostræ de Gratia. Ordin. Prædicator. anu 1555. hac die: vti scribunt copiosè Ludouicus à Sousa par. 3. Chronic. Prouic. Portugall. lib. 3. cap. 16. Cardosus sup. hac die.

B. Agnetis, conuersa. [g]] Votum Religionis Au-
§. 7. gustinianæ Eboræ emisit, quæ deindè Villam-viciosam ablegata est cum alijs, vt nouo illic Monasterio extruendo initium daret; erat quippe sui status zelantissima, & vitæ perfectioni addicta, humilitate, patientia, & obedientia adornata: orationem summè excolebat, ad quam in omnibus negotijs festina confugiebat, ex qua copiosè adferebat, vndè tot salubria consilia cæteris consignabat. In ea namque familiariter sic cum Deo tractabat, vt frequentes tunc pateretur extases, & cunctis cernentibus in altum subleuaretur à terra, rapta & absorpta in Deum: ad quem perrexit anno 1555. iuxta relationem Ludouici ab Angelis in Horto Portugall. §. 121. Cardosi sup. hac die, Alexij de Menezez, Petri Calui, & alior.

B. Eusebia, Patricia. [h]] Hæc illa est, ad quam
§. 8. scribit S. Gregorius 1. Papa lib. 11. Epistol. 37. monens eam de multis circa animæ suæ salutem: cuius sanctis exhortationibus vltrò parens ipsa Heroina, totam (mortuo marito) se mancipauit diuino seruitio: atque spiritualibus exercitijs: frequentationi Sacramentorum, & orationi, atque verbi cœlestis pabulo totum tempus impendens; & sanctis operibus vacans: pio fine obdormiuit in Domino. Cuius meminerunt, Paulus Diaconus lib. de miraculis Patrum. Emeritens. & Commentator illius, Morenus de Vargas. in notis pag. 14. item lib. 3. Histor. Emeritens. cap. 6. Morales lib. 11. cap. 7. Padilha. Centur. 6. cap. 50. Ioannes Marquez. in Defensorio Augustiniano cap. 12. §. 8. Ludouicus de Angelis sup. §. 40. & Cardosus & sup. hac die. Attamen Baronius Tom. 8. Annal Eccles. ad ann. 603. §. 14. & quotquot eum secuti hanc Eusebiam Constantinopoli assignant, non Emeritæ,

B. Anonyma, vidua. [i]] Nobilis ac deuotissima
mulier extitit, facieque pulcherrima, ad quam vi- §. 9. †
dendam, cùm multi optimates ac potentes sæpiùs conuenirent, & illa pro visitatione huiusmodi grauiter plerùmque turbaretur; fusis ad Dominum lachrymis, orauit, obtinuitque, vt deturparetur facies eius. Nam confestim lepra fœdissima contabuit vultus illius, in tantum, vt præ deformitate, à viro suo haud cognosceretur. Postea verò, ipsa rursus orante, pro sanitate sua pristina; vix verba compleuit, & in tanta claritate cutis, & elegantia formæ subito facies eius restituta est: vt nec in ea vnius rugæ vestigium, vel tenuissima saltem macula remaneret. Hinc gaudium in vniuersa domo; cuius vir anno dimidiò, vix superuixit. Tunc inclyta mulier, non immemor bonitatis Christi, cum filia vnica, quam habebat, & possessionibus vniuersis, ad Monasterium Virginum. Ordinis S. Dominici, transiit, quod *Lemberkum*, dicitur, & in eo, Authore Deo, religiosissimè conuersata, migrauit in cœlum, circa ann. 1240. vide B. Cantipratanum lib. 2. Apum cap. 30. §. 29.

Inuentio SS. Mulier, &c. Martyr. [l]] Cùm om-
nipotens Deus multa fidelibus præstaret beneficia, §. 10.
ad intercessionem Ss. Chrysanti & Dariæ, Virginis, Martyrum; in loco sepulturæ eorumdem, extra portam Romanæ vrbis, via Salaria, in arenario; euenit; vt die natalis ipsorum anno sequenti infinita populi multitudo inibi conueniret, viri simul ac mulieres, pariter & infantes, ac innuptæ puellæ & Virgines. Hoc igitur cùm fuisset Numeriani imperatoribus intimatum. iussit vt in introitu Cryptæ, paries leuaretur; quòd cùm fuisset impletum, montem, qui Cryptæ imminebat, super eos deiecit, & ita factam est, vt omnes pariter, dùm diuina perciperent Sacramenta, & Martyrum laudes celebrarent; ipsæ quoque ad Martyrij gloriam pertingerent. Quarum Reliquiæ postea inuentæ fuere, sub Stephano VI. Papa, anno 886. hac die; vti habent Acta earum apud Surium Tom. 1. & Petrum de Natalib. lib. 1. Catalog. Sanctor. cap. 12. Pancirolam in Thesauro vrbis Romæ. Regione 3. Ecclesia 5.

Translatio BB. Marckna, &c. [m]] Hæ omnes,
sub instituto Ordinis Cistertiensis, conuersatæ sunt; §. 11.
& post mortem signis admirandis claruerunt. Quarum corpora, prius decenter post summum altara recondita, nouissimè in Sacellum Sancti Bernardi Translata, anno 1599. ibidem honorificè quiescunt. ita Arnaldus Raissa. in Auctario ad Natales SS. Belgij Molani 2. Octobr. Henriquez in Menologio Cistertiensi hac die, post Chronicon Villariense.

QVINTO-DECIMO CALENDAS FEBRVARII.

ROMÆ Sanctæ Priscæ [a] Virginis & Martyris: quæ sub Claudio Imperatore post multa tormenta, Martyrio coronata est. Saguntiæ, Sanctæ Liberatæ [b] Virginis & Martyris; quæ profusione Sanguinis, testimonium Christo dedit. Salerni Sanctarum Virginum & Martyrum Archelaæ, [c] Teclæ, & Susannæ: quæ agonem suum victorioso triumpho consignarunt. In Brasilio, Passio Beatarum [d] Martyrum; quæ pro defensione castitatis à gentilibus gladio sunt iugulatæ. Nouocomi, Sanctarum [e] Liberatæ & Faustinæ, Sororum, Virginum, Benedictinarum: quæ vitæ sanctitate præfulserunt. Apud Clarum-Montem Aruerniæ, Sanctæ [f] Claræ, Virginis. Aquilæ in Vestinis, Beatæ Christinæ [g] Virginis Augustinianæ; humilitate, & charitate, multisque donis cœlestibus exornatæ. Vlyssipone, Beatæ [h] Leonoræ à Regibus, Virginis Clarissæ: quæ sui ipsius despicientia, & obedientia insigniter emicuit. Ibidem. Beatæ [i] Ioannæ à Sancto Michaele, eiusdem Ordinis: quæ cum singulari regulari obseruantia, & feruore spiritus, vitam ducens, ad præmia æterna euolauit. Ferrariæ, Depositio Beatæ [l] Beatricis Estensis, viduæ, Benedictinæ; genere, vita, & miraculis illustris. Vlyssipone, Beatæ [m] Ioannæ à Conceptione, viduæ. Dominicanæ: quæ operibus Pœnitentiæ addicta, charitate, pietate, humilitateque excelluit. Metis, Translatio [n] Sanctæ Luciæ Virginis & Martyris, è Cœfinio Aprutii ciuitate, tempore Othonis 2. Imperatoris.

IANVARII XVIII.

§. 1. *SAncta Prisca, Virgin. Martyr.* [a]] Hæc Patre consulari nata cùm 13. ætatis annum ageret, Christianæ fidei accusata, Claudij 2. Imperatoris iussu, ab Apollinis delubrum ducta, vt fisso numini litaret; quòd obfirmato animo resisteret, colaphis cæsa est, & in carcerem coniecta. Postridiè educta, cùm in eadem fidei constantia, perseuераret flagellis verberata, feruenti adipe, toto corpore delibuta, rursus in custodiam detruditur. Triduò post, immanissimo Leoni exposita, qui ad pedes eius mansuetus se proiecit; tum equuleo suspensa, & vngulis ferreis exarata, in rogum mittitur, sed nil læsa, caput ei præscinditur. Cuius corpus à Christianis sublatum, via Hostiensi, decimo ab vrbe milliario, sepultum fuit: indè verò Romam, sacræ eius Reliquiæ transuectæ; & postmodum à Ioanne, Suessionensi comite, ac *Chimay*, in Hannonia Domino, in Gallias, Apostolica ex concessione allatæ: Chimaci, in Ecclesia S. Monegundis Collegiata, à se fundata, collocatæ fuerunt, in argenteo loculo, bracteis aureis decorato, vbi condigno cultu seruatæ sunt. De ea agunt, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis; Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Petrus de Natalib lib. 2. Catalog. Sanctor. cap. 96. Saussayus in Martyrologio Gallicano. Foderetus, Ribadeneira, Bachotus, in Fastis Christianis, ac cæteri Latinorum in vita eius hac die, Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Regione 9. Ecclesia 17.

§. 2. *S. Liberata, Virgin. Martyr.* [b]] De ea scribunt Breuiarium Saguntinum & Palentinum: Morales lib. 12. Histor. Trugillus Tom. 1. Thesauri concionator. Marietta lib. 4. de SS. Hispaniæ Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Saguntinæ, & alij non pauci. Quæ quidem inter eius sorores eminere videbatur in fide ac religione: suo exemplo, & Sanctis Monitis. Gentiles multos conuertit ad Christum. Dùm enim vitam degeret solitariam, in quadam deserto, concurrebant ad eam multi, tum Christiani, tum etiam Gentiles; quare Christianæ religionis tandem accusata, dimissis cunctis sororibus suis, ad agonem properauit; & multis suppliciis excruciata, cùm à fide auelli non posset, capitis abscissione, Martyrium compleuit.

SS. Archelaa, &c. Virgin. Martyr. [c]] Ita ex Tabulis Ecclesiæ Salernitanæ, in qua vrbe ipsarum corpora condita sunt; de his item Paulus Regius Episcopus, lib. 1. de Sanctis Regni Neapolitan. & Ferrarius sup. hac die; passæ sunt autem Nolæ in campania sub Diocletiano Imperatore; vti habent Acta MSS. (quæ Romæ in Baroniana Bibliotheca leguntur) ab Ecclesia S. Georgii, vbi corpora quiescunt, habita testantur. Ferrarius de SS. Italiæ. §. 3.

BB. Martyr. [d]] In Capitanea S. Vincentii apud Brasillum; hæ duæ Christi famulæ, passæ sunt; quarum prior vxorata; altera, vidua erat; quæ in bello contra Tapuias, ab illis captiuæ; abductæ sunt: dùmque violenter conarentur hi barbari illis vim inferre, atque opprimere, inuicto autem animo eorum effrenatæ libidini resisterent, gladio, pugnis, & calcibus necatæ sunt: qua gloriosa morte confirmarunt opinionem, quam cuncti de illis conceperant, nimirum ambas fuisse cultrices honestatis, ac puritatis, christiana pietate, frequentia Sacramentorum, ac virtutum exercitio, eminentes anno 1560. Teste Cardoso. in Agiologio Lusitano & Commentario ad illud, hac die, ex Bertario lib. §. 4.

2. pag. 65. Petro Rodriguez lib. 1. cap. 6. & lib. 3. cap. 7. ac Paternina lib. 2. cap. 2. in vita Iosephi Anchietæ.

§. 5. *SS. Liberatæ, &c. Virgin.* [e]] Solius S. Liberatæ meminerunt, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis; & Molanus in Additionib. ad Vsuardum; de duabus verò simul agunt reliqui omnes: tum Maurolycus & Fœlix, in suis Martyrologijs. Ferrarius sup. hac die, & sequenti. Itemque in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Comum.* & Wion. in Martyrolog. Benedictino: tum denique in officio Ecclesiæ Placentinæ, hâc ipsa die: canitur: quòd in Arce Genesina, vulgò, *la Rocca d'Algis*, in agro Placentino, supra 20. milliar. intra Montis Apennini radices, distante, natæ, & enutritæ sint; licet vitam cœnobiticam duxerint in Monasterio S. Ioannis Baptistæ, propè flumen Coxiam, non longè ab vrbe Como, quò obierunt; & earum corpora ibidem, in Cathedrali Ecclesia asseruantur.

†§. 6. *S. Clara, Virgin.* [f]] Antiqua veneratione colitur Claromonte Aruernorum, in Ecclesia S. Venerandi Episcopi; vbi sepulta est ante Altare S. Mariæ, inquit Saussayus in Appendice ad Martyrologium Gallicanum, post Sanatonem lib. 1. Origin. Claromontan. §. 10. ex Tabulis Illidianis.

§. 7. *B. Christina, Virgin.* [g]] Ab ineunte ætate, puritati, pietati, & virtuti animum dedit; cœlesti autem monitu, Monasterium S. Luciæ Ordinis S. Augustini apud Aquilam, ingressa, anno Christi 1504. Mirum! quantis mox virtutibus luxerit. Humilitate namque charitate, abstinentia, &c. relucens, electa est in superiorem, Donis etiam cœlestibus copiosè ditata fuit. Raptus, Ecstases, orationes feruentes, donum curationum, conuersionem, animarum, Prophetiam, &c. habuit. Denique ætatis suæ anno 63. hac die, clausit lumina corporis, anno Christi 1543. signis & miraculis postea celebris. Vti testantur Ioannes Neuius in Eremo Augustiniana: & Simplicianus in vita eius, ad calcem Historię Ordin. Augustinian. Tom. 1.

§. 8. *B. Leonora, Virgin.* [h]] Hanc commemorant Martyrologium Franciscanum, hac die & Annotationes ad illud, Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 39. Valerius lib. 4. de BB. Fœminis eiusdem Ordinis cap. 40. & Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. Christi 1194. §. 19. post Gonzagam part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio S. Claræ, Vlyssiponens. vrbis, quod est 1. Prouincię Portugall. in qua ipsa circa anno Christi 1575. excessit è vita. Deuotissima ac Pijssima Virgo; apud quam obedientię donum, cum profundissima humilitate coniunctum, supra modum enituit, Cardosus sup. die sequenti.

§. 9. *B. Ioanna, Virg.* [i]] Patria Bruxellis, Religionem professa erat in Monasterio Alckmariensi Clarissarum: quo quibusdam annis Sanctissimè vixit: at exurgente Hæreticorum rabie persecutionis in Catholicos, coacta est solum vertere, & in Lusitaniam traiicere; veniensque Vlyssiponem, moram traxit apud Monasterium Dominę nostrę de Quiete, cum singulari Regulari obseruantia, & spiritus feruore: demùm, expletis 33. annis suę professionis Religiosę, mundo valedixit, anno Christi 1599. iuxta Cardosum sup. hac die, ex necrologio MSS. illius loci.

§. 10. *B. Beatricis, vidua.* [l]] Filia erat Azonis 9. Ferrarię, &c. Marchionis; ac Galeatio-Manfredo, Vincentię & Verardini Domino, copulata coniugio; quo mortuo, arctiorem vitam secuta, Monasticam Regulam, in Abbatia S. Antonij à se fundata professa est, die 25. Martij anno 1254. & hac die anno 1262. migrauit in cœlum miraculis clara. Ex vita illius MS. Ibidem asseruata. Anonymus Monacus Paduanus lib. 3. de Rebus Euganeis, & Insubribus ad ann. 1263. Ioannes Baptista Geraldus, in Historia Marchionum & Ducum Ferrarię. Wion in Martyrologio Benedictino & Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die.

B. Ioanna, vidua. [m]] Illustri genere nata, & matrimonio iuncta fuit: at viro mortuo, curis sęculi à se prorsus eliminatis, in portum religionis se recepit: vbi Deo liberius & perfectius inseruiret: Monasterium S. Saluatoris: Virginum Ordinis S. Dominici, apud Vlyssiponem selegit: quo miris mox virtutibus emicuit. Nam infirmis deputata ad obsequium, humilitate, charitateque illud explebat singulari. Corpus vero suum, cilicio disciplinis cruentis, ieiuniis, & aliis asperis exercitiis edomabat. Tum demum approximante die mortis eius, tanta lux oborta est supra Monasterium, vt putaretur incendio conflagrandum: signum sanè diuini amoris, quo impulsa fœliciter obiit anno Christi 1580. vti scribunt Ioannes Lopez part. 3. Chronic. Ordin. Prędicat. lib. 1. cap. 85. Ludouicus à Sousa, ibid. part. 2. lib. 1. cap. 17. Petrus Martyr. in Diatario Virginal. fol. 261. Ludouicus ab Angelis. In Horto Portugall. §. 114. Cardosus sup. hac die, ex aliis. Lopez. part. 3. Chronic. Prędicat. lib. 2. cap. 85. Ioannes à Sancta Maria Tom. 2. Vitar. SS. ac BB. Ordin. Prędicat. lib. 1. cap. 7. §. 11.

Translatio S. Luciæ, Virgin. Martyr. [n]] Metis, agitur hac die, susceptio pretiosi corporis S. Lucię, Virginis & Martyris, verè Athletę Christi; quod B. Theodoricus, eiusdem ciuitatis Episcopus, 46. dono Othonis 2. Imperatoris, consobrini sui, reuerenter accipiens, cum alijs multis, & exquisitis Sanctorum exuuijs, è Corfinio Pelignorum vrbe, in Aprutio, ad suam ciuitatem attulit, atque in Basilica Abbatiali S. Vincentij, Ordinis Benedictini, à se constructa, reposuit, magna veneratione asseruandum anno 970. quò & Sacellum, in honorem ipsius S. Lucię ibidem, solemni ritu dedicauit, anno 972. die 6. Augusti pręsentibus Comprouincialibus Episcopis. Porro, Andręas Formeus, Bituricensis Archiepiscopus, sub Nostro Rege Francor. Ludouico 12. cùm Romæ moras necteret, à Pontifice Maximo, caput ipsius S. Luciæ (quod asseruabatur in perantiquo Titulo Calixti) obtinuit; illudque auro & gemmis adornatum, dono dedit suæ Ecclesiæ Patriarchali Bituricensi: in cuius sacrario, nunc vsque veneratione maxima colitur. Vide Sigebertum lib. de viris illustrib. cap. vltim. & in Chronico ann. 969. item, Tractatu vitæ & Translationis ipsius S. Luciæ, quem versibus cecinit. Extat etiamnum MS. apud Præfatum cœnobium Sancti Vincentij Metens. D. Antoninum part. 2. Chronic. Titul. 16. cap. 3. §. 2. Molanum in notis ad Vsuard. 13. Decembr. Saussayum, in Martyrolog. Gallicano ead. die & 19. Ianuarij; Meurissum lib. 3. Histor. Episcopor. Metens. sub Theodorico 47. §. 12.

QVARTO-DECIMO CALENDAS FEBRVARII.

ROMÆ, via Cornelia, Sanctæ Marthæ, [a] Martyris: quæ cum viro suo, Mario, ac filijs Audiface & Abacuc, sub Claudio Principe, post toleratos fustes, equuleum, ignes, vngues ferreas, manuumque præcisionem, in Nympha necata est; cæteri verò decollati sunt: & eorum corpora incensa. In Africa Sanctarum, [b] Piæ & Germanæ, Virginum & Martyrum. Nicomediæ, Sanctæ [c] Euphrasiæ, Virginis, & Martyris: sub Maximiano Imperatore. Ipso die, Beatæ Abundantiæ, [d] Virginis: quæ ardentissimo Christi amore plena; miris refulsit virtutibus. Apud Spinosi-loci Monasterium, in Hannonia, Beatæ Beatricis [e] Lensiensis, Virginis Cistertiensis: quæ Christi amore capta, & sæculi delicias fastidiens, vitam duxit admirandam. Ratisboriæ in Polonia, Beatæ Euphemiæ [f] Domicillæ, Virginis Dominicanæ Priorissæ, genere vitæ, austeritate, & miraculis illustris. Castaneti in Lusitania, Beatæ [g] Mentiæ à Conceptione, Virginis Clarissæ: quæ signis & virtutibus floruit. Vlyssipone, Beatæ [h] Beatricis à Resurrectione, Dominicanæ; eximia vitæ perfectione spectabilis. Ibidem. Beatæ [i] Antoniæ à Plagis, eiusdem instituti: quæ raro exemplo paupertatis & humilitatis resplenduit. Setuuali in agro Vlyssiponensi. Beatæ Mariæ à Columna, Clarissæ; charitate, & zelo Regularis obseruantiæ, insignis. In Pacensi vrbe, Beatæ Helenæ à [m] Trinitate, Carmelitanæ, Priorissæ: quæ præfuit in sollicitudine, & benignitatis, patientiæ, humilitatisque præbuit in hilaritate dignissima exempla. Coloniæ Agrippinæ, Commemoratio [n] Sanctæ Antoninæ Virginis, & Martyris, ex sodalitio Sanctæ Vrsulæ. Spoleti, veneratio Sanctæ [o] Abundantiæ Matronæ: fide ac pietate conspicuæ. Duaci in Territorio Attrebatensi, [p] susceptio Reliquiarum Sanctæ Iulianæ, Virginis.

IANVARII XIX.

§. 1. S*ancta Martha, Martyr.* [a]] Gloriosum Martyrium Romæ peregerunt, postquam eam in vrbem aduentassent: erant enim Persarum nobilissimi. Extant eorum Acta, quę habent Monbritius Tom. 2. Surius, & Lippelous Tom. 1. Agit de eis Vsuardus die sequenti; at Beda, Martyrologium Roman. &c. hac die, Baronius, ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Eccles. ann. 270. Molanus in Annotationib. ad Vsuard Saussayus in Martyrologio Gallicano, Vincentius Beluac. lib. 11. specul. Historial. cap. 98. & 100. Petrus de Natalib. lib. 2. Catalog. SS. cap. 100. Bergomas de Claris Mulierib. cap. 72. in fin. Bachotus in Fastis Christianis, Simon Martinus hac die, Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Ecclesia 15. Regione 1.

§. 2. *SS. Pia, &c. Virgin. Martyr.* [b]] Memorantur in Martyrologio Romano hac die, & Baronio ibid. in notis & Tom. 2. Annall. Eccles. ann. 302. §. 158. ex Vetustissimo Martyrologio MS. Biuarius autem in commentario ad pseudo chronicon Flauij Lucij dextri sub ann. 134. §. 6. & Cardosus in Agiologio Lusitano hac die, ex Chronico Iuliani. numer. 58. Antiquiores illas faciunt.

§. 3. *S. Euphrasia. Virgin. Martyr.* [c]] Hanc commemorant, Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. sub 13. Martij & Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. 309. §. 35. Heribertus Rosweydus lib. 1. vitar. Patrum in notis ad vitam S. Euphrasiæ, Virgin. Hæc est, quæ ad Lupanar damnata, mira arte delusit procaciam lasciuientis iuuenis, de qua Nicephorus lib. 7. Histor. Eccles. cap. 13. subdit. *Vbi iam in eodem est conclaue, cum improbo iuuene clausa; techna quadam illum circumueniens, Veneticam se esse profitetur, mercedemque ingentem conseruata pudicitia pollicetur, qua eum à morte conseruet, pharmacum scilicet, quo ille perunctus, in bellorum certaminibus & prælijs, nullo prorsus telo, aut ferro violari, aut confici posset. Quod si de tali remedio* (inquit) *periculum facere vis, illicò id tibi manifestè exhibebo. Ille id statim parari permittit. Tum illa verè sapiens, ceram oleo liquefactam, manibusque subactam, collo suo circumcirca inungens illinit. Quod vbi perfecit, petere eum iugulum suum ense, quibus posset viribus adacto, remedijque eius vim & efficaciam experiri iubet. Atque ille quàm potuit validissimè ensem in eam demisit, caputque eius ictu vno resecuit.* Hæc ille. Hoc autem euenit addit Baronius, cùm S. Authimus Ecclesiæ Nicomediensi præesset Episcopus, sieque & Virginitatis integritati prospexit, & coronæ Martyrij percupidè lucrum fecit; propterea, Menæa Græca, hanc S. Euphrasiam, Nicomediensem Martyrem, tempore Maximiani Imperator. habent hac die Arnulphus lib. 5. comitior. general. cœlo cap. 17.

S. Abundantia, Virgin. [d]] Natam & mortuam ferunt vltrò ab ære campano laudatam fuisse. Cùm §. 4.
sacro fonte tingeretur, dicuntur lampades Templi

ſuaptè ſpontè accenſæ, & infanti lucem, & vrbi infantem gratulatæ eſſe: ipſa *Abundantia* iam tunc in innocentis fœminæ Patrocinium (adulterij rea agebatur,) fuiſſe facunda. Iam octennem volunt ab icone pueruli Ieſu matris ſinum inſidentis, pomum aureum, quod manu fortè pictum geſtabat, petijſſe, & à Deo impetraſſe. Deindè flores (ab hyeme donatas) eidem attuliſſe, & vt acciperet, perſuaſiſſe; quid amplius? memorant eum Maiolo Abbate, Matraque Ieroſolymam fuiſſe; & cùm extera Chriſti veſtigia; tum illa potiſſimùm venerabundam exoſculatam fuiſſe, vbi ille pondere crucis feſſus obuiam matrem habuit. Hic lachrymis diffluere voluiſſe *Abundantiam*. Hic flagris ita in ſeſe ſæuijſſe; vt ſicut oculi in fontem, ita Sanguis fuſus in riuos abire videretur. Abhinc, Angelo Duce, in antrum Onophrij deueniſſe, illicque fœminam viri vitam vixiſſe. Ad extremum repertam à Patre, reductamque in patriam, omnem, hoc mortuo, hæreditatem egenis ceſſiſſe; mortuam deindè etiam ipſam, pro funere ab Angelis laudatam cantu fuiſſe. Ita Faſti Mariani Monacenſis ſodalitatis, ex Ferrario hac die.

§. 5. *B. Beatricis, Virgin.* [e]] Caſtitatis ſeruandæ ergò, dotem ſuam matrimonialem, ſeſeque Chriſto offerens, circiter 1216. Monaſterium Spinoſi loci, vulgò, *Spin-lieu.* inchoauit, & Ordinis Ciſtercienſis habitum induit: vbi magna cum pietatis & ſanctitatis opinione, vitam finiuit: vti referunt Iacobus Guiſianus in MSS. Hannoniæ Chronicis. Myræus in Chronico Ciſtercienſi, anno 1216. ex traditione, & varijs Monimentis eiuſdem loci. Henriquez in Menologio Ciſtercienſi hac die. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano ead. die.

§. 6. *B. Euphemia, Virgin.* [f]] Filia erat Leſci, Ratiboriæ Ducis, Regia ex ſtirpe nata; quæ ab ipſa fermè infantia, Virginitatem ſuam, Chriſto ſponſo conſecrauit. Teneros pueritiæ annos, innumeris virtutum coronis adornauit nempe, orandi & contemplandi in noctes vſque ſtudio protenſo; carnis per inediam, in ſomnia, duritiem lectuli, diſciplinas cruentas, cilicij, imò & cathenæ ferreæ geſtationem, perpetua maceratione, mentis humilitate demiſſa, pectoris mundities cogitationum ſanctimonia cordis, erga Saluatorem ſuum, amore fragrantiſſimo, vſu Sanctiſſimi Sacramenti frequentiſſimo, mirabilique innocentiæ vitæ vniuerſæ. annum excedens duodecimum, in matrimonium expetita fuit à Duce Brunſuicenſi, & Marchione Brandeburgenſi, quod illa conſtanti animo repudiauit; iam nobiliori, ſpecioſiori, ditiorique ſponſo Chriſto olim deuota. Diuinis Reuelationibus & Apparitionibus non ſemel dignabatur. Porrò, Religioſi Ordinis S. Dominici habitum ſuſcepit Ratiboriæ in Monaſterio S. Spiritus: quo facto, adiecit quoque illa virtutum exercitio, indefeſſos conatus: in ſumma paupertate, & patientia viuens, ac paulò poſt, Prioriſſæ officio fungens, & miraculis præfulgens: tandem Beatæ vitæ curſu expleto, hac die, migrauit in cœlum, anno 1359. magna in veneratione illic habita. Hæc ex Mieckouio, in Chronico Poloniæ. Bzouio Tom. 14. Annal. Eccleſ. ad ano. Chriſti 1359. §. 15. poſt Martyrologium, & Monimenta MSS. Monaſterij Ratiborienſ.

§. 7. *B. Mentia, Virgin.* [g]] Fuit iſta Chriſti famula, maximis dotata virtutibus: vitaque exemplari, & ſanctiſſima illuſtris: quæ per annos 50. in maxima humilitate, paupertate, obedientia, oratione, atque vitæ aſperitate deguit: in cuius fœliciſſimo tranſitu, tantus taliſque ſplendor totam ædem illuſtrauit: vt ab omnibus conflagrare viſus ſit: & aliquot tum regulares, tum quoque ſæculares, à diuerſis infirmitatibus, eius meritis, liberati ſint. De ea meminerunt, hac die, Martyrologium Franciſcanum, & Annotationes ad illud. Gonzaga 3. part. Origin. Seraphic. Religion. in Monaſterio Clariſſ. Dominæ noſtræ Caſtaneti, vbi deceſſit è viuis, anno 1598, quod eſt 3. Prouinciæ Portugall. Barezzas part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 35. Valerius de BB. Fœminis eiuſd. Ordin. lib. 4. cap. 31. Cardoſus in Agiologio Luſitano, & Commentario ad illud ſub 2. Ianuarij.

B. Beatricis Dominic. [h]] Toto vitæ ſuæ decurſu zelantiſſima extitit ſui ſtatus, & Regularis obſeruantiæ; quæ ſancto fine quieuit ann. 1595. Vlyſſipone, in Monaſterio de Roſa, Ordinis Prædicator. Cuius glorioſum tranſitum ac funus venerati ſunt etiam Beatæ cœlites eiuſdem inſtituti, quæ tunc interfuerunt illius exequijs ſacris. Ita Cardoſus ſup. hac die poſt Ludouicum à Souſa 3. part. 3. Chronic. Ordin. Prædicat. lib. 2. cap. 5. §. 8.

B. Antonia. [i]] Patria erat Vlyſſiponenſis: quæ valdè excelluit, paupertate, humilitate, & pœnitentia: quibus iunxerat orationem continuam mentalem, ac rerum cœleſtium contemplationem: vnde haud mirum eſt, ſi tot diuinis fauoribus ſpiritualiter conſolaretur: præterea, in bonum proximi, & ſalutem animarum, priuilegium illi cœlitùs à Deo datum erat: vt certò ſciret interiores defectus, & ſtatum vniuſcuiuſque illorum, qui ſe precibus eius commendabant. Obijt anno 1603. in Monaſterio Annuntiatæ Virg. vide Cardoſum ſup. hac die. §. 9.

B. Maria, Clariſſa. [l]] Orationi inſtanter vacabat, humilitatis & charitatis ſtudioſiſſima; cùm §. 10. eſſet hoſtiariæ, & Sacriſtiæ præfecta: ingenti ſpiritus feruore cæſtuabat. In ijs, quæ ſpectabant ad puritatem, & exactam ſuæ Regulæ obſeruantiam; cuius patientia emicuit in ſufferendis plagis, & alijs ærumnis; ac tandem ſuſceptis piè Eccleſiaſticis Sacramentis, Sanctam exhalauit animam ann. Chriſti 1614. apud Monaſterium de Ieſu Setubali. Ita Rodericus à Santiago in relatione Prouinciæ Algarbior. & Cardoſus ſup. hac die.

B. Helena, Prioriſſ. [m]] Floruit apud Monaſterium §. 11. Carmelitarum de *Beia.* Quò pluries licet inuita, prioriſſæ munere præclarè functa eſt: facta quippè virtutis norma, humilitatem maximè excolebat, vilioribus exercitijs prima ſemper aderat: charitate autem plena, omnibus ſuccurrebat, cunctas adiuuabat, fouebat, & fraterno amore complectebatur. Prudentia & patientia excellebat: tantaque religioſa paupertate detinebatur; vt ſemper pauperior in omnibus eſſet, ac deprehenderetur: & vicina morti, poſita in terra ſuper nudam mattam, ſancto fine, expirauerit anno 1615. De qua Scribunt Ludouicus à Mertula Tract. vitæ eius, Caſtella in Chronica Ordin. Carmelitar. Cardoſus ſup. hac die.

Commemoratio S. Antonina, &c. [n]] Hæc notiſ- §. 12. ſima eſt: quæ etiam ſi extremo agone decertans, cum anteſignana SS. Vrſula, & ſocijs alio die triumphauerit: peculiarem tamen recordationis cultum, hac die, ex ſuſceptis, ad eius inuocationem beneficijs, ſortita eſt: iuxta Petrum Caniſium, in ſuo Martyrologio: Ferrarium in Catalogo generali Sanctor.

rali sanctor. & Saussayum in Supplemento Martyrologij Gallicani ead. die.

§.13. *Veneratio S. Abundantiæ Matrona.* [o]] Ex Tabulis Ecclesiæ Spoletanæ, hac die, & Ferrario sup. item in Additis ad nouam Topographiam Martyrologij Romani verb. *Spoletum*. ead. die: celebratur ipsius, quandoquidem die 26. Decemb. quo natalis eius occurrit, propter festiuitas incidentia festa nequiuit celebrari, (vti suo loco, inferius dicetur) nunc de ea translata solemniter agitur. Verùm, cùm ex Vincentio Beluacensi. lib 12. speculi Historial. cap. 54. Petro de Natalib. lib. 1. Catalogi SS. cap. 88. & ex Actis S. Gregorij, Spoletani Presbyteri & Martyris, apud Surium 24. Decembr. legatur quædam Matrona, nomine, *Abundantia*, funus illius S. Gregorij curasse, & sacrum corpus eius sepelisse: manifestum est; ipsam B. *Abundantiam*, aliam esse ab illa, Virgine S. *Abundantia*, cuius superius, hac die, meminimus: quæ floruisse dicitur, sub Carolo Magno Imperat. cùm Præfatus S. Gregorius passus sit in persecutione Diocletiani & Maximiani Imperator. circa ann. 290.

Susceptio Reliquiar. S. Iulianæ, Virg. [p]] De huiusmodi susceptione Sacrarum Reliquiar. vnà cùm S Goslini, Abbatis & Confessoris; nec non aliorum SS. pretiosis exuuijs, scribunt Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die. §.14.

TERTIO DECIMO CALENDAS FEBRVARII.

IN Territorio Turonensi, Natalis Sanctæ [a] Pappulæ, Virginis: quæ ementito sexu, vitam virtutibus plenam, incognita duxit, & post obitum miraculis claruit. Cremonæ, Beatæ [b] Ioannæ, Virginis Ordinis Seruitarum, miraculis gloriosæ. Apud Trinum Montisferrati oppidum, Beatæ [c] Magdalenæ, Virginis, Tertiariæ Dominicanæ; Diuinis fauoribus, ob vitæ puritatem, cumulatæ. Vlyssipone, Beatæ [d] Agnetis à Deo, Virginis Clarissæ: primæ Abbatissæ Monasterij Deiparæ, de Spe; quæ incomparabili humilitate, patientia, atque charitate eluxit. Villæ-Longæ, in Territorio Vlyssiponensi, Beatæ [e] Isabellæ à Matre Dei, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ: eximia perfectione, & meritorum copia celebris. In vrbe Albensi, Beatarum Annæ [f] à Conceptione, & Mariæ à Christo, Sanctimonialium Ordinis Prædicatorum; quæ multarum prærogatiua virtutum floruerunt. In Anglia, Memoria Sanctæ Elfidæ [g] Virginis Benedictinæ, Abbatissæ Ramesiensis; dotibus Angelicæ Conuersationis, signisque sanctitatis nobilis.

IANVARII XX.

§.1. SAncta Pappula, Virgin. [a]] Nuncupatur *Pappola*, vel *Pappula*: cuius præclarum encomium paucis perstringit S. Gregorius Turonensis, de Gloria Confessor. cap. 16. hisce verbis. *Fuit & B. Pappula, valdè religiosa: quæ cùm sæpius à parentibus flagitaret se, in Monasterio locari puellarum, eo quòd in domo parentum, curis sæculi impedientibus, Deo seruire non posset; & illi, præ amore, nollent eam à se separari. Totondit comam capitis sui, indutaque virili habitu, Turonicam Diœcesim adiens, in congregationem se contulit Monachorum: ibique in ieiunijs, orationibusque degens, virtutibus deinceps multis enituit. Erat enim vir inter viros; nec vlli erat cognitus sexus eius. Parentes autem requirentes eam, nunquam reperire potuerunt. Interim, Abbate Monasterij, ad quod venerat, defuncto, Monachi, propter virtutes assiduas, hanc eligunt, ignorantes sexum; quod illa totis viribus renuit. Triginta autem annos in Monasterio fuit; à nullo agnita, quid esset. Antè tertium autem diem, quàm ab hoc mundo migraret, id Monachis patefecit: & sic defuncta, ab alijs mulieribus abluta, sepulta est: multis se deinceps virtutibus manifestans, se esse ancillam Dei. Nam & frigoriticis, & alijs morbis oppressi, sæpè ad eius tumulum, sanitati redduntur.* Hæc ille: quem sequuntur Gononus, in Appendice ad vitas Patrum Occidentis in ea.

§.2. *B. Ioanna, Virgin.* [b]] Apud Cremonam, in Insubria, anno Christi 1351, Ordinem Seruitarum B. Mariæ Virginis professa, extremum naturæ debitum soluit; celebris miraculorum gloria, virtutumque omnium fulgore ornatissima; quæ etiam Virginis amictum gestauit, ac vitæ suæ finem præsciuit, & quindecim dies dumtaxat, Christi corpus in cibum, & sanguinem in potum sumpsit. Atque à multis in coniugium expetita, recusauit, Virginitatemque integerrimam, ad vsque vitæ exitum seruauit; vt sui temporis virginum exemplar iure meritò possit appellari. Teste Bzouio, Tom. 14. Annal. Ecclef. ad an. Christi 1351. §. 23. ex Chronic. Ordin. Seruitar.

B. Magdalena, Virgin. [c]] A pueritia Virginitatem suam Deo consecrauit, habitumque tertij Ordinis S. Dominici suscipiens; tales in rebus spiritualibus progressus fecit, & Christo sponso sic placuit; vt ab eo, dono miraculorum copiosè exornata sit in vita, & post obitum, diem præterea suæ mortis præsciuit, sanctissimèque quinquagenaria obdormiuit in Domino; sepulta in Ecclesia S. Catharinæ Virginis & Martyris Conuentus Fratrum Prædicator. apud Trinum. Florebat ann. 1460. iuxta Seraphinum Razzium, part. 1. de vitis SS. ac BB. Ordinis Dominican. in ea, Ioannem à Sancta Maria part. 2. lib. 1. Ibid. §.3.

B. Agnetis, Virgin. [d]] Ingentibus fauoribus à Deo præuenta fuit; in qua non minùs resplenduit Monasticus rigor, regularisque disciplina, quàm alia quæuis ardua virtus. Ea de causa, ex Monasterio Clarissarum, apud *Funchal*, insulæ Lignorum, §.4.

ceu Maderæ, anno Christi 1536. assumpta est, vnà cum B. Anna à *Conceptione*, (de qua 24. April.) atque Vlyssiponem simul deductæ; vt Monasterium Sanctissimæ Deiparæ *de Spe*, ibidem extructum, optimis moribus, religiosis ritibus, atque ceremonijs imbuerent; aduentantesque ad ipsum iuuenculas in omni pietate, honestate, atque morum compositione instruerent. Quare illarum auspicijs, tot virtutum emicantium radios edidit hæc sacra ædes, vt plures Virgines Deo sacras, sibi charissimas pepererit. Porro, ob præclaras ipsius B. Agnetis dotes, cæteræ sororea, eam sibi in Abbatissam primam elegerunt: quo in munere, ardentissima charitate, pietate, patientia, humilitate, prudentia, & dexteritate, sic excelluit, quòd ea, quæ iubebat (etsi alioqui rudia & difficilia) leuia omninò & suauia alijs videbantur. Ea autem defuncta ann. 1553. funus eius cornauit Angelus, in forma speciosi iuuenis: & terra sepulchri eius piè sumpta, ægris sanitatem largiebatur. Ita MSS. Monimenta huiusce loci. Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud, Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Præfato Monasterio *de Spe*, quod est 2. Prouinciæ Portugall. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 60. Ludouicus ab Angelis in Horto Portugall. §. 159. Cardosus in Agiologio Lusitano, hac die, & Commentario ad ipsum.

§. 5. *B. Isabellæ.*[e]] Ea Monasterio de Rosa, ablegata est cum alijs, vt Villæ longæ, Monasterio nouo initium daret Tertiariarum Franciscanar. in qua Vicariæ, & Magistræ nouitiarum munus exercenit. Verè Pœnitentiæ speculum se præbuit: in qua, abstinentia, humilitas, & silentium simul tanquam in natiuo loco assidebant. Cilicium iugiter deferebat ad carnem, in pane & aqua ieiunia easoluebat: orationem valdè frequentabat: in qua pluribus dignata est fauoribus cœlestibus, moriens, an. 1574. super cuius sepulturam exorta sunt lilia alba suauecolentia (vti iamdiu illi reuelatum fuerat) in testimonium suæ Angelicæ puritatis; & inculpatæ vitæ: vide Cardosum sup. hac die, ex MSS. Monimentis.

BB. Annæ, &c. Virgin.[f]] Hæ duæ insignes §. 6.
Christi sponsæ, Patriarchæ S. Dominici virtutea æmulatæ; vitam in continuis, ieiunijs, abstinentijs cilicijs, & disciplinis, multisque mortificationibus, duxerunt; sese iugiter exercentes in profundæ humilitatis actibus, perpetuisque ad cœlestia aspirationibus, rerum autem caducarum despicientia; in oratione feruidæ, donis cœlestibus fruebantur: visionibus, ac reuelationibus: quibus multa prædixerunt euentura. Porro, ambæ fœliciter migrarunt in cœlum, hac die, licet non eodem anno, prior quidem obijt anno 1590. altera vero an. 1600. vti scribunt, Ludouicus à Sousa part. 3. Chronic. Ordin. Prædicator. Portugall. lib. 2. cap. 17. Episcopus Monopolitanus part. 5. lib. 2. cap. 41. Petrus Martyr. in Diætario Virginal. pag. 171. Cardosus sup. hac die & Ioannes à Sancta Maria, part. 2. lib. 2. vitar. SS. Ordin. Prædicat.

S. Elfidæ, Virg. Abbatiss.[g]] Ita Ferrarius in Ca- §. 7.
talogo Sanctor. hac die, ex Martyrologio Anglicano, & Tabulis Monasterij Ramesieni. quod intelligendum venit, de aliqua eius Translatione, vel Commemoratione: nam dies natalis ipsius colitur 29. Octobr. vt inferius, suo loco, dicetur. Vocatur autem B. *Elfida*, seu *Elfleda*.

DVODECIMO CALENDAS FEBRVARII.

ROMÆ, Passio Sanctæ[a] Agnetis Virginis & Martyris: quæ sub præfecto Vrbis Symphronio, ignibus iniecta, sed ijs per orationem extinctis, gladiò percussa est: cuius gloriosi agonis trophæa, & clara palmæ Virginalis decora, Sancti Patres, atque Ecclesiæ Doctores, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus & Gregorius, summis laudibus celebrant. Salsiniæ propè Namurcum, Beatæ[b] Agnetis Cornelienfis, Virginis Cistertiensis: quæ ad summum sanctitatis apicem perueniens, post multos exantlatos labores, ad requiem vocata est supernam. Assisij in Vmbria, Beatæ[c] Christianæ, Virginis, Sanctæ Claræ Virginis Sociæ; quam in perfectione Euangelica, & vitæ sanctitate ad amussim est imitata. Santareni, in territorio Vlyssiponensi, Beatæ[d] Isabellæ ab Assumptione, Clarissæ Abbatissæ: cuius mors pretiosa fuit in conspectu Domini. In Archidona Prouinciæ Carthaginensis Hispanicæ oppido, Beatæ[e] Agnetis de Quesada, Virginis, Ordinis Minimorum: quæ genere, & virtutum exercitio illustris, continuisque Pœnitentiæ attrita operibus, magno cum fœnore, ad coronam iustitiæ læta cucurrit. Beiræ in territorio Guardiensi, Beatæ[f] Mariæ à Visitatione, Tertiariæ Franciscanæ, Virginis: quæ abstinentia, ieiunio, cilicioque cum humilitate maxima, & oratine continua, vitam transegit. Hierosolymis, Sanctæ[g] Melaniæ senioris, Matronæ Romanæ, genere, sapientia, & virtutibus celebertimæ. Apud Estreiam Cantiæ Monasterium in Anglia, Sanctæ[h] Ermenburgæ, Reginæ, viduæ, Abbatissæ Benedictinæ; vitæ sanctitate insignis. Venetijs, Beatæ[i] Luciæ, Venetæ, ex tertio Ordine Sancti Francisci Religiosæ fœminæ: quæ prosapiæ nobilitate, virtutum meritis, signisque admirandis emicuit.

IANVARII XXI.

§. 1. SAnctæ Agnetis, Virgin. Martyr. [a]] Mirum, quot præclaris laudum Encomijs hanc Christi pugilem, quique Sancti Patres attollunt; tum soluta oratione, tum carminum decantatione. S. Ambrosius sermon. de Virginib. item lib. 1. Officior. cap. 41. & lib. 4. Epistol. 34. D. Augustinus sermon. 105. de diuersis. B. Hieronymus Epistol. 8. ad Demetriadem. S. Gregorius Magnus homel. 11. & 12. B. Damasus Papa in Epigrammat. Prudentius in Hymnis. Fortunatus, in vita S. Martini ex Seuero. Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum hac die. Baronius ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Ecclef. ann. Christi 304. Vincentius Beluacens. lib. 17. specul. Historial. cap. 29. & seq. Petrus de Natalib. lib. 2. Catalog. Sanctor. cap. 57. D. Antoninus part. 1. Chronic. titul. 8 cap. 1. §. 39. Bergomas de claris mulierib. cap. 96. & lib. 8. supplementi chronicar. ad ano. Christi 305. Baptista Mantuanus in sacris diebus. Myræus. in Fastis Belgic. Molanus in Annotation. ad Vsuard. Trugillus Tom. 1. Thesauri concionator. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. Roma. Saussayus in Martyrologio Gallicano. Bachotus in Fastis Christianis. Surius, Lippelous, Foderetus, de Voragine, Haræus, Gazetus, Renatus Benedictus, Doubletus, Ribadeneira, &c. hac die, in vita eius Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Regione 12. Ecclesia 7. Alphanus. Salernitanus Primus Archiepiscopus. Schedel Sexta mundi ætate fol. 124.

§. 2. B. Agnetis Cornel. Virgin. [b]] Soror maior nato extitit B. Iulianæ Corneliensis: quæ à pueritia monialib. Cisterciensib. educanda traditur, & crescens in laudabili vitæ simplicitate, creuit & magna corporis & animæ sanctitate: sicque post multa admirandæ pietatis testimonia, hac ipsa die, sancto fine quieuit: prout testantur, Henriquez in Lilio Cisterciensi lib. 1. distinct. 3. cap. 1. & 2. item. in Menologio eiusd. Ordin. hac die. Saussayus sup. ead. die. Manriquez Tom. 3. Annal. Cisterciens. ad ann. Christi 1196. cap. 2. §. 2. 3. & seq. quo florebat, ex Ioanne Gilemanno, & Francisco Viuario. Hincque in sacrario Namurcensi, inter sanctos illius Prouinciæ recensetur: at Arnoldus Raissa, de ea agit 5. April. in Auctario ad natales SS. Belgij Molani.

§. 3. B. Christiana, Virgin. [c]] Nominatur etiam Christina, manens in sæculo cum S. Clara, apud Assisium, cuius erat socia: quare, ad eius imitationem, mundo abrenuntians, Seraphicum Patrem S. Franciscum adijt, apud ædem Portiunculæ commorantem; à quo religionis habitu sumpto, vnà cum ipsa S. Clara, Monasticam vitam egit; & ea demortua sic morum integritate, & Euangelica perfectione claruit, vt perpetuam suæ sanctitatis memoriam reliquerit, quam signis euidentissimis palam demonstrauit, per annos 44. quibus in Ordine vixit. Vide Martyrologium Franciscan hac die, Annotationes ad illud. Tossinianum. lib. 1. Histor. Seraphic. Marianum lib. 1. cap. 11. Marcum Vlyssiponens. part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 53. Valerium de BB. Fœminis eiusd. Ordin. lib. 2. cap. 11. Wadinghum Tom. 1. Annal. Minor. ad ano. Christi 1213. §. 66. & Tom. 2. ann. 1256. §. 20. quo obijt.

§. 4. B. Isabella, Abbatiss. [d]] Quarta extitit huiusce Monasterij S. Claræ Abbatissa, quæ cum Christo sponso integerrimè atque toto cordis affectu inseruisset; dies 40. fuit ei prænuntiata mors futura: quo interuallo, orationi & Sacramentorum frequentationi per amplius se dedit: & tantis consolationibus repleta est cœlestibus, vt lætanti animo ad æternam migrauerit fœlicitatem anno Christi 1545. iuxta Cardosum, hac die, in Agiologio Lusitano, & commentario ad illud.

§. 5. B. Agnetis, Virgin. [e]] Oriunda erat ex vrbe Granata, in Hispania, ex illustri & opulenta familia de Quesada; quæ cum pulcherrima esset, diues, & ingenio præcellens, à multisque expetita in coniugium; omnia contempsit, vltròque, nomen Ordini S. Francisci de Paula, dedit in Monasterio, apud Archidonam oppidum ann. Christi 1542. suæ ætatis 28. anno: quo statim virtutum exercitio dedita, breui tempore, totius humilitatis, paupertatis, abstinentiæ, patientiæ & charitatis specimen euasit. Humi cubabat; cilicio ferreo, & disciplinis corpus macerabat; meditationi Passionis Dominicæ iugiter addicta erat: hinc tandem, hora mortis eius proximante; dùm legeretur Euangelium. (Iuxta eius petitionem) & ventum fuisset ad ea verba: inclinato capite emisit Spiritum; ipsa genuflexa protinùs animam Deo reddidit, anno 1593. de qua copiosè scribunt; Lucas de Montoya lib. 4. Chronic. General. Ludouicus Dony-Attichius lib. 6. Histor. General. Ordin. Minimor. & Lanouius in Chronico Generali Ordin. Minimor. ad ann. 1593. & in Appendice 4. ad illud hac die.

§. 6. B. Maria, Virgin. [f]] Diem clausit extremum, anno Christi 1621. Beiræ in Monasterio S. Vincentij Ordin. Minor. Religiosa miræ abstinentiæ: carnem nusquam comedit, & quasi toto vitæ suæ tempore, iugiter ieiunium seruauit: cilicio vtebatur ad carnem quod præcingebat aspera chorda ex sparto confecta; excalceata frequentius incedens, disciplinis, alijsque mortificationibus, corpus subdens spiritui. Præ humilitate, vilioribus domus officijs, vacabat: quibus expletis, chorum adiens, orationi & contemplationi animum dabat. Feria sexta cuiuslibet hebdomadæ, sumpta corona spinea in capite, & genuflexa ante crucem, lapide pectus tundebat, flebat amarè, in memoriam Dominicæ Passionis: cuius rei gratia, processionem, illo die, in morem posuit de Cruce Christi. Mirabilis fuit eius patientia vsque ad mortem anno 1621. quo peregrinationem sanctè expleuit. De ea diffusè tractat Sperança in vita eius & Cardosus sup. hac die.

S. Melania, Senior. [g]] Dicta est senior, ad alterius iunioris, neptis suæ, (de qua inferius ad 31. Decemb.) differentiam. Cùm autem Hierosolymam iterum peruenisset, & facultates pauperibus diuisisset, intra quadraginta dies, ex hac vita migrauit (ex Palladio cap. 118. Historiæ Lausiacæ) & (vt par est credere) iam ante reconciliata S. Hieronymo, qui inibi, & peregrinationis eius socijs, & consanguineis, familiarissimè vsus esse videtur, vt ex eius ad D. Augustinum, Epistol. 79. intelligi potest. De ea complures laudatissimè scripserunt. D. Gregorius Turonens. lib. 1. Histor. Francor. cap. 36. Menologium Græcor. Metaphrastes, Surius, Ferra-

rius in Catalogu Generali Sanctorum, hac die. & in noua Topograpbia ſup. verb. *Berenice*, & *Bethleem*. Ruffinus, Theodoretus, Sozomenus, &c. in Hiſtoria Eccleſiaſtic. S. Paulinus Epiſtol. 9. 10. & 11. ad Seuerum. Item Epiſtol. 44. ad Auguſtinum, Vincentius Beluacenſ. ſup. cap. 89. Petrus de Natalib. lib. 9. ſup. cap. 94. S. Antoninus part. 2. ſup. Titul. 15. cap. 10. Roſweydus lib 2. vitar. Patrum, ſub initio vbi de Roffini & Melaniæ peregrinatione, ad calcem illius, Baronius Tom. 4. Annal. Eccleſ. ad ann. 372. 385. 392. & 393. haud benè ſentit de illa: Ad annum verò 409. §. 29. (& 419. § 114. Tom. 5.) quu ipſa in cœlum migrauit, eam ex D. Auguſtinu laudibus celebrat; ob eam ſuperius à nobis allatam rationem; ex multis confirmatam. Griſius de Clericis Regularib. ſect. 10. § 3. & 4.

§. 8. *S. Ermenburga, Regina.*[b]] Hæc Patrem habuit. Ermenredum, Regulum, Eadbaldi, Regis Cantij filium; quæ matrimonio iuncta eſt Merwaldo, Regi Merciorum, ex quu peperit tres filias, SS. *Milburgam*, *Mildredam*, & *Mirgitham* Virgines: quas ſummo ſtudio atque diligentia, in omni genere virtutum inſtituit. Imò ipſamet, ſummo ardore, marito adhuc ſuperſtite, ad Monaſticam vitam ſuſpirauit: nec prius ſanè conquieuit, quàm mariti quoque conſenſum elicuiſſet. Itaque, deſiderio potita, rediJt in Cantiam, ad fratrem (ſeu potiùs cognatum ſuum) Egbertum. Cantij Regem; propoſitoque illi ſuo reſeratu, operaad id proſequendum, ab eo poſtulat. Cuius piæ petitioni vltrò annuens, Monaſterium apud Eſtreiam Cantiæ, in SS. Martyr. Ethelberti, & Ethelredi, fratrum ſuorum, honorem conſtructum ædificauit: vbi perſanctè reliquum vitæ cum alijs 70. religioſis monialibus (quibus Abbatiſſa tandem præfuit) tranſegit. Ita Continuator Bedæ lib. 2. cap. 33. Malmeſburienſis lib. 1. de Geſtis Reg. Anglor. cap. 4. & lib. 4. de Pontificib. Anglor. §. de Epiſcopis Dorceſtrenſib. ſiue Lincolnienſ. Weſtmonaſterienſis ad an. Chriſti 654. & 676. Vincentius Beluacenſ. ſup. lib. 25. cap. 33. Harpsfeldius in Hiſtor. Eccleſ. Angliæ. ſæcul. 7. cap. 10. Wion lib. 4. Ligni vitæ, cap. 14. Menardus in Martyrolog. Benedictino, hac die, & lib 2. Obſeruation. ad illud. Eduardus Maihew Tom. 1. Trophæor. Anglie Congregation. Benedictinæ ad Natales Sanctor. ead. die.

B. Luciæ Veneta.[i]] Nobili proſapia, atque me- §. 6.
ritorum prærogatiua, inter Venetos maximè enituit, circa ann. 1355. obijtque Venetijs: cuius corpus conditum fuit, in Eccleſia S. Raphaëlis Archangeli: Glorioſa autem extitit in vita & poſt obitum, propter ingentia miracula, quæ Deus per eam operari dignatus eſt: vti habent Martyrolog. Franciſcanum hac die, Annotationes ad ipſum. Toſſinianus ſup. & Vlyſſiponenſis lib. 9. cap. 13. ſup. §. 1. Salazar. lib. 6. Prouinciæ Caſtellæ cap. 17. de Sillis in cap. 5. Regulæ Tertij Ordin. Minor. VVadinghus Tom. 4. ſup. ad ann. Chriſti 1360. §. 3.

VNDECIMO CALENDAS FEBRVARII.

APVD Berkingenſe, comitatus Eſſexiæ Monaſterium in Anglia, Sanctæ[a] Theotithgidæ, Virginis Benedictinæ: humilitate & patientia inſignis. Apud Balneenſes, in Hethruria, Beatæ[b] Ioannæ à Sancta Maria, Tertiariæ Franciſcanæ, ingenti pietate ac virtute ſpectabilis. In Geneſtano Monaſterio Beatæ[c] Sanctæ, Virginis Auguſtinianæ; rerum cœleſtium contemplatione, ac Dominicæ Paſſionis meditatione conſpicuæ. In Sicilia, Beatæ Euſtochij[d] Virginis Clariſſæ: quæ illuſtri exorta ſtirpe, tot ſanctitatis radijs emicuit, vt prima Abbatiſſa Meſſanæ electa, miraculis in vita, & poſt mortem nunc vſque fulſerit. Eboræ, Beatæ[e] Beatricis de Maris, Dominicanæ prioriſſæ, charitate, patientia, & dono lachrymarum ſublimis. Ibidem, Beatæ[f] Iſabellæ, de Carualho, Clariſſæ Abbatiſſæ, Virginis: quæ zelo Regularis obſeruantiæ, & cultus Diuini plena, orationis etiam & humilitatis amantiſſima extitit. Vlyſſipone, Beatæ[g] Hieronymæ è Regibus, eiuſdem Ordinis: quæ in Scientia Sanctorum, patientia, & ſpirituali exercitio virtutum excelluit. Romæ, Sanctæ Bleſillæ, viduæ, filiæ ſanctæ Paulæ; quæ ſingulari eruditione, proſapiæ nobilitate, & vitæ ſanctitate illuxit. In Bauaria, Memoria Beatæ[l] Theodolindæ, Longobardorum Reginæ, eximiæ Religionis, pietatis ac virtutibus.

IANVARII XXII.

§. 1. *Sancta Theorithgida, Virg.* [a]] Appellatur etiam quandoque *Thergitha*; discipula *S. Edilburga*, seu *Ethelburga*, illius Monasterij Abbatissæ: quæ cùm illic multis iam annis commorata, semper in omni humilitate ac sinceritate Deo seruire sategisset, & adiutrix disciplinæ regularis seruandæ eidem Matri fuisset: longa deindè infirmitate fatigata, primùm visionis diuinitùs sibi factæ particeps fieri meruit, qua eiusdem Sanctissimæ Matris, ex hoc mundo transitus præsagiebatur; deindè tribus annis ab obitu eiusdem S. *Edelburga*, elapsis, ab eadem pijssima matre sibi apparente, mirabiliter consolata, ac de tempore migrationis suæ ex hoc sæculo edocta, sanctissimè ad Dominum properauit circa ann. Christi 678. vti referunt Beda lib. 4. Histor. cap. 9. Harpsfeldius in Histor. Anglican. Eccles. sæcul. 7. cap. 14 Molanus in Appendice ad Viuard. VVion in Appendice ad Martyrologium Benedictin. Menardus lib. 1. Obseruation. ad idem Martyrologium hac die: & Eduardus Mathevv. Tom. 1. Trophæor. Congregation. Anglican. Benedictin. ad natales Sanctor. ead. die. At Ferrarius in Catalogo SS. Generali sub 26 Ianuar. & 24. Decembr. ex Martyrologio Anglico. & Canisio.

§. 2. *B. Ioanna, Tertiaria.* [b]] Maximarum extitit exemplar virtutum, finemque sanctitatis specimen reliquit apud Balneenses: vbi sepulta est in Abbatia eiusdem loci; quamobrem hac die, solemnitas illius pia fidelium deuotione, agitur. Eius meminerunt Martyrologium Franciscan. ead. die. Annotationes ad illud. Marcus Vlyssiponensis part. 2. Chronicar. Minor. lib. 9. cap. 23 § 1. Valerius de BB. Fœminis eiusd. Ordin. lib. 4. cap. 17. Salazar lib. 6. Chronic. Prouinciæ Castellæ. cap. 17. de Sillis & de Torrez in Regulam tertij Ordin. Minor. VVadinghus Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. Christi 360. §. 3.

†§. 3. *B. Sancta, Virgin* [c]] Vix poterat auelli à iugi meditatione & contemplatione Dominicæ passionis, Beatitudinis æternæ: ac rerum cœlestium: quo tempore, raptus & ecstases frequentes patiebatur. Florebat ann. 1470. vide, post alios, Simplicianum part. 2. Histor. Ordin. Augustinian. in vita eius.

§. 4. *B Eustochij, Virgin. Abbatiss.* [d]] Hæc Nobilissima Virgo, Catanæ in Sicilia, pijs, illustribusque parentibus nata est: cuius mater hanc vnicam filiam à Deo, summis precibus obtinuit, quam mox diuino cultui consecrauit, & in Baptismate, *Smaragdam* nuncupauit. Ab infantia, complura futuræ sanctitatis indicia prodidit: quæque Monasterium Clarissarum ingressa, magno spirituali fœnore ampliauit: vbi & relicto priori nomine, *Smaragde*; *Eustochium* voluit deinceps appellari. Disciplinis, cilicijs, ieiunijs, orationibus & contemplationibus addicta infirmis magna cum charitate & patientia ministrabat: necnon morbo contagioso laborantibus præstò adfuit. Monasticæ obseruantiæ & regularis disciplinæ zelo plena erat. Tandem in Abbatissam electa, mirum in modum eluxit; ac demùm humilitate, sanctitate, & miraculis decorata, moritur anno 1484. feria 5. hac die, sepulturam nacta in Monasterio suo Messanensi, quod est 1. Prouinciæ Siciliæ. Ita Martyrologium Franciscan. hac die, & Annotationes ad ipsum. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. Gonzaga part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in præfato Monasterio. Marcus Vlyssiponensis part. 3. sup. lib. 7. cap. 51 & seq. Tossinianus lib. 1. Histor. Seraphic. Elzearius lib. 1. Sacri Montis Oliueti, cap. 16. Valerius sup. lib. 2. cap. 36. & Iacobillus, Laura, Marianus Maurolycus, Marulus. Caietanus; Gononus, Balinghen. VVadinghus & alij citati in prædictis Annotationib.

B. Beatrix, Priorissa. [e]] Donum lachrymarum à Deo sibi collatum, varijs & extraordinarijs sociabat mortificationibus ac pœnitentijs, intensoque Martyrij desiderio; præ amore quem in Christum gerebat ardentissimum: ex quo oriebatur charitas & vera compassio erga proximum: maximè circa consorores ægrotas, quibus, etsi Priorissa, ex corde, & magna cum humilitate inseruiebat: ipsaque postea malo quodam infecta contagioso, tanta sustulit patientia, vt planè mirabilis videretur: quousque è vita excesserit, anno 1591. Ita Cardosus in Agiologio Lusitano hac die, ex Commentario ad illud, ex Ioanne Lopez part. 3. Chronic. Prædicat. lib 3. cap. 8 . & Ludouico à Sousa, lib. 3. cap. 14. Sepultaque iacet Eboræ in Monasterio S. Catharinæ Senens. eiusd. Ordin. §. 5.

B. *Isabella, Abbatiss.* [f]] Tanta cum vitæ perfe- §. 6.
ctione, cursum in religione; expleuit, vt fine appropinquante: exclamauerit, mortem ideo non timere; quòd iugiter præparasset se ad illam subeundam: quapropter suscepto Eucharistiæ Sacramento, & misericordia Domini consortata, migrauit in cœlum obuiam Christo sponso sibi amantissimo: qui vt famulæ ancillæ suo honoraret, ceram in eius exequijs notabili cum quantitate multiplicauit anno 1690. ex Cardoso sup. hac die, post MSS. Monimenta Prouinciæ Algarbior.

B Hieronyma. [g]] Regularis obseruantiæ studiosissima extitit; & orationi multum assueta, ex qua §. 7.
tanta Sacrorum mysteriorum luce perfundebatur; vt in ijs explicandis vnumquemque eruditum in Theologia superaret; ac si multos annos in quauis vniuersitate in diuinis litteris addiscendis consumpsisset. Porro in suis infirmitatibus, quas ex continuis asperrimisque pœnitentijs vltro assumptis, contraxerat, eximia prædita fuit patientia: gaudebat se tandem, morte interueniente, præmis consecuturam: quòd euenit in Monasterio de Spe, apud Vlyssiponem anno 1611, ætatis suæ anno 76. quo habitum induerat anno Christi 1555. vti constat ex MSS. Monimentis & Cardoso sup. hac die.

S. Blesilla, vidua, [h]]. Hæc Romanorum olim §. 8.
mulierum nobilissima, ac Sanctissimæ Matronæ proles, & Eustochij Virginis optima soror, clarissimæque viduitatis exemplum, anno Christi 38 . cùm indelebile ac certissimum Diuini amoris reliquisset documentum, anno ætatis suæ vigesimo, Romæ in domo materna, de tenebris migrauit ad lucem, atque (vt D. Hieronymus refert) inter fidei incipientis ardorem, & consummati operis percepit coronam. Quam sanè adhuc adolescentulam, ob nimiam sanctitatem, innocentiam, misericordiam, castitatemque, atque egregiam trium linguarum eruditionem, necnon & cæteras animi dotes, ac virtutes, meritò ipse S. Hieronymus præclaro encomio celebrat. Tom. 1. Epistolar. ad Marcellam & Eustochium 25. 26. & 116. quem sequuntur

Vincentius Beluacenſ. lib. 16. Specul. Hiſtorial. cap. 86. Bergomas de claris mulierib. cap. 122. Antonius Gallonus lib. de Virginib. Romanis in vita S. Euſtochij, Virginis, Baronius Tom. 4. Annal. Eccleſ. ad ann. Chriſti 385. & Tom. 5. ann. 418. §. 111. Surius Tom. 1. in vita eius. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & de SS. Italiæ hac die. Griſius de Clericis Regularib. ſect. 10. §. 4. Simon Martinus hac die.

§. 9. B. *Theodolinda Regin.* [5]] Fuit Garimbaldi, optimi, Chriſtianiſſimique: Bauarorum Regis filia; quæ in ſua adoleſcentia, tam exquiſiti fuit decoris, vt incredibile omnibus videretur: erat & ingenij propè Diuini, verſatiliſque, inſuper & comis, ac perhumaniſſima, & omnibus gratiſſima: quam Pater in florida ætate, Arthari Flauio, Longobardorum Regi, connubio iunxit. Quo, poſt annum mortuo, ſucceſſorem Regni, Agiluphum deſignauit, ſibique maritum delegit: quo cum maxima prudentia & iuſtitia, ac magnanimitate & pace, populos gubernauit. Quippe, quæ & in pauperes atque oppreſſos, & viribus deſtitutos, verbo & opere benignè confouebat. Omnibuſque conſuleret. Nam & ſuis efficaciſſimis adhortationibus, Regem, Regnum, & populum, totamque Longobardorum Gentem, ad fidem Chriſti amplectendam perduxit: & moribus optimis inſtruxit. Tum ipſa, pietatis, & charitatis operibus addicta, Monaſteria, & ſacras ædes, in Bauaria, Inſubria, &c. ædificauit: paci omninò ſtuduit, & virtuti ac religioni animum dedit: mira eruditione, ſapientia, & vitæ perfectione claruit: migrauit in cœlum circa ann. Chriſti 628. verè Ornamentum Baioariarum Fœminarum, inter Beatas mulieres, apud Bauaros recolitur, memoratur à Ferrario, in Catalogo Sanctor. hac die: cuius corpus aſſeruatur Modoetiæ apud Inſubres, in æde S. Ioannis Baptiſtæ, ab ea extructa. Extant ad eam aliquot Epiſtulæ S. Gregorij 1. Pap. cui & Dialogum de vitis Sanctor. dicauit. Auentinus de ea ſcribit lib. 3. Annal. Boior. Sigonius lib. 2. Regni Italiæ. Bonfinius 6. decad. 1. Æmilius lib 1. de geſtis Francor. in Clothario 2. Rege, Bergomas ſup. cap. 140. Baronius Tom. 8. Annal. Eccleſ. ad ann. Chriſti 591. 593. 604. 616 & 626. Barthulomæus Zuchinus: & Raderus. Tom. 1. Bauariæ Sanctæ in vita eius: & in Gundeberga ipſius filia. Schedel in Regiſtro mundi, ſexta ætate fol. 150.

DECIMO CALENDAS FEBRVARII.

ROMÆ, Sanctæ [a] Emerentianæ, Virginis & Martyris: quæ adhuc catechumena, dùm oraret ad ſepulchrum Sanctæ Agnetis, cuius fuerat collactanea, à furentibus Gentilibus lapidata eſt. Item Romæ in Æde Sancti Syluestri, Commemoratio Sanctæ Cortiliæ, [b] Virginis & Martyris. Cæſareæ in Mauritania, Sanctæ Aquilæ, [c] vxoris Beati Seueriani, quæ ſimul cum eo igne cremata eſt. Apud Firandum, in inſula Regum, Iapponiæ: Paſſio Beatæ [d] Vrſulæ, quæ vnà cum viro ſuo Gaſpare, & filio Ioanne, capite truncata, euolauit ad aſtra. Wercinij in Territorio Morinenſi, Sanctæ [e] Merentiæ, Virginis: Angelicæ conuerſationis gratia ſublimis. Ruſſij in Territorio Rauennatum, Beatæ [f] Margaritæ, Virginis; è cuius corpore ſacro, ſudor emanat morbis eurandis opportunus. Apud vrbem Portuenſem in Luſitania, Beatæ [g] Franciſcæ de Ieſu, Virginis Clariſſæ: humilitate, abſtinentia, & religione inſignis. Viannæ in Territorio Braccarenſi, Beatæ Mariæ, [h] ab Annuntiatione, Hieronymitæ; quæ paupertate, ſilentio, & continua oratione exornata, ſancto fine quieuit. Meſſanæ in Sicilia, Beatæ [i] Mariæ Pharonis, Virginis Ordinis Minimorum; quæ nobilitatem generis ſummis virtutibus decorauit. Fulginij in Vmbria, Beatæ, [l] Ioannæ Fulginatis, Virginis Clariſſæ pietate ac Religionis zelo ſpectabilis. Ancyræ in Galatia, Depoſitio Beatæ Sophiæ: [m] viduæ, Matris Sancti Clementis, eiuſdem vrbis Epiſcopi & Martyris. Treuiris, veneratio Sanctæ [n] Irminæ, Virginis Bedictinæ, Abbatiſſæ Horreenſis.

IANVARII XXIII.

§. 1. SAncta Emerentiana, Virgin. Martyr. [a]] Acta Passionis eius narrantur apud D. Ambrosium, lib. 4. Epistol. 34. edition. Roman. De ipsa, hac die, Beda, Vsuardus, Ado. Martyrologium Romanum. Baronius ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 304. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Roma*, & de SS. Italiæ. Vincentius Beluacens. lib. 17. Specul. Historial. cap. 52. D. Antoninus part. 1. Chronic. titul. 8. cap. 1. § 39. Bergomas de Claris mulierib. cap. 97. Petrus de Natalib. lib. 3. Catalog. Sanctor. cap. 13. Gazetus, Doubletus, Haræus &c. hac die. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regions 2. Ecclesia 48. & 61. Gallouius de Virginibus Roman.

§. 2. *S. Cornilia, Virg. Martyr.* [b]] Ex Tabulis illius Ecclesiæ, & Ferrario in Catalogo Generali Sanctor. hac die, & sequenti.

§. 3. *S. Aquila, Martyr.* [c]] Agunt de ea, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman, hac die, Baronius ibid. in notis. Petrus de Natalib. sup. cap. 26. Ferrarius sup. verb. *Mauritania*, ex Marrylico.

§. 4. *B. Vrsula, Martyr.* [d]] His in partibus imperante Daysu Tyranno, Idololatra. & persecutionem mouente in Christianos; B. Vrsula, cum viro ac filio, capta, post grauia perpessa, capite plexa est an. 1610. cuius meminerunt Iacynthus Orfanel in Histor. Eccles. cap. 5. & Cardim. in Catalogo ad an. 1610. pag. 8. Cardosus in Agiologio Lusitano hac die, & Commentario ad illud ex alijs.

§. 5. *S. Merentia, Virgin.* [e]] Tradunt hanc nobilem Virginem vulgò *Saincte Merence*. Anglia Verokinium, ceu Wercinium venisse, ancillari habito, gratiosam in paucis, morum quadam suauitate amabilem, omnium se deuouentem obsequijs, Patriam, gentem, stemma nobile, omni studio occulebat, quo suorum consanguineorum fugeret oculos, & maximè procorum frequentiam. Admittitur itaque in familiam Dinastæ Wercinienſis, cui magna sedulitate inseruit; precibus furtiuis, & orationi incendebat, Ecclesiam sæpius visitabat: tanta pietate ferebatur in pauperes, vt propterea accusata venerit hero, in suspicionem nimiæ in egenos munificentiæ; deprehenditque illam ferentem panes, sed expansa veste, apparent rosæ. Terram sterilem, paruo tempore à se aratam, reddit fertilem, quam dat suo Pastori; in extructo tugurio, illic sanctè viuens, deprehenditur cœlesti flamma, ab Episcopo Morinensi: vbi cursu vitæ Angelicæ expleto, migrauit in cœlum: sepulturam nacta, in Wercinensi æde, cuius natale, hac die, colitur. Ita Malbrancque Tom. 2. de Morinis lib. 5. cap. 58. ad ann. 828. ex MSS. Monimentis.

§. 6. *B. Margarita, Virgin.* [f]] Vitæ innocentia, mira patientia, misericordia & benignitate quàm maxima, prophetiæ & miraculorum dono admodùm excelluit: cuius egregia facta enarrant Seraphinus Firmanus in vita eius. Hieronymus Rubeus lib. 8. Histor. Rauennat. Surius Tom. 1. Mosander Tom. 7. Ferrarius in Catalog. General Sanctor. & in noua Topographia sup. verb. *Rauenna*. Rayssa. In Auctario ad natalea SS. Belgij Molani sub 19. Nouemb. migrauit ad cœlestem patriam annos nata sexaginta tres, Christi verò anno 1505. Grisius de Clericis Regularibus sect. 16. §. 9. fundatrix congregationis *Boni Iesu*. Bosius Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 23. & Tom. 2. lib. 15. cap. 5.

§. 7. *B. Francisca, Virg.* [g]] Vt habitum Religiosum S. Claræ induit anno suæ ætatis 20. ita studuit Christo sponso placere; vt omni perfectioni operam dederit. Nam orationi vacabat: magnam anni partem consumebat in ieiunia, quo pane solo & aqua se reficiebat: silentium adamabat, humilitatem sectabatur, varijsque pœnitentijs & mortificationibus corpus edomabat: sicque meritis opima, mundo valedixit anno 1580. Hæc Cardosus sup. hac die, ex relatione Emanuelia àspe &c.

§. 8. *B. Maria, Hieronymit.* [h]] Ob ingentem virtutum splendorem famosa euasit in Monasterio Vianæ de Alenteio, Ordinis Sanctimonialium Hieronymitar. quippe quæ eximia pœnitentia, paupertate, silentio, humilitate, continua oratione, ac deuotione maxima pollebat erga Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, ante cuius conspectum dies, noctesque stabat in contemplatione: moritur denique ann. 1580. de qua vide Cardosum sup. hac die ex MSS. Monimentis.

§. 9. *B. Mariæ Pharonis, Virgin.* [i]] Nobili apud Messanam Siciliæ vrbem, exorta prosapia, iugum Domini portauit ab adolescentia sua in Ordine S. Francisci de Paula: humilitatem, obedientiam, ac pietatem summè adamauit: ieiunijs & disciplinis corpus suum castigans; hac die, sanctissimè Spiritum exhalauit, anno Christi 1604. ita Caietanus in Idea Sanctor. Siciliæ. Ludouicus Dony-Attichius lib. 6. Histor. General. Ordin. Minimor. Lanouius, in Chronico Generali eiusd. Ordin. ann. 1604. & in Appendice 4. ad illud.

§. 10. *B. Ioanna, Virgin.* [l]] Patria Fulginas erat, dotata spiritu orationi assiduæ, in qua diu noctuque perseuerans, Diuinis irrigabatur charismatibus; ac tandem, hac die, cœlestia gaudia petiuit anno 1614. iuxta Iacobillum de Sanctis Fulginatib. in B. Margarita *Dominici*, 13. Iunij Martyrologium Franciscanum, eadem die, & Annotationes ad illud.

§. 11. *B. Sophia, vidua.* [m]] Florebat circa ann. 230. ex vtroque parente (nobili ac fideli progenita; Matrimonio autem iuncta est viro quidem nobili, sed gentili: ex quo S. Clementem, postea Ancyranum Episcopum & Martyrem produxit. Ea itaque, cùm animi magnitudine, maritum superaret, hoc maiori studio contenderet; vt si qua ratione, posset eum deducere ad veram pietatem: sed in cassum. Quare, eo demortuo. spem & animum conuertit ad filium; cui tantam dabat operam, tamque diligenter attendebat, vt ei esset omnia. Moritura autem, verbis eum dulcissimis hortabatur, ad constantiam fidei & religionis, necnon & Martyrij subeundi pro Christo: prædicens illi Martyrem esse futurum. Sic ergò eum amplectens, & quàm suauissimè disserens, verè beata quiete requieuit: cùm spiritum quidem Deo, corpus autem dulcissimis filij manibus commendasset. Ille autem, vt qui in beneuolam matrem fuisset semper pius filius, illud quidem sepeliuit splendidè & magnificè Hæc Acta ipsius S. Clementis Episcopi & Martyris Ancyrani. Apud Metaphrastem, Surium, Renatum Benedictum, & alios, hac die.

§. 12. *Veneratio. S. Irmina, Virgin.* [n]] Quandoque etiam *Termina* nuncupatur. De ea scribunt Petrus Regor-

dus in Historia Monasterior. Canisius in suo Martyrologio. & Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die; forsitan, ob eius memoriam particularem, vel aliquam Translationem: natalis quippe ipsius die vigesima quarta Decembris colitur.

NONO CALENDAS FEBRVARII.

ANTIOCHIÆ, Sanctæ [a] Theodulæ, viduæ, Martyris; sub Decio Imperatore. In Iapponia, & Curia de Yendo, Passio, Beatorum Martyrum Sabinæ [b] cum Ioanne, viro suo; Claræ cum consorte Francisco; itemque Magdalenæ, cum Ioanne Marito, ac filio; necnon Monicæ & Luciæ; qui omnes diuino amore accensi; & cruci affixi, euolarunt in cœlum. In Germania, Beatæ [c] Claræ, Virginis: castimoniæ, paupertatis, & humilitatis cultu insignis. Villæ-nouæ ad portum Marinum Diœcesis Algarbiensis, Beatæ [d] Annæ à Conceptione, Dominicanæ; quæ in maxima Pœnitentia, & continua Redemptionis nostræ recordatione Mysteriorum sese exercuit. Ferrariæ, Beatæ [e] Eustochij Virginis eiusdem Ordinis; virtute patientiæ, & fide in Christum Dominum memorabilis. Illescis in Hispania, Beatæ [f] Agnetis à Conceptione, Virginis Clarissæ, quæ & reuelationibus Diuinis, & singulari vitæ perfectione, cùm esset prima Abbatissa Monasterij Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis, à Domino exornata, sancto fine quieuit. Hispali, Beatæ [g] Mariæ à Christo, Dominicanæ; genere, paupertate, obedientia, & humilitate conspicuæ. Amaranti, in Diœcesi Bracarensi, Beatæ [h] Antoniæ, Clarissæ: vitæ austeritate, silentio, & charitate celebris. Tentugalli, in Territorio Conimbricensi, Beatæ [i] Mariæ à Conceptione, Priorissæ Carmelitanæ; quæ admirandis virtutibus floruit. In Africa, Sanctæ [l] Gallæ, eximiæ nobilis fœminæ: quam Sanctus Augustinus laudibus celebrat. Bennarij in Pedemontano principatu, Beatæ [m] Paulæ Gambaræ, eiusdem loci Comitissæ; quæ Tertiariarum Sancti Patris Francisci sumpto habitu, vita & miraculis extitit illustrissima. Gandaui in Flandria, Commemoratio [n] Sanctæ Rosæ.

IANVARII XXIV.

§. 1. *Sancta Theodula, vidua, Martyr.* [a]] Hæc à Sancto Babyla, Antiocheno Episcopo, vnà cum tribus filijs, conuersa ad Christum; eos omnes simul comprehendi iussit Decius Imperator, qui dum omnes Christum confiterentur, primò quidem Theodulam, alapis cæsam, tormentis filiorum adhibendis adesse compulit, vt grauius ipsa mente, quàm illi corpore, torqueretur. Quibus tandem Martyrio coronatis; eorum corpora Sancta Mater sepeliuit hac die, anno Christi 253. ita Vincentius Beluacens. lib. 11. specul. Historial. cap. 122. & 123. Petrus de Natalib. lib. 3. Catalog. Sanctor. cap. 18. & alij.

§. 2. *BB: Sabina, &c. Martyr.* [b]] Sic patienter ac gloriosè passi sunt omnes pro Christo, vt Gentiles in admirationem inducerentur: improperium Christi, inuicti Martyres, ac crucis ignominiam, constanter fortiterque portantes ann. 1630. vti referunt Matthias de Sousa in compendio Christianitat. Iappon. pag. 38. Cardim. in Catalogo Martyr. pag. 58. Cardosus in Agiologio Lusitano hac die & commentario ad illud.

§. 3. *B. Clara, Virgin.* [c]] Illa est, de qua scribit Ioannes Nyder, lib. 2. Formicarij, cap. 10. vt testis oculatus; quam ipse optimè nouerat; in cuius manibus votum, (quo Virginitatem suam Christo dicabat) emisit. Hæc itaque B. Clara, re, nomine, & opere; iunior existens, & decora toto corpore, in pago rurali manere solebat, vitam castam Deo deuotè ducens: sed quia nobilis erat, & rebus paupercula, quidam illius Territorij Dominus, huic tyrannicè moliri non destitit insidias, quibus Virginitatem eius deprædaretur. Sed ipsa Virgo, animo accensa, castitatis zelo, fortiter atque iugiter pro custodia integritatis suæ certans, victoriam tandem reportauit. Exindèque egrediens, virginibus multis quas dietim, semine castorum verborum gignit, postea mater euasit, & consiliatrix, Deo totaliter inseruiens; &c. circa aon. 1410.

B. Anna, Virg. Dominicana. [d]] Vixit in Monasterio Corporis Christi apud Villam nouam de Porto, fuit ex antiquioribus illis religiosis ab anno 1400. creentis disciplinis corpus suum domabat, in memoriam sacrorum mysteriorum Dominicæ Passionis, cilicio aspero vtebatur ad carnem: pane & aqua, ieiunia plurima exoluebat; somni parcissima erat, & hoc humi, Vel super asseres decubans; orationi instanter vacabat; quo vsque ad cœlum vocata est, hac die. Iuxta Cardosum sup. ex Ioanne Lopez 1. part. Chronic. Ordin. Prædicat. lib. 6. cap. 6. & Ludouico à Sousa ibid. part. 5. lib. 2. cap. 56. §. 4.

§. 5. *B. Eustochij, Virgin.* [e]] Longa detenta infirmitate, patientia & pietate tunc admodùm enituit: quo tempore, & Virginis Deiparæ, & pueri Iesu, visione dignata, mirabiliter confortata est in Domino; & valedicens sæculo, cœlestia petiuit, hac die anno 1508. Tumulata in suo Monasterio S Catharinæ Senens. Ferrariæ. Teste Seraphino Razzio part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordin. Prædicator. & Bosio Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 23.

§. 6. *B. Agnetis, Virgin.* [f]] Discipula & imitatria B. Ioannæ à *Cruce*, Virginis, in Monasterio Tertiariarum, S. Mariæ de Cruce, quingentis passibus à Pago *Cuba*, Toletanæ Diœcesis, sito. Quæ ob egregias animi sui virtutes, & mandato superiorum, indè extracta, cum duabus alijs religiosissimis monialibus, conducta est in nouum Monasterium Illesci immaculatæ Conceptioni Dei Matri Sacratum, fundatum ab Eminentissimo Patre, Francisco Ximenio, Toletano Archiepiscopo, S. R. E. Cardinali anno Christi 1517. ipsius B. Agnetis cunsanguineo. Huius itaque loci prima Abbatissa electa, mira perfectione, & Monasticæ obseruantiæ zelo, Virgines rexit, ac gubernauit, illicque Sanctissimè obijt, maxima deinceps in veneratione habita: vti habent. Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud; Gonzaga 3. part. Origin. Seraphic. Religion. In Præfato Monasterio Illesci, quod est 15. Prouinc. Castellæ, Salazar lib. 7. Chronic. eiusd. Prouinc. cap. 14. Valerius de Sanctis Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 28.

§. 7. *B. Mariæ, à Christo.* [g]] Monasterij S. Mariæ de Gratia, fuit alumna, patria Lusitana: quæ illustri stirpe exorta, nobilior extitit religione ac virtute; paupertatis amantissima erat: tanta humilitate prædita, vt pedibus omnium se subijceret, nec nisi de aliarum consororum reliquijs, aut se indueret, aut seipsam cibaret: orationem summè excolebat; prælatisque prompto ac læto animo obediebat. Graui postea infirmitate, per 4. annos oppressa, miræ patientiæ exemplar præstitit: ac tandem in Domino obdormiuit: anno 1600. cùm esset septuagenaria. Ita Lopez sup. part. 4 lib. 1. cap. 48. Petrus Caluus in Lachrymis iustor. Cardosus sup. hac die & alij, Ioannes à Sancta Maria part. 2. lib. 2. vitar. SS. Ordin. Prædicat.

B. Antoniæ. [h]] Silentij quidem studiosa erat, sed §. 8.
magnæ charitatis plena, summæ abstinentiæ virtute pollebat, nec quicquam sumebat, nisi aliqua amaritudine, conditum esset, vt ita gustum sopiret, frequenter ieiunabat: & quandoque tres vel quatuor oil comedebat: otium fugiebat: oratione se sustentabat, pia & benigna in omnes floruit hocce vltimo sæculo; vti scribunt Gaspar Aluez Lousada lib. 2. Antiquitat. fol. 149. Emanuel à Speranza. in Chronica Portugall. Cardosus sup. hac die.

B. Mariæ, Priorissa. [i]] Multùm excelluit, pru- §. 9.
dentia, vigilantia, abstinentia, oratione. & alijs quampluribus heroicis virtutibus: quibus exornata, cucurrit ad sponsum anno 1605. qua de re vide Cardosum sup. hac die, post P. Mertolam in chronicis & Antiquitatib. sui Ordinis Carmelit.

S. Gallæ. [l]] Hanc meritò laudat S. Augustinus, §. 10.
præclaro Encomio, Epistol. 103. Illiusque meminit Baronius in notis ad Martyrologium Romanum 5. Octobr. & Tom. 6. Annal. Eccles. ad ann. 504. §. 62, quo claruit.

B. Paulæ. [m]] Patria Brixensis erat, Bennarij
Comitissa, anno Christi 1545. Tertiaria Francisca- §. 11.
na: quæ cùm viuens omni virtutum genere floreret: plurimis post obitum, miraculis claruit, ita Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud. Gonzaga part. 2. sup. in Conuentu S. Francisci Bennarij, qui est 26. Prouinciæ Genuensis vbi requiescit.

Commemoratio S. Rosæ, Virgin. [n]] Huius vene- §. 12.
rabile corpus Romano è Sacrario, adiectum, Gandaui repositum est, cum plerisque aliorum cœlitum venerandis exuuijs, in Collegij Societatis Iesu Ecclesia; teste Saussayo in Appendice ad Martyrologium Gallicanum.

OCTAVO CALENDAS FEBRVARII.

APVD Monasterium de Castris, non longè ab Ebora in Lusitania, Beatæ [a] Ioannæ Ferreiris, Virginis & Martyris, Ordinis Cistertiensis, pro pietate, ac iustitia vsque ad Mortem agonizantis. Mylassæ in Caria, Asiæ Minoris insulæ, Sanctæ [b] Eusebiæ, Virginis: quæ Hospita, vel externa dicta, humilitatis, pietatis, ac patientiæ specimen dedit. Abulæ in Hispania Tarraconensi, Sanctæ [c] Paulæ Virginis, cognomento Barbatæ: castimonia & religione insignis. Lugduni, Beatæ Didæ, [d] Abbatissæ, Parthenonæ Sancti Petri Apostoli; quæ cœlestem in terris vitam gerens, Christo sponso meruit sociari in cœlis. Apud Siehinense Brabantiæ Monasterium, Sanctæ [e] Hasechæ, Virginis. In Germania Depositio, Beatæ [f] Catharinæ, Cistertiensis Ordinis; crebris reuelationibus, & miraculorum gratia gloriosæ. Assisij in Vmbria, Beatæ [g] Beatricis, Virginis, Sanctæ Claræ sororis; quæ vitam in ieiunijs, & obsecrationibus agens, sanctissimè Spiritum Deo reddidit. Gratianopoli, Beatæ [h] Ioannæ Bellæ, Virginis, Clarissæ: quæ inibi prima Abbatissa, signis & virtutibus illuxit. Ferrariæ, Beatæ Cæciliæ, [i] Virginis Dominicanę: miro animi candore, patientia, & simplicitate, atque innocentia vitę, exornatę. In Figueitò, Diœcesis Conimbricensis, Beatę Antonię [l] à Trinitate, Clarissę: dono orationis ac meditationis, & humilitatis

conſpicuę. Vlyſſipone, Beatę [m] Archangelę à Sancto Michaele, Carmelitanę, Virginis; puritate & obedientia ſpectabilis. Villę-Comitis in Territorio Braccarenſi, Beatę [n] Antonię ab Aſſumptione, Clariſſę, dono lachrymarum, & Pœnitentię exercitijs, memorabilis. Virduni, Sanctę [o] Adulnauuę, viduę Recluſę, Benedictinę, ſummę perfectionis vitę.

IANVARII XXV.

§. 1. B*Eata Ioanna, Virgin. & Martyr.* [a]] Inter alias complures Sanctimoniales pietate eximias, quæ ex eo Monaſterio ad cœlum tranſvolarunt, emicat ipſa S. Ioanna, circa ann. Chriſti 1383. à Luſitanis quibuſdam Satellitibus atrociter, occiſa; quòd eos de flagitijs perpetratis aduerſus Caſtellanos reprehendiſſet. Scribunt de ea Bernardus de Brito, in Chronico Ciſtertij, lib. 1. cap. 31. & 33. Manriquez Tom. 2. Annal. Ciſtercienſ. ad ann. 1169. cap. 6. §. 3. & Tom. 5.

§. 2. *S. Euſebia, Virgin.* [b]] Ex vrbe Roma oriunda fuit; claris parentibus natæ: qui cùm illam matrimonio collocare vellent, & iam nuptiæ eſſent inſtructæ, ex ipſa domo, clam cum duabus ancillis profuga per mare, ad Mylaſſorum oppidum peruenit; vbi ductu venerabilis Pauli, Monachi (qui Alexandriæ illi apparuit ſpectabilis) modico, ad memoriam S. Stephani Protomartyris, extructo ſacello, cum illis duabus ancillis, & alijs quibuſdam virginibus, quæ conuenerant: diſciplinam religioſam arctiſſimè coluit, atque per omnium voluptatum fugam, continentiamque, & ſummam vitæ patientiam, ſeipſam ad cœlitum cœtum propiùs acceſſit; quam cùm fœliciter ad finem proſecuta eſſet, Diuinum ſanctitatis teſtimonium, poſt obitum eſt adepta. Ipſo quippe meridie, cùm ſol terram clariſſimè illuſtraret, ſtellata crux viſa eſt, quam alius aſtrorum chorus coronabat: vt videretur eſſe ipſius ſanctæ corona, ob diuturna ieiunia, peruigilia, & virginitatis incorruptam laudem à Deo miſſa; idque indè clarum euaſit, quòd ſacro eius corpuſculo humi condito, ſpectatus ille ſyderum chorus & corona euanuerit; ſic miraculis clara, vt ad tactum lectuli, lintei, &c. quilibet infirmus ſanaretur; ſic formidabilis Dæmonibus, vt nec auderent ad eam omninò accedere. Statum porrò & conditionem Ancillula eius, cùm moreretur, ab ea narrante accepit; quæ, inquam, eſſet eius patria, quod illuſtre genus, generiſque cognomen. *Euſebiam* eam dixerant, quo vt latere poſſet, tacito, ſe *Xenam*, ſiue, *Hoſpitam*, vel *Externam*, nominarat. Floruit ſub Cyrillo, & Paulo, Mylaſſenis Epiſcopis circa ann. Chriſti 330. De qua ſcripſerunt Menæa Græcor. Molanus in Additionib. ad Vſuard. & Raderus part. 1. Viridarij Sanctor. ad 24. Ianuar. ſed veriùs die hac 25. huiuſce, menſis: vti habent. Surius, Metaphraſtes, Renatus, Benedictus, & alij in vita eius. Molanus ſup. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Mylaſſa*. Et in Catalogo Generali Sanctor. Paulus Morigia, lib. 2. cap. 13. Coria lib. 8. cap. 31. Dilucidation. Ordin. Carmelitan. Thomas Saracenus part. 2. Menolog. Carmelit. in Catalogo SS. eiuſd. Ordinis, Antonius Alegre in paradiſo Carmelitici decoris ſtatu 2. ætat. 5. poſt Chriſtum, cap. 62. Vaquerius in Enchiridio benè morientium, & alij. Franciſcus de Sales de Amore Dei lib. 8. cap. 11.

§. 3. *S. Paula, Virgin. Barbat.* [c]] Floruit ſub an. 590. ſub Gothis in Hiſpania; quæ cùm quæreretur ad ſtuprum, & ipſa fugeret in quoddam S. Laurentij oratorium, tanquam ad ſuæ pudicitiæ Aſylum: vbi ſtatim facies eius Barbata ſic apparuit, vt eques ille currens poſt eam, nullomodo agnouerit virum arbitratus; ſicque diuinitus euaſerit manus eius: ac deindè ſub eo nomine, etiam mortua, venerata ſit; ac vocitata *S. Virgo Barbata*. Vti referunt Iulianus ad Aduerſaria 538. & 539. Ludouicus Ariaz. part. 1. de magnitudinib. Abulenſ. cap. 1. §. 15. pag. 54. Antunius de Cianca, lib. 2. Hiſtor. de S. Secundo, cap. 8. Gonſalez Abulenſis. in Theatro eiuſd. vrbis Abulenſ. lib. 1. cap. 3. & lib. 2. cap. 1. Cardoſus in Agiologio Luſitano hac die, & commentario ad illud. Ioannes Tomaio in Martyrolog. Hiſpano 30. Ianuar. ex MS. Codice Gonſalui de Ayora.

B. Dida, Abbatiſſ. [d]] Hæc S. Bonito, Claro- §. 4.
montano Epiſcopo, anno 704. ſic chara fuit, vt is in procinctu ſuæ Tranſlationis (obierat quippè apud Lugdunum) voluerit aliquid ex ſuis ſacris exuuijs, penes illam remanere, in ſignum ſuæ amantiſſimæ beneficentiæ: Rem audiamus ex Autographo. --. Miſſi legati Lugdunum, à Proculo, Claromontano Præſule, vt corpus S. Buniti, ibidem quieſcentis exindè aſportarent, timuerunt ne repulſam paterentur, tum à Fucoaldo, Lugdunenſi Archiepiſcopo, tumque ab huiuſce S. Corporis depoſitarijs: quare ad orationem confugientes, opem à Deo efflagitant. *Die illo, ita tranſacto, optabamus illo Monaſterio, vbi ſancti viri corpus quieſcebat, nocturnas celebrare vigilias; ſed id Monaſterij Mater, non ſinebat; ne aditum quidem nobis ad illud patefaciens.* Cœlitùs habito reſponſo, Lugdunenſis Antiſtes, licentiam dat Legatis S. Corpus aſportandi; quod duobus miraculis mox confirmatum eſt. Primùm euenit in Eccleſia (vbi clerus ac populus conueniebat ad tantæ rei præparationem) *quæ coniuncta erat templo S. Petri Apoſtoli, in quo vir Domini quieſcebat.* Alterum, in puella Virgine, Paralitica, tunc ſanata, ad tactum ſepulchri S. Boniti: quæ è ſomno, atque è loco ſurgens, & ad Matrem Monaſterij regreſſa, *ſic locuta eſt: Ego vidi Beatum Antiſtitem, meque ille hunc in modum, ſuæ voluntatis indicia perferre iuſſit; vade (inquit) & dic Abbatiſſa, Dida, vt partem tegminis, quo caput meum opertum eſt, ſibi retineat. Quæ idcirco vir Sanctus dixit, vt & illa, & cæteri omnes luculenter agnoſcerent, velle ipſum ad propriam reduci vrbem, &c.* Ita in Actis ipſius S. Boniti, apud Surium Tom. 1. ſub. 15. Ianuar. itemque apud Saullayum. in ſupplemento Martyrologij Gallicani, hac die 25. Ianuarij: vbi tamen mendosè dicitur B. Dida, *Aruernenſis* Abbatiſſa: cùm reuera eſſet *Lugdunenſis*: vt ex dictis conſtat apertè.

S. Haſecha, Virgin. [e]] Hanc commemorant Ca- §. 5.
niſius in ſuo Martyrologio, & Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die.

B. Catharina. [f]] Aliquando ſepties in die, extra §. 6.
ſe rapiebatur: & non ſemel per viginti dies integros

in extaſim

in extasim posita; cœlestia mysteria contemplari, & incredibili ac diuina exultatione repleri, meruit. Porro illius eximias virtutes, & mirabiles, ac frequentes raptus, describit in suis Annalib. Cistertiensib. Barnabas de Montalbo Tom. 2. lib. 5. cap. 25. Henriquez in Menologio Cistertiensi hac die.

§. 7. *B. Beatricis, Virgin.* [g]] Christi sponsi amore succensa, sæculi diuitias ac mundanas vanitates, quàm libenter contempsit; cucurritque ad Religionis portum securum, post B. Hortulanam, eius Matrem, & S. Claram, ac B. Agnetem, Virgines sorores: easque imitata est in Monasterio S. Damiani: quo vitam duxit in oratione, ieiunio, & abstinentia; sicque sanctissimè obijt in Domino. Agunt de ea Martyrolog. Franciscanum hac die, & Annotationes ad illud ex Marco Vlyssiponensi part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 53. Mariano lib. 1. cap. 5. Tossiniano lib. 1. Histor. Seraphic. Valerio lib. 2. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap. 11. Salazare, Cimarella, Wadingho, &c.

§. 8. *B. Ioanna Bella, Virgin.* [h]] *Bella*, ceu, *Pulchra*, cognominabatur, filia præsidis Parlamenti Gratianopolitani; quæ Camberiaci, Ordini S. Claræ nomen dedit, circa ann. 1470. ex quo loco postea Translata est, ad nouum Monasterium Gratianopolitanum, anno 1478. die 13. Septembr. vbi die Dominica sequenti 15. eiusdem mensis, prima Abbatissa electa est; obijtque vitæ sanctitate, & signis admirandis gloriosa; pro qua videantur Martyrologium Franciscanum hac die, & Annotationes ad ipsum, Foderetus in descriptione dicti Monasterij Clarissarum Gratianopolitan. Abbauillæus Capucinus, in Historia Chronologic. B. Colettæ, Virgin. statu 3. lib. 4. cap. 12. & Wadinghus Tom. 6. Annal. Minor. ad ann. Christi 1469. §. 55. & seq.

§. 9. *B. Cæcilia, Virgin.* [i]] Ferrariæ, in Monasterio S. Catharinæ, hac die, ann. 1507. fœlici fine, spiritum exhalauit: puella hæc Deo sacra, deuota, pura, simplex, & eo candore animi prædita, ac innocentia vitæ refulgens, vt labe peccati se inquinatam nunquam senserit; sed nec vllo tempore, quid esset peccatum, prorsus agnouerit. Infirmitate detenta, graues à Dæmone perpessa est tentationes: sed in his, eius patientia enituit: nec illi auxilium, & consolatio desuper defuit: post cuius obitum, mirus fragransque odor ex manibus eius exoriebatur. Ita Seraphinus Razzius part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordin. Prædicator. ex alijs.

B. Antonia, Virgin. [l]] Religiosum S. Claræ habitum induit apud Monasterium Dominæ nostræ de consolatione: vbi magnis virtutibus fulsit. Stabat in continua meditatione & oratione, coram Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, cui deuotissima erat: pijs prostrationibus, & profundis genuflexionibus; maximaque cordis humilitate, & profluuio lachrymarum illud adorans. Mitto eius pœnitentias extraordinarias, quibus corpus edomabat, atque miram illius patientiam in sufferendis infirmitatibus, quibus tandem extenuata & annis grauata, quieuit sanctè in Domino, circa ann. 1580. cuius meminerunt Emanuel Speranca in Chronic. Portugall. & Cardosus sup. hac die.

B. Archangela, Virgin. [m]] Oriunda erat ex Andalusia, & Hispali professa cùm esset, venit cum alijs sanctimonialibus in Lusitaniam; vt eiusdem Ordinis initia darent, fundarentque Monasteria: singulari zelo constitutiones religionis seruabat, superioribus promptam præstabat obedientiam: deuota, & perseuerans in oratione, in qua noctes ducebat insomnes: Spiritu Dei plena, & confortata, diem clausit extremum, anno 1630. in Monasterio excalceatarum Carmelitar. Vlyssiponens. vide Cardosum sup. hac die, ex MSS. Monimentis. §. 10.

B. Antonia. [n]] Varijs Pœnitentiæ operibus se exercebat, cathena ferrea ad carnem præcincta; quam & asperrimis disciplinis castigabat; orationem frequentabat, in qua lachrymarum copiam profundebat, maximè in recordatione Dominicæ Passionis: quæ omnia latius prosequuntur, Speranca & Cardosus hac die. sup. obijt ann. 1638. §. 11.

S. Adunalvva, vidua. [o]] Florebat circa an. 1000. S. Popponis, Stabuleti Abbatis, in agro Attrebatensi Mater, genere ac pietate Illustrissima: cuius quidem filij hortatu, post mariti obitum, monialis effecta, in Parthenona Virdunensi, deindè Reclusa mansit in Monasterio S. Vitoni eiusdem vrbis. Antequam verò sacrum velamen susciperet adhuc in sæculo degens, tanta deuotione flagrauit, vt extinctam lucernam sua prece accenderet; tantaque enituit puritate, postquam vitæ perfectiori se addixit, vt cum cœlitibus, qui sæpè inter orandum ei apparebant, colloquia misceret; ad quorum denique consortium lætanter profecta est. Vide Surium, & Lippeloum, in actis ipsius S. Popponis Abbatis, hac die, Menardum in Martyrologio Benedictino, & lib. 2. Obseruation. ad illud, Saussayum in Martyrologio Gallicano, ead. die, & Simonem Martinum in flore Sanctor. hac die. §. 12.

SEPTIMO CALENDAS FEBRVARII.

VITAVII in Polonia, Diœcesis Gnesnensis, Passio Sanctarum [a] Virginum, Ordinis Cistertiensis; quæ à Tartaris, pro Christi fide occisæ, Martyrij palmam promeruerunt. Ibidem, Triumphus Sanctarum [b] Virginum Præmonstratensis Ordinis, quæ ab ijsdem Barbaris, propter Religionem Christianam, interfectæ, & duplici trophæo Virginitatis ac fidei coronatæ, ad cœlos, Martyrij cum gloria euolarunt. Aquilæ, in Vestinis, Beatæ [c] Paulæ, à Fulgineo, Virginis Clarissæ; quæ castimoniæ, orationis, & simplicitatis laude excelluit. Apud Bethleem Iudæ, Sanctæ [d] Paulæ, viduæ, Matris Eustochij, Virginis Christi: quæ cùm esset è nobilissimo Senatorum genere, sæculo renuntians, & facultates suas pauperibus distribuens, ad præsepe Domini se recepit;

vbi multis virtutibus prædita, & longo coronata martyrio, ad cœlestia Regna transiuit, cuius vitam virtutibus admirandam Sanctus Hieronymus scripsit. Calæ, in Territorio Parisiensi, Sanctæ [e] Bathildis, Reginæ Franciæ, viduæ, Benedictinæ; sanctitate & miraculorum copia celebris. Eodem die, Beatæ [f] Edithæ, Germaniæ Reginæ; signis admirandis, & virtutibus præclaræ. Guimarani in Territorio Braccarensi, Beatæ, [g] Constantiæ à Noronha, viduæ, Tertiariæ Franciscanæ: quæ operibus misericordiæ vacans, transiuit ád Regnum Gloriæ, ab æterno sibi præparatum. Tolosæ, in Basilica Sancti Saturnini, Repositio Reliquiarum Sanctæ [h] Susannæ, Matronæ, Helciæ filiæ.

IANVARII XXVI.

§. 1. *Passio SS. Virgin. &c.* [a]] Memorantur apud Henriquez in Menologio Cistertiensi, hac die, & Menardum in 2. Appendice ad Martyrologium Benedictini illarum autem agonem refert Tabula SS. Patronor. ac Tutelarium Poloniæ & Sueciæ, Coloniæ excusa, passæ sunt anno 1240.

§. 2. *Triumphus SS. Virgin.* [b]] Eodem tempore, ac die, & vrbe, sacra Præmonstratens. religio, plures sacras Virgines Deo obtulit, anno 1240. (alij an. 1241. vel 1242.) quo Tartari peruastata, & maxima ex parte subiugata Russia, Poloniam magno impetu inuaserunt: & ab eis capta vrbe Vratiensi, Monasteria omnia, tum Cistertiensium Virginum, tum Præmonstratensium Monalium expilarunt, diripuerunt, incenderunt; virginesque omnes, præter tres, quæ in syluam profugerunt, necatæ sunt ab eis: & Virginitatis ac Martyrij palmis decoratæ, ad Christum transierunt. Ita Henriquez in omissis, ad Menologium Cistertiense. hac die, & Bzouius tom. 13. Annal. Ecclesf. ad ann. 1242. §. 2. Porro, de incursione huiusmodi Tartarorum scribunt Bonfinius lib. 8. Rerum Hungar decad. 1. Sabellicus Ænead. 9. lib. 6. Cromerus lib. 8. Bergomas lib. 13. supplement. Chronic. ad ann. 1242. Gordonus in Chronolog. anno 1140.

§. 3. *B. Paula, Virgin.* [c]] Fulginas hæc erat, socia B. *Antoinetta* Virgin. Prius autem Tertiariarum Regulam profitebatur Franciscanorum; exindeque vt primam S. Claræ Virgin. Regulam seruaret, ad Monasterium corporis Christi, apud Aquilam, Aprutiorum vrbem, perrexit, anno 1433. vbi Deo inseruire omninò cupiens, in maxima puritate, ac spiritus simplicitate, ad altioris perfectionis gradum peruenit, & ingenti sanctitate plena, decessit è vita, ann. 1488. sed verius ann. 1470. miraculis clara; videantur Martyrologium Franciscanum. hac die, & Annotationes ad ipsum. Marcus Vlyssiponensis part. 2. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 14. Tossinianus lib. 1. Histor. Seraphic. Religion. in præfato Monasterio Aquilano, quod est in Prouinciæ S. Bernardini, Iacobillus de SS. Fulginatib. hac die, anno 1470. item in vita B. Angelinæ, *Corbara*, Virgin. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 2. cap. 41. Bzouius Tom. 18. sup. ad ann. 1488. §. 13. Wadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1447. §. 90. & Tom. 6. ad an. 1470. §. 5. & 6.

§. 4. *S. Paula, vidua.* [d]] Nobilis genere, sed multò illustrior sanctitate: potens quondam diuitijs, sed Christi paupertate insignior; Romæ prætulit Bethleem; & auro tecta fulgentia informis luti vilitate mutauit. Nam, quæ vanam vrbis contempsit gloriam, totius orbis opinione celebratur: quam Romæ habitantem, nullus extra Romam nouerat, latentem in Bethleem, & Barbara, & Romana terra miratur. Et sicut sol stellas obscurat; ita cunctorum virtutes & potentias sua humilitate superauit. Quid de eius castitate, abstinentia, patientia, eruditione ingenio, pietate, monastica obseruantia, &c. planè mirabiles fuere omnes. Quæ expleto vitæ suæ cursu, fœliciter transiuit ad gaudia cœli; sepulta maximo cum honore; cuius cœnotaphium, laudes, & Encomium, confecit S. Hieronymus anno 404. hac die. Epistol. 27. ad Eustochium Virginem. De ea Beda, Vsuardus, Ado, & alij, die sequenti: at Martyrologium Romanum. hac die. Baronius ibid. in notis, item Tom. 5. Annal. Ecclesf. ad ann. Christi 382. 385. & 404. Ferrarius in noua Topograph. ad Martyrologium Roman. verb. *Bethleem*. Rosweydus lib. 1. vitar. Patrum in notis ad vitam eius. Vincentius Beluacens. lib. 27. speculi Historial. cap. 89. & lib. 18. cap. 40. & 49. Petrus de Natalibus lib. 3. Catalog. Sanctor. cap. 29. Bergomas, de claris mulieribus, cap. 128. & lib. 9. supplement. Chronic. ad ann. 410. de voragine, Surius, Lipelous, Renatus Benedictus, Foderetus, Doubletus, Gazetus, Haræus. Ribadeneira, &c. in vita eius hac die, Bachorius in Fastis Christianis; Vaquerius in Enchiridio benè morientium ead. die. Alegre in Paradiso Carmelitici decoris, statu 2. ætat. 6. post Christum cap. 142. Grisius de Clericis Regularib. sect. 10. §. 4. Dandillius in vita eius, Schedel in Registro mundi sexta ætate fol. 135.

S. Bathildis Regina, vidua. [e]] Hæc Beringeri t. Herciniæ, & Ascaniæ Principis filia, Virgo forma admodum insignis, a Clodouæo. 2. Francor. Rege, bello capta, & in Galliam abducta, atque Christianæ fidei institutis informata: cùm animi æquè ac corporis dotibus ornatissima esset, eam apud ipsum Regem gratiam, consecuta est, vt in vxorem assumpta sit. Quo honore, haud elata, sed Spiritu humilis, Deo deuota viro placens, populo benigna, atque in quosuis afflictos misericors, totaque in officio pietatis, ac charitatis propensa, emicuit. Rege marito defuncto, liberis in Dei timore educatis, Regnoque benè composito, Regi Regum vt perfectè seruiret, in *Cala* Monasterio, vulgò *Chelle*, (quod dudum S. Clotildes, Regina Franciæ construxendum cœperat in honorem Sanctissimæ Deiparæ Virginis, & S. Georgij Martyris) tuncque à se perfecto & completo, se sacro velamine amiciri, & inter sanctimoniales admitti, demissa humilitatis efflagitatione impetrauit. Vbi Angelis quàm hominibus vicinior, sanctitatis ac miraculo- §. 5.

rum

rum fulgoribus illustris, fœliciter obdormiuit in Domino: in cuius obitu, speciosa diuini splendoris lux apparuit, & à nonnullis circumstantibus, visus est Angelorũ chorus ei obuiam venisse, à quibus anima eius in cœlum deportata est, hac die, ann. Christi 965. Plures de ea agunt, Vsuardus, Wandelbertus, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in Notis & tom. 8. Annal. Eccles. ad ann. 661. & 665. Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Ferrarius sup. verb. *Cala*. Saussayus in Martyrologio Gallicano. Galesinius & Maurolycus in suis Martyrologiis. Wion, in Martyrologio Benedictino, & lib. 4. Ligni vitæ, cap. 14. ex quibus meritò refelluntur, Bugianus, & Morigia. Præterea de eadem scribunt, Aimonius lib. 4. de reb. gestis Franciæ cap. 42. & 43. Sigebertus in Chronico ann. 662. Vincentius sup. lib. 23. cap. 116. D. Antoninus part. 2. Chronic. Titul. 10. cap. 15. & Titul. 13. cap. 4. §. 6. Petrus de natalib. sup. cap. 59. Bergomas lib. 6. supplem. Chronic, in vrbe Parisiensi. Trithemius de viris illustrib. Benedictin. lib. 3. cap. 112. Belforestius lib. 1. Annal. Francorum cap. 36. Mathew. tom. 1. Trophæor. Congregat. Anglic. Benedictin. ad natales Sanctor. Antonius D'yeppes rum. 1. Chronic. Benedictin. Brulios lib. 4. Antiq. Parisiens. in Abbatia Calensi Gallia Christiana, in eadem, Abbatia, & in Corbeya Abbatia, quam ampliauit. & fundauit, Rinaldus part. 2. Liliorum Galliæ cap. 1. Surius, Mosander, Haræus, Doubletus, Binetus, &c. in vita eius. Bachotus in Fastis Christianis. hac die. Item Acta S. Vvandregisili Abbatis 22. Iulij, & S. Eligij Episcopi 1. Decemb. apud Surium. Grisius de Clericis Regularibus sect. 10. §. 12.

§. 6. *B. Editha, Regina.* [f]] Anno 947. hac die, moritur pia ista Regina, coniux optima Othonis, Germaniæ Regis, sanctitate præclara: quam & post obitum miraculis claruisse Ditmarus lib. 2. Chronic. eius temporis scriptor testatur: cui adstipulatur Baronius tom. 10. Annalium Eccles. ann. 947. §. 5.

B. Constantiæ, viduæ. [g]] Secunda vxor extitit illustris hæc Heroina, Alphonsi primi Ducis Bragantini, quo obeunte, & suscepto tertij Ordinis Minorum habitu, reliquum vitæ peregit, in exercitiis bonorum operum, ac fructibus pœnitentiæ dignis cumulandis: cuius domus, quasi quoddam Hospitale esset pauperum & egenorum, cunctis præbebat in hilaritate: mortua ann. 1480. Sancta est ab omnibus acclamata, ob innumera, quibus eam decorauit omnipotens, miracula, maximè in febricitantes, cæcos, claudos, &c. vti testantur Augustinus de Castro, & Alfonsus Furtado. Archiepiscopi Bracarenses, Ludouicus ab Angelis in suo horto Portugall. §. 100. Rodericus de Cunha part. 2. Histor. Bracarens. cap. 58. & alij apud Cardosum in Agiologio Lusitano, hac die, & in Commentario ad illud. §. 7.

Repositio S. Susannæ. [h]] Historia vitæ eius habetur apud Daniel. cap. 13. De eaque meminerunt Petrus de Natalibus sup. lib. 7. cap. 127. & Molanus in Appendice ad Vsuard. celebratur autem hac die, apud Tholosates, sacrarum Reliquiarum Translatio, seu Repositio, quas Carolus Magnus Imperator, & Galliarum Rex, inibi deposuit, ad perpetuæ Deo gratæ pudicitiæ coniugalis monimentum: vti refert Saussayus in Martyrologio Gallicano hac die. & 23. Octobris. Claudius verò Espencæus libro sacrarum Heroïdum, illius eximia facta præclariora carmine heroico decantauit. §. 8.

SEXTO CALENDAS FEBRVARII.

IN Corsica insula, natalis sanctæ [a] Deiuotæ, Virginis & Martyris, quæ tempore Diocletiani Imperatoris, equuleo tamdiu suspensa excruciatur, donec efflagitaret animam. Mediolani Beatæ [b] Paulæ-Mariæ, virginis Clarissæ, pietate, & pœnitentiæ exercitiis celebris. Reris, in Territorio Viseensi, dormitio Beatarum virginum sororum [c] Isabellæ, & Violantæ de Castro: quæ nobili familia progenitæ, vitam duxerunt in timore Domini, & expectatione aduentus Christi sponsi, cum quo ad cœlestes intrauerunt nuptias. Apud Odiuellas in Territorio Vlyssiponensi, Beatæ [d] Mariæ à Sylua, Cistertiensis Ordinis: quæ claro stemmate nata, cunctis pro Christo abdicatis, humilitate, oratione, & mortificatione spectabilis euasit. Gerundæ, in Catalonia, sanctæ [e] Candidæ, religiosissimæ Matronæ, Reclusæ, magnæ sanctitatis fœminæ. Basileæ, Beatæ [f] Margaritæ, viduæ, piis operibus, & sanctis moribus, eximiæ. In Hannonia, Cella sancti Gisleni, Susceptio [g] sanctæ Leocadiæ, virginis & martyris, ex Hispania, ob Maurorum incursionem illic allatæ.

IANVARII XXVII.

§. 1. SANCTÆ *Deiuota Virg. Mart.* [a]] In Corsicam insulam nauigio delata, hospitioque à Senatore Eutycio suscepta, illum Christo lucrifecit: deinde à Barbaro Præside comprehensa, quòd inuitata ad sacrificium, Diis litare renuisset: & agonem Euticii, à sæuo Præfecto interfecti, in odium Christianæ, quam professus erat, pietatis, Christo luminis & gloriæ largitori commendasset. equuleo suspensa est, tamdiuque excruciata, ad vsque animam in tortura exhalaret: quæ instar candidæ columbæ egressa, victrix in cœlum euolauit. Cuius purissimum corpus *Beneuatus*, Presbyter Sabaudus, &

QVINTO CALENDAS FEBRVARII.

ROMÆ, Sanctæ [a] Agnetis secundò. In Africa, Sanctæ [b] Marinæ, Martyris. Arimæ in Iapponio, Passio Beatæ [c] Marthæ Martyris; quæ pro Christo vnà cum duobus natis eius, capite plexa est. Vesprinij in Pannonia, Beatæ [d] Margaritæ, Virginis, Reginæ Hungariæ, Dominicani Ordinis, quæ admirandis virtutum exemplis, & Sanctissimæ vitæ tramite enituit. In Conchensi Monasterio, Diœcesis Palentinæ, Beatæ [e] Catharinæ à Sancto Paulo, Virginis, Clarissæ: quæ mira mansuetudine, & vitæ innocentia, claruit. Apud Pratum, in Territorio Bononiensi, Beatæ [f] Raphaëlæ à Fauentia, Priorissæ Dominicanæ; quæ Regulari obseruantia & potioribus virtutum exercitijs floruit. Panormi in Sicilia, Beatæ [g] Sigismundæ, Categgeræ, Tertij Ordinis Minimorum, columbinæ simplicitatis, & in aduersis probatæ virtutis. Apud Archidonam, Prouinciæ Granatensis oppidum Beatæ [h] Mariæ de Arce; Ordinis Minimorum alumnæ; quæ humilitate ac paupertate diues, rerum cœlestium contemplatione, pietatis feruore, & præclaris Religionis exercitationibus, mirificè præluxit. Paci Augustæ in Lusitania, Beatæ [i] Mariæ ab Incarnatione Virginis Carmelitanæ, genere, silentio, oratione, & dono lachrymarum illustris. Ibidem propè Pontem Limæ: Beatæ [k] Beatricis à Spiritu Sancto, Clarissæ; quæ ieiunijs, cilicio, disciplinis, alijsque mortificationibus, vitam austeritate plenam ducens, consolata tandem à Christo Domino, sancto fine quieuit. Rauennæ, Beatæ [m] Gentilis, Matronæ; patientia, pietate, ac Religione insignis.

IANVARII XXVIII.

§. 1. *Sancta Agnetis.* [a]] Est hæc vetus huius diei inscriptio: qua, hac die Octaua, ostensa cœlitùs visio, celebratur. Recolitur enim memoria, quando parentibus ad sepulchrum eius vigilantibus, choro Sanctarum Virginum comitata S. Agnes, Virgo Martyr apparuit: & gloriam sempiternam sibi à Deo largitam, testata, consolata est eos: prout continent eius res gestæ, quæ habentur apud S. Ambrosium, lib. 4. Epistol. 34. edition. Roman. cuius & meminit Durandus lib. 7. Rational. Diuinor. Officior. cap. 3. Agunt de ea Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis & Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. Christi 324. S. Anthelmius Carmin. de laude Virginitat. Vincentius Beluacens. lib. 17. specul. Historial. cap. 31. Petrus de Natalib. lib. 3. Catalog. Sanctor. cap. 33. Præterea, Constantinus Magnus, Basilicam S. Agnetis Romæ extruxit, rogatu filiæ suæ, & Baptisteriom in eodem loco, vbi Baptisata est soror eius *Constantia*; & illic sibi Mausoleum collocari præcepit; perseuerauit autem *Constantia*, in Virginitate, ad cuius exemplum multæ Virgines nobiles, & illostres sacra velamina susceperunt: de qua infra ad decimum octauum Februarij, Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione secunda, Ecclesia 61.

§. 2. *S. Marina, Martyr.* [b]] Ita Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Beda & Galesinio.

§. 3. *B. Martha, Martyr.* [c]] Hæc cordata & inuicta mulier, nec carnificem timuit, nec filiorum occisorum crudeli spectaculo, mortem exhorruit; prior vocabatur *Iustus*, annos duodecim natus, alter, verò, Iacobus, nouem annorum: qui ante oculos eius capite truncati; ipsa interim intrepida stabat genuflexa, profundè inclinata, ad orationem: qua completa, iugulum præbuit, hac die, ann. Christi 1613, quorum corpora, Christiani, clam multa cum reuerentia colligentes, indè Nangasachium transtulerunt, vti referunt Iacinthus Orfanel. cap. 8. Histor. Iapponiæ. Eccles. Ludouicus Pinheiro, ibidem lib. 2. in persecutione ann. 1612. cap. 21. & 22. Gabriel de Matros. in relatione eiusdem ann. fol. 8. Galterius, in Appendice ad Tabulam Chronographic. Sæcul. 17. in sanctis & illustribus viris. Cardosus, in Agiologio Lusitano, hac die, & commentario ad illud.

§. 4. *B. Margarita, Virg. Regina.* [d]] Filia erat Belæ 4. Regis Hungaror. quæ ætatis suæ ann. 10. fit religiosa apud Monasterium insulæ Danubij, Ordin. prædicator: quo in statu vitam ducit admirandam: cuius amor & pietas erga sanctissimam virginem Deiparam ingens extitit: insignis eius humilitas, atque vestium paupertas, aspero vtebatur cicilio, circulo ferreo se constringens, clauiculos in calceis deferens acutos, flagellis corpus edomans, à carnibus perpetuo abstinens; ieiuniis, vigiliis, & orationibus intenta; cuius obedientia magna, sed non minor eius patientia, castitas, liberalitas, & benignitas in miseros ac inopes; Dono lachrymarum affluebat,

raptus & extases patiebatur: & mori pro Christo summè exoptans, miraculis clara obijt ann. 1270. vitam illius descripserunt Garnius, Surius, Renatus Benedictus, Foderetus, Doubletus, Harçus, Ribadeneira, & cæt. hac die, Antonius Bonfinius. De Rebus Hungaric. D. Antoninus part. 3. Chronic. Titul. 23. cap. 1. §. 3. Platus. lib. 2. de Bono status Religios. cap. 27. Molanus, in Additionibus, ad Vsuard, Ferrarius, in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Vesprinum*, & in Catalogo sanctor. hac die, ex calendario Germanico, Bachotus, in Fastis Christianis, Bosius. 2. Tom. de signis Eccles. lib. 15. cap. 7. & lib 22. cap. 3. Ferdinandus à Castello, lib. 3. Michaël Pius Tom. 1. lib. 2. §. 199. Seraphinus Razzius part. 2. & Ioannes à sancta Maria, part 2. Vitar. SS. Ordin. prædicat. lib. 2. qui vult ex MS. Codice antiquo, eam obiisse, 18. huiusce mens. non 28. vt alij volunt.

§. 5. *B. Catharina, Virgin.* [e]] Egregium extitit mansuetudinis in grauissimis iniuriis exemplum, miri candoris, & raræ sapientiæ virgo: quam nullo vnquam lethali crimine irretitam confessarij prædicabant. obiit, an. 1503. & aperto post annos 27. sepulchro; corpus eius & vestimenta, apparuerunt illæsa. Qua de re Martyrologium Franciscanum. hac die, & Annotationes ad illud. Wadinghus, Tom. 5. Annal Minor ad ann. 1450. §. 42. ex MSS. Monimentis Monasterij Conchensis, quod est. 9. Prouinciæ Conceptionis, Virginis, in Hispania.

§. 6. *B. Raphaela, prioriss.* [f]] Vna fuit ex præcipuis fundatricibus Monasterij S. Vincentij, Ordinis, S. Dominici, apud Pratum, Bononiensis territorij oppidum, vbi pœnitentiæ, & mortificationis exercitiis assueta, pietati, humilitati, orationi, & silentio operam dabat: annos 22. egit in regimine domus, & cumulata meritis, hac die decessit è vita an. Christi 1547. vti refert Ioannes à sancta Maria part. 2. Vitar. SS. Ordin. prædicator. lib. 3.

§. 7. *B. Sigismunda,* [g]] Panormi, habitum Ordinis S. Francisci de *Paula* piè sumpsit ann. Christi 1540. Maximè autem excelluit in sancta vitæ simplicitate, absque dolo, vel malitia. Quæ cæcitate grauata septem annis, huiusmodi molestiam mira cum patientia tulit, Deoque, ex insigni resignatione, se totam commisit; qua tribulatione probata, properauit ad cœli gaudia, virtutum, & bonorum operum meritis cumulata. anno Christi, 1608. Fama sanctitatis ex tunc in maxima veneratione habita: quæ etiam post fœlicem transitum, cuidam sorori Alphonsinæ, eiusdem Monasterij, eximiæ perfectionis, inter orandum apparuit; dicens, se tunc gloria paradisi potiri: Teste Lodouico Dony Attichio, lib. 6. Histor general. Ordin. Mmimor. ex Monimentis MSS. Monasterij. 7. Angelor. Panormitan. eiusdem instituti, quo sepulta iacet.

§. 8. *B. Maria de Arco,* [h]] Florebat circa ann. 1540. quæ omnem vitam transegit in exercitio præcipuarum virtutum, nimirum, humilitate summa pollebat, paupertatis amantissima erat, abstinentia haud vulgari delectabatur, orationi & meditationi iugiter instabat: demùm annis grauata multis, sed pœnitentiis & mortificationibus potiùs fracta continuis, ad præmia euolauit æterna: iuxta Lucam de Montoya, lib. 4. Chronic. general. Ludouicum Dony Attichium. lib. 6. Histor. general. Ordin. Minimor. in ea, Ioannem Tamayo, in Martyrologio Hispan. sub. 2. April. ex Lanouio, in Chronico generali Ordin. Minor. ad ann. 1593. & in Appendice 4. ad illud. hac die.

B. Maria, Virgin. [i]]. Nobilitatem generis ac virtutis in simul rectè coniunxit: taliter autem profecit in silentio, & chori assistentia; vt soleret dicere, nullo alio meliori modo, aut loco, vel tempore, tunc cum sua Diuina majestate res suas agere: atque expeditiùs terminare, vel petita absoluere: propterea orationi instanter vacabat, quam profluuio lachrymarum irrigabat: passionem Dominicam iugitèr meditando: ac vicina morti, maxima cum tranquillitate spiritum Deo reddidit. ann. 1616. Paci Augustæ, vulgò, *Beja*. in Monasterio Carmelitanar. iuxta Cardosum. sup. hac die, ex Ludouico do Mertola, in Chronic. general Ordin. Carmelitar. §. 9.

B. Bramias. [l]] Extat memoria illius apud Monasterium. S. Francisci de *valde perriras*. iuxta pontem, de Lima; quæ sic abstinentia, mortificatione, & pœnitentia emicuit; vt semper tribus diebus in quauis septimana, ac in profestis præcipuis, ieiunauerit in pane & aqua; cuius disciplinæ erant quotidianæ; & cilicium ordinarium, multùm confidebat in Domino, & in eius misericordia: quam idcircò, virgo Dei-para, sua præsentia consolata est, paululum ante quam excederet è vita: vndè haud modicùm confortata, arrepto Crucifixo, suis manibus ac brachiis amplexata est, & inclinato capite, deuotissimè quieuit in pace. anno 1627. vti referunt Emanuel à Sperança, in eius vita, & Cardosus, sup. hac die: ex aliis. §. 10.

B. Gentilis, Matrona. [m]] Patria Rauennas erat, multis clara virtutibus: cuius abstinentia insignis; prædixit futura, cordium occulta nouit: & præscia diei obitus sui, migrauit in cœlum, ætatis suæ an. 59. Christi verò, 1530. Miraculis gloriosa; ex cuius domo facta est Ecclesia Collegiata, anno. 1532. ita Seraphinus Acettus Firmanus: & Surius in vita eius, ac Mosander, ibid. Hieronymus Rubeus lib. 9. Histor. Rauennat. Ferrarius in Catalogo generali sanctor. hac die, & in noua Topographia, sup. verb. *Rauenna*, Galterius, in Tabula Chronographic. sæcul. 16. sup. ex Coccio, De signis Eccles. art. 51. Grisius. de clericis Regularibus sect. 16. §. 9. Discipula. B. Margaretæ Virg. extitit: de qua sup. 23. huiusce mensis. §. 11.

QVARTO CALENDAS FEBRVARII.

EDESSÆ in Syria, ſanctæ Barbeæ,[a] Martyris: quæ vnâ cum fratre ſuo ſancto Sarbelio, à Beato Barſimæo Epiſcopo baptiſata; in Traiani perſecutione, ſub Lyſia præſide, Martyrio ſimul coronata eſt. Apud Centum cellas, iuxta portum Romanum, paſſio ſanctarum Martyrum,[b] Secundæ, vxoris Beati Flauiani præfecti, Martyris, & Seueræ Virginis, eius filiæ, ſub Diocletiano imperarore. Apud vrbem Trecas, in Gallia, natalis ſanctæ Sabinæ,[c] Virginis, Sororis Beati, Sauiniani Martyris. Eodem die, Beatæ[d] Himmanæ, Virginis, Salſinienſis, iuxta Namurcum, ac poſtea Flinenſis Monaſterij, propè Duacum, Abbatiſſæ Ciſtertienſis, Ordinis; ſanguinis ſplendore, charitatis feruore, & Diuini cultus zelo illuſtris. Aſſiſij, in vmbria, Beatæ Beneuenutæ,[e] Virginis Clariſſæ: eximia vitæ perfectione ſpectabilis. Mediolani, Beatæ[f] Mariæ Ludouicæ, Caſtellæ, Virginis eiuſdem Ordinis; mira pœnitentia, & oratione aſſidua inſignis. In cœnobio ſancti Michaëlis de Treuino, iuxta villam majorem, Diœceſis Burgenſis, Beatæ Redigundis[g] Virginis, Ordinis Præmonſtratenſis; auſteritatis rigore, puritatis decore, & Diuini cultus ſtudio, plurimùm celebris. Lerenæ, in territorio Legionenſi, Beatæ[h] Iſabellæ Ferreiræ, Virginis Dominicanæ, ad cuius fœlicem tranſitum Angeli decantantes aduenerunt; & terra illius ſepulchri ægrotis mirificè medetur. Apud Montem fortem in diœceſi Albenſi, Beatæ[l] Catharinæ à ſancta Maria, Tertiariæ Franciſcanæ, quæ genere, humilitate ac paupertate, & Monaſtica obſeruantia enituit. Intro Monaſterio Benedictino, diœceſis Meldenſis, Tranſlatio ſanctæ[m] Iuliæ, Virginis & Martyris. Apud Hoyum ad Moſam, in diœceſi Leodienſi, ſuſceptio corporis, ſanctæ Odiliæ, Virginis, & Martyris.

IANVARII XXIX.

§. 1. SANCTÆ *Barbea, Martyr.*[a]] De eis agit Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccleſ. ad an. Chriſti 107. Ferrarius, in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Edeſſa*, Galterius, in Tabula Chronographic. ſæcul. 2. in ſanctis & Illuſtribus viriſ. De his item Græci, licet in aliquibus Martyrologijs. hac die, agatur, in aliquibus autem ad 15. calend Octob. vbi & ipſorum Martyrium ſic deſcribitur. *Sarbelius idolorum Sacerdos, vnà cum ſorore Barbea, conuerſus eſt, ad fidem Chriſti, per Barſimaum, Edeſſa Epiſcopum. & ambo tenti, poſt grauiſſima tormenta, Sarbelius inter duo ligna ligatus, ſectus eſt: ſoror autem capite truncata.* Sic & Vincentius Beluacenſ. lib. 11. Specul. Hiſtorial. cap. 107. Simon Martinus, hac die.

§. 2. *SS. Martyr. Secunda, & cat.*[b]] Scribunt de eis, Petrus de natalibus lib. 3. Catalog. ſanctor. cap. 41. Gallonius lib. de Virginibus Romanis, Baronius Tom. 2. ſup. ad an. Chriſti 298. quo paſſæ ſunt; & notis ad Martyrolog. Roman. die præcedenti, Ferrarius, ſup. verb. *Centum-cella*. Et io Catalogo ſanctor. hac die, ex quibus *Secunda* inter manus eam tenentium expirauit *Seuera*, verò capite plexa eſt.

§. 3. *S. Sabina Virg.*[c]] Memoratur in Actis. S. Sabiniani, ceu Sauiniani, Martyris: apud Renatum Benedictum, & Ribadeneiram, hac die, ac *Des Generrois*, in ſanctitate Chriſtiana ſæcul. 4. ad ann. Chriſti 310. ead. die, quo obiit, celebraturque natale eius feſtum, hac die, in diœceſi Trecenſi. Porrò hallocinatur Ferrarius, vocans eam, Martyrem, in Catalogo generali ſanctor. hac die, ex Maurolyco & Galleſio.

§. 4. *B. Himmana, Virg. Abbatiſſ.*[d]] Aguot de ea Sacrarium Namurcenſe, inter SS. ac BB. qui in illa Prouincia floruerunt. Iacobus Meyerus, in Annalibus Flandr. Ioannes Buzelinus, lib. 1. Gallo-Flandriæ, cap. 42. Tabula fundationis Monaſterij Salſinienſis, & ſeries Abbatiſſarum eiuſdem Loci, Ioannes Gillemannus, in vita. S. Iulianæ Cornelienſis. cap. 69. 72. 73. 76. & ſequent. Thomas Regus in ſuis Commentariis, Henriques in Menologio Ciſtercienſi, hac die: ex quibus diſcimus ipſam fuiſſe ſororem Conradi, Colonienſis Archiepiſcopi, multis ſapientiæ ac gratiæ titolis inſignem; quæ Salſiniæ vitam Monaſticam à iuuentute amplexa, primò illic Abbatiſſæ munus exercuit longo tempore. Anno quippe 1128. huiuſce Monaſterij Virginibus præfecta eſt, poſt mortem Agnetis *de Varnant*. & per 10. annos continuos, magna ſanctitatis opinione rexit: quo tempore multas & grauiſſimas perſecutiones, æquo, mitique animo, tulit. Indè autem tranſlata ad Flinenſe Monaſterium Regen-

dum, Aleydæ Abbatiſſæ ſubrogata, paucis, quibus gubernauit annis, non parum res Flinis promouit: ſuauiſſimamque ſui nominis fragrantiam, latiſſimè diffudit, & omnium virtutum titulis decorata, ſancto fine quieuit.

§. 5. *B. Beneuenuta, Virgin.*[e]] Anno 1213. menſe Septembri, Peruſio Aſſiſium venit, vt ſocia ac diſcipula Sanctæ Claræ Virgin. efficeretur: cuius virtutes ad amuſſim eſt imitata. illios meminerunt, Martyrologium Franciſcanum, & Annotationes ad ipſum, hac die, ex Marinno in Appendice lib. 1. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Wadingho Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. Chriſti 1213. §. 69. ex proceſſu canoniſationis ipſius S. Claræ.

§. 6. *B. Maria-Ludouica, Virgin.*[f]] Hanc commemorant idem Martyrologium Franciſcanum, cum Annotationib. hac die, & MSS. Monimenta Prouinciæ Mediolanenſ. ac Monaſterij S. Apollinaris, vbi requieſcit; itemque Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. Chriſti 1471. §. 40.

§. 7. *B. Redigundis, Virgin.*[g]] Nuocupatur *Radegundes*, & *Redigundes*, hæc Virgo Hiſpana, mundo crucifixa cum concupiſcentijs eius; dum rigoroſis, ſed pijs auſteritatibus, carnem ſubigit, velut inter ſpinas lilium germinauit: & mundo corde, ac caſto corpore, cœleſti ſponſo mirificè placuit: ita Ioannes Chryſoſtomus, *Vander ſterre*, ſeu, à ſtella, in natalibus Ordinis Præmonſtratenſ. & Ioannes le *Paige* lib. 1. Bibliothecæ Præmonſtratenſis cap. 18. & lib. 2. pag. 531. in compendio vitæ eius, hac die, ex regularib. MSS. eiuſdem loci ac Sauſſayus in Martyrologio Gallicano ead. die, qua perperam confundit *Brugenſem*, vrbem Flandrorum, cum *Burgenſi*, ciuitate Hiſpan. Tarraconenſis, in cuius Diœceſi, ipſa Chriſti famula vitam duxit, non in Gallia Belgica. Ioannes Tomaio ead. die, in Martyrologio Hiſpano.

§. 8. *B. Iſabella, Virgin.*[h]] Huiuſce Monaſterij S. Annæ, Ordinis Prædicator. apud Lerenam oppidum fundatio incidit in ann. Chriſti 1454. vbi inter primarias ipſa B. Iſabella nouitias, habitum religionis induit: quæ taliter profecit in acquiſitione virtutum; vt nuſquam læthali offenſa ſe inquinatam ſenſerit. Sicque conſummata in breui, expleuit tempora multa: nam anno ſecundo ab ingreſſu religionis, mundo derelicto, properauit ad ſponſum Chriſtum in cœlum: in cuius fœlici tranſitu, auditi ſunt Angeli, cum varijs inſtromentis muſicis canentes, & cœleſtem melodiam dulciſonis vocibus agentes: exindè terra ſepulchralis eius, ſuauiſſimum exhalauit odorem, & nunc vſque perſeuerat: ægrotis autem deuotè applicata ipſa terra, medelam confert omnimodam. Quæ omnia latius proſequuntur Ludouicus à Souſa, in Chronic. Ordin. Prædicat. Prouinc. Portugall. part. 2, lib. 6. cap. 14. Ludouicus Lopez ibid. part. 5. lib. 2. cap. 37. Cardoſus in Agiologio Luſitano. hac die & commentario ad illud.

§. 9. *B. Catharina, Tertiar.*[i]] Vitæ fuit admodum Pœnitentis, diſcalceata ſemper incedens, paupere veſtiebatur panno; de die, domus obſequijs occupabatur: de nocte verò diſciplinis, & obſecrationibus vacabat: ieiunia, pane, & aqua ſoluebat: tanta humilitate prædita erat: vt quamuis ex bulla Apoſtolica, veluti fundatorum huiuſce loci nata illuſtri cognatione, Abbatiſſæ munus illi conferretur, in perpetuum, conſtantiſſimè huic collationi reſtiterit: cupiens, magiſque eligens, Deo in humili ſtatu placere: cuius rei cauſa, & propter heroïcas eius virtutes, magna in opinione habita eſt à Rege Portugalliæ, Ioanne 3. & Catharina Regina, proceribuſque Regni: quæ tandem pluribus grauata annis, miriſque feſſa operibus, diem ſupremum peregit, anno Chriſti 1596. vti refert Cardoſus ſup. hac die, ex libro Prouinciæ de Xabregas cap. 7. & alijs MSS. Monimentis fide dignis.

§. 10. *Tranſlatio S. Iulia, Virg. Martyr.*[l]] Immenſis cum diuinæ gloriæ ſignis hæc ſolemnitas peracta eſt, anno Chriſti 1133. hac die. Caput tamen eius Trecis remanſit in Eccleſia Cathedrali S. Stephani Protomartyris: vti obſeruant Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, hac die, & *Des-Guerroys*. ſup. ſæcul. 3. ad ann. Chriſti 275. §. 28. Molanus in Additionib. ad Vſuardum ſub 21. Iulij.

§. 11. *Suſceptio Corporis S. Odilia.*[m]] Dicta reperitur *Odilia*, & *Otbilia*: quæ ex ſodalitio S. Vrſulæ prodijt: de qua agunt Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Galleſinio & Cratepolio; itemque Sauſſayus in Supplemento Martyrologij Gallicani ead. die.

TERTIO

TERTIO CALENDAS FEBRVARII.

MEDIOLANI, Sanctæ [a] Sauinæ, Religiosissimæ fœminæ; quæ ad sepulchra Sanctorum Naboris & Fœlicis, Martyrum, orans, obdormiuit in Domino. Gerundæ in Catalaunia, Sanctæ [b] Aquilinæ, Matris Beati Victoris, Martyris. In Malboldio, Hannoniæ Monasterio, Diœcesis Cameracensis, Sanctæ [c] Aldegondis, Virginis, eiusdem Cœnobij Fundatricis, ac primæ Abbatissæ, Benedictinæ: quæ tempore Dagoberti Francorum Regis, floruit admiranda vitæ sanctitate. Pisauri, in Picœno, Beatæ [d] Franciscæ à Fano, Virginis Clarissæ: quæ multarum virtutum pollens meritis, sancto fine quieuit. Ferrariæ, Beatæ [e] Mauritiæ Ghinetti, Virginis Dominicanæ: pietate, charitate, & patientia spectabilis. Castaneti, in territorio Vlyssiponensi, Beatæ [f] Brancæ Baptistæ, Tertiariæ Franciscanæ; quæ humilitate, dono lachrymarum, & Dominicæ Passionis meditatione floruit. Madriti in territorio Toletano, Beatæ Annæ [g] à Cruce, Clarissæ: genere, pœnitentiæ operibus & sufferentia illustris. Vlyssipone, Transitus Beatæ item [h] Annæ à Gloria, Abbatissæ Clarissæ: regulari obseruantia, & vitæ perfectione celebris. Metis, Translatio [i] Sanctæ Serenæ, Virginis, & Martyris.

IANVARII XXX.

§. 1. *SAnctæ Sauinæ.* [a]] Ipsa est, quæ transtulit corpora præfatorum Sanctor. Naboris & Fœlicis, Martyrum, anno Christi 403. Dicta est autem *Sabina*, seu, *Sabina*; de qua Tabulæ Ecclesiæ Mediolanensis. Martyrologium Romanum hac die. Baronius ibid. in notis. Callesinius in suo Martyrologio, & Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Mediolanum* & de Sanctis Italiæ, vide Acta SS. Martyrum ipsorum præfatorum 12. Iulij apud Monbritium Tom. 2. & Lippeloum Tom. 3.

S. *Aquilinæ.* [b]] Illius meminerunt Ferrarius
§. 2. in Catalogo Generali Sanctorum, hac die, Saussayus ibidem & in Martyrologio Gallicano ad 22. Ianuarij ex Actis SS. Martyrum Vincentij, Orontij, & Victoris: post Vincentium Beluacensem lib. 12. specul. Historial. cap. 38. & Petrum de Natalib. lib. 2. Catalogum Sanctorum cap. 112. Non me latet Biuarium in Commentario 2. ad pseudochronicon Flauij Lucij dextri sub. ann. Christi 308. §. 14. ex eo scripsisse, ipsos martyres triumphasse, apud Pacem Augustam, Anæ flumini appositam Vulgò *Badaioz*, Extremaduræ, Regni Castelli vrbem, (seu, verius, *Beia*, in Lusitania, vti rectè probat Cardosus in Commentario ad Agiologium Lusitanum, sub 22. Ianuar.) exindèque eorum corpora diuino monitu, à Pontio Paulino, Ebreduunum in Gallia, fuisse translata; & forsan, credendam esse arbitror, viam sibi parasse per Gyrundam, de qua hic fit mentio.

S. Aldegondis, Virgin. Abbatiss. [c]] Soror extitit
§. 3. S. Waldetrudis: quæque ex Francorum nobili stirpe progenita, patre videlicet Gualberto, viro illustri, matre verò Bertillia, optima fœmina; à teneris annis gratia diuinæ benedictionis præuenta, sacrum intemeratæ Virginitatis propositum elegit; ædificatoque post parentum funera, ad opus suæ conuersationis, in proprijs prædijs, præfato Monasterio ad Sabim amnem, ibi cum plurima sororum turma, puræ vitæ innocentiam seruauit; in qua religiosè perseuerans, sæpius fuit Angelica visione recreata, atque superna reuelatione admonita, vt gratum Deo obsequium, in Virginitatis cultu prosequeretur: sicque Diuino communita robore, castoque flammeo à Sancto Amando Episcopo inuoluta est. Cæterùm quo die, noua nupta, dotem suam, vel in Templa, vel in pauperes dispertiuit, etiam has nuptias probaturum numen, aquam bibenti in vinum conuertit. Sed illa, vt pulchriorem se sponso suo probaret, multis precibus carcinoma velut formæ pigmentum, à cœlo extorsit. Abbatissa facta, cùm in suscepto sanctissimæ vitæ instituto, & perfectæ pietatis exercitio, consenuisset: atque ad vltimum ægra, à manu S. Petri, manna gustasset; nauseauit ab hinc omnes humanos cibos: ac tandem, magno perfusa splendore, cucurrit ad sponsum, cum illo victura in æternum: Eò igitur à cœlitibus aduentantibus, & inter hos, Augustissima cœli Regina, deducta est; vbi illis delicijs quotidiè frueretur, magnis autem post excessum adeptæ gloriæ significationibus emicuit. Quo in loco etiamnum celebre extat, canonicarum nobilium, siue Dominarum collegium, vulgò, *Maubeuge.* Agunt de ea Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Eccles. ann. 640. & in Additionib. & Annotationib. ad Vsuard. item in indiculo SS. Belgij, Stengelius in imaginibus SS. Ordin. Benedictini hac die. Sigebertus in Chronico, ann. 651. Surius, Lippelous, Doubletus, Gazetus, Ribadeneira, &c. in vita eius, hac die. Petrus de Natalib. sup. lib. 11. cap. vltim. §. 43. Baldricus lib. 2. Chronic. Cameracens. cap. 36. Gallesinius, in suo Martyrologio, Anselmus de Episcopis Leodiens. cap. 30. in S. Floreberto, Chapeauillus ibid. Tom. 1. Histor. Leodiens. in Annotationib. Gratepolius lib. de Episcopis German. Wion in Martyrologio Benedictino. Myræus de Collegijs Canonicor. cap. 49. & in Fastis Belgic. Saussayus in

Martyrologio Gallicano, hac die, Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Malbodium*. Franciscus de Rosieres Tum 4. stemmat. Ducum Lotharing. Gallia Christiana in Abbatijs, Rinaldus part. 1. Liliorum Galliæ Sanctæ cap. 2. Simon Martinus de ea 30. Ianuar.

B. Francisca, Virgin. [d]] Discipula fuit B. Fœli-
§.4. cis à *Mediolano*, Virginis, primæqoe Abbatissæ Monasterij Corporis Domini apod Pisaurum; à quu egregie edocta, multarumque virtutum meritis præclara euadens, sanctè obdormiuit in Domino, illius meminerunt Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud, Tossinianus lib. 1. Histor. Seraphic. Iacobillus de Sanctis Fulginatibus sob. 22. Iulij, Barezzus part. 4. Chronic. Minur. lib. 2. cap. 12. Valerianus de BB Fœminis eiusd. Ordinis lib. 4. cap. 15. Wadinghus Tom. 5. Annal. Minor. annó Christi 1439. §. 54. & ann. 1444. §. 6. ex Gallutio cap. 12.

B. Mauritia, Virgin. [e]] Patrem habuit Francis-
§.5. cum *Ghinetti*; sororque extitit admodùm charitatiua, deuota, & ubsequentissima: quæ infirmariæ curam agens & pharmacopolæ; illud prosequebatur officium dexteritate, patientia, charitate, & diligentia quàm maxima; sicque plena bonorum operum, sanctissimè vitam ducens, migrauit in cœlum; Ita MSS. illius Monasterij Ferrariensis Monimenta: ex quibus Seraphious Razzius part. 2. de vitis SS. & BB. Ordinis Prædicator.

B. Franca-Baptista, Tertiar [f]] In ea certatim
§. 6. relucebant, pœnitentiæ rigor, feruor orationis, humilitatis amor, copiosum lachrymarum donum, aliæqoe virtutes permultæ. Incedebat iogiter spiritu eleuata in cuntemplationem Dominicæ Passionis, ita vt omnia referret, spiritualiter applicaret ad dolorosa crucis mysteria: magna, sinceraque simplicitate vixit: & octuagenaria decessit. Memoratur, ab Emanuele à Sperança in chronica Prouinc. Portugall. & Cardoso in Agiologio Lusitano, & Commentario, ad illud, hac die.

§.7. *B. Anna, Clarissa.* [g]] Tingis in Mauritania nascitur ann. 1529. ex illustri Almeidarum familia Lusitana; habitum autem religionis sompsit Gandiæ, apud Monasterium S. Claræ excalceatarum Virginum; vbi mira deuotione vixit. Inde Madritum ablegata, vt Monasteriu initium daret, ingentium virtutum exemplar euasit: charitate plena, cæteris libentissimè inseruiebat: vigilijs, disciplinis, orationi, alijsque sanctis operibus valdè dedita cùm esset, multis infirmitatibus vexata fuit, quas rarâ cum patientia sufferebat: susceptisque deuotissimè Sacramentis, migrauit è vita anno Christi 1590. cuius actus memorabiles scripserunt Ioannes Carrillhu, part. 2. Chrunic. Minor. cap. 34. & 35. Ioannes Rhò, in Historia virtutum lib. 1. cap. 1. numer. 16. & cap. 3. numer. 6. & Cardosus sup. hac die, ex vita eius MS. & alijs illius loci Monimentis.

B. Anna, Abbatiss. [h]] Fluruit Vlyssipone apud §.8.
Monasterium Dominæ nostræ de *Quiete*, vulgò, de Flamingis; eo quòd primariæ sanctimoniales Clarissæ, ex Flandria, ob Hæreticorum perturbationem, aufugientes, illic aduenerant, ibique prima nouitia habitum religiosum induit; quem 50. annis tulit: quaterque Abbatissæ munere functa, ad retributionem æternam perrexit, hac die, anno Christi 1633. plena virtutibus, charitate, suauitate, prudentia, uratione extatica, pietate ac deuotione eximia, & vita exemplari insignis. Qua de re vide Cardosum snp. ex multis MSS. ac documentis authenticis.

Translatio S. Serena. [i]] Huiusce Translationis §. 9.
mentionem faciunt. Vincentius Beluacensis lib. 24. Specol. Historial. cap. 88. Renatos Benedictus, in Additionib. Tom. 3. vitar. Sanctor. ad calcem sub 3u. Ianuar. Bachotus, in Fastis Christianis, & Saussayus in Martyrologio Gallicano. eadem die. Sacrum namque corpus eius Spoleto Metim transtulit Theodoricus, Metensis Episcopus, (qui Adalberoni successerat) anno 33. imperij Othonis scilicet. 971. (iuxtà ipsum Beluacensem) illudque reposoit in Ecclesia Abbatiali S. Mariæ, Virginum Dominarum, Metensis ciuitatis: vbi honorificè seruatur. Scribit Saussayus illam esse Virginem, quæ Cordubæ, in Hispania, martyribus dùm varia exhiberet solatia, hoc nomine, ad impium iudicem delata, sub Diocletiani persocutione, post varios, pro constanti fidei asseueratione, perpessos cruciatus, illustri dimicatione, absoluta, cum victoriæ palmâ immarcescibili, æternæ gloriæ emeritam reportauit lauream; cui omnino contradicit Renatus Benedictus sup.

PRIDIE CALENDAS FEBRVARII.

APVD Canopum, propè Alexandriam, in Ægypto, Sanctarum Virginum & Martyrum, Theodoræ, [a] Theotistæ, & Eudoxiæ, Sororum, cum matre earum Athanasia: quæ in persecutione Diocletiani Imperatoris, pro confessione Christi, capite truncatæ sunt. Cyzici in Hellesponto, Sanctæ [b] Tryphenis, Martyris; quæ plurimis tormentis superatis, à Tauro demùm necata, Martyrij palmam promeruit. In Xiricaua, Regno Iapponiæ, Passio, Beatæ [c] Maximæ Martyris: quæ post ingentia, pro Christianæ fidei constantia, perpessa supplicia, ceruicibus abscissis, reuexit triumphum. Ambiani, Sanctæ [d] Vvlfiæ, Virginis, quæ Anachotesim professa, vitam duxit Angelicam in terris, vt illis sociaretur in cœlis. Vlyssipone, Beatæ [e] Mariæ à Deo, Clarissæ: eximia virtute, & vitæ sanctitate conspicuæ. Pinri, haud procul à Madrito, Diœcesis Toletanæ, Depositio Beatæ [f] Mariæ à Matre Dei, Abbatissæ, Cistertiensis Ordinis Monasterij à se extructi, in honorem Immaculatæ Conceptionis Deiparę, Virginis: vbi virtutibus

& miraculis celeberrima migrauit ad Dominum. Panormi in Sicilia, Beatę [g] Brigidę Piloni, Ordinis Minimorum: quæ humilitate, charitate, & vitę perfectione excelluit. Setvvali in Territorio Vlyssiponensi, Beatę [h] Hieronymę à Iesu, Clarissę: quę patientia, pœnitentia, & mortificatione corporis admodùm floruit. Apud Chellas, propè Vlyssiponem, Beatę [i] Marię à Sylua Priorissę Ordinis Canonicorum Regularium: generis nobilitate, zelo Monasticę obseruantię, vitę austeritate, & pietate insignis. In Figuero Conimbricensis Diœcesis, Beatę [l] Annæ de Iesu, Abbatissę Clarissę, dono orationis & lachrymarum, aliarumque gratiarum cœlestium ornamento decoratę. Romę, Sanctę [m] Marcellę, viduæ illustrissimæ: cuius præclaras laudes Beatus Hieronymus scripsit. Ibidem. Beatę [n] Ludouicę de Alberthonibus, viduæ, Tertiariæ Franciscanæ: vita & miraculis celebris.

IANVARII XXXI.

§. 1. SAnctarum Virgin. Martyr. Theodore, &c. [a]] Passæ sunt anno 9. Diocletianæ persecotionis, Maximino Imperante in Oriente, anno Christi 310. ex Metaphraste, Lippomano Tom, 5. Surio & Lippeloo Tom. 1. Baronio in notis ad Martyrologium Romanum hac die. Paulo Reg. lib. 1. de Sanctis Regni Neapolitani. Galesinio, & Ferrario in Catalogo Sanctor. ead. die ac in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Alexandria*, qoi mendosè tamen, vocat earum matrem. *Aspasiam*.

§. 2. *S. Tryphena, Martyr.* [b]] Agunt de ea Græci, in Menologio, Martyrologinm Roman. hac die. Baronius ibid. in notis sub Diocletiano & Maximiniano, Imperatorib. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Cyzicus*.

§. 3. *B. Maxima, Martyr.* [c]] Gloriosum certamen, cum duabus filijs, & alijs, inijt in persecutione Transaguxamæ, Iappouiæ Imperatoris, pro constanti defensione Christianæ fidei: qui omnes post grauissima perpessa tormenta, capite plexi sunt, Triumphum insignem profuso sanguine, reportantes ann. 1632. vti referunt Antonius Franciscus Cardim. in Catalogo Martyr. Iapponior. pag. 65. Cardosus in Agiologio Lusitano hac die, & commentario ad illud.

§. 4. *B. Vulfia, Virgin.* [d]] Floruit circa ann. Christi 740. quæ ætatis suæ anno 28. à Christiano, Ambianensi Episcopo sacro amicta velamine, in desertum secessit: vbi S. Domitij Anachoretæ monitis, & exemplis, admirandoque insuper opere, in proposito confirmata, religiosis exculta officijs; post Diuinæ consolationis affatim delibata fluenta, vitæ in terris Angelicæ cursum transegit: puritatisque candore, deargentata in pallore auri columba, ouans in cœlo euolauit. Hæc Molanos in Additionibus ad Vsuard. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. Canisius in Martyrologio. Gooonus lib. 2. vitar. Patrum Occident. Petrus Morlierus lib. 1. Antiquitat. Ambianens. Saussayus in Martyrologio Gallican. hac die & Simon Martinus.

§. 5. *B. Maria, Clariss.* [e]] Claruit Vlyssipone, apud Monasterium Matris Dei, sub Regula prima S. Claræ, quæ valdè pœnitens, mortificata, & pijs exercitationibus dedita, vixit: ac sanctissimè Spiritum Deo reddidit: quo in tempore, videlicet sui fœlicis transitus, totum Monasterium sic lumine resplenduit. vt generali incendio putaretur, ab externis circumvicinis populis concremandum anno 1530. ita MSS. Monimenta & Cardosus sup. hac die.

§. 6. *B. Maria, Abbatiss.* [f]] Institutum Cistertiense suscepit apud Monasterij S. Mariæ Magdalenæ Yeppensis oppidi, ex quo, ad construendum nouum asceterium in villa de Pinto, iuxta Madritum, ablegata; illicque Abbatissa prima electa ann. 1550. moniales sibi traditas, pijssimè ac prudentissimè rexit, sanctissimèque vixit, & multis post obitum signis admirandis illoxit: teste Henriqoez in Menologio Cistertiensi, hac die, ex traditione; & antiquis illius loci Monimentis: cuios corpus, in Præfato Yeppensi Monasterio, incorruptum magna cùm omnium admiratione asseruatur.

§. 7. *B. Brigida.* [g]] Soperior cùm esset Monasterij septem Angelorum, Ordinis Minimorum, apud Panormum: spatio quindecim annorum sanctissimè præfuit: raræ perfectionis de se præbens exempla, tum in Monastica obseruantia, & vita regulari; tum in humilitate, pietate, feruore spiritos, zelo perfectionis, & cæterarum exercitio virtutum; sicque fœliciter cursum beatæ vitæ expleuit, anno 1582. vti testatur Ludouicus Dony-Attichios lib. 6. Histor. Generalis Ordin. Minimor. ex Monimentis eiusdem Monasterij.

§. 8. *B. Hieronyma,* [h]] Tantò Pœnitentiæ operibus, quibus tenerum corpus iugiter exercebat, animum dedit, vt breui, longam contraxerit febrim ethicam, quæ per qoatuor cuntabescens annos mira patientia & resignatione enituit: atque purissimum spiritum exhalauit ann. 1588. teste, sorore Leonora à Sancto Ioanne, in sua MS. relatione, & Cardoso sup. hac die.

§. 9. *B. Maria, Priorissa.* [i]] Præfuit huic Monasterio Sanctissimè annis 42. vitæ quippè erat exemplaris, & prima in cunctis Religiosis exercitijs; nulla ea magis choro assistentiam præbens, nulla in oratione magis deuota; vel in ieiunio plus austera, aut in pœnitentia amplius continua: nec illi quicquam demandatum erat, quin incunctanter ex animo compleret: quibus tot meritorum prærogatiuis cumulata, properauit ad præmia æterna anno Christi 1589. Iuxta Ludouicum à Sousa, part. 1. Chronic. Ordin. Prædicat. lib. 1. cap. 26. & Cardosom sup. hac die.

§. 10. *B. Anna, Abbatiss.* [l]] Præcipua fundatrix fuit istius Monasterij, quæ paupertatis extitit obseruantissima; nil sibi in cella, aut habitu, approprians, sed omnia iuxta cuiuslibet necessitatem distribuens; religiosa modestia eminebat: meditationi diuinorum mysteriorum addicta, tota diffluebat in lachrymas: noctes propterea ducebat insomnes orationi insistens

magnis cum suspirijs: quæ tandem copiosis recreabatur consolationibus, cœlestibusque illustrabatur visionibus. Facta Abbatissa, rexit magna cum charitate, zelo, humilitate, & prudentia. Demùm, rigorosis actibus, cilicijs, ac pœnitentijs consumpta, sæpè amantissimè inclamabat, *cupio dissolui, & esse cum Christo.* Attamen vsque ad decrepitam peruenit ætatem, & centenaria obijt anno 1592. de qua Emanuelà Sperança in Chronica Portugall. Michael Leitaon in suis Miscellaneis. Dialog. 5. pag. 123. Cardosus sup. hac die, ex vita eius MS. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in 19. Monasterio Prouinc. Portugall.

§. 11. *S. Marcella, vidua.* [m]] De huius clarissimæ fœminæ sanctitate, & eruditione, extat egregia Epistola S. Hieronymi 16. aliàs 154. ad Principiam & 17. Aguot de ea S. Paulinus Epistola 49. ad illam, Martyrologium Romanum, Grisius de Clericis Regularib. sect. 10. §. 3. & 4. Simon Martinus hac die. Dandyllius in vita eius. Ferrarius de SS. Italiæ. hac die. Baronius ibid. in notis & Tom. 5. Annal. Eccles. ad ann. Christi 375. 382. & 410. Surius, Lippelous, Renatus Benedictus, Foderetus, Gazetus, Ribadeneira, &c. in vita eius, hac die. Rosweydus lib. 1. vitar. Patrum in notis ad vitam ipsius. Vincentius Beluacens. lib. 16. specul. Historial. cap. 87. & 88. Molanus in Appendice ad Vsuard. Bergomas de claris mulieribus, cap. 131. Antonius Alegre in Paradiso Carmelitici decoris, statu 2. ætat. 2. post Christum, cap. 21. & alij complures: ex quibus discimus ipsam Romanæ vrbis inclytum fuisse decus; illustri admodùm ortam familia, (consobrina quippe extitit *Pammachij*, Filia *Albinæ*, Mater *Principiæ*) quæ tamen opibus, & nobilitate, contemptis, paupertate & humilitate euasit illustrior. Orba Patris morte, viro quoqoe post nuptias septimo mense priuata est: & secundas nuptias licet amplissimas respuit. Cuius vestitus deinceps vulgaris, honor & obedientia erga matrem singularis; Diuinarum litterarum lectioni vacans, cunctis sæculi pompis à se omninò eliminatis. Prima in vrbe, Monasticam vitam à Sancto Athanasio Episcopo sibi traditam, fastum ingentibus animis calcans mondanom, exercuit: & mortis meditationi se dedit. Hæreticis, Schismaticis, & malis Christianis, viriliter iugiterque restitit. Roma capta à Gothis, incredibili patientia, inter tot aduersa, emicuit; ac tandem virtutibus, bonisque operibus referta, obdormiuit in Domino anno Christi 410. non tamen. hac die, qui solummodò Translationis eius dies est; vt notat Baronius sup. ad ann. 410. §. 29. 30. 31. & seq.

B. Ludouica, Vidua. [n]] Romana erat, sanguine quidem nobilis, sed morum integritate, & miraculorum copia clarior: vidua, & Tertij Ordinis S. Francisci alumna. Cuius tanta fuit ad Christi pauperes misericordia & charitas; vt panibus illis erogandis, tum aureos, tum quoque argenteos nummos, inter subigendum immisceret, negotiú interim omnino committens; vt ipse iuxta maiorem cuiuslibet necessitatem eorum, distributionem dirigere dignaretur. Vide Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud ex MS. Codice. Gonzagam part. 2. sup. in Conuentu S. Francisci Trans-Tiberim Fratrum Reformator. qui est 1. Prouinciæ Roman. in quo quiescit, hac die defuncta anno 1530. Additionatorem Ciacconij, de vitis Summor. Pontific. in Clemente 7. Pap. qui eius Mausoleum refert. §. 12.





FEBRVARIVS.

CALENDIS FEBRVARII.

SMYRNÆ, Sanctæ [a] Sabinæ, alias, Theodotæ, Martyris, Sororis Sancti Pionij; quæ ſimul cum eo, & Beata Macedouia Martyrij coronam promeruit, ſub Decio Imperatore. Xendai in Iapponio, Paſſio Beatæ [b] Mariæ, Martyris: quæ per ignem, vnà cum viro, & filijs, tranſiuit in refrigerium. In Scotia, Sanctæ [c] Brigidæ, Virginis; quæ cùm lignum Altaris tetigiſſet, in teſtimonium Virginitatis ſuæ, ſtatim viride factum eſt. Friſingæ, in Bauaria, Sanctæ [d] Dardulachæ, Virginis. In Territorio Feſſulano, in Tuſcia, Sanctæ [e] Brigidæ, Virginis, Sororis Sancti Andreæ, Diaconi Feſſulani. Apud Caſtrum Florentinum Ethruriæ oppidum, in valle Elſæ, Diœceſis Florentinæ, Sanctæ [f] Veridianæ, Virginis, Recluſæ, Tertiariæ, Franciſcanæ; fructibus pœnitentiæ dignis & miraculorum gloria, ac ſpiritu Prophetico elatæ. Segobiæ, Beatarum [g] Catharinæ, Mariæ, & alterius Mariæ, Virginum Clariſſarum: quæ miris virtutibus decoratæ, ſancto fine quieuerunt. Apud Odiuellas, in Territorio Vlyſſiponenſi Beatæ [h] Philippæ à Sylua, Ciſtertienſis Ordinis, nobilitate generis, & vitæ perfectione, conſpicuæ. Beiræ, in Territorio Guardienſi, Beatæ [i] Mariæ à Cruce, Tertiariæ Franciſcanæ; charitate, paupertate, & Dominicæ Paſſionis memoria celebris. In Anglia, Beatæ [l] Elæ, Sariſburiæ Comitiſſæ: quæ Ciſtertienſe inſtitutum amplexata, apud Lacock Monaſterium à ſe fundatum, pijſſimè ſub eodem, vſque ad conſummationem Sanctiſſimæ vitæ conuerſata eſt.

FEBRVARII PRIMA DIES.

ANNOTATIO.



§. 1. *ANCTÆ Sabinæ, Martyr.* [a]] Hæc verè pietatis ſtudioſa, *Theodota*, etiam nuncupabatur. Monuerat autem illam S. Pionius, a ſe fuiſſe *Theodotam* appellatam, ne ex nomine cognita, in manus impiæ ciuis, iam Dominæ ſuæ rurſum incideret. Quæ imperante Gordiano, cùm vellet Sabinam à fide abducere, eam vinctam in montibus relegauit; vbi clam victul neceſſaria ei à fratribus ſubminiſtrabantur. Poſtea autem ſtudioſè curatum fuit, vt à Dominæ ſuæ ſeruitute, & à vinculis liberaretur. Plurimùm autem cum ipſo S. Pionio conuerſabatur. Quæ etiam ſub Marco Antonino, & Lucio verò, imperatoribus ann. 169. *ſeu in Decij* imperator. perſecutione ann. 254. capta fuit. ſimul cum eo, & *B. Macedonia*, ex vico *Carina* oriunda, atque Martyrio coronata. Ita præfati, S. Pionij, presbyteri & Martyris Acta, apud Metaphraſtem, & Græcos. 11. Martij: ſed iuxta Bedam, Vſuardum, Adonem, & Martyrologium Roman. hac die. Baronium ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccleſ. ad an. Chriſti 169. & 254. Petrum de natalibus lib. 3. Catalog. Sanctor. cap. 68. Surium, & alios poſt. Euſebium lib. 4. Hiſtor. Eccleſ. cap. 14.

B. Maria, Martyr. [b]] conjecta in carcerem, vnà §. 2.
cum Marco viro & Andræa ac Paulo, filiis: ob fidei Chriſtianæ profeſſionem, omnes ſententiam mortis exceperunt: & ſimul ligati ad palos, lento igne combuſti ſunt, mira, & ſtupendâ conſtantia horrendum ſupplicium ſuſtinentes hac die, ann. 1624 vti ſcribunt Antonius Franciſcus Cardim. in Catalog.

log. Martyr. Iapponior. pag. 35. Cardoſus in Agiologio Luſitano. ead. Die, & in commentario, ad illud.

S. Brigidæ, Virg. [c]] A pueritia ſanctitatis operi-
§. 3. bus dedita fuit, Dùm eam parentes nuptui tradere vellent, & ipſa pudicitiam delegiſſet, poſtquam in manibus Epiſcopi, coram Deo virginitatem profeſſa eſt; induit Monialem habitum, in Mona inſula (quæ Regum Scotorum erat ſepultura) & ex tunc mirabilia peregit. Pluuiam, & imbrem continuit; aquam in ceruiſiam, & lapidem conuertit, pauperum ſubſidio, in quos omnia erogabat: cæcum etiam a natiuitate illuminauit; feras reddit manſuetas, & efferatos homines fecit concordes. Porrò, oculos procorum vt virgo effugeret, id a Deo lacbrymis impetrauit, vt oculi eius fœdum effluerent cruorem; ſed ſic oculis Chriſti placuit vt etiam illi poſtea decor ſuus redierit, obijt Abrenethi in ſcotia; vbi corpus miraculis, in canonicorum cœnobio, multis ſæculis claruit: caput, verò in Luſitaniam tranſlatum, honorifice aſſeruatur, in Eccleſia S. Ioannis de luce: Agri Vlyſſiponenſis. Præclara eius *Acta habentur* Bonæ MSS. in Monaſterio. S. Cæciliæ, trans Tyberim, authore *Cogitoſo*. De quibus Surius, Lippelous, de voragine, Laurentius Dunelmenſis, Renatus, Benedictus, Foderetus, Doubletus. Hæræus, Gazetus, Ribadeneiera, & cæt. hac die. Agunt de ea Beda, Vſuardus, Ado. Martyrologium Roman. hac die, Baronius, ibid. in notis. & Tom. 7. Annal. Eccleſ. ad ann. 523. Ferrarius, in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Scotia*. Molanus, in Additionib. & Annotationib. ad Vſuard. Wandelbertus, Maurolycus, & cæt. In ſuis Martyrologijs, Sigebertus, in Chronic. ann. 618. Marianus Scotus, ibid. ano. 521. Vincentius Beluacenſ. lib. 21. ſpecul. Hiſtorial. cap. 29. & ſeqq. D. Antoninus, 1. part. Chronic. Titul. 12. cap. 7. §. 1. Petrus de Natalibus ſup. lib. 3. cap. 69. Sabellicus Ænead. 8. lib. 2. weſtmonaſterienſis ad ann. 517. Bergomas de claris mulieribus, cap. 138. Rodulphus de Breda, in Calendario general. Thenetus lib. 16. Coſmograph. in Scotia. Poſſeuinus, in Apparatu ſacro, Maffæus in Chronic. lib. 12. Franciſcus Roſieres, Tom. 3. Semmat. Ducum Lotharig, Delrios, Tom. 2. diſquiſition. Magic. lib. 4. Camerarius lib. 3. de Scotorum pietate, & Sanctis Regni ſcotiæ cap. 4. hac Die, poſt Bœtium, lib. 9. Leſlæum, Majorem, Iordanum, Dempſterum, Genebrardum, & cæt. Caniſius Tom. 5. Antiquit, lection. Bachotus in Faſtis Chriſtianis, & Cardoſus, ſup. hac Die. Griſius de clericis Regularib. ſect. 10. §. 7. Schedel. ſexta mundi ætate fol. 143.

S. Dardulacha, Virgin. [d]] Ita Ferrarius, in Ca-
§. 4. talogo generali ſanctor. hac die: ex Martyrologio Scotiæ; De ea in Breuiario mentionem fieri teſtatur Dempſterus. Camerarius verò ſup. ad 1. Decemb. ex Friſingenſi, & aliis.

S. Brigitta, Virg. [e]] De ea Franciſcus Cataneus
§. 5. Diacetius; in præfatione ad vitas. SS. Feſſulanar. Ferrarius, in noua Topographia. ſup. verb. *Feſſula* & in Catalogo generali ſanctor. hac Die, quæ in loco, qui *Opacus*, dicitur, condita iacet. Camerarius autem. ſup. ad. 21. Decemb.

§. *S. Veridiana, Virg.* [f]] Nuncupatur etiam *Viridiana*: Hæc ab infantia ſua concepit Deum timere, mundique illecebras deuitare; intus ad carnem, cilicio, & cingulo ferreo accincta; ieiuniis ac piis operibus ſe totam dedit, egenisque pro Chriſto omnia dabat. Tantus fuit eius deuotionis feruor; vt peregrinationem ſuſceperit, ad D. Iacobum in Compoſtella, indè Romam, ad limina Apoſtolorum; poſtea in patriam reuerſa, à Seraphico patre. S. Franciſco, fuerit recepta ad ſtatum Tertij ſui Ordinis: in quo ſanctiſſimè vixit, ac mortua eſt, an. Chriſti 1242. apud Caſtrum Florentinum, vnde orta erat, & quo ſe ſponte recluſerat Horam ſui tranſitus præſciuit; obiitque genibus flexis, erecto corpore, cancellatis brachijs; in cuius glorioſo fine, campanæ inuiſibiliter, ex ſeſe ſonnerunt; multique in vita, & poſt obitum claruit miraculis. Memoratur in Martyrologio Franciſcano, hac die, & Annotationibus ad illud; Marco Vlyſſiponenſi, part. 2. Chronic. minor. lib. 1. cap. 11. De Sillis. in cap. 1. Regul. Tertij ordin. minor. De Torrez. in practicis Exhortationibus, ſuper eandem Regul. fol. 38. Salazare. lib. 6. Chronic. Prouinc. caſtellæ. cap. 25. VVadingho. Tom. 1. Annal. minor. Chriſti ann. 1242. §. 21. Thielmans, Tom. 2. vitar SS. Ordin. eiuſd Razzio. in ſanctis Ethruriæ. Ferrario in noua Topographia. ſup. verb. *Florentia*. In Catalogo generali ſanctor. & de ſanctis Italiæ, hac die, cuius vita & miraculis examinatis, Clemens. 7. vt officio Eccleſiaſtico veneraretur conceſſit. Addunt nonnulli, ipſam fuiſſe etiam Ordinis Camaldulenſis alumnam; vti VVion. in Martyrologio Benedictino, & Bzouius Tom. 13. Annal, Eccleſ. ad ann. Chriſti 1222. §. 27. cuius vitam ſcripſit. B. Hatto, Epiſcopus Piſtorienſis.

BB. Catharina. & cæt. Virg. [h]] Inſigniter floruerunt, obieruntque, non ſine ſanctitatis opinione: B. §. 7.
Catharina *de ſan millan.* dæmonibus inniſa, & ab eis plurimùm eaagitata; quæ ao. Chriſti 1579. ſanctè deceſſit. B. Maria *de Heredia.* abſtinentia, carnis maceratione, & erga pauperes charitate inſignis, ann. 1608. abjit in cœlum: Has paulò poſt ſubſtituta eſt altera B. Maria *Ramirez*, celebrem apud Segobienſes, propter plurimam virtutem, opinionem adepta. Hæc ex Martyrologio Franciſcano, hac die, & Annotationibus ad ipſum, Monimentis. MSS. Monaſterij Segobienſis, quod eſt. 32. Prouinciæ Conceptionis Virg. In Hiſpania, & Wadingho. ſup. Tom. 7. ad ano. 1486. §. 13.

B. Philippa. [h]] Magna virtute floruit; piiſſimè §. 8.
autem ferebatur in ſanctam dei matrem, Mariam ſemper virginem: cupiens verò obire in aliquo die feſtiuitatis ipſius: deceſſit è vita, dùm primæ veſperæ Purificationis cantabantur in choro, hac die, ann. Chriſti 1583. Accidit autem poſtea, quòd cum ſepultura eius aperta fuiſſet, vt illic tumularetur quædam ipſius neptis; repertum eſt corpus eius, multis in locis, hiſce litteris contextum. *Aue Maria*: quo viſo miraculo, omnes ſtupefacti, ab inceptis ceſſantes, Deum mirificè laudauerunt & eis famulam ſummo honore proſecuti ſunt, iuxta Cardoſum. in Agiologio Luſitano. hac die, & commentario ad illud, ex relatione fideli, ac veridica.

B. Maria, a Cruce. [i]] Viam vniuerſæ carnis ingreſſa eſt. Hac die, an. Chriſti 1641. Beiræ, in Mona- §. 9.
ſterio. S. Vincentij: fuit quippe Religioſa ingentis regularis obſeruantiæ, & tanta prædita charitate erga proximum: vt nulla eſſet neceſſitas, quin protinus ei remedio ad eſſet: cultus Diuini erat amantiſſima, & ampliationis illius Zelantiſſima: tali verò conſideratione detinebatur, in meditatione paſſionis Dominicæ, vt copioſiſſimis lachrymis pauimentum irrigaret: demum, morti vicina, pronun-

tiato illo psalmistæ versiculo. *In manus tuas Domine, commendo spiritum meum.* Sanctissimè expirauit: teste Emanuel à Sperança, in suis Chronic. & Cardoso. sup. hac die.

§. 9. *B. Ela, comitissa* [l]] Annales Angliæ egregias eius virtutes recensent: itemque Principum fœminarum, quæ spreto sæculo, habitum Cisterciensem, assumpserunt, cap. 18. & Henriquez in Menologio Cisterciensi. hac die, cùm enim esset Sarisburiæ Comitissa, sæculi delicias exosa, & terrenas calcans vanitates, Cisterciensi Ordini se subiecit, construxitque propriis sumptibus Monasterium, quod *Lacoca*, nuncupauit; in honorem Dei-paræ virginis, collocatis in eo quibusdam sanctimonialibus, quibus se eis sociauit, habitum Cisterciensem induit, & in breui ad perfectionis culmen ascendit. Cùmque morum integritate, & sanctitatis opinione, cunctis venerabilis esset, virtutibus clara, & signis celebris, migrauit ad Dominum.

QVARTO NONAS FEBRVARII.

HIEROSOLYMIS Purificatio [a] Beatæ Mariæ semper Virginis Dei-paræ: quæ à Græcis Hypapante Domini appellatur. Sebastæ in Armenia, Passio Sanctarum [b] Septem Mulierum; quæ sub Agricolao Præside, guttas sanguinis è corpore Sancti Blasij Episcopi & Martyris, (à quo edoctæ fuerant in fide) defluentes, dùm torqueretur, in linteis colligentes, deprehensæ, quòd essent Christianæ, post dira tormenta, gladio percussæ sunt. Aureliæ, Sanctæ [c] Sichariæ, Virginis Deo Sacratæ; humilitate, innocentia, & sanctitate, conspicuæ. Arimini, Beatæ [d] Claræ de Aquilatijs, Virginis Clarissæ: quæ Pœnitentiæ operibus dedita, gloria miraculorum refulsit. Panormi in Sicilia, Beatæ [e] Sigismundæ Virginis Tertiariæ Ordinis Minimorum; pietate, charitate, & multis charismatum donis sublimis. In Aueiro Lusitaniæ oppido, Beatæ [f] Philippæ Botelhæ, Virginis Dominicanæ: ingentis perfectionis, & probatæ virtutis. In Couto, Diœcesis Conimbricensis, Beatæ [g] Guiomaris, de Sousa, Tertiariæ Franciscanæ, quæ paupertate, abstinentia, ieiunijs, alijsque pœnitentiæ exercitijs illuxit. Metymnæ campi in Territorio Salmaticensi, Beatæ [h] Isabellæ de Moregon, Virginis Dominicanæ, puritate, & pœnitentiæ operibus eximiæ. Tibucci, in Territorio Guadiensi, Beatę [i] Christinę, ab Angelis, Virginis Clarissę: vita exemplari, oratione, & pietate insignis. Vlyssipone Beatę [l] Margaritę à Conceptione, Carmelitanæ, humilitate, patientia, vitæ asperitate, & feruenti amore in Christum, spectabilis. Pisis in Tuscia, Beatæ [m] Mariæ Spesalastæ, Viduæ, Tertiariæ Dominicanæ; quæ rudi amicta cilicio, & rigore disciplinæ monasticæ corpus iugiter edomans, Diuinis Reuelationibus ac Spiritu Prophetico emicuit. Kitzingi in Franconia, Diœcesis Herbipolensis, Veneratio Sanctæ Hadelogæ, quæ & Tecle,[n] Abbatissę Benedictinę.

FEBRVARII II.

§. 1. *PVrificatio. B. Maria, &c.* [a]] Antiquissima est hæc ipsa solemnitas apud Latinos & Græcos: vti constat ex Martyrologiis, Bedæ, Vsuardi, Adonis, & Romano, & cæt. tum ex Menologiis Græcorum, & Nouell. Constitution. Emanuel. imperator. de Feriis. Porrò sub Iustiniano imperatore solemnitatē hanc, Constantinopoli celebrari cœptam esse; tam Græci, quam Latini testantur Authores. Nicephorus, lib. 17. Histor. Eccles. cap. 28. Paulus Diaconus, seu potius Ioannes Diaconus, in Historia Miscellanea. ano. 15. Iustiniani imperator. Sigebertus, in Chronico. ann. 542. occasionem huius diei celebrandæ declarat, his verbis. *Constantinopoli, mortalitate magna insurgente, statuta est solemnitas Beata Maria; qua Graecè. Hypapante, id est obuiatio, dicitur: &c.* Addidit huic solemnitati Sergius Papa, (vt habet Ordo Romanus) Litanias, sic institutas; vt exeunte clero, cum populo, ab Ecclesia S. Hadriani, procederet cum cereis ad talem vsum benedictis, ad Basilicam. S. Mariæ Majoris. Nec quis putet, eundem etiam cereorum vsum ab eodem Sergio esse institutum; Nam. S. Eligius, Nouiodunensis Episcopus, qui ante Sergij tempora, in nostra Gallia floruit, obijtque, teste Sigeberto, an. Christi 665. in sermone, quem in ea solemnitate habuit, pluribus disserit de eo Mysterio cereorum. Olim autem, (vt author est Beda, lib. de Tempor. ratione, cap. 10.) non tantum in celebritate Purificationis, sed & in cæteris eiusdem Dei genitricis festiuitatibus eiusmodi distributio cereorum fieri consueuit. *Sed hanc*, inquit, *lustrandi consuetudinem benè mutauit Christiana religio; cùm in mense, eadem die S. Maria; plebs vniuersa, cum sacerdotibus ac Ministris, hymnis modulata vocis, per Ecclesias, per*

quæ congrua vrbis loca, procedit: datosque à Pontifice, cunctis cereos in manibus gestant ardentes; augescente bona consuetudine, idipsum in cæteris quoque eiusdem Beatæ matris, & perpetuæ Virginis festiuitatibus agere didicit. Et cæt. Alios prætermitto, quos citat Baronius, in notis ad Martyrologium Romanum hac die, & Ioannes Tomaio, in Martyrolog. Hispano.

§. 2. *SS. Septem mulier Martyr.* [b]] Earum gloriosum certamen continetur in Actis S. Blasij Episcopi, & Martyr. 3. Februar. apud Metaphrasten, Monbritium, Lipomanum, Surium, Lippeloum, De voragine, Renatum, Benedictum; & cæt. ipso die. De his item, Beda, Vsuardus, ac Martyrologium Roman. eadem die: Baronius, ibid. in notis. & Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. 316. Molanus in Annotation. ad Vsuard. Ferrarius, in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Sebaste*, Bachotus, in Fastis Christianis. Vincentius Beluacens. lib. 12. Specul Historial. cap. 48. Petrus de natalibus lib. 3. Catalog. sanctor. cap. 75. B. Antoninus, part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 10, Græci autem in Menologio. die 11. huiusce mensis.

§. 3. *S. Sicharia, Virg.* [c]] Scribunt de ea Molanus in Additionibus ad Vsuardum, Saussayus, in Martyrilogio Gallicano, hac die. Wion. in Martyrologio Benedictino. Menardus, lib. 1. obseruation. ad illud Martyrolog Canisius & Gallesinius, in suis Martyrolog. Ferrarius, in Catalogo generali sanctor. ead. die ex Beda, Adone, Notkero; & cæt. itemque in additis ad nouam Topographiam. sup. verb. *Aurelian.* Simon Martin hac die.

§. 4. *B. Clara, Virg.* [d]] Arimini, ex illustri *Aquilatiorum* prosapia nascitur, sanctimonialis verò efficitur in Monasterio Beatissimis Angelis dicato, Ordinis tunc Benedictini; at paulò post, monialibus ipsis Benedictinis aliò translatis, Sororibus Clarissis mancipatum cùm esset illud domicilium, ipsa B. Clara tunc loci inquilina, iis concupiscenti animo voluit adjungi, quæ adeò se ieiunijs, vigilijs, disciplinis, atque cæteris pœnitentiæ operibus dedidit, vt intra paucos annos, in maximam, sanctissimamque, Christi famulam euaserit: & tum viuens, tumque mortua, plura ediderit miracula. Hæc eadem referunt Martyrologium Franciscanorum, hac die. Annotationes ad illud, Gonsag. part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in præfato Monasterio, quòd est. 13. Prouinc. Bononiens. Valerianus de BB. Ordin. minor. lib. 4. cap. 13. Barrezzius, part. 4. Chronic. eiusdem Ordin. lib. 2. cap. 10. sub. ano. 1531. Wadinghus, Tom. 3. Annal. minor. ad ano. Christi 1323. §. 46. & in Additionib. ad ipsum Tom. §. 21. sub. ann. 1346. quæ sunt ad calcem. Tom. 7. post Ariminenses Historicos; Clementinum. lib. 5. & Adimarum. lib. 2.

§. 5. *B. Sigismunda, Virg.* [e]] A iuuentute Ordinem tertium. S. Francisci de Paula, sumpsit: Deo ex corde inseruiens, deditis erat orationi, & Sacramentorum frequentationi, erga pauperes plena charitate, sua omnia illis largiebatur: humilitatem adamabat, & paupertatem summè obseruabat: super asseres somnum capiens, noctes sæpè consumebat in vigilijs, obsecrationibus, & disciplinis, aspero cilicio iugiter carnem comprimebat, nudipes incedebat; die, quo sacra reficiebatur Eucharistia in meditatione tanti Sacramenti effundebat an mam, velut aquam in conspectu Domini: nec cibo vescebatur, nisi sub vesperam; alijs autem temporibus, tota occupabatur in operibus charitatis. Tandem diei mortis præscia, præparauit se, & ann. 1561. migrauit ad sponsum, sepulturam nacta, Panormi in Conuentu. S. Oliuæ, patrum Minimorum: vbi magna habetur in veneratione, miraculis Illustris: iuxta Ludouicum Dony-Atticbium. lib. 7. Histor. general. Ordin. Minimor. ex MSS. monimentis illius loci. Lanouium in Chronico generali eiusdem Ordin. sub ann. 1561. & in Appendice. 4. ad illud hac die.

B. Philippa Virg. [f]] Deuotissima erat erga Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, ante cuius conspectum dies integros stabat ad orationem, magna cum suæ animæ consolatione: quo tempore Dominus vicissim illi fauores ingentes, illustrationesque conferebat cœlestes; semelque dùm tali vacaret exercitio, tantus ac talis radius supernaturalis lucis, ex tabernaculo sanctissimi Sacramenti, procedens, in cor eius illapsus est, vt tota amore Diuino accensa, transformaretur absorpta; quo haud subobscurè intellexit, finem vitæ sibi fore vicinum: vti euenit: quatè leui ægrotatione attacta, in infirmariam pergit: vbi dùm sacerdos missam celebraret, & ipsa ad Communionem se pararet: particula Hostiæ consecratæ diuinitùs, in os eius immissa est: quo anima eius insigni iubilo repleta est. Tum morti proxima. à Sanctissima Virgine Dei-para, visitata, & à puero Iesu sibi apparente, confortata, finem sortita est, optatissimum: sepulta in conuentu de Iesu. Ordin. prædicator. Teste Ludouico de Sousa. part. 2. Chronic. eiusdem Ordin. lib. 5. cap. 18. & Episcopo Monopolitano ibid. part. 3. Chronic. lib. 3. cap. 11. Cardoso in Agiologio Lusitano. hac die. Et commentario ad illud. Ioanne, à sancta Maria part. 2. Vitar. SS. Ordin. prædicat. lib. 3. §. 6.

B. Guiomar. Tertiar. [g]] Rudem, asperamque duxit vitam, in paupertate, & voluntaria corporis castigatione, Cilicio, cum Catena ferrea præcincta, ieiuniis, vigiliis, & orationibus: aliis exercitiis, tum corporalibus, cum spiritualibus, & interioribus, quæ omnia latius percurrit. Cardosus, in Agiologio Lusitano. hac die, obiit. 1600. §. 7.

B. Isabella Virgin. [h]] Hac die, ann. 1603. apud Monasterium, S. Mariæ Metymnæ campi, euolauit in cœlum; postquam Christo sponso, summè adhærens, vitam duxisset in omni virtute, & sanctitate; teste Lopetio. Tom. 2. lib. 5. cap. 11. & Ioanna à sancta Maria, part. 2. lib. 1. Vitar. SS. Ordin. prædicator. §. 8.

B. Christina, Virgin. [i]] Vitæ extitit multùm exemplaris in exercitio virtutum, in assiduitate orationis, maximè coram sanctissimo Altaris Sacramento, cuius erat deuotissima: patientia quoque excelluit in infirmitatibus, piissimè moritur hac die, anno 1606. in Monasterio de Spe, apud Tibuccium, vulgò *Abrantes.* in cuius exequiis, cerei quamdiis accensi ardentesque toto tempore celebrationis funeris ipsius; nullam senserunt diminutionem, & cera ac si nullatenus igne consumpta, remansit in eodem pondere & mensura, vti testatur idem Cardosus, sup. hac die, & relatione veridica, & MSS. Monimentis eiusdem loci. §. 9.

B. Margarita. [k]] Ea Hispali oriunda erat, habitumque illic suscepit, à sancta Teresia, à qua postea Vlyssipponem ablegata est, vt initium, cum sociis daret Noui Monasterij fundationi. Humillima erat, & vilioribus abiectisque muniis domus §. 10.

se occupa-

ſe occupabat: nuſquam nouis indoebatur veſtibus, ſed vſu iam tritis: cilicio, & diſciplinis cruentis carnem macerabat: Abſtinentia, & ieiunio ſe ſuſteotabat, ſomni parciſſima, nec niſi ſuper aſſeres decubabat: orationem multùm eacolebat, ſæpius coram ſanctiſſimo Sacramento vigilias agebat. Porrò, ſiogularibus gratiis & fauoribus à Domino fuit honorata, ſecuraque reddita de certa animæ ſuæ ſalute, cùm coquinæ exercitiis vacaret; ſæpè viſæ manus eius, & ſi operibus ſordidis deturpatæ, ex labore, quaſi chryſtallum perlucidæ, & vt ſol ſpeodeſcere: quin & manibus ipſis tunc titiones accenſos tenere, excipere, ac tangere, abſque vllo damoo: multas à Dæmone pertulit moleſtias, vexationes, & percuſſiones: quas patieoti, æquoque animo tolerabat: mira quippe patientia enituit, tum in afflictionibus, tumque in ioſirmitatibus, reuelata autem ſibl die mortis, obiit, in hac ſolemnitate Virgin. Dei-paræ, ann. 1645. Nonagenaria Major: & ſeptuagenaria in Religione. Vide Cardoſum ſup. hac die, ex proceſſu iuridicè confecto.

§. 10. *B. Maria, Vidua.*[l]] Patria Piſana erat, patro Bartolomæo de *Monguto* nata, & in Baptiſmo, *Catharina*, vocata, Adhuc infans, cùm in impluuio in cunis iaceret, Aogelus eam ab interitu ſeruauit, tum nutricem viſibilis admonuit, illam vt exindè quantotiùs efferret; quòd impluuium in momento, quemadmodum accidit, corrueret, adulta facta, voluntate parentum, maritum accepit: & illo mortuo, alteri oupſit, nimirum Guillelmo *Speſalaſta*, à quo cognomen ſortita eſt; impetrauitque ab eo vt infirmis, & peregrinis excipiendis, ædes quaſdam relictas poſſet addicere, ſoluta à vinculo matrimonij, vitam duxit auſteriſſimam: ſuper nudo tabulato dormiebat, quatuor diebus Hebdomadæ ieiunabat; quo die ſacroſanctam Euchariſtiam perciperet, non alium cibum ſumebat; ſingulis diebus ab hora completorij, flagellis corpus ſuum cruentabat; horis matutinis, nocturniſque, pro ratione Diuinorum officiorum vigilabat; reliquas ab oratione, ſeruituti infirmorum impendebat. Angelos, & Chriſtum, in forma pauperis, nec non omnia Myſteria patieotis ſaluatoris aſpexit: illorum colloquio recreari, & ſalutaribus inſtrui monitis; huius vulnera abluere, curare, & iia dulcedinem cœleſtem deguſtare meruit: cui etiam Chriſtus patiens, caput inclinauit: peſtilentiam, & bella ciuilia Italiæ, longè ante prædixit; ac tandem annis, & meritis grauis, ſanctiſſimo fine quieuit. Plura de ea obſeruarunt, Michaël Pius, lib. 1. & 3. de Rebus Ordin. prædicator. Seraphinus Razaius, part. 2. de vitis. SS. & BB. eiuſdem Ordin. cuius fuit alumoa, Ioanoes à ſancta Maria: ibidem lib. 2. Bzouius, Tom. 15. Annal. Eccleſ. ad aon. Chriſti 1393. §. 10. quo florebat, Lopetios, Tom. 4. Gauaſtonſ. lib. 2. cap. 37.

S. Hadeloga, Abbatiſſ.[m]] Ita Caniſius, Wion, & Ferrarius. ſup. in Catalogo generali ſanctor. hac §. 11. die, quo Trithemios vult eam obiiſſe: ſed perperam, cùm natalis eius agatur, die, 15. Octobr. infra: nunc ita recolitur ipſius memoria; vel ob aliqua ab ipſa præſtita beoeficia; vel quòd de ea, forſan facta fuerit quædam Tranſlatio.

TERTIO NONAS FEBRVARII.

IN Africa, ſanctæ Celerinæ, [a] quæ vnà cum aliis, Martyrio eſt coronata; de quorum omnium glorioſis laudibus extat Beati Cypriani Epiſtola. Merbecæ in Brabantia, Diœceſis Mechlinienſis, natalis ſanctæ Berlendis, [b] Virginis Benedictinæ; quæ ibidem exhibito Chriſto puriſſimo famulatu, fœlici exitu, curſum abſoluit, cum Beatis Nona & Celſa, Virginibus. In monte Caluo Brabantiæ, Diœceſis Leodienſis, ſanctarum Oliueriæ, [c] & Liberatæ, ſororum Virginum. Tricinghamiæ, in Comitatu Staffordiæ, in Anglia, ſanctæ Wereburgæ, [d] Virginis Regię, Abbatiſſæ Benedictinæ; ſplendore generis, & ſanctitate vitæ clariſſimæ. Hiſpelli in Vmbria, Beatæ Balbinæ, Virginis, ſanctæ Claræ diſcipulæ: quæ ſic Chriſto ſponſo adhæſit, vt totius virtutis & perfectionis ſpecimen euaſerit. In monte Mor-Nouo, diœceſis Ebotenſis, Beatæ [f] Mariæ à ſaluatione, Dominicanæ; quę ad cumulum virtutum, orationem feruentem addidit: qua Chriſti, & Virginis, eius matris, viſitatione dignata eſt. Santareni in territorio Vlyſſiponenſi, Beatę, [g] Genebræ à Magdalena, Clariſſa; pœnitentia, humilitate, & pietate inſignis. Tentugali, Diœceſis Conymbricenſis, Beatę [h] Marię à præſentatione, Carmelitanę: quę mortificationi iugiter intenta, & paſſionis Dominica meditatione continua abſorpta in Deum, dulci mortis ſomno occidit. Caſtri-loco apud Montes, in Hannonia, Diœceſis Cameracenſis, Tranſlatio ſanctæ [i] Waddetrudis, Viduæ.

FEBRVARII III.

§. 1. *SANCTÆ Celerinæ, Martyr.* [a]] Auia erat S. Celerini, Martyris, Diaconi; cuius, & aliorum sociorum eius Martyrum, meminit. S. Cyprianus, Epistol. 34. *Auia eius*, inquit, *Celerina iam pridem Martyrio coronata est: item patruus eius, & Auunculus, &c.* Beda, Viuardus, Ado, Romanum Martyrologium. hac die, Baronius, ibid: in notis, & Tom. 2. Annal. Ecclef. ad ann. Christi, 253. §. 91. Petrus de natalibus. lib. 3. Catalog. Sanctor. cap. 79. Surius, Lippelous, Renatus, Benedictus, Simon Martinus, &c. In Actis eorum. eadem die. Erat in Africa illustris memoria S. Celerinæ: de cuius Basilica habetur mentio, in Titulo Sermonis 236. S. Augustini de Tempore, & Victore Vticensi. lib. 1. de persecutione Wandalica. Ex quibus, reiiciendi, Biuarius, in commentario ad Pseudochronicon Flauij Dextri sub. ann. 263. & Cardosus, in Agiologio Lusitano: & commentario ad illud, hac die, confundentes hanc iuniorem. S. Celerinam, cum seniore, quæ S. Torpetis Martyris funus curauit: nam ipse die 29. Auril. occubuerat: sed 17. Maij, illius corpus Angeli monitu, summa cum reuerentia, excipiens, Nauigio ad Lusitaniam appulsum, honorificè sepeliuit, vti dicemus, inferius suo loco: Martyrologium Romanum, Adonem, & alios sequuti: quo item die, memoria illius Senioris S. Celerinæ agitur.

B. Berlendis, Virgin. [b]] Floruit temporibus Da-
§. 2. goberti Francor. Reg. ann. 640. parentesque habuit Odelardum, & Nonam. S. Amandi sororem. A patre viduo exhæredata, patienter id tulit, & Morsellæ sacri velaminis habitum suscepit. Ex eo autem pauperrimo Monasterio, propter Hunnorum vastationem, cum licentia Merbeccam rediit, patre mortuo, quem in Ecclesia. S. Petri, quam ipse ædificauerat, iuxta vxorem sepeliuit: ipsaque in eadem Ecclesia permansit, Domini seruitio mancipata; cum. BB. Sororibus *Nona*, & *Celsa*, funerata, receptæ in cœlis beatitudinis ibidemque, perspicua prodidit diuinitùs iudicia. Hæc ex Molano, in Additionibus, ad Vsuardum, hac die, & in indiculo SS. Belgij, Gallesinio, in suo Martyrologio, Ferrario, in Noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Merbeccum*, & in Catalogo generali sanctor. Wion, in Martyrologio Benedictino, Myræo, in Fastis Belgicis. Saussayo in Gallicano Martyrologio ead. die.

SS. Oliueria, &c. Virgin. [c]] Illarum memine-
§. 3. runt idem Nolanus, in Additionibus, ad Vsuardum, hac die, & Ferrarius, in Catalogo. sup. At Saussayus agit quidem de *Oliuaria* Virgine, ea ipsa die, in supplemento Martyrologij Gallicani. sed. de *Liberata*, die 5. Februar, in ipso Martyrologio Gallicano

S. Weriburga, Virgin. [d]] Patrem habuit Wlhe-
§. 4. rum Merciorum Regem, matrem verò. S. Ermenildam, B. Sexburgæ Reginæ filiam: magnarumque virtutum virgo extitit. Quæ patre defuncto, sæculo renuntiauit, & habitum sanctæ Conuersationis susceptura, Monasterium Elyense intrauit, in quo multa, Deo cooperante, miracula patrauit: Cuius sanctitatis famam, cùm patruus Ethelredus, Rex Merciorum comperisset, eam, quibusdam Virginum Deo deuotarum Monasteriis, Abbatissæ Iure præfecit. Cuius totæ cogitationes in hoc positæ erant, quo modo, humilitate, silentio, abstinentia, vigiliis, lectionibus sacris, & precationibus, reliquas præiret, in præfato Monasterio Tricinghamlensi, vulgò *Trentham*, Agunt de ea. Continuator Bedæ. lib. 2. Histor. cap. 33. Polichronicon. ann. 674. Malmesburiensis lib. 1. cap. 4. & lib. 2. cap. 13. de Gestis Regum Anglor. Item lib. 4. de Gestis Pontif. Anglor. §. de Monasteriis Liebfeldens. & Cestrens. Florentius Wigorniensis an. 676. Westmonasteriensis, eodem an. Rogerius Houedenus part. 1. Histor. an. 783. Polydorus, lib 4. §. De Regno Mercior. Ioan. Capgrauius, in Legenda. SS. Angliæ. Harpsfeldius, in Histor. Anglic. Ecclef. Sæcul. 7. cap. 23. & 24. Camdenus, in Descriptione Cestriæ, Stow. in Annalibus, VVion. lib. 4. Ligni vitæ. cap. 28. & in Martyrologio Benedictinor. Menardus, ibidem, & lib. 2. obseruation. ad illud, Ferrarius, in Catalogo generali sanctor. hac die, Robertus Bucklandius, & Henricus, Bradshauius, in vita eius Gunonus, lib. 1. Vitar. patrum Occident. in ea, quam confundit cum *VVitburga*, de qua infra, ad 8. Iulij, Eduardus, Maihew. Tom. 1. Trophæor. congregation. Anglic. Ordin. Benedictin. ad natales sanctor. hac die.

B. Balbina, Virgin. [e]] Anno 1214. S. Claræ §. 5.
adhæsit hæc illustris virgo, tantæ virtutis & perfectionis discipula, vt aliarum mereretur esse & fundatrix Monasterij Hispellensis, in valle *Gloria*. Quinto ab Assisio lapide; quo in opere sociam habuit, & superiorem, B. Pacificam (de qua 14. Martij) virtutibus, & signis notissimam; quæ tamen post vnum, aut alterum annum, reuersa est, ad S. Damianum, At B. Balbina, superstes existens, mansit ibidem: obiitque ante S. Claram, in hoc eodem, quod fundauerat. Monasterio: qua de re, vide Martyrologium Franciscanum, hac die. & Annotationes ad illud, Thielmans, Tom. 2. Vitar. SS. Seraph. Ordin. & VVadinghum, Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1213. §. 64. & ann. 1214 §. 34. vbi cùm dixerit aliam esse à B. Balbina, Virgine. Nepte ipsius S. Claræ, (de qua 11. Martij. infra.) Miror ipsum postea contraria scribentem, ann. 1231. §. 14.

B. Maria, Dominicana. [f]] Vna fuit ex illis Noui- §. 6.
tiis, quæ primò ibi Religiosum induerunt habitum; quæque feruenti orationi dedita, singulari fauore, in ea, dignata est à Christo, qui sibi crucifixus apparuit dùm sacro interesset missæ Sacrificio: visitatione etiam sanctissimæ Virginis Deiparæ multum fuit consolata, cui erat deuotissima. Sanè virgo erat virtutibus adornata quampluri-mis: & sanctissimè corporis lumina clausit, anno 1560. De qua tractarunt Ioannes Lopes. part. 3. Chronic. lib. 2. cap. 38. & Ludouicus, à Sousa. part. 2. Chronic. Ordin. prædicator. lib. 6. cap. 19. Cardosus, in Agiologio Lusitano, & in commentario ad illud. hac die.

B. Genebra. [g]] Religione ac virtute nulli secunda §. 7.
extitit, multùm pœnitentiæ exercitiis assueta, cum mira sui ipsius despicientia; sanctam colens paupertatem, non minus diligebat obedientiam, Sacra-

Mentorum

cramentorum frequentia summo pietatis ardore prosequebatur: orationi instanter vacabat, licet ægra, & quasi cæca, manebat in choro, Maiorem noctis partem consumens in meditatione; ac rerum cælestium contemplatione: quo peracto, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum deuotissimè visitabat. Huic itaque vitæ sic Religiosæ, successit mors gloriosa; qua sanctè decessit ann. 1598. Santareni in Monasterio. S. Claræ: Hæc ex Chronic Minor fratr. Prouinc. Portugalliæ, & Cardoso. sup. hac die.

B. Maria, Carmelitan.[h]] Singulare de se præbuit
§. 8. pœnitentiæ exemplum, ac mortificationis speculum: disciplinis corpus castigaoa, & cilicio ferreo se constringens; super asseres somnum parcissimum capiens; modico pane & aqua se sustentans, pauperibus & egenis cætera distribuens; magna charitate infirmis ministrabat; nec propterea ab oratione cessabat, ex qua nouas vires reportabat: maximè contemplationi passionis Dominicæ intenta erat: in qua semper omninò absorpta manebat: tamdem placida morte, vitam finiuit, cum ingenti & alacritate animæ suæ an. 1624. De ea scribit Ludouicus, de Mertola, in vita eius: & Cardosus, sup. hac die.

Translatio, S. Waldetrudis.[i]] Memoratur à Molsno io Additionib. ad Vsuard. hac die, & in Indiculo sanctor. Belgij; Wione in Martyrologio Benedictino, Ferrario, io Catalogo generali sanctor, Gallesinio in suo Martyrologio, & Saussayo, in Martyrologio Gallicano, ead. die, atque Calendario Belgico. §. 9.

PRIDIE NONAS. FEBRVARII.

BELLOVACI, sanctæ Romanæ,[a] Virginis & martyris, quam postea secutæ sunt ad coronam Iolania & Camionia, Virgines. Lameci in Lusitania, Beatæ Ardiniæ,[b] Virginis, & Martyris: quæ propter fidei Christianæ professionem ab impio Rege patre suffocata, euolauit in cœlum. Romæ, sanctæ Veronicæ:[c] quæ sacrum Domini sudarium, Hierosolymis detulit. In Anglia, sanctæ Taraghtæ,[d] Virginis. Conymbricæ, Beatæ Fœlicianæ,[e] Virginis, Canonicæ Regularis sancti Augustini: quæ vitæ puritate & religiosa obseruantia resplenduit. Santareni in territorio Vlyssiponensi, Beatarum duarum sororum[f] Virginum, Dominicanarum, Anonymarum: quæ copiosis meritis ac virtutibus fulserunt. Fulginij Beatæ[g] Paschalinæ, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ, vitæ sanctitate insignis. Apud Bituricas, Beatæ Ioannæ,[h] Franciæ Reginæ, Virginis, fundatricis Ordinis Monialium Annuntiationis sanctissimæ Dei genitricis, Virginis Mariæ: quæ summis virtutibus decorata, maximis claret miraculis. Ameriæ in Vmbria, Beatæ Elisabeth,[i] Virginis, Tertij Ordinis Minorum. Panormi in Sicilia, Beatæ item Elisabeth, Tertiariæ eiusdem instituti. Vlyssiponæ, Transitus Beatæ[m] Isabellæ à cruce, viduæ, Dominicanæ: quæ paupertate, humilitate, & oratione, excelluit. VVimarant, in Territorio Braccarensi, Beatæ Mariæ, à Conceptione, Clarissæ Abbatissæ; humilitate, charitate & patientia laudabilis. Augustæ Veromanduorum, Diœcesis Nouiodunensis,[n] Translatio sanctarum Valeriæ & Polenæ, sororum Virginum.

FEBRVARII IV.

SANCTÆ *Romanæ Virgin. Martyr.*[a]] Sacrum
§. 1. eius corpus seruatur io cœnobio. S. Quintini, iam pridem miraculis à Deo clarificatum, & à fideli populo honoratum. Illa etenim fuit S. *Benedictæ*, Virginis & Martyris, vna ex sodalibus, socia quæ louacum veniens, ibique professa Christi nomen, ponè sepuchrum S. Luciani (quod veneratum venerat,) in constanti pietatis affectione necata, puram efflauit animam: *Benedicta*, Virginei illius cætus primiceriæ, & asseclia, quæ variis Galliæ in locis, certantes, pro Christi sponsi honore, non minùs fortiter, quàm fœliciter occubuerunt, in æterna gloria sociandam. Nominantur verò, ex cæteris agminis illius Lilligeri pugilibus, quasi præcipuæ palestritæ, hæ sanctæ, *Iolania*, & *Camionia*, Porrò, ipsius. S. Romanæ corpus, profutura dedicatione Nouæ Ecclesiæ, Guido, Beluacensis Episcopus, transtulit de sacrario, S. Petri, nimirum, Cathedralis Basilicæ, io hanc, quam in honorem. S. Quintini construxerat ædem, vno antequam dedicaretur die, scilicet. tertia Octobris. ann. 1074. qua quidem Dedicatione nullam fortè solemniorem, aliam reperiemus, siue personas spectemus sacras, & laicas, quæ conuenerunt; siue numerum Reliquiarum quæ pro veteri construendarum Ecclesiarum ritu, in Basilicam illam nouam tunc illatæ sunt. Cùm autem ob dissidium inter Regem Franciæ Philippum, & Præfatum, Guidonem Episcopum, ann. 1076. Ecclesia Beluacensis iacturam haud modicam passa fuisset: *Clerici circumtulerunt egregiam virginem Romanam, per vicinas regiones, in redimendis Ecclesiæ ornamentis expensuro, quicquid*

vis à fidelibus offerretur: Vbi & propterea tunc sequuta sunt miracola in agro wilcassino, apud Medantum, ab ea S. Romanæ cœlitùs edita: quicquid blateret, *Pseudo-Guibertus.* Vide Hemæreum. lib. 2. Augustæ Veromanduorum. Illustratæ ad ann. 365. & 1074. ac1076. ea Codic. MS. Abbatiæ. S. Quintini Beluacens. P. Louuetum, lib. 1. Histor. Beluacens. cap. 14. Saussayum, in Martyrologio Gallicano ad. 8. Octob. & in Appendice ad idem Martyrologiom, & Lucam Acherium, io notis ad præfatum Pseudo Guibertum pag. 472. Postea ann. 1520. Sacrum eius corpus repositum fuit, in aliam capsam mirificè decoratam, ac locopletiorem, ex liberalitate D. Michaëlis *Rousset,* priorem de *Poix*

B. Ardinia, Virgin. Martyr. [b]] Eo tempore,
§. 2. quo Mauri, Hispanias occupabant, Ardinia virgo, vulgò, *Ardinga,* filia Reguli Lamecensis in Portugallia, fidei Christianæ percupida, Patria derelicta, aufugit cum vna pedissequa: post multos itineris dies, venit tandem ad Monasterium. S. Petri de Aquilis, Ordinis. S. Benedicti, in Agrò Pacis Augustæ, seu *Berra:* cui præerat Abbas. S. Gelasius, à quo benignè excepta; cum didicisset, quænam esset, & propterquid venisset. Illam sacra fidei Mysteria docuit, instructamque baptisauit: quòd cùm pater eius resciuisset, furibundus illam insequutus, apprehendit; & cautè domum ingressus, filiam suffocauit, iacentemque in lecto eatinait, in odium Religionis nostræ, cùm esset ille Maurus. circa ann. Christi, 995. vti scribunt Bernardus de Brito, in Chronic. Cistertiens. lib. 3. cap. 13. Item. part. 2. Monarch. Lusitan. lib. 7. cap. 27. Antonius Yeppes Tom. 7. Chronic. Benedictin. ad ano. 1146. cap. 3. pag. 366. Manriquez Tom. 2 Annal. Cistertiens. an. 1170. cap. 8. pag. 505. §. 5. Ludouicus ab Angelis, in Horto Portugall. §. 57. Vasconcellus, in Descriptione Lusitan. fol. 559. Cardosus, in Agiologio Lusitano, & commentario ad illud. hac die.

S. Veronica. [c]] Mulier erat Hierosolymitana,
§. 3. Christi discipula, Matrona vitæ sanctitate & prudentia insignita; qua Christo saluatori, ad Crucis supplicium euntmi, obuiam facta; mota tum ex ardanti in Christum Dominum amore, insigniqoe compassione ad ipsum, Sudarium illi obtulit, quo faciem suam præ labores ac sudore extergens, Imagò Christi vultus illi impressa remansit: quod Pia mulier, summa deuotione, excipiens, apud se retinuit, ac conseruauit: Romamque postea allatum, in Basilica principis Apostolorum religiosè veneratur. Qua de re Methodius Episcopus, antiquos Chronographus, apud Marianum Scotum. sub an. Christi 39. westmonasteriensis. ad ann. 37. Bergomas. lib. 8. supplementi Chronicar. ad an. Christi 34. Molanus lib. de imagioib. cap. 38. & 74. Baronius Tom. 1 Annal. Eccles. ad ann. 34. §. 138. Gretserus. lib. 1. de sancta Cruce. cap. 97. Ferrarius in Catalogo generali sanctor; tum in Catalog. sanctor. Italiæ. hac die, ea Gallesinio, qui Monimenta Mediolanensis Ecclesiæ citat, Pancirola, in Thesauro. vrbis Romæ. Regione 4. Ecclesia. 18. & Regione. 7. Ecclesia. 17. Nicolaus des Guerroys, in sanctitate Christiana, ad ann. 50. §. 13. qui testatur os tibiæ eius sanctæ Veronicæ, seruari, in Monasterio Belli Loci, Diœcesis Trecens. Sunt qui putant illam eandem esse cum ipsa muliere, quæ fluxum sanguinis patiens, à Christo sanata est, tactu fimbriæ vestimenti eius; siquidem *Berenice,* seu, *Veronica,* etiam vocabatur. Videantur, S. Ioannes Damascenus, lib. 3. de imaginibus, Eusebius lib. 7. Histor. Eccles. cap 14. Sozomenus ibidem lib. 5. cap. 20. Theophilactus, in cap. 9. Matthæi, Bergomas. sup. &c. Alterius etiam mulieris, nomine, Susannæ, à profluuio sanguinis sanatæ; cuius caput, vnà cum corpore, B. Cidonij, primi post. S. Maximinum, Aquensis Episcopi, translatum, ad Vezeliacense Monasterium, ann. 849. meminit Honoratus Bouche, pag. 168. libri, cui Titulus est. *Vendiciæ fidei & pietatis.*

S. Taraghta, Virgin. [d]] Ita Ferrarius, in Cata- §. 4.
logo generali sanctor. hac die, ea Martyrologio Anglico; Calendario Scotico, & Dempstero.

B. Falsciana, Virgin. [e]] Illius memoria Virginis §. 5.
nunc vsque seruatur in Monasterio Regio. S. Ioannis Conymbricens. Canonicar. Regular. Augustin. tùm, ob mirabilia, quæ Deus. per eam operatùs est, in vita, & post mortem ipsius, quæ fuit, ann. 1192. tùm ob sanctitatis famam eiusdem: vnde sacræ illius Reliquiæ, illic magna cum decentia ac pietate venerantur. De ea scribunt Pennotus, lib. 11. Histor. Tripartit. cap. 59. §. 10. Ludouicus, ab Angelis, sup. §. 64. Cardosus, sup. hac die, ex multis aliis.

BB. Anonymar. Virgin. [f]] Floruerunt hæ, BB. §. 6.
famulæ Christi circa ann. 1360. Santareni apud. S. Dominicum: non minus, virtute quàm sanguine, sorores germanæ: quarum vnà, tota die, Marthæ explens officium, sollicita erat, magna cum charitate, circa infirmarum curam, & rerum necessariarum illis administrationem; altera verò, Mariæ gerens munus, tota orationi incumbebat, & rerum cœlestium contemplationi: quæ tandem copiosis meritis, & bonis operibus opimæ, ad beatitudinis æternæ præmium fœliciter transierunt; vti habent Ludouicus à Sousa, part. 1. Chronic. Ordin. prædicat. lib. 5. cap. 31. Ludouicus Munoz, in vita, Ludouici Granatens. lib. 2. cap. 14. Emanuel Seuerinus, in Promptuar. spiritual. Exempl. De infirmis. 24. Cardosus, hac die, sup.

B. Paschalina, Virgin. [g]] Discipula fuit, & socia
dilecta. B. Angelæ, suæ conterraneæ; cuius §. 7.
exemplo allecta, nobilem progeniem, & mundi delitias contempsit, habitumque pœnitentiæ suscépit, sub regula tertij Ordin. S. Francisci, ann. 1190. Æmulatrix autem facta suæ Magistræ, ad eam aspirauit, & peruenit perfectionem, vt ad arcana quoque B. Angelæ admitteretur, eique fieret à secretis. Tandem Deo plena, virtutibus, & sanctitate præclara, in cœlum perrexit, ann. 1313. hac die, cuius sacrum corpus in eadem. S. Francisci æde, qua & Magistræ conditæ sunt exuuiæ, solemni funere, concurrentibus vniuersis ciuibus Fulginatibus, ad nobiles Virginis Exequias, honorifico tumolatum est sepulchro. Porrò, ex antiquo vrbis Fulginatens. statuto, ciues diem tunc celebrant sacræ depositionis. De qua agunt, Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. ibidem. Marcus Vlyssiponens. part. 2. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 11. §. 5. Gonzaga. part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in BB. Fœminis Tertiariis. De Bustis, in Rosario Quadragesim. Sermon. 27. part. 2. Iacobillus, de SS. Fulginatibus, Vghellus. Tom. 1. Italiæ sacræ, in Episcopo 24. Fulginat. de Sillis, Salazar, Vadinghus Tom. 5. & alij.

B. Ioan.

§. 8. *B. Ioanna, Virg. Regina Franc.*[h]] Hæc Serenissima Heroina, filia extitit Ludouici 11. soror Caroli 8. & vxor Ludouici, 12. Reg. Francor. Quæ omnibus naturæ dotibus, ac virtutibus illustrata, soli Deo seruire, cætera contemnere, ab ineunte ætate constituit; atque imprimis, ardentissima dilectione Filij Dei, & genitricis eius, Virginis Mariæ deuotione incensa; matrem misericordiæ deprecari solita erat, vt sibi perpetuò adesset: qua duce, semper id ageret, quo maiestas filij sui, quem vnicum animæ suæ sponsum desiderabat, gratissimam sese redderet. Nupta Ludouico Aurelianensi duci, per annos viginti, incognita viro, virgo permansit: à quo, Rege facto, diuortium & repulsam passa, ob causas sedi Apostolicæ expositas, & approbatas, apud Bituricas secessit; vbi fundato Monasterio, & Ordine Annuntiationis, B. Mariæ, seu, Decem Beneplacitorum, vel virtutum eiusdem Dei-paræ, illius Regulam professa est, sumpto habitu Religionis, ex licentia & approbatione summi pont. Alexandri. 6. ano Christi 1501. in quo sanctissimè vixit, & obiit. ann. 1504. aut. 1505. iuxta variam supputandi rationem. hac die, quam plurimis clara miraculis. Agunt de ea, Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud ibid. Gonzaga, part. 3. sup. in præfato Monasterio Bituricensi, quod est. 1. Prouinciæ Turoniæ. Barrezzus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 12. Tossinianus. lib. 1. Histor. Seraphic. post innumeros alios à nobis ibidem citatos Authores. Porrò vitam illius conscripserunt. Ludouicus Dony Attichius, Gregorius Mirault, Binetus, Hilarion à costa, Iacobus Rinaldus, Simon Martinus, Valerius, Thielmans, &c.

§. 10. *B. Elisabeth, Virgin.* [i]] Illius meminerunt, Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ibidem, Ferrarius in Catalogo generali sanctor. de qua officium cum propriis lectionibus recitare concessum est, à sede Apostolica, ann. 1603.

§. 11. *B. Elisabeth, Virg* [l]] De ea idem Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud, ex Antiquis MSS. Monimentis conuentus Panormitani. Tossiniano. lib. 2. sup. in Prouincia Siciliæ, sub custodia Panormitana. & Wadingho. Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. Christi, 1224. §. 45.

§. 12. *B. Isabella, Vidua.* [m]] Vxorata fuerat, sed viro mortuo, cùm esset iam. 40. annorum, Religionem S. Dominici intrauit, ac professa est Vlyssipone, in Monasterio de Rosa; vbi vixit in magna pœnitentia, & corporis mortificatione, jeiunium illi erat continuum; sed feria sexta & Sabbato cuiuslibet hebdomadæ, solo pane & herbis se sustentabat: quòd si propter aliquod festum cogeretur aliquid addere: inter delicias computabatur, panem aceto pro tunc intingere. Die autem, quo sacram sumebat Eucharistiam; manna illud Diuinum reficiebat illam spiritualiter & corporaliter, nullo alio cibo vtens; somno modicè indulgebat; noctem consumens in asperrimis disciplinis, & obsecrationibus; sicque longius stabat in oratione, vt in genibus callum durum & tumentem contraxerit, dolorem illi non modicum producentem; cuius considerationes maximè dirigebantur ad Christi, Passionem meditandam: singulari deuotione ferebatur ad Dominam nostram de Rosario, in cuius memoriam, magno cum fidei ardore, certum vnguentum ex illius loci Rosis conficiebat, quo omnibus ægrotis medebatur, sanitatemque illis conferebat perfectam: quæ ad decrepitam vsque perueniens ætatem feliciter obdormiuit in Domino. ann. 1601. quam Angeli cœlesti melodia honorarunt: iuxta Ioannem Lopez, part. 5. Chronic. prædicator. lib. 2. cap. 39. Ludouicum à Sousa sup. part. 3. lib. 2. cap. 4. Petrum Martyr. in Diatario Virginal. pag. 101. Cardosum. sup. hac die, Ioannem à sancta Maria part. 2. lib. 1. Vitar. SS. Ordin. Prædicator.

B. Maria, Abbatissa. [n]] Humilitate insignis fuit, nec Abbatissæ munus, nisi valdè coacta accepit; quòd ex obedientia prudentissimè administrauit: omnibus inferiorem se credens, omnium officia exercebat, & plena charitate omnes adiuuabat; magno cum rigore ieiunabat: cæteris autem diebus primo cibo, sibi in mensa apposito, contenta erat, pauperibus cætera, quæ supererant, distribuens, corpus asperrimis edomabat pœnitentiis: tantaque in infirmitatibus, & aduersis, patientia renitebat, vt omnimoda resignatione in Deum semper speraret. Quæ sanctè obiit Wimarani, in Monasterio de Ara cœli. hac die, ann. 1607. teste Cardoso. sup. ex Emanuele à Speranca, in suis Chronic. §. 14

Translatio. SS. Valeriæ, &c. [o]] Sepulturam nactæ, apud Hunonis-Curiam, in Benedictino Asceterio, Cameracens. Diœcesis, ibidem aliquandiu iacuerunt: donec postea Quintinopolim, vnà cum pretiosis exuuiis. S Liefardi, Cantuariens. Archiepiscopi, & Martyris, earundem fratris, translatæ fuerunt; memoratur à Myræo, in Fastis Belgis, & Saussayo, in Martyrologio Gallicano, hac die, ex Molano, in indiculo. SS. Belgij. §. 13.

NONIS FEBRVARII.

CATANÆ in Sicilia, Natalis sanctę Agathę[a] Virginis, & Martyris: quę temporibus Decij imperatoris sub Quinctiano iudice, post alapas & carcerem, post equuleum & torsiones, post mamillarum abscissionem, post volutationem in testulis, & carbonibus: tandem in carcere Deum precando, consummata est. In Catalonia, territorio Visensi sanctę Calamandrę, [b] Virginis & Martyris. Apud Vilecense Monasterium, in territorio Coloniensi, Beatę Adelheidis, [c] Virginis, Benedictinę, primę huiusce loci Abbatissę; quę genere & virtutibus emicans, ad ęterna gaudia, cucurrit festiua. Bononię, Beatę Imaldę, [d] Lamberdinę, Virginis Dominicanę; quę prematura morte, cœlum petens, Agnum sine macula, sequi, atque collaudare contendit. Illiturgi in Diœcesi Giennensi, Beatę

Agnetis,[e] Canę, Clarissæ Abbatissæ: mira pœnitenria, & meritorum prærogatiua, memorabilis. Apud Anduiar, Granatensis territorij oppidum, Beatæ, Mariæ[f] de Montenegro Ordinis Minimorum: quæ crucis mortificationem iugiter in suo corpore portauit. Vlyssipone, Beatæ[g] Annæ à sancto Ioanne Clarissæ: vitæ & moribus sanctis conspicuæ. Trancosi, in territorio Viscensi, Beatæ Helenę à cruce, eiusdem Ordinis, virtute abstinentię, orationis, & regulari obseruantia spectabilis.

FEBRVARII. V.

§. 1. SANCTÆ *Agath. Virgin. & Martyr.*[a]] Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. ac cæteri Latinorum; & Græci in Menologio, de ipsa agunt, hac die. Eius præclara Acta Græcè edidit Metaphrastes; quæ Latina reddita habent, Lippomanus, Surius, Lippelous. De voragine, Renatus Benedictus, Foderetus, Doubletus, Gazetus, Haræus, Ribadeneira, &c. Eadem die. S. Damasus Papa Sacrum Hymnum in eius honorem cecinit, Duo alij scripti leguntur in Breuiario Toletano. S. Isidori, quibus canuntur eius triumphi: meminit eiusdem Venantius Fortunatus, in Carmine de Gaudijs vitæ æternæ; & lib. 8. in Carmine de Virginitate; itemque Aldelinus lib. de Laudibus virginitat. De ea complura recitant, Vincentius Beluacensis. lib. 11. Specul. Historial. cap. 42. 43. & 44. Petrus de Natalibus, lib 3. Catalog. SS. cap. 84. D. Antoninus, part. 1. Chronic. Titul. 7. cap. 7. §. 5. Bergomas de claris mulieribus, cap. 86, & lib. 8. supplement. Chronic. ad ann. Christi. 452. Mantuanus de sacris diebus. Trugillus, Tom. 2. Thesauri concionator. hac die, Molan. in Annotationibus, ad Vsuard. & in Diario Medicor. Ecclesiastic. cap. 6. Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. & Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. Christi 254. Ferrarius, in noua Topographia, ad Martyrologium. Roman. verb. *Catana*, & in SS. Italiæ, Bachotus, in Fastis Christianis. Fulgosus. lib. 3. memorabil. cap. 3. Pancirola, in Thesauro vrbis Romæ, Regione. 2. Ecclesia 49. & Regione. 8. Ecclesia. 24. Schedel. sexta mundi ætate fol. 120.

§. 2. *S. Calamandra, Virgin. Martyr.*[b]] De ea, Historia sanctor. Cataloniæ, Ferrarius in Catalogo generali sanctor. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Vicensis, illam vti patronam venerantis; cuius corpus, Celati, in Ecclesia olim Canonicorum regularium piè asseruatur, nunc Parochiali sancti Iacobi, Ioannes Tomaio. in Martyrolog. Hispano.

§. 3. *S. Adelheidis, Virgin*[c]] Filia cùm esset Ducis Geldriæ, Mengesi; Ordinem intrauit S. Benedicti: vbi multis exornata fuit virtutibus: quæ dùm sacram sumeret Eucharistiam, ita piè ac deuotè se habebat, vt mira suauitate, omnia eius interiora repleerentur: migrauit in cœlum an. Christi, 1015. Porrò, de hac Illustri *Aleide*, seu, *Adelheide*, mentionem faciunt, Conradus, Monachus cœnobij Bruwilerensis, Ordin. Benedicti. Diœces. Coloniens. in vita. S. Wolphelmi. illius locij Abbatis 21. April. & Surius, ibid. hac die, itemque Berta, seu Bertrada Monialis, Soror ipsius. S. Wolphelmi, vitam ipsius B. Adelheidis eleganti Stylo composuit, vti testatur Molanus in Additionib. ad Vsuard. hac die. Cæsarius lib. 9. Histor. Memorabil. cap. 40. Vion. in Matyrologio Benedictino, Henriques, in Menologio Cisterciensi. Myræus, in Fastis Belgicis. Mosander, Haræus, Doubletus, in vita eius. Bachotus, in Fastis Christianis, Ferrarius, in noua Topographia. sup. verb. *Vilecum*. hac die, & in Catalogo generali sanctor. Petrus Cratepolius de Episcop. Germaniæ.

B. Imelda, Virgin.[d]] Hæc Claris orta natalib. virgo Benoniensis, & in cœnobio, B. Mariæ Magdalenæ, Religioni. S. Domini addicta, clara magis præcoci suæ sanctimoniæ; cùm Diuino sacræ Eucharistiæ incensa desiderio, propter ætatis imbecillitatem (vixdum enim vndecim annos egerat) ad Sacratissimam eius mensam accedere vereretur, in pias preces lachrymasque effusa, Diuina prorsus ope recreari meruit, hostia cœlitus illi demissa, post cuius sumptionem, fœliciter expirauit, ann. Christi, 1333. Aiunt sacram hostiam cœlitùs delaptam, capiti orantis in aëre suspensam incubuisse, sanctimoniales istud prodigium vidisse, sacerdotem, qui exciperet, euocasse, illum eamdem patina supposita accepisse, atque Imeldæ communicasse. ita Pius. lib. 3. Viror. Illustr. Ordin. prædicator. Tom. 1. Bzouius, Tom. 14. Annal Eccles. ad ann. 1333. §. 13. Ioannes à sancta Maria, part. 2. Vitar. SS. Ordin. prædicat. lib. 1. §. 4.

§. 5. *B. Agnetis, Abbatiss.*[e]] Pietate & genere illustris viuit hæc Christi. Ancilla 30. annos Abbatissa illius Monasterij, quod est. 5. Prouinciæ Granatens. vbi sanctè obdormiuit in Domino. Vide Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud, & Vadinghum, Tom, 5. Annal. Minor. ad an. 1430. §. 53.

§. 6. *B. Maria, Ordin. Minimor.*[f]] Patria Illiturgitana extitit, inter alias moniales, quæ sanctitate floruerunt, apud Monasterium de Iesu Maria Ordinis. S. Francisci de Paula, oppidi *Anduiar*. hæc claruit; verum pœnitentiæ ac mortificationis speculum; cuius vita, perpetuum erat ieiunium, nudipes semper incedens, rudiq; cilicio corpus edomans, & super asseres somnum capiens, &c. Demum singularis virtutis relicto exemplo, abiit in cœlum: vti testantur Lucas de Montoya lib. 4. Chronic. general. huiusce Ordin. & Ludouicus Dony-Attichius, ibid. lib. 6. in ea. Ioannes Tamayo in Hispano Martyrologio. ad 2. April. ex Lanouio in Appendice, 1. ad Chronicon generale Ordin. Minimor.

§. 7. *B. Anna, clarissa.*[g]] Ex Funchalensi insulæ Maderæ Monasterio, cum aliis Vlyssiponem venit, pro fundatione noui Monasterij de spe; quæ multis micabat virtutibus: sanctissimè autem illic decessit. an. 1560. in cuius fœlici transitu, tanta lux circumfulsit domum, vt videretur prorsus igne accensa: sed & quidam splendor cœlestis corpus etiam illius illustrabat. Dum autem sepeliretur in claustro aduenerunt quamplurimi passeres, cantantes & circumuolitantes, sic blandè ac comiter, vt manu

quiaa

quiuis eos capere quiuisset: tum denique supra eius tumulum germinauit Rosarium, Rosas albas producens miri odoris: teste Cardoso in Agiologio Lusitano, hac die, & Commentario ad illud, ex libro fundationis Monasterij de Spe, cap. 7.

§. 8. *B. Helena.* [h]] Oriunda erat è Portuensi vrbe, Religiosa valdè Sancta, & admirabilis in suis Pœnitentijs & mortificationibus. Nam vsque ad ætatem decrepitam cilicio ferreo vtebatur ad carnem: asperrimis, cruentisque disciplinis corpus atterebat. Quadragesimas alias, ex deuotione, ieiunabat per annum, & quatoor dies quoslibet hebdomadæ ingenti cum rigore, ieiunium seruabat, in oratione sic perstabat die, vt etiam nocte, continuò in ea moraretur: octuagenaria, placida morte, obijt anno Christi 1608. de qua Emanoel à Sperança, in Chronic. Prouinc. Portugall. & Cardosus sup. hac die.

OCTAVO IDVS FEBRVARII.

CÆSAREÆ in Cappadocia, natalis Sanctæ [a] Dorotheæ, Virginis & Martyris: quæ sub Sapricio illius Prouinciæ Præside, primùm equulei extensione, vexata, dehinc palmis diutissimè cæsa, ad vltimum capitis sententiâ punita est. Item Sanctarum [b] Martyrum, Christetæ, & Calistæ; quæ aliquando lapsæ, sed hortatu præfatæ Sanctæ Dorotheæ, facti pœnitentes, & ab eodem Sapricio Præside, simul colligatæ, in dolium vehementi flamma succensum, coniectæ, præclara in Christi Confessione, Spiritum exhalarunt. Eodem die, Sanctæ [c] Reuocatæ, Martyris. Alexandriæ, Sanctæ [d] Dorotheæ, Virginis. Macseiehæ, in agro Leodiensi, Sanctæ Relindis [e] Monasterij Eikensis, Abbatissæ, Benedictinæ, quæ vnà cum sorore eius Beata Herlende Domino, in vitæ puritate, deseruiens, præmia cœlestia sibi comparauit. In Marensi Monasterio iuxta Nouesium, Coloniensis Diœcesis, Natalis Beatæ [f] Hildegundis, viduæ, Comitissæ Marensis, Ordinis Præmonstratensis; quæ eiusdem loci fundatrix; & prima Abbatissa, virtutibus & signis admirandis illuxit. Panotmi in Sicilia, Beatæ [g] Dorotheæ, Virginis, Ordinis Minimorum: quæ vitæ perfectione, & multiplicis gratiæ donis decoratæ, fœlix transiuit ad sponsum Christum. Villæ-Vitiosæ, in Territorio Eborensi, Beatæ [h] Leonoræ à Spiritu Sancto, Priorissæ Augustinianæ Virginis; zelo Monasticæ Obseruantiæ, patientia, obedientia, oratione, & dono lachrymarum spectabilis. Vlyssipone, Beatæ [i] Ioannæ de Monte-Caluario, Virginis Clarissæ: humilitate, mortificatione, & iugi Dominicæ Passionis meditatione conspicuæ. Beluisij in agro Placentino Hispanico, Beatæ [l] Beatricis à Cruce, Virginis Abbatissæ, eiusdem instituti, regulari disciplina, & meritorum copia celebris.

FEBRVARII VI.

§. 1. *SAncta Dorothea, Virgin. Martyr.* [a]] De ipsa, hac die, agunt Beda, Vsuardus, Ado, & Martyrologium Roman. Baronius ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 304. quo martyrij coronam est adepta, Molanus in Annotationibus ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Cæsaream Cappadocia.* Extat sacer hymnos de ea, in Breuiario Toletano; Thomas de Campis, de eadem Martyre Sermonem habuit. Res eius gestas describunt, Adelmus de laude Virginitat. Monbritius, Surius, Lippelous, de Voragine. Renatus Benedictus, Foderetus, Gazetus, Haræus, Doubletus, Ribadeneira, &c. hac die. Vincentius Beluacensis lib. 12. specul. Historial. cap. 47. Petrus de natalib. lib. 3. Catalog. Sanctor. cap. 101. S. Antoninus part. 1. Chronic. Titul. 8, cap. 1. §. 11. Bergomas de Claris mulieribus cap. 108. & lib. 8. Supplement. Chronic. ad ann. Christi 305. Bachotus in Fastis Christianis, Saossayus in Martyrologio Gallicano hac die: qui addit sacrum eius corpus in Galliam fuisse aducctum, & Arelate asseruatum: caput vero eiusdem reconditur apud Domum professam societatis Iesu, Vlyssipone, vti vult Cardosus in Agiologio Lusitano. Eadem die & in Commentario ad illud. Pancirola videatur in Thesauro vrbis Romæ Regione 8. Ecclesia 18. Schedel sexta mundi ætate fol. 128.

§. 2. *SS. Christeta, &c. Martyr.* [b]] Rectè, Beda, Ado, Molanus, Surius, Ferrarius, Baronius sup. ann. 304. & quotquot S. Dorotheæ res gestas prosecuti sunt: addunt *Christenam*, seu *Christetam*, vel *Christinam*: & *Calistam*. Martyres: quas, cùm excidissent à fide, S. Dorotheæ monitis, audacioribus animis iterato certamine, igne fortiores inuentas, corona Martyrij decorauit.

§. 3. *S. Reuocata, Martyr.* [c]] Ita Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, Petrus de Natalib. lib. 11. sup. cap. vltim. §. 52. Ferrarius sup. variant Authores in loco, quo Martyrium passa sit. Martyrologium Roman. non determinat, Gallesinius

Roma designat, Ferrarius *Cæsarea In Cappadocia.* sup. Carillus in Annalib. Eccles. Hispan. *Medulæ in Asturijs.* Alij verò *Viane*, in Territorio Tudensi: vti Psendochronicon Lucij Flauij Dextri ad ann. Christi 260. Biuarius & Caro ibidem in Commentarijs, Sandoualius in Antiquit. Tudens. pag. 45. Vasconcellus in Descriptione Lusitaniæ. pag. 452. Cardosus sup. hac die, & alii complures apud ipsum. Ioannes Tomaio in Martyrologio Hispano ead. dic.

§. 4. *S. Dorothea, Virgin.* [d]] Hæc apud Alexandriam nobili progenie orta, Christo Domino seruiebat, votumque virginitatis emiserat: sed tunc Maximinus Imperator, in partibus Ægypti consistens, pudicitiæ hostis & fidei, Christianos mares ad Deorum cultum, Virgines ad voluptatem obscœnam, totis nisibus prouocabat. Dùm igitur Virgo Christi ab eodem impetitur, accepta dilatione, præ timore suæ. Virginitatis amittendæ; nocturno tempore, clàm aufugit, & eremum petens, orationibus & ieiunijs, multo tempere vacans, io pace quieuit: cuius exemplum multæ virgines imitatæ sunt. Illius meminerunt Eusebius lib. 8. Histor. Eccles. cap. 17. Ruffinus lib. 8. suæ Paraphrasis ad Eusebium. cap. 16. & 17. Vincentius Beluacens. sup. lib. 13. cap. 30. Petrus de Natalibus sup. cap. 102. D. Antoninus sup. cap. 2. §. 3. Molanus in Annotationib. ad Vsuardum, & Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. hac die. Item Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. Christi 307. §. 30. & seq. & ann. 311. §. 14. Nicephorus lib. 7. cap. 21. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Maurolyco & Galesinio.

§. 5. *S. Relindis, Abbatiss. &c.* [e]] SS. Episcoporum Vvillibrordi, Frisiorum, atque Batauorum Apostoli: & Bonifacij, Moguntinensis Archiepiscopi, discipulæ extiterunt, quæ extructo in proprio fundo Monasterio *Eske*, & *MaesEike*, ad Mosam: illic simul cum sorore sua, S. Herlinde, primæ Abbatissæ præfuerunt: vbi & plurimas Christo filias, puro Virginitatis cultu, genuerunt: fideque & charitate repletæ, humilitate decoræ, religione insignes, largitate eleemosynarum locupletes, & bonorum operum cumulo affluentes, ad nuptias cœlestes euocatæ, Agni Immaculati sempiternæ sectatrices, in cœlesti Regno effectæ suot. De his autem id maximè in gestis memorabile proditur; quòd otium, vt pestem mortiferam fugientes, aliquando palliola contexebant, quibus pauperum tegerent nuditatem: aliquando diuinas scripturas nitido, præstantique opere conscribebant, ex quibus nonnulla monimenta perindè, ac si recentia essent, conspicua hactenus conseruantur. Florebant circa ann. 750. videantur Molanus in Additionibus ad Vsuardum, hac die, & in indiculo Sanctor. Belgij, Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Masycum*, siuc, *Masacum*, item in Catalogo Generali Sanctor. Wion. in Martyrologio Benedictino, Myræus io Fastis Belgicis, Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, Chapeauillus Tom. 1. Histor. Leodiens. in Annotationib. ad Anselmum, de Episcopis Leodiens. cap. 37.

§. 6. *B. Hildegundis. vidua.* [f]] Hæc maritu orbata, post visitata Romæ Apostolorum limina, cùm se, & sua, quàm deuotissimè Deo, iu Marensis cœnobij fundationem consecrasset; eidem prima Antistita, magna sanctitatis laude præfuit, virginibusque sacris, suo exemplo, viam ad cœlos præmonstrauit, varijs post mortem nobilitata miraculis. Iuxta Ioannem *le Paige*, lib. 1. Bibliothecæ Præmonstratens. cap. 18. & lib. 2. in vita eius, ex Monimentis illius loci. Item Ioannem Chrysostomum *Vander sterre.* ad Natales Sanctor, Præmonstratens. Ordinis, hac dic.

B. Dorothea, Virgin. [g]] Nuncupabatur B. Dorothæa *la Grutta*, quæ inter alias Virgines assumpta fuit, & quodam Mouasterio Benedictino, per Archiepiscopum Panormitanum, anno 1532. vt fœlix daret initium illi Monasterio de 7. Angelis, quod eadem in vrbe Panormitana pro sanctimonialibus Ordinis S. Francisci de Paula extruendum erat: in quo 42. annis vitam duxit ingenti cum perfectione ac sanctitate. Erat quippe exactissima suarum Regularum obseruatrix; ac conuersationis admodùm exemplaris. Dies uoctesque ducebat insomnes, orationi & contemplationi addicta: parcè loquebatur; corpus ieiuuijs, vigilijs, cilicio, & disciplinis macerabat; super asseres decubabat, lapidem capiti suo supponens. Vultum præferebat Angelicum, piamque totius corporis deferebat gestationem: in infirmitatibus patientia, in collocutionibus sapientia, in afflictis iuuandis consolatione, in futuris prædicendis notitia, gratiaque curationum, haud parum enituit. Quæ demùm ann. 1574. fœlicem sortita finem expirauit: vti testantur Ludouicus Dony-Attichius lib. 6. Histor. General. Ordin. Minimor. ex MSS. Monimentis Siculis R. P. Iosephi à Messana; Lanouius in Chronico Generali eiusdem Ordin. ad an. 1531. & 1574. tum in Appendice 4. ad illud, hac dic. §. 7.

B. Leonora, Priorissa. [h]] Anno quinto suæ ætatis educata est in Monasterio S. Crucis Villæ-Vitiosæ: vbi & postea habitum Religiosum Ordinis S. Augustini sumpsit: quo breui consummata euasit in omni virtutum genere, & exercitijs Regularibus; amica quippe erat communitatis, zelatrix ceremoniarum & obseruantiarum Monasticarum: frequens in oratione mentali, in qua, maximè coram Diuinissimo Sacramento altaris totum explebat tempus, quo extra chorum, ex obedientia, non appellaretur. In cuius præsentia, copiosas diffundebat lachrymas; & eo die amplius, quo sacra reficiebatur communione. Graues proindè à Sathana passa est molestias, quas, constanti lætoque animo superauit. Priorissæ munus semel & iterum, notabili cum vitæ exemplo, præclarè exercuit. Quæ tandem grauata infirmitate, eximia eius patientia enituit: & vicina morti confessionem fecit. Maxima cum humilitate & lachrymarum profusione: necnon feruentissimo in Christum amore: sicque cruce manibus assumpta, & osculata, sanctissimè expirauit, anno 1584. De qua Ludouicus ab Angelis in Horto Portugall. §. 124. Cardosus sup. hac die, &c. §. 8.

B. Ioanna, Virgin. [i]] Religiosa extitit tam feruens & deuota; vt semper prior in choro aderat, pro laudibus decantandis, ad matutinas etiam vsque ad decrepitam ætatem; orationis amantissima cùm esset, Passionem Dominicam iugiter contemplabatur: incipiendo sæpè à negatione, S. Petri, tuncque tota copiosis irrigata piis lachrymis, cæteris admirationem ingerebat: sibi verò diuini ignis amoris vis inardescebat. Porro sic solidè fundabatur in humilitate & mortificatione, vt nullis passionibus succumberet: sed semper firma & constans in exercitio virtutum consisteret. Octuagenaria obijt. Circa ann. 1585. Vlyssipone, in Monasterio S. Claræ vti scribunt §. 9.

Emanuel

Emanuel Sperança in Chronic. Portugall. & Cardosus sup. hac die.

§. 11. *B. Beatricis, Virgin.* [l] Voce cœlitùs elapsa fuit semel & iterum in Abbatissam Monasterij Beluisiani, (quod est 6. Prouinciæ Angelorum) electa, diemque mortis suæ præsciuit: quo adueniente, hac die, ann. 1591. totam domum, suauissimo odore repleuit, & cum ingenti fama sanctitatis animos aliarum sororum affecit. Consule Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum: Daçam part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 50.

SEPTIMO IDVS FEBRVARII.

IN Regione Euchaitarum, quæ vergit ad Austrum, propè Heracleam Ponticam, Beatæ [a] Eusebiæ, optimæ fœminæ, Sancto Theodoro Christi Martyri notissimæ. Bononiæ, Sanctæ Iulianæ [b] Bauci, viduæ, testimonio Beati Ambrosij celebris. Apud Montem-Falconem in vmbria, Beatæ [c] Ioannæ, Virginis, Sororis Beatæ Claræ. Platæ in Sicilia, Beatæ [d] Anonymæ, Tertiariæ Franciscanæ, miraculis gloriosæ. Vlyssipone, Beatæ [e] Colletæ Talhadæ, Clarissæ Abbatissæ; mira prudentia, simplicitate, ac Sanctis Moribus conspicuæ. Setuuali in Territorio Vlyssiponensi, Beatæ [f] Mariæ à Spiritu Sancto, Virginis Dominicanæ: genere, humilitate, corporis mortificatione, ac Spiritus feruore, spectabilis. Ibidem, Beatæ [g] Margaritæ à Cruce, Clarissæ: virtutum exercitio, & pœnitentiæ operibus laudabilis. In Territorio Rhemensi, Monasterio Alto-Villari, susceptio [h] Corporis Sanctæ Helenæ, Augustæ, crucis salutiferæ Christi Domini inuentricis. Item, Commemoratio Sanctæ [i] Lubetiæ, eiusdem Augustæ Ancillæ. Marcianis in Hannonia, Diœcesis Attrebatensis, Eleuatio Corporis Sanctæ [l] Rictrudis, Abbatissæ, Sanctarumque eius filiarum, Clotsendæ, & Adalsendæ, Ordinis Benedictini.

FEBRVARII VII.

†§. 1. BEata Eusebia. [a]] Florebat circa ann. 300. vocaturque pia ac veneranda mulier, ancilla Dei, quæ S. Theodorum monuit, ne in loco, vbi quiescebat, consisteret, ob Draconem ibi latentem, quem tamen ipse, Dei ope adiutus, deuicit, & occidit. Ex actis ipsius apud Metaphrasten, Surium, Renatum Benedictum, &c. hac die, Petrum de Natalibus lib. 10. Catalog. Sanctor. cap. 40.

§. 2. *S. Iuliana, vidua.* [b]] Laudibus cumulat hanc B. Matronam, S. Ambrosius, sermon. de inuentione SS. Vitalis & Agricolæ, Martyrum, in Exhortatione ad Virgines: sed illa, vt apparet, Florentiæ nobilissima fœmina claruit: quæque erexit illic illustrem Basilicam, quam ipse S. Ambrosius dedicauit, sacrisque locupletauit Reliquijs, S. Agricolæ, Martyris, quas Bononia secum detulerat. Scribunt de ea, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, Grisius de Clericis Regularib. sect. 10. §. 4. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb, *Bononia*. post Tabulas Ecclesiæ Bononiens. & de SS. Italiæ. Simon Martinus hac die. Bernardus Pellitinus in vita eius: obijt ann. 432.

†§. 3. *B. Ioanna, Virgin.* [c]] Præclara eius gesta: & quomodò sanata fuerit precibus B. Claræ Virginis, de Monte-Falcone, sororis suæ: tum postea moriens, consolata ab Angelis, eidem apparuerit cum gloria: litteris commendarunt posteris, Berengarius & Simplicianus, in gestis Præfatæ B. Claræ; & in vita ipsius B. Ioannæ part. 2. Histor. Ordin S. Augustin.

§. 4. *B. Anonyma, Tertiaria.* [d]] Mulier extitit sanctissima, quæ ob vitæ integritatem, quamplurimis claruit miraculis, ante & post ipsius fœlicem obitum. Porro, vicina morti, animam agens, Platæ sepeliri voluit, in Conuentu S. Mariæ de Iesu, Fratrum Minorum Obseruantinor. qui est 11. Prouinciæ Siciliæ: Qua de re, vide Martyrologium Franciscan. hac die. Annotationes ad illud, Gonzagam part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in dicto Conuentu, Barezzum part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 35. sub ann. 1555. & Valerium, de BB. Fœminis eiusd. Ordin. lib. 4. cap. 31.

B. Coletta, Abbatiss. [e]] Inter Sanctimoniales, à Monasterio de Gandia, ablegatas vt Setvvali Monasterium nouum de Iesu, Ordinis S. Claræ, extruerent; prima designatur ipsa B. Coletta anno 1508. cui & præfuit prima Abbatissa: quod & rexit Sanctissimè annos viginti; nec abs re; quandoquidem prior esset in cunctis communitatis officijs; sic illustrata in rebus spiritualibus, vt admirationi esset cæteris omnibus: prudentia, & candore vitæ, ac ingenua simplicitate decorata erat. Porro pœnitentiæ operibus, atque mortificationum exercitijs, sic profecit, vt nullo letali labe se inquinatam vnquam senserit. Itaque annis confecta, sed meritis copiosis adornata, necnon spiritualibus consolationibus repleta, quieuit in pace, anno 1560. sepulturam nacta honorificam Vlyssipone, apud Monasterium Matris Dei, eiusd. Ordinis, cui prima Abbatissa etiam, vltimo loco, præfuerat: iuxta Cardosum in Agiologio Lusitano, hac die. & commentario ad illud ex Codice MS. §. 5.

B. Maria, Virgin. Dominican. [f]] Apud Monasterium S. Ioannis Setvvali oppidi, claret memoria huiusce ancillæ Christi: cui ab anno 10. suæ ætatis seruire decreuit in Ordine S. Dominici, cuius habi- §. 6.

tum religiosum (ex licentia illustris Equitis Torquati sui optimi parentis) sumpsit; magna cum pietate, tantoque Spiritus feruore, viam perfectionis cucurrit, vt choro, communitati, cæterisque etiam vilioribus munijs semper læta prior adesset. Reliquum tempus dabat orationi, & meditationi, ac genuflexionibus multa cum deuotione: corpus castigans cum frequentib. & asperis disciplinis: infirmitate detenta, cœlestibus cantibus cõsolata, Spiritum emisit, anno Christi 1592. teste Ioanne Lopez part. 5. Chronic. Prædicat. lib. 2. cap. 40. Ludouico à Sousa ibid. part. 3. lib. 2. cap. 10. Cardoso sup. hac die. Ioanne à Sancta Maria part. 2. lib. 2. vitar. Ordin. Prædicator.

§. 7. *B. Margarita.* [g]] Setvvali morabatur, in Monasterio de Iesu Clarissarum; sic Pœnitentiæ exercitio addicta; quòd quasi totum per annum ieiunaret in pane & aqua, cilicio iugiter vteretur; orationi sic operam dabat, vt dies noctesque in ea consumeret: ab amore parentum, eo in loco commorantium, prorsus aliena: humilis, deuota, & pia faucto fine vitam terminauit, anno Christi 1614. Ita Cardosus sup. hac die, ex relationibus veridicis istius loci.

§. 8. *Susceptio S. Helenæ Augustæ.* [h]] Almannus, Monachus Alti-Villarensis, scripsit Translationem S. Helenæ Reginæ, è Roma ad cœnobium Alti-Villarense in Gallia, Diœcesis Remensis, quæ extat MS. Sigebertus de viris Illustrib. cap. 99. & in Chronico, ad ann. Christi 849. Agit de ea, post Flodoardum, lib. 2. Histor. Remens. cap. 8. apud Surium Tom. 1. hac die, Molanus in Additionibus ad Vsuard. & Annotationib. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & Saussayus in Martyrologio Gallicano eadem die, & Augusti 18. Baronius Tom. 10. Annal. Eccles. ad ann. 849. Myræus in Fastis Belgic. Quæ quidem Translatio multis tunc fuit miraculis à Deo honorata: VVarnerus in Fasciculo temporum sub ann. 844. nec omittendus Carolus Saussayus lib. 11. Annal. Aurelianens. Eccles. §. 57. sub ann. 1278. hæc addens. *Eodem anno, Cœnobij de Alto-Villari, Diœcesis Rhemensis Abbas, & Conuentus illius Ecclesiæ, apud quam repositum est corpus B. Helenæ, Matris D. Constantini Imperatoris, miserunt ad Ecclesiam nostram, de scapulis & collo illius S. Mulieris, rogatu venerabilis viri. D. Guilielmi de Yssiaco Decani, ad illas partes iter habentis. Acta illius transmissionis apud nos habentur sigillata sigillis pluribus, & ab eo tempore Festum B. Helenæ, 7. Februarij, in Ecclesia Aurelianensi celebratur, quo die, Româ, corpus eius ad illud cœnobium olim translatum est: licet die 18. August. Martyrologia notent eius natalem. Aliæ B. Helenæ Reliquiæ ab eodem Alto-Villari postea ad nos missæ sunt, anno 1602.* Hæc ille.

Commemoratio S. Iubetiæ. [i]] Memoratur, hac §. 9.
die, ab eodem Saussayo in ipso Martyrologio sup.

Eleuatio S. Rictrudis. [l]] De huiusmodi festiuitate §. 10.
agunt, hac die, VVion. in Martyrologio Benedictino, Molanus in Additionib. ad Vsuard. & in Indiculo SS. Belgij. Ferrarius & Saussayus sup.

SEXTO IDVS FEBRVARII.

ALEXANDRIÆ Passio Sanctæ [a] Cointhæ, Martyris, tempore Decij Imperatoris, quam pagani correptam, ad idola perducentes, adorare cogebant: quod cùm illa execrans recusaret, pedes eius vinculis innectentes, & eam per plateas ciuitatis trahentes, horrendo supplicio discerpserunt. In Gotto insula, apud Iapponiam, Beatæ [b] Marthæ, Martyris. In Bithynia, Beatæ [c] Mariæ, Virginis, filiæ Sancti Eugenij: quæ ementito sexu, mirabili vitæ austeritate, patientia, & castitate, in Monastica obseruantia claruit. Apud Streaneshalchense Angliæ Monasterium, Diœcesis Eboracensis, Sanctæ [d] Elfledæ, Virginis, Benedictinæ Abbatissæ, Osuuij Nordanhumbrorum Regis filiæ; quæ puritate vitæ & morum sanctitate refulsit. In Aueiro, Lusitaniæ oppido, Beatæ [e] Agnetis Pacificæ: Dominicanæ, virtute abstinentiæ, & orationis insignis. Eboræ, Beatæ [f] Ioannæ à Præsepio, eiusdem Ordinis, Virginis, quæ spiritus ingenti feruore, & perfectionis desiderio plena; ad Brauium supernæ fœlicitatis peruenit. Alcaceri Salariensis in Eborensi Territorio, Beatæ [g] Philippæ à Sancta Clara, Abbatissæ, Virginis: obedientia, fide, & charitate, conspicuæ. Mantuæ, Beatæ [h] Annæ Hispanæ, Tertiariæ Dominicanæ, magnæ deuotionis ac pietatis fœminæ. Assisij in Vmbria, Beatæ [i] Iacobæ à septem Solijs, viduæ, Tertiariæ Franciscanæ, Minoritanæ; matronæ nobilissimæ: quæ à Seraphico Patre Sancto Francisco de rebus cœlestibus edocta, splendidioribus sanctitatis radijs, in orbe refulsit.

FEBRVARII VIII.

§. 1. **S**ANctæ Cointha, Martyr.[a]] Nuncupata reperitur Cointha, *Cointha*, vel *Quinta*; de qua Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius, ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Ecclef. ad ann. Christi, 252. Molanus in Additionib. ad Vsuard. Bachotus in Fastis Christianis. Scribunt certamen eius, Dionysius Alexandrinus, ad Fabium Episcopum Antiochenum, apud Eusebiom lib. 6. Histor. Ecclef. cap. 31. Nicephorus ibid. lib. 5. cap. 30. Vincentius Beluacens. lib. 11. specul. Historial. cap. 38. Petrus de Natalibus lib. 3. Catalog. Sanctor. cap. 106. Surius in Actis, S. Dionysij, Alexandrini Episcopi 8. April. quanqoam de Decij persecutione sit nonnihil subobscurum: Haræus, & Doobletus, &c. hac die.

†§. 2. *B. Martha, Martyr.*[b]] Mulier deuotissima extitit: quæ cùm deuotè oraret manibus ad cœlum sublatis, in loco vbi crux erecta fuerat, nec minus, vel precibos eaindè amoueri valeret, à Paganis gladio transverberata, Christo Spiritum reddidit: vti testantur Solierus Tom. 1. Histor. Ecclef. Regnor. & insular. Iapponiæ lib. 9. cap. 16. §. 164. & 165. sub ann. Christi 1589. & alij.

§. 3. *B. Maria. Virgin.*[c]] Patrem habuit D. Eugenium, qui eam omni morum iotegritate, & Sanctissimis disciplinis imbuendam curauit. Cùm autem vaore defuncta, vehementer vitæ Monasticæ puritate, & diuinarum contemplatione delectaretur omnes soas facultates filiæ tradidit, seseque deinceps Christo Iesu, in solitudine famulari velle dixit. Quo audito, B. Maria Patrem sequi decreuit, & tonsa capitis coma, sumpta virili veste, *Marinum* se appellauit, distributisque pauperibus, bonis omnibos, Monasterium simul ingrediuntur, & religioso de more excipiuntur: vbi præ cæteris, moa admirandis virtutibus claruerunt. Patre mortuo, B. Maria Diuinis rebus ita se mancipauit, eòque diuina gratia præuenta est: vt Dæmones ab obsessis corporibus profligaret. Quo tempore, probata est, sicut aurum in Igne. Nam puella vitiata, eam infamat graui crimine, sed falsò: quod tamen incredibili patientia, tulit vsque ad mortem. Cuius fidem, & pias lachrymas, sempiternis gaudijs Dominus compensare decreuit, ad regna cœlorum, illam, hac die, euocando, multis signis postmodum illustrem. Florebat circa ann. 740. ita referunt Metaphrastes, Surius, Lippelous Tom. 1. Molanus in Additionib. ad Vsuard. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Bithynia*. Fasti Mariani ead die. Vincentius Beluacensis lib. 15. sup. cap. 74. & seq. S. Antoninus part. 2. Chronic. Titul. 15. cap. 10. Petrus de Natalib. lib. 6. sup. cap. 108. De Voragine, Doubletus: Simon Martinus, Dandillius, Gazetus, &c. ad 18. Iunij in vita eius. Rosweydus lib. 1. vitar. Patrum in notis ad vitam illius: De ea autem Menæa Græca ad 12. Februar. vide infra ad 18. Iunij, qoo memoria eiusdem habetur. Fulgosus lib. 4. memorabil. cap. 3. Schedel sexta mundi ætate fol. 156.

§. 4. *S. Elsleda, Virgin. Abbatiss.*[d]] Ab ineunte ætate Deo est à Rege Patre, perpetua Virginitate consecranda, in Monasterio Heruthu, cui S. Hilda præerat Abbatissa; quæ post bienoium, in loco, qoi dicitur *Streanesbalch*. Monasterium construxit, in quo memorata Regis filia, primò discipola vitæ extitit Regularis, deindè magistra euasit; donec completo seaaginta annorum numero, ad complexum,[e] & noptias sponsi cœlestis Virgo Beata intraret: dicitur autem S. *Elfleda, Edelfleda, Elfreda, & Ethelfreda*: quæ hac die, obijt, circa ann. 715. ita Beda, lib. 3. Histor. cap. 21. 24. & 34. Malmesburiensis lib. 3. de Gestis Pontific. Anglor. in Wilfrido & §. de Pontific. Eboracens. item lib. 1. de Gestis Regum Anglor. cap. 3. Westmonasteriensis ad ann. 655. Harpsfeldios in Histor. Angl. Eccles. sæcol. 7. cap. 27. Martyrologium Anglicum. Heribertus io Fastis SS. Britanniæ, Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, VVion lib. 4. Ligni vitæ cap. 28. Menardus in Martyrologio Benedictino & lib. 2. Obseruation. ad illud. Eduardus Maihew. Tom. 1. Trophæor. Congregation. Anglican. Ordin. Benedictin. ad Natales Sanctor. hac die & Tom. 3. sub 17. Nouemb.

B. Agnetis Pacifica, Virgin.[e]] In seculo vocabatur *Pacifica*, assumpto aotem habitu Religionis S. Dominici dicta est. *Agnes Lousada*; multùm insignis in vitæ asperitate & obseruantia regulari; feria 4. & 6. cuiuslibet hebdomadæ totius anni, ieiunabat, pane solo & aqua se reficiens: cruentis quoqoe disciplinis carnem edomabat: tantòque se orationi dabat, talique spiritus feruore in ea perstabat; vt sæpè visionibus dignaretur. Sana cum esset, dies vitæ suæ vltima fuit illi diuinitus reuelata; quare veniens in infirmariam, cameram, lectumquè strauit, & de cunctis ægrotis & sepulturis necessarijs prouidit, & superiorem adiens, licentiam petijt, obtinuitque benedictionem; tumque susceptis Ecclesiæ Sacramentis, leni lentaque morte, transijt ex hoc mundo ad gaodia æterna: teste Ioanne Lopez part. 3. Chronic. Prædicat. lib. 3. cap. 10. & Ludouico à Sousa ibid. part. 2. lib. 5. cap. 21. Cardoso in Agiologio Lusitano hac die, & in Commentario ad illod. §. 5.

B. Ioanna, Virgin.[f]] Floruit Eboræ, in Monasterio Dominæ nostræ de Paradiso Ordin. Prædicator. cuios vita pœnitentiæ, & mortificationi omnino addita fuit: ieiunijs, disciplinis, vigilijs & orationibus vacans. Molestias haud modicas tulit patientissimè à Dæmooe frostra sibi illatas: demum præscia obitus sui cuncta Ecclesiæ Sacramenta deuotè suscepit: sicque summa cum pace breuiter vitam finiuit. De qoa scribunt Præfati ille part. 3. Chronic. lib. 3. cap. 75. iste part. 3. lib. 1. cap. 16. Cardosus sop. hac die, Ioannes à Sancta Maria part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordin. Præd. lib. 1. cap. 5. §. 6.

B. Philippa, Virgin. Abbatiss.[g]] Propter eius vitam exemplarem, charitatem insignem, obedientiam eximiam & sanctos mores, primò electa fuit Abbatissa Monasterij Clarissarum de *Ara cœli*, loci Alcaçeri Salariensis: deindè, apud Monasterium S. Claræ *de Moura*: quo cùm trienniom explesset, reuersa est ad pristinom domicilium: vbi sanctissimam doait vitam, ann. 1622. cuius sepulturæ, cùm multos post annos aperta fuisset, inuentum est Brachium dextrum cum manu iotegrum & incorruptum, in signom suæ ingentis liberalitatis & charitatis erga omnes: teste Cardoso sup. hac die, ex multis relationib. & Monimentis MSS. Illius Asceterij. §. 7.

B. Anna, Hispana.[h]] Memorabilis fuit hæc pientissima fœmina: quæ pœnitentiæ exercitijs, & sacris peregrinationibus omninò se dedit: nam bis Hierosolymam, B. Mariam Magdalenam, in Gal- §. 8. †

lià, S. Iacobum Apostolum, in Compostella, & Romam semel adiuit, ac deuotè visitauit, diuersaque ob Christum, lustrauit loca; sed tandem Mantuæ, cùm moras necteret, è vita excessit, anno 1515. quam Serenissimi Mantuani Principes, maximè venerati sunt; cui & ob insignem eius virtutem, ac vitæ sanctimoniam, tumulum honorificentissimum cum Epitaphio erigendum curarunt apud Ecclesiam Cathedralem. Iuxta Seraphinum Razzium part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordin. Prædicator. in ea.

§. 9. *B. Iacoba, vidua.* [l] Matrona erat Romana, ex antiqua, illustrique *septem soliorum* familia: quæ incredibili Patris S. Francisci sanctitate, & admirabili pœnitentia ducta, ex summa erga eum deuotione, non solùm ipsum, sed & omnes fratres eius, Romam aduentantes, familiariter apud se, vel alterum ex duobus filijs, Romanis Senatoribus, recipiebat hospitio: sanis victum & vestitum, infirmis pharmaca, & quæcumque medicinalia, velut materno amore ministrabat: & vt vno verbo dicam, nihil pauperibus fratribus aliquando deerat, quod generosæ, & deuotæ matronæ aliqualiter suppeteret: mirum! quanta animi pietate, quantaque cordis lætitia Roma Assisium veniens Patri Seraphico S. Francisco morienti adstiterit; ac post eius decessum, illic constiterit; vbi & postea sanctissimè obijt, anno Christi 1239. sepulturam nacta, in eadem S. Francisci Ecclesia. Agunt de ea Martyrologium Franciscanum hac die, Annotationes ad illud. Bartholomæus Pisanus lib. 1. Conformitat. 6. fruct. part. 2. vers. fin. & lib. 3. fruct. 4. part. 2. circa medium. Marcus Vlyssiponensis part. 1. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 67. Tossinianus lib. 2. Histor Seraphic. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Floretum. Speculum vitæ S. Francisci. Rebolledus. Elzearius, Corbinus, VVadinghus, &c. ibid.

QVINTO IDVS FEBRVARII.

ALEXANDRIÆ, Natalis Sanctæ [a] Apolloniæ, Virginis & Martyris: cui persecutores, tempore Decij Imperatoris, dentes primùm excusserunt; deindè constructo, & succenso rogo, cùm comminarentur viuam se eam incensuros, nisi cum eis impia verba proferret: illa paululùm intra semetipsam deliberans, repentè se de manibus impiorum proripuit, & in ignem, quem parauerant, maiori Spiritus Sancti flamma intùs accensa, spontè prosiliuit: ita vt perterrerentur etiam ipsi crudelitatis authores, quòd promptior inuenta esset ad mortem fœmina, quàm persecutor ad pœnam. Romæ, Passio Sanctæ Alterius [b] Apolloniæ, Virginis, & Martyris, sub Iuliano Apostata, Martyrio coronatæ. In Hybernia, Sanctæ [c] Tarnuthæ, Virginis. Santareni, in Territorio Vlyssiponensi Beatæ [d] Philippæ Godinæ, Dominicanæ, Virginis; abstinentia, oratione, & silentio spectabilis. Mediolani, Beatæ [e] Angelæ-Seraphinæ, de Dauerijs, Virginis Clarissæ; quæ Passionis Dominicæ meditatrix extitit & particeps. Conymbricæ, Beatæ [f] Leonotæ à Sylua, Clarissæ: genere vitæ perfectione, paupertatis amore, ac pietate illustris. Vlyssipone, Beatæ [g] Mariæ à Spiritu Sancto, Virginis Conuersæ eiusdem instituti; quæ morum præstantia, & virtutum laude floruit. Trancosi, in Diœcesi, Viseensi, Beatæ [h] Bernardæ ab Ascensione, Abbatissæ Clarissæ, quæ charitate, oratione extatica, patientia atque Spiritu Prophetico resplenduit. Apud Longum-Pontem; Ordinis Cistertiensis Monasterium, Diœcesis Suessionensis, Depositio Beatæ [l] Mariæ, viduæ, eximiæ virtutis ac sanctimoniæ fœminæ.

FEBRVARII IX.

§. 1. *Sancta Apollonia, Virgin. Martyr.* [a] De persecutione Decij, dubium aliquod suboritur; eo quòd iam antea, pro Christo agonisasset. Egregium eius certamen scribunt Dionysius Alexandrinus, in Epistola ad Fabium Episcopum Antiochenum, apud Eusebium lib. 6. Histor. Eccles. cap. 34. Nicephorus ibid. lib. 5. cap. 30. Surius, Lippelous, Coderetus, Renatus, Benedictus, Doubletus, Haræus, Galletus, Ribadeneira, &c. in vita eius hac die. Vincentius Beluacensis lib. 11. specul. Historial. cap. 38. Petrus de Natalib. lib. 1. Catalog. Sanctor. cap. 107. Bergomas de claris mulieribus cap. 87. item lib 6. Supplementi Chronicor. ad ann. 397. ante Christum in vrbe Dertonensi; & lib. 8. ad ann. Christi nati 254. Baptista Mantuanus, eiusdem Agonem in sacris diebus eximio carmine cecinit. De eadem item, hac die, Beda, Vsuardus, Ado, Romanum Martyrologium, Baronius ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 252. & Trugillus Tom. 2. Thesauri Concionator. Bachotnain Fastis Christianis: Eius sacrum corpus postea in Italiam delatum, apud Dertonam, Lombardiæ vrbem, in Cathedrali Ecclesia seruatur: caput verò Romæ in eius Ecclesia quæ est 20. Regionis 8. vrbis Romæ vide Pancirolam in suo Thesauro, Schedel in Registro mundi, sexta ætate fol. 120. de Sacris eius Reliquijs nonnihil habetur in Ecclesia Parœchiali S. Laurentij Martyris (cuius est Patrona) ad suburbia Parisiens.

Parisiens. Sanmartiniana.

§. 2. *S. Apollonia, Virgin. Martyr.* [b]] Memoratur à Ferrario in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Antonio Galuzio de Virginibus Romanis.

§. 3. *S. Tarsuitha, Virgin.* [c]] Illius meminit idem Ferrarius sup. hac die, post Martyrologium Canisij.

§. 4. *B. Philippa Virgin.* [d]] A die susceptionis habitus in Monasterio Dominarum S. Dominici, vsque ad extremum vitæ halitum, semper vixit in magna rerum abstinentia & austeritate, disciplinarumque acerbitate, vt breui præter pellem & ossa, nil sibi superesse videretur: cui lectus, nuda humus erat: quòd si aliqua cogeretur necessitate, matera quadam vtebatur, ita contusa, vt lapidis duritiem imitaretur: orationis & meditationis exercitia sollicitè frequentabat: silentium vbique seruans continuum; matutinis horis semper intererat, quibus expletis manebat in choro ad orationem, vsque ad primam, propterea à cæteris sororibus *Anachoreta* cognominabatur. Sanctu sua quieuit anno 1574. Iuxta Ioan. Lopez part. 5. Chronic. Ordin. Prædicat. lib. 2. cap. 35. Ludouicum à Sousa, ibid. part. 1 lib. 5. cap. 35. Cardosum in Agiologio Lusitano, hac die, & in Commentario ad illud, Ioannem à Sancta Maria part. 2. vitar. SS. Ordin. Prædicat. lib. 3.

B. Angela-Seraphina, Virgin. [e]] De ea agunt
§. 5. Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum. VVadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. Christi 1447. §. 92. ex Monimentis MSS. Monasterij S. Bernardini, quod est 4. Prouinciæ Mediolanens. quo sanctissimè decessit.

B. Leonora. [f]] Illustrissima ex familia *de Sylua*
§. 6. trahebat originem, ingenti prædita humilitate, & non minoris perfectionis dono sublimata, paupertatis sic sectatrix erat, vt nihil, præter necessitatem extremam sibi adoptaret; tanta charitate plena, vt pauperibus & egenis, quæcumque posset, illis vltrò largiretur: quam Deus varijs tribulationibus tentari permisit, vt patientia, & fiducia eius in Deum probaretur: ac tandem multis meritis ac virtutibus decorata transiuit ad sponsum ann. 1590. ita Cardosus sup. hac die, ex Emanuele à Sperança in Chronic. Prouinc. Portugall.

B. Maria, Virg. Conuersa. [g]] In villa *Gouea*,
§. 7. Diœcesis Conymbricensis ortum habuit: Religionis autem habitũ induit Vlyssipone, apud Monasterium S. Marthæ, Clarissarum, cùm esset vndecim annorum, vbi ad imitationem Patrum Heremitarum deserti (quorum vitas magna cum deuotione & attentione legebat) insignis, breui tempore, refulsit in praxi virtutum, & operum Pœnitentiæ: silentium quippe inuiolabiliter seruabat. Aspero cilicio vtebatur ad carnem, & vitæ austeritatem in omnibus sectabatur, cui Deus multa reuelauit futura, & quandoque lumine in cella circumfusa, signum suæ salutis exhilarata diuinitùs accepit: sicque mortis Beatæ dormitionem accepit anno 1600. ex relationibus veridicis MSS. istius Monasterij. Cardosus sup. hac die.

B. Bernarda, Abbatiss. [h]] A pueritia, virtuti §. 8.
animum dedit, & pauperibus valdè compatiebatur: facta Religiosa Clarissa, status perfectionem auxit: frequens in choro adstabat, missis audiendis deuotè occupata; ac postea in contemplatione Diuinorum Mysteriorum tota absorpta; post completorium, illic adhuc remanens, operam dabat orationi mentali, & sanctæ recollectioni. Qualibet feria sexta totius anni, Passionem Dominicam, & quæ in ea Christus pro nobis pertulerat, tanta deuotione, talisque affectu recolebat, vt cunctos incitaret ad pietatem: tam profundè autem orationi instabat, vt sæpe visa sit subleuata à terra in altum; ex cuius vultu, veluti flammæ ardentes exibant. Electa in Abbatissam, nulla ea feruentior, nulla pauperior; fiduciam in Deo omnimodam in rebus necessarijs, quæ sæpè visibiliter, vel illi suppeditabantur, vel cœlitùs multiplicabantur, pro necessitate sororum subditarum subleuanda; illustrata quoque fuit Spiritu Prophetico; & pluribus charismatum donis exornata multa, etiam tranquillitate ac patientia emicuit, siue in sufferendis proximorum iniurijs siue in tolerandis Sathanæ persecutionibus; placida morte Spiritum reddidit. ann. 1603. testo Cardoso sup. hac die, ex Emanuele à Sperança sup.

B. Maria, vidua. [i]] Nuncupabatur, hæc nobi- §. 9. †
lis Heroina, *Maria*. Domina de *Fera*, filia B. Ioannis *de Monte Mirabili*, genere, opibus, religione, meritis, ac miraculis Illustrissimi; primùm nupta, mox vidua, semper sancta, & Longo-Ponti, eximiè iugiterque addicta; quæ cùm sanctissimè viueret, fuit in eleemosynis larga, & bonis operibus, atque orationibus deuota; Mater Domini Iugeluani *de Coucy*. In eoque cœnobio tumulata iacet. Vide Manriquez Tom. 1. Annal. Cistertiens. ad ann. 1131. cap. 6. §. 5. l'Aloüeta lib. 3. Genealog. Couciacæ fol. 141. pag. 2.

QVARTO IDVS FEBRVARII.

ROMÆ, via Appia, Sanctæ [a] Soteris, Virginis & Martyris; quæ (vt scribit Sanctus Ambrosius) nobili genere nata, parentum Consulatus & præfecturas, ob Christum contempsit, iussaque immolare, non acquiescens, grauiter & diutissimè alapis cæsa est: & cùm cætera quoque pœnarum genera vicisset, percussa gladio, læta migrauit ad sponsum. Apud Dordracum Hollandiæ oppidum, Diœcesis Traiectensis, Sanctæ [b] Suræ, Virginis & Martyris: quæ ob integerrimæ vitæ constantiam, sanguine fuso, occubuit. Magnesiæ in Asia, Sanctarum [c] Trium Mulierum, Martyrum, sub Seuero Im-

peratore. Apud Montem Cassinum, Sanctæ [d] Scholasticæ Virginis, ex Illustrissima Aniciorum genere, Sororis Sancti Benedicti Abbatis; qui eius animam instar columbæ, migrantem à corpore, in cœlum ascendere vidit. In Pago Rothomagensi, Sanctæ [e] Austreberthæ Virginis Benedictinæ, Pauliacensis Abbatissæ: genete, virtute, ac miraculis celebris. Eodem die, Sanctæ [f] Baldegundis, Abbatissæ Benedictinæ, Meritorum prærogatiua gloriosæ. Mediolani, Beatæ [g] Scholasticæ, Virginis Clarissæ; quæ orationis, contemplationis, & perfectionis amica, vitę etiam austeritate ac signis admirandis emicuit. Apud Monasterium San-Irenę, in agro Thomariensi Beatę [h] Hilarię à Sylua, Abbatissę eiusdem instituti; quę eximia prudentia, benignitate, & sanctitate exornata, quieuit in Domino. Vianę de Alenteio Diœcesis Bracarensis, Beatę [i] Agnetis à Cruce, Virginis Hieronymitæ: puritate & innocentia vitæ conspicuæ. In Monte-Mor, Nouo, Diœcesis Eborensis, Beatæ [l] Eluiræ de Mendoça, Tertiariæ Dominicanæ: matronæ nobilissimæ, quæ bonis operibus intenta, gaudia cœli sibi comparauit, Niuellæ in Brabantia Namurcensis Diœcesis, [m] Translatio Sanctæ Gertrudis, Virginis Abbatissæ. Augustæ Tautinorum, [n] Inuentio Sanctæ Iulianæ, Matronæ Eporediensis.

FEBRVARII X.

§. 1. *Sancta Soteris, Virgin. Martyr.* [a]] Deea S. Ambrosius scribit, in exhortatione ad Virgines, propè finem & lib. 3. de Virginib. aiens, eam fuisse Romanam genere, ortamque parentibus Consularibus; nec alibi, quàm Romæ passam esse significans. Memoratur à Beda 6. Februarij: sic & Doubletus, Mosander, Hæræus &c. Vsuardus & Ado, hac die, non in oriente, vti mendosè volunt; sed Romæ, iuxta Martyrologium Romanum ac vetus Martyrologium Monasterij S. Cyriaci, Romæ: & Antiquum Martyrologium Cassinense; Baronium in notis ad Martyrologium Romanum, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 304. quo probat ipsam Martyrium subijsse, ex Actis S. Pancratij, Martyris, apud Surium sub 12. Maij, & Lippeloum, sic & Bachotus in Fastis Christianis, Ferrarius de SS. Italiæ. hac die. Corpus autem eiusdem S. Soteris translatum legimus à Sergio iuniore, Papæ, in Titulum Equitij. Romæ cœmeterium erat S. Soteris, quod restaurauit Stephanus 2. Papa, Surius Tom. 2. Petrus de Natalibus lib. 3 Catalog. Sanctor. cap. 111. Des Guerroys in sanctitate Christiana sæcul. 4. ad ann. Christi 304. Quicquid Biuarius minus verè dicas, commentar. 2. ad Flauij Lucij. Deatri Pseudochronicon sub ann. 300. §. 21. vide Pancirolam in Thesauro vrbis Regione 2. Ecclesia 41. & Gallonium de SS. Virginibus Romanis.

§. 2. S. *Sura, Virgin. Martyr.* [b]] Nomine *Sura*, ceu, *Soteris* agnoscitur, Virgo Clarissima: quæ mundi illecebris & vanitatibus ab instantia valedicens, cùm miros in perfectione Christiana fecisset progressus, à nefandis nebulonibus, propè Ecclesiam, impiè iugulata, puritatis & innocentiæ à Domino emeritum accepit donatiuum: sic Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, Simon Martinus in vita eius, Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & Myræus in Fastis Belgicis. Post Molanum in Additionibus ad Vsuardum & in indiculo Sanctor. Belgij, eam vocantem Virginem & Martyrem: quam ita appellatam *Soterem* opinatur, ob salutem Dordraci præstitam miraculis. Vnde Reuerendissimus Lindanus, Dordracenus, Ruremundæ Episcopus, puteum *S. Suræ*, qui est Ecclesiæ contiguus, nominat medicum febricitantium. cap. 50. Apologetici.

SS. Trium Mulier. Martyr. [c]] Sic Ferrarius sup. hac die, ex Gallesinio, & Tabulis Græcor. in eorum Horologio, & Breuiario, siue, vt vocant, Anthologio in Actis SS. Charalamys & Socior. hac die. §. 3.

S. Scholastica, Virgin [d]] Huiusce nobilissimæ Virginis necnon Antistitæ celeberrimæ, Acta & facta egregia commemorant S. Gregorius Papa lib. 2. Dialogor. cap. 33. & 34. Beda Tom. 7. ceu, Bertharius, Abbas Cassinensis, sermon. de S. Scholastica. Item S. Brunus, Episcopus Signiensis sermon. de ead. ac S. Adelelmus Episcopus, tam soluta oratione, quàm carmine, ipsam laudauit lib. 2. de Virginitate cap. 10. præterea, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia, ad Martyrolog. Roman. verb. *Mons Cassinus*. & in SS. Italiæ. Vincentius Beluacensis lib. 21. speculi Historial. cap. 72. Petrus de Natal. lib. sup. cap. 110. D. Antoninus 2. part. Chronic. titul. 15. cap. 13. §. 6. De Voragine, Hilarion Veronens. in supplemento ad Iacobum de Voragine, Surius, Doubletus, Hæræus, Renatus, Benedictus, Gazæus, Ribadeneira, &c. in vita eius. Trithemius lib. 3. viror. Illustr. Ordin. S. Benedict. cap. 4. Wion in Martyrologio Benedictino. Gallesinius, Fœlia, & Maurolycus in suis Martyrologijs, Bergomas de Claris mulieribus cap. 137. Bachotus in Fastis Christianis, Saussayus sup. obijt ann. 542. ceu 543. Stengelius in §. 4.

imaginibus SS. Ordin. Benedictin. Schedelsexta, mundi ætate fol. 144.

§. 5. *S. Austreberta, Virg. Abbatiss.* [e]] Regia ex prosapia oriunda, nascitur Patre Badefrido, Comite Palatino, matre verò Frahemilde, in agro Taruanensi, iam prænuntiata ab Angelo, specimen totius sanctitatis euasura. Adolescentula cùm esset, ad sanctissimum aliquem religionis statum aspirans, nuptias magnificas, amplissimosque honores, magno spiritus feruore spreuit: & clam fugæ præsidio arrepto, fluuium inundantem, sibique contrarium, crucis signo, sicco calle transiuit. Tunc incredibili gaudio affecta, quantocyùs, ad S. Andomarum, Episcopum, properauit: à quo, sacro velamine amicta, ad Monasterium, quod *Portus*, dicitur, super *Sommam* fluuium extructum ire contendit; vbi benignè excepta, moxque, præfecta monialium Virginum, ob præcelsas pij animi dotes, instituta; cunctis luxit humilitate, obedientia, & charitate. Indè, paulò post, à S. Philiberto, Gemeticensi Abbate, euocata, *Pauliaci*, in Neustria, quarto milliari à Rothomago, Abbatissa præficitur; quodquidem Monasterium nuper extructum, prima omnium laudatissimo regimine, gubernauit, ac Sanctissimæ vitæ meritis, beataque morte, nobilitauit & miraculis. Circa ann. Christi 680. hac die. Eximias eius virtutes recitant, Surius, Lippelous, Renatus, Benedictus, Doubletus. Haræus, Gaactus, Simon Martinus &c. in vita eius. Hanc commemorant, Vsuardus, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis & Tom. 8. Annal. Eccles. ad ann. Christi 640. quo florebat in Gallia, tempore Dagoberti, Francor. Regis. Molanus in Annotation. ad Vsuard. Petrus de Natalib. sup. cap. 112. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Rotomagus.* Wion, Gallesinius, & Maurolycus in suis Martyrologijs, Iacobus Rinaldus, part. 1. Liliorum Galliæ Sanctæ cap. 2. in ea, Saussayus in Martyrologio Gallicano, Vaquerius in Enchiridio benè morientium. Malbrancque Tom. 1. de Morinis lib. 2. cap. 48. & lib. 3. cap. 20. 33. 34. 44. ac lib. 4 cap. 52. Vaquerius in fuga sæculi.

S. Baldegundis, Abbatiss. [f]] Illius meminere,
§. 6. Molanus in Additionibus ad Vsuardum, hac die. Wion. in Martyrologio Benedictino. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. ead. die, ex Petro Canisio in suo Martyrologio.

B. Scholastica, Virgin. [g]] Magna pietate, vitæque
§. 7. austeritate claruit apud Monasterium de Iesu, Ordinis Clarissarum Mediolani: orationi & meditationi iugiter intenta erat, & perfectioni sic addicta, vt breui, singularum exemplar virtutum effulserit. Obijt ibid. anno 1584. in sepulchro marmoreo honorificè recondita, miraculis clara. De qua Martyrologium Franciscanum hac die, & Annotationes ad illud, Gonzaga part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in præfato Monasterio, quod est. 2. Prouinc. Mediolanens. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 74. Valerius de SS. Fœminis eiusd. Ordin. lib. 4. cap. 46. & Wadinghus Tom. 6. Annal. Minor. ad ann. Christi 1456. §. 160.

B. Hilaria, Abbatiss. [h]] Ex prudentia & suauitate, vitaque exemplari rexit, vt cunctis soro- §. 8.
ribus subditis solatio esset: sic autem vitæ contemplatiuæ operam dabat, & spiritualis erat, vt omnia referret ad laudem Creatoris, & Saluatoris. Plena charitate in omnes: & patientia insignis: qua & omnes vexationes à Dæmone sibi illatas, aquæ benedictæ aspersione deuicit: sicque ornata virtutibus, moritur anno 1600. Iuxta Cardosum in Agiologio Lusitano, hac die, & Commentario ad ipsum; ex relatione. Emanuelis à Sperança in Chronic. Prouinc. Portugall.

B. Agnetis, Virgin. [i]] Siue subdita, vel superior
extiterit, valdè se continuit in custodia Regulæ suæ, §. 9.
nec minus in exercitio religiosarum obseruantiarum, in operibus pœnitentiæ: abstinentia, ieiunio continuo in pane & aqua, silentio, & puritate animæ; præscia mortis suæ, sanctè obijt anno 1603. ex multis Monimentis MSS. Cardosius sup. hac die.

B. Eluira, vidua. [l]] Vxor extitit D. Ferdinandi
Mascarenhas, viri Illustrissimi, quo mortuo, ma- §. 10.
trona sic insignis euasit, vt singularum ornamentò virtutum prædita fuerit: mundoque tunc abdicato & curis seculi à se prorsus eliminatis, se in Monasterium Monialium Dominicanarum se recepit: illicque vixit; magna cum humilitate, charitate, ac pietate: mortificationi: meditationi, orationi, vacans, cum frequentia Sacramentorum, sub cura ac directione Ludouici à Granata eiusd. Ordinis, viri doctrina & virtute celeberrimi; quo ipsa tandem sanctissimè cursum vitæ compleuit ann. 1575. Hæc ex Ioanne Lopez part. 1. Chronic. Prædicator. lib. 2. cap. 38. Ludouico à Sousa ibid. part. 2. lib. 6. cap. 24. Cardoso sup. hac die.

Translatio S. Gertrudis, Virg. [m]] Huiusce cele-
britatis meminit Molanus in Additionib. ad Vsuar- §. 11.
dum & Saussayus in Martyrologio Gallicano, post Wionem, in Martyrologio Benedictino sup. hac die.

Inuentio S. Iuliana. [n]] Memoratur à Saussayo in supplemento Gallicani Martyrologij, hac die. &
Ferrario in Catalogo Generali Sanctorum, ead. die, §. 12.
ex Tabulis Ecclesiæ S. Solutoris, Martyris, è Thebæorum legione, celebris; & auctore Historiæ Thebæorum. Item, in Additis ad nouam Topographiam sup. verb. *Taurinum.* Tunc enim illic inuentum est sacrum eius corpus, vnà cum corpore S. Gozelini Abbatis, in Ecclesia ipsius S. Solutoris, Martyris.

TERTIO IDVS FEBRVARII.

IN Africa, Natalis Sanctarum Martyrum, Mariæ [a] Virginis, Restitutæ. Primæ, Euæ, Pomponiæ, Secundæ, Ianuariæ, Saturninæ, Margaritæ Maioris, Honoratæ, Regiolæ, Matronæ, Cæciliæ, Victoriæ Virginis, Herectinæ, alterius Matronæ, & Ianuariæ; quæ conuenientes ad Dominicum ex more celebran-

dum, in persecutione Diocletiani, à militibus comprehensæ, & Carthaginem, adductæ, sub Anolino proconsule, passæ sunt: inter quas Beata Victoria Virgo maximè excelluit. Calari in Sardinia, Sanctæ [b] Restirutæ, viduæ, Martyris, Marris Sancti Eusebij, Vercellensis Episcopi & Martyris. Constantinopoli, Sanctæ [c] Theodoræ, Augustæ; quæ pro defensione Carholicæ Religionis, aduersus Iconoclastas strenuissimè decertauit, & post multarum insignia virtutum, migrauit in cœlum. In Maurianensi Diœcesi, apud Birumen, Ordinis Cistertiensis Monasterium, Beatarum [d] Anonymarum, Marris Sancti Petri, Tarantasiensis Archiepiscopi, & filiæ eius, Virginis: quæ virturum ac meritorum prærogatiua fulserunt. Palentiæ, Beatæ [e] Ludouicæ Villalobos, Virginis Clarissæ: quæ vitæ perfectione admodùm emicuit. Lerenæ in Territorio Conymbricensi Beatæ Isabellæ [f] Lupæ, Dominicanæ, vita Angelica, & signis admirandis conspicuæ. Tibucei in Diœcesi Guardiensi, Beatæ [g] Aldonsæ de Iesu, Priorissæ Dominicanæ, ingenti Spiritus feruore, & gratia cœlesti spectabilis. Vlyssipone, Beatæ [h] Philippæ à Cruce, Clarissæ, quæ humilitate, charitate, & oratione, floruit. Monchici prope Portuensem vrbem in Lusitania, Beatæ [i] Catharinæ à Christo eiusdem Ordinis: pœnitenriæ operibus, & moribus sanctis insignis. Semidæ, Agro Conymbricensi, Beatæ [l] Mariæ ab Azeuedo, Benedictinæ eximiæ virtutis ac sanctitaris. Alexandriæ Translatio Sanctæ [m] Euphrosinæ Virginis. Suessione [n] Susceptio Sanctæ Suræ, Virginis & Martyris.

FEBRVARII XI.

§. 1. *Sanctarum Martyr. Maria, &c.* [a]] Ita Surius Lippēlous, Tom. 1. vitar. Sanctor. ex Actis SS. Martyr. Saturnini Presbyteri, Datiui, Fœlicis, &c. Baronius Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 303. Renatus, Benedictus: & alij hac die. Sanctarum omnium inuicta constantia, & insuperabilis fuit confessio: sed admodùm enituit Victoriæ virginis, virtus & fortitudo, cuius Encomium, & certamen egregium, sic extat: *Et ne deuotissimus fœminarum sexus, florentissimusque Sacrarum Virginum chorus, certaminis tanti gloria priuaretur, omnes fœminæ, Christo Domino auxiliante, IN VICTORIA, congressæ sunt, & etenim VICTORIA sanctissima fœminarum, flos Virginum, decus & dignitas Confessorum, honesta natalibus, religione Sanctissima, moribus temperata; in qua naturæ bonum, candida pudicitia relucebat, respondebatque pulchritudini corporis fides pulchrior mentis, & integritas sanctitatis, ad secundam palmam restitutam, se in Domini Martyrio lætabatur: Huic namque ab infantia, tam clara pudicitiæ signa fulgebant; & rudibus adhuc annis, apparebat rigor castissimus mentis, & quadam dignitas futuræ passionis. Denique, postquam plena, virginitas vltimum ætatis tempus expleuit, cùm puella nolens, & reluctans, in nuptias à parentibus cogeretur, inuitamque tradere sponso prædo suggereret; clam se per preceps puella demisit, aurisque famulantibus supportata, incolumis gremio terræ suscipitur. Neque fuerat postmodum pro Christo Domino passura; si pro sola tunc pudicitia moreretur. Liberata igitur nuptialibus tædis, illusoque simul cum parentibus sponso, media penè de ipsa nuptiarum frequentia prosiliens, ad ædem pudicitiæ, portumque pudoris Ecclesiam, intacta Virgo confugit: ibi consecratà Deo, dicatque capitis; in perpetuam Virginitatem, Sacratissimum crinem, inconcusso pudore seruauit. Hæc ergo ad Martyrium properans, florentem pudicitiæ palmam, triumphali dextera præferebat. Namque interroganti proconsuli, quid profiteretur; clara voce, respondit, Christiana sum. Et cùm à Fortunatiano, fratre togato, eiusque defensore, vanis argumentationibus, mente capta esse diceretur; VICTORIA respondit: mens mea est: nunquam mutata est; Adhuc, Proconsul vis ire, inquit, cum Fortunatiano, fratre tuo. Respondit, nolo, quia Christiana sum; & illi sunt fratres mei, qui Dei præcepta custodiunt. O puellam Diuina legis authoritate fundatam. O virginem gloriosam, æterno Regi meritò consecratam! O Beatissimam Martyrem, Euangelica professione clarissimam, &c.*

§. 2. *S. Restituta, vidua, Martyr.* [b]] Fœmina genere nobilis extitit, viduaque Christiana, è Sardinia insula, vndè originem ducebat, Romam veniens; filium suum vnicum, S. Eusebio, Pontif. Max. nutriendum tradidit; quem cùm idem Papa, egregiè fide Christiana imbuisset, baptisauit, suoque nomine nuncupauit Eusebium, postea Vercellensem Episcopum, & Martyrem: quem ipsa S. Restituta præcessit ad coronam; Martyrium quippe passa est, anno Christi 311. Cuius meminerunt Ioannes Franciscus Bon-homius, Episcopus, Surius, Lippelous, Ribadeneira, & alij, in vita ipsius S. Eusebij 1. Augusti & 14. Decembr. Dymas Serpus in Chronico SS. Sardiniæ. Baronius 2. Tom. Annal. Eccles. ad ann. Christi 311. §. 42. Antiochus Bromdus, Commentar. in Apocalypsim, cap. 1. ✝. 11. Paraphras. 11. fol. 377. Column. 1. Iacobus Pintus de Christo Crucifixo, lib. 3. Titul. 4. loco 11. numer. 13. Ambrosius de Salazar in inuentario Generali Disquisition. rerum Curiosior. Regnor. Hispaniæ cap. 5. §. de Sanctis Sardiniæ fol. 83. pag. 2. Ferrarius in noua Topographia ad Roman. Martyrolog. verb. *Sardinia.* ad 19. Nouemb. tum in Catalogo Generali Sanctor. hac die, & 25. Iunij: vbi notat, ex Calendario,

Calendario, & Tabulis Ecclesiæ Calaritanæ, quòd olim agebatur dies eius natalis 1. Februarij. seu. Iunij 15. At ponit [illegible] quod in Templo. B. Luciferi à D. Francisco Archiepiscopo Calatita ann. Christi 1513. inuentum fuit, cum huiusmodi inscriptione. *B. M. Restita, quæ vixit ann. 35. requieuit in pace, 3. Idus Februarii*, cuius Martyris Ecclesiam antiquam adhuc extare in oppido, cui *Bonum*, nomen est, in Comitatu Gotiani; idem Archiepiscopus præfatus refert.

§. 3. *S. Theodora, Augusta.* [c] Theophili Imperatoris Iconomachi vxor fuit: sed ipsa semper Catholicæ Religionis propugnatria extitit. Post viri transitum, statim. S. Methodium Patriarcham ab exilio reuocauit, sacram Synodum, in qua sunt sacræ imagines restitutæ, congregandam curauit; deinde, à filio Imperatore Michaële iterum acriter impugnata, & ab imperio deiecta, retrusa est in Monasterium: vbi maximis virtutibus exornata migrauit in cœlum. à Græcis inter sanctas relata; de qua in eorum Menologio, hac die, Baronius Tom. 10. Annal Eccles. ad ann. Christi, 855. §. 51. item. ann. 866. §. 14. quo obiit, ex Curopalata, & Epistol. 14. Nicolai Pap. Antonios, Alegre in Paradiso Carmelitici Decoris. 3. Statu. 10. ætat. post. Christum cap. 68. Platus lib. 1. de Bono Status Religios. cap 17. Ludouicus Iacob. in Bibliotheca Illustr. Fœminar.

§. 4. *BB. Anonymæ, &c.* [d] Præclaras earum virtutes, bonorumque exercitia operum, recensent Gaufredus, Abbas Altæcumbæ, in vita S. Petri, Tarentasiensis Archiepiscopi, Ordin. Cistertiens. apud Surium, & alios 8. Maij, Manriquez. Tom. 1. Annal. Ordin. Cistertiens. ad ann. Christi 1118. cap. 2. ann 1121. cap. 2. & ann. 1138. cap. 12. ex quibus discimus, ipsum S. Petrum, piam matrem, ac sororem Virginem, in Collegio sanctimonialium fœminarum, locu, qui dicitur. *S. Pauli*, collocasse, circa ann 1125. Cùm autem *Bonum* Monasterium eiusdem Cistertiensis instituti, in Diœcesi Maurianensi, fundaretur; deindè moniales illuc adduxit, ann. 1128. quibus Mater S. Pontificis præsideret, sequente filia; atque splendente vtraque miris virtutibus, ipsius cœnobij multo tempore, fideliter & vtiliter curam gesserunt; nec non dies suos illic in Senectute bona, virtutumque meritis cumulatæ, & Religiosa conuersatione conspicuæ, fœliciter consummarunt.

§. 5. *B. Ludouica, Virgin.* [e] Hæc ita perfectionis amore est succensa, vt quamlibet aliam Religiosam sororem aliqua virtutis laude excellentem cerneret, protinùs, imitari curiosius studeret, sicque sanctissima euasit. Memoratur in Martyrolog. Franciscano, & in Annotationibus ad illud. hac die, Gonzaga, part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio. S. Claræ Palentiæ, quod est. 5. Prouinciæ Conceptionis, in Hispania. Barrezzo. part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 42. ad ann. 1544. quo florebat. Valerio de BB. Fœminis eiusdem Ordin. lib. 4. cap. 36. & VVadingho. Tom. 4. Annal. Minor ad ann. Christi 1373. §. 11.

§. 6. *B. Isabella.* [f] Nobilis cùm esset in sæculo, & Reginæ Leonoræ, vxori Ioannis 2. Portugalliæ Regis pedissequa honoraria deputanda, religionem Dominicanam potiùs elegit, primariaque inter alias nouitias professionem emisit in Monasterio. S. Annæ apud Leream ob singulares eius virtutes: vbi vitam duxit Angelicam; vilioribus assidua officiis, humilibus occupata seruitiis, pauperioribus induta vestibus, ieiunia exactè obseruans, vigilias protrahens longiores, asperis addicta pœnitentiis, vt in seipsa aliquid sentiret de [illegible] passione, moritur an. 1550. sanctissimè, tumulata ibidem: cuius sepulturæ terra; piè sumpta, fideles omnes in eorum necessitatibus promptum experiuntur remedium, iuxta Ioann. Lopez. part. 5. Chronic. Ordin. præd. lib. 3. cap. 37. & Souzam, ibidem part. 2. lib. 6. cap. 14. Cardosum, in Agiologio Lusitano, hac die, & Commentar. ad illud, Ioannem à sancta Maria, part. 2. lib. 1. Vitar. SS. Ordin. prædicatur.

§. 7. *B. Aldonsa, priorissa.* [g] Ob suauissimam continuamque Sanctissimi nominis Iesu recordationem, & inuocationem Tulit cognomen; Coacta priorissæ officio functa est; quo in munere, multis virtutibus exornata: sanctissimè cessit è vita. hac die, anno 1587. cuius corpus tribus post annis, repertum est integrum & incorruptum, cœlestem spirans odorem. Teste Cardoso. sup. hac die, ex Chronicis Dominicanis, Lopez. sup. cap. 42. & Souza, part. 3. lib. 3. cap. 17. fuit etiam alumna Monasterij Virgin. Ordin. prædicat. oppidi, vulgò, *Abrantes*, in Lusitania.

§. 8. *B. Phillippa.* [h] Admirabilis fuit cunctis virtutibus, quibus fulgebat; in pœnitentia, mortificatione, continuo cilicio quasi per totum annum, lecto super mataram, disciplinis asperrimis; charitate, humilitate, patientia in cura infirmarum agenda, oratione & Mysteriorum Diuinorum contemplatione. brachiis in modum Crucis in altum protensis; quæ tandem placida morte, oculos corporis clausit, hac die, ann. 1589. cuius sepulchrum cùm quibusdam annis elapsis fuisset apertum, suauissimum exhalauit odorem; & aliquibus eiusdem ossibus exindè sublatis, Ægris perfectam cœlitùs contulerunt sanitatem, ita Cardosus. sup. hac die, ex MSS. Codicibus.

§. 9. *B. Catharina.* [i] Hæc tanto efficaci cum auxilio Diuino attracta fuit: quòd iam quinquagenaria, & vanitatibus ac deliciis mundanis assueta: conuersa sit omninò ad Christum, renuntians, exutaque omnibus nugis sæcularibus, & Religionis habitum assumens apud Monasterium Matris Dei, Ordinis, S. Claræ, Monchici loci, iuxta vrbem de Portu: vbi tantoperè, vitam in ieiuniis, disciplinis, ciliciis, aliisque pœnitentiæ raræ exercitiis, traduxit, vt breui videretur æmulari in rigore viuendi, Famosiores Thebaidis Anachoretas, sobrietati studebat; parcissima somni erat: quicquid illi gustum afferebat, protinùs infirmis; sibi denegans, offerebat; quas visitabat, inseruiebat, & consolabatur, notabili cum amore & charitate: molestias, & aduersa, ab illis sibi illata condonans, & patienter sustinens: quæ tandem fessa meritis, ad præmia properauit in cœlum, circa ann. 1590. vti referunt Speranza, in Chronic. Prouinciæ Portugalliæ, & Cardosus. sup. hac die.

§.10. *B. Maria, Benedictina,* [l] Vixit multos annos, ingenti cum virtutum exemplo, & non minore obseruantia Regulari Benedictina; cuius patientia multùm enituit in acutis doloribus sufferendis: vnde, defuncta ann. 1610. duo insignia operatus est omnipotens, in fauorem suæ ancillæ: primum, quòd repertum fuit corpus eius plagam gestare in latere, ad formam illius, quam Christus Tulit in sua passione: secundùm: quòd toto tempore (scilicet, vsque ad Trigesimum diem) quo illius exequiæ, ac mortuorum officia persoluta sunt; cerei ardentes, &

accensi, magnopere, excreuerint in quantitate coræ residuæ, iuxta Cardosum, sup. hac die, ex Antonio Brandano, Chronista, & testimoniis fide dignis.

§. 11. *Translatio. S. Euphrosynæ.* [m]] Deca, Vsuardus, hac die: & Molanus, in Additionibus & Annotationibus, ad ipsum: à quo citantur vitæ patrum, & Metaphrastes ac Surius, item Petrus de natalibus, lib. 3. Catalog. sanctor. cap. 113. Gazetus, & alij, Bachotus in Fastis Christianis: sub nomine natalis eius: sed reuera, Translationis festiuitas est, cùm obierit die 1. Ianuarij, vti superius, suo loco, retulimus: quod liquidò satisque constat, ex Petro Thoma Saraceno, in Menologio Carmelitarum, qui à translato illius corpore. 3. idus Februarij, eiusdem memoriam solemni ritu colunt, Paulo. 5. summo Pontif, concedente.

Susceptio. S. Suræ. [n]] Ipsa est, cuius die præcedenti meminimus, sub nomine *S. Suræ*, aliàs, *Soteris*, in Hollandia, Martyrio coronatæ; vti habet Saussayus, in Martyrologio Gallicano, hac die. §. 12.

PRIDIE IDVS FEBRVARII.

BARCINONE, in Hispania Tarraconensi, Sanctæ Eulalię, Virginis,[a] & Martyris: quæ tempore Diocletiani imperatoris, equuleum, vngulas, flammasque perpessa, demùm cruci affixa, gloriosam Martyrij coronam accepit. In territorio Guardiensi, Depositio Beatę Marię[b] à Cortizada, Virginis & Martyris: quę pro defensione castitatis, profuso sanguine, occubuit. In Vacamatsi, apud Regnum de Oxù in Iapponia, passio, Beatarum, Mulierum,[c] Vrsulę, Mariæ, Claræ & Marię item viduæ; quæ ob confessionem Christianæ Religionis, igne crematæ sunt. Xiqui in Iapponia, Natalis, Beatę Agnetis,[d] Martyris: quæ pro constantia fidei in mare præcipitata, Martyrij coronam promeruit. Treuiris, sanctę Gerasinæ,[e] Reginę Siciliæ. PennebeKe, in Brabantia, iuxta Bruxellas, Diœcesis Mechliniensis, apud Monasterium Cameræ Beatę Mariæ, Ordinis Cistertiensis, Beatę Gildę,[f] Virginis, fundatricis, & Antistæ eiusdem loci; quæ multis superatis laboribus, sanctissimam vitam duxit, ac piissimè obiit. Eugubij, Beatę Franciscæ,[g] Eugubinę: Tertiariæ Franciscanę, quæ sanctitatis fama vbiquę refulsit. Bragantiæ in territorio Mirandensi, Beatæ Mariæ[h] Pitez, de Moraez; pietatis operibus, & charitate, honestate, ac humilitate celebris. Villæ-Comitis in territorio Braccarensi, Dormitio Beatæ[i] Petronillæ à Cruce, Clarissæ Virginis: quæ vita exemplari, oratione, & virtutum exercitio excelluit. Alexandriæ, Memoria sanctæ Dionysiæ Martyris, sub Decio imperatore.

FEBRVARII. XII.

§. 1. SAncta Eulalia, Virgin. Martyr.[a]] Barcinone orta erat claris ex nobilibus parentibus: quæ annor. 14. cùm esset, audiens Dacianum præsidem, sæuientem vltra modum in Christianos, ipsum indubitanter adiit, crudelitatis & impietatis illum redarguens, quòd tam iniquà ageret, cogens Christianos ad idola adoranda, quæ nil aliud essent, quàm Dæmonum simulachra; solum autem Iesum Christum, mundi creatorem ac Redemptorem esse ab omnibus adorandum. Quibus verbis excandescens Tyrannus, eam multis tormentis affectam, Martyrio consommauit: cuius anima tunc visa est, ad instar columbæ, è corpore egrediens, cœlum conscendere. De qua extat sacer Hymnus, in Breuiario Toletano. S. Isidori, Agunt de ea S. Eulogius, in memoriali sanctor. lib. 1. Beda, Vsuardus, Ado, & Martyrologium Romanum. hac die, Baronius, ibidem in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 303. §. 141. Flos sanctor. Hispan. Trugillus, Tom. 2. Thesaur. Concionator. Ferrarius in Noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Barcino*, Fodereps: Doubletus, Haræus, Gazetus, Ribadeneira, Simon Martinus. &c. In vita eius, Bachotus, in Fastis Christianis, Pancirola, in Thesauro vrbis Romæ Regione. 2. Ecclesia. 60. Ioannes Tamaio, in Martyrologio Hispano. & alij ab ipso citati.

B. Maria, Virgin. Martyr.[b]] Nascitur in pago Cortizada; vulgò, *Prenza* Noua, puella virtuosa & honesta, quæ cùm in campis oues duceret ac custodiret, à quodam proco impetita, vt corrumperetur, totis autem viribus constanter renitens, anno 1580. ab Ipso impio nebulone, gladio occisa est: qui postea captus sceleris pœnas luit extremas furcis appensus: corpus autem ancillæ Christi, magno cum honore sublevatum, humatum est in Ecclesia præfati Pagi: vti scribunt Ludouicus ab Angelis, in horto Portugall. f. 175. & Cardosus, in Agiologio Lusitano, hac die, & commentario ad illud. Nec mireris, si eam Martyrem propterea dixerim, cum ipso Cardoso; iuxta. D. Thomam. 22. quæst. 124. art. 5. quandoquidem eo glorioso Titulo insigniri, mereantur, qui intuitu alicuius virtutis, mortem oppetierint: veluti hæc Christi, athleta, quæ pro tuitione suæ Castitatis, necata est. §. 2.

BB. Mulierum, Vrsula, &c.[c]] Hæ Christi famulæ §. 3.

mulæ, erant vxores Thomæ, Didaci, & Mathiæ, quæ omnes, cum viris suis, & Maria honesta vidua, ob fidei publicam confessionem, igne combustæ sunt. ann 1632. & velut holocaustum suauissimi odoris, Deo oblatæ; in cœlum abierunt. De quibus scribunt Antonius Franciscus Cardim in Catalogo. Martyr. Iapponior. & Cardosus sup. hac die.

§. 4. *B. Agnetis, Martyr.* [i] Propter eandem Religionis Christianæ professionem, simul cum Thoma, viro suo, comprehensa, simul in mari demersi sunt: eadem die, & ann. quorum meminerunt idem authores sup.

§. 5. *S. Gerasina, Regina* [e] Dicta reperitur. S. *Gerasina*, & *Gersina*; quæ Treuiris, in cœnobio S. Mathiæ Apostoli, cum honore sanctitatis approbatæ, quiescit: illam commemorant Petrus de natalibus, lib. 9. Catalogi, sanctor. cap. 97. Iacobus de voragine, in Actis, 11. millium Virginum, 21. Octobr. Ferrarius, in Catalogo generali sanctor. hac die, ex Menologio Scotiæ, Saussayus, in supplemento Martyrologij Gallicani, eadem die, Schedel, Sexta mundi ætate, fol. 118.

§. 6. *B. Gildæ, Virgin.* [f] Nuncupatur *Gilda*, seu *Gisla*, Bruxellensis virgo: quæ sub Regula. S. Benedicti, habitus nigri, at multæ deuotionis & arctioris vitæ desiderio, ad Ordinem Cisterciensem, modis omnibus adspirabat: sed variæ se obiecerunt difficultates, quas præsertim Canonici, S. Gudilæ concitarunt. His verò, post varios casus, superatis, illud institutum tandem assumpsit, congregatoque sanctimonialium Virginum cœtu, Monasterium Cameræ. B. Mariæ Virginis, Dei paræ, haud procul à Bruxella, construxit; in quo, vt Præfecta, Cisterciense institutum pronexit, rigidissimè seruauit, aliisque seruandum tradidit, ac multa sanctitatis signa edidit ann. 1201. & seq. vti testantur Chronicon. Villariense ad ann. 1201. sub. 22. August. vita B. Godefridi, Monachi. Sacristæ Villariensis cœnobij 3. Octobr. Grammaicus, in suis Antiquitatib. vbi de *Bruxella*, Myræus lib. 1. Donation. Belgicar. & in suis Ecclesiarum Belgij notitiis, fol. 5 2 cap. 185. Henriquez. in Menologio Cisterciensi, hac die, & Manriquez Tom. 3. Annal. eiusdem Ordin. ad ann. 120.. cap 6. §. 6. 7. & seq. ac Saussayus, in Martyrologio Gallicano. ead. die.

§. 7. *B. Francisca.* [g] Hæc religiosa Christi, ancilla, patria Eugubina erat; vitamque fama sanctitatis duxit celeberrimam, in tertio Ordine Seraphici patris. S. Francisci: floruit, circa ann. Domini, 1360. De qua Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad ipsum, Marcus Vlyssiponensis, part. 2. Chronic. Minor. lib. 9. cap 23. §. 1. Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Castellæ cap. 17. De Sillis in cap. 1. Regulæ, Tertij Ordin. Minor. De Torrez, in practicis exhortationibus super eandem Regulam, fol. 38. Wadinghus Tom. 4. Annal. Minor ad ann. Christi 1360. §. ...

B. Maria Pirez [h] Tanta fuit deuotione incitata, vt bis ad visitanda SS Apostolorum limina, Romam adierit; Largas in itinere distribuens eleemosinas aliaque pietatis opera exercens; redux in domum, Deum bonorum omnium authorem, fecit totius sui patrimonij hæredem, erigens Ecclesiam suam Castrensem, ex consensu Episcopi in parœchialem, & secularem Abbatiam. attributis illi prædiis multis, & redditibus non paucis, pro commoditate oppidanorum: pauperibus etiam & egenis, pia liberalitate, subuenit, singulari cum charitate lauans eorum pedes, & Vlcera curans, ac bonis omnibus necessariis eos fouens: tandem virtutibus plena, moritur octuagenaria, sepulturam nacta Bragantiæ, in præfata S. Ioannis Ecclesia: cuius corpus cùm postea transferretur, in decentiorem locum cappellæ maioris, repertæ sunt manus eius ab omni corruptione immunes: quæ tot honorum fuerant largitores, suauissimè fragrantes, ita. MSS. Monimenta illius Ecclesiæ, & Cardosus. sup. hac die. §. 8.

B Petronilla, Virgin. [i] Floruit magna virtutum copia ann. 1555. charitate inflammata, solatium & iuuamen erat sociabus in quauis afflictione existentibus; corpus suum delicatum ieiuniis, disciplinis. & magnis mortificationibus macerabat, sed autem spiritu ambulabat, & tanta cum vehementia orabat, vt positis genibus in terra, leuaretur in altum suspensa in aëre, cui tandem in fœlici eius transitu tres sancti Reges Magi, præsentes adfuerunt. quæ eadem est cum illa, ad. 9. Ianuarij. Diuino namque amore incensa, Puellis Virginibus. & nouitiis viam Domini demonstrabat; eas edocens in exercitio spirituali: tanta paupertate ditata, vt vili habitu, quo se cooperiret, contenta erat, cum rara sui despicientia, orationem summoperè excolebat, in qua admirabiles patiebatur raptus & extases: cuius anima denique visa fuit, cœlitibus non paucis sociata, quibus deuota extiterat, sublcuata ad gloriam: huius pretiosa mors recensetur hac die, à Cardoso, sup. ex multis relationibus, MSS. qui illi adiungit. B. Helenam de *Azambuia*: quæ charitate. & virtute plena erat de qua superius ad 9. Ianuar. §. 9.

Memoria, S. Dionysia. Martyr. [1] Memoratur à Ferrario, in Topographia nona sup. verb. *Alexandria*, ex Menologio Græcor. verùm, cùm ipsa Martyrio coronata sit, 12. Decembr. vnà cùm sociis; fatendum erit, aut mendum irrepsisse; vel de ea, tantummodo fieri commemorationem, propter aliquam illius Translationem, hac die, peractam. §. 10.

IDIBVS FEBRVARII.

RAVENNÆ, sanctarum Fuscę, [a] Virginis, & Mauræ, nutricis eius: quæ, Decio imperante, multa sub Quinctiano pręside perpessę, demùm gladio transfixæ, Martyrium consummarunt. Padue ad sanctum Prosdocimum, Beatę Eustochij, [b] Virginis, benedictinę, vitę puritate, & patientia conspicuę. Carthusię in territorio Lugdunensi, beatę Beatricis, [c] monialis: quę amore in Christum Dominum, mirabiliter effulsit. Vlyssipone, beatę [d] Cęcilię, à sancto Ioanne bap-

tista, Tertiariæ Franciscanæ; quæ oratione, obedientia, & charitate, nec non signis admirandis emicuit. Ibidem, Beatæ [c] Mariæ à Trinitate, Virginis, ordinis S. Brigidæ: quæ genere, & multiplici vitæ perfectione sic resplenduit, vt post obitum pluries visa sit lumine gloriæ circumdata. Apud Æliense Angliæ Monasterium Benedictinum, sanctæ Ermenildæ, [f] Reginæ, viduæ, & Abbatissæ: quæ in magna humilitate, & austeritate, vitam traduxit. In Germania apud Monasterium Lencvvendense, Ordinis Cistertiensis, Beatæ [g] Aleydis, pœnitentis, quæ ad meliorem vitæ frugem conuersa, fructus dignos pœnitentiæ sic confecit, vt à Christo Domino exaudiri meruerit, gratiam & gloriam acceptura. Albazeti, in territorio Carthaginensi, Beatæ [h] Marinæ-Aluarez-Marci, viduæ, Tertiariæ Minoritanæ: quæ pietate & sanctis moribus admodùm claruit.

FEBRVARII XIII.

§. 1. *Sanctarum Fuscæ, &c. Virgin. Martyr.* [a]] Agitur de his, hac die, apud Martyrolog. Roman, Baronium ibidem, in notis, & Tom. 2. Annal. Ecclesi. ad ann. Christi 254. & in Tabulis Ecclesiæ Rauennat: quarum Martyrij Acta summatim collecta, recitant Petrus de natalibus, lib. 3. Catalog. sanctor. cap. 119. Rubeus lib. 1. Histor. Rauennat. in fine, Surius, & Lippelous; in Actis S. Marcellini, Episcopi Rauennat. 5 Octobr. Mosander. & Ferrarius, hac die, in Noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Rauenna*, & in SS. Italiæ scribens corpus eiusdem S. Fuscæ, à Vitali Ciue Veneto, allatum venetias; id est, in Prouinciam Venetanam, vbi in ciuitate Torcellensi, honorificè collocatum est: & Ecclesia eius nomini fabricata; teste eodem Petro de natalibus, vnde Molanus, in Additionibus ad Vsuardus, hac die; Festum eius reponit apud *Torcellum*. Simon Martinus, hac die, Vghellus, Tom. 2. Italiæ sacræ, in Archiepiscopis Rauennat. 11.

§. 2. *B. Eustochij, Virgin.* [b]] Deo oblata fuit, ætatis suæ ann. 7. Monasticumque induit habitum ann. 10. professionem verò emisit, ann. 20. tum demùm hac die, mortua, ann. 25. migrauit in cœlum ann. Christi, 1469. quæ quidem è Monachæ Sacrilego partu, velut Rosa ex spinis efflorruit, & à pessimo Dæmonio, vsque ad extremum vitæ, fatigata, fide, & inuicta animi patientia, omnia superauit. De ea agunt Bernardinus Scardeonius de Antiquitate vrbis Patauiens. lib. 2. Classe. 6. Molan. in Additionibus, & annotationib. ad Vsuard. [illegible] in Martyrologio Benedictino, & Ferrarius, in Catalogo generali sanctor, hac die. Extat liber in D. Prosdocimi Monasterio; innumerabilium penè miraculorum, B. Eustochij. Extat & Libellus, de eius vita; & laudibus: à Petro Baracio, Episcopo Patauino, conscriptus: scripsit quoque multa de eadem, latino vulgarique sermone Hieronymus Saligerius, tunc illius Monasterij confessarius, Sacerdos doctissimus.

§. 3. *B. Beatricis.* [c]] Eadem die perrexit ad Beatarum virginum cœleste consortium piissimæ memoriæ ipsa, B. Beatrix, monialis Carthusiæ, in Diœcesi Lugdunensi, quæ sub B. Margareta, priorissa, omni sanctitate floruit. singularique deuotione, in sacra Christi vulnera, affecta, his ex misericordiæ riuulis, magnæ gratiæ fluenta delibauit: [illegible] Saussayus, in supplemento Martyrologij Gallicani, hac die.

§. 4. *B. Cæcilia.* [d]] Vna fuit ex primariis Religiosis Monasterij. S. Annæ Vlyssiponens. tertij Ordinis, S. Francisci: pœnitentiæ, orationisque exercitiis dedita; tanta autem charitate ferebatur in pauperes: vt quæcumque illis vltrò erogaret: cuius pietatem Deus acceptans, illi propterea quandoque cœlitùs prouidebat, ac suppeditabat alia eroganda: eamque recepit in cœlum ann. 1580. vide Cardosum, sup. hac die, ex monimentis MSS. istius Asceterij.

B. Maria, Virgin. [e]] Nobilibus, ac Catholicis §. 5. parentibus Londini, in Anglia nata est: quæ tum ob persecutionem hæreticorum, tum vt Monasticæ religioni nomen daret, traiecit in Lusitaniam; habitumque sumpsit Vlyssipone, in Monasterio, vulgò, Anglicarum sanctimonialium, Ordinis, S. Brigidæ, vbi viginti tres annos vixit, cum singulari perfectione, & continuatione exercitiorum; quæ denique præscia diei mortis suæ præparauit se ad gloriosum transitum, hac die, ann. 1625. iuxta præfatum Cardosum, sup. ead. die, post relationes multas MSS.

S. Ermenilda, Regin. Vidua. [f]] Cùm esset Er- §. 6. comberti, Regis Cantuariorum, ex S. Sexburga, Regina, filia; Soror verò S. Earcongotæ, Virginis; primùm VVlbero, Regi Merciorum, matrimonio iuncta est, ex quo filiam habuit, S. VVereburgam, eiusque potissimùm consilio, suasque VVlherus Rex, euersisque vbique Idolis, omnia loca Christi, sacris repleuit: Quo Rege mortuo, Ermenilda, cum filia, Eliensi Monasterio se consecrauit, atque sub. S. Sexburga, matre sua tunc Abbatissa, professionem emisit Monasticam: ibidemque in magna sanctitate, & austeritate, vitam duxit: vnde defuncta ipsa S. Sexburga; inter omnes digna visa est, quæ in eius locum succederet, atque munere fungeretur. Cùmque plures iam annos, in Regulari disciplina, aliis virtutum exemplis prælucens, transegisset, tandem, hac die, ad cœlestem gloriam migrauit. De qua Bedæ continuator, lib. 2. cap. 33. Malmesburiensis. lib. 1. de gestis Reg. Anglor. cap. 13. & lib. 4. De Gestis Pontif. Anglor. §. de Episcopis Eliensibus, Ioannes Capgrauius in Legenda, SS. Angliæ, VVigorniensis. ann. 675. quo florebat. Vincentius, Beluacens. lib 25. Specul. Historial. cap. 31. Petrus de natalibus, sup. lib. 11. cap. 67. VVion lib. 4. Ligni vitæ cap 14. & in Martyrologio Benedictino, Molanus in Additionibus, ad Vsuardum, hac die, Canisius, in Martyrologio Anglican. Ferrarius, in Catalogo generali sanctor. eodem die, Harpsfeldius, in Histor. Ecclesiæ

cleſ. Anglican. Sæcul. 7. cap. 23. Eduardus Maihew. Tom. 1. Trophæor. Congregation. Anglican. Benedictinæ, ad natales ſanctorum. Dicta eſt etiam quamdoque. *Ermelinda*, *Ermenibilda*, & *Ermenildis*, Lucas Caſtellinus, in Catalogo. SS. Canoniſator.

§. 7. *B. Aleydis.* [g] Huius ſanctæ fœminæ, poſt diſſolutiſſimam vitam, mirabilem conuerſionem, & in ſancto propoſito conſtantem perſeuerentiam, grauiſſimaſque perſecutiones, quibus à Dæmone viſibiliter ac horribiliter vexabatur, deſcribit Cæſarius, lib. 8. Illuſtr. Miraculor. cap. 13. & Henriquez, in Menologio Ciſtercienſi, hac die, claruit circa ann. 1200.

B. Marina, Vidua. [h] Orbata marito, habituque tertij Ordinis, S. Franciſci, aſſumpto, per 22. annos continuos in congregatione ſororum Tertiariarum, ſanctiſſimè vixit: vti referunt, Martyrologium Franciſcanum, & Annotationes, ad illud. Gonzaga, pag. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monaſterio Annuntiatæ, B. Mariæ, Virgin. Albaæci, quod eſt 9. Prouinciæ Carthaginenſ. Valerius, lib. 4. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap. 46. Algezira in Arbore Epilogica, totius Ordin. Franciſcan. §. 8.

SEXTO DECIMO CALENDAS MARTII.

IN Ethiopia ſanctæ Digna-Meritæ, [a] Virginis & Martyris: quæ ad prædicationem ſancti Matthæi Apoſtoli, in Chriſtum credens, pro tuenda Caſtitate, & fidei Chriſtianæ defenſione, capitis obtruncatione, Martyrium ſubiuit. Romæ, ſanctæ Feliculæ, [b] Martyris. Xendai in Iapponio, Beatæ Annæ, [c] Martyris; quæ Religionis Chriſtianæ accuſata, & in flumen projecta, gelu ac frigore conſumpta, tranſiuit ad gloriam ſempiternam. Apud Cyretam, iuxta Conſtantinopolim, Beatæ Eleutheræ, [d] Monaſtica obſeruantia, & rerum cœleſtium meditatione, laudabilis. Anconæ Beatarum [e] trium ſanctimonialium ex tertio ordine ſancti Franciſci; quarum corpora ibidem honorificè condita, magna habentur in veneratione: Apud Montem morum veterem in territorio Eborenſi, Beatæ Guiomaris [f] de Meneſez, Clariſſæ: ſingulari diſcretione, affabilitate, patientia, & zelo ſalutis proximi, conſpicuæ. Panormi in Sicilia, Beatæ Hieronymæ à [g] Gugliazo, Ordinis Minimorum: humilitate, pietate, & ſufferentia celebris. Apud pontem Delgada, in inſula S. Michaëlis, Beatæ Luciæ [h] ab Angelis, Tertiariæ Franciſcanæ: charitate, oratione, & operibus pietatis ſpectabilis. Coloniæ Aggrippinæ, Tranſlatio, ſanctæ [i] Cordulæ, Virginis & Martyris.

FEBRVARII XIV.

§. 1. *Sancta Digna-Merita, Virgin. Martyr.* [a] Vitam eius latè eius deſcripſit Iacobus Foderetus, hac die, Ferrarius autem de ea in Catalogo generali ſanctor. 17. Iunij ex Martyrologio, & Calendario Antiquo Eccleſiæ Brixienſis: ſed fortè, de illius Tranſlatione agit: Porrò: de ſacris ipſius Reliquiis nonnihil habetur apud S. Vincentij Abbatiam, in vrbe Metenſi; teſte Meuriſſæo, lib. 3. Hiſtor. Epiſcop. Metenſ. in Theodorico 43. Epiſcopo.

§. 2. *S. Felicula, Martyr.* [b] Coronam Martyrij, hac die, ſibi comparauit, ſimul cum SS. Vitali, & Zenone, prout teſtantur Beda, Vſuardus, Ado, & Martyrologium Romanum, VVandelbertus, & alij, Petrus de natalibus, lib. 11. Catalog. Sanctor. cap. vltim. §. 64. Baronius, in notis ad Martyrolog. Roman. Ferrarius de SS. Italiæ, hac die Pancirola, in Theſauro Vrbis Romæ, Regione 2. Eccleſ. 42. S. Praxedis vbi requieſcit, & Regione 5. Eccleſ. 5. Ioannes Tamaio, in Martyrolog. Hiſpano, ex multis aliis.

§. 3. *B. Anna, Martyr.* [c] Illuſtri triompho decorata eſt vnà cùm viro ſuo Ioachimo, cùm enim ad Hoſpitium Chriſtianos benignè ac charitatiuè exciperent: eadere accuſati & capti, ann. 1624. intra fluuium poſiti ſunt cingulo tenus, vt gelu ac frigore intenſiſſimo torquerentur: quo in tormento tribus horis detenti ſunt: interimque ab Iudis Satellitibus, niue, aqua frigidiſſima, & grandine, attacti, aſperſi, & contecti, in capite, oculis, facie, pectore, ac toto corpore: hinc paulò poſt, ex eo horrendo ſupplicio in terram protracti, animas Diuini amoris igne ſuccenſas, emiſerunt: teſtibus Antonio Franciſco Cardim. in Catalog. Martyr. Iapponior: & Cardoſo, in Agiologio Luſitano. hac die, & in Commentario ad illud.

B. Eleuthera. [d] Hæc multo tempore, D. Pulcheriæ Auguſtæ à cubiculis fuerat, quam S. Auxentius, Abbas, Diuino amore ſauciam, poſt multarum precum inſtantiam, Chriſto, conſecrauit, Monaſticæ vitæ addixit, & in campo Suburbani, qui diſtabat circa vnum miliare, nomine, *Cyreta*; iuſſit interea perſeuerare, vacantem meditationi Diuinarum ſcripturarum, quouſque Aſceterium fuiſſet, omni ex parte extructum; atque hæc quidem ſe in Domino iucundiſſima explente voluptate, & omnem laborem corporis libenter ferentem, ob gratiam, quæ à Deo patre ei ſuppeditabatur, præfuit, ad eius exemplum illic ad ſe confluentibus, ex Bithynia; circa ann. 470. vide Acta ipſius, S. Auxentij Abbatis apud Metaphaſtem, Surium, Lippeloum &c. cap. 11. hac die. §. 4.

BB. Trium, Sanctimonial. [e] Harum ſacra cor §. 5.

ista, Tertiariæ Franciſcanæ; quæ oratione, obedientia, & charitate, nec non ſignis admirandis emicuit. Ibidem, Beatæ[e] Mariæ à Trinitate, Virginis, ordinis S. Brigidæ: quæ genere, & multiplici vitæ perfectione ſic reſplenduit, vt poſt obitum pluries viſa ſit lumine gloriæ circumdata. Apud Ælienſe Angliæ Monaſterium Benedictinum, ſanctæ Ermenildæ,[f] Reginæ, viduæ, & Abbatiſſæ: quæ in magna humilitate, & auſteritate, vitam traduxit. In Germania apud Monaſterium Lencwendenſe, Ordinis Ciſtertienſis, Beatæ[g] Aleydis, pœnitentis, quæ ad meliorem vitæ frugem conuerſa, fructus dignos pœnitentiæ ſic confecit, vt à Chriſto Domino exaudiri meruerit, gratiam & gloriam acceptura. Albazeti, in territorio Carthaginenſi, Beatæ[h] Marinæ-Aluarez-Marci, viduæ, Tertiariæ Minoritanæ: quæ pietate & ſanctis moribus admodum claruit.

FEBRVARII XIII.

§. 1. Sanctarum *Fuſcæ, &c. Virgin. Martyr.*[a]] Agitur de his, hac die, apud Martyrolog. Roman, Baronium ibidem, in notis, & Tom. 2 Annal. Eccleſ. ad ann. Chriſti 254. & in Tabulis Eccleſiæ Rauennat: quarum Martyrij Acta ſummatim collecta, recitant Petrus de natalibus, lib. 3. Catalog. ſanctor. cap. 129. Rubeus lib. 1. Hiſtor. Rauennat. in fine, Surius, & Lippelous, in Actis S. Marcellini, Epiſcopi Rauennat. 5 Octobr. Molander, & Ferrarius, hac die, in Noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Rauenna*, & in SS. Italiæ ſcribens corpus eiuſdem S. Fuſcæ, à Vitali Ciue Veneto, allatum venetias; id eſt, in Prouinciam Venetam, vbi in ciuitate Torcellenſi, honorificè collocatum eſt: & Eccleſia eius nomini fabricata; teſte eodem Petro de natalibus, vnde Molanus, in Additionibus ad Vſuardus, hac die; Feſtum eius reponit apud *Torcellum*. Simon Martinus, hac die, Vghellus, Tom. 2. Italiæ ſacræ, in Archiepiſcopis Rauennat. 11.

B. Euſtochij, Virgin.[b]] Deo oblata fuit,
§. 2. ætatis ſuæ ann. 7. Monaſticumque induit habitum ann. 10. profeſſionem verò emiſit, ann. 20. tum demùm hac die, mortua, ann. 25. migrauit in cœlum ann. Chriſti, 1469. quæ quidem è Monachæ Sacrilego partu; velut Roſa ex ſpinis effloruit: & à peſſimo Dæmoniu, vſque ad extremum vitæ, fatigata, fide, & inuicta animi patientia, omnia ſuperauit. De ea agunt Bernardinus Scardeonius de Antiquitate vrbis Patauienſ. lib. 2. Claſſe. 6. Molan. in Additionibus, & annotationib. ad Vſuard. Wion, in Martyrologiu Benedictinu, & Ferrarius, in Catalogu generali ſanctor, hac die, Extat liber in D. Proſdocimi Monaſterio; Innumerabilium penè miraculorum, B. Euſtochij. Extat & Libellus, de eius vita; & laudibus: à Petro Baracio, Epiſcopo Patauinu, conſcriptus: ſcripſit quoque multa de eadem, latino vulgarique ſermone Hieronymus Saligerius, tunc illius Monaſterij confeſſarius; Sacerdos doctiſſimus.

B. Beatricis.[c]] Eadem die perrexit ad Beatarum
§. 3. virginum cœleſte conſortium piiſſimæ memoriæ ipſa B. Beatrix, monialis Carthuſiæ, in Diœceſi Lugdunenſi, quæ ſub. B. Margareta, prioriſſa, omni ſanctitate floruit. ſingularique deuotione, in ſacra Chriſti vulnera, affecta; his ex miſericordiæ riuulis, magnæ gratiæ fluenta delibabat. Saufſayus, in ſupplemento Martyrologij Gallicani, hac die.
§. 4. *B. Cæcilia.*[d]] Vna fuit ex primariis Religioſis Monaſterij. S. Annæ Vlyſſiponenſ. tertij Ordinis, S. Franciſci: pœnitentiæ, orationiſque exercitiis dedita; tanta autem charitate ferebatur in pauperes: vt quæcumque illis vltrò erogaret: cuius pietatem Deus acceptans, illi propterea quandoque cœlitùs prouidebat, ac ſuppeditabat alia eroganda: eamque recepit in cœlum ann. 1580. vide Cardoſum, ſup. hac die. ex monimentis MSS. iſtius Aſceterij.

B. Maria, Virgin.[e]] Nobilibus, ac Catholicis §. 5.
parentibus Londini, in Anglia nata eſt: quæ tum ob perſecutionem hæreticorum, tum vt Monaſticæ religioni nomen daret, traiecit in Luſitaniam; habitumque ſumpſit Vlyſſipone, in Monaſteriu, vulgò, Anglicarum ſanctimonialium, Ordinis, S. Brigidæ, vbi viginti tres annos vixit, cum ſingulari perfectione, & continuatione exercitiorum; quæ denique præſcia diei mortis ſuæ præparauit ſe ad glorioſum tranſitum, hac die, ann. 1625. iuxta præfatum Cardoſum, ſup. ead. die, poſt relationes multas MSS.

S. Ermenilda, Regin Vidua.[f]] Cùm eſſet Er- §. 6.
comberti, Regis Cantuariorum, ex S. Sexburga, Regina, filia; Soror verò S. Earcongotæ, Virginis; primùm VVlbero, Regi Merciorum, matrimonio iuncta eſt, ex quo filiam habuit, S. VVereburgam, eiuſque potiſſimùm conſilio, ſuaſque VVlherus Rex, euerſiſque vbique Idolis, omnia loca Chriſti, ſacris repleuit: Quo Rege mortuo, Ermenilda, cum filia, Elienſi Monaſterio ſe conſecrauit, atque ſub. S. Seaburga, matre ſua tunc Abbatiſſa, profeſſionem emiſit Monaſticam: ibidemque in magna ſanctitate, & auſteritate, vitam duxit: vnde defuncta ipſa S. Seaburga; inter omnes digna viſa eſt, quæ in eius locum ſuccederet, atque munere fungeretur. Cùmque plures iam annos, in Regulari diſciplina, aliis virtutum exemplis prælucens, tranſegiſſet, tandem, hac die, ad cœleſtem gloriam migrauit. De qua Bedæ continuator, lib. 2. cap. 3. Malmeſburienſis, lib. 2. de geſtis Reg. Anglor. cap. 13. & lib. 4. De Geſtis Pontif. Anglor. § de Epiſcopis Ælienſibus, Ioannes Capgrauius in Legenda, SS. Angliæ, VVigornienſis. ann. 675. quo florebat. Vincentius, Beluacenſ. lib 25. Specul. Hiſtorial. cap. 131. Petrus de natalibus, ſup. lib. 11. cap. 67. VVion lib. 4. Ligni vitæ cap 14. & in Martyrologiu Benedictino, Molanus in Additionibus, ad Vſuardum, hac die, Caniſius, in Martyrologio Anglican, Ferrarius, in Catalogo generali ſanctor. eodem die, Harpsfeldius, in Hiſtor. Eccleſiæ

clef. Anglican. Secul.7.cap.13.Eduardus Maihew. Tom. 1. Trophæor. Congregation. Anglican. Benedictinæ, ad natales sanctorum. Dicta est etiam quamdoque. *Ermelinda*, *Ermenibilda*, & *Ermenildis*, Lucas Castellinus, in Catalogo. SS. Canonisator.

§. 7. *B. Aleydis.* [g] Huius sanctæ fœminæ, post dissolutissimam vitam, mirabilem conuersionem, & in sancto proposito constantem perseuerentiam, grauissimasque persecutiones, quibus à Dæmone visibiliter ac horribiliter vexabatur, describit Cæsarius, lib. 8. Illustr. Miraculor. cap. 13. & Henriquez, in Menologio Cisterciensi, hac die, claruit circa ann. 1200.

B. Marina, Vidua. [h] Orbata marito, habituque tertij Ordinis, S. Francisci, assumpto, per 28. annos continuos in congregatione sororum Tertiariarum, sanctissimè vixit: vti referunt, Martyrologium Franciscanum, & Annotationes, ad illud. Gonzaga, pag. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio Annuntiatæ, B. Mariæ, Virgin. Albaceti, quod est 9. Prouinciæ Carthaginensf. Valerius, lib. 4. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap. 46. Algezira in Arbore Epilogica, totius Ordin. Franciscan. §. 8.

SEXTO DECIMO CALENDAS MARTII.

IN Ethiopia sanctæ Digna-Meritæ, [a] Virginis & Martyris: quæ ad prædicationem sancti Matthæi Apostoli, in Christum credens, pro tuenda Castitate, & fidei Christianæ defensione, capitis obtruncatione, Martyrium subiuit. Romæ, sanctæ Feliculæ, [b] Martyris. Xendai in Iapponio, Beatæ Annæ, [c] Martyris; quæ Religionis Christianæ accusata, & in flumen projecta, gelu ac frigore consumpta, transiuit ad gloriam sempiternam. Apud Cytetam, iuxta Constantinopolim, Beatæ Eleutheræ, [d] Monastica obseruantia, & rerum cœlestium meditatione, laudabilis. Anconæ Beatarum [e] trium sanctimonialium ex tertio ordine sancti Francisci; quarum corpora ibidem honorificè condita, magna habentur in veneratione: Apud Montem morum veterem in territorio Eborensi, Beatæ Guiomaris [f] de Menesez, Clarissæ: singulari discretione, affabilitate, patientia, & zelo salutis proximi, conspicuæ. Panormi in Sicilia, Beatæ Hieronymæ à [g] Gugliazo, Ordinis Minimorum; humilitate, pietate, & sufferentia celebris. Apud pontem Delgada, in insula S. Michaëlis, Beatæ Luciæ [h] ab Angelis, Tertiariæ Franciscanæ: charitate, oratione, & operibus pietatis spectabilis. Coloniæ Aggrippinæ, Translatio, sanctæ [i] Cordulæ, Virginis & Martyris.

FEBRVARII XIV.

§. 1. SAncta Digna-Merita, Virgin. Martyr. [a]] Vitam eius latè eius descripsit Iacobus Foderetus, hac die, Ferrarius autem de ea in Catalogo generali sanctor. 17. Iunij ex Martyrologio, & Calendario Antiquo Ecclesiæ Brixiensis: sed fortè, de illius Translatione agit: Porrò: de sacris ipsius Reliquiis nonnihil habetur apud S. Vincentij Abbatiam, in vrbe Metensi; teste Meurissæo, lib. 3. Histor. Episcop. Metensf. in Theodorico 43. Episcopo.

§. 2. *S. Felicula, Martyr.* [b]] Coronam Martyrij, hac die, sibi comparauit, simul cum SS. Vitali, & Zenone, prout testantur Beda, Vsuardus, Ado, & Martyrologium Romanum, VVandelbertus, & alij, Petrus de natalibus, lib. 11. Catalog. Sanctor. cap. vltim. §. 64. Baronius, in notis ad Martyrolog. Roman. Ferrarius de SS. Italiæ, hac die Pancirola, in Thesauro Vrbis Romæ, Regione 2. Ecclesf. 42. S. Praxedis vbi requiescit, & Regione 5. Ecclesf. 5. Ioannes Tamaio. in Martyrolog. Hispano, ex multis aliis.

§. 3. *B. Anna, Martyr.* [c]] Illustri triompho decorata est vnà cùm viro suo Ioachimo, cùm enim ad Hospitium Christianos benignè ac charitatiuè exciperent: ea de re accusati & capti, ann. 1624. intra fluuium positi sunt cingulo tenùs, vt gelu ac frigore intensissimo torquerentur: quo in tormento tribus horis detenti sunt: interimque ab indis Satellitibus, niue, aqua frigidissima, & grandine, attacti, aspersi, & contecti, in capite, oculis, facie, pectore, ac toto corpore: hinc paulò post, ex eo horrendo supplicio in terram protracti, animas Diuini amoris igne succensas, emiserunt: testibus Antonio Francisco Cardim. in Catalog. Martyr. Iapponior: & Cardoso, in Agiologio Lusitano. hac die, & in Commentario ad illud.

B. Eleuthera. [d]] Hæc multo tempore, D. Pulcheriæ Augustæ à cubiculis fuerat, quam S. Auxentius, Abbas, Diuino amore sauciam, post multarum precum instantiam, Christo, consecrauit, Monasticæ vitæ addixit, & in campo Suburbani, qui distabat circa vnum miliare, nomine, *Cytea*; iussit interea perseuerare, vacantem meditationi Diuinarum scripturarum, quovsque Asceterium fuisset, omni ex parte extructum; atque hæc quidem se in Domino iucundissima explente voluptate, & omnem laborem corporis libenter ferentem, ob gratiam, quæ à Deo patre ei suppeditabatur, præfuit, ad eius exemplum illic ad se confluentibus, ex Bithynia; circa ann. 470. vide Acta ipsius, S. Auxentij Abbatis apud Metaphastem, Surium, Lippeloum &c. cap. 11. hac die. §. 4.

BB. Trium, Sanctimonial. [e]] Harum sacra cor §. 5.

pora, maxima cum reuerentia, custodiuntur apud Monasterium, S. Mariæ Nouæ, in Anconitana Vrbe, vbi vitam duxerunt cœlicam, circa ann. Christi, 1445. memorantur in Martyrologio Franciscano, & in Annotationibus, ad illud, hac die, Gonzaga, part. 2. Origin. Seraphic. Religion, in eo Monasterio, quod est. 1. Prouinciæ Marchiæ, & VVadingho. Tom. 5. Annal. Minor, ad ann. 1444. §. 73. à quo, duæ priores vocantur. *Antonia Minias de Senis, & Clara. Firmana.*

§. 6. *B. Gusmaris. Clariss.* [l] Non minus sanguinis nobilitate, quàm virtutum exercitio illustris euasit: prudentia quippe, benignitateque inclaruit: tristis amaroque animo confecta, consolationibus spiritualibus prosequendo, easque excitando ad suaue Religionis iugum subleuandum; nil prætermittens, quo minùs pœnitentius sese ad mortificationem induceret quam Dominus purificare voluit, & probare, graui longaque ægritudine, qua mira eius patientia elucceret: proxima morti, deferri poposcit ad Ecclesiam, vbi simul cum aliis, Angelorum explens officium, canens responsoria ad Matutinas, vitæ finem sanctissimè posuit, ann. 1596. Iuxta Emanuelem à Sperança, in Chronic. Prouinc. Portugall. & Cardosum sup. hac die, sepulta in Monasterio Dominæ nostræ de Campis.

§. 7. *B. Hieronyma* [g] Habitum Religiosum suscepit, ann. 1517. pia autem & valdè deuota fuit, nec non regularis obseruantiæ zelantissima, & in aduersis mira refulgens patientia, humilitate insignis extitit: nolens, nisi aliorum, quæ supererant, fragmenta in cibum capere; indignam se reputans, aliis lautioribus vesci cibis; orationi iugiter vacabat: & Sacramenta ingenti cum pietate frequentabat, quæ tandem multis iam fessa annis sed amplioribus cumulata meritis, fœliciter decessit propè centenaria, ann. 1603, tumulata in Monasterio Virginum Ordinis, S. Francisci de Paula: teste Ludouico Dony-Attichin. lib. 6. Histor. general. Ordin. Minimor. ex aliis.

B. Lucia, Tertiar. [h] Apueritia charitatis operibus multùm fuit addicta, & pietatis exercitiis, & crescens ætate, creuit & virtute, deuota existens circa cultum Diuinum, & pro maiori parte perstans in Ecclesia, ad audiendas missas, & horas canonicas: Domi, fugiebat omnimodam curiositatem in gressu, vestitu, cibo & esu, studens mortificationi, pœnitentiæ, & orationi diu noctuque, somnum capiens, breuissimum super terram, aut asseres: sæpè ieiunans in pane & aqua; asperrimis disciplinis corpus suum castigans, in memoriam passionis Dominicæ, cui deuotissima erat, maxima humilitate & charitate feruebat, præcipuè erga pauperes, & infirmos, ac languidos, quorum vulnera, facto eis signo crucis super illa, & inuocato nomine Iesu, sanabantur. Cordiali affectu sanctissimam Trinitatem venerabatur: & eo die quo Sacram sumebat Eucharistiam, singulari replebatur consolatione, migrauit autem in cœlum, hac die, ann. 1622 miraculis post mortem famosa vti scribunt. Andreas Martinez, in sua Historia: & Cardosus, sup. hac die. §. 8.

Translatio, S. Cordulæ. [i] Vna fuit ex Sociabus, S. Vrsulæ: cuius corpus à B. Alberto magno, Episcopo, translatum fuisse ann. 1278. scribit Cratepolius, lib. de SS. Germaniæ. nam dies natalis eius agitur infra. ad 22. Octobr. *Cordubac* etiam nuncupatur: sed rectiùs *Cordula*, Dicitur. Vide Ferrarium in Catalogo generali sanctor. hac die, ex Canisio, in Martyrologio, & Tabulis Ecclesiæ Coloniens. §. 9.

QVINTO DECIMO CALENDAS MARTII.

INteramnæ, sanctæ Agapis, [a] Virginis & Martyris. Romæ, sanctæ [b] Anonymæ, Martyris, vxoris sancti Cratonis, quæ simul cum virò suo pro Christi nomine, sanguinem profudit & vitam. Aruernis, sanctæ Georgiæ, [c] Virginis, Deo Sacratæ: fide & meritis præclaræ. Aretij in Tuscia, sanctæ [d] Anthiliæ, Virginis, Theodosij Imperatoris & Gallæ Augustæ, filiæ. In Aquitania, commemoratio sanctæ Veronæ, [e] magnæ pietatis, & amoris diuini fœminæ. In VVestphalia, Beatæ Gertrudis, [f] Reclusæ, Cistertiensis, sanctitatis & religionis eximiæ, quam Deus magnificis & frequentibus illustrauit Reuelationibus: tum virtutibus ac multis meritis ornatam, in cœlestem Hierusalem induxit. Abdaræ in Hispania, Beatæ Mariæ [g] Gusmanæ, Clarissæ: generis nobilitate, profundissima humilitate, atque Religionis obseruantia insignis. Santareni in territorio Vlyssiponensi, Beatæ Agnetis [h] à Iesu, eiusdem instituti; virtute abstinentiæ, orationis, & pœnitentiæ spectabilis. Setvali in eodem agro, Beatæ [i] Ioannæ à Conceptione, Clarissæ, quæ in scientia sanctarum, versatissima, & in praxi virtutum zelantissima, charitate, patientia, maximè enituit. In Figuero Monasterio Clarissarum Diœcesis Conymbricensis, Beatæ Catharinæ, [l] à Spiritu sancto: quæ plena Diuino amore, oratione extatica, & Spiritu Prophetico præfulsit.

FEBRVARII XV.

§. 1. *Sancta Agapis. Virgin. Martyr.* [a]] Cùm S. Valentinus, præesset Episcopus Ecclesiæ Interamnensi. Duas congregationes instituit, alteram Clericorum, Virginum alteram, è quarum numero S. Agapes fuit. Quæ postea sub Claudio Imperatore, circa ann. 273. Martyrio coronata est: de qua Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, Petrus de Natalibus lib. 11. Catalog. Sanctor. §. 67. Ferrarius in Topographia noua ad Martyrologium Roman. verb. *Interamna* & de SS. Italiæ hac die. Ferdinandus Vghellus, Tom. 1. Italiæ Sacræ in Episcopis Interamnens. sub S. Valentino Episcopo 3. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Regione 3. Ecclesia 5. vbi sacrum eius caput seruatur.

§. 2. *S. Anonyma, Martyr.* [b]] Illius meminerunt Beda, Vsuardus, Ado, & Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis Petrus de Natalib. sup. cap. 130. §. 65. eius Acta annexa sunt vitæ præfati S. Valentini Episcopi apud Monbritium, Surium, Lippeloum, &c. die 14. Februarij.

§. 3. *S. Georgia, Virgin.* [c]] Hanc commemorant, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis & Tom. 6. Annal. Eccles. ad ann. Christi 480. §. 9. Molanus in Appendice ad Vsuard. Ferrarius sup. verb. *Aruerni* & Saussayus in Gallicano Martyrologio, ead. die. Gallesinius autem & Ferrarius, in Catalogo Generali Sanctor. iterum ad 11. Martij. Sauaro in Antiquitatib. Aruerniæ seu Claromontan. Gononus lib. 2. vitar. Patrum Occident. & in Appendice ad ipsas vitas in ea, post D. Gregorium Turonens. lib. de Gloria Confess. cap. 34. his verbis. *Aiunt etiam fuisse in ea vrbe, puellam quandam religiosam, atque deuotam Deo; quæ in rure commanens, quo, ab vrbica populatione summota, liberius dignas Deo Laudum hostias exhiberet. Quotidie autem ieiunijs & orationibus insistebat. Factum est igitur, vt migrans ab hoc mundo ad Basilicam oppidi, causa sepeliendi, portaretur: verùm, vbi leuato feretro, corpus per vicum ferri cœpisset, adueniens grex magnus columbarum, super eam volare cœpit, atque illud volitando sequi, quo hæc à proximis ferebatur. Qua in Basilica delata, grex totus super tectum ædis ipsius visus est consedisse: illaque sepulta, ad cælos euolauere columbæ; vnde non immeritò GEORGIA nuncupata est, quæ sic exercuit mentem cultura spirituali; vt adepto Virginitatis sexagesimi fructus prouentu, egrediens sæculo, cælestibus honoraretur exequijs.* Cuius Reliquiæ arca lapidea inclusæ in Ecclesia S. Cassij supersunt adhuc, cum hoc titulo, qui incisus est opertorio Marmoreo.

Hic iacet in Tumulo sacrata Georgia Christi,
Et deuota bonis, mente, fide, meritis.
Ob quam magna Patrem premeret cum turba procorũ
Illa Deum legis fœliciore tora.

Huius Sepulchrum anno Domini 1535. Guillelmus de Prato, Claromontan. Episcopus aperuit, caputque Illidiano cœnobio concessit; eius natalitium excolitur 5. Idus Februar. ait Sauaro, Bachotus in Fastis Christianis hac die, & Simon Martinus.

§. 4. *S. Aurelie, Virgin.* [d]] Sic Ferrarius in Catalogo Generali & de SS. Italiæ hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Aretinæ; Agitur autem de ea, in vrbe veteri, iuxta eundem Ferrarium, in noua Topographia sup verb. *Vrbs Vetus.* Eadem die. Vixit circa ann. Christi 489. Theodosij Imperatoris, & Gallæ Augustæ filia cùm esset.

S. Verona. [e]] Ita Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die (Simon Martinus) qui vult ipsam S. Veronam, aliàs S. *Veronicam* fuisse; quæ sudario faciem Domini crucem portantis extersit; cuius admiranda effigies ipsimet lintheo remansit, impressa, sicut hodiè cernitur Romæ, vbi magna religione seruatur; cui omninò aduersantur ea, quæ superius ad 4. Februarij retulimus, nisi intelligat de copia, siue exemplari eiusdem sudarij, quod Caturci asseruatur; cuius meminit Chiffletus cap. 28. de sacris sudarijs. §. 5.

B. Gertrudis, Reclusa. [f]] De ea scribunt Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die, Montalbus, inter sanctas eiusdem instituti, post Cæsarium Heisterbacens. lib. 5. cap 47. Historiar. Memorabil. quam suo tempore vixisse clarè testatur, in hunc modum. *Iuxta castrum Volmestene, quod situm est in Westphalia, quædam habitat inclusa, Gertrudis nomine, fœmina sancta & religiosa; & propter Reuelationes Dei, quibus illustratur, notissima.* Item lib. 12. cap. 47. §. 6.

B. Mariæ, Clariss. [g]] Nobilissimis licet exorta progenitoribus, maxima tamen humilitate vixit, Abdaræ (religionem Clarissarum professa) vulgò Almeriæ, in Hispania, apud Monasterium Conceptionis B. Mariæ, Virgin. Deiparæ, Floruit circa ann. 1515. De qua agunt, Martyrologium Franciscan. hac die, & Annotationes ad illud. Gonzaga, part, 3. Origin. Seraphic. Religion. in præfato Monasterio, quod est 20. Prouinc. Granatens. vbi huc vsque magno in honore habetur à Sanctimonialib. eiusd. loci, Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 20. Valerius de BB. Fœminis eiusdem Ordin. lib. 4. cap. 2. §. 7.

B. Agnetis. [h]] Migrauit à sæculo ann. 1560. quinquagenaria cùm esset, religiosa abstinentiæ multùm dedita, & pœnitentiæ: ter etenim in qualibet totius anni hebdomada, ieiunabat in pane & aqua, nimirum feria quarta, sexta & Sabbatho, disciplinis totum corpus cruentabat, in terra decubans, vel super tabula somnum capiens, deliciæ illi erant, orationi instare, in qua singulares diuinitùs excipiebat fauores, & reuelationes: summè exoptans aliquid sentire dolorosum, pro Christo Domino, qui in sua passione tanta pertulerat pro nobis; cuius pijs annuens votis: permisit vt cancer illi oriretur in pectore, dolores afferens non paucos: quos mira patientia sufferebat. Iuxta Cardosum in Agiologio Lusitanò, hac die, & Commentario ad illud ex alijs MSS. Documentis. §. 8.

B. Ioanna. [i]] Multùm instructa erat in rebus spiritualibus, & lectione sanctorum Patrum, ac scripturæ sacræ: charitate sic flagrabat erga infirmos quibus medebatur, & sanitatem largiebatur: sæpè varijs importunisque tentationibus diuexata à Dæmone, toties, cælesti sibi assistente præsidio reuexit triumphum, patienter sustinens, & fiduciam habens in Domino: sicque meritis & annis plena, obijt nonagenaria, ann. 1609. vti referunt Cardosus sup. hac die, ex Monumentis Prouinc. Algarbiorum. §. 9.

B. Catharina. [l]] Tanto spiritus feruore agitabatur §. 10.

tur, vt ieiunijs, disciplinis, & cilicio corpus iugiter domauerit: orationi diu noctuque vacauerit: in qua raptus, & extases sæpè patiebatur: spiritu etiam Prophetico potiebatur. Florebat anno 1615. Vide Cardosum sup. hac die. ex Chronica Emanuelis à Sperança.

QVARTO-DECIMO CALENDAS MARTII.

APVD Comum, in Insubria, Passio Sanctæ [a] Iulianæ, Virginis, & Martyris; quæ capitis obtruncatione, victrix ad cœlos euolauit. In Sardinia, Sanctæ Mathidiæ, [b] Nobilis Matronæ, Matris Beatissimi Clementis Papæ & Martyris, quam Sanctus Petrus instruxit in fide. In Germania, Beatæ [c] Anonymæ, Virginis, miris charismatibus cœlestibus adornatæ. Bononiæ, Beatæ [d] Dianæ, Virginis Dominicanæ; quæ vitam suam in exercitio virtutum expleuit; & post multa admirandaque pietatis signa, ad meliorem patriam excessit. Romæ Beatarum [e] Domitillæ & Ludouicæ, Virginum Clarissarum. Aueiri, in territorio Conymbricensi, Beatæ [f] Isabellæ Gomez, Virginis Dominicanæ, eximiæ virtutis ac perfectionis. In ciuitate Portuensi, Lusitaniæ: Beatæ [g] Iulianæ, Virginis, eiusdem Ordinis Priorissæ: quæ obseruantia regulari, patientia, & amore in Christi Domini plagas & vulnera, multùm emicuit. Eboræ, Beatæ [h] Mariæ à Purificatione, Clarissæ viduæ: quæ orationi, & rerum cœlestium contemplationi admodùm dedita; sancto fine quieuit. Cumis in Campania, Translatio Sanctæ [i] Iulianæ Nicomediensis, Virginis & Martyris.

FEBRVARII XVI.

§. 1. *Sancta Iuliana, Virgin. Martyr.* [a]] Comenses suam fuisse conciuem opinantur, passamque dicunt apud se, pro defensione Christianæ religionis vti post alios, referunt Bergomas de claris mulieribus cap. 102. & lib. 2. Supplementi Chronicar. vbi de vrbe Como, fol. 69. pag. 2. vocans eam *Iulianam*, & *Iuliam*, cuius sacrum corpus ibid. piè asseruatur ac colitur, hac die, Schedel in Registro mundi sexta ætate fol. 126.

†§. 2. *S. Mathidia. Matrona.* [b]] Ferunt B. Clementem S. Petri discipulum D. Pauli Socium, & adiutorem (ad Philippenses 4. ℣. 3.) postea summum Pontificem, fuisse ab eodem S. Petro Ecclesiæ Sardoæ præfectum; quippe, quem ipse prædicatione sua ad se pertraxerat, cumque & fratres eios ad Christi fidem à se conuersos, Faustum & Faustinianum, filios Clarissimi Viri, Fausti Romani, Cæsarem genere attingentes, socios sibi Euangelicæ suæ peregrinationis adhibuit. *Multis verò (Addit Nicephorus lib. 2. Histor. Eccles. cap. 35.) deinceps annis, & Mathidiam nobilem matrem eorum, quam in insula quadam, ex naufragio ærumnosè viuentem reperit; quippe, quæ Roma Athenas, liberorum suorum doctrinæ gratia, vnà cum illis nauigans, naufragium passa fuerit; quum illi quidam aliùs aliò diuina prouidentia, incolumes euasere. Ipsa verò in insulam eiecta, vitam lanificio sustentauit. Hanc D. Petrus, ibi inuentam, quum ad spectandas vitiferas columnas diuertisset, cumque (quos diximus) liberi illius tres sequerentur, matremque suam, præter spem, & expectationem omnem cognoscerent, Diuino regenerauit baptismo; &c.* Coniicit Iacobus Pintus lib. 3. de Christo Crucifixo, Titul. 4. loco 12. numer. 19. haud temerè isthæc in insula Sardiniæ gesta, & præter ea, quæ iam de Petro & Clemente, sunt dicta, fauere coniecturæ nomen putat; nomen, inquam, *Mathidia*. Seu contractè *Matthia*, à Sancta & nobili matrona isthic relictum; & in sola Turritana Prouincia, (in qua etiam frequens *Clementis* nomen, vulgò *Crimentis*.) Fœminis duntaxat; ne putetur annumerati cum vndecim Apostolis (Act. 1. ℣. 26.) Apostoli nomen esse, imponi solitum.

B. Anonyma, Virgin. [c]] Præclarum eius encomium sic habet B. Cantipratanus lib. 2. Apum, cap. 33. §. 4. *Et quidem, nostro tempore, in Germaniæ partibus, (sicut mihi Frater Ordinis Prædicator. narrauit & vidit) Virgo quædam sanctissima fuit, quæ nullo prorsus vinculis compedita teneri; quin mox, vt Spiritu mouebatur (sicut sagitta, quæ quantò in arcu chorda fortius attrahitur, tantò robustiùs iaculatur) ita solutis claustris, vinculisque disruptis, instar auis, quasi per aëra ferebatur. vbi enim Spiritus Domini, ibi libertas 2. Cor. 3 sed & illud notum, omnibus solemne miraculum dicebatur; quòd eadem sacra Virgo, videntibus multis, frequenter exibat in campum, & aues indomitas cuiuscumque generis clamoribus conuocabat. & in medio earum, quasi gallina inter pullos singulos manu demulcens, & osculis, residebat; &c.* §. 3. †

B. Diana, Virgin. [d]] Magna fuit decorata vitæ sanctitate: nam ipsa Virgo nobilis, à Sancto Dominico edocta, tanto spiritus feruore fuit accensa, vt extunc votum emiserit se in eius Ordine, vitam acturam: subque pretiosis; cilicium asperum deferens, ad carnem, illam etiam cathena ferrea circumcingebat; orationi, rerumque cœlestium contemplationi, ac silentio, maximè dedita erat: otium summè fugiebat, semperque spiritualibus exercitijs occupabatur: Accepto Sacri Ordinis Prædicator. habitu, præcipua extitit fundatrix Monasterij Montis S. Agnetis, Bononiæ, vbi cùm per annos 13. sanctissimè vixisset, meritis cumulata, ac moltis adornata virtutibus, migrauit in cœlum ann. 1236. iuxta §. 4. †

Seraphinum

Seraphinum Razzinum part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordinis Prædicator. in ea ex MSS. illius Monasterij Monimentis. Ioannem à Sancta Maria part. 1. vitar SS. & BB. eiusdem Ordin.

§. 5. *BB. Domitilla, & c. Virgin.* [e] Hæ præclaræ Christi Sponsæ, patria Perusinæ, ex illo numero duodenu erant (quas B. Margarita Salmonensis, de qua infra ad 5. Septemb. ex Monasterio Fulginatensi, secum Rumam conduxit pro Reformatione Monasterij SS. Cosmæ & Damiani) quarum prior, extitit Abbatissa, & vtraque perfectissima S. Claræ sectatrix. Vide Martyrologium Franciscanum. hac die, & Annotationes ad illud. Wadinghum Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. Christi, 1429 §. 51. item Tom. 6. ad ann. 1464. §. 12. ex Marieno lib. 4. cap. 23. & alijs Chronicis antiq.

§. 6. *B. Isabella, Virgin.* [f] Religiosa extitit raræ perfectionis, & vt talis multis gratijs & fauoribus extraordinarijs decorata fuit à cœlesti sponso Christo Domino: cui tantum inerat desiderium illi vniri ex intimo cordis affectu, vt sæpè, dùm staret ad communicandum, hostia sacra è manibus Sacerdotis elabi visa sit, & in os eius, se vltrò dare: grauata morbo incurabili, orationis, & patientiæ eximiæ signa protulit. Denique cùm sexaginta sex annos vixisset in Ordine, sanctis exercitijs vacans, & vitæ exemplari: moritur anno 1534. cuius sepultura multis post annis aperta, sacra eius ossa, visa sunt diuino lumine splendescere, vti referunt Lopez part. 3. Chronic. Prædicat. lib. 3. cap. 12. & Sousa part. 2. Chronic. Portugall. lib. 4. cap. 21. Cardosus in Agiologio Lusitano, hac die & Commentario ad ipsum, Ioannes à Sancta Maria part. 2. lib. 1. vitar. SS. Ordin. Prædicat.

§. 7. *B. Iuliana, Prioriss.* [g] Electa in superiorem valdè resplenduit in Regulari obseruantia, & virtutum exemplo: à mirabili patientia in paralysi, qua multo tempore detenta est. Eximia etiam deuotione venerabatur sacras Christi Domini plagas & vulnera: quorum recordatione, non parum solabatur in aduersis: obijt sancto fine, anno 1605: sepulturam nacta in Monasterio de Corpore Christi Portuensis ciuitatis. Teste Sousa sup. part. 2. lib. 6. cap. 11. & Cardoso hac die. sup.

B. Maria, vidua. [h] Floruit Eboræ, apud Monasterium Saluatoris Clarissarum Vrbanistarum reformatarum: ingenti cum exemplo & religione, dies noctesque consumens in oratione & contemplatione rerum supernarum, ac Diuiniorum Mysteriorum tali cum animæ puritate, efficacia & perseuerantia, vt eo in exercitio Christus illi pluries apparuerit cum cruce, ad consolationem. Multis tamen impetita fuit interioribus aduersitatibus, quibus probata, & purgata, in cœlum tandem læta perrexit, anno 1633. vide Cardosum sup. hac die, ex processu ab ordinario formatu; & alijs Monimentis de vita ipsius, ac virtutibus. §. 8.

Translatio S. Iuliana, Virgin. & Martyr. [i] Scribunt de ea, hac die, tanquam de Natali ipsius Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. Baronius ibid. in notis & Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. Christi 311. Molanus in Additionibus ad Vsuard. cùm reuera tamen Martyrio coronata sit 21 Decemb. quo Græci natalem eius celebrant; fitque hac die, apud Latinos, Festum Translationis eiusdem: vti notant Baronius, Cardosus sup. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Cuma*, & *Nicomedia*. item de SS. Italiæ, & alij. De ea item. Vincentius Beluac. lib. 12. Specul. Historial. cap. 26. Petrus de Natalib. lib. 3. Catalog. SS. cap. 131. S. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 8 cap. 1. §. 8. Bergomas de claris mulierib. cap. 112. & lib. 8. Supplement. Chronic. ad ann. 305. De voragine, Surius, Lippelous, Simon Martinus, Renatus Benedictus, Foderetus, Gazetus, Ribadeneira, &c. Bachotus, in Fastis Christianis, Myræus in Fastis Belgicis, hac die. De sacris eius Reliquijs meminit S. Gregorius Pap. in Epistula ad Fortunatum Episcopum Neapolitan. lib. 7. Epistol. 84. & 85. sub cuius Diœcesi, Martyris corpus tunc quiescebat. Illius etiam memoria Senonis, Augustoduni, Remis, Aurelijs, Suessione, Dionysiopoli &c. hac die, etiam agitur; at Lemouicis, die præcedenti: teste Saussayo in Martyrologio Gallicano. Post Arnaldum Raissam, in Auctario ad Natales SS. Belgij Molani. Caput verò eius asseruatur apud Monasterium Dominæ nostræ ad Martyres *de Sacauem*, duabus leucis ab Vlyssipone, si Cardoso credimus. sup. §. 9.

TERTIO-DECIMO CALENDAS MARTII.

AVGVSTÆ Veromanduorum, Beatæ [a] Eusebiæ, Nobilissimæ Matronæ, Romanæ: quæ Sancti Quintini, Martyris, diuinitùs sibi facta reuelatione, de inuentione eiusdem Athletæ Christi, in Galliam veniens, miro spiritus feruore, ac pietate emicuit. Cameræ Beatæ Mariæ, in sylua Sonia, propè Bruxellam, Diœcesis Mechliniensis, Ordinis Cistertiensis, Beatæ [b] Gertrudis, Virginis, illius loci Primæ Abbatissæ, vitæ Monasticæ, & Regularis obseruantiæ zelo, spectabilis. Mantuæ Beatæ [c] Franciscinæ à Mediolano, Virginis, Clarissæ: quæ prima Abbatissa Monasterij Sanctæ Paulæ extitit, ac miris virtutibus excelluit. Ferrariæ, Beatæ [d] Benedictæ Deligi, Virginis Dominicanæ: quæ mira sufferentia, pietate, ac virtute refulsit. Santareni in Territorio Vlyssiponensi Beatæ [e] Leonoræ de Noronha, Virginis, quæ, doctrina, generis prosapia, moribus sanctis, & meditatione Dominicæ Passionis, Illustrissima euasit. Aueiri, in Territorio Conymbricensi, Beatarum Virginum Dominicarum [f] Catharinæ Gomez, & Catharinæ Gonzaluæ: quæ, virtutum specimen factæ, exi-

H

mia vitæ perfectione claruerunt. In Pacensi Lusitaniæ Monasterio, Beatæ Isabellæ à Visitatione, Carmelitanæ Priorissæ: charitate, patientia, orationeque, insignis. Romæ, Translatio Sanctarum [h] Virginum Theopistis & Sophiæ Martyrum.

FEBRVARII XVII.

† §. 1. BEata Eusebia, Matrona. [a]] Patria Romana erat, dignitate, & opibus ditissima. sed ab annis nouem, oculorum luminibus orbata; cui mos erat studiosè orationibus incumbere, & pro se Domini clementiam deuotissimè exorare. Quare, monetur ab Angelo, in Gallijs S. Quintini corpus quærere Martyris; quod cum non sine ingenti labore complesset, & honorificè sacrum Martyris corpus recondidisset; cœpit repentè lumen oculorum recipere, & cum gaudio ad propria redire, ostendens in se magnalia Dei, cui fideliter ac piè deinceps inseruiuit. Iuxta Acta S. Quintini, Martyris 31. Octobr. apud Surium. Lippeloum, de Voragine, Renatum, Benedictum, & Saussayum, in Martyrologio Gallicano, Vincentium Beluacens. lib. 12. Specul. Historial. cap. 138. & lib. 14. cap. 87. Petrum de Natalib. lib. 9. Catalog. Sanctor. cap. 126. Hemeræum lib. 2. Augustæ Veromanduor. Illustratæ ad ann. 157. post Sigebertum ad ann. 964. qui vult id euenisse anno Christi 387. Bosius Tom. 1. de signis Eccles. lib. 15. cap. 6. & 7. Galluuius, de Virginib. Roman.

† §. 2. *B. Gertrudis, Virgin. Abbatiss.* [b]] Hæc est Virgo simul prudens & sancta, cui B. Gilda huiusce loci fundatrix (de qua sup. 12. Februar.) congregationem illam à se, Domino inspirante, inchoatam commisit regendam, anno Christi 1202. cuius fit mentio apud Henriquez in Menologio Cistertiensi sub. 11. Februar. ex Manriquez Tom. 3. Annal. Cistertiens. ad ann. 1201. cap. 6. §. 9. ex publicis authenticis instrumentis.

§. 3. *B. Franceschina, Virgin. Abbatiss.* [c]] Virgo hæc præclara, Mediolanensis, anno Christi 1444. Non absque opinione sanctitatis excessit è vita, mercedem bonorum operum à Domino recepturain cœlo. De qua Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud. Donesmundus lib. 5. Histor. Mantuan. & Wadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. Christi 1444. §. 61.

† §. 4. *B. Benedicta, Virgin.* [d]] A pueritia cœpit Deo seruire in omni pietate & sanctitate, die, nocteque orationi intenta; Ferrariæ postea, in Monasterio S. Catharinæ, Ordin. Prædicator. vitam religiosam professa, vixit sanctissima annis septem cum mensib. tribus: & diei mortis suæ præscia, fœliciter euolauit in cœlum. Teste Seraphino Razzio, part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordinis Dominicani.

§. 5. *B. Leonora, Virgin.* [e]] Patrem habuit D. Fernandum de Menezez, 2. Marchionem Villæ-Regiæ: quæ donis naturæ & gratiæ singulariter exornata, humanis Diuinisque litteris fuit apprimè edocta, nonnullaque eleganti stylo composuit opuscula: at non minores in virtute ac pietate progressus edidit: insigni quippe deuotione ferebatur erga Diuinissimum Eucharistiæ Sacramentum, suscipiens illud cum omnimoda præparatione: tanto autem feruore spiritus, Sacratissimum Dominicæ Passionis Mysterium recolebat, vt in oratorium domus secedens, magnam diei noctisque partem daret, in meditatione ipsius. Quæ denique sic sanctis occupationibus detenta, & raro suæ doctrina honestatis, ac pietatis, & perfectionis exemplo relicto, diem obijt supremum ætatis anno 75. anno 1563. sepulta apud Patres Dominicanos. Scribunt de ea Duartus Nunnez in Descriptione Purtugall. cap. 90. Lodouicus ab Angelis, in Horto Lusitano §. 131. Antonius de Sousa, in excellentijs Hispan. cap. 8. excellent 11. §. 6. Cardosus in Agiologio Lusitano, hac die, & Commentario ad illud.

BB. Catharina, &c. Virgin. [f]] Prior, verum optimumque extitit, virtutis, patientiæ, & perfectionis speculum: probata in omni corporis afflictione: videlicet cæcitate perpetua, & cancri pectoralis grauedine: at mente & spiritu feruida, Christo summè placens, ad eum properauit, circa ann. 1590. Altera verò, haud fuit aliena à virtute, & vitæ perfectione, præsentiam Diuinam sollicitè curam habere continuam: cuius gratia, consolationes spirituales exhauriebat notabiles: patientia eximia sufferens morbos & vlcera: moritur eodem tempore, quo consocia eius præfata: vti testantur. Ioannes Lopez part. 3. Chronic. Prædicat. lib. 3. cap. 9. & Ludouicus à Sousa ibid. part. 2. lib. 4. cap. 14. Cardosus sup. hac die. §. 6.

B. Isabella, Prioriss. [g]] Oriunda erat ex Pacensi vrbe, vulgò, *Beia*, qua & in Monasterio Carmelitar. habitum induit: religiosaque fuit notæ virtutis; electa autem in superiorem, regulari obseruantia, & exemplari regimine claruit: charitate, in pauperes, pœnitentiæ operibus, & deuotione erga Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, in cuius præsentia, maiore parte diei, stabat ad orationem; multum enituit. Denique sanctissimè obijt ann. 1614. vti referunt Lodouicus de Mertola. In Antiquitat. Ordin. sui Carmelitan. Cardusus sup. hac die. §. 7.

SS. Theopistis, &c Virgin. Martyr. [h]] Harum corpora transtulit Sergius, Iunior. Papa, in Titulum Equitij, vt vetus inscriptio marmori incisa illic posita testatur; sepulta enim erant in via Ostiensi, milliario ab vrbe Roma plus minus octauo; & videtur passas esse sub Maxentio Imperatore; vide Baronium in notis ad Martyrolog. Roman. sub 28. Octob. vbi de S. Cyrilla Virgine & Martyre, & Tom. 10. Annal. Eccles. ad ann. 847. §. 3. post Anastasium Bibliothecarium in Sergio Pap. Nuncupatur prior quandoque *Neopistes*, sed verius, ac rectius *Teopistes*. Pancirols in Thesauro vrbis Romæ Regione 2. Ecclesia 41. §. 8. †

DVODECIMO CALENDAS MARTII.

APVD Ostia Tyberina, Sanctæ [a] Prædignæ, Martyris; quæ cum Sancto Claudio viro suo, & duobus filijs, Alexandro & Cutia, gloriosum agonem confecit sub Diocletiano Imperatore. In Anglia, Natalis Beatæ [b] Mariæ Stuartæ, Viduæ, Scotorum Reginæ; quæ ob fidei Catholicæ constantiam, & inuictum contra hæresim animum, dono & pollicitationibus Elisabethæ Magnæ Britanniæ Reginæ, in Angliam pellecta, post viginti annorum incarcerationem, & longam vitæ ærumnam, cruento Martyrio coronata est. Romæ, Sanctæ [c] Constantiæ, Virginis, Constantini Magni filiæ, vitæ sanctimonia illustris. In Territorio Leodiensi, Beatæ [d] Heluidæ, Virginis inclusæ, eximiæ virtutis atque orationis. Santarenï, in Territorio Vlyssiponensi, Beatæ [e] Catharinæ Rodriquez, Virginis Dominicanæ, virtute orationis, & patientiæ; signisque admirandis conspicuæ. Ibidem, Beatæ [f] Ioannæ ab Angelis, Virginis Clarissæ: quæ operibus Pœnitentiæ, ac mortificationis dedita, expeditior cucurrit ad Sponsum Christum. In Carmona, oppido Diœcesis Hispalensis, Beatæ [g] Luciæ Sanctiæ, Beocianæ, Viduæ, primùm Tertij Ordinis Sancti Francisci, deindè sanctimonialis congregationis Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis; quæ vitæ perfectione, pietate, ac Monastica obseruantia claruit.

FEBRVARII XVIII.

§. 1. *Sancta Prædigna, Martyr.* [a]] Hæc cum viro, & filijs, Martyrium passa est; qui cùm essent præclarissimi generis, iubente Diocletiano, censi sunt, atque in exilium deportati, deindè incendio concremati; Odoriferum Martyrij Sacrificium, Deo ipsi obtulerunt: quorum Reliquiæ in flumen proiectæ, & à Christianis perquisitæ, iuxta eandem sepultæ sunt. Habentur horum res gestæ simul iunctæ cum Actis S. Susannæ die 11. August. Apud Surium, Lippelomum. Memorantur à Beda, Vsuardo, Adone; & Martyrologio Romano, hac die, Baronio, ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 294. Molano in Additionib. ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Ostia.* Petrus de Natalib. lib 3. Catalog. Sanctor. cap. 134. Vincentius Beluac. lib. 12. specul. Historial. cap. 159. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Regione 3. Ecclesia 2. Ioannes Tomaio in Martyrolog. Hispano, die sequenti. Gallonius; de Matronis Roman.

§. 2. *B. Mariæ, Regin. Martyr.* [b]] Scotia illo sæculo edidit Christianæ constantiæ illud præclarissimum specimen; quippe, quæ inter alios Martyres, habere etiam meruit ipsam Reginam, Catholicæ fidei eximium decus, & ornamentum, diutissima confessione; in carcere antè probatam, & nobiliori corona Martyrij auctam: Reginam Martyrem, Regis filiam, coniugem & matrem. Quæ ad littus Anglicanum, vi tempestatis appulsa, æqui iurisque gentium non habita ratione, in custodiam datur; vbi post superatam tot annorum miseriam, summa, in religione Catholica constantia, eximia in Deum pietate, inuicta animi magnitudine, prudentia supra sexum, truncata capite, occubuit. Apud castrum Fodringamium, anno Christi 1587. suæ ætatis anno 42. & mens. 2. hac die; cuius corpus ritè apparatum & Regio funere in Ecclesia Cathedrali Petro-Burgensi humatum est. Scribunt de ea, Baronius Tom. 5. Annal. Eccles. ad ann. 429. Bosius Tom. 1. lib. 12. cap. 22. de signis Ecclesiæ Dei lib. 22. cap. 3. signo 21. Arnoldus Hauensius in speculo hæreticæ crudelitatis cap. 24. Dauid Camerarius lib. 3. de Scotor pietate, & Sanctis Regni Scotiæ cap. 4. hac die, & lib. 4. sub fin. Ioannes Corgagiensis, in idea Togatæ Constantiæ Epitom. 3. de Martyrib. Scotiæ, Robertus Turnerus, Georgius Conæus, Hilarion à Costa, Tom. 2. Elogior. Heroinar. illustr. Florimundus Ræmundus, lib. 6. de ortu, progressu, & occasu hæresis, cap. 17. 18. 19. & multi alij, vitam & Martyrium illius Reginæ descripserunt. Quos recenset eruditus Lucas Iacob in Bibliotheca Illustr. Fœminar. Eius Epitaphium exculcissimum composuit Vrbanus 8. Papa, adhuc adolescens. Caussinus Tom. 4. Aulæ Sanctæ.

S. Constantiæ, Virgin. [c]] Vt à lepra mundata est, §. 3. orans ad sepulchrum S. Agnetis, Virginis & Martyris: paulò post, vnà cùm multis ex familia imperat. Baptismum suscipiens, ibi Ecclesiam B. Agnetis ædificauit; tum Virginitatis & pudicitiæ Amasia, Monasterium Romæ erexit; vbi inhitando, mira vitæ sanctitate refulsit; vndè postea Romæ illi Ecclesia extructa cernitur. Agunt de

ea S. Adelmus. Carmine de laude Virginitat. Vincentius Beluacens. lib. 14. ſup. cap. 31. Petrus de natalib. ſup. cap. 34. D. Antoninus part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 39. Bergomas lib. 9. Supplement. Chronic. ad ann. Chriſti 319. Baronius Tom. 3. ſup. ad ann. 324. §. 107. Antonius Gallonius lib. de Virginib. Roman. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, & Calendarium Germanicum die præcedenti, Mombritius, Surius, &c. in actis S. Agnetis Virginis & Martyr. 21. & 28. Ianuar. item, in Actis SS. Ioann. & Pauli, Martyr. 26. Iunij. Antonius Alegre in Paradiſo Carmelitici decoris ſtatu 2. ætat. 5. poſt Chriſtum cap. 92. Pancirola in Theſauro vrbis Romæ Regione 1. Eccleſia 61. & 61. & Regione 9. Eccleſia 32.

§. 4. *B. Helueda, Virgin.* [d]] Memoratur in vita B. Mariæ de *Ogniez*, lib. 2. cap. 6. apud Surium 23. Iunij ex Iacobo de Victriaco. Magna, inquit, erat ei familiaritas, cum pia quadam, & ſancta puella, *Helueda de Villenbroc*, Inclusa, atque vitam ſolitariam agente, eamque impensè amabat, & velut mater filiam, annis ferè duodecim, in Domino nutrierat. Ea autem puella, aliqua moleſta tentatione laborante; Chriſti ancilla, tentationes & cogitationes cordis eius ipſi indicabat, valdè admiranti, quo pacto mentem eius cognitam haberet. Itemque contra imminentes tentationes longè antequam acciderent, eam præmuniebat: &c.

§. 5. *B. Catharina, Virgin.* [e]] Religioſa extitit vitæ auſteritate & mortificatione relucens, in Monaſterio Dominarum Ordin. S. Dominici apud Santarenum, ſtrictiſſimæ erat temperantiæ in cibo, potu ac ſomno, decubans ſuper tabulam orationis exercitium ſummoperè frequentabat; quoties Diuiniſſimam Euchariſtiam, ſumebat, tribus præcedentibus, & duobus ſequentibus diebus ſilentium inuiolabiliter ſeruabat. Placuit autem Altiſſimo illam probare lepra incurabili: cuius patientia valdè emicuit; gratias Chriſto ſponſo referens maximas quòd dignam iudicaret eam pati ægritudinem: è cuius vlceribus non fœtus odor, ſed fragrans & ſuauiſſimus exibat. Cùm autem ſanctiſſimè obijſſet, anno 1400. tantis cœpit ſplendeſcere ſignis admirandis & miraculis; vt omnes ad eius interceſſionem confluerent, pro ſuis neceſſitatibus ſubleuandis: & Febricitantes, capta terra illius ſepolturæ, mox ſanabantur: &c. vti referunt. Ioannes Lopez part. 3. Chronic. Ordin. Prædicat. lib. 2. cap. 35. Ludouicus de Souſa ibid. part. 1. lib. 5. cap. 30. Cardoſus hac die, in Agiologio Luſitano, & Commentario ad illud.

B. Ioanna, Virgin. [f]] Pœnitentiæ operibus, & orationis exercitio valdè dedita cùm eſſet, deuotiſſima erat. D. Barbaræ, Virgin. & Martyr: cuius fauore, nonnumquam cœleſti claritate gaudebat; præſcia autem diei mortis ſuæ, interfuit Sanctiſſima Deipara, Virgo Maria, cum immenſa gloria, illius animam expectans in cœlum deducendam ann. 1577. hac die; iuxta Cardoſum ſup. ex relatione veridica. §. 6.

B. Luca-Sanctia. [g]] Defuncto Marito, Monaſterium, ſuis expenſis, in honorem Immaculatæ Conceptionis Virgin. Mariæ Dei genitricis, non ſine quorundam conſanguineorum contradictione ac moleſtia, extruxit: quibus tamen prudentiſſimè atque patientiſſimè, ſuperatis: Ipſa ſimul cum alijs ſequacibus, anno 1516. illud ingreſſa, clauſuram ſolemniter profeſſa eſt, & ſanctiſſimæ Conceptionis habitum, antiquiori Tertiariæ relicto, induit: Diuque ibi ſuperuixit, pietate, & magno pietatis feruore, reſplendens; ac demùm multis bonorum operum meritis adornata, ſancto fine quieuit. Hanc commemorant Martyrologium Franciſcanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in prædicto Monaſterio quod eſt 9. Prouinciæ Beticæ. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 24. Valerius lib. 4. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap. 4. §. 7.

VNDECIMO CALENDAS MARTII.

ANTIOCHIÆ Paſſio [a] Sanctarum quinque Virginum & Martyrum; quæ Chriſtum confitentes, iuſſæ ſunt à Traiano Imperatore, igne comburi. Apolloniæ in Macedonia, natalis Sanctarum [b] Ammoniæ & Coinctæ, cum alijs decem, Martyrio coronatarum ſub Decio Imperatore. In Territorio Lamacenſi, Atchenſi Monaſterio Benedictino, Sanctæ [c] Columbæ Oſorez, Abbatiſſæ, quæ pro cuſtodia Virginitatis, & fidei Catholicæ confeſſione, vnà cum reliquis ſanctimonialibus Virginibus, ſibi ſubditis, ab Almançore, Mauro Duce: iugulata eſt. Mantuæ, Beatæ [d] Eliſabeth, Ordinis Seruitarum, genere, vita, & miraculis, illuſtris. Lorçæ in Territorio Carthaginenſi, Beatæ [e] Franciſcæ-Pontiæ, Virginis: quæ Tertiarum Minoritarum ſumpto habitu, virtutibus & ſignis admirandis refulſit. Thomari, Beatæ [f] Marthæ à Chriſto, Clariſſæ, Virginis: humilitate, paupertate, & gloria miraculorum ſpectabilis. Caſtaneiræ, in Territorio Vlyſſiponenſi, Beatæ [g] Catharinæ à Trinitate, eiuſdem inſtituti, quæ obedientia, ſilentio, oratione, ac feruore ſpiritus admodùm emicuit. Lutetiæ

Pariſiorum,

Parisiorum, Beatæ [h] Catharinæ à Iesu, Virginis Carmelitanæ: quæ in omni religionis perfectione consummata, ad Christum, cuius vultum desiderabat, lætanter peruenit. Romæ, Translatio Sanctarum, [i] Aquilinæ, Priscæ, Candidæ, Paulinæ, & Pudentianæ.

FEBRVARII XIX.

†§. 1. *Sanctarum Quinque Virgin. Martyr.* [a]] Cùm Traianus Imperator nullum vnquam persequendi Christianos finem faceret, quid demùm addiderit, cùm rediit Antiochiam, anno Christi 118. videndum est; narrat quippe Nicephorus rem prodigiosam, lib. 3. Histor. Eccles. cap. 23. his verbis. *Multos Christianorum interimit, in quibus & quinque virgines fidem palam confitentes, comburit, & ossibus earum ad summum combustis, cineribusque æri commixtis, ænea quædam, & alia vasa fieri curat; eaque publico lauacro, quod ipse magnificentissimè construxerat, dicat. Verumenimuero, quicumque eò lauacrum ingrediebantur, quamprimùm calidas attigissent aquas, caligine simul & vertigine correpti, cum impetu inde procurrebant, & concidebant. Causa autem eius mali cognita, Traianus, vt alia ex ære puro, vasa balnea parentur, mandat; priora autem illa, in fornacibus conflata in quinque transformat statuas, easque Virginum combustarum forma & habitu, pro balneo collocat.* Eadem referunt Baronius Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 118. §. 1. & Galterius in Tabula Chronographic. sæcul. 2. in sanctis & illustrib. viris.

§. 2. *SS. Ammonia, &c. Martyr.* [b]] Memorantur à Maurolyco, in suo Martyrologio; & Ferrario in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Apollonia Macedonia.* hac die, circa ann. Christi 254.

§. 3. *SS. Columba, Abbatiss. &c. Martyr.* [c]] Tribus leucis distabat illud Archense Monasterium Benedictinum, à Lamecensi ciuitate; perseuerauitque vsque ad ann. Christi 982. quo Barbarus quidam, Almançor, Maurorum Dux (qui tunc in Lusitaniam irruperant, igne & ferro omnia deuastantes) ad ipsum perueniens, destruxit, complanauitque, & S. Columbam Osorez, tunc Abbatissam; cunctasque eius sorores, sanctimoniales, gladio trucidauit, ob fidei Catholicæ defensionem, & tuendæ puritatis virginalis constantiam: cuius rei meminere, Bernardus de Briteo, part. 2. Monarchiæ Lusitan. lib. 7. cap. 23. Ludouicus ab Angelis. In Horto Portugall. §. 46. Antonius Leita lib. 1. Histor. Dominæ nostræ de Lapa cap. 3. Cardosus in Agiologio Lusitano, hac die, & Commentario ad illud ex multis alijs.

§. 4. *B. Elisabeth.* [d]] Patria fuit Cremonensis, ex nobili familia *Picenardorum*, progenita, quæ sanctissimæ vitæ cursu expleto, Mantuæ obijt anno Christi 1468. in Ecclesia S. Barnabæ condita. Memoratur à Ferrario in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Chronic. Ordinis Seruitarum & Monimentis MSS. eiusdem ciuitatis.

§. 5. *B. Francisca, Virgin.* [e]] Tertiariæ habitum sumpsit Lorçæ, in Monasterio S. Annæ simul cum matre ac sorore; vbi tantoperè in omni virtutum genere profecit, vt maximæ sanctitatis specimen euaserit, moriensque signis & miraculis coruscauerit. Ita Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud. Gonzaga in præfato Monasterio, quod est 12. Prouinciæ Carthaginensis. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. cap. 30. lib. 1. sub ann. 1510. Valerius lib. 4. de BB. Fœminis eiusdem instituti cap. 6.

B. Martha, Virgin. [f]] Floruit apud Monaste- §. 6.
rium antiquum S. Irenæ, nunc autem S. Claræ; hæc Christi famula, nobilis quidem genere, sed religiosæ perfectionis eximiæ; quæ prius vnà cum Matre, Mentia de *Queiroz*, illustri fœmina, & sororibus; illic sub habitu Tertiario Franciscano, quibusdam annis, vixit: verùm ipsis mortuis, ac paulò post, nonnullis socijs virginibus sibi aggregatis, initium dedit huic institutioni: nam assumpto S. Claræ, Ordine: cum spiritus feruore, professionem emisit in manibus D. Menciæ à Silucira, eius Sobrinæ, Monasterij Guardientis Abbatissæ, anno circiter 1520. exindèque virtutum exercitio haud segniter intenta, humilitatem præcipuè coluit, ac charitatem, quibus tanquam duabus alis, ad tantam vitæ sublimitatem peruenit, vt & prærogatiua miraculorum claruerit: iuxta Cardosum sup. hac die, ex multorum veridica relatione.

B. Catharina. [g]] Ex tribus illis sanctimoniali- §. 7.
bus, quæ Castanetum venerunt, pro Noui-Monasterij fundatione, hæc notanter emicuit; Monasterij Villæ-Comitis alumna; quo multis annis, cæteris longè antecelluit; veniens autem Castanetum, illic triginta annos superstes extitit: cum exacta obedientia, admirabili silentio, & zelo feruido erga seruitium Diuinum; cuius perseuerantia, continua erat in oratione, in qua & singulares excipiebat à Christo Domino fauores; cui sæpè apparebat Regina cœlorum: eamque tres dies ante obitum eius fœlicissimum consolata est, incitans illam ad patientiam, in doloribus sufferendis, citò finituris anno 1570. Quo in cœlum, gloriosa conscendit. Teste Cardoso sup. hac die, ex MSS. illius loci.

B. Catharina, Carmelitan. [h]] Burdigalæ hone- §. 8.
stis parentibus nata, adhuc septennis, à septiformis gratiæ spiritu afflata, cœlo sese totam dedicauit: ex lectione vitæ S. Catharinæ Senensis. piè ad id vehementer inducta, Ita vt sanctæ illius Virginis genium & mores deinceps, sibi ad imitandum proposuerit. A deuotione ad Beatissimam Deiparam Virginem exorsa est: tum orationi assiduè intenta, Christumque sibi perpetuum in sponsum eligens, Virginitatis votum edidit. Genuflexa ante Crucifixum, horas quinque transigebat, Christi vulneribus, & meditationi eius mortis immobiliter defixa. Tantæ abstinentiæ erat, vt annum semel excurrerit, nullo alio vsa alimento, quàm panis & aquæ; eoque ita modico, vt valorem quadrantis assis vix æquaret; cæteram, quam absumere potuisset, alimoniam, in pauperum sustentationem erogabat. Cilicio carnem macerabat, tenerosque artus disciplinis crebris atterebat. Frigore corpus constringens, spiritus ardorem dilatabat. In excubijs sacris noctes ad auram vsque precibus incumbens, protrahebat: insigni nitebat innocentia, in qua Christum sponsum, præsertim imitabatur; cuius & patientiam, humilitatem, modestiam, mansuetudinem, charitatem, mi-

rificè præferebat. Cùm iam adolesceret, maioris perfectionis cupida, religiosam statuit vitam amplecti, maximè Virginum Carmelitarum; quara Lutetiam properans, à D. Acharis, hospitio benignè excepta, eius interuentione, in Monasterium de Incarnatione est admissa; vbi tyrocinium sacræ professionis iniJt, ac expleuit; tanta sanctitate, vt Angelicos mores, puritate conuersationis, & spiritus claritate, ac feruore exhibuerit: in qua Diuinos raptus passa, visionibusque cœlestibus honorata est. Tandem carnis infirmitatibus in dies debilitata, & diu hydropisi afflicta, expirauit beata anima, in Parthenona Matris Dei, (cuius intra vrbem fundationem, superiorum iussu, promouerat) die Dominica; vnde corpus eius purissimum, ad Monasterium de Incarnatione suburbanum (vbi viam Domini parara cœperat) relatum, honorifico funere sepultum est, non sine Diuinæ testificationis, clarificatione: qua de re Saussayus in supplemento Martyrologij Gallicani, hac die, & Corrolario eiusdem anno 1613. Hilarion à Costa. Tom. 2. vitar. seu Elogior. Heroinar. Illustr. pag. 330. Porro illius vitam compillauit, Magdalena à Bosco, *du Bois*, à Sancto Iosepho eiusdem Ordinis alumna, quam Cardinalis Eminentissimus *de Berulle* vnà cum ipsiusmet litteris, ac pijs scriptis, publicauit, ediditque in lucem, necnon Reginæ Matri Ludouici 13. Reg. Francor. Christianissimi dicauit. Illius meminit Ludouicus Dony-Attichius lib. 1. vitæ præfati Cardinal. cap. 16. & Germanus Habert ibid. Myræus Auctus de Origine Ordin. Carmelit. Ludouicus Iacob. in Bibliotheca illustr. fœminar.

Translatio SS. Aquilinæ, &c. [i] Leo 4. Pap. ann. 849. corpora SS. Aquilinæ, & aliarum, cum nonnullis promiscui sexus, & cœmeterijs eruta, intra Vrbem inuexit: ad custodiam ciuitatis, contra insultus Sarracenorum, ex Africa in Italiam irrumpentium, ad vrbis Romanæ excidium; teste Baronio. Tom. 10. Annal. Eccles. ad ann. Christi 849. (ex Anastasio Bibliothecario in Præfato Papa) §. 2. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ. Regione 2. Ecclesia 41. & Regione 9. Ecclesia 17. §. 9. †

DECIMO CALENDAS MARTII.

IN Iapponia apud Regnum de Bongo, Natalis Sanctarum Mulierum [a] Marthæ, & Annæ, Martyrum; quæ pro Christo capite truncatæ, glorioso cruore triumpharunt. Blandinij haud procul à Tornaco, Dormitio Beatæ [b] Theclæ, pientissimæ fœminæ; quæ nobili quidem prosapia oriunda, sed virtutibus multò extitit illustrior. Apud Hummolariense Monasterium, iuxta Quintinopolim in Veromanduis, Nouiodunensis Diœcesis, Sanctæ [c] Berthæ, Virginis Benedictinæ, Abbatissæ; præcipuarum prærogatiua virtutum conspicuæ. Apud Monasterium Montis Sanctæ Walburgæ, propè Bruelam, leucis duabus à Colonia, Beatæ [d] Margaritæ Comitissæ, primæ Abbatissæ illius loci, Cistertiensis Ordinis; quæ spretis mundi gloria, & Diuitiarum iactantia, ad Cistertium euolans institutum, cæteris exempla virtutum reliquit quamplura, ac trabea carnis exuta, cœlos fœliciter conscendit. Assisij, in Vmbria, Beatæ [e] Amatæ, Virginis, Sanctæ Claræ Virginis, cognatæ & Discipulæ: quæ puritate & innocentia vitæ ac feruenti amore in Christum sponsum, excelluit. Cæsar Augustæ, in Hispania Tarraconensi, Beatæ [f] Catharinæ à Conceptione, Carmelitanæ Monialis, Sanctæ Teresiæ discipulæ: genere, ac pietate spectabilis; oratione etiam ac paupertate, & patientia, multum insignis euasit. Dauentriæ, in Transiselana Belgij Prouincia; Susceptio [g] Corporis Sanctæ Mildredæ, Virginis.

FEBRVARII XX.

§. 1. SAnctarum *Mulier. Marthæ, &c. Martyr.* [a]] Prior simul cum viro suo Leone *Quisay*: alia verò cum marito, Ioanne *Ximada*; pro constanti fidei Christianæ confessione, Martyrium compleuit, hac die, (al. 28.) anno. Christi 1618. Iuxta Nicolaum Trigaltium in Supplemento Historiæ Martyr. Iapponiorum.

§ 2. *B. Thecla.* [b]] Illa est, cui S. Eleutherius, Tornacensis Episcopus & Martyr, noctu apparuit, iubens, vt Blandinium sese conferret, ibique inter alia, nonnulla sancta corpora, ad dextram aræ Apostolorum Principi dicatam, quiescere suum corpus aperuit; idque Hedíloni Episcopo significare præcepit, quo facto, sacrum corpus è terra eleuatum honorificentius reconditum est anno 881. septimo idus Iulij; eleuatum quidem, sed 8. Calend. Septemb. Translatum. Interea B. Thecla orationi intenta, ac Christi pretioso corpore & sanguine, refecta, iuxta præfati S. Antistitis tumulum sepulturam accepit. Indè post ad secretiorem Templi locum, translata est: ad cuius caput fons purus exilijt; cuius latices Cephalagia & paralysi laborantibus, haud semel opem attulere: vide Ioannem Cousinum, lib. 2. Histor. Tornacens. cap. 69. & Molanum in indiculo SS. Belgij. Arnoldum Raissam in Auctario ad Natales Sanctor. Belgij ipsius Molani, hac die. Post Surium

Tom.

Tom. 2. in Præfato S. Eleutherio, eadem die.

†§. 3. *S. Bertha, Abbatiss.* [c]] Huic facta est reuelatio de loco, vbi corpus S. Huneguhdis Virginis tot annis iacuerat, incognito, apud Veromanduos in Gallia. Cuius rei gestæ, admirandæ historiam, eius temporis Author, Berneros, Abbas Hûmolariensis apud Surium, Tom. 4. ad 25. August. scriptis mandauit, hisce verbis. *Cùm diu sacrum corpus eius, sub terra conditum iacuisset, quædam sanctimonialis, Bertha nomine, mira abstinentia, multa patientia, paupertatis valdè studiosa, eximia humilitatis, misericordiæ operibus dedita, ieiunijs, & vigilijs, ac precibus intenta: ex Diuina reuelatione, locum sepulturæ eius cognouit, anno salutis 946. Ludouico regnante: cumque immenso affecta gaudio, tantum thesaurum subitò eleuare vellet; &c.* interios ad 7. & 12. Nouemb. ex ipso Bernero, & Surio: quos sequuntur Baronius Tom. 10. Annal. Eccles. ad ann. Christi 946. §. 8. Hamæreus in Augusta Vero-Manduorum illustrata, lib. 2. sub ann. 946. & alij.

†§. 4. *B. Margarita, Comitiss.* [d]] Notandum hanc illustrem Heroinam, & vt ferunt, Comitissam, vitæ sanctitate claruisse; cùmque Abbatissa facta, nouennio sanctè præfuisset, ad cœlos commigrasse, anno Christi 1199. iuxta Manriquez Tom. 3. Annal. Cisterciens. eodem anno cap 8. §. 12. ex Ægidio Galenio.

§. 5. *B. Amata, Virgin.* [e]] Cognata erat S. Claræ Virginis, ad cuius preces, sæculi vanitates abijciens, Christo sponso secum famulata est, in suo Monasterio S. Damiani; ipsius enim ad amussim heroïcarum imitata est vestigia virtutum, magna cum sanctitatis perfectione. Tanta puritate & innocentia vitæ pollebat, quòd meruerit Christum cernere, moribundæ præfatæ S. Claræ, Virgini occurrentem; ipsa B. Ancilla Christi dicente sibi: Nonne, filia, vides hic, iuxta me, cœli regem, gloria coronatum? statimque aperti sunt oculi B. Amatæ, cœlestemque sponsum conspexit; cuius intuitu feruentior in eius obsequium euasit. Itaque in bonis operibus iugiter perseuerans, in Domino fœliciter obdormiuit: sepulturam nacta Assisij in Monasterio ipsius S. Claræ ad S. Georgium. Agunt de ea Martyrologium Franciscan. hac die, & Annotationes ad illud. Tossinianus lib. 1. Histor. Seraphicæ, Marcus Vlyssiponens. part. 1. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 16. & part. 2. lib. 1. cap. 53. ex Mariano in Appendice lib. 1. Valerianus de BB. Fœmin. eiusdem Ordin. lib. 2. cap. 11. Salazar. lib 5. Prouinc. Castellæ Chronic. cap. 31. Thielmans Tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. Wadinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. Christi 1213. §. 65. item Tom. 2. ad ann. 1254. §. 38. quo obijt, ex processu Canonisation. S. Claræ Virg.

B. Catharina. [f]] Tauiræ in Territorio Algarbiensi nascitur nobilissimis parentibus; quæ tamen in iuuentute varias experta est miserias ac molestias, quas patientissimè sustulit, vilioribus domus officijs ac laboribus ex animo inseruiens: orationi verò & spiritualibus exercitijs dedita, exinde ingentes animæ consolationes reportabat, quibus fortior & alacrior euadebat. Hæc à Sancta Teresia cognita & instructa, ac discipula effecta, Pastranæ habitum Ordin. Carmelitarum excalceatar. de manibus ipsius sumpsit: tantòque in eo profecit vt postea, nouitiatu expleto, professionem emiserit, non sine astantium admiratione, quem statum deinceps raro spiritus feruore, singulari vitæ exemplo, & eximia humilitate, pietate, &c. prosecuta est. Mox ab eadem S. Teresia ablegata est Cæsaraugustam, vt illic Monasterium nouum fundaret, ann. 1588. vbi mirabile vitæ perfectionis specimen dedit: amatrix quippe erat paupertatis, proximo compatiebatur; cilicio, & disciplinis carnem edomabat: somni parca, orationi sic instanter vacabat vt nonnunquam tota luminosa in ea appareret. Sanctissimè obijt, hac die, anno 1617. cuius corpus tractabile & incorruptum adhuc perseuerat. Vti referunt Chronica Carmelitar. lib. 3. cap. 18. §. 59. Michael Baptista Lezana, lib. 2. vitæ B. Isabellæ à Sancto Dominico cap. 2 & lib. 3. cap. 4. ac lib. 4. cap. 1. 2. 3. Cardosus in Agiologio Lusitano ead. die & Commentario ad illud. §. 6.

Susceptio S. Mildradæ, Virgin. [g]] Huiusce meminerunt susceptionis, Molanus in indiculo SS. Belgij. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & Saussayus in Supplemento Martyrologij Gallicani hac die. §. 7.

NONO CALENDAS MARTII.

XIMABOCRÆ in Iapponio, Natalis Beatarum [a] Mulierum, quæ simul cum viris & paruulis, post verbera, aliaque grauia tormenta perpessa, constantes in fide, & in mare proiectæ, illustri certamine, Martyrium compleuerunt. Apud Aruernos, vico Arrhona, Sanctæ Vitalinæ [b] Virginis: quæ ætate, in puro Dei seruitio confecta, sponso cœlesti, vt pro meritis iungeretur, placida morte, migrauit. In Monasterio Bilebensi Benedictino, in Germania, Sanctæ [c] Guntildis, primæ Abbatissæ, quæ generis nobilitate, perfectæ religionis documentis & exemplis, ac miraculis emicuit. In Monasterio Nouessiano ad quintum infra Coloniam, lapidem; Beatæ [d] Agnetis, Virginis Cisterciensis, Sororis Sanctæ Hildegundis; quæ Angelorum stipata concentu, cœlos penetrauit. Apud Tordesyllarium, in Territorio Palentino, Beatæ [e] Ioannæ de Ordas, Virginis Clarissæ; admirandis virtutum insignijs celebris. Apud Montem-Morum Nouum, in Diœcesi Eborensi, Beatæ [f] Franciscæ à Sancto Paulo; Dominicanæ: quæ, virtute abstinentiæ, & orationis, ac eximia vitæ perfectione

floruit. Santareni, in Territorio Vlyssiponensi, Beatæ [g] Isabellæ à Sancto Hieronymo, Clarissæ Abbatissæ: quæ zelo Monasticæ obseruantiæ, virtutum exemplis, & Sanctis Moribus præfulsit. Extremis, in Territorio Eborensi, Beatæ [h] Mariæ de Iesu, Ordinis Sancti Ioannis Melitensis: genere, charitate, patientia, & oratione, spectabilis.

FEBRVARII XXI.

§. 1. B*Eatarum Mulierum, Martyr.* [a]] Erant omnes tam viri, quàm mulieres, & infantes, numero 17. qui Imperante Xigunsama apud Iapponium, gloriosè pro Christi nomine occubuerunt hac die, anno 1627. vti referunt. Antonius Franciscus Cardim. in Catalogo Martyrum Iapponior. pag. 45. Cardosus in Agiologio Lusitano ead. die, & Commentario ad ipsum.

§. 2. *S. Vitalina, Virgin.* [b]] Cùm multa sanctitatis opinione apud incolas semper viueret, contigit, vt cò transiret, Claromontem petens, S. Martinus, Turonensis Archiepiscopus: qui audita illius Virginis fama, ad eius Tumulum venit; qua de re, B. Gregorium Turonensem audiamus, de Gloria Confessor. cap. 5. *Simile huic facto* (inquit) *apud Arrbonamvicum, referre sapius senes viros audiui. Vitalina, quadam religiosa, in hoc loco quiescit. Ad cuius B. Martinus Tumulum veniens, dedit salutationem: & illa, vt sibi dignaretur benedicere, flagitauit. Postquam autem expleuerunt orationem, conuersus vir, Beatus: dic, ait, sanctissima Virgo, si iam Domini præsentiam meruisti? Quæ ait: Restitit mihi vna causa, quæ facilis in saeculo videbatur. Sexta enim feria, qua Redemptorem mundo passum nouimus: aquis abluicapue. Recedens autem B. Confessor à Tumulo Virginis, ait suis: vech nobis, qui in hoc mundo versamur; si hæc Virgo Christi sacrata, hinc offendiculum meruit, quòd sexta feria abluit caput; quid nos facturi; quos quotidiè fallax saeculum peccare persuadet? &c. Posthæc accedens ad Tumulum Virginis, ait: Gaude nunc. Vitalina, soror Beatissima: post triduum enim Maiestati Domini præsentaberis. Post hæc multis per visum Virgo ostensa est; & beneficia petita præbuit; & diem obitus sui, in quo Commemoratio eius celebraretur edixit: quod non aliter sentiendum est, nisi quia B. Antistitis ostentu, Dominica Maiestatis præsentiam meruisset, vt hæc deinceps ageret, &c.* Qui natalem Virginis, à Patribus, Vigilijs etiam præuentum, plerisque honorauit Deus gloriæ suæ indicijs: quæ idem S. Gregorius Turonensis graui relatione commemorauit. Colitur etiam Metis hæc B. Virgo, ex auito more; vt ex maioris Ecclesiæ constat priscis Dypticis; vti referunt Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & Saussayus, in Supplemento Martyrologij Gallicaui hac die.

§. 3. *S. Gumildis, Abbatiss.* [c]] Filia erat Comitis Monbelgardiæ, primaque extitit Abbatissa Monasterij *Bibelensis*, seu *Bilebensis*, à Patre eius fundati: virtutibus & miraculis clara; circa ano. Christi 1131. vti testantur Trithemius in Chronico Hirsangiensi ad eundem annum: & Menardus in Martyrologio Benedictino hac die, item lib. 2. Obseruation ad illud.

§. 4. *B. Agnetis, Virgin.* [d]] Nobili nascitur prosapia ex parente sterili; quæ, cœlitùs ob eius pias lacrymas & preces, fœcunda reddita, vnico partu, duas edidit filias, quarum priorem B. Agnetem, alteram verò vocauit S. Hildegundem: quas post infantiæ annos, in Monasterio Nouessiano Virginum Cistertiensium, educandas curauit. Itaque B. Agnes illic remansit velata, Deo inseruiens in omni sanctitate, vsque ad ann. 1186. quo, moriens, in cœlum, Angelico concentu deducta fuit. Cuius meminerunt Barnabas de Montalbo Tom. 1. Chronicor. lib. 4. cap. 13. Henriquez in Menologio Cistertiensi, hac die. Manriquez Tom. 3. Annal. eiusd. Ordin ad ann. 1186. cap. 7 §. 3. & seq. Raderus part. 1. Viridarij Sanctor. in Annotationib. ad vitam S. Apollinaris Sincleticæ

B. Ioanna, Virgin. [e]] Anno ætatis suæ 30. apud §. 5.
illud Tordesyllanum Monasterium, in Domino sanctè obdormiuit, hæc Beata Virgo, omni virtutum genere præclara: cui dùm in continuo timore, memor æternæ vitæ, suam operatur salutem, indicauit Dominus se illi semper adfuturum, nec permissurum, vt aliquando à se diuelleretur, per mortalis peccati reatum. Vide, Martyrologium Franciscan. hac die, & Annotationes ad illud. Monimenta MSS. Monasterij 1. Prouinciæ Conceptionis in Hispania ac Wadinghum Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. Christi 1365. §. 12.

B. Francisca, Dominican. [f]] Dùm moras necte- §. 6.
ret apud Monasterium Dominæ nostræ de Saluatione, fuit ipsa Virgo vocata ad præmium æternum: quæ toto eo tempore, quo habitum Ordinis S. Dominici induit, semper ad vitæ perfectionem adspirauit, propter quod, breui eas acquisiuit virtutes, quas aliæ multis annis sibi comparare haud potuerunt. Ieiunia quippe eius, crebra; ingentes, abstinentiæ; disciplinæ, cruentæ: cilicia, aspera: orationes: profundæ: in qua dilectus sponsus eius Christus, diem sui prædixit obitus: cuius rei gratia, se ad illum magna cum præparatione disposuit, tum spiritualibus exercitijs, tum Sacramentorum frequenti receptione. Vti referunt Ioannes Lopez part. 5. Chronic. Prædicat. lib. 2. cap. 38. & Cardosus in Agiologio Lusitano, hac die, & in Commentario ad illud.

B. Isabella, Abbatiss. [g]] Religiosa extitit grauis in §. 7.
sua persona, Reformata in vita & Monasticæ obseruantiæ zelo plena, prima fuit Abbatissa Monasterij Villæ-Longæ: Deindè, bis idem munus exercuit, Santareni, vbi habitum induerat religiosum: rexit autem maxima cum prudentia, sollicitudine, scientia, & exemplo virtutum præcipuarum: orationem summè frequentans, ex qua consolationes haud modicas referebat spirituales: feliciter autem ad astra migrauit. hac die, circa ann. 1600. iuxta Cardosum sup. ex Monimentis autenticis.

B. Maria Melitens. [h]] Floruit in Conuentu S. §. 8.
Ioannis Melitensis, apud *Estremoz*. Nobili familia nata, sed virtute multò illustrior: cuius animam, manus liberalis Diuinæ maiestatis, tantis adornauit virtutibus, vt eò amplius quiuis desiderare non posset. Choro, aut capella Virginis Deiparæ, vtebatur

pro

pro cella, vbi commodius orationi continuæ vacaret; copiosæ fuit charitatis erga proximum: cui procurabat velociter & animæ salutem, & corporis necessaria vltrò suppeditabat. Patientia eius eximia emicuit in varijs, longisque infirmitatibus; quibus diuexata, exercitabatur à Deo. Tanta autem alacritate, se ad mortem accingebat, veluti ad bonum per maximum à se diu desideratum: sicque pacificè, orando, & meditando, fœliciter sancto fine quieuit in Domino anno Christi 1598. De qua scripsit Cardosus sup. hac die, ex relationibus veridicis illius Asceterij.

OCTAVO CALENDAS MARTII.

IN Africa, Sanctæ [a] Restitutæ, eximiæ pietatis & virtutis fœminæ. In Aruernia, Sanctæ [b] Blithildis, Virginis: quæ maximis prefulsit sanctitatis Margaritis. In Monasterio Pollesworthensi Benedictino, Comitatus Warvicensis in Anglia, Sanctæ [c] Edithæ, Virginis Regiæ: virtutibus & signis admirandis Illustrissimæ. Aueiri, in Territorio Conymbricensi, Beatarum [d] Philippæ de Gouuea, & Mariæ Correæ, Virginum Dominicanarum: quæ puritate vitæ, & Spiritu Prophetico floruere. Vlyssipone, Beatæ [e] Isabellæ à Sancto Francisco, Sanctæ Teresiæ Discipulæ, Carmelitanæ, Virginis: quæ nobilitatem generis summis virtutibus exornauit. Ibidem, Beatæ [f] Mariæ à Conceptione, Abbatissæ Clarissæ: quæ obedientia, humilitate, charitateque pollens, ad vitæ æternæ præmia properauit. Eodem die, depositio, Beatæ [g] Isabellæ, à Spiritu Sancto, Virginis Tertiariæ Dominicanæ; quæ, perfectioni & regulari obseruantiæ intenta, oratione exstatica, & signis refulsit gloriosis. Toleti Beatæ [h] Mariæ de Aquila, Virginis, Tertiariæ Carmelitanæ, pœnitentiæ operibus, & virtutum exercitijs admirabilis. Bareellæ, in Territorio Braccarensi, Conuentu Boni Iesus, Dormitio Beatæ [i] Catharinæ Alfonsi; quæ illic cum suo viro, vitam solitariam agens in sanctitate & iustitia coram Deo, omnibus diebus ambulauit. Cortonij in Tuscia, Beatæ [l] Margaritæ à Cortona, Tertiariæ Franciscanæ; vitæ sanctitate, fructibus Pœnitentiæ, & magnis illustribusque miraculis celeberrimæ. Apud Burgum Sancti Michaëlis, in Territorio Deponte Delgadæ, Lusitaniæ, Beatæ [m] Margaritæ à Clauibus, viduæ, Augustinianæ: sanctimonia, & miraculorum gloria conspicuæ.

FEBRVARII XXII.

† §. 1. SAncta Restituta. [a]] Insignis nobilitate & pietate extitit; quæque ad Christum est conuersa, temporibus Maximiani Imperator per SS. Fœlicem & Donatum, Martyres; cuius res gestæ narrantur in actis Sanctor. duodecim fratrum, 30. August. & 1. Septemb. apud Tom. 7. Sorij & Tom. 3. Lippeloi. De ea item Baronius in notis ad Martyrologium Roman. 17. Maij.

† §. 2. *S. Blithildis, Virgin.* [b]] Hanc S. Præiectus, Claromontanus Episcopus & Martyr, magna in veneratione habuit: in cuius actis 25. Ianuar. apud Surium Tom. 1. honorificè memoratur; Dignaque Christi famula appellatur. Ita Saussayus in Appendice ad Martyrologium Gallicanum.

† §. 3. *S. Editha, Virgin.* [c]] Alia sanè est omninò diuersa, ab altera (infra 15. Iulij) si Chronologicam Historiam spectaueris; viuebatque ad ann. Christi 970. & 975. cuius meminit Harpsfeldius in Historia Eccles. Anglican. sæcul. 10. cap. 11. de qua, hæc leguntur in Actis ceptis eius S. Edithæ, puellæ, Virginis Wiltoniensis 16. Septemb. Tom. 9. apud Sorium. *Inter multa autem sanctorum hominum exempla quæ tum in Codicibus lectitabat, tum coram intuebatur, aut auditione discebat, cognatorum præsertim, & propinquorum suorum, vehementius accendebatur, virginea integritatis palma. sanctissima Amita sua, Editha, quæ Edgari Regis, & patris eius germana soror erat, & in Monasterio Pollesworthensi, Prouincia Werwici, meritorum signis, periadè, vt ipsa Wiltonia, clarebat.*

BB. Philippa, &c. Virgin. [d]] Has humiles quidem genere; sed spiritus feruore sublimes fuisse constat, tum in ijs, quæ ad cultum Diuinum spectabant, tum in arduo virtutum itinere: cùm ex eo tempore, quo in religione multis annis vixere, semper cœlesti sponso placere procurarint, ingenti cum vitæ puritate; ad quod tandem peruenerunt continuis pœnitentijs, & orationibus. Fuere quoque spiritu Prophetico illustres. Ambæque in cunctis consimiles; quibus & dies mortis prænuntiatus cùm esset, receptis magna cum deuotione Ecclesiæ Sacramentis, Placido ac sancto fine quieuerunt apud Monasterium de Iesu. hac die: ita Ioannes Lopez part. 3. Chronic. Prædicat. lib. 3. cap. 12. & Ludouicus à Sousa, ibid. part. 2. lib. 4. cap. 22. Cardosus in Agiologio Lusitano, hac die. & in Commentario ad illud. Ioannes à Sancta Maria, Tom. 2. lib. 2. & 3. vitar. SS. Ordin. Prædicat. §. 4.

B. Isabella, Virgin. [e]] Huic nobili Virgini Habi- §. 5.

tum religionis Carmelitan. dedit S Teresia, apud Toletum; quam sibi profuturam Spiritu prævidebat: nec abs re, quandoquidem, eam Hispali Vlyssiponem ablegauerit, pro noui Monasterij S. Alberti fundatione; vbi per totam vitam remansit: relucens, profunda humilitate, stricta paupertate, rara patientia, admirabilique mortificatione. Summè curabat seruare vnionem fraternitatis; quapropter, si quam cerneret dissidentem, aut qualitercumque alteratam ab alia, mox satagebat modis omnibus inter eas pacem componere, ac reconciliare. Tandem effudit super eam Dominus Spiritum gratiæ, & precum: multiplicatis illi fauoribus cœlestibus: vsque ad felicem obitum, cui S. Teresia apparuit inuitans eam ad gloriam, hac die anno 1622. Teste Cardoso sup. ead. die, ex alijs multis authenticis.

§. 6. *B Maria, Abbatiss.*[f]] Admodum claruit adhuc sæcularis in curia Regia Lusitaniæ, cum esset Honoraria Domina, Catharinæ, Reginæ Portugalliæ: tum propter illustre suæ genus prosapiæ, tum ob insignem eius pulchritudinem, ac virtutem, sed cùm attentissimè quadam die, oraret, efficaciter, suauiterque inspirata fuit cœlitùs, mundi vanitatibus valedicere: & summo bono, Christo animæ eius vnico sponso adhærere: quod paulò post opere compleuit, habitum religiosum sumens Vlyssipone, apud Monasterium Matris Dei *de Xabregas*, Ordinis S. Claræ: in præsentia Reginæ præfatæ, & totius curiæ Regiæ. Eaindè autem cœpit viam Domini currere in omni virtutum exercitio: cum lætitia & alacritate haud vulgari: obedientiam exactissimam, humilitatem profundissimam, pœnitentiam ingentem, ad amussim excolens: vigilias etiam & orationes frequentes multiplicabat; miseris compatiebatur, & egentes subleuabat: tanta charitate: vt omnia quæ manu poterat illis elargiri, & quibus, propter illorum necessitatem, subleuandam, se priuabat: Deus, cuius intuitu hæc operabatur, illa omnia ipsi ampliori fœnore reddebat; multiplicando cuncta in duplum: Abbatissa electa, hic: & apud *Sacauem*, rexit summa cum prudentia, charitate, & vigilantia, ac singulari exemplo regularis obseruantia, quam toto affectu, & nisu, promouit, auxit & conseruauit vsque in finem: vicina morti, viaticum Sacrosanctum pijssimè recepit: sæpius inclamans cum S. Paulo. *Cupio dissolui & esse cum Christo* ad Philipp. 1. ℣. 23. sanctissimè Vlyssiponè moritur, in prædicto Monasterio, hac die. ann. 1622. ex Hieronymo de Mello. In sua MSS. Historia, & Cardoso sup. hac die.

§ 7. *B. Isabella, Virgin. Tertiar.*[g]] Vlyssipone nata, illic apud S. Dominicum, tertij Ordinis Prædicator. habitum deuotè suscepit: discipulaque extitit præclari illius viri Ludouici Granatens. eiusd. Ordin. de cuius instructione, præsim didicit & singulares virtutes, quas deinceps exercuit toto vitæ suæ decursu; fuit quippe notabilis in perfectione, & oratione, (in qua Dominus eam visitabat, per quotidianas extases) in asperrima pœnitentia, disciplinis sanguinolentis, cilicio duro, abstinentia vnica, cùm à carne, pisce, &c. multis annis abstinuerit, silentio, & mundanarum rerum despicientia, & cum hac sancta morum regularitate, quinquaginta annis sic perseuerauit, Ecclesiam frequentans, cum recollectione, modestia, & deuotione, ac ingenti sui demissione, cum lachrymis sæpius communicans. Graues à Dæmone tulit molestias; quas patienter sustinens, mox superabat. Sanctissimè obijt anno 1629. hac die; ad cuius fœlicem transitum, immensus occurrit populus tanto feruoris impetu, vt non solùm funus eius tangerent, & oscularentur, sed etiam velum & habitum illius præscinderent, & auferrent; tanta erat illius sanctitatis fama apud omnes; imo, & quæ vsui eius, dùm viueret, deputata erant: diuisa & dilargita quibusdam deuotis & notabilibus personis: varijs morbis maximè capitis doloribus, medebantur: teste Cardoso sup. hac die: tum ex relatione Confessarij illius: tum ex contextu Tabulæ capituli generalis eiusdem Ordin. Romæ celebrati 2. Iulij eodem anno. Ioanne à Sancta Maria part. 1. vitar. SS. Ord. Præd. lib. 1.

§. 8. *B. Maria, Virgin. Tertiar.*] Toleti, nobili genere nascitur: vbi & tertio Ordini Carmelit nomen dedit: quæ inauditis pœnitentiæ operibus corpus edomabat, abstinentijs, disciplinis, & catenis ferreis. Orationibus feruidis (in quibus sæpè exstasim patiebatur) iugiter intenta erat; maximo Dei amore ac proximorum charitate accendebatur: humilitatis amantissima: mortis suæ præscia ann. 1631. ætatis suæ 38. abijt in cœlum, concurrente populo ad eius corpus exosculandum, sanctitate eius vitæ, vbique peruolante. Cuius vitam scripsit Franciscus Lopius, & Antonius Alegre, in Paradiso Carmelitici decoris, statu 5. ætat. 18. post Christum cap. 190.

§. 9. *B Catharina.*] Vxor erat B. Vincentij; cognomento *pauperis*, ciuitatis Portuensis inquilini: qui cùm bonis fortunæ abondarent, & salutis æternæ desiderio tenerentur; de medio populi fugiunt, solitarium locum deligentes, vbi extructa exigua casa, cum hortulo, in formam eremitorij redacta, cunctis prouentibus abdicatis, & egenis distributis: pauperem, sed cœlestibus fauoribus plenam, cœperunt agere vitam. incedentes pacificè, in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini anno 1391. Qui locus modo mutatus est in Conuentum Fratrum Minor. (qui est 23. Prouinciæ Pietatis) ab anno 1105. vbi præfatæ famulæ Christi viget memoria. Vide Antonium de Nisa. In Chronic. Prouinc. pietatis lib. 2. cap. 21. Cardosum sup. hac die; post Gonsagam part. 3. Origin. Seraphic. Religion.

§. 10. *B. Margarita. Tertiar.*[i]] Oriunda fuit ex castro Aluiano, in Clusina Diœcesi, pulcherrima facie, sed lasciuiæ omninò dedita; At prioris vitæ deflens institutum, & ad Dominum conuersa, cœpit cuncta corporis ac vanitatis cauere oblectamenta: cœpit & piorum sacri desideriorum receptaculum, sperans à Domino misericordiam, quam profluuijs lachrymarum, ex toto corde suppliciter deposcebat. Bonis operibus cœpit etiam intendere, maximè compatiens pauperum necessitatibus, atque viam Pœnitentiæ adamare: petijt autem à fratribus minoritibus, accepitque habitum Tertij Ordinis anno 1277. quo facto, nouum, admirandamque vitæ genus assumpsit. Nam solitarium locum sibi deligens, abstinentijs, disciplinis, ieiunijs, vigilijs, & orationibus continuis vacabat: humi cubans, pro puluinari, lapidem, aut lignum capiti supponebat. Humili vestito induebatur: dono lachrymarum abundanter potiebatur. Charitate & misericordia in pauperes plena erat; sibi necessaria subtrahens, vt illis largiretur. Passionem Dominicam iugiter meditabatur: in contemplatione rerum Diuinarum magnis illustrationibus replebatur rapiebaturque in extasim. Humilitate profundissima, paupertate altissima

& maximo

& maximo amore in Christum, miro modo refulgebat. Spiritu Prophetico præuidebat futura, reuelabatque conscientiarum ac cordium abscondita. Cortonij obijt anno Christi 1297. hac die, anno 20. à sua conuersione, in vita & post mortem, innumeris, ijsque maximis claruit miraculis; quæ attestata fuere curam Neapoleone, Cardinali Vrsino, Clementis 5. Legato Apostolico; cuius festum, hac die, Cortonij agitur, authoritate Leonis 10. tum postea in toto Ordine Minor. ex facultate Gregorij 15. & Vrbani 8. vitam eius egregiè descripsit Frater Iuncta Benegnatis, Minorita ipsius Confessarius, approbatam per præfatum Eminentissimum Cardinalem Legatum, quem alij sequuti sunt. Qua de re, vide Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud ex compluribus Authoribus de ea agentibus: Pisano, Vlyssiponensi, Gonzaga, Tossiniano, Barezzo, Algezira, Mariano, Ferrario, Brulio, Bzouio, Marulo, Syllano, Valerio, de Bustis, Sylnano, Gunone, de Torrea, Salaxare, Brautio, Wadingho, Thielmans, Vghello &c. Item Ferrario de SS. Italiæ, hac die.

§. 11. *B. Margarita, vidua.* [m]] Ea insula S. Michaëlis oriunda erat; vulgò *de Chaues à Clauibus*, cognominata: colitur autem vt Beata; licentia Ordinarij D. Emanuelis de Gouea, Episcopi Angrensis, cuius authoritate, processus peracti sunt, canonico ordine, super vita, virtutibus, ac miraculis eius, & ad Sixtum 5. Pont. Maxim. missi, pro futura illius canonisatione; vti refert. Vasconcellus in descriptione Regni Lusitani, vbi de Fœminis sanctitate illustrib. §. 7. Simplicianus part. 2. Histor. Ordin. S. Augustin. in vita eius.

SEPTIMO CALENDAS MARTII.

IN Ciuitate Asturicensi, Sanctæ [a] Marthæ, Virginis & Martyris: sub Decio Imperatore, & Paterno proconsule. Tuderti, Sanctæ [b] Romanæ, Virginis: quæ à Sancto Syluestro baptisata, in antris & speluncis, vitam duxit cœlestem, ac miraculorum gloria claruit. Apud Venlochium Angliæ oppidum, in Comitatu Salopiæ, Sanctæ [c] Milburgis, Virginis Benedictinæ Abbatissæ: quæ filia Rgis Merciorum cùm esset, multò tamen clarior extitit, sanctitate & splendore virtutum. Eboræ, Beatæ [d] Leonoræ Correæ, Monasterij Sancti Benedicti de Castris, alumnæ, Ordinis Cistertiensis: quæ miris virtutibus decorata fuit. Conçæ in Territorio Palentino, Beatæ [e] Franciscæ à Gueuarra, Virginis Clarissæ: admodùm religiosæ, & charitatis operibus deditæ. Setuali in Territorio Vlyssiponensi, Beatæ [f] Helenæ à Cruce, eiusdem instituti: humilitate, & meditatione Dominicæ Passionis memorabilis. Ibidem, Beatæ [g] Paulæ à Conceptione, Dominicanæ: quæ oratione, & Monastica obseruantia, ac pietate insignis euasit.

FEBRVARII XXIII.

§. 1. SAnctæ *Marthæ, Virgin. Martyr.* [a]] Liquet, hanc S. Virginem, Martyrii agonem consummasse circa ann. Christi 254. celebratque hac die, Ecclesia Asturicensis festum S. Marthæ: & legitur in eius officio, quòd tempore persecutionis factæ per Decium Imperatorem, capta fuit à Proconsule Paterno; qui suasit illi, vt adoraret Idola, quæ cùm facere recusaret, posita fuit in equuleo, & ibi verberata nodosis fustibus: indèque in carcerem coniecta. Post aliquot verò dies, iussit eam Proconsul coram se adduci, pollicens se illi filium suum in virum daturum, si Deos veneraretur. Hæc autem omnia B. Martha, contempsit, dicens se Christo Iesu esse iam desponsatam. & nolle sibi alium super inducere virum. Quare cernens proconsul, nec minis, aut blandimentis, posse animum Virginis inflectere; iussit eam gladio interfici, & eius corpus in locum quendam immundissimum conijci. Vndè honestissima quædam Matrona illud eduxit, & honorificè sepeliuit. Ita Trugillus, Tom. 2. Thesauri Concionator. Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Asturica*. Simon Martinus hac die, in vita eius, Ioannes Tamaio in Martyrologio Hispano, ea multis alijs. Martyrio coronata circa ann. 254.

§. 2. *S. Romana, Virgin.* [b]] Hæc Virgo Romana, filia erat, Calpurnij, vrbis præfecti, claruitque temporibus Constantini Magni Imperat. Cùm S. Syluester præesset Ecclesiæ Romanæ; de qua idem Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. Christi 335. §. 58. cuius habetur mentio in Concilio Romano. Ferrarius sup. verb. *Tudertum* ex Tabulis Ecclesiæ Tudertinæ. Vide Acta S. Syluestri, ad 31. Decemb. apud Surium Tom. 6. & Lippeloum. Tom. 4. ac Simonem Martinum hac die. Huiusce Sacrum corpus ann. 1111. in vrbem Translatum, in Ecclesia S. Fortunati à Nicolao Episcopo conditum est: Anno verò 1196. ab Angelo Episcopo, loco decentiore eiusdem Ecclesiæ collocatum fuit. Teste Ferrario de SS. Italiæ, hac die.

§. 3. *S. Milburgis, Virgin. Abbatiss.* [c]] Ad suprema euolauit, hac die, circa ann. Christi 675. vitæ sanctitate, & signis admirandis emicans. Hanc commemorant complures; Martyrologium Roman. eadem die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 8. Annal. Eccles. ad ann. Christi 716. §. 18. Molanus in Additionib. & Annotationibus ad Vsuard. Gallesinius in suo Martyrologio, Ferrarius sup. verb. *Anglia* post

Catalogum Scriptorum Britanniæ; quo diſcimua vitam eius à Gothzelino S. Bertini Monacho eſſe conſcriptam: & S. Odonem Belleuſem, Librum de inuentione eius ediδiſſe anno Chriſti 1160. præterea agunt de ea. Wion in Martyrologio Benedictino hac die, & lib. 4. Ligni vitæ cap. 28. Continuator Bedæ lib. 2. cap. 13 Petrus de Natalibus lib. 11. Catalog. Sanctor. cap. 68. Malmesburienſis de Geſtis Regum Anglor. lib. 2. cap. 15. item lib. 4. de Pontificib. Anglor de Monaſterijs Diœceſis Herefordenſis. Florentius Wigornienſis ad ann. 675. Weſtmonaſterienſis ann. 676. Ranulphus Cæſtrenſis, lib. 5. cap. 58. Vincentius Beluacenſ. lib. 25. ſpecul. Hiſtorial. cap. 93. Polydorus lib 4. de Regno Mercior. Campdenus. In Deſcriptione Comitatus Salopiæ. Harpsfeldius, in Hiſtor Anglic. Eccleſ. ſæcul. 7. cap. 10. Eduardus Maihew. Tom 1. Trophæor. Congregation Anglic. Benedictin. ad Natales Sanctor. hac die.

§. 4. *B. Leonora.* [d]] Duo mira referuntur de ea; primum, quod cùm poſt vitam ſanctiſſimè peractam, grauiſſimo morbo laboraret, & ex nimia gutturis inflammatione, loquelam amiſiſſet, nec ei facultas adeſſet ſacrum viaticum ſumendi; quo ſummo ardebat deſiderio; oratione fuſa ad Chriſtum ſponſum, vtrumque obtinuit, & loquendi vſum priſtinum; & viuificum Chriſti corpus, omni gutturis impedimento miraculosè ſublato; & ſic ad gloriam, moriens, læta tranſijt. Alterum, quod cerei, qui dùm eius funus celebrabatur, ferè per integram diem, in Eccleſia arſerant, abſolutis exequijs, non modo integri, ſed quinta ex parte, cera eorum multiplicata. Hinc poſt aliquot annos, cùm eius Tumulum aperirent, ſuauiſſimus, & verè cœleſtis odor, ex ſacris eius Reliquijs emanans, per totam Eccleſiam ſe diffudit. Vita ipſius extat Luſitanicè deſcripta, quàm ſuis Chronicis inſeruit Bernardus de Brito, Tom. 1. lib. 5. cap. 33. Henriquez. In Menologio Ciſtertienſi, hac die. Antonius Yepeſ. Tom. 7. Chronic. Benedictin. ad ann. 1562. Cardoſus. Infra.

§. 5. *B. Franciſca Virgin.* [e]] Charitate erga infirmas inſignis extitit, cuius hac in re, pietatis multa narrantur argumenta. Inuita ad Monaſterij præfecturam aſſumpta, impensè Dominum rogauit: vt ſi illud Abbatiſſæ munus animæ curandæ non expediret, citò ab illo quomodolibet, etiam per mortis compendium, liberaret: Ante duos menſes, anno Chriſti 1583. carnis ergaſtulum, & violentis iniunςti muneris curas, dereliquit, apud Concheuſe Monaſterium, quod eſt 9. Prouinciæ Conceptionis Virginis in Hiſpania. Vide Martyrologium Franciſcanum hac die, cum Annotationib. ad ipſum & Wadinghum Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. Chriſti 1450. ṅ. 42.

§. 6. *B Helena, Virgin.* [f]] Tanta humilitate pollebat, vt omnes ferè Domus officinas abiectiores eaploret, ingenti animi lætitia, & promptitudine: quod ita Diuinæ maieſtati placuit; vt vicem illi mox rependerit: nam quoties, ea miniſtrabat viliora ſeruitia, toties de ſe talem ac tantum exhalabat odorem fragrantiæ; vt crederetur totum pretioſis aromatibus, & ſuauiſſimis odoramentis perfumigaſſe Monaſterium, etiam vſque ad nappas, & Manutergia Refectorij. Deuotiſſima etiam extitit ad Dominicæ Paſſionis Myſterium; ſentiens in ſe, quod & in Chriſto Ieſu: menſibus quibuſdam ante fœlicem eius obitum, ſingulari Domini fauore, vidit in Sacramento Euchariſtiæ agnum formoſiſſimum. Demùm anno 1585. vocata ad gloriam hac die, tranſijt, apud Monaſterium de Ieſu: cuius meminerunt. Georgius Cardoſus in Agiologio Luſitano, hac die, & commentario ad illud ex codice MS. Prouinciæ Algarbienſ. lib. 1. cap. 5 § 7. & alia Monumenta eiuſd. loci.

B. Paula. [g]] In eodem Setubali oppido, apud Monaſterium S Ioannis Baptiſtæ, Ordin. Prædicator. exceſſit è vita, anno Chriſti 160 hac die, octuagenaria cùm eſſet. Quæ toto tempore ſuo reſiduo, oratorium ea cella conſecerat. Laudibus diuinis, pijs obſecrationibus, & alijs meditationibus Myſteriorum Sacri Roſarij: nec exindè exitura niſi ad obedientiam vocata, vel vt, cum alijs, communitati intereſſet. Sollicita magnoperè curabat adornare altaria, & imagines ſacras, cultum diuinum augere iugiter & amplificare ſatagebat: propterea in eius morte auditi ſunt Angelorum cantus, ſuaues Melodiæ ac Symphoniæ planè cœleſtes, deducentes animam eius cum tripudio ad gloriam. Diuulgata autem iam pretioſa morte copioſa populi multitudo occurrit, fama ſanctitatis eius excitati: quibus præ deuotione, dilargita ſunt nonnulla, quæ ad ipſam Chriſti famulam ſpectauerant. Acta illius memoranda ſcripſere, Ioannes Lopez, part. 1. Chronic. Ordin. Prædic. lib. 2. cap 40. Ludouicus à Souſa ibid. part. 3. lib. 2. cap. 12. Petrus Martyr. in Diatario Virginal. hac die, pag 49. Cardoſus ſup. ead. die Ioannes à Sancta Maria, part. 2. vitar. SS. ac BB. Ord. Prædic. lib. 5. §. 7.

SEXTO CALENDAS MARTII.

ROMÆ, Sanctæ [a] Primitiuæ, Martyris. Xendai in Iapponio, Paſſio Beatæ Monicæ, Martyris, [b] quæ demerſa in flumen, tranſijt ad gloriam. In Cappadocia, Sanctæ [c] Theoſebiæ, Beati Gregorij Nyſſeni, vxoris; meritis & virtutibus præclaræ. Pariſijs, Beatæ [d] Clotildis, Reginæ Hiſpaniæ, filiæ ſanctæ item Clotildis, Reginæ Franciæ; pietate, fide, & patientia inſignis. Toleti, in Monaſterio Sancti Clementis, Ordinis Benedictini, Beatæ [e] Dominæ-Matris, primæ illius loci Abbatiſſæ, mira Dei gratia glorioſæ. In Gallijs. Beatæ [f] Anonymæ, Minoritanæ: quæ illuſtri proſapia genita, & cuncta pro Chriſto deſpiciens, tanto ſpiritus feruore repleta eſt, vt miro modo, mundi, carnis, & Diaboli, artes deluſerit, ſuperaueritque, ac tandem ſæculo prorſus incognita, cœleſtia petierit, cum Agno in æternum regnatura. Vlyſſipone, Beatæ [g] Margaritæ

Domingues

Dominguez, Virginis Dominicanæ: quæ vigilijs, ieiunijs & orationibus intenta, ad gaudia paradisi properauit. Ibidem, Beatæ [h] Angelæ de Iesu, Virginis Clarissæ: humilitate, pœnitentia, multisque alijs gratijs conspicuæ. Vinhò, prope Goucam, in Territorio Conymbricensi, Beatæ [i] Mariæ à Iesu, eiusdem instituti: multarum prærogatiua virtutum spectabilis.

FEBRVARII XXIV.

§.1. *Sancta Primitiua, Martyr.* [a]] Memoratur in Martyrologio Romano, hac die, & Baronio ibidem in notis ea veteribus Manuscriptis, Ferrario de SS. Italiæ.

§.2. *B. Monica, Martyr.* [b]] Tempore hyemis rigidissimi, in flumen demersi, sunt, Simon, cum muliere; ipsa B. Monica, ac filiolo, & cæteris; ob præclaram Christi confessionem; vbi gelu ac frigore necati gloriosam victoriam reportarunt, in cœlum abeuntes ann. 1614. teste Antonio Francisco Cardim. in Catalog. Martyr. Iapponior. pag. 37. & Cardoso in Agiologio Lusitano, hac die, & in Commentario ad illud.

†§.3. *S. Theosebia.* [c]] Constat S. Gregorium Nyssenum, ante Episcopatum, coniugio fuisse obligatum, cuius vxor erat hæc ipsa B. Theosebia, quam defunctam præclaro encomio celebrat S. Gregorius Nazianzenus in Epistola 95. de illius obitu, ad ipsum D. Gregorium Nyssenum consolatoria: vocans eam sanctam & Beatam; Ecclesiæ decus, Christi ornamentum, ætatis suæ vtilitatem, fœminarum fiduciam, &c. illius autem meminerunt Nicetas Schol. 19. in Oration. Gregorij Nazianzen. in Laudem D. Basilij. Nicephorus lib. 11. Histor. Eccles. cap. 9. Baronius Tom. 4. Annal. Eccles. ad ann. Christi 369. §. 64.

†§.4. *B. Clotildis, Regin.* [d]] Hæc D. Clodouæi 1. Francorum Regis Protochristiani & S. Clothildis Reginæ, filia fuit; religione ac pietate non impar: quæ iuncta coniugio, Almarico, seu, Amalrico, aut Amalarico Regi Arriano, in Hispania, grauia multa, ob fidem Catholicam, vsque ad sanguinis profusionem, passa est. Cuius rei causa, Childebertus, Francorum Rex, permotus, exercitum in Hispaniam duxit, Amalaricum debellauit, fudit, vicit, ac occidit; sororemque suam, ipsam B. Clotildem: secum reduxit in Galliam: quæ tamen in via, Deo Spiritum reddidit, cuius corpus in loculo positum, Parisius est allatum, ann. 525. & in Basilica S. Petri iuxta Præfatum Regem, D. Clodouæum, Patrem suum, tumulatum: vti testantur, B. Gregorius Turonens. lib. 3. de Gestis Francor. cap. 9. Aimonius ibid. lib. 2. cap. 8. Vincentius Beluacens. lib. 21. specul. Histor. cap. 35. D. Antoninus part. 2. Chronic. Titul. 11. cap. 2. §. 10. Baronius in notis ad Martyrologium Roman. 3. Iunij, item Tom. 7. Annal. Eccles. ad ann. Christi 531. Theuetus Tom. 2. viror. illustr. lib. 4. cap. 2. in Clodouæo 1. Reg. Franc. Manriquez Tom. 1. Annal. Cisterciens. ad ann. Christi 1141. cap. 9. § 3. & 4. ex Mariana lib. 5. de Reb. Hispan. Brulius lib. 1. Antiq. Parisiens. Sanmarthani lib. 3. Histor. Domus Franc. cap. 5. Grisius de Clericis Regularib. sect. 13. §. 30.

†§.5. *B. Domna-Matris.* [e]] Floruit circa ann. Christi 1100. sub Alfonso 6. Rege Hispaniæ; quæ meritis gloriosa, vsque ad miracula extitit; quibus in vita, & post mortem claruisse dicitur; sepulchro suo eam gratiam impetrauit, vt ex eo oleum primùm salutare, verùm parcius erumpens, dein apertis, amplis velut mentibus, abundanter & largè, ad omnes Monasterij vsus, scaturiret; quod ita comprobant, Biuarius, in Libello de Conceptione Virgin. Antonius Yeppes Tom. 7. Annal. Benedictin. ad ann. Christi 1109. cap. 8. & Manriquez Tom. 3. sup. ad ann. Christi 1175. cap. 6. §. 8.

B. Anonyma, Minoritan [f]] Rem admirandam §.6.
de ea referunt Martyrolog. Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud, ac Wadinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. Christi 12-3. §. 23. post Matthæum Parisium de Gestis Anglor. eod ann. De hac, inquam puella, nobili genere orta, in finibus Burgundiæ; quam parentes, de possessionibus haud modicis, hæredem sibi cóstituere, decernentes, cuidam viro Illustrissimo nuptam tradere voluerunt. Quomodò in habitu peregrino aufugiens, Ordinem Minorum assumpserit! Quot tentationes deuicerit! Qualia passa sit incommoda! Quantas denique victorias reportauerit; ac virginitatem suam gloriosè Christo Sponso illibatam seruauerit. Cuncta planè mirabilia sunt, & vltra sensum humanum peracta. Quibus sciat tandem humana fragilitas, quantum possit, diuino suffulta præsidio: modò cœlitùs vocanti respondeat, ex animo. Alios similes euentus reperies apud Cæsarium, lib. 1. Illustr. Miraculor. cap. 40. 41. 42. & 43.

B. Margarita, Virgin. [g]] Apud Monasterium §.7.
saluatoris Ordin. Prædicat. viget illustris memoria huiusce Christi ancillæ; quæ ante illius fundationem viuebat magna cum recollectione, & exemplo, in societate nonnullarum mulierum probatæ vitæ ac virtutis; atque post eiusdem loci extructionem, vna ex primarijs fuit, quæ illuc se concluserunt, quæque ob præclaras eius virtutes, prima subpriorissa fuit electa; nec iam grandæua ætate, retardata est à continuis vigilijs, ieiunijs perpetuis, & orationibus frequentibus; vsque ad fœlicem eius transitum ann. 1470. prout scribunt Ioannes Lopez part. 3 Chronic. Prædicator. lib. 1. cap. 85. Ludouicus de Sousa ibid. part. 2. lib. 1. cap. 17. Ludouicus ab Angelis in Horto Portugall. §. 90. Cardosus sup hac die, Ioannes à Sancta Maria part. 2. lib. 2. vitar. SS. Ordin. Prædicat.

B. Anna, Virgin. [h]] Venit, cum alijs ex vrbe §.8.
Funchali, totius insulæ Maderæ, primaria, vt apud Vlyssiponem noui Monasterij de Spe, fundationem iuueret; disciplinis rigorosis, alijsque pœnitentiæ operibus corpus edomabat, silentio, & regulari obseruantia, ac humilitate, sic eminebat; vt propterea multarum virtutum præmium in cœlo sibi comparauerit; hac die, anno 1570. cùm Magistræ nouitiarum sororum Virgin. officio fungeretur. Iuxta MSS. eiusd. loci Monimenta, & Cardosum sup. hac die.

§. 9. *B. Maria, Clariss.* [i]] Orſunda erat ex Cea, Monaſterij autem Clariſſarum de Vinhò, per milliare à Gonea oppido diſsiti alumna: quæ egregiam dedit operam vt perfectionem vitæ religioſæ aſſequeretur, pauperem geſtabat habitum, cilicio vtebatur ad carnem, nudipes ambulabat, diſciplinis ac ieiunijs corpus edomabat, nunquam dormiens in cella: charitate abundabat erga proximum, maximè autem compatiebatur infirmis, quibus ſingulari ſollicitudine inſeruiebat: medicinam ſuis manibus præparans pro egenis ac pauperibus: ex infirmitate per annum in lecto decubans, mira emicuit patientia, ex maxima reſignatione & conformitate diuinæ voluntati, ſanctiſſimè obijt anno 1628. De qua Emanuel Sperança in Chronic. Prouinc. Portugall. & Cardoſus ſup. hac die.

QVINTO CALENDAS MARTII.

MALBODII in Hannonia, Diœceſis Cameracenſis, Sanctæ [a] Aldetrudis, Virginis, filiæ Sanctæ Waldetrudis: quæ Malbodio Monaſterio, ſecunda præfuit Abbatiſſa: Ordinis Benedictini, & clara meritis, cœleſtia petiuit. In Monaſterio Heidenheimenſi, eiuſdem Inſtituti, iuxta Eiſtadium, in Sueuia, Depoſitio Sanctæ VValburgis, [b] Abbatiſſæ, Sancti Richardi, Anglorum Regis, filiæ, ſororis verò Sanctorum, VVillebaldi, & VVinebaldi: quæ orationibus, vigilijs ac ieiunijs iugiter, inſiſtens, miraculis etiam celebris euaſit. Apud Herſvendenſe Germaniæ Monaſterium Benedictinum, in Hallia Sanctæ [c] VValburgæ, Virginis, Sororis Sancti Luthardi, Epiſcopi Paderbonenſis, eximiæ perfectionis ac virtutis. In Germania, Beatæ [d] Methildis, Virginis, quæ Ciſtertienſem Ordinem amplexa, ſanctis operibus & egregijs virtutibus inſigniter effulſit. Areuali in Territorio Abulenſi, Beatæ [e] Annæ ab Areualo, Virginis, Tertiariæ Franciſcanæ: quæ patientia, oratione, & abſtinentia, cæteriſque chariſmatum donis exornata, centenario maior, ſancto fine quieuit. Aueiri in Diœceſi Conymbricenſi, Beatæ [f] Violantæ à Sylua, Virginis Dominicanæ: Monaſticæ zelo obſeruantiæ, pietate, ac deuotione laudabilis. Louanii in Brabantia, Diœceſis Machlinienſis, Dormitio Beatæ [g] Mariæ Sulperiæ, loci eiuſdem Hoſpitalariæ: quæ paupertate diues, contempti ſæculi læta, magna humilitate, charitateque admirabilis prorſus enituit. Vlyſſipone, Beatæ [h] Mariæ ab Angelis, Clariſſæ: quæ ſufferentiæ in aduerſis, pœnitentiæ operibus piiſque exercitiis, & eximia vitæ perfectione admodùm reſplenduit.

FEBRVARII XXV.

§. 1. *Sancta Aldetrudis, Virgin. Abbatiss.* [a]] Filia erat SS. Vincentij, Comitis, Palatini, ſub Dagoberto Francor. Rege; & Waldetrudis, fœminæ religioſiſſimæ; necnon à B. Aldegunda, matertera, eiuſdem Monaſterij fundatrice, primaque Rectrice, teneris ab annis, religioſæ vitæ ſtudijs, egregiè imbuta; cui tandem, ob eximiæ pietatis dotes, Abbatiſſa ſuffecta, ſacrum locum, mirè ſanctis inſignijs, decorauit: demùmque puræ mentis obſequijs, poſtquam diu Chriſto deuotiſſimè ſeruijſſet, Beatarum Virginum ſocietatem, ipſo vocante, ad Diuinas Virginum nuptias ſponſo, fœliciter pertranſiuit. Agunt de ea, Molanus in Additionibus ad Vſuard. hac die, & indiculo Sanctor. Belgic. Wion in Martyrolog. Benedictino, Ferrarius in Catalog. Belgij Sauſſayus in Martyrolog. Gallicano & in Catalogo Sanctor. Myræus in Faſtis Belgij. hac die, & 9. April. Iacobus Griſius in Chronicis Hannoniæ. Anſelmus de Epiſcopis Leodienſ. in Floriberto cap. 30. & Chappeauillus in Annotationibus Tom. 1. Franciſcus de Roſieres Tom. 4. Stemmat. Lotharingiæ: Surius in vita S. Aldegundæ, Tom. 1. ad 30. Ianuarij.

§. 1. *S. Walburgis, Virgin. Abbatissæ.* [b]] Hac die obijt anno 776. cœlumque inuecta eſt ipſa S. VValburga ceu VValpurga; ex Philippo 19. Epiſcopo Eiſtetenſi, in vita eius apud Caniſium Tom. 4. antiquæ lectionis, Petrus Stewartius in vitæ eiuſd. Epitom. Iacobus Gretzſerus de Sanctis Eccleſiæ Eiſtetenſis Tutelaribus, Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Bisurica*. Eduardus Mathew. Tom. 1. Trophæor. Congregation. Anglican. Benedictin. ad Natales Sanctor. ſicque illa Eiſtetenſis Cathedralis Eccleſia, hac die, feſtum illius colit. Maurolycus verò, & alij infra ad 1. Maij: vbi de ipſius canoniſatione & eleuatione ſolemni, claruit autem, circa ann. Chriſti 725. & 750. igitur ex Anglia in Galliam traijciens, vnà cum SS. VVilibaldo, & VViniboldo Fratre ſuo, qui locum, quem vocant *Heydenheim*, in Territorio Eiſtetenſis Diœceſis, ſibi incolendum ſumpſit: vbi Monaſticæ vitæ profeſſionem, ad ſupremum

vſque vitæ diem, ſtrenuè admodùm proſecutus eſt. Quo ſublato è viuis, fœminei ſexus decus & ornamentum, S. Walburga, omnibus ſe virtutis præbuit exemplum. Erat quippe Virginum Monaſterij Heydenheimenſis præfecta ſodalitio, & mater familias egregia: quæ tota mente cœlo intenta, precibus quicquid petiiſſet à Deo, impetrabat: & tanto arctiori ſe vitæ tradidit, quantò cumulatiorem in ſe Dei gratiam ſenſit. Demùm multis ornata virtutibus, fœlix ex hac vita diſceſſit, ſepulta honorificentiſſimè in ſuo Monaſterio; ad cuius ſepulchrum, mira operatus eſt omnipotens, qui gloriatur in ſuis ſanctis. Vltra præfatos, Ioannes Polus, vitam eius edidit: agitque de ea Iacobus Malbrancque Tom. 1. de Morinis lib. 4. cap. 60. Schedel ſexta mundi ætat. fol. 162. Ludouicus Iacob. in Bibliotheca Illuſtr. Fœminar. Boſius Tom. 2. de ſignis Eccleſ. lib. 22. cap. 3. Raderus Tom. 3. Bauariæ Sanctæ.

§. 3. *S. Walburga. Virgin.* [c]] Alia eſt omninò diuerſa à præfata S. Walburga Abbatiſſa Eiſtetenſi; ſi Hiſtoriam ac Chronologiam ſpectaueris: vti rectè notat Ferrarius in Catalogo Sanctor. hac die. Præſens itaque S. Walburga, ſoror fuit S. Luthardi, Paderbonenſis Epiſcopi, monaſticamque vitam exercuit in Monaſterio Herſweidenſi, quod ipſa proprijs ſumptibus ædificarat, circa ann. Chriſti 840. vbi ingentibus, miriſque virtutibus enituit; illius meminerunt Maurolycus & Ferrarius ſup. hac die, Calendarium Salczburgenſe; VVion in Martyrologio Benedictino ead. die. Petrus Cratepolius. de Epiſcopis Germaniæ, in Paderbonenſib. Beyerlinck in Theatro vitæ humanæ ibid. verb. *Epiſcopus.* pag. 192.

§. 4. *B. Methildis. Virgin.* [d]] Agunt de ea Calendarium SS. ac BB. Ciſtercienſ. Ordin. item Calendarium Gallicum Diuione excuſum & Henriquez in Menologio Ciſtercienſi hac die.

§. 5. *B. Anna. Virgin.* [e]] Clarebat ſanctitate anno 1500. in Hiſpania apud Monaſterium S. Eliſabethæ Areuali, ſub habitu Tertiariar. Franciſcan. quæ per centum continuos annos, in ſumma humilitate, patientia, oratione, abſtinentia, atque charitate vitam egit; ibique mortem obiens, ſepulta eſt. Memoratur in Martyrologio Franciſcano, hac die, & Annotationibus ad ipſum; Barezzo part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 55. ad ann. Chriſti 1534. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Præfato Monaſterio, quod eſt 29. Prouinciæ Conceptionis Virgin. in Hiſpania. Valeriano de Beatis Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 31. & VVadingho Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1540. §. 45.

B. Violanta. Virgin. [f]] Religioſa extitit indefeſſæ obſeruantiæ, & vitæ aſperæ; poſt matutinas remanebat in choro, orationi vacans, vſque ad primam; ſingulari affectu deuotionis melliſluæ myſterium ſacratum ruminabat natiuitatis Chriſti: quod vt dignè ac piè celebrare valeret, ieiunijs, obſecrationibus, alijſque pijs exercitijs ſe impensè præparabat. cum copioſis lachrymis: particulari etiam deuotione ferebatur erga S. Virginem Mariam, Dei genitricem, ac S. Ioſeph, Sanctoſque Innocentes Martyres, quorum imitabatur virtutes, ac mores. Fœliciter autem obijt, anno 1590. ſepulta apud Monaſterium de Ieſu Ordin. Prædicator. in Aueiro: iuxta Ioan. Lopez part. 3. Chronic. eiuſd. Ordin. lib. 3. cap. 11. Ludouicum à Souſa part. 2. ibid. lib. 4. cap. 22. Petrum Martyr. in Diario Virginal. 19. April. fol. 69. Cardoſum in Agiologio Luſitano hac die, & Commentario ad illud. Ioannem à Sancta Maria part. 2. vitar. SS. Ordin. Prædicat. lib. 3. §. 6.

B. Maria Sulperia. [g]] Poſtquam hæc Chriſti pauperum famula. 40. annis. Louanij in Noſocomio demorata, iuge miniſterium Chriſto, in membris, exhibuit, ſummaque rigore corpus ſpiritui mancipauit, demùm addito meritis cumulo, ex huius vmbra mortalitatis, ad lucem vitæ ſempiternam emigrauit, anno Chriſti 1600. poſtea verò, eiuſdem ſacra oſſa extolli è terra, & loculo impoſita; tum ſacelli muro, intra honorificum conditorium aſſeruari curarunt, Albertus & Iſabella, pij Belgarum Principes, annò 1617. vti referunt Arnoldus Raiſſa in Auctario ad natales SS. Belgij Molani & Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, hac die. §. 7.

B. Maria Clariſſ. [h]] E Monaſterio S. Marthæ, Ordin. Clariſſar. Vlyſſiponenſ. migrauit in cœlum hac die, anno Chriſti 1610. inſignis Sanctimonialis: multum pœnitentiæ operibus dedita, & non minus orationem excolens, in qua Chriſtus amantiſſimus puræ animæ ſponſus, conſolationes impertiebatur illi affluenter: vna fuit ex primis illis, quæ fundationi huiuſce Monaſterij initium dederunt; curamque nouitiarum prima omnium geſſit: illicque, & patientia, in laboribus ſufferendis, & meritis preclaris, in virtutibus exercendis, maximè enituit: quibus innocens eius anima copioſè exornata, depoſita corporis mortalitate, ad cœleſte domicilium, glorioſa properauit. De qua ſcribit Cardoſus ſup. hac die, & MSS. documentis iſtius Domus, ac Prouinciæ. §. 8.

QVARTO CALENDAS MARTII.

CONGÆ In Iapponio, natalis Sanctarum Martyrum [a] Helenæ, & Agnetis [b] quæ, abſciſſis ceruicibus teſtimonium Ieſu Chriſto dantes, Triumpharunt. Gazæ in Palæſtina, Sanctæ [b] Salaphthæ, Virginis: quæ à Sancto Porphyrio Epiſcopo conuerſa ad Chriſtum, & vitam Monaſticam profeſſa, virtute abſtinentiæ, & corporis maceratione emicuit. In Anglia, Sanctæ [c] Milgithæ, Virginis Benedictinæ, filiæ Merualdi Merciorum Regis: fide, Religione, & Caſtimonia inſignis. Bucchæ Boiorum, Sanctæ [d] Edignæ, Virginis Regiæ; vita & miraculis celebris. In Monaſterio Spanheimenſi, Diœceſis Maguntinenſis Sanctæ Mechtildis [e], Virginis Benedictinæ; Diuinis gratijs & chariſ-

matibus cœlestibus abundantissimé exornatæ. Mussiponti in Lotharingia, Beatæ [f] Philippæ à Geldria, Reginæ Siciliæ; quæ Sanctimonialis Clarissa effecta, humilitate, obedientia, pietate, & Monastica obseruantia admodùm eluxit. Apud Albensem vrbem in Lusitania, Beatæ [g] Magdalenæ à Cruce, Virginis Dominicanæ; quæ oratione exstatica, & rerum cœlestium meditatione elaruit. Thomari in Portugallia, Beatæ [h] Mariæ à præsepio, Clarissæ Abbatissæ; paupertatis amore, sui despicientia, & cultus Diuini zelo, conspicuæ. Apud Leontinos in Sicilia, Beatæ [i] Europiæ, piæ, ac Religiosissimæ Matronæ. Barcinone, Commemoratio, Sanctæ [l] Iuliæ, Virginis & Martyris.

FEBRVARII XXVI.

§. 1. *Sanctarum Helena, &c. Martyr.* [a]] Prior, vxor erat Francisci, cum quo, persecutione exurgente in Conga, Iapponiæ vrbe; pro fide Christiana capite plexa est; quibus Agnes sociata, simili pœna affecta, gaudia cœli sibi comparauit. De ijs scribunt Antonius Franciscus Cardim. in Catalogo Martyrum Iapponior. pag. 46. Cardosus in Agiologio Lusitano, & commentario ad illud hac die, anno 1621. quo Martyrium consummarunt.

§. 2. *S. Salaphtha, Virgin.* [b]] Hæc puella quatuordecim annos nata, cùm S. Porphyrium Gazæ Episcopum agnouisset; procidit ad pedes eius, cupiens fieri Christiana. Orbata erat patre & matre: cuius nomen erat *Salaphtha*, quod interpretatur Græcè, *Irene*. id est, *Pax*: hospitioque excepit ipsum S. Episcopum: qui cùm eam signasset signo crucis, iussit vt vacaret precibus, & per catechesim, instructioni Cathecumenorùm; ac postea baptismo abluta est, & regularem ab eo accepit habitum. *Ea verò suscepit talem viuendi rationem, qualem non habuit alia, illo tempore: quotidie ieiunans, & post ieiunium, modico panis vescens, cum sale, & madefacto legumine, aut subtiliter comminuto olere, & aqua sola; vinum enim non sumebat omninò. Diebus autem festis, vtebatur oleo, & vescebatur oliuis; nihil autem aliud gustabat: quod fuisset igne coctum. In ieiunijs verò Quadragesima, secundo quoque die, comedebat legumina madefacta, aut comminuta olera, sine pane. Totam autem sanctam Paschalem hebdomadam transigebat, nihil sumens: præterquam quinta sancta feria, post communionem sanctam, aquam calidam Et corpus suum vsque adeo maceraverat, vt qui videbant, putarent se vmbram adspicere. Fuit autem alijs quoque multis exemplum. Sunt enim æmulati vitam S. Puella, Salaphtha; quæ in hodiernum vsque diem videtur viuere. Est enim mundo morte affecta: viuit autem Christo; & est cum ipso perpetuò: cuius sanctarum precum, simus nos participes.* Ita refert Surius Tom. 2. hac die, in actis ipsius S. Porphyrij Episcopi. Florebat circa ann. 380. al. 485.

§. 3. *S. Milgitha, Virgin.* [c]] Nuncupata reperitur *Milgitha*, & *Milnida*: quæ matrem habuit S. *Ermenburgam*; & sorores SS. *Milburgam* & *Mildredam* Virgines: cum quibus vitam duxit cœlo dignam. Hæ quippe præstantissimæ Virgines, partim vitæ sanctimonia, partim religionis cultu; in quo se continuerent exercuerunt, dignæ sunt inuentæ, quas postea Patres inter cœlites connumerarint. Claruit circa ann. 675. De qua egerunt Florentius VVigorniensis, Matthæus VVestmonasteriensis, Ranulphus Cæstrensis, Polydorus Vergilius, & alij, vbi de ipsis, Malmesburiensis lib. 1. de Gestis Reg. Anglor. cap. 4. Harpsfeldius in Histor. Eccles. Angl. sæcul. 7. cap. 7. Menardus in Martyrolog. Benedictin. hac die, & lib. 2. Obseruation. ad illud, Eduardus Maihew. Tom. 1. Tropheor. Congregation. Anglican. Benedictin. ad natales sanctor. ead. die.

S. Edigna, Virgin.] Floruit ann. Christi 1069. §. 4.
Hæc Regum Francor. inclyta propago. Filia Henrici 1. Regis sororque Philippi 1. quæ tota Christi amore succensa, Virginitatem suam cœlesti sponso, ab ipso ætatis flore, consecrauit. Ob quod religiosum votum, palam nuptias aspernata, cùm ad eas ineundas, parentum imperio cogeretur, lubens exilium subijt, plaustroque vecta, peregrini habitu, cum scipione, per boues spontè iugum ad trahendum nobile onus subeuntes, delata, in Bauariam venit: eoque loco, Diuinitùs constitit, ibi in antro delitescens, tamdiu Deo in sacris votis, lachrymis, & vigilijs multis litauit; quo vsque ad cœlestem patriam, è peregrino solo, & exilio profecta est. Obijt ann. 1109. cuius merita apud Deum pretiosa, magna miracula illustrarunt: quibus etiamnum insignis est admodùm in Ecclesia, vbi quiescit, sub eius patrocinio dedicata. Ita Saussayus in Martyrologio Gallicano hac die. Raderus lib. 2. Bauariæ Sanctæ. Simon Martinus lib. 4. Flor. Solitudin. hac die.

S. Mechtildis, Virgin. [c]] Natione Germana, ex §. 5.
comitatu Spanheimensi orionda, honestis parentibus atque nobilibus progenita est: quæ in Virginitate Deo seruire cupiens, apud S. Albanum prope Moguntiam, pro Dei amore, in cella, se includi fecit, ibi ieiunijs, & corporis afflictionibus diu vacauit: sed postquam Bernhelmus, eius frater, factus est Monachus; deindè etiam ob vitæ meritum, Abbas Spanheimensis, prædictam sororem suam, de consensu Archiepiscopi Adalberti, & VVlberti, Abbatis eiusdem loci, transtulit indè, & in cellam nouam, quam circa Monasterium Spanheimense, in decliuo montis (qui locus vsque in præsens vocatur *Clusa*) pro inclusione ipsam fundauerat, collocauit. Erat autem Virgo Monialis deuotissima, quæ multos suo exemplo, ad Dei timorem attraxit. Adduxit autem secum, quandam Virginem, *Sophiam*, nomine: multæ aliæ præterea nobiles, Virgines audita sanctitatis & miraculorum eius fama, ad vitam solitariam adspirantes, venerunt ad eam; & perpetuo in proposito Virginitatis

inclusæ, cùm ea permanserunt: quarum hæc sunt nomina: Garlindis, Demodis, Lugardis, & Gertrudis. Postmodum verò B. Mechthildes, cùm multos, tum viros, tum mulieres, ad Christi timorem adduxisset, multisque etiam miraculis claruisset, migrauit, ad sponsum, quem tantoperè amauerat. Obijt autem in inclusorio suo, hac die, in cuius transitu, Angelorum concentus & laudes auditæ, ac visiones quædam ostensæ fuerunt. Sepulta fuit, in choro fratrum Monasterij Spanheimensis, ante gradus Presbyterij ann. Christi 1154. vti scribunt Trithemius lib. 3. viror. Illustr. Benedictinor. item in Chronico suo Hirsaugiensi & Spanheimensi. Wion in Martyrologio Benedictino. hac die, Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & Gononus lib. 5. vitar. Patrum Occident. pag. 121. in ea hac ipsa die.

§. 6. *B. Philippa, Regin.* [f]] Monasterium S. Claræ, sub reformatione B. Colettæ, Virgin. apud Mussipontem ingressa est; quæ velo & habitu assumptis, ita generis nobilitatem sanctitate superauit; vt nulla penitus religionis officia, quamuis vilissima sit aspernata: obedientia, ac regulari pœnitentia fuit insignis: pietate, singularique diuini cultus, perpetuo ardebat desiderio. Tandem ætatis suæ anno 85. Christi verò 1547. fœliciter migrauit in cœlum: cuius tumulatum est intra sacellum Immaculatæ Conceptioni Virginis dicatum, à se extructum, in claustro sororum. Agunt de ea Martyrolog. Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud, Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Præfato Monasterio, quod est. 7 Prouinc. Franciæ, Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap 30. Daça ibid. lib. 1. cap. 59. Valerianus lib. 4. de BB. Fœmin. eiusd. Ordin. cap. 6. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphici Ordinis Hilarion à Costa in Elogijs Illustr. Heroinar. Wadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad an. Christi 1431. §. 19. Galterius in Tabula Chronographica sæcul. 16. in sanctis & illustrib. viris & alij. Christophorus Merigot. vitam eius edidit.

§. 7. *B. Magdalena, Virgin.* [g]] Singulariter eluxit religione, apud Monasterium istud Albensis vrbis: tam exacta erat in recitatione Diuini Officij, vt nusquam absens fuerit à choro: tamque feruida extitit, vt expletis matutinis, remaneret in choro vsque ad primam, supernorum mysteriorum meditationi insistens: sic Deo placens, vt tunc raptus & extases frequenter habuerit: sæpè sacram insigni cum præparatione Eucharistiæ Sacramentum sumebat: summo desiderio ad cœlestia semper aspirans: continuis ac rigorosis vigilijs & pœnitentijs corpus Spiritui adaptabat. Infirmata autem ad mortem placido fine, expirauit, hac die, anno Christi 1560. de qua Ioannes Lopez part. 5. Chronic. Prædicat. lib. 2. cap. 41. Ludouicus de Sousa ibid. & Cardosus sup. hac die, Ioannes à Sancta Maria 2. part. vitar. SS. Ordin. Prædicat. lib. 2.

B. Maria, Abbatiss. [h]] Insigni vitæ perfectione §. 8.
resplenduit Thomari apud Monasterium S. Irenæ, Clarissarum: cui præfuit sanctissimè; humilitate, paupertate, patientia, & zelo Regularis obseruantiæ celeberrima: anno denique 16 . abijt in cœlum, vt deinceps fulgeret in perpetuas æternitates vide: Emanuelem à Speranca; in Chronica Prouinc. Portugall. & Cardosum sup. hac die.

B. Eutropia. [i]] Mater extitit S. Euthaliæ, Virgi- §. 9.
nis & Martyr. sub Decio Imperatore: cuius meminerunt Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Leontinæ; & ex Actis SS. Alphij & Philadelphij, ac Cyrini, Martyr. 10. Maij.

Commemoratio S. Iulianæ. [l]] Ita Ferrarius sup. §. 10.
ex Tabulis Ecclesiæ Barcinonens. de ea mentio habetur in gestis S. Eulaliæ Virgin. & Martyr. apud Emeritam, sociæ eius; vti testantur Ambrosius Morales. In Historia Hispaniæ. Trugillus Tom. 1. Thesauri concionator. & alij omnes infra ad 10. Decembr. vbi de S. Eulalia: ex quibus, erroris arguitur Ferrarias, qui in noua Topographia ad Martyrolog. Romanum verb. *Barcino* perperam eam reponens ad 12. Februar. mendosè asserens ipsam fuisse sororem ipsius S. Eulaliæ, ea die, apud Barcinonam Martyrio coronatæ.

TERTIO CALENDAS MARTII.

LONDINI in Anglia, Beatæ [a] Annæ, Linæ, viduæ, Martyris: quæ genere & charitate illustris, ob fidei Catholicæ cultum, ab hæreticis, mortis sententiam læta suscepit. Congami in Regno de Fingo, apud Iapponiam, Beatæ Theclæ, [b] Martyris: quæ Christianæ Religionis nomine accusata & capta, ac tandem multis calamitatibus, infirmitatibus, ac doloribus, varijsque ærumnis confecta, in oratione Spiritum Deo reddidit. Conymbricæ apud Monasterium Semidè, Benedictinum, Beatæ [c] Ioannæ de Saa, Virginis, pietate, & vita exemplari spectabilis. Apud Lacum, in Territorio Algarbiensi, Beatæ [d] Ioannæ à Columna, Carmelitanæ; quæ ingenti perfectione claruit, & dono orationis & lachrymarum exornata ad sponsum properauit in cœlum. Extremis in Territorio Eborensi, Beatæ [e] Ioannæ à Sancto Ludouico, Ordinis Melitensis: genere humilitate, patientia & charitate conspicuæ. Florentiæ, Beatæ [f] Claræ de Vbaldinis, viduæ, Abbatissæ, Clarissæ: quæ nobili exorta prosapia, religione, atque vitæ sanctimonia refulsit. Delphis Batauorum in Hollandia, depositio Beatæ [g] Gertrudis, quæ in Beghinagio, vitam duxit sanctitate plenam. Vianæ de Caminha, in Territorio Braccarensi, Beatæ [h] Beatricis de Iesu, viduæ, Benedicti-

næ; quæ multis bonis operibus, ac sanctis moribus decorata, obdormiuit in Domino. Apud Confluentum ad Oesiam fluuium, in Territorio Parisiensi, in Confinio Wilcassini Francici: Festiuitas Sanctæ [i] Honorinæ Virginis & Martyris. Apud Rhodium in Brabantia, Diœcesis Syluæ-ducis, Eleuatio ac Translatio, Sanctæ [l] Oddæ, Virginis.

FEBRVARII XXVII.

†§.1. BEata Anna, vidua, Martyr. [a]] Hæc nobilis vidua, quòd charitatem de more Presbyteris largita fuerit, & calamitosos hospitio, eleemosynis, & opera aluerit, ac fouerit: accusata, damnata, & morte affecta est Londini, hac die, anno Christi 1601. iuxta Thomam Reg. in notis ad Martyrolog. Anglic. & Ioan. Molanum Corcagiensem, Epitom. 1. de Martyrib. Anglic. §. 175.

†§.2. B. Thecla, Martyr. [b]] Capta fuit simul cum viro suo Michaële, & in carcerem coniecta, illic ex fœtore, homiditate, & incommoditate hand leuem molestiam & dolorem contraxit: quibus & alijs miserijs oppressa, in orationeque posita, animam exhalauit, ann. ætatis suæ 13. Christi verò 1617. teste Petro Moreion. In Historia Iappon. lib. 2. cap. 21. Antonio Francisco Cardim. in Catalogo Martyr. Iapponior. pag. 57. Cardoso, in Agiologio Lusitano, hac die, & in commentario ad illud ex alijs.

§.3. B. Ioanna, Virgin. [c]] Virtutes eius, ac fœlicem transitum ad Deum referunt Antonius Brandanus in Chronic. Ordin Benedictin. & Cardosus sup. hac die, anno 1605. ex inquisitione de ea facta anno Christi 1652.

†§.4. B. Ioanna, Carmelitan. [d]] Migrauit in cœlom, hac die, anno 1615. fuit autem hæc Christi Ancilla, magnæ perfectionis religiosa, vitam ducens in continuo virtotum Monasticarum exercitio, vacans operibus pœnitentiæ, & orationi cum lachrymosis gemitibus, vti scribunt Ludouicus Mertola in Chronic. General. Carmelitan. & Cardosus sup. hac die.

§.5. B. Ioanna, Melitens. [e]] Nascitur apod Estremoz. oppidum Portugalliæ, ex parentibus nobilibus & & locupletibus; illicque religionis habitum induit in Monasterio S. Ioannis Ordinis Melitensis: vbi multis virtutihus illustrior euasit. Charitate quippe excessiua pollebat erga proximum, illius necessitatibus protinùs occorrens: infirmis autem ministrabat animo volenti etiam in abiectioribus factis: cupiens ac requirens occasionem se pro Christo humiliandi. nec propterea ab interioribus vitæ contemplatiuæ actibus auertebatur: nam orationem admudum frequentabat; corpus autem varijs modis castigabat, pœnitentijs, multis & mortificationibus, disciplinis & vrticis sensum comprimens, gustum verò aqua & cinere præfocans: obijt, hac die, anno 1614. iuxta Cardosum sup. ex multis veridicis relationib. illius loci.

§.6. B. Clara, vidua, Abbatiss. [f]] Ex illustri Vbaldinorum familia Florentina, oriunda erat, Galuriæ, nobilissimi viri vxor; quo mortuo, cœpit & mundi auidiùs vanas declinare illecebras. Quare Monasterij Monticelli, seu de Monticulo, iuxta Florentiam, fama permota, diuitijs omnibus spretis, contemptisque teneræ prolis lachrymabilis obturibus, illud mox intraoit: vbi tanto virtutis ac perfectionis studio operam nauauit, vt cæteris norma esset, & exemplum: solaque digna iudicaretur, quæ Monasterium regeret, ad discessum B. Agnetis sororis S. Claræ Virgin. Assisiat. ann. 1251. Facta igitur Abbatissa, sanctissimè præfuit, vsque ad ann. 1264. quo diem clausit extremum: cuins sacrum corpus honorifico sepulchro conditum est: miraculisque tum post mortem claruit. Duodecim ab obitu annis, integrum, recensqoe ita repertum est, ac si triduò tantum illic iacoisset; sed qnod ad miraculi commendationem accedit, est, quòd in loculo erectum, veloti sedens, dexteram eleuauerit, in modum benedicentis, astanti populo numeroso valdè. De ea Martyrologium Franciscan. hac die, & Annotationes ad illud. Iulianus Minorita in Historia illius MS. Marianos Florentin. lib. 1. Histor. Seraphic. Marcus Vlyssiponens. part. 2. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 54. Ioannes Baptista Vbaldinus in Historia Vbaldinæ familiæ. Valerius lib. 5. de BB. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 15. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Wadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. Christi 1561. §. 7. & seq. item ann. 5164. §. 6. & Tom. 3. ad ann. 1320. §. 3. & alij Vghellus Tom. 3. Italiæ Sacræ in Archiepiscopis Florentin. sub 35.

B. Gertrudis. [g]] Eo in loco olim floruit ad ann. 1350. alia B. Gertrudes de Oosten, de qua sup. ad 6. Ianoar Eademque tempestate, & multis deinceps annis, in præfato Beghinagio, multæ extitere fœminæ, admiranda pietate & deuotione conspicuæ; quæ ex bac vita abiere fœliciter, virtutum amictæ varietate. In ijs extitit ipsa B. Gertrudes, de qua nunc agimus, in Conuentuali, vt vocant, domo habitans: puritatis & humilitatis valde studiosa. Quæ cùm supremum diem obijsset, mox in Flandria apparuit cuidam Monacho, duobus Angelis vtrinque eam comitantibus, à quibus percontabatur, is Monachus, quo illam Monacham deducerent. Responderunt illi, non se monacham ducere sed Beghinam Delphensem. Monachus verò diligenter, annotans horam illam, venit Delphos, & ita omninò inuenit. Hæc ex Sorio, ad calcem vitæ B. Gertrudis de Oosten, cap. 10. Tom. 1. vitar. Sanctor. §. 7.†

B. Beatricis, vidua. [h]] Orbata marito, Ordinem Benedictinum intrauit: vbi multùm profecit §. 8. ex lectione librorum spiritualium: charitate & paupertate floruit: aspero cilicio ferreo carnem præcingebat: vtque gustum temperaret, Herbas amaras cum cibo miscebat, earumque succum aqua bibebat: alijsque multis modis corpus domabat: qnovsque sancto fine quieuit, anno 1634. iuxta Cardosum sup. hac die, ex MSS, Monumentis.

S. Honorina, Virgin. Martyr. [i]] In Oriente, gloriosum agonem propter Christum confecit: cui & §. 9. sosceptа pro Christi fide & cultu in flammis extrema concertatio, immortalis gloriæ trophæum, & æternæ fœlicitatis præmium, peperit in cœlis. Hinc

sacræ

facræ eius Reliquiæ in Gallias aduectæ, debito honore sont asseruatæ; tum apud Confluentom in agri Parisiensis & Neustriæ confinio; vbi prioratus Ordin. Benedictini est extructus anno 1080. ab Iuone, Bellimontis Comite, super Oesiam, vnà com Adeleyde vxore: in quo positi sunt Monachi ex Abbatia Beccensi adducti: tum, apud Portum Gratiæ ad ostium Sequanæ, Diœcesis Rothomagensis: vbi alius consurgit prioratus Canonicorum Regolarium Ordin. S. Augustini, à Dinastis *de Grauilla* fundatus, haud longè à mari Oceano dissitus. Quiquidem prioratus gloriosè præferunt nomen ipsius, S. Honorinæ, venerationis illius ergò: quos & magnis omnipotens Deus nobilitauit miraculis ad inuocationem ipsius Athletæ Christi: qua de re scribunt. Molanus in Additionib. ad Vsuard. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & Sanssayus in Martyrologio Gallicano, hac die. P. Louuetus lib. 2. Histor. & Antiqnitat. Beluacens. cap. 2. §. 17. Gallia Christiana in Archiepiscop. Paris. sub. 62. In æde Cathedrali Carnotensi Altare 19. dicatum est ipsi S. Honorinæ, teste Rouillardo, part. 1. cap. 5. Partheniæ suæ. Cætera vide in *Neustria pia* vbi de *Grauilla* Prioratu ad ann. 1160. item in *Neustria Sancta* hac die.

Eleuatio, &c. S. Odda, Virgin. [l]] Eleuata est è Tellore, vbi iacebat, per Otbertum Episcopum Leodiensem, ann. 1103. & in decentiorem locum reposita: illicqoe condigno honore, vti patrona, veneratur: iuxta Molanum, in indiculo Sanctor. Belgij, & Ferrarium in Catalogo Generali Sanctorum hac die, ex Martyrologio Siciliæ. §. 11.

PRIDIE CALENDAS MARTII.

NATALIS Sanctarum [a] Pinnosæ & Symphroniæ: Virginum & Martyrum. Legione, in Conuentu Canonicorum Regularium. Sancti Augustini, Depositio Beatæ [b] Sanctiæ, Virginis Regiæ, quæ tota Christo sponso dicata, vitam in exercitio virtutum, ac bonorum operum consumpsit, & post obitum ingentibus miraculis refulsit. Apud Monasterium Sancti [c] Benedicti de Castris, in Lusitania, propè Eboram, Beatæ Violantiæ de Sousa, Virginis, Abbatissæ Cistertiensis; quæ ab infantia Deo consecrata, speculum virtutum omnium cunctis se præbuit. Ibidem, in Monasterio de Caluario, Beatæ [d] Beatricis à Sancto Antonio, Clarissæ, Abbatissæ: dono orationis, & pœnitentiæ virtute spectabilis. Aquilæ in Vestinis, Beatæ [e] Antoniæ à Florentia, viduæ, illius loci primæ Abbatissæ Clarissæ: vitę sanctitate, signisque admirandis celebris. Pictauis, Reuectio ac [f] Repositio Corporis Sanctę Radegundis, ex Francorum Regina, sanctimonialis & Abbatissę, ex Quintiaco Monasterio. Lyrę in Brabantia, Diœcesis Mechliniensis, Translatio [g] Corporis Gloriosę Virginis Beatricis, Monasterij de Nazareth, Ordinis Cistertiensis Priorissę.

FEBRVARII XXVIII.

§. 1. SAnctarum *Pinnosæ, &c. Martyr.* [a]] Ita Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Canisio in suo Martyrologio.

§. 2. *B. Sanctia, Virgin.* [b]] Cùm se totam diuino coltui addixisset, & perpetua cura, solemnia sacra obiret; tandem Regali persona deposita, nemini cognita, aut manifesta, Hierosolymam profecta, ad sacrosanctum Domini sepulchrum, in pauperes, peregrinos, & ægritudine confectos, summè Hospitalis, vita functa; insignibos miraculis Fulsit. Sanè (vt verum fatear.) ipsam memorandam Virginem, Galliam, & Italiam, Germaniamque, quin loca sancta deuotè perlostrasse, traditione, quàm scripto magis accepimus: inquit Manriquez Tom. 2. Annal. Cistertiens. ad ann. Christi 1147. cap. 18. §. 1. porro, cum in hac sancta peregrinatione, multa Cistertij Monasteria visitasset, ac sanctam Monachorum vitam & conuersationem admiraretur, concepisse propositum (vt in hæreditate, quam possidebat, in Paleotina diœcesi, S. Petri *de Spina* ab olim dicta, Asceterium construeret, in quo sodales talis instituti. pro se, pro fratre, pro Regni successoribus, continuis orationibus Deum precarentur. Hinc illi cura S. Bernardum, Abbatem Charauallensem adeundi; qui tunc Germaniam ciebat contra infideles, à quo Monachos peteret: tam sanctum opus fœlicibus auspicijs inchoaturos: quod & piè præstitit: propterea que ad eam Heroinem, Epistolam misit quæ est 101. Fratrem habuit Alfonsum 7. Castellæ & Legionis, Regem, Imperatorem nuncupatum: obijt autem anno Christi 1159. sepulturam nacta Legioni apud S. Isidorum: vti scitè probat, Cardosus in Agiologio Lositano, & commentario ad illud, hac die: quamuis alij, Compostellæ, vti Salszar de Mendoça, lib. 2. de Dignitatib. Hispan. cap. 4. vel Zamoræ; iuxta D'Yeppes, Tom. 1. Chronic. Benedictin. ad ann. 1143. De ea aguot, Manriquez sup. & ad ano. 1149. cap. 8. §. 1. Penottus in Historia Tripartita Ordin. Canonicor. Rodericus Mendez in suis Regijs Genealogijs fol. 182. Ludouicus ab Angelis io Horto Portugall. §. 58. Bzouius Tom. 13. Aonal. Eccles. ad ann. Christi 1277. §. 11. quo vult eam obijsse ex Zurita lib. 2.

§. 3. *B. Violantia, Virgin. Abbatiss.* [c]] Constat nomen dedisse suum Ordini Cistertiensi, in Monasterio de *Odiuelas*, propè Vlyssiponem: ex quo in Abbatissam S. Benedicti de Castris, ab Abbate Claravallensi electa, spatio 58. Annorum, Deo ibidem dicatas Virgines, magno exemplo ac pietate, rexit; totque sanctitatis signa dedit, vt potiùs Angelica, quàm humana creatura videretur. Corpus assiduis disciplinis, asperrimis cilicijs, & continuis ieiunijs, rigidè castigans; quam Deus grauissimis infirmitatibus affligens, & fidelem inueniens, multis etiam gratiarum charismatibus insigniuit. Lumine oculorum orbata, velut alter Thobias, admirandum constantiæ & patientiæ exemplum dedit. Cùmque tempus migrationis adesset, Ecclesiæ munita Sacramentis, quieuit in Domino anno 1580. in cuius transitu dulcissimus cœlitum, & variorum instrumentorum, concentus, per totum Monasterium auditus est, ita Bernardus Britto, Tom. 1. Chronic. lib. 5. cap. 33. qui vitam illius Lusitanicè edidit. Yeppes. ad ann. 1169. cap. 1. Tom. 7. sup. Henriquez in Menologio Cistertiensi. hac die, Ludouicus ab Angelis: & Cardosus sup. ead. die.

§. 4. *B. Beatricis. Abbatiss.* [d]] Assidua erat in choro pro horis Canonicis persoluendis, patiens in laboribus, pœnitentiæ dedita, & orationi iugiter intenta; quæ dùm, quadam vice, paucæ sorores Diuino officio recitando interessent, visi sunt ab ea Angeli astantes in vniuscuiusque exhedra. Præfuit autem magna cum charitate, & vitæ perfectione: de qua Cardosus sup. hac die: ex relationibus illius Monasterij authenticis.

§. 5. *B. Antonia. vidua, Abbatiss.* [e]] Vidua erat, cùm Monasterium S. Onuphrij, Florentiæ, ingressa est: vt inibi Tertiariarum Franciscanarum profiteretur, institutum, sub disciplina B. Angelæ. Fulginium Ablegata, indèque Aquilam profecta, primam Regulam S. Claræ, vnà cum socijs amplexatur, moramque elegit in Monasterio sibi à B. Ioanne Capistrano, authoritate Nicolai V. Pap. collato, cui prima Abbatissa præfuit, & obijt sanctitate ac miraculis illustris anno 1478. vti scribunt Martyrologium Franciscan. hac die, & Annotationes ad ipsum. Iacobillus, de Sanctis Fulginatibus in vita B. Paulæ Fulginatis, & B. Angelinæ Corbaræ 14. Iulij. Marianus lib. 5. cap. 39. Valerius lib. 2. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap. 33. & 34. Marcus Vlyssipooens. part. 4. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 44. & 45. Gonzaga part. 2 Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio Corporis Christi Aquilano quod est. 1. Prouinciæ S. Bernardini. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Wadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. Christi 1438. §. 7. ann. 1447. §. 9. Item. Tom. 6 ad ann. 1470. §. 5. & ann. 1478. § 55. & seq.

Translatio S. Radegundis, Regin. [f]] Quintiacum §. 6.
cœnobium estat in Diœcesi Laudunensi, vbi, grassantibus Normannis, pridem fuerat delatum corpus huiusce Sanctissimæ Reginæ, atque ad tempus, ne profanaretur [illegible]odium: teste Saussayo in Martyrologio Gallicano, hac die. Hinc rogatus Honorius 3. à Priore & Collegio Canonicorum S. Radegundis Reginæ, vt sacrum eius corpus è sepulchro quodam, sub ara maxima Principis Ecclesiæ situm, erui, atque in ara ipsa, honorificentiore cultu, asseruari permitteret: Pontifex eorum pijs petitis, dato diplomate, de ea re, benignè indulsit: sub Datum Laterani 15. Calend April. quod testatur Odoricus Raynaldus Tom. 13. Annal. Eccles. Baronij ad ann. 1215. §. 57.

Translatio D. Beatricis Virginis. [g]] Agit idem § 7.
Saussayus, hac die, sup. de Huiusmodi Translatione; quæ Angelorum ministerio peracta asseritur.





MARTIVS.

CALENDIS MARTII.



ELIOPOLI, Sanctæ [a] Eudociç, Martyris: quç in persecutione Traiani, à Theodoto Episcopo baptisata, & ad certamen munita, Vincentij Prçsidis iussu, percussa gladio, Martyrij coronam accepit. In Cæa insula maris Ægei, Sanctç [b] Antoninç, Martyris, quç in persecutione Diocletiani, cùm Gentilium Deos irrisisset, post varios cruciatus, in vase quodam inclusa, in Paludem vrbis Ceç, demersa est. In Syria, Sanctç [c] Domninç, virtute abstinentiç, orationis & charitatis celebris. In Tuscia, Beatç [d] Thobiç, viduç, Tertiariç Franciscanç, quç genere, & virtutum, operumque piorum exercitio prçclara, ad emeritç fœlicitatis çternç prçmia properauit. Salmanticç, Beatç [e] Mariç Suarez, viduç, Clarissç: ingentis sanctitatis Fœminç.

MARTII PRIMA DIES.

ANNOTATIO.

§. 1. SANCTÆ *Eudocie, Martyr.* [a]] Agunt de eà Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, Molanus in Additionibus ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Romanum verb. *Heliopolis*. Græci itidem de ipsa, hac die, in Menologio.

§. 2. *S. Antonina, Martyr.* [b]] Ita Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Ferrarius sup. verb. *Cæa*, Græci illius etiam celebrant, seruantque memoriam, ead. die; qui omnes existimant in Cæa insula maris Ægei notissima S Antoninam fuisse occisam: at verò Flauius Lucius Dexter in pseudo Chronico, ann 300. & Biuarius ibid. Commentar. 1. §. 16. asserunt, ad Cæam, Hispaniæ vrbem, in vaccatis, Martyrio ipsam coronatam in confinio Legionens. & Gallæciorum. Ioannes Tomaio in Martyrolog. Hispano ead die, ex alijs.

§. 3. *S. Domnina.* [c]] Huius præclaras virtutes litteris consignauit D. Theodoretus, Episcopus Cyri in Siria, in Theophylo lib. 9. de vitis Patrum cap. 30. & Rosweydus ibid. in notis, ac Raderus part. 1. viridarij Sanctor. post Græcos. in Menæis & Menologio, hac die. Florebat V. sæculo circa ann. 420. &c. ad plagam Australem, præfatæ vrbis: vbi copiosis, religiosisque hæc rota parentibus, ab infantia sese Deo consecrauit, exercitationi virtutum, corporisque afflictationi penitùs addicta. Ergastulum quippe in materno conditum horto incolens; neque solùm assiduo lachrymarum imbre geoas rigebat suas, sed veste cilicina (pro mundo muliebri) sese atterebat. Circa gallicinium, ædem sacram ingressa, cum toto populo, Domino vniuersi laudes debitas, statasque decantauit. Victum ei præbebant lentes aqua maceratæ. Et hoc asperæ vitæ genere vsa est semper; quamuis extenuato, semimortuoque esset corpnsculo. Caput tam studiosè obnubebat, vt neo illa alius, nec alius illius vultum contemplari posset. Vestes ad pedes vsque promittebat. Ad seadeuntes ita tenui & submilla voce alloquebatur, vt ægrè audiretur. In his pietatis studijs, dies noctesque versata, ad desideratum sponsum suum Christum, cum fructu operum suorum est translata.

§. 4. *B. Thobie, vidua.* [d]] Illustri genere nata, cuidam nobili viro, Guidoni, ex *Ptolomeorum* Clarissima gente, apud Senas in Hethruria, iuncta erat matrimonio; à quo tandem vidua relicta, habitum tertij Ordinis S. Francisci, ex deuotione suscepit, vitam ducens sanctitate conspicuam. Nam ieiunijs, vigilijs, obsecrationibus, disciplinis, alijsque pijs exercitijs iugiter vacans, corpus maceratione edomabat: pauperibus admodùm liberalis, infirmis auxilium præbebat & solamen. Sobria, pudica, misericordiæ operibus assiduè intenta: & cœlestium pneumatum consolatione haud destituta. Ad vltimum B. Mulier, vitæ cursum perficiens, anima eius absque purgatorij pœnis visa est in cœlum conscendere à Sancto Bernardino Senensi, cuius aliquando fue-

rat amantiſſima nutrix : quippe quæ ab obitu matris ipſum cautè, charè, & piè educauerat. Migrauit ad Dominum, in die cinerum, anno Chriſti 1419. De ea agit Martyrologium Franciſcanum, hac die, & Annotationes ad ipſum, item S. Antoninus part. 3. Hiſtor. Titul. 24. cap. 5. §. 3. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 3. & 12. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertij Ordin. Minor. Wadinghus Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1380. §. 6. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

B. Mariæ, viduæ. [f] Orbata marito, S. Claræ inſtitutum profeſſa eſt : ac ſanctiſſimè vixit, & obiit hac die, anno 1524. cuius abundè meminere. Martyrologium Franciſcanum cum Annotationib. ad illud, ead. die. Vlyſſiponenſis, ſup. lib. 9. cap. 51. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monaſterio S. Claræ Salmanticenſ. quod eſt 1. Prouinciæ S. Iacobi. Marieta lib. 17. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 31. Valerianus de BB. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 12. Wadinghus Tom. 1. ſup. ad ann. 1238. §. 19.

G V SEXTO NONAS MARTII. 2. M

IN Portu Romano, Sanctarum Martyrum, [a] Secundillæ & Ianuariæ. Apud Lectorenſes in Vaſconia, natalis Sanctæ [b] Meræ, Virginis & Martyris : cuius dies feſtus tertio decimo Calendas Auguſti potiſſimùm recolitur. Brigæ, in Diœceſi Meldenſi, Pharæ-Monaſterio, Sanctæ [c] Annofledis, Virginis Benedictinæ : quæ animam agens, cœleſti harmonia recreari meruit. Pincijs in Caſtella, Beatæ [d] Beatricis Hermoſillæ, Virginis Tertiariæ Franciſcanæ, ſignis & virtutibus ſpectabilis. Rhemis, Tranſlatio [e] Corporis Sanctæ Macræ Virginis, & Martyris.

MARTII II.

§. 1. *SAnctarum Martyr. Secundillæ, &c.* [a] Martyrij coronam adeptæ ſunt vnà cum SS. Paulo & Heraclio : quorum meminerunt, Beda, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis Molanus in Additionib. ad Vſuardum, Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Portus Romanus*, ex vetere Martyrolog. (prior etiam, *Secundola* dicitur) & in SS. Italiæ.

§. 2. *S. Meræ, Virgin. Martyr.* [b] Agit de ea Sauſſayus in Supplemento Martyrolog. Gallicani, hac die, & 20. Iulij infra.

§. 3. *S. Annofledis, Virgin.* [c] Cùm extremos halitus emitteret, circa ann. Chriſti 610. vt pro damnis vitæ præſentis, lucra caperet vitæ æternæ : lætaque carnis nexibus ſepararetur, meruit apertis auribus, audire cœleſtis cantus melodiam ; qua item cantus ſuauitate potitæ ſunt, quæ procul ab eius excubijs aberant : vti refert Ionas in vita S. Burgundoforæ, Abbatiſſæ 3. April. cap. 4. apud Surium Tom. 4. Auguſtinus Carcat. cap. 40. vitæ eiuſdem.

§. 4. *B. Beatricis, Virgin.* [d] Hæc ſimul cum Ioanna *Hermoſilla*, eius amita, egregiam perfectioni operam dedit ; & nihil nimis ab hoc mundo, eiuſque pompis, facientes, quicquid habere poterant, id pauperibus erogabant. Inſuper & ex proprio labore, atque eleemoſynis victitantes, ſacrum Monaſterium Pincianum, ſub inuocatione S. Eliſabeth, Oppidanis interim ſibi ſummoperè fauentibus, erigere cœperunt ; vbi cum aliquot alijs honeſtis virginibus, & viduis, ſumpto Tertiariarum Franciſcanarum habitu, profeſſionem emiſerunt, anno 1462. inter quas ipſa B. Beatrix ſanctitate vitæ claruit : illicque diem clauſit extremum, circa ann. 1485. cuius oſſa poſt 47. annos, ab ipſius obitu, ſuauiſſimè fragrantia apparuerunt, atque ex antiquiori ſepulchro ad aliud multò honeſtius tranſlata ſunt : vbi ad tantæ ſororis inuocationem, miracula non pauca edere dignatus eſt Altiſſimus : ob quæ à Pincianis Maxima in veneratione habetur. Vide Martyrologium Franciſcanum hac die, & Annotationes ad illud, Gonzagam part. 3. Origin. Seraphic. Relig. in Præfato Monaſterio, quod eſt 31. Prouinciæ Conception. in Hiſpania, Barezzum part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 55. Valerianum lib. 4. de BB. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 31. Wadinghum Tom. 6. Annal. Minor. ad ann. 1462. §. 109.

Tranſlatio S. Macræ Virgin. Martyr. [e] Memoratur à Sauſſayo, hac die, & 6. Ianuarij. Cùm enim §. 5. ſacrum eius corpus non procul à loco agonia ſepultum fuiſſet ; illic, ob perſecutionis atrocitatem, conditum delituit ; quouſque tandem per cœleſtem viſionem cuidam Landulpho reuelatum, in propinquam ædiculam S. Martini honorificè delatum, maximis ſignorum coruſcationibus refulſit. Quibus piè excitus vir quidam illuſtris, nomine Dangulfus S. Martyris cultui deditus, eximio decore Baſilicam conſtruxit : ad quam veneranda eius pignora condecenti honore curauit transferri, vbi magna ſubindè miracula emicuerunt. Hæc ille in Martyrologio Gallicano. Poſt Flodoardum lib. 4. Hiſtor. Remenſ. cap. 31.

QVINTO

QVINTO NONAS MARTII.

PASSIO Sanctæ [a] Marciæ, Martyris. Beneuenti, Sanctæ [b] Arthellaris, Virginis. Bambergæ, Transitus Sanctæ [c] Chunegundis, Augustæ; quæ Henrico Primo, Imperatori nupta, cùm Virginitatem, ipso annuente, seruasset, bonorum operum meritis cumulata, sancto fine quieuit, & post mortem miraculis claruit. Apud Monasterium Sancti Benedicti de Castris, propè Eboram in Lusitania, Beatæ [d] Elisabeth de Aquilar, Virginis, Ordinis Cistertiensis; quæ miræ pietatis, patientiæ, & sanctitatis signis enituit. Assisii in Vmbria, Beatæ [e] Agnetis, Virginis, Clarissæ, pietate, ac columbina simplicitate exornatæ.

MARTII III.

§ 1. SAncta Marcia, Martyr. [a]] Gloriosum agonem compleuit simul cum SS. Martyribus, Fœlice, Luciolo, Fortunato, & socijs, iuxta Bedam, Martyrologium Roman. hac die, Baronium ibid. in notis, quibus adstipulantur vetera manuscripta.

§. 2. *S. Arthellaris, Virgin.* [b]] Vocatur etiam *Arthellais*; quæ Narsetis Exarchæ neptis fuisse traditur; Bizantio, vbi nata erat, profecta Beneuentum, illic sanctissimè vixit: ex Antiquis Monumentis & Tabulis Beneuentanæ Ecclesiæ; Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Beneuentum.* & in Catalogo Generali Sanctor. & in SS. Italiæ. hac die: florebat sæculo 6. circa ann. 540.

§. 3. *S. Chunegundis Augusta.* [c]] Patrem habuit Sifredum, seu Sigefridum Mosellanici tractus Comitem: quæ nupsit S. Henrico 1. cognomento Claudo, Imperatori; cum quo ad finem vsque illibatam seruauit Virginitatem; quo mortuo, cùm perfectioris vitæ desiderio flagraret, & æternæ gloriæ cupiditate semper moueretur; Regnoque non terreno, sed Dei summi, ac cœlestibus bonis studeret aliquando potiri; hoc vnum sibi persuadere operæ pretium putauit; vt in primis de Babilonia sæculi huius effugeret, seque in Religionis sacræ arcem reciperet. Quare ad Confugiense Monasterium in Hassia Germaniæ Prouincia, se conferens, sub cura S. Iuttæ, fratris sui filiæ, Regijs depositis ornamentis, & religioso habitu assumpto, in omni humilitate, vitæ puritate, ac sanctitate, annis quindecim, Christo omninò inseruire ac placere studuit: quibus expletis viam sibi securam parauit in cœlum, hac die, anno Christi 1040. non autem 1037. vel 1038. cuius corpus sacrum, ingenti pompa, ac solemni cultu, exindè apud Ecclesiam Bambergensem in Franconia Orientali, delatum, ad latus S. Henrici Imperatoris, viri sui, sepelierunt: quiquidem locus postea multiplicibus, magnisque miraculis cœlitùs illic editis nobilitatus est. De ea egerunt, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis & Tom. 11. Annal. Eccles. ad ann. 1014 1024. & seq. vsque ad 1040. Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vsuard. ead. die. Ferrarius in noua Topographia sup. verb *Bamberga.* Trithemius lib. 3. viror. Illustr. Ordin. S Benedicti cap. 150. & in Chronico Hirsaugiensi ad ann. 1017. Crantzius in Saxon. Metropol. lib. 4. cap. 30. & lib. 5. cap. 5. Chronica Chronicarum. VVion in Martyrologio Benedictino hac die. Myræus in Fastis, ad 14. Iulij. Chapeauillus Tom. 1. Histor. Leodiens. in Annotationib. ad Anselmum de Episcopis Leodiens. cap. 68. D Antoninus part. 2. Histor. Titul. 16. cap. 4. & alij plures, res Germanorum prosecuti. Extant præclara eius Acta. Apud Surium Tom. 3. Lippeloum Tom. 1. De Voragine. Renatum, Benedictum, Fodercrum. Dnublcium, Haræum, Gaxetum, Ribadeneiram. Gretzserum de SS. Bambergensib. Bergomatem, de claris Mulieribus cap. 181. Raderum Tom. 1. Bauariæ Sanctæ & alios, in vita ipsius hac die. Grisiom de Clericis Regularib. sect. 15. §. 5. Morisius lib. 2. cap. 1. Fulgosus lib. 8. Memorabil. cap. 1. Bosius Tom. 2. de signis Eccles. lib. 12. cap. 3. Schedel sexta mundi ætate fol. 186.

B. Elisabeth, Virgin. [d]] A iuuentute sua, pijssima euasit: & grauissima, ac diuturna infirmitate dirè vexata, gloriosas sibi patientiæ coronas contexuit. Sæpè à sanctissimis patribus Benedicto & Bernardo visitari meruit, quorum gratissima præsentia consolata, ad cœlestem Patriam anhelare cœpit; cupiens dissolui & esse cum Christo. Cùmque hora migrationis instaret, Ecclesiæ Sacramentis monita: inter cælestis patriæ purissimos spiritus, præsertim sanctissimas Virgines Beatæ Vrsulæ socias, & Beatissimos Patres Benedictum & Bernardum: qui eius agoni interfuerunt, animam efflauit sanctissimam. Vitam eius edidit Bernardus de Brito, Tom. 1. Chronic. lib. 5. cap. 33. Henriquez in Menologio Ordin. Cistertiens. hac die. §. 4.

B Agnetis, Virgin.] Filia erat Domini Opportuli-*Bernardi* Assiliatis, viri illustris; quæ tenerula adhuc ætate, Monasterium S. Damiani ingressa, mundum ignorans, ob columbinam simplicitatem, chara extitit S. Claræ, Abbatissæ, ac inter primas eius consocias, annumerata anno 1213. Mox virtutes omnes, magna animi contentione adamata, tanto spiritus ardore excreuit, vt matris S. Claræ maximè cuperet vestigia imitari; ea autem mortua, superstes remansit, ac post annos aliquot, Beatæ vitæ cursum expleuit, Assisij iuxta ipsam S Claram sepulta. Memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die, & in Annotationibus ad illud. Item apud Marianum in Appendice lib. 1. Tossinianum lib. 1. Histor. Seraphic. ex processu Canonisationis S. Claræ, VVadinghum Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. Christi 1213 §. 67. §. 5.

QVARTO NONAS MARTII.

IN Anglia, Natalis Beatæ [a] Sandræ, Virginis & Martyris: quæ pro cultus Catholicæ Religionis defenſione, aduerſus hæreticos egregiè decertauit vſque ad mortem. Romæ, Sanctæ [b] Albinæ, Beatæ Marcellæ genitricis, genere & ſanctitate illuſtris. Apud VVortenſe Ordinis Præmonſtratenſis Monaſterium, Diœceſis Syluiducenſis, Beatæ Beſſelæ [c] Summerenſis, fundatricis & primæ illius præpoſitæ; quæ nobili exorta proſapia, illuſtrioribus virtutum radiis eluxit. Eugubii in Vmbria, Beatæ [d] Franceſchinæ, Virginis Clariſſæ; cuius ſanctitatem miraculorum gloria exornat. Cæſarauguſtæ, Beatæ [e] Mariæ-Lorienæ, Virginis eiuſdem inſtituti; cuius ſilentium, abſtinentia, atque charitas, incredibiles fuere. Bruxellis, Diœceſis Mechlinienſis, in Regali Excalceatarum Virginum Ordinis Carmelitani Monaſterio, Beatæ [f] Annæ de Ieſu, Sodalis Sanctæ Tereſiæ, eiuſdem Ordinis in Gallia Reformatricis; genere, vita, & ſignis admirandis conſpicuæ.

MARTII IV.

§.1. B*Eatæ Sandræ, Virgin. Martyr.* [a]] Tunc temporis, aduerſus Anglos hæreticos, conſtantiſſimè propugnarunt, pro fide Catholica complures virtute & nobilitate præſtantes fœminæ & Virgines, inter quas B. Sandra, filia Ioannis Cublei Herefordienſis, Virgo annorum 15. emicuit: quæ detruſa in carcerem, diſceſſit tandem exanguſtijs, locique fœtore, ita Arnoldus Hauenſius in ſpeculo hæreticæ crudelitatis cap. 24. ſæculo vltimo. Boſius Tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 22.

†§.2. *S. Albinæ.* [b]] De ea frequenter S. Hieronymus ſumma cum laude meminit, quam & impensè venerratus eſt, In præfatione Epiſtolæ ad Galatas lib. 1. item Epiſtol. 74. ad Marcellam, & Epiſtol. 100. ad Aſellam. Palladius in Lauſiaca Hiſtoria cap. 120. & Paradiſus Heraclidis cap. 40. Roſweydus ibid. in notis. Baronius in notis ad 16. Decemb. Martyrolog. Romani & Tom. 4. Annal. Eccleſ. ad ann. 375. 382. & 386. quo ſanctiſſimè obijt, plena dierum & bonorum operum. Griſius de Clericis Regularib. ſect. 10. §. 4. & 5.

B. Beſſela. [c]] Vxor extitit B. Folcoldi, comitis
†§.3. de Berna ad Moſam fluuium, ſecundo à Syluæ-Ducis, Brabantiæ vrbe, milliari; quò Monaſticam vitam illic profeſſo, anno 1134. ipſa quoque ſæculo renuntians, inter Moſam & VVahalim, fluuios, in loco, qui *VVerts* dicitur, Monaſterium ibidem Præmonſtratenſis Ordinis ædificauit, in quo ſeptuaginta Virginibus Præmõſtratenſe inſtitutum amplexis, Abbatiſſa laudatiſſimè, & ſanctiſſimè præfuit, ac obijt. Vide Ioannem le *Paige*, lib. 1. Bibliothecæ Præmonſtratenſ. cap. 18. & lib. 2. in vita B. Folcoldi, comitis, ex MS Codic. Alia eſt ab illa Religioſa fœmina, nomine Beſela: quæ quandoque B. Mariæ Oigniacenſi inſeruiuit: apud Surium 23. Iunij in vita eius lib. 2. cap. 7.

§.4. *B. Franceſchinæ Virgin.* [d]] Agunt de ea Martyrologium Franciſcanum hac die, & Annotationes ad illud. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. in ea. Valerianus lib. 2. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap. 12. Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1255. §. 8. Thielmans Tom. 2 vitar. SS. Seraphic. Ordin. poſt Marcum Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 54. ex quibus diſcimus obijſſe ann. 1255. atque illius ſacras Reliquias debito honore aſſeruari Eugobij, in Eccleſia S. Franciſci, vbi ſignis & miraculis coruſcant: quandoquidem tum ab exteris, tum ab indigenis ipſius patrocinium imploretur, & Deus ob eiuſmodi merita, preces exaudiat, mirabiliaque frequenter operetur. §.5.

B. Mariæ Lorienæ, Virgin. [e]] Admodùm Pacifica extitit: cuius abſtinentia, ſilentium magnum, aliaque charitatis opera, fuere ingentia atque eximia; florebat circa ann. 1530. apud Monaſterium S. Catharinæ Virgin. Cæſarauguſtæ, quod eſt 1. Prouinciæ Arragoniæ. Iuxta Gonzagam part. 3. Origin. Seraphic. Religion. Barezaum part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 25. Valerium, ſup lib. 8. cap. 47. VVadinghum Tom. 1. ſup. ad ann. Chriſti 1134. §. 8. Martyrologium Franciſcanum, hac die, & Annotationes ad ipſum. §.6.

B. Annæ de Ieſu. [f]] Nobili genere naſcitur in Extrema-Dura, Hiſpaniæ Prouincia, ea illuſtri familia *de Lobera*; quæ decimo ſuæ ætatis anno; Chriſtum ſibi eligens ſponſum, Virginitatem ſuam illi conſecrauit: à quo tempore, modeſtè induta, Palentiæ, infirmorum ſeruitio, apud hoſpitale incolarum ſe dedit. Annos verò nata 24. habitum Carmelitarum ſumpſit de manu S. Thereſiæ, Virg. quam & ſecum Salamancam duxit ann. 1570. pro fundatione Monaſterij ſui inſtituti: exindè Madritum ablegata, ſimili de cauſa; magno cum plauſu ab omnibus excipitur. Poſtea, autem, Catharina Aurelianenſis, ea Illuſtriſſima Longavillæa gente Heroina, ſummo pietatis affectu cupiens, Carmelitas Virgines, iuxta Ipſius S. Tereſiæ Reformationem, in Gallia, habere, ſub auſpicijs Regis Henrici 4. anno 1604. curauit, vt ipſa cum ſocijs quinque primo Lutetiam veniret: indeque ad alia loca ſe conferret. Et ita hæc Chriſti dilecta famula, tanti Ordinis, noſtra ætate in Gallia, & Neuſtria inſtauratrix; Bruxellis tandem, hac die, anno 1621. curſum peregrinationis fœliciter expleuit. Cuius piæ operæ, monimento ſunt, Pariſijs, Pontæſiæ, Ambianis, Toronibus, Diuioni, &c. Sanctiſſima ſacrarum aſcetarum huius inſti-

ruit

tuti, quorum fundamenta fecit, Monasteria; Beatitudinis verò pro meritis adeptæ, miracula, quæ ad sepulchrum eius crebrescunt, clara suppeditant testimonia. Ita Arnoldus Raysse in Auctario ad Natales SS. Belgij Molani. Myræus in Fastis Belgicis, & Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, Ludouicus Iacob. in Bibliotheca Mulier. Scientia Illustrior. Hilarion à Costa Tom. 2. vitar. ceu Elogior. Dominar. Illustr. pag 814. & seq. in ea part. 8. Angelus Manriquez in vita eius.

TERTIO NONAS MARTII.

NOLÆ in Campaniæ, [a] Sanctæ Therasiæ, Beati Paulini Nolani, vxoris, vita & virtutibus illustris. In Thebayde Ægypti, prope Tabennam Nili insulam, Sanctæ [b] Isidoræ, Virginis; quæ humilitatis amantissima, & obedientiæ ac patientiæ sectatrix perfecta, partisque vberrimis iustitiæ lucris, fœliciter in cœlum conscendit. In Suecia, Beatæ [c] Anonymæ, Priorissæ Ordinis Prædicatorum; quæ in munere administrando, præclarè se gerens, multis gratiæ donis refulsit. In Campidona, Diœcesis Constantiensis, ad Rhenum, circa Athesim fluuium: Beatarum [d] Margaritæ & Annæ, Sororum Virginum: quæ Christo Sponso, instanter adhærentes, vitam raræ pietatis ac perfectionis insignijs admodum decorarunt. In Italia, Beatæ [e] Isabellæ Losæ, viduæ, Tertiariæ Clarissæ; scientia, & misericordiæ operibus, ac charitate in pauperes valdè eminentis. Traiecti ad Mosam, in Ecclesia Collegiata Sancti Seruatij, Inuentio [f] & Eleuatio Beatæ Landradæ, Virginis, & aliorum, iussu diuinæ vocis facta.

MARTII V.

†§.1. *Sancta Therasia.* [a]] Vxor erat S. Paulini, antequam ad Episcopatum assumeretur: qui vnà cum Therasia coniuge, amplissimo patrimonio in pauperes erogato, Monasticæ vitæ institutum arripiens, vrbe admirante, in Nolanum agrum secessit, anno Christi 394. vbi factus Episcopus, vixit cum ea castissimè: vti constat ex eius Epistolis, quibus eam semper vocat sororem amantissimam; quod minùs arridens Ausonio, in Therasiam calamum strinxit: ex quibus tamen coniicere liquet, quàm eximiæ sanctitatis fœmina fuerit, cùm ab ipso Ausonio creditum sit, ab ipsa Paulinum ad sanctiorem vitam excolendam fuisse perductum. Vide Baronium Tom. 4. Annal. Eccles. ad ann. 394. §. 72. & 83. ac vitam S. Paulini ex recenti editione, ann. 1622. operum ipsius D. Paulini, Biuarium Commentar. 1. ad Pseudochronicon Flauij Lucij Dextri ad ann. 396. Simonem Martinum, & alios in vita S. Paulini 22. Iunij.

†§.1. *S. Isidora, Virgin.* [b]] Hæc Virgo Tabennesiotissa (*Emma* etiam quandoque vocitata) ita pro simplici se gessit, vt eo nomine maximam apud Deum gratiam conciliaret; qui ipsemet sapientiam Virginis, & sanctitatem Pitirioni ascetæ sanctissimo aperuit, cùm hanc etiam ipso sanctiorem pronuntiaret: cùm tamen ipsa, vilibus totius Monasterij exercitijs se mancipare, omnium pedibus sesubijceret, pareret cunctis, vltrò fatuam se simulans: sed agnita ex corona, seu diademate, in capite eius apparente: Rem totam stylograui referunt. Palladius lib. 8. vitar. Patrum cap. 42. & 48. Pelagius ibid. lib. 5. libello 18. cap. 19. Heraclidis Paradisus cap. 21. in Appendice ad vitas Patrum apud Rosweydum. Raderus part. 2. Viridarij Sanctor. cap. 3. ex MS. Codic. Græco.

B. Anonyma. [b]] Mira de ea Christi famula referuntur: sed præstat audire B. Thomam Cantipratanum, lib. 2. Apum cap. 24. §. 2. sic loquentem. *In Prouincia Suecia, Priorissam Ordinis Prædicatorum, nuper fuisse, fratrum narratione percepimus: quæ in sancto & perfecto regimine subditarum, membris omnibus fatigata, & contracta iacebat. Priorem ergò Turicensem Fratrum Prædicatorum, qui sororibus præerat, occultè priorissa demandans, rogat cum lachrymis se absolui, maximè cùm eum super hoc diu ante rogauerat, cùm adhuc sanior esset atque valitior, modò verò ita contracta esset, vt nullum membrum, præter linguam, mouere valeret. Motus autem Prior lachrymis & inualitudine deprecantis, dixit eam absoluere voluisset; totus Conuentus ad Prioris pedes prostratus, rogat, vberrimè plorans, ne absolueret eam à Prioratu: quia se ad obediendum illi Conuentus paratum spondet, quamdiu vocem ad verba formanda, in præceptis & exhortationibus Ordinis extollere præualeret. Hæc videns Prior, & multùm consolatus, & ædificatus sororum verbis: Priorissam eis cum tali inualitudine dereliquit. Deputantur ergò illi sorores quatuor, quæ cibent eam, & componant, ac vertant in lectulo, portentque ad Conuentum, cùm Capitulum esset tenendum. Audit illa culpas, & corrigit, exhortatur singulas ad Ordinem seruandum: ordinat & negotia Monasterij, nec in aliquo deperit per eam vlli prouidentia spiritualis, vel etiam corporalis. Nec diu postquam in tali defectu à Priore relicta est, laboribus compassa sororum, quæ eam benignissimè pertractabant: Conuentu, quodam die in refectorio comedente, fecit se ante Altare, in Ecclesiam deportari. Secedentibus ergò sororibus, eleuato vultu ad Corpus Christi in piscide, cum lachrymis, dixit: Tempus est, Domine, vt onere prælationis absoluar,*

& corpore Sed quia placet tibi sic, vt qualiscumque adhuc gemam, & laborem sub onere: Rogo te per tuam misericordiam, atque bonitatem, vt sororum mearum laboribus parcas, & corpus meum sanitati restituas; vel tibi placeat, vt prorsùs absoluar. Mira res! Ad hac proximis verba, mulier exiliuit in pedes, & sororum (conuenitus a refectorio cum decantatione Psalmi, Miserere mei Deus, *subitò venienti obuia, cùm præ admiratione sorores fugere vellent, inclamat, dicens: Priorissa vestra ego sum, nolite fugere. Mox igitur sorores mutata gratiarum actione, pro Psalmo, Hymnum.* Te Deum laudamus, *precedentes in Ecclesiam decantauerunt.*

§. 3. *BB. Margarita, &c.* [c]] Hæ de Rusticano quidem genere natæ, sed nobiles virtute, si morum bonitas pensatur, extiterunt. Prior, Virginitatem Deo in tenella ætate, Diuinitùs inspirata, dedicauit. Naturali autem ingenio, pulchra facie, & dotibus gratuitis relucebat. Existens autem nubilis, persecutiones plurimas sustinuit à quodam viro nobili, & ita frequentes, adeò, vt quadam vice, nisi Diuinitùs adiuta fuisset, per fugam loci, ab apparitoribus missis, capta fuisset. Dum igitur elapsa, Deo ex corde inseruiret, Virgo sancta, tempestatem lapidosam multos necaturam auertit sua oratione, & imaginis Christi Crucifixi oppositione. Iunior, soror, Anna, tantæ simplicitatis Virgo fuit, in his quæ ad mundum spectant vt vix sibi parem habere videretur, in his autem, quæ ad Deum pertinebant, & quicquid de necessitate ad veri Christiani rudimenta attinet, vt de oratione Dominica, de Symbolo Apostolorum, de Decalogo, & similibus, nihil eam latebat: quia velut mundum animal, pectus Virgineum talia die ac nocte, ruminabat. Ambæ postmodum in oppidum Imperiale, quod *Campidona* dicitur, vt facilius ibi pabulo Diuini verbi, in prædicationibus saginarentur, cum suis vtensilibus intrauerunt; & ibi primùm, senior, iam omnium ferè tentationum genere probata, nutrix, mater spiritualis, & genitrix facta est multarum Virginum; sicque prius febre correpta, tandem sanctè sumptis omnibus Ecclesiasticis Sacramentis, ad Dominum fœliciter migrauit. Deindè, iunior, sed iam facta grandæua, pari modo, vitæ finem conclusit. Iuxta Ioann. Nyder lib. 4. Formicarij cap. 5.

B. Isabella-Losa, Vidua. [d]] E Corduba oriunda erat, litteris Latinis, Græcis, & Hebraïcis apprimè exculta, necnon in Theologia optimè versata: quæ marito orbata, habitum S. Claræ induit, & parentibus illustrissimis posthabitis, opibusque ingentibus abdicatis, patriaue pro Christi derelicta amore, totam (nulla à se interim Christianæ benignitatis prætermissa actione) in sua paupertate, peragrauit Italiam, vbi complures egentibus construxit ædes. Obijt tandem sanctissimè pijs plena operibus, hac die, in eo Hospitali à se fundato, sub Titulo B. Mariæ Virginis Lauretanæ. Hæc, post alios, ex Martyrologio Franciscano, hac die, & Annotationibus ad illud. Francisco Augustino *D'Ella Chiesa*, Salutiarum Episcopo, in Theatro Mulierum litteris illustr. Hilarione à Costa, Tom. 2. vitar. & Elogior. Heroinar. illustrior. part. 8. in ea pag. 718. & 719. recentior. edition. §. 4.

Translatio S. Landrada. [e]] Illius meminit Molanus in indiculo SS. Belgij, vbi de B. Iuliano, Sancti Landoaldi, Archipresbyteri Tungrensis discipulo, agit, ex relatione Notgeri, Leodiensis Episcopi. *Scribit eum* (inquit) *& simul Landradam Virginem, ac Adrianum Martyrem: iussu Diuina visionis, eleuatos esse, per Saraberum Presbyterum, ex luto & Cisternis, quibus, ob Normanicam vastationem, fuerant inclusi. Reperta sunt etiam in Cisternis nomina eorum ex prompta, in Breuiculis. In hac autem Translatione, qua facta est tertio nonas Martij, Sigeburgis, Hydropica, matrona, sospitatem recepit.* Hæc Molanus, quem sequitur Saussayus; in Martyrologio Gallicano, hac die: & hæc fuit prima Translatio, De qua Chapeauillus Tomo primo Historiar. Leodiens. in notis ad Anselmum. De Gestis Episcopor. Leodiens. sub Sancto Lamberto vigesimo nono Episcopo capite decimo & Apud Surium Tomo tertio in Actis Sancti Lodoaldi decimonono Martij. Bosius Tomo secundo de Signis Eccles. libro decimo quinto capite septimo. §. 5.

PRIDIE NONAS MARTII.

NICOMEDIÆ, Natalis Sanctæ [a] Bassæ, Martyris; quæ vnà cum Sanctis Claudiano, viro eius, Victore & Victorino, per triennium, tormentis multis afflicta, & retrusa in carcerem, ibidem vitæ suæ cursum impleuit. Dormancestriæ, non procul à Monasterio Perri-Burgensi, Sanctarum Virginum, [b] Kinneburgæ, Reginæ Abbatissæ, & Kinisvidæ, Sororum, Ordinis Benedictini. Poundunii in Germania, Beatæ [c] Annæ, Abbatissæ, Ordinis Cistertiensis: quæ præclarissimarum virtutum gloria, longè lateque coruscans, mentis puritate, & corporis castitate, Christo mirificè placuit, & Sacris Virginibus suo exemplo, viam ad cœlos præostendit. Pragæ in Bohemia, Beatæ [d] Agnetis, Virginis, Regis Bohemorum filiæ, quæ spretis Regalibus oblectamentis, Monasticam Clarissarum Regulam professa est, & paupertate, pudicitia, ac signis emicans, cucurrit ad Christum sponsum. Apud Gandauum in Flandria, Beatæ [e] Colettæ Boylettæ, Virginis, Ordinis Sanctæ

Claræ Virginis Reformatricis: quæ Diuinis exornata virtutibus innumeris claruit miraculis. Tolosæ, Beatæ [f] Anonymæ, viduæ, fœminæ. pietate ac sanctis moribus gloriosæ. Santillanæ in Asturibus, Translatio [g] Sanctæ Iulianæ Virginis & Martyris.

MARTII VI.

§. 1. SAncta Basa, Martyr. [a]] Agunt de his Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac diè, Baronius ibid. in notis, Petrus de Na.alib. lib. 3. Catalog. SS. cap. 180. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Nicomedia.*

§. 2. *SS. Kineburga, Regin.* [b]] Filiæ erant Pendæ, Merciorum Regis, ambæ sancta continentia præcellentes. Nam Kineburga primum matrimonjo iuncta est Alfredo Nordamhumbrorum Regi, in quo statu miros in pietate egit progressus. Egeni, pauperes, afflicti, quasi matrem semper sensere; neque vlla est ferè piæ & illustris fœminæ laus, à qua illa esset vacua. Quæ verò ad Deum, & Diuina attinebant, ea certè singulari quadam cura ac diligentia exequebatur. Verùm vt ea liberius & vberius præstaret, ad vitam Monasticam aspirans, nonquam cessauit Regi Alfrido, marito suo, negotium facessere, donec vincendi suo arbitrio potestatem daret; sicque ex ipsius Regis consensu; virgo intacta permansit, & ad Monasterium *Dormundcaster*, quod sibi; & alijs virginibus pararat, secessit: vbi nonis ac maximis, copiosisque refulgens virtutibus, eidem loco Abbatissa præficitur, sanctissimæque vitæ cursu expleto, ad beatas sedes commigrauit. Sancta verò Kiniswida, Virgo, eius soror, sic Virginitatis amore ferebatur. vt Offæ, Regis Orientalium Anglorum nuptias, pro Christo, contempserit; & sub sorore sua, virtutibus omnibus adornata, vltrò reliquum vitæ in eodem Monasterio sanctè peregit. Ita Beda lib. 3. cap. 21. Malmesburiensis lib. 1. de Gestis Reg. Anglor. cap. 4. & lib. 4. de Pontificib. Anglor. §. de Episcopis Dorcestrensibus, Huntindoniensis. lib. 3. Ranulphus Cicestrensis lib. 5. cap. 18. Ingulfus in Histor. Croylandensi. Westmonasteriensis ann. 705. Ioannes Capgrauius in Catalog. SS. Angliæ. Harpsfeldius in Histor. Eccles. Anglic. sæcul. 7. cap. 25. Marianus in Chronico, ann. 618. Polydorus lib. 4. Chronic. Britan. fol. 398. Wion lib. 4. ligni vitæ cap. 14. & 18. Polychronic. lib. 6. cap. 18. Eduardus Maihew. Tom. 1. Trophæor. Congregation. Anglic. Benedictin. ad Natales SS. hac die. Bucklandius in vita earum. Ferrarius in Catalog. SS. Generali, ead. die, ex Martyrolog. Anglic. Menardus in Martyrolog. Benedictin. die præcedenti, & lib. 2. Obseruation. ad illud, porro S. Kineburga, dicta est etiam, *Cymburga*, *Kenedreda*, & *Kinesdrida*, sic & B. Kiniswida, *Kineswitha.*

§. 3. *B. Anna, Abbatiss.* [c]] Fuit nobilis Virgo de *Franckenoffen*, sanctitatis titulo illustris: Electa Abbatissa, ann. 1232. præfuit Virginibus Povndunij, post obitum B. Tudechæ, cùm adhuc in monte Pussio, morarentur: obijtque ann. 1244. De ea meminerunt, Tabulæ Ecclesiæ Pvndunensis; Gaspar Bruschius in Chronologia Monasterior. Germaniæ. Henriquez in Menologio Cisterciensi: hac die.

B. Agnetis, Virgin. [d]] Parentes habuit Primislaum Ottogarum, seu Offischgarum, Bohemiæ Regem, & Constantiam Hungaram; seu Arragoniam; in Trebnicensi Monasterio assueta pijs exercitijs, ieiunijs, eleemosynis, orationibus, &c. respuit Friderici 2. Cæsaris, & Henrici 3. Angliæ Regis, nuptias; indèque benedictione priùs obtenta pontificia, accersitis fratribus Minoritis, fit Monialis Clarissa, circa ann. 1234. Patre paulò post decedente, & succedente in Regnum, fratre Venceslao, patrimonium sibi à parente relictum in pios vsus distribuit, & Pragæ Monasterium extruxit pro se, & consodalibus: quod summus Pont. Gregorius 9. confirmauit, factumque opus mirè commendauit. Maximè quando audiuit eam omnibus renuntiasse possessionibus ac diuitijs, an. 1238. paupertatemque ad instar S. Claræ, Virginis Assisiatis amplexam fuisse. Porrò, ibidem pientissima, Agnes, vitæ finem posuit anno 1283. hac die, eadem hora, qua Christus expirauit, magna cum claritate, suauissimo odore, & omnium lachrymis; atque in Templo Pragensi B. Mariæ Virgin. in quo frequens orabat, sepulta est: præclara circa infirmos & mortuos exhibens miracula. Hanc commemorant Martyrologium Franciscanum hac die, & Annotationes ad ipsum. Pisanus lib 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de secundo Ordine Minor. Firmamentum trium Ordinum part. 2. Tract. de Illustrior. viris ac fœmin. huiusce Ordin. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in BB. sanctimonial. 2. Ordin. Minor. Tossinianus lib. 1. Histor. Saraphic. Marianus lib. 3. cap. 9. Æneas Syluius lib. 27. Histor. Bohem. Bonfinius Decad. 2. lib. 1. Pontanus lib. 2. Bohemiæ piæ pag. 22. Dubradius lib. 15. 16. & 17. Histor. Bohemiæ, & alij complures citati in præfatis Annotationibus. Crantzius lib. 7. Metropolis Saxon. cap. 48. §. 4.

B. Coletta, Virgin. [e]] Orriunda erat ex Corbeia Gallica, in Picardia, Diœcesis Ambianensis; §. 5. Ordinemque S. Claræ professa, primùm, Bisuntinum, in Comitatu Burgundiæ, postea varijs in Galliæ locis, illa huiusce Ordinis cœnobia, à natiuo instituto nonnihil aberrantia, suis monitis & exemplis reformauit, atque in pristinum sacræ Regulæ nitorem restituit. Salutis verò proximorum cupidissima, mira benignitatis in pauperes, charitatis in omnes, opera edidit; atque vitæ decursum in Dei obsequio, lucrandarumque animarum studio consummauit: austeritate rigidissima, deuotione feruentissima, humilitate insignis, castitate præcellens, denique omni virtute perfecta, reuelationibus etiam, ac miraculis illustris. Post claros de carne, mundo & Dæmone, adeptos triumphos, suaui somno quiescens, læta de via ad patriam. de mortali consortio ad societatem sanctorum, æternamque fœlicitatem hac die, migrauit ann. 1447. in Bethlehem, cœnobio Gandauensi, vbi hodièque sacrum eius corpus incorruptum magna veneratione adseruatur.

ſacraque eius memoria celebri officio colitur, ex Clementis 8. Pap. Apoſtolico indulto: quod Paolus V. Gregorius XV. & Vrbanus VIII. ad vberiorem B. Virgin. honorem, ad alia eiuſdem Ordinis cœnobia extenderunt. De ea agunt, Molanus in Additionibus, & Annotationibus, ad Vſuard. item in indiculo SS. Belgij. Myræus in Faſtis Belgic. & Burgund. Ferrarius in Catalogo Generali SS. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano. Balinghen, in Calendario Virgin. Mariæ; Martyrologium Franciſcanom, hac die. Præclara eius facinora litteris conſignarunt. Petrus de Annalibus. Olioerius de Langhe, Srephanos, Iuliacus, Surius, Moſaoder, Lippelous, Haræus, Doubletus, Foderetus, Henricus à Vallibus, Gazetus, Clichtoueus, Michael Notel, Simon Martinus, Eligius Eucharius, Thielmans, Gonoous, Sanderus, S. Abbaoillæus Capucinus, & alij in vita eius; quos reperies in Annotationibus ad Martyrolog. Franciſcan.

§. 6. *B. Anonyma, vidua.* [f]] Apud Aquitanos celebris habetur memoria huiuſce Dei famulæ, Tertiariæ Ordiois Minimor. cognomento, *de Caſtaignac, de Seucellys*; quæ poſt amiſſum maritum totam ſe ad Deum conuertit; maccrationibus corporis intendens, in ſpiritualium librorum lectione aſſidua, io oratione pernoctans, ad obedientiam paratiſſima, zelo animarum exæſtuans, verbo & opere omnibus proficiens; quæ parem vitæ finem conſecuta optimæ famæ odorem per eam Prouinciam reſperſit, ac reliquit haud paruam de ſe ſanctitatis opinionem: hac die, in cœlum tranſiens. anno 1623. ſepolturam nacta in cœmeterio ad S. Rochi propè Toloſam. Teſte Lanouio in Chronico Generali Ordio. Minimor. ad ann. Chriſti 1623. §. 25. & in Appendice 4. ad illud hac die.

Tranſlatio S. Iuliana. [g]] Ita Ferrarius in Cata- §. 7. logo Generali Sanctorum, hac die, ex Ioanne Marietta, lib. 4. de Sanctis Hiſpaniæ: illius meminit Cardoſos io Agiologio Luſitano, & in Commentario ad illud ſub 16. Februar. quam vult euenisse 28. Iunij. Ioannes Tamayo in Martyrologio Hiſpano, hac die.

NONIS MARTII.

TVBVRBI in Mauritania, Natalis Sanctarum Martyrum [a] Perpetuæ & Fœlicitatis: quæ cùm eſſet prægnans (vt Sanctus Auguſtinus ait) expectata, iuxta leges, vt pareret: dùm parturiebat dolebat; obiecta feris gaudebat, ſub Seuero Principe. Romæ, Sanctæ [b] Probæ, Virginis præclariſſimæ; quæ ſuis Heroicis virtutibus vrbi & orbi inſigniter eluxit. Lauduni, in Monaſterio Sancti Ioannis, Ordinis Benedictini, Sanctæ [c] Odilæ, Beatæ Salabergæ diſcipulæ, magnæ pietatis ac virtutibus fœminæ. Gienni in Hiſpania, Beatæ [d] Mariæ à Gratia, Virginis Clariſſæ; Religione atque vitæ ſanctimonia conſpicuæ. Ferrariæ, Beatæ [e] Ceciliæ, Monialis Dominicanæ; quæ ob Regularem Obſeruantiam ſæpius Prioriſſæ munus exercuit, ſanctæque ſollicitudinis copioſis ditata meritis, coronam iuſtitiæ à Domino fœliciter accepit. Apud Diezzenſe cœnobium in Territorio Auguſtano, Beatæ [f] Kunegundæ, viduæ, inſignis ſanctitatis fama celebris. In Territorio Gandauenſi, apud Monaſterium Sancti Bauonis, Tranſlatio, Sanctæ [g] Landradæ, Virginis Abbatiſſæ.

MARTII VII.

§. 1. *SAnctarum Perpetua, &c. Martyr.* [a]] Harum meminit Tertullianus lib. de Anima cap. 55. de inferis. S. Auguſtinus frequenter de Origine Animæ, ad Vincentium, lib. 3. cap. 9. & lib. 4. cap. 18. item ad Renatum, lib. 1. cap. 10. item in pſal. 47. verſus fin. ac denique Tractatu de Tempore Barbarico, qui eſt quintus, de Diocrſis, cap. 5. & ſermon. de Cultura agri, cap. 4. Poſſidius in indiculo teſtatur S. Auguſtinom tres Tractatus habuiſſe in harum Martyrum die natali. Nec mirum; poſita quippe erant harum ſacra corpora Carthagine, in maiori Baſilica, vt Auctor eſt Victor, Epiſcopus Vticenſis, lib. 1. de perſecutione Wandalic. præterea de eis agunt, Beda, Vſuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die. & Baronius ibid. in notis, ac Tom. 2. Annal. Eccleſ. ad ann. 205. Petrus de Natalib. lib. 3. Catalog. SS. cap. 182. Bergomas de Claris Mulieribus cap. 82. in fio. & lib. 8. Supplementi Chronic. ad ann. Chriſti 210. Weſtmonaſterienſis ad ann. 102. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Tuburbus.* Surius, Foderetus, Gazetus, Doubletus, Haræus, Simon Martinus, Ribadeneira &c. hac die, io vita earum Pancirola io Theſauro vrbis Romæ, Regione 2. Eccleſia 36. Schedel ſexta mundi ætate fol. 114.

S. Proba, Virgin. [b]] Soror fuit S. Gallæ, viduæ. §. 2. (de qua infra, ad 6. April. & 5. Octobr.) pro vt diſcimus, ex Epiſtola S. Fulgentij, Epiſcopi, ad ipſam D. Gallam: cùm eiuſdem ſanctiſſimæ Virginis virtutes laudat. hiſce verbis. *Diſponimus enim (ſi Dominus voluerit, & ſi vixerimus) ad ſororem tuam ſanctam Chriſti Virginem, Probam, quam Dominus,*

hac

*hoc tempore, præcipuum in vrbe Roma dare dignatus est
Virginitatis & humilitatis exemplar, de ieiunio &
oratione aliquid scribere; sicut in Epistola, quam ad
eam nuper dedi, mea pollicitatio continetur, cuius tibi
præcipuè sancta conuersatio est in omnibus imitanda.
Quæ cum sit Auis, Atauisque Consulibus, & delicijs
regalibus enutrita, tanta est humilitas dono gratiæ cæ-
lestis infusa, vt amore subiectionis, & vsu seruiendi,
Dominam se aliquando fuisse se nesciat: cùm omnes Do-
minos habere delectatione sanctæ seruitutis affectet. Scit
enim à Domino, cui Virginitatem vouit, & cordis &
corporis, pro liberatione nostra humilitatem formæ ser-
uilis acceptam; & ob hoc delectatur sponso, in huius ser-
uitutis humilitate placere: vt consortio quinque sapien-
tum virginum deputata, cum sponso possit in æterna ala-
critate regnare. Delicias verò corporis quanta virtute
contempserit, & quomodo suam famem satiandis faciat
deseruiret pauperibus: nec ob aliud ipsa vilibus tega-
tur indumentis, nisi vt & humilitatis propositum im-
pleat, & vestiendis pauperibus, ingem curam sanctæ
pietatis impendat; plenius ipsa videndo cognosces, quàm
id à me velis audire, quod minùs possum sermonibus ex-
plicare. Hanc ergo tibi tanquam speculum pone; & ex
illius consideratione, quid tibi iam insit, vel quid adhuc
desit, sanctorum studiorum; operumque cognosce; &
licet illa egregio præcellat Virginitatis munere, comitem
te debet in cæteris habere virtutibus.* Meminit huius
quoque Probæ præclarissimæ Virginis Cassiodorus,
de Diuinis Lectionib. cap. 23. quam sibi sanguine
propinquam fuisse tradit. Baronius Tom. 6. Annal.
Ecclesi. ad ann. Christi 504. §. 56. & 57. Pancirola in
Thesauro vrbis Romæ Regione 7. Ecclesia 7.

† §. 3. *S. Odila.* [c]] Inter cæteras nobilium Sicambro-
rum fœminas, nobilitate & ingenio naturæ bono ip-
sa pollebat, quæ & pridem à Sancto Waldeberto.
Abbate Luxouiensi, Christiani vigoris insignia, &
salubre acceperat antidotum; consilio accepto cum
Regali viro suo, illustri Luduino-Bodone. Mona-
chismum amplectente, postpositis sæculi vanitati-
bus, ad Dominum conuersa est; rebusque suis Mo-
nasterijs collatis, ad B. Salabergam, Laudunum
properauit. Vbi Christi schemate suscepto, sacra-
rum Virginum se choro coniungens, & sub obedien-
tiæ tenore, vitam beatam degens, spiritum, cui om-
nia debentur, sanctissimè reddidit. Ita Author Ano-
nymus. Io vita S. Salabergæ cap. 9. qui extat inter
Additamenta ad Guiberti Abbatis Nouigenti ope-
ra, per Lucam Acherium. Simon Martinus Tom.
2. florum solitudinis ibid. 22. Septemb. in vita S.
Salabergæ.

§. 4. *B. Maria, Virgin.* [d]] Hæc pijssima Virgo, vi-
tam cum morte in æternum victura, anno Domini
1530. commutauit; quæ ob vitæ asperitatem, cæte-
rasque virtutes, quas in mortali adhuc carne induta,
mirum in modum coluit, à cæteris religiosis Deo
chara, verèque Beata existimatur. De ea Martyro-
logium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad
illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion.
in Monasterio S. Claræ Giennensi, quod est 3. Pro-
uinc. Granatensi. Barrezzus part. 4. Chronic. Mi-
nor. lib. 1. cap. 61. & Wadinghus Tom. 4. Annal.
Minor. ad ann. 1371. §. 32.

B. Cæcilia. [e]] Ingenti sanctitate exornata fuit, † §. 5.
optimique exempli speculum. Adhuc in sæculo de-
gens, iuncta fuit matrimonio nobili viro; sed ex mu-
tuo consensu, ad vitam Religiosam inducti, ipsa
Monasterium S. Catharinæ Virginis, apud Ferra-
riam, Ordinis Dominicani intrauit, in quo per tri-
ginta annos, reliquum vitæ peregit, magna cum lau-
de, ac virtutum exercitio. Ieiunium cibus eius erat,
& oratio iuge illius negotium; corpus asperitatibus
spiritui subijciebat, & mentem sui despicientia, ac
omnimoda resignatione diuinæ voluntati impingua-
bat. Regularis obseruantiæ, ac monasticæ discipli-
næ zelo flagrans: ter priorissæ munere functa est;
claruit etiam miraculis post obitum. Scribit de ea Se-
raphinus Razzius part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordi-
nis Prædicator. in Actis eius, & Bosius Tom. 1. de
signis Ecclesi. lib. 12. cap. 23. & Tom. 2. lib. 15.
cap. 5.

B. Kunegunda, vidua. [f]] Vulgò *Cunissa* dicitur, §. 6.
Nobilissimo Dynasta Conrado, Comite Oeningen-
si ad lacum Acronianum oriunda; Friderico 2. An-
decensi comiti nupta, quæ post mariti in peregrina-
tione Hierosolymitana defuncti mortem, & Dotem
suam, & quicquid opum possedit, Christo conse-
crauit, modica sibi ad vitam tuendam portione re-
tenta: cœnobij Canonicorum Regularium Ordinis
S. Augustini, Diessensis oppidi, in honorem S. Ste-
phani fundatrix extitit: ibidemque vitam sanctissi-
mam traduxit, in cellula iuxta Ecclesiam sibi com-
parata: vbi, nonis Martij diem extremum agens ann.
1010. sepulta fuit. Vide Raderum in Bauaria pia,
ex Chronic. MS. Diessens. & alijs.

Translatio S. Landrada. [g]] Hæc fuit 2. Transla- §. 7.
tio: cuius meminit Molanus in indiculo SS. Belgij:
inquiens, -- *Cuius corpus sacrum, Lamberti opera,
in Wintershouen cœnobij S. Bauonis possessione, sepeli-
tur: eleuatum post annos aliquot, nonis Martij, ac
deinde anno 980. cum Landoaldi, Adriani Marty-
ris, & Sociorum, sacris Reliquijs, ad D. Bauonis Ec-
clesiam, est translatum.* De ea Sigebertus & Meye-
rus ann. 980. Chapeauillus Tom. 1. Histor. Leo-
diens. in Annotationib. ad Anselmum de Episcopis
Leodiens. cap. 10. VVion lib. 4. Ligni vitæ, cap.
28. Surius in Actis S. Landoaldi Archipræsbyteri
19. Martij.

OCTAVO IDVS MARTII.

HIEROSOLYMIS, Desponsatio [a] Sanctissimæ & Immaculatæ Virginis Deiparæ, Mariæ, cum Beatissimo Iosepho. In Africa, Sanctarum Hereniæ, [b] & Fœlicitatis, Martyrum. Thessalonicæ, in Macedonia, Sanctæ [c] Cleopatroniæ, Virginis, Daciani filiæ. Apud Rubiacense Monasterium, Ordinis Benedictini, Diœcesis Claromontanæ, Sanctæ [d] Sacræ, multis diuinæ maiestatis insignijs claræ. Placentiæ, Beatæ [e] Carentiæ, Virginis, Ordinis Cistertiensis: genere, virtute, ac Religione illustris. Apud Holgense Monasterium eiusdem instituti, propè Burgos in Hispania Tarraconensi, Beatæ [f] Berengariæ, Regis Legionis filiæ, quæ in magna sanctitate vitam finiuit. Platææ in Sicilia, Beatæ [g] Margaretæ Calaxibettæ, Virginis Minoritæ: Spiritu Prophetico, & virtutibus insignis.

MARTII VIII.

§. 1. DEsponsatio, &c. [a]] In plerisque Ecclesijs, non solùm parœchialibus, & Collegiatis, vel Abbatialibus, sed etiam Cathedralibus & Metropolitanis ex deuotione fidelium celebratur: licet varijs diebus 23. Ianuarij. vel 22. Decembr. hac die autem apud Religiosos Ordinis seruorum B. Mariæ & in nostro Ordine Franciscano, tanquam festum sibi peculiare: vti sancitum legitur, in capitulo generali totius Ordinis Minor. Mantuæ, anno 1541. habito: quod rursus confirmatum fuit in capitulo generali Vallisoleti celebrato anno 1565. ex concessione Pauli 3. anno 1537. Nam cùm ipsa Beatissima Virgo iam annos vndecim in Templo piè sanctèque transegisset & proindè iam ætatis annum 14. compleuisset (trium enim erat annorum, & trium ferè mensium, cùm in templo præsentaretur) visum est Sacerdotibus, non esse eam vlterius in templo relinquendam, sed viro, seu adolescenti alicui eiusdem tribus & stirpis coniugio sociandam. Summo autem Sacerdoti fuerat cœlitùs reuelatum, vt omnes de tribu Iuda, adferrent virgas ligneas, & tunc manifestaretur, cui desponsanda esset: B. Ioseph itaque cum suis consanguineis venit in templum, ob Imperium summi Pontificis, Virgam siccam portans, videntibus cunctis, sacerdotique eam offert, quam postea ab illo recipiens, statim florida apparuit, virentibus folijs. Hinc Pontifex cœlesti ductus oraculo, Virga florentis Ioseph viso miraculo, atque columbæ apparentis indicio, iubet Virginem Mariam tradi Ioseph connubio, vt impleretur Diuina dispensatio. Ità ex S. Germano Patriarcha Constantinopolitano oration. de Præsentat. B. Mariæ Virg. Cedreno. in compendio Histor. ad ann. 48. August. Imperat. Hugone Farsito, S. Antonino, & alijs recentiorib. Apud Coluenerium Tom. 1. Calendarij Virg. Mariæ 23. Ianuarij & 8. Martij, Martyrologium Franciscanum hac die 8. Martij, &c. Cùm autem apud Gallos vsu ferè exoleuisset, id Antonia à *Borbonio*, Guysiæ Ducissa, eximiæ pietatis Heroina, pristinum ad cultum statuit reuocari; deuotioni eius suffragante, Petro *Aurato*. Ordin Prædicator. Theologo Parisiensi, qui ex sacris scripturis, & priscis religionis monimentis, ipsius festi officium concinnauit: votoque solemni dedicauit Paulo 3. Pont. Maximo, à quo festum ipsum cum officio eiusdem Apostolicâ authoritate, fuit approbatum, ann. 1546. & cunctis recitandum indultum.

§. 2. *SS. Herenæ, &c. Martyr.* [b]] Memorantur à Beda, & Martyrologio Romano, hac die, Baronio ibid. in notis; consentiuntque vetera manuscripta.

§. 3. *S. Cleopatroniæ, Virgin.* [c]] Scribit de ea Ferrarius in Catalogo Generali, sanctor. hac die, ex Canisio. Illius meminit Monbritius Tom. 2. in vita S. Iuuentij Præsbyteri 12. Septemb.

§. 4. † *S. Sacra.* [d]] Huius venerabile corpus conditum quiescit, in Ecclesia Monasterij Rubiacensis, Claromonte Aruernorum, ante altare S. Genouefæ; iuxta Saussayum in Appendice ad Martyrolog. Gallican. ex Sauarone lib. 2. Origin. Claromontan. §. 9.

§. 5. † *B. Carentia, Virgin.* [e]] Ex illustri Vicecomitum familia, Humberto Vice-comiti, (qui post Gregorius 10. dictus,) necessitudine sanguinis coniunctas trahens originem: sexdecim annos nata, & bonis naturæ, fortunæque exornata; caduca omnia & nociua æternis reputans, ac Christum sponsum, atque B. Francham, magistram eligens, Placentiæ ad S. Syri Monasterium, Ordinis Benedictini, Diuina id sapientia disponente, properauit, ann. 1212. Tum verò B. Francha, haud dubiè à Deo missam Virginem credens, Cistertium illi in primis, dein condendum Monasterium, ex propria dote; demum discendæ disciplinæ gentis, & sacris moribus, Genuam sibi adeundum persuadet: vt in celebri illo Monasterio Cistertiensis familiæ edoceretur: alloquatur parentes, statuatque se castam Virginem, vni viro Christo dicatam fore, à quo proposito nequeat dimoueri; Annuant voto, & quæ carnalibus nuptijs impendenda, impendant cœlestibus, & Christum generum malint, à quo plura sperent, quàm ab hominibus. Quæ omnia Virgo Carentia, suos parentibus suadens, tandem obtinuit; & impetratis ab Abbate Columbæ litteris (qui fortè tunc Beaumontius Vicecomes, eius propinquos) decenti comitatu, iter aggressa, Genuam, ad Monasterium profecta est, ritus Cistertij, & mores edocenda; &c. Apud Petrum Mariam Campi, cap. 5 vitæ B. Franchæ, Virgin. Manriquez Tom. 3. Annal. Cistertiens. ad ann. 1215. cap. 8.

§. 6. *B. Berengaria, Virgin.* [f]] Filia fuit Ferdinandi 3. Regis Legionis & Castellæ; quæ Ordini Cistertiensi nomen dedit anno 1240. cui Ioannes, Oxoniensis Episcopus,

Episcopus, velum sacrum capiti eius, de more imposuit. De ea fusè egit Henriquez in Corona sacra Cistercij, & in Menologio Cisterciensi, hac die, Bzouius Tom 13. Annal. Eccles. ad ann. Christi 1240. §. 11.

§ 7. *B. Margareta, Virgin* [g]] Nuncupabatur etiam à *Platea*, vndè erat oriunda; porrò ipsa tenella Virgo adhuc in cunabulis, lac semel in diebus ieiunij, sugebat, perfectioni postea virtutum, & assiduæ contemplationi, adulta facta, vacans, Angelorum obsequio victum recipere meruit. Multa ventura prædixit; & clara migrauit ad sponsum Christum anno Domini 1560. iacet Plateæ in Conuentu S. Mariæ de Iesu; Teste Grauina in voce *Turturis*. part. 2. cap. 24.

SEPTIMO IDVS MARTII.

IN Germania, apud Monasterium Dunewarchum, Ordinis Cistertiensis, Beatæ [a] Mariæ, Virginis, sororis Beati Caroli, Villatiensis Abbatis: genere, puritate vitæ, ac sanctitate illustris. Romæ, Sanctæ [b] Franciscæ, viduæ, Tertiariæ Franciscanæ: Fundatricis Ordinis, seu Congregationis Mulierum, apud Sanctam Mariam Nouam commorantium: quæ nobilitatem generis cum bonorum operum fructu coniungens, miraculis etiam coruscauit, & à Paulo. Quinto Pontifice Maximo, in Sanctorum numerum est relata. Bononiæ, Beatæ [c] Catharinæ à Bononia, Virginis, Clarissæ & Abbatissæ: vitæ perfectione, & Monastica Obseruantia, insignis: cuius sacrum corpus nunc vsque integrum perseuerans, crebris miraculis illustratur. Mantuæ, Beatæ [d] Mariæ Magdalenæ, Copinæ, Virginis Dominicanæ; quæ plurimis exornata charismatibus, signis admirandis eluxit. Apud Montem-Falconem in Vmbria, Beatarum [e] Claræ & Illuminatæ, Virginum, Ordinis Augustiniani.

MARTII IX.

§ 1. B*Eata Maria, Virgin.* [a]] Ducebat originem ex Comitibus Scignensium; quæ cùm esset pulcherrima, & à multis in coniugium desideraretur, ipsa animatum sponso, forma specioso præ filijs hominum, Virginitatem vouit; cui Angelorum Regina visibiliter apparens, sertum florigerum capiti eius imposuit, quo ipsa magis in amorem Christi rapta, clam sub noctis silentio, domum egressa, in Monasterio de *Dunewarch*, Virginibus Cistertiensibus se associauit: ibique sanctissimè vsque ad terminum vitæ conuersata est. Memoratur in Chronico Villariensium, lib 1. cap. 1. in vita B. Caroli, Abbatis ibid. cap. 5. Cæsario lib 6. Insignior. Miraculor. Catalogo SS. Ordinis Cistertiens. Henriquez in Menologio eiusd. Ordin. hac die Florebat circa anno Christi 1200.

S. Francisca, vidua. [b]] Romæ illustribus paren-
§. 2. tibus nascitur anno 1384. quæ postea Ludouico de Pontianis, viro nobilissimo nupsit. Castitatem coniugalem sic dilexit; vt occasiones quaslibet peccati à se longiùs depulerit, & alijs pudicitiam adamandam persuaserit. Cilicio, disciplina, abstinentia, & similibus macerationibus corpus edomabat. Sanctam orationem summè excolebat. A Dæmonibus, varijs figurarum modis tentata, firma & constans permansit, sui Angeli custodis munita præsidio, cuius aspectu sæpè fruebatur. Mira humilitate & patientia eluxit; tanta autem charitate ferebatur in pauperes, vt ferè omnia illis largiretur, & procis ostiatim mendicare haud erubesceret. Sacramenta Confessionis & Eucharistiæ iugiter frequentabat; passionem Dominicam piissimo affectu meditabatur. Vidua facta, anno 1436. Monasterium intrauit. Societatem enim, seu Congregationem mulierum instituerat, quibus dederat S. Benedicti Regulam, sub regimine Patrum Montis Oliueti, apud S. Mariam nouam commorantium, quod institutum Eugenius 4. Pap. approbarat, nuncque orbata marito, illud amplexa est. Ex tertio Ordine S. Francisci iam fuerat alumna, patremque spiritualem eiusdem Seraphici Ordinis habuerat, nomine Bartholomæum. Tandem multis fœta meritis, hac die, obijt anno 1440. quam in vita & post mortem plurimis illustrem miraculis, Paulus V. Pontifex Max. in sanctorum album retulit, 29. Maij anno 1608. Vitam illius scripserunt. Ioannes Mathiolus, Valladierus, Fodereus, Ribadeneira. Franciscus Arnulphus in Comitijs Generalibus cœlo conuocatis, lib. 5. cap. 27. & alij. Agunt de ea, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. Brautius in Martyrologio Poëtico. Wion in Martyrolog. Benedictino. Martyrologium Franciscanum ead. die. Annotationes ad illud. D. Antoninus part. 3. Histor. Ioannes Raulinus Sermon. de Eucharistia Concion. 12. Ante med. Volaterranus lib. 21. Antropolog. Petrus Calzolarius, Historiæ Monasticæ Diario 3. Bzouius Tom. 16. Annal. Eccles. ad ann. 1440. §. 106. & seq. cæteros omitto. Baldesanus lib. 2. stimuli virtutum cap. 2. Stengelius in imaginibus SS. Ordin. Benedictin. Ferrarius de SS. Italiæ

B. Catharina, Virgin. [c]] Bononiæ, anno 1413. §. 3.
claris orta natalibus, Ferrariæ est educata; quæ crescente ætate, ita creuit virtute, & sanctitate vitæ, quòd facta annorum vndecim, superno impellente spiritu S. Claræ Ordinem ingressa, Ferrariæ, apud Monasterium corporis Christi, talem vitæ rationem

inierit: vt ab eo, qui temporum interuallis ad docendum non habet opus, breui instrueretur, & diuinis visionibus, quas frequenter habuit, aptaretur Eius, ad venerabile Eucharistiæ Sacramentum deuotio incredibilis omninò fuit: cùm integras noctes, easque plurimas insomnes; illius contemplationi intenta duxerit. De reliquis verò eius virtutibus, id tantum dixerim, quòd fuerint omni ex parte perfectæ. Monasterium Ferrariense studuit pro viribus reformare, & in pristinum splendorem adducere: quod vt faustè cessit, Bononiam, cum 15. socijs sororibus exindè perrexit; vbi aliud Monasterium extruxit, cuius prima extitit Abbatissa, anno 1456. quod admirabili prudentia, & sanctis moribus rexit: ac demùm, multis perfuncta laboribus, Bononiæ, apud Monasterium Corporis Christi, excessit è vita, ann. 1463. hac die: cuius sacrum corpus incorruptum etiamnum sedens in cathedra cernitur; miraculis illustratum, & summa veneratione affectum: indeque Festum de ea celebratum authoritate sedis Apostolicæ, & officium decantatum: ex indulto, Clementis 7. & 8. De ea egerunt. Martyrologium Roman. & Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Brautius in Martyrologio Poëtico. Christophorus Verruchinus, Iacobus Grassetus, Valerius, Thielmans, & alij in vita eius. Marcus Vlyssiponens. part. 3. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 33. & seq. Barezzus part. 4. ibid. lib. 1. cap. 43. D. Bernardinus de Bustis part. 2. serm. 27. Rosarij Quadragesimalis. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in Beatis Fœminis Ordin. S. Claræ Virg. item part. 2. in Præfatis Monasterijs, quæ sunt 1. & 3. Prouinciæ Bononiens. Carolus Sigonius in vitis Sanctorum & Episcopor. Bononiens. & alij Complures in Præfatis nostris Annotationib. citatis: ac Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Bononia*, & in SS. Italiæ.

B. Maria Magdalena, Virgin. [d]] Mantuæ nobilibus pijsque parentibus nascitur: quæ annos 8. nata, vitam quasi heremiticam in domo paterna agere cœpit; orationi vacans & solitudini: cui addebat ieiunia, vigilias, disciplinas, & alia mortificationis opera. Domo pedem haud efferebat, nisi vt missæ sacrificio interesset, vel concioni cœlesti. Ibi perfectioris vitæ desiderio conceptum, habitum S. Dominici expetijt, & in Monasterio S. Vincentij obtinuit, cum necdum 20. ætatis annum attigisset: indè pietate, deuotione, charitate, obedientia, vitæ austeritate, humilitate, & cæteris virtutibus sic inclaruit, vt totius sanctimoniæ iubar apparuerit: oratione extatica, spiritu Prophetico, & miraculis etiam refulsit: migrauit in cœlum ann. 1472. hac die. Mantuæ sepulta. Cuius meminerunt. Michael Pius lib. 3. Histor. Bzouius Tom. 18. Annal. Eccles. ad ann. 1472. §. 52. & Ioannes à Sancta Maria part. 2. lib. 2. cap. 3. vitar. SS. Ordin. Prædicat. §. 4.

BB. Claretta, &c. Virgin. [e]] Harum corpora, nunc vsque visuntur integra ac incorrupta, apud Monasterium illius vrbis: quo pia veneratione coluntur, non sine signis illic cœlitùs editis: vti scribit Simplicianus. In vita earum ad calcem Historiæ Ordin. Augustinian. Tom. 2. §. 5. †

SEXTO IDVS MARTII.

NICÆÆ in Bithinia, Sanctæ [a] Agapæ, Virginis & Martyris. Apud Scetanam Ægypti solitudinem, Transitus Sanctæ [b] Anastasiæ, Patriciæ, Matronæ nobilissimæ, quæ, ementito sexu, Anachoresim excolens, & virtutum splendore renitens, iamque nihil appetens, quàm Solis iustitiæ faciem conspicere, eius ad beatam speculationem, & æternum quod inde manat gaudium, Spiritum purissimum emisit. Pictauis, Sanctæ [c] Disciolæ, Virginis, Beatæ Radegundis discipulæ, virtutum meritis spectabilis. In Coila Scotiæ Prouincia, Sanctæ [d] Kennochæ, Virginis, vitæ puritate, charitate in pauperes, ac miraculis celebris. In Brabantia propè Lyram, Diœcesis Machliniensis oppidum, Beatæ [e] Christianæ, Virginis, Ordinis Cistertiensis; quæ Monastica obseruantia, & mira vitæ perfectione enituit. Valliserij in vmbria, Beatæ [f] Christinæ à Sancta Cruce, Virginis, Tertiariæ, Franciscanæ.

MARTII X.

§. 1. *SAncta Agapa, Virgin. Martyr.* [a]] Illius Meminerunt Menologium Græcorum. Galesinius in suo Martyrologio, & Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, hac die; Passa est cum SS. Martyribus Antonio, Gorgonio, & Firmo; de quibus in Martyrologio Romano, die sequenti ann. 253. quorum corpora Britoniam in Asturibos Hispaniæ Translata fuisse scribit Ioannes Tamayo in Martyrologio Hispano hac die.

S. Anastasia, Patricia. [b]] Illustrissima fuit hæc
§. 2. Matrona, apud Constantinopolim singularis Dei cultrix, generosis & opulentis nata parentibus inter palatinas Imperatoris, patricia, Viri Clarissimi, Pompeij, consobrini eiusdem Imperat. Iustiniani, vxor; cognata autem S. Iulianæ, itidem Matronæ Constantinopolitanæ, de qua infra ad 26. Octob. itaque Anastasia in primis cœleste numen reuerita, præcepta eius diligenter custodiebat, constanti fœmina animo; & adeò ad clementiam & mansuetudinem propensa, vt omnes ex eius virtutibus magnam animo caperent voluptatem; ipseque Imperator mirè erga illam afficeretur. Sed quia sator scelerum semper consueuit virtuti excellenti inuidere, & obtrectare, nec potest quietem & concordiam animorum ferre:

ferre: factum est, vt & hæc in inuidiam apud Imperatricem adduceretur. Nam cùm eam Theodora Augusta, suspicata à Iustiniano Cæsare, viro suo diligi, acerbo verbo carpsisset: Vt verò experimento declararet se, ea in re Iustiniano non respondere, conducto nauigio, parteque aliqua auri secum accepta, cæteris omnibus relictis, Alexandriam profugit; vbi in Quinto (ita locus appellatur) condito cœnobio, inter sacras virgines commorata est; visitur etiamnum Monasterium illud, quod ab eius nomine, *Patricia* cœnobium dicitur. Id autem accidit post viri sui excessum: quam exinde secessisse in Palæstinam, ibique in monte Olineti, vitam excoluisse monasticam, & egregia enituisse sanctitate scimus circa an. 527. verum aliquantò post, Theodoræ audita morte, & se impensius quàm antea à Iustiniano, Theodoræ iugo liberata, diligi audiret, verita ne tandem vis sibi inferretur, relicto sub noctem monasterio, in Scetanam Ægypti properauit solitudinem, ad Abbatem Danielem; vitæque suæ statu Beatissimo seni exposito, virilem ab eo induta vestem, dictaque pro Anastasia, Anastasius Eunuchus, deducta est in antrum quoddam admodùm à Laura remotum, ibique inclusæ leges præscripsit, quas per octo & viginti annos, quibus vixit, ad amussim seruauit: vbi cùm austerè ac sanctissimè Deo inseruiisset: signo sanctæ crucis super se facto, atque pronuntiato *In manus tuas Domine commendo spiritum meum*: migrauit in cœlum. Scribunt de ea Græci hac die. Cyrillus Historicus, & Metaphrastes in Actis S Sabbæ Abbatis v. Decemb. cap. 73. & 75. apud Surium. Baptista Fulgosus lib. 6 Factor. & dictorum memorabil. cap. 1. Baronius. Tom. 7. Annal. Ecclef. ad an. 517. §. 61. Raderus part. 1. viridarii sanctor. hac die. in vita eius & Annotationib. ad illam. Grisius infra. §. 7.

†§. 3. *S. Disciole, virg.* [c]] Neptis erat. S. Saluii, Albiensis Episcopi, monialis in monasterio Pictauiensi. S. Radegundis Reginæ: quæ anno. 586. decessit è vita. In cuius transitu, quæ admiranda effulserunt sanctitudinis signa, narrat pluribus. D. Gregorius Turonensis lib. 6. Historiæ Francor. cap. 29. ex quo Baronius sup. ad an. 586. in fine. Grisius de clericis Regularibus sect. 9.

S. Kennocha, virg. [d]] Propagandæ disciplinæ Re- §. 4.
ligiosæ, apud Collensium virginum monasteria flagrabat maximo desiderio, ac studio; cui etiam magna vitæ accedebat puritas, quin etiam erga pauperes & orphanos tenerrima animi affectio; nec defuere varia, quibus Christus sponsam suam ornaret, miracula. Vnde & variæ huic virgini in Orientali quoque Scotię Tractu cernere est, dicatas Ecclesias; & Glascuà non procul eatat vna. Migrasse fertur sub an. 1007. vide Regium in Calendario Scotico; & Dauidem Camerarium, lib. 5. de pietate Scotor. & SS. Regni Scotiæ. cap. 4. hac die. Post Breuiarium Aberdonense, & Skouensia chronica.

B. Christianæ, virg. [e]] Hæc in monasterio Naza- §. 5.
reth, tota religiosæ perfectionis studio, & meditationi addicta, miris vitæ spiritualis editis progressibus, sanctissimo fine quieuit: æternamque beatitudinem adepta est, quam ei prædixerat, atque ex parte Dei promiserat; B. Bartholomæus eiusdem loci Religiosus, cœlesti lumine irradiatus. Henriquez in Menologio Cistercienfi, & Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die. Ioannes Gilemannus, in Hagiologio SS. Brabantiæ, in vita B. Bartholomęi, monachi Cisterciensis, quæ extat in Bibliotheca Rubræ vallis, propè Bruxellas; & in vita B. Beatricis, priorissæ in Nazareth, cuius soror fuit hæc pia virgo, & filia prefati B Bartholom. Florebat circa an. 1240.

B Christina, virg. [f]] Magna sanctitate claruit, sæcul. 14. prout testantur Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud. De Sillis. in cap. 1. Regul. tertij Ordin. minor. ex Arbore seraphica. Wadinghus. Tom. 4. Annal. minor. ad an. 1360. §. 3.

QVINTO IDVS MARTII.

LISTRIS in Lycaonia, sanctarum mulierum, Loidis [a] & Eunices: quarum meminit Apostolus ad Timotheum scribens. Antiochiæ, sanctarum [b] Pelagiæ, & Sororis eius Virginum ac Martyrum: quæ vnà cum matre, maiore spiritus sancti gratia impulsæ, promptiores, pro Christo, inuentæ fuerunt ad martyrium, quàm nequitiæ ministri ad pœnam infligendam. Romæ, sanctæ [c] Probæ, viduæ, genere ac virtute illustrissimæ. Assisii in Vmbria, Beatæ [d] Balbinæ, Virginis, sanctæ Claræ discipulæ: cuius merita miraculorum præconiis commendantur. In Belgio, Translatio, sanctarum [e] Helenæ & Hierontiæ Martyrum.

MARTII XI.

†§. 1. SAnctarum *Loidis, & cas.* [a]] Ambæ fideles, & spectata virtute commendantur, à sancto Apostolo 2. ad Timotheum 1. ✝. v. *Recordationem accipiens* (inquit) *eius fidei, quæ est in te non ficta; quæ & habitauit primùm in Auia tua Loide, & matre tua Eunice: certus sum autem quod & in te.* Nam erat quidem & Auia Lois, mulier pia, & quæ, re vera, curam gerebat virtutis: Mater verò Eunica, quæ & Iudæis quidem olim fuerat insita in pietatam, & in integris virtutum hortis, re vera, floruerat: pater autem gentilis: vti discimus ex Luca cap. 16. Actuum Apostolor. vers. 1. Metaphraste, apud Surium 24. Ianuar. Baronio Tom. 1. Annal. Eccles ad an. 51. §. 62. Has autem mire collaudant cæteri Interpretes in prefatam. S. Pauli Epistolam.

SS. Anonymar. virg. martyr. [b]] Constat ad an. 276.
Antiochię, complures martyrio fuisse coronatos, sub §. 2.
Maximino Imperatore: *Inter quos* (ait Eusebius) *Erat mulier quadam sancta, admirabilis. corporis figura mulier quidem, virtute autem animi planè vir,*

aliisque rebus præ cæteris Antiochiæ ciuibus, vediuitijs, generis nobilitate, & gloria apud omnes eximia, Quæ quidem geminas filias Virgines corporis pulchritudine, & ætate integra, præstantes habuit, easque pietatis institutis, studiosè educauerat: hæc mulier, quum quidam improbi in eam, eiusque filias, graui inuidia incensi, illas in obscuro latitantes, omni ratione vestigandas curiosè laborassent. & postea certiores facti, ipsas in aliena regione versari, Antiochiam accersendas sedulò curassent, ac tam planè quasi satellitum retibus circumsepta tenerentur: hæc mulier, inquam, simul ac eum se, tum filias in eiusmodi discrimina deuenisse videret, & acerba tormenta, quæ ab hominibus infligerentur, illis oratione exposuisset. & de stupro, re planè tormentis intolerabiliore, quo aduersarij eas violaturos minarentur (de quo ne verbum quidem ad extremas aures, vel ipsa, vel illa allabi finere deberent) eas sedulò admonuisset: quùm etiam animas dæmonum seruituti tradere, omnibus mortis & exitij generibus deterius esse docuisset: omnium istorum malorum liberationem esse, ad Dominum, tanquam salutis confugere. Vnde omnes simul vno animorum consensu & sententia conuenientes, corpora vestibus decenter adornant; ac quùm ad medium iter ventum esset, paululum de via decedendi, naturalis necessitatis explendæ causa, postulant à satellitibus, qui eas ducebant, potestatem: qua impetrata, de repentè ad fluuij ripam profectæ, se in profluentem gurgitem præcipitarunt. Atque istæ quidem hoc genere mortis se sua sponte affecerunt. Ita igitur cum istis actum est. Hæc Eusebius lib. 8. Histor. Ecclesf. cap. 12. apud Surium, hac die, S. Antoninus part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 45. Petrus de Natalibus lib 11. Catalog. Sanctor. cap. 29. post S. Ambrosium lib. 3. de Virginibus, item lib. 2. Epistol. 7. ad Simplicianum. Baronius Tom. 3. Annal. Ecclesf. ad ann. 309. § 12. & seq. ac Tom. 10. ad ann. 870. §. 41. ex S. Augustino, lib. 1. De Ciuitate Dei cap. 26. Fulgosus lib. 6. Memorabil. cap. 1.

S. Proba, vidua. [c]] Ex clarissima Anicianæ domus prosapia oriunda, vitæ meritis, ac sanctitate emicuit: quæ capta Roma à Gothis, coacta est in Africam inire fugam, cum nuru sua Iuliana, & Demetriade, Iulianæ eiusdem filia; quæ à patribus, mitis laudibus extolluntur. Scribunt namque de ea. D. Hieronymus, Epistol. 8. S. Augustinus Epistol. ad eam de Videndo Deum, Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. 31. Maij & Tom. 4. ad ann. 395. §. 12. ac Tom. 5. Annal. Ecclesf. ad ann. 410. §. 37. & seq. §. 3. †

B. Balbina, Virgin. [d]] Soror erat B. Amatæ Virgin. (de qua sup. 20. Februar.) vitamque professa est Monasticam Assisij, sub disciplina S. Claræ, Virgin. vbi ad tantum perfectionis gradum peruenit; quòd Deus per eam quamplora ediderit miracula. Aretium missa fuit ab ipsa S. Clara, vt inibi sui Ordinis Monasterium extrueret: quo peracto, Assisium reuertitur. Moxque S. Clara diem mortis obeunte, hæc B. Balbina transactis aliquot mensibus, eam secuta est ad præmium. Agunt de ea Martyrologium Franciscan. hac die, & Annotationes ad illud, ex Marco Vlyssiponens. part. 2 Chronic. Minor. lib. 1. cap. 31. Mariano in Appendice lib. 1. Tossiniano lib. 1. Histor. Seraphic. Valerio de BB. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 2. cap. 21. Salazare lib. 5. Chronic. Prouinc. Castellæ cap. 21. Thielmann. Tom. 2. vitar SS. Seraphic. Ordin. & Wadingho Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1215. §. 36. & Tom. 2. ad ann. 1254. §. 38. quo obijt. Nam annus incipiebat à Paschate. §. 4.

Translatio SS. Helenæ, &c. [e]] Harum sacræ Reliquiæ, ab vrbe Roma allatæ sunt in Belgium, & apud Patres Iesuitas reconditæ; prioris quidem Bruxellæ; alterius verò Bergæ S. Vinnoci; vti scribit Arnoldus Rayssa in Auctario ad Natales SS. Belgij Molani sub. 13. Iulij. §. 5. †

QVARTO IDVS MARTII.

IN Gallia Sanctæ [a] Bassulæ, Matronæ pietate ac Religione insignis: quam Sanctus Paulinus, Nolanus Episcopus, præclaro Encomio celebrat. Coloniæ, Sanctæ [b] Viuentiæ; genere ac multis donis gratiæ Illustris. Apud San-Geminianum in Hethruria, Sanctæ [c] Finæ, Virginis: miræ patientiæ, & vitæ perfectionis. Bononiæ, Beatæ [d] Apolloniæ, viduæ, Tertiariæ, Franciscanæ: quæ bonis operibus iugiter intenta, miraculis etiam coruscauit. Florentiæ, Beatæ [e] Raphaelæ Sassoli, Ordinis Dominicani, humilitate, & desiderio cœlestis patriæ conspicuæ.

MARTII XII.

†§. 1 SAncta *Bassula, Matrona.* [a]] Socrus erat. S. Sulpitij Seueri, Bituricensis Archiepiscopi: cuius meminit D. Paulinus, Nolanus Episcopus, ad ipsum B. Seuerum scribens: Epistol. 1. *Sanctam* (inquit) *parentem nostram, matrem in Christo, cohæredem tuam, veneratione, qua digna est, salutari peto.* Item Epistola 11. ad eumdem, de segmento crucis, quod Therasia, Paulini vxor, ipsi Bassulæ miserat: sed & ipse Seuerus Epistola 3. ad ipsam D. Bassulam socrum: vide notas Ducæi, & Rosweydi ibid. Florebat, circa anno 400.

S. Viuentia. [b]] Fuit soror S. Grimaldi, maioris Domus Franc. Reg. cuius sacrum corpus requiescit Coloniæ, in Monasterio Sanctarum Virginum. Apud Chapeauillum Tom. 1. Histor. Leodiens. in Annotationib. ad Harigerum. de Episcop. Leodient. cap. 54. ex Codice Aureæ-Vallis, ann. 648. loquente de 12. Monasterijs, à S. Sigeberto, Rege Austrasiæ ædificatis. §. 2. †

S. Fina, Virgin. [c]] Vixit circa ann. 1253. in domo paterna §. 3.

paterna vitam ducens asperrimam, crebris ieiunijs, vigilijs, & cilicio carnem edomans; miraque patientia, in tot doloribus & infirmitatibus, (assiduo morbo, qui instar Martyrij fuit, afflicta) coituit: adeuntu stumulum varia operantur miracula. Scribunt de ea Bzouius Tom. 13. Annal Eccles. ad ann. 1253. §. 9. & Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ S. Geminiani, vbi ea vti patrona colitur: cuius vita Florentiæ excusa legitur ann. 1598. item in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Florentia*, & in SS. Italiæ.

§. 4. *B. Apollonia, Vidua.* [d]] Tertiaria extitit, postquam à lege viri soluta est: sepelirique voluit in Ecclesia Conuentus Annuntiationis Deiparæ Virgin. Fratrum Minor. Obseruantinor. extra ac propè portam Ciuitatis Bononiens. post ann. 1500. vbi plurimis diffamatur miraculis. De qua Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud. Tossinianus lib. 1. Histor. Seraphic. Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 55. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in BB. Fœmin. 2. Ordin. Minor. & part. 2 io Præfato Conuentu; qui est 17. Prouinc. Bononiens. Syluester Marulus; in Histor. Sacrar. Relig. Franciscan. Valerius lib. 4. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap. 31. Algezira; De Sillis; Wadinghus &c.

B. Raphaela Sassoli. [e]] Vitam duxit sanctitate exornatam Florentiæ apud Monasterium S. Catharinæ Senensis Ordin. Prædicator. vbi licet nobili genere Illustris, homilitatis radijs insigniter refulsit; & vltimum locum semper sibi delegit ac tenuit: patientiam quoque in aduersis & infirmitatibus coluit: & mente suspirans ad cœlestia, fœliciter migrauit ad sponsum Christum; circa ann. 1540. Memoratur à Seraphino Razzin, Tom. 2. vitar. SS ac BB. Ordinis Prædicator, in ea. §. 5. †

TERTIO IDVS MARTII.

NICOMEDIÆ Natalis Sanctarum [a] Martyrum, Patriciæ, & Modestæ, filiæ eius. Nicææ Sanctarum [b] Theusetæ, Theodoræ, Nymphodoræ, & Arabiæ, Martyrum; quæ pro Christo igni traditæ sunt. In Perside, Sanctæ [c] Christinæ, Virginis & Martyris. In Thebayde, Sanctæ [d] Euphrasiæ, Virginis, quæ post prorogata iustitiæ opera, ac virtutumque egregia exempla, Beatitudinis signa prodidit, & nomen sanctitatis gloriosè factis augustum. In Monasterio Romarici-Montis, Diœcesis Tullensis, Sanctæ [e] Mactefledis, primæ eiusdem loci Abbatissæ: quæ totius perfectionis & sanctitatis exemplar facta, cæteris vitæ æternæ adytum reserauit. In Cellensi Lusitaniæ Monasterio, Beatæ [f] Sanctiæ, Regiæ, Virginis eiusdem loci fundatricis, Ordinis Cistertiensis, in vita & post mortem miraculis celeberrimæ. Apud Montem-Falconem in valle Spoletana, Beatæ [g] Margaritæ, Tertiariæ Franciscanæ, Religiosæ fœminæ. Cæsar-Augustæ, Inuentio Sanctæ [h] Encratiæ, Virginis & Martyris. In Scotia Commemoratio Sanctæ [i] Kenneiræ, Virginis & Martyris: Carnuti in cœnobio Sancti Petri de Valle, Susceptio Corporis Sanctæ [l] Solinæ, Virginis, ex Aquitania. Panormi in Sicilia, Beatæ [m] Euphrasiæ à Monte-Leone, Virginis, Ordinis Minimorum; quæ lex viua, & forma virtutis effecta, relictis ad consectandum Immaculatæ peregrinationis vestigijs, æternam ad patriam, ad quam anhelabat, Domino vocante, migrauit. Cluniaci in Territorio Matisconensi, Translatio Sanctæ [n] Consortiæ, Virginis.

MARTII XIII.

§. 1. SAnctarum Martyrum, Patricia. [a]] Harum mentionem faciunt Beda, Vsuardus, Ado. Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, Petrus de Natalibus lib. 3. Catalog. Sanctor. cap. 198. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Nicomedia*. Itaque B. Patricia, vxor erat S. Macedonij, Martyris; qui simul omnes hodie passi sunt pro Christo, quo autem anno id euenerit, adhuc me latet.

§. 2. *SS. Theuseta, &c. Martyr.* [b]] Agunt de his etiam ijdem, qui supra, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius. Petrus de Natalibus, Ferrarius verb. *Nicæa*, ac cæteri recentiores.

S. Christina, Virgin. Martyr. [c]] Sub Sapore Rege Persarum passi leguntur; cuius meminerunt Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis Ferrarius sup. verb. *Persis*. Græci itidem de ea in Menologio ead. die. §. 3.

S. Euphrasia, Virgin. [d]] Dicta etiam reperitur *Eupraxia*. Quis autem valeret S. Euphrasiæ virtutes recensere? Virgo erat Constantinopolitana, genere, opibus, ac pietate, parentibus illustribus nata, quibus orbata, cùm duodecim ætatis annos atti- §. 4.

gisset, Imperatoris Theodosij, (cuius erat consanguinea) refugiens expostulationem, pro senatore desponsando, Monasticum induit habitum apud Thebaydem Ægypti, solitudinem, quo se transtulerat, vbi ieiunijs, humilitati, obedientiæ, & orationi, ex animo intenta, omnes dæmonum insultus, vanos reddidit & irritos; quos signo crucis quàm citiùs fugere compellit: sanat surdos & mutos; sicque viuens ac mortua (cùm triginta esset annorum) miraculis ac virtutibus refulsit ann. 401. Agunt de ea S. Ioannes Damascenus Oration. 3. de Imaginib. Vsuard. & Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Molanus in Annotat. ad Vsuardus, Ferrarius sup. verb. *Thebais*. Vacquerius in Enchiridio benè morientium, Bachotus in Fastis. Eius res præclarè gestas descripserunt. Surius, Hareus, Lippelous, Villegas, Foderetus, Ribadeneira, Gazetus, Du Vallios: & alij, hac die. Petrus de Natalib. sup. cap. 197. Heribertus Rosweydus, lib. 1. vitar. Patrum in notis ad vitam eius. Bergomas de Claris Mulieribus cap. 124. & lib. 9. Supplementi Chronic. ad ann. 377. vbi tamen confundit eam cum S. Euphrosina, de qua sup. ad 1. Ianuar. Petrus Thomas Sarracenus, in Menologio Carmelitar. Antonius Alegre in Paradiso Carmelitici decoris, statu 2. ætat. 6. cap. 137. Apud Carmelitas quippe colitur officio Ecclesiastico, ab Vrbano 8. Pap. concesso, hac die, at Metaphrastes & Græci in Menologio ad 15. Iulij. Schedel in Registro mundi sexta ætate fol. 133.

§.5. *S. Mactefleda, Abbatiss.* [f] Hæc ob egregia pietatis ac puritatis exempla, numerosæ Virginum turmæ ad exemplum præfecta, à Sanctis Amato & Romarico; post biennium, in sacro regimine laudabiliter expletum, ditata meritis conspicuæ sanctitatis, ad Christum præmianda beatitudinis æternæ munere, fœliciter migrauit. Cuius anima in cœlis gloriosa, cum centum circiter sororibus eiusdem Monasterij, ab ipsomet B. Romarico, aliquot dies, antequam is mortalitatem exueret, visa est. Scribunt de ea Menardus in Martyrologio Benedictino hac die, & lib. 2. Obseruation. ad illud. Ex Surio in vita S. Amati, Abbatis 13. Septemb. & S. Romarici Abbatis Luxouiens. 8. Decemb. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, & Simon Martinus.

§.6. *B. Sanctia Regia, Virgin.* [f] De ea agunt Antonius Vasconcellus in Sanctio 1. Lusitanor. Rege, cuius erat filia; item in Descriptione Regni Lusitaniæ, Titul. *Aliquot Lusitana Fœmina sanctitate nobiles.* § 10. Marcus Vlyssiponensis part. 1. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 4. Chronicon Regis Sanctij. 1. Bernardus de Brito lib. 6. Chronic. cap. 33. Monimenta Cellensis Monasterij. Manriquez Tom. 3. Annal. Cistertiens. ad ann. 1111. cap. 5. §. 4. & 5. item ann. 1212. cap. 5. & Tom. 4. Henriquez in Menologio eiusdem Ordinis, hac die.

§.7. *B. Margarita, Tertiaria* [g] Memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die; & in Annotationib. ad ipsum. Marco Vlyssiponensi part. 2. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 21. §. 2. ad ann. 1313. ex antiq. MSS. & Monimentis Ordinis. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiarior. Francisean. Salazare lib. 1. Chronic. Prouinc. Castellæ cap. 31.

Inuentio S. Encratiæ. [h] Illius meminit Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Calendario, & Tabulis Ecclesiæ Cæsar-Augustanæ. Eam anno 380. contigisse refert Ioannes Marietta, lib. 4. de Sanctis Hispaniæ cap. 4. sed mendam illi cirrepsisse constat; nam, anno 1389. tertio idus Martij Cæsar-Augustæ, dùm Templi pars reficeretur, cui ab Encratia nomen est, & fundamenta effoderentur; gemina sepulchra vetustate obruta, fortè reparta sunt marmorea: quorum alterum hac inscriptione notabatur: *Beata Encratia Virginis & Martyris sacrum corpus*: in quo eiusmodi corpus recognitum est, & eleuatum; pariter cum testimonio Prudentij Episcopi, qui ipsum sepulturæ tradiderat: vndè non parua exorta est cunctis lætitia: iuxta Zuritam lib. 10. Annal. Hispan. cap. 43. Biuarium Commentar. 3. §. 13. ad ann. 300. Pseudo-Chronici Flauij Lucij Dextri. Tengillum Tom. 2. Thesauri Concionator. ad 16. April. in S. Encratia Virg. & Martyr. Bzouium Tom. 15. Annal. Eccles. ad ann. 1389. § 10. Ioannem Tamayo in Martyrologio Hispano, hac die, & alios. §. 8.

S. Kennetta, Virgin. [i] Idem Ferrarius sup. ex Martyrologio Scotico, hac die, hanc commemorat: Camerarius verò, lib. 3. de Scotorum pietate, & Sanctis Regni Scotiæ, cap. 4. ad 9. Iulij: quam & facit sociam S. Vrsulæ, Virgin. & Martyr. §. 9.

S. Selina, Virgin. [l] Agit de ea Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die. §. 10.

B. Euphrasia, Virgin. [m] Nomen dedit Ordini S. Francisci de Paula, per professionem, ann. 1534. cuius humilitas profunda, obedientia perfectissima: acediam fugiens, semper occupata; patientissima, orationi; ieiunio, & austeritati vitæ dedita. Die, quo Eucharistiam susceperat, nil manducans, & ab omni cibo aliena, gustum minimè percipiebat, summè exoptabat aliquid pro Christo pati, & inter consocias deprimi, vltimumque locum tenere. Clara denique meritis & virtutibus, decessit è vita: è cuius corpore mirus ac suauis odor manabat: ita testantur Ludouicus Dony-Attichius, lib. 6. Histor. General. Ordin. Minimor in eius vita, ex MSS. Monimentis Panormitan. Lanouius in Appendice 1. & 2. ad Chronicum Generale eiusd. Ordin. §. 11.

Translatio S. Consortia. [n] Plures de huiusmodi solemnitate egerunt Authores. Molanus in Additionibus ad Vsuardum: Galesinius & Maurolycus in suis Martyrologijs; Arnoldus VVion in Martyrologio Benedictino, Saussayus in Martyrologio Gallicano, Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, quam constat filiam fuisse S. Euchrij 2. Lugdunens. Archiepiscopi: atque per ipsum Deo sacratam, in Sanctæ Virginitatis proposito, omniumque virtutumque cultu, consenuisse: meritisque castitatis & religionis ornatam, conuolasse ad gloriam; glebam verò pretiosi eius corporis, prius tumulatam fuisse in Territorio Aquensi, agro paterno: at successu temporis, postea translatam, ad Cluniacum, hac die: vide Seuertium in Chronologica Historia Archiepiscop. Lugdunens. sub S. Eucherio 2. Archiepiscopo 30. § 2. & 3. §.12.

PRIDIE

PRIDIE IDVS MARTII.

NICOMEDIÆ Sanctæ [a] Frontinæ, Martyris. Halberstadi in Saxonia, Sanctæ [b] Mathildis, Virginis, Sororis Brunonis, Coloniensis Archiepiscopi: quæ in Ordine Benedictino, multis effulsit virtutibus. Ibidem Dormitio Beatæ item [c] Mathildis Reginæ, Matris Othonis, Primi Imperatoris; humilitate & patientia celebris. In Thuringia, Sanctæ [d] Paulinæ, Monialis Reclusæ miraculis claræ. Illiturgi, in Territorio Giennensi, Beatæ [e] Franciscæ Baldiniæ, Virginis Clarissæ. Carthagine, in Hispania Tarraconensi, Commemoratio Sanctæ [f] Florentiæ, Virginis. Patauii, Translatio Sanctæ [g] Fœlicitatis, Virginis. Ibidem, Translatio item Sanctæ [h] Iustinæ, Virginis & Martyris.

MARTII XIV.

§. 1. *SAnctæ Frontinæ, Martyr.* [a]] Beda, & Galesinius, In suis Martyrologijs, Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, hac die, agunt de ea, vnà cum S. Fœlicissimo, Martyre.

§. 2. *S. Mathildis, Virgin.* [b]] Fuit Regis Henrici 1. Imperatoris filia, Virgo Sanctæ conuersationis, & multarum adornata gemmis virtutum; ad quam VVitichindus, Monachus Corbeiensis, Historiam, & Gesta Saxonum scripsit. Claruit anno Christi 930. in Ordine Benedictino, vti testantur, Trithemius lib. 5. viror. Illustr. Ordin. Benedictin. cap. 262. VVion lib. 4. Ligni vitæ, cap. 28. Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. hac die; Heribertus Rosweydus in Fastis. Canisius in suo Martyrologio. Ferrarius in Noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Halberstatum.* Item in Catalogo sup. hac die, & ad 12. April. in notis. Bosius Tom. 2. de signis Eccles. lib. 22. cap. 3. Fuit Abbatissa S. Seruatij & anno 990. obijt.

§. 3. *B. Mathildis Reginæ.* [c]] Heroina hæc pientissima decessit è vita Quindeliogeburgo Monasterio, Diœcesis Alberstadensis; cuius vita virtutibus omninò exornata fuit. Scripserunt de ea Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 10. Annal. Eccles. ad ann. 973. Molanus in Additionibus & Annotationib. ad Vsuard. Surius & VVion, in Martyrologio Benedictino ead. die, & lib. 4. Ligni vitæ cap. 5. Luitprandus Ticinensis lib. 4. Rerum Europæ cap. 7. VVitichindus Saxo. lib. 3. rerum gestar. ab Henrico & Othone, Imperatorib. Albertus Crantzius, in Metropoli Saxonum lib. 3. cap. 12. VVernerus in Fasciculo Temporum & Abbas Vrspergensis. in Chronico ann. 969. Simon Martinus hac die. Vxor extiterat Henrici, Regis Germaniæ: cognomento *Aucupis.* Raderus part. 2. Bauariæ Sanctæ, ex Auentino, Cratepolio, & alijs.

§. 4. *S. Paulinæ Reclusæ.* [d]] Germana extitit natione, nobilibus parentibus progenita; quæ iam à teneris annis, qualis esset futura demonstrabat. Erat enim inter cæteras virtutes, valdè humilis, mansueta, & benigna, grata alloquio; ita vt nulli tædium pareret conuersatio eius. Coacta à parentibus, matrimonium inijt: quo in statu, vixit, cum marito in magna concordia; pauperes alebat, nudos vestiebat, infirmos & leprosos curabat, afflictos consolabatur. Postquam autem annos aliquot sic sanctè transegisset, vir eius obijt, & filius, quem ex eo habuerat, Monachus effectus est. At, quæ à teneris annis, nil magis, quàm ad solitariam vitam anhelabat, cernens se esse liberam, diuitijs pauperibus & Monasterijs distributis, apud Thuringorum fines, in Diœcesi Moguntina, proficiscens, illic breui & angusto constructo inclusorio, semetipsam pro Dei amore inclusit; multisque annis ibidem, Anachoretarum more, degens, vixit: ita vt etiam Diuinis consolationibus & Reuelationibus honoraretur. Multos diuersis infirmitatibus vexatos, oratione, & crucis signo, sanitati restituit. Demum suum prænoscens obitum, grauiter ægrotare cœpit, & sacra Eucharistia deuotè sumpta, fœliciter obdormiuit in Domino, ibidem sepulta ante altare S. Crucis anno 1107. hac die. Infinitis ante & post obitum claruit miraculis, vti referunt, Trithemius in Chronico Hirsaugiensi. In Tractatu de Brunone Abbate; VVion in Martyrolog. Benedictino; Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die; & Gononus lib. 2. vitar. Patrum Occident. in ea.

B. Franciscæ, Virgin. [e]] Excessit è vita ann. 1540. apud Monasterium S. Agnetis, quod est 5. Prouinciæ Granatens. postquam annos sexaginta in omni virtutum genere transisset, & diem sui obitus longè antè prædixisset. Ita Martyrologium Franciscan. hac die, & Annotationes ad illud. VVadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1430. §. 53. §. 5.

S. Florentiæ, Virgin. [f]] Illius meminit Ferrarius in Catalogo Generali. Sanctor. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Carthaginens. vbi præcipuè, hac die, colitur: vti in Ecclesia Placentina, Hispaniæ: De ea Trugillus Tom. 2. Thesauri Concionator. ead. die. Vocatur quandoque *Florentina,* dicitur eius Natalis 20. Iunij. Infra. Vide Ioannem Tamayo in Martyrologio Hispano ad 15. Ianuar. vbi de eius Translatione. §. 6.

Translatio S. Fœlicitatis. [g]] Memoratur ab Arnoldo VVione, in Martyrologio Benedictino, ex Tabulis cœnobij S. Iustinæ de Padua; & Breuiario Cassinensi, hac die. §. 7.

Translatio S. Iustinæ. [h]] Ita Maurolycus, Fœlix, & VVion, in suis Martyrologijs, Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die. §. 8.

IDIBVS MARTII.

THESSALONICÆ, Sanctæ [a] Matronæ, Virginis, ancillæ cuiusdam Iudææ, quæ cùm occultè Christum coleret, & furtiuis orationibus quotidiè Ecclesiam frequentaret, à Domina sua deprehensa, & multipliciter afflicta, nouissimè robustis fustibus vsque ad mortem cæsa, in confessione Christi, incorruptum Deo spiritum, reddidit; cuius corpus Barcinone in Cathalonia requiescit. Cauriæ in Hispania, Passio Sanctæ [b] Vincentiæ, Virginis, quæ cùm esset è nobili Senatorum prosapia, Trasimundo, Rege Arriano, Catholicos persequente, vt ad partes Arrianas transirent, ipsa constantissimè decertauit, vsque ad mortem, pro defensione Catholicæ veritatis. Apud Capuam veterem, Sanctæ [c] Matronæ, Virginis & Martyris. Cordubæ, Natalis Sanctæ [d] Leocritiæ, Virginis & Martyris. Astudilii in Territorio Palentino, Beatæ [e] Catharinæ à Mendoza, Virginis Clarissæ, Abbatissæ, religione, & monastica obseruantia insignis.

MARTII XV.

§. 1. *SAnctæ Matronæ, Virgin.* [a]] Nomen illius mulieris Iudææ, heræ suæ, erat *Pausilla*, vidua, cui ipsa Virgo S. Matrona inseruiebat: pro Christo autem agonizauit, circa ann 300. Agunt de ea Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die. Baronius ibid. in notis. Petrus de Natalibus, libro tertio Catalog. Sanctor. capite 202. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Thessalonica*. Surius, Simon Martinus. Ioannes Tamayo, hac die, ex multis alijs, in Martyrologio Hispano, eadem die. Græci autem in Menologio ad 17. huiusce mensis. Exindè postea per quosdam gallos sacrum corpus eius aductum Barcinone asseruatur, in Ecclesia Seruitarum, extra vrbem, eidem Martyri dicata, nunc PP. Minorum Capucinorum Domicilium facta. Anno verò 1593. Translatum fuit idem sacrum corpus ex peruetusta capsa, in aliam ornatiori sculptura, ex ære, auro, & lapidibus preciosis compactam: Quæ de se Ioannes Marietta lib. 4. de Sanctis Hispan. Ferrarius in Additis ad præfatam Topographiam, verb. *Barcinona*. Item in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Barcinonens. Ioannes Tamayo, &c.

§. 2. *S. Vincentiæ, Virgin. Martyr.* [b]] Gloriosum eius certamen, præclaro celebrat Encomio D. Gregorius Toronens. libro secundo Histor. Francor. capite secundo, in hunc modum. *Per idem verò tempus, persecutionem in Christianos Trasimundus exercens; per totam Hispaniam, vt ad perfidiam Arianæ sectæ consentirent tormentis, ac diuersis mortibus impellebat: Vnde factum est, vt puella quædam religiosa, præditis opibus, ac secundum sæculi dignitatem, nobilitate Senatoria florens, & quod his est nobilius, fide Catholica pollens: quæ Deo Omnipotenti irreprehensibiliter seruiebat, ad hanc quæstionem adduceretur. Cumque Regis fuisset oblata conspectibus, cœpit eam primùm ad rebaptisandum, blandis sermonibus illicere. Quæ cùm venenosum eius iaculum, fidei armis propelleret: præcepit Rex facultates eius inferri, quæ iam possidebat Regno paradisi Diuinâ supplicijs applicatum, sine spe præsentis vitæ, torqueri. Quid plura? post multas quæstiones, post ablatos terrenarum diuitiarum thesauros, cùm ad hoc frangi non posset, vt beatam scinderet Trinitatem, ad rebaptisandum inuita deducitur. Cùmque in illud cœnosum lauacrum, vt cogeretur immergi, ac proclamaret Patrem cum Filio, ac Spiritum Sanctum vnius credo esse substantiæ, essentiaque: digno aquas vnguine cunctas infecit, idest Fluxu ventris aspersit. Ex hinc ad legitimam deducta quæstionem, post equuleos, post flammas, & vngulas, Christo Domino, capitis decisione dicatur.* Hæc ille: quem sequitur Baronius Tom. 5. Annal. Eccles. ad ann. 427. paragrapho decimonono. Hanc *Vincentiam* vocant Biuarius in Commentar. ad Lucij Dextri Pseudochronicon ann. 414. Ioannes Tamayo in Martyrologio Hispano, hac die, ex nonnullis alijs.

S. Matronæ, Virgin. Martyr. [c]] Memoratur à Ferrario in SS. Italiæ, & in Catalogo Sanctorum Generali; ex quodam Codice MS. & ex Epitaphio in Ecclesia S. Prisco ibidem dicata: ex quo illam Lusitani Regis filiam fuisse; & Zenone Imperatore, ac Gelasio Papa, vixisse, liquet: sicque à priore diuersam esse apparet. (quod tamen Baronius in dubium vertit, in notis ad Martyrologium Roman. hac die, existimatque illam potius fuisse in Africa Martyrem, quam putant Capuam postea esse translatam, ab Episcopis Africanis, profugis, tempore VVandalicæ persecutionis) quam commemorant Cardosus in Agiologio Lusitano, vigesima quinta Ianuarij, & decima quinta Martij, & in Commentario ad illud, ex alijs. Ioannes Tamayo sup. post Michaëlem Monachum, in Sanctuario Capuano 1. part. §. 3.

S. Leocritiæ, Virgin. Martyr. [d]] Ita Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tomo decimo Annal. Eccles. ad ann. Christi 859. paragrapho primo & seq. Aluarus in vita S. Eulogii Presbyteri & Martyris, quam scribit esse decollatam in Maurorum persecutione ann. 859. quarta post die, (cùm ille quinto Idus Martias agonem consummasset) corpusque eius proiectum in Betim flumen, sed postea ereptum, Oueti asseruatur. Vide Surium, ad 11. Martii. Ferrarium in noua Topographia sup. verb. *Corduba*, & Ioannem Tamayo sup. hac die. Alia item habetur Translatio ann. 1300. die 1 ono Ianuarii supra, per Fernandum Aluarum, §. 4

Cordubensem

Cordubensem Episcopum, in capsam argenteam: ex Ambrosio Moralez, apud Surium, sup. Marietta lib. 2. Histor. Eccles. Sanctor. Hispan. cap. 85. item lib. 4. cap. 40. 64. & 65: in vrbibus Cordubensi, & Ouetensi. Trugillo, Tom. 2. Thesauri Concionator. part. 2. in S. Eulogio. 11. Martii.

B. Catharina, Virgin. [e]] Reformatrix extitit
§. 5. Monasterii Castri-Cæsaris: vbi in Abbatissam præfecta, sorores omnes ad religiosam vitæ institutum, & ad arctiorem Regulæ obseruantiam, ann. 1580. reuocauit, ac demùm ad Astudilianum suum, Reuersa Monasterium, sancto fine quieuit. Ita Martyrologium Franciscanum & Annotationes ad illud, hac die, ex Monimentis MSS. Prouinciæ Conceptionis in Hispania, & Wadingho, Tom. 4. Annalium Minorum. ad ann. Christi 1354. §. 12.

DECIMO-SEPTIMO CALENDAS APRILIS.

APVD Lampsacum Helesponti in Mysia, Sanctæ [a] Mariæ, neptis Beati Abramii Eremitæ; quæ aliquando lapsa, sed facti pœnitens, precibus, ieiuniis & lachrymis prioris vitæ diluit crimina. Marcianis in Hannonia, Diœcesis Attrebatensis, Sanctæ [b] Eusebiæ, Virginis, Hamaticensis Monasterii Abbatissæ, Ordinis Benedictini; quæ Regulari Obseruantia, & gloriosis meritis excelluit. Mechliniæ in Brabantia, Depositio Beatæ [c] Pieronæ Hergodsæ, inclusæ, Tertiariæ Franciscanæ; quæ vitæ austeritate, silentio, patientiaque exornata, miraculis etiam floruit. Mediolani, Beatæ [d] Beatricis à Rusconibus, Tertiariæ item Minoritanæ; quæ genere & virtute Illustrissima, plurimis ante & post obitum, signis claruit admirandis. Neapoli, Beatæ [e] Elisabeth, Ordinis Sancti Augustini; virtute abstinentiæ, & rerum cœlestium meditatione insignis.

MARTII XVI.

§. 1. S*ancta Maria.* [a]] Habuit vir B. Abraham carnis propinquitate germanum; quo defuncto, vnica filia eius, annorum septem relinquitur, quam cùm parentibus orbatam noti amicique patris eius vidissent, patruo eius sine mora producunt. Cùmque eam senior cerneret, in cella sua exteriori iubet includi. Erat autem in medio vtriusque cellulæ fenestra permodica, per quam docebat eam psalterium, aliasque scripturas, & cum eo in laudibus Domini vigilabat; & psalmos nihilominus concinebat, atque in omni abstinentia æmulari suum patruum nitebatur. Alacriter quoque id arrepto instituto proficiens, vniuersas virtutes animi festinabat implere: exultabat autem patruus eius, quòd sic eam promptam, sine vlla hæsitatione, in cunctis virtutibus cerneret promouere: in lachrymis scilicet, in humilitate, in modestia, in quiete: & quod his sublimius est, erga Deum eximia charitate. Viginti siquidem annis cum eo in abstinentia degens, velut agna pudicissima, atque incontaminata columba conuixit. At postea in labem prolapsa, deserit patruum, seque stabulario locat, & biennio luxoriatur. Quo comperto, multis schematis, ad neptem suam perquirendam pergit B. Senex Abraham; qua tandem inuenta, meretricio habitu induta, coram patruo nescia comparet; compungitur, ac cum patruo, redit ad cellam; vbi iterum reclusa, pœnitentiæ actibus se ita conficit, vt eam sibi acceptam Deus bono ei sanitatum collato, post triennium, ostenderit. Quæ quinquennis pœnitentiæ expletis, sanctissimè obijt. Florebat, circa ann. 340. Decæ Menologium Græcorum, ad 29. Octobr. Metaphrastes, ex S. Ephrem in Actis S. Abramij. Confess. apud Surium hac die 16. Martij, Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & in Topographia noua ad Martyrolog. Roman. verb. *Lampsacus.* ead. die. Rosweydus in notis, ad vitam ipsius S. Mariæ, lib. 2. vitar. Patrum orientis.

S. Eusebia, Virgin. [b]] Filia extitit S. Rictru- §. 2.
dis: & Sancti Amandi discipula; quæ post S. Gertrudem, pronuiam suam, huic præfecta Monasterio; magna inibi septiformis gratiæ coruscatione refulsit: demùmque lampade, oleo misericordiæ & puritatis accensa, ad sponsi cœlestis occursum pio fine excedens properauit. Ita Chronicon Marcianense. Molanus in Additionibus, & Annotationib. ad Vsuard. hac die; item in indiculo Sanctor. Belgij. Fœlix in suo Martyrologio. Meyerus lib. 1. Annal. Flandr. ad ann. Christi 661. Wion in Martyrologio Benedictino. Myræus in Fastis Belgicis, ead. die, & 6. Decemb. Ferrarius in noua Topographia sop. verb. *Marciana*, & in Catalogo Generali Sanctor. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, Buzelinus, lib. 1. Gallo-Flandriæ, cap. 41. plura vide in Actis Sanctæ Rictrudis, 12. Maij apud Surium. Claruit ad ann. 642. Malbrancque Tomo primo de Morinis libro secundo cap. te 48. & 57. libro tertio capite trigesimo nono. Sanderus in Hagiologio Flandr.

B. Pierona, Inclusa. [c]] Diuersimodè vocita- §. 3.
tur, B. *Pierona*, *Petronilla*, & *Pyrona*, quæ in *Immelverdeghem*, villa Flandriæ, iuxta oppidum Gerardi-Montense, à parentibus pauperibus originem sumpsit. Cùm autem esset annorum ferè decem & septem, Gandaui institutum sororum, sub Tertia Regula Sancti Francisci degentium est ingressa; vt ibi Deo purius inseruiret, liberius-

solùm per totum Belgium; verumetiam apud exteras regiones. Nata est Landis, celebri quondam Brabantiæ oppido; Filia erat Pipini 1. Ducis Brabantiæ; Maioris Domus Regni Austrasiæ Cum autem in paternis ædibus versaretur, & die ac nocte Diuini verbi sapientiam meditaretur, eos breui temporis spatio, in Dei amore progressus fecit; vt mundanarum rerum pertæsa, tota mente, de Diuina pulchritudine cogitaret; indè sit, vt cuiusdam nobilissimi adolescentis, filij Austrasiorum Ducis coniugium, à Dagoberto, Francorum Rege sibi impensè procuratum respuerit anno 646. Patre mortuo, ann. 650 ipsa cum matre sua S. Itta, seu, Iduberga, sacris sese ædibus, B. Amandi Episcopi consilio, constructis, incluserunt; seseque tota, suasque omnia, vni Deo, sacro accepto velamine, consecrarunt. Accesserunt mox aliæ, atque aliæ, quæ splendore virtutum admirabilium, quas in parente & filia contemplabantur, motæ, se earum disciplinis submittebant: ita vt breui, Monasterium, & personarum, & virtutum numero, celeberrimum constitueretur. Matre denique ad cœlos abeunte, Abbatissa præficitur, tuncque cœlesti sapientiæ, egenorum subuentioni, pauperum receptioni, alijsque operibus, tota mente intenta; dùm nimijs vigilijs, & ieiuniis, corpus domaret, acri ægritudine corripitur, qua paulatim eacrescente, Abbatissæ officio se abdicauit. Cùmque ab insigni quodam sanctitatis viro, nomine Vltano, peregrino Monacho, de die obitus admonita fuisset; sacris munita, mysterijs, anno ætatis suæ 33. hac die, migrauit ad Dominum, anno Christi 664. Quæ miraculorum virtute postmodum clara, relata est in sanctorum classem, ex decreto, Innocentij 3. Pap. Agunt de ea, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 8. Annal. Eccles. ad anno. 655. & 664. Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vsoard. Item, in indiculo SS. Belgij. Gallesinius, Maurolycus, & Felia, in suis Martyrologijs. Sigebertus in Chronico ann. 646. 650. & 664. Schedel sexta mundi ætate fol. 154. Diuæus lib. 1. cap. 3. Rerum Brabant. & lib. 3. Otho Frisingensis lib. 5. Chronic. cap. 15. Trithemius libro tertio viror. Illustr. Ordin. Benedictin. cap. 111. Wion in Martyrolog. Benedictin. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Niuigella*. Vincentius Belluacens. libro vigesimo tertio Specul. Historial. cap. 117. Petrus de Natalibus libro tertio Catalog. Sanctor. cap. 205. Meyerus libro primo Annal. Flandr. ad anno Christi 660. & 664. Cratepolius de Episcopis Germaniæ. Chapeauillus Tomo primo Histor. Leodiens. in Annotationib. ad Harigerum, de Episcop. Leodiens. capite 54. Miræus in Fastis Belgicis, Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, Doubletus, Hareus, Surius, Lippelous, Renatus Benedictus, Ribadeneira, & alij, in vita eius. Grisius de Clericis Regularibus sect. 15. §. 5. Bachotus in Fastis Christianis.

S. Gertrudis, Virgin. Abbatiss. [c]] Matrem habuit
§. 3. S. Hedvvigem. Ducissam Poloniæ; cui virtute; pietate, & sancto zelo, extitit simillima. Nam Trebiniaci Cisterciense institutum amplexa; Abbatissa cæteris præficitur: Abiectis autem operibus libentissimè occupabatur; Diuinorum contemplationi, sic dedita erat; vt extra illam, nullam reperiret requiem. Cùmque tanta esset eius puritas, eam Deus miris signis & miraculis illustrauit: & virtutibus plenam, post fœlicem agonem in æternam introduxit beatitudinem. Vti testantur; Hartmannus Schedel. In Registro mundi. Sexta, ætate ad ann. 1275. Cromerus de Reb. Polonor. Wion in notis ad Martyrolog. Benedictin. Ferrarius in noua Topographia, sup. verb. *Trebnicum*. Item in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Tabulis dicti Monasterij. Manriquez. Tomo tertio Annal. Cisterciens. ad ann. 1203. capite septimo, ex Surio in vita. Sancti Hedvvigis 15. Octob. Tabula Sanctorum Tutelarium Regni Poloniæ. Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die. Franciscus Paludanus in Genealogia. Sanctorum Austriacæ familiæ.

§. 4. *B. Grimcletha, Virgin.* [d]]. Fuit autem hæc pia Virgo B. Goberto Asperi-Montis in Lotharingia Comiti conuersionis auctrix: quippe quæ ob honestæ vitæ conuersationem, & meritorum prærogatiuam, Deo & hominibus acceptabilis esset: iuxta Arnoldum Raissam. In Auctario ad Natales Sanctor. Belgij, Molani, & lib. 3. Chronici Villariensis cap. 1.

§. 5. *B. Diedela, Virgin.* [e]] illius meminit idem Raissa, sup. ex libro secundo Chronici Villariens cap 12.

§. 6. *B. Paula, vidua.* [f]] Hæc pia Herolna, Illustrissimi Ioannis-Francisci Gonzagæ, primi Mantuanor. Marchionis, vxor extitit; prudentiæ ac pudicitiæ honos, constantiæ & patientiæ sanctissimum decus, necnon totius virtutis ac religionis ornamentum: præcipuaque fundatrix Monasterij Corporis Christi, siue, S. Paulæ, Mantuæ: mortuo viro, ibidem religionis, habitum induit, vbi summis virtutibus enituit. Pauperibus etenim maximè compatiebatur, quos singulari charitate sustentabat: infirmorum plagas & vlcera delinire, pro viribus, curabat: suisque manibus pedes eorum lauabat: &c. sanctissimè itaque vitæ cursum expleuit anno Christi 1449. ipsa sexaginta annos nata: cuius Heroicas virtutes graui stylo describit. Bergomas lib. de claris mulierib. cap. 155. Agunt de ea Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad ipsum. Tossinianus lib. 1. Histor. Seraphic. Barezaus part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 11. Gonzaga part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in Præfato Monasterio quod est 1. Prouinciæ S. Antonij: vbi sepulta iacet, & lib. Synodal. Constitution. pag. 205. Donesmundus lib. 5. Histor. Mantuan. Choppinus lib. 2. Monastic. titul. 2. articulo 24. Wadinghus Tom. 5. Annalium Minorum ad annum 1420. §. 20. & 1449. §. 28. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Franciscus Augustinus D'Ella Chiesa in Theatro muliebri.

§. 7. *S. Wiburga, Virgin.* [g]] Hanc commemorat Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum hac die; ex Petro Canisio: cuius natalis est octauo Iulij.

§. 8. *B. Oliua, Virgin.* [h]] Nobilis Virgo erat, Diuitiis abundans, iuuenis, ac corporis venustate florens, quando, cunctis hisce spretis, Ordinis Sancti Francisci de Paula, habitum sumpsit, ac postea professionem emisit, anno 1549. Panormi, in Monasterio septem Angelorum; vbi orationi iugiter intenta, dono etiam lachrymarum potie-

tiebatur. Sacramenta confessionis & communionis, pia admodùm deuotione frequentabat; pœnitentiæ autem operibus sic se exercebat, vt ieiunia sæpè, maximè verò in Quadragesima, pane & aqua exsolueret, disciplinis etiam cruentis corpus affligeret: Ideoque ad gloriam, per obitum proficiscente, meruit Angelorum visitatione, & concentu consolari. Iuxta Ludouicum Dony-Attichium, lib. 6. histor. General. Minimor. ex MSS. monimentis siculis, & Lanouium in Appendice 1. & 4. ad Chronicū generale eiusdem Ordin. hac die.

§. 8. *Translatio S. Bathildis* [i] Fuerat olim eiusdem Monasterij fundatrix munifica, ac humilis deinde Sanctimonialis, tandemque etiam Tutelaris: Hæc autem solemnitas translationis, ipsius hac die celebrata est per Erchenradum, Parisiensem. 42. Episcopum, 200. annis post eius obitum. Qua de re Brulius lib. 4. Antiquitat. Parisiens. in ea Abbatia: & Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, & 18. huiusce mensis.

§. 9. *Translatio S. Angadrisme, Virg.* [l]] memoratur à Ferrario, in catalogo generali sanctor. hac die; & Saussayo, in supplemento Martyrologii Gallicani, ead. die. De qua & Vincentius Beluacens. lib. 23. specul. Historial. cap. 99. & Louuetus lib. 1. Histor. & Antiquitat. Beluacens. cap. 6. §. 21. ad 4. Februar *Quando* ob furorem Normannor. Translatum est sacrum eius corpus, ex Oratorio Monasterio, ad ædem S. Michaelis in vrbe Beluacensi. Malebrancque. Tom. 1. de Morinis lib. 4. cap. 37. & Tom. 2. lib. 6. cap. 22.

Eleuatio S. Reginæ viduæ [m]] Ista fuit vxorata, §. 10.
mater sanctar. Ragenfredis, & Auæ, Virginis: vtis suis locis, testatum erit. Nunc verò hæc eadem festiuitas agitur apud *Donomium*, Hannoniæ pagum, Cameracensis diœcesis: Iuxta Molanum. In Additionib. ad Vsuard. hac die; & indiculo SS. Belgij. Ferrarium sup. ead. die.

Commemoratio S. Mariæ, Ancillæ, Martyr. [n]] §. 11.
Veronisca, oppidum est in Celtiberia, seu veteri Castella; vulgo *Veruesca*: quo memoratur ipsius Agonis festiuitas forsan ob illius sacras Reliquias huc allatas: de qua Rabanus, Notkerus, & Gallesinius, in suis Martyrolog. hac die, Mombritius. Tom. 2. de Actis sanctor. Ioannes Tamayo: in Martyrologio Hispano. eadem die: Videsis alios infra 5. Nouemb. quo Nicomediæ inclyti martyrii palmam obtinuit.

QVINTO DECIMO CALENDAS APRILIS.

APVD Boicam, sanctæ [a] Herlucæ, Virginis: quæ dono Orationis ac lachrymarum feruebat. Plumbariolæ, non longè à Monte-Cassino in Samnitibus, Beatæ [b] Tesiæ, Longobardorum Reginæ, quæ sancti Benedicti sumpto habitu, sanctissimè vixit. Bononiæ, Beatæ [c] Illuminatæ Bembæ, Virginis, Clarissæ, genere, pietate, & Monastica obseruantia illustris. In Hispania, Beatæ [d] Catharinæ Paez, Abbatissæ Monasterii sancti spiritus de Olmedo, Ordinis Cistertiensis: quæ expleto virtutis stadio, ad æterna gaudia fœliciter eucurrit. Ticini, Translatio [e] sanctæ Speciosæ, Virginis. Apud Monasterium Beatæ Mariæ de Batra, Ordinis Cistertiensis, in Territorio Suessionensi, Reseratio ac Repositio Corporis Beatæ [f] Petronillæ, Virginis.

MARTII XVIII.

† §. 1. SAnctæ Herlucæ, Virg. [a] Hæc in Boica, vel nata, vel educata reperitur: quæ adolescentula studiosior erat corporis ornandi, quàm animi virtutibus colendi. Sed cum illam sibi Christus in sponsam legisset; non est passus eam vlterius progredi, ne iacturam faceret innocentiæ. Morbo ergò, sibi, aliisque placere studentem emendauit: quæ tum quidem meliora, vt amat fieri cùm premimur, vota concepit, si reualesceret; reualuit, sed oblita sui & Dei, rediit ad ingenium. Rediit & morbus, & refractariam grauius afflixit: promittentem vitam sanctiorem à morbo denuò recreauit, atque promissa non exequentem luminibus exuit. Hic vltimam verita calamitatem, seria cœpit consilia: quæ & perseuerauit. Munita deinde Diuinitus, vt urbem cereum ad S. Cyriaci, martyris, Tumulum, pro altero oculorum recuperandum mitteret; misit, recepit, & tam acutum ad vltima vitæ tempora vidit, vt Aquilas & Linces superaret: nec vlla vim lachrymarum; quas vberrimas frequenter profundebat, corrumperet, neque minutissimis telæ acu pingendæ studiis hebetaret. Altero tamen caruit semper; vt à ne causam vtriusque olim amissi ex animo deleret. Eius eximia merita describunt. Paulus Bernriedus, & Raderus part. 3. viridarij sanctor. cap. 2. de cæcis sanctis, §. 11. & Tom. 1. Bauariæ sanctæ, & Grethserus cum Gregorio 7. edidit.

B. Tesiæ Reginæ [b]] Rachisii Longobardorum in † §. 2.
Italia Regis vxor fuit: quæ, cùm vir eius, Diuino numine tactus, Regno renuntians, vitam monasticam magna cum deuotione complexus esset, ipsa non longè à Cassino Monte, Plumbariolæ monasterio à se extructo, sanctimonialis efficitur: illicque in virtutum ac bonorum exercitio perseuerans, sancto fine quieuit. Qua de re videantur. Palmerius in Chronic. ad an. 750. Bergomas. lib. 10. supplementi Chronicar. ad an. 747. Baronius Tom. 9. Annal. Eccles. ad an. 750. Wion. lib. 4. Ligni vitæ, cap. 14. Leo Ostiensis. lib. 1. Chronic. Cassinens. cap. 8. Iacobus Gualltius in sanctuario Papiensi lib. 5. cap. 23. Stephanus Breuentanus lib. 3. Antiquitat. Papiens. cap. 23. Galterius in Tabula Chronographic. secul. 8. in Reg. Longobard. Platus lib. 2. de Bono status Religios. cap. 27.

§. 3. *B. Illuminatæ, Virg.* [c]] Ex illustrissima *Bemberum* familia, inter Venetos clarissima, duxit originem. Porrò, vna fuit ex illis virginibus, quæ B. Catharinam Bononiensem secutæ sunt, dùm Ferraria Bononiam perrexit: vt illic nouum monasterium corporis Christi fundaret, incoleretque anno 1456. die 22. Iulij. Tanta deinceps familiaritate, & pia amicitia, fuerunt simul coniunctæ: vt exinde occasionem nacta, B. Illuminata, admiranda & illius D. Catharinæ Virg. gesta, dicta, facta, distinctiùs copiosiùsque obseruandi, & membrano quodam libello, à se scripto, redigendi; qui adhuc extat in eodem Monasterio: vbi meritis ac virtutibus præfulgens, naturæ debitum soluit, ibique tumulata est iuxta BB. consodales. Memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die, & in Annotationib. ad illud. Marco Vlyssiponens. part. 3. chronic. Minor. Barezzo, ibid. part. 4. lib. 2. cap. 13. Valerio lib. 4. de BB. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 26. Ludouico Iacob. in Bibliothec. illustr. fœminar.

§. 4. *B. Catharinæ, Abbatiss.* [d]] Fuit magnæ sanctitatis & orationis fœmina: Floruit circa an. Christi 1580 cuius animam rectè in cœlũ conscendisse, magnamque gloriam obtinuisse, Deus reuelauit. B. Francisco *de Tepes.* pro vt testantur Iosephus de Velasco in vita ipsius B. Francisci, lib. 2. cap. 12. & Henriquez in Menologio Cisterciensi hac die.

Translatio S. Speciosæ, [e]] Hanc commemorant Molanus in Additionib. ad Vsuard. & Ferrarius in Catalogo generali sanctor. hac die. Porrò, de illius Translatione nunc agitur: quando quidem dies natalis ipsius 18. Iunij sit: cuius Reliquiarum pars cedit Landuuardo, Mindensi Episcopo: qui in Germaniam secum eam detulit, anno 963. Ex Actis Translationis S. Epiphanii Episcopi Ticinens. apud Surium Tom. 1. ad 21. Ianuar. Christophorus Broverus in notis ad hanc Translationem. §. 5.

Repositio S. Petronillæ, [f]] Celebrata est hæc solemnitas per Focaldum, Episcopum Suessionensem, (qui sedebat an. 1510.) iuxta Saussayum in Martyrologio Gallicano hac die & 21. Maij. Nam illius sacrum corpus Roma in Galliam delatum, à Ioanna, Regina Francor. vxore Philippi Pulchri, in sacrario virginalis Monasterij S. Mariæ de Barra, propè Theodorici castrum Suessionensis Diœcesis, congruo honore collocatum est. Corpus quidem theca deaurata inclusum: venerabile verò caput in loculo conditum argenteo, auro illito, effigieque Christi sponsæ, & athletæ decorato. Syluanecti etiam habetur in Ecclesia S. Reguli, capsa argentea ipsius S. Petronillæ virg. cuius attactu, & intercessione, curantur febricitantes: vti testatur Iaulnayus. In vita & miraculis ipsius S. Reguli, Syluanectens. Episcopi, pag. 169. & 170. sub Episcopo 80. illius vrbis. §. 6.

QVARTO-DECIMO CALENDAS APRILIS.

SVRRENTI, sanctarum Martyrum, [a] Quintillæ & Quartillæ, cum aliis pluribus. Nicomediæ, sanctæ Hilariæ [b] Martyris. In VVintershouia Hasbaniæ vico, agri Leodiensis, sanctæ [c] Aldetrudis, virginis: quæ mira vitæ innocentia, pietatis feruore, & præclaris religionis exercitationibus, signisque mirificè præluxit. Apud Bingense Monasterium, Ordinis Benedictini, Diœcesis Maguntinæ, memoria sanctæ [d] Idæ; genere & virtute illustrissimæ: quam religionis sanctissimæ districta obseruantia, in perennem pietatis arcem, & sublimem virtutum aulam prouexit. In Teutonia, Beatæ [e] Iustæ, Virginis, Tertiariæ, Franciscanæ, Ancillæ sanctæ Elisabeth, viduæ: multarum prærogatiua virtutum conspicuæ. In Pago Vercellensi, Beatæ [f] Anonymæ, quæ mira constantia & patientia plena, forti & inuicto animo, Deo inseruiuit. In Territorio Æduensi, Monasterio Vezeliaco, Ordinis Benedictini, Translatio sanctæ [g] Mariæ Magdalenæ.

MARTII XIX.

§. 1. *Sanctarum Martyr. Quintillæ, & cæt.* [a]] Memorantur apud Bedam, Viuardum, Adonem, & Martyrologium Roman. hac die, Baronium ibid. in notis. Ferrarium in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Surrentum.* Petrum de natalib. lib. 11. catalog. sanctor. cap. vltim. §. 91.

§. 2. *S. Hilariæ Martyr.* [b]] Illius meminerunt Menologium Græcorum, Galesinius in Martyrologio, & Ferrarius in Catalogo sanctorum, hac die.

§. 3. *S. Aldetrudis virg.* [c]] Virgo Romana extitit, quæ S. Landoaldum S. R. E. Archipræbyterum secuta est in Gallias properantem, ex missione S. Martini 1. Pap. circa an. 650. & vsque Belgium venientem: quo ipsa miris refulsit virtutibus: cuius corpus ex Hasbanio Gandauum translatum est, anno 980. vnà cum ipsius S. Landoaldi exuuiis sacris, ad S. Bauonis Monasterium, sub Vvomaro Abbate: vide Surium in Actis S. Landoaldi hac die, Molanum in indiculo sanctor. Belgij, Chapeauillum Tom. 1. Histor. Leodiens. in notis ad Harigerum, cap. 49. Myræum, In Fastis Belgicis, ead. die. Sanderum in Hagiologio Flandriæ.

S. Idæ, [d]] Aliàs *Iutta* etiam dicitur: vtroque enim nomine eam appellat Trithemius in Chronico Hersaugiensi & Spanheimensi: vbi eius depositionem hac die, reponit: sicut Ferrarius sup. verb. *Bingium* & in Catalogo generali sanctor. Vvion. in Martyrologio Benedictino, & Menardus ibid. lib. 1. Obseruation. eadem die. Cœnobialem vitam duxit, ex Comitissa Spanheimensi facta monialis, postea Reclusa, anno 1109. In Abbatia S. Ruperti, Bingis, vnà cum sorore sua S. Margarita eiusdem loci prio- §. 4.

rissa, de qua 19. Octob. infra, quæ viuebat anno 1111. vitamque temporalem in æternam commutauit: suspicor autem illam eandem esse cum ea, de qua inferius ad 22. Decemb.

§. 5. *B. Iutta, Virg.*] Hanc obiisse anno 1252. indictione III. 14. Calend. Aprilis S. Iuttam, (aliis *Guttam*.) Virginem, olim pedissequam S. Elisabeth, Hungariæ, Lantgrauiæ, Thuringiæ, & Hassiæ scribunt. Multis autem signis & miraculis tam in vita, quàm post mortem, claruisse perhibetur; quæ omnium virtutum, & operum Dominæ suæ, cùm adhuc in humanis ageret, conscia fuit, & studiosa cooperatrix, in omnibus eam, pro viribus imitari vsque ad mortem constantissimè curabat: denique cum cæteris pedissequis eiusdem mulieris sanctæ ipsam tertio se mancipasse D. Francisci Instituto; ex probatis discimus Authoribus Trithemio in Chronico Hirsaugiensi anno 1252. Bzouio Tom. 13. Annal. Eccles. ad an. 1252. §. 15. Odurico Raynaldo ibid. §. 16. Molano in Diario Medicor. Ecclesiastic. numer. 44. notabil. 5. Vvadingho, Tom. 1. Annal. minor. ad an. 1229. §. 5. & seq. item. Tom. 2. ad ann. 1252. §. 5. Sedulio in Commentario ad vitam S. Elisabeth cap. 21. ex MSS. codicib. Petro à sancto Romualdo Tom 3. Thesauri Chronolog. ad anno 1231.

§. 6. *B. Anonyma,*[f]] Superauit omnes crudelitatis euentus, imperat Valentiniani sæuitia illa aduersus hâc B. mulierem Vercellensem exhibita, cùm postulata esset Adulterii reacriminis, sed innocens. Rem gestam perpetua dignam memoria luculento stylo, S. Hieronymus prosecutus est, epistol. 49. ad Innocentiom. In qua de S. Damasi Papæ victoria aduersus schismaticos, agit, vt appareat hæc ipsa eodem fermè tempore contigisse. Nam hæc ipsa B. mulier omnem superans crudelitatem, Diuino sibi fauente numine, septies licet icta gladio, insultabat carnificibus: demum ita concludit sanctus Doctor: *Tali ergo inuidia, carnifice confuso, clam domi mulier refocillatur. Et ne forte creber medici ad Ecclesiam commeatus suspicionis panderet viam: cum quibusdam virginibus, ad secretiorem villulam, secto crine, transmittitur. Ibi paulatim virili habitu, veste mutata, in cicatricem vulnus obducitur.* Alumna hæc erat fœmina S. Eusebij, eius ciuitatis Episcopi, quam ad tantam cum innocentia iunctam constantiam sanctus præsul, tum verbis, tum etiam vitæ exemplo firmiter informarat: atque postmodum sancto fine migrauit ad Dominum. Vltra præfatum S. Hieronymum, Agunt de ea. Cassaneus part. 2. catalog. gloriæ mundi, consideration. 27. Baronius Tom. 4. Annal Eccles. ad an. 367. §. 23. & seq. Vicelius, de sanctis Ecclesiæ Dei. Haræus, in Appendice vitar. sanctor.

§. 7. *Translatio S. Maria Magdalenæ.*[g]] De huiusmodi actione sic scribit Sigebertus in Chronico, ad ann. 745. quo peracta fuit. *Persecutione post lapidationem Stephani prothomartyris mota, Maximinus vnus de septuaginta duobus discipulis, ad Gallias transiens, Mariam Magdalenam secum adduxit, & eam, apud Aquensem vrbem, cui præsidebat, sepeliuit defunctam. Aquensi verò vrbe a Sarracenis desolata: corpus eius à Gerardo, Comite Burgundia, ad cœnobium Viceliacum à se constructum, transfertur.* Quem sequuntur, Vincentius Beluacens. lib. 23. specul. Historial. cap. 162. & 103. D. Antoninus part. 2. chronic. Titul. 13. cap. 2. §. 4. Petrus de natalib. lib. 6. catalog sanctor. cap. 114. Iacobus de Voragine. In Legenda aurea cap. 92. Surius ad 22. Iulii. Maurolycus & Gallesinius, in suis Martyrologiis. Ferrarius in Catalogo sanctor. & Saussayus, in Martyrologio Gallicano, hac die. VVermerus in Fasciculo tempor. ad ann. 743. Belforestus in Additionibus ad Nicolaum Gillium, in Chronica Franc. sub Childerico 3. Reg. an 740. Ioannes à sancta Maria part. 1. vitar. SS. Ordin. prædicat. lib. 1. cap. :. Propterea S. Ludouicus IX. Rex Gallorum, an. 1249. pergens ad expeditionem Hierosolymitanam, iter direxit per Burgundiam: Vezeliacum vsque, vt eius precibus se commendaret, si fas est famæ volitanti assensum præbere: certissimè autem constat, eumdem S. Regem, in reditu, ab huiusmodi sacra expeditione, an. 1253. seu 1254. Appulisse ad oram Prouinciæ Phocensis maritimam, & consedisse apud Castrum *Teres*, ex quo in vrbem Aquensem iter direxit: Propter honorem Beatæ Magdalenæ, quæ dieta parua ab hinc quiescebat. Perrexitque ad locum Balmæ, in Antrum valdè eleuatum: quo, dicebatur, sanctam Magdalenam, longo tempore vixisse in Eremitorio: Iuxta relationem Ioan Ionuillæi, testis oculati: De gestis ipsius S. Ludouici Regis, quem hac vsque comitabatur: Sanè ille locus, mirabilis ac deuotus, cunctis fidelibus illum piè visitantibus, apparet: quod & mihi semel & iterum accidit, anno 16.0. & 1642. dum præ deuotione specu illud solitarium: ac oppidum S. Maximini perlustrarem; vbi sacræ eius habentur eius Reliquiæ: Quis non ingenti afficeretur pietate, cernens illud venerandum caput illius sanctæ pœnitentis? Quippe, quod Deus tot signis illustrauerit admirandis; quod tanti Reges ac principes, vsque ad nostrum optimum, Christianissimum ac deuotissimum, Monarcham gloriosum Ludouicum XIII. visitarunt, honorarunt, ac reueriti sunt. Quodque pia fidelium turma in dies, sic impensè veneratur ac excolit. Conticescant igitur quidam scioli, ac minùs sapientes, aduersus hæc obloquentes: pudeatque illos talia effari, sed sapiant ad sobrietatem: Cùm quisque illorum, si attentè consideratur, de omni re dubitet, nilque credat, aut affirmet, nisi quod, vel ipse dixerit, aut asseruerit: vel, quod sibi placuerit, & placuisse voluerit. Rectè autem ac iustè calamum in eos exacuerunt, Docti, graues, pij, ac Religiosi viri; stantes à parte ipsius S. pœnitentis, parati reddere rationem, in deffensionem tantæ veritatis, & Auitæ pietatis. Propterea, mox editi sunt in lucem Libri complures, hisce titulis prænotati. *Disquisitio de Massiliensi aduena;* A Ioanne-Baptista Quesnæo: *Ratio vindicatrix calumnie*: A Michaele Iordano. *Vindicie fidei & pietatis*, ab Honorato *Bouc'e*, *Triumphus S Magdalena*, à D. Dionysio, à *sancta Balma*, viro illustri. Fatemur quidem, aliqualem B. Mariæ Magdalenæ portionem Reliquiarum, Vezeliaci haberi: sed maiorem partem earundem, cum Capite, apud S. Maximinum in Prouincia remansisse: De que ea re cauillari, aut dubitare, nil aliud esset, quàm nodum in scirpo, quærere, & uæuum in sole.

TERTIO-DECIMO CALENDAS APRILIS.

ROMÆ, ſanctarum [a] Photinæ Samaritanæ Anatholiæ, Photiæ, Photidis, Paraſceues & Cyriacæ, ſororum Germanarum, quæ omnes Chriſtum confeſſæ, Martyrium ſunt aſſecutæ. Amiſi in Paphlagonia, ſanctarum ſeptem mulierum, martyrum: [b] Alexandræ, Claudiæ, Euphraſiæ, Matronæ, Iulianæ, Euphemiæ, & Theodoſiæ; quæ in confeſſione fidei cæſæ ſunt: eaſque ſecutæ ſunt Derphuta, & ſororipſius. Coloniæ, ad Gradus, Tranſitus Beatæ Rixæ, [c] Reginæ Hungariæ, ſancti Annonis, Colonienſis Archiepiſcopi conſanguineæ: quæ multis patratis virtutibus, ad æterna tabernacula migrauit. Lorçæ in territorio Carthaginenſi, apud Hiſpaniam, Beatæ [d] Mariæ Sanctiæ Virginis, Tertiariæ Franciſcanæ: vitæ & miraculis glorioſæ. Panormi in Sicilia, Beatæ [e] Nymphæ Scholaræ, Virginis, Ordinis Minimorum: quæ ſic in Dominicæ paſſionis meditatione exarſit, vt exinde prçclaris meritorum inſigniis reſplenduerit.

MARTII XX.

§. 1. *SAnctarum Photinæ, & cæt. Martyr.* [a]] Ita Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom 10. Annal. Eccleſ. ad an. 961. § 9. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Syria*. Græci item in Menologio: feruntque eandem fuiſſe mulierem Samaritanam, de qua Ioan. Euangel. cap. 4. quibus adſtipulatur vetus Martyrologium Caſſinenſe. Eius caput Romæ, apud S. Paulum, à Monachis Caſſinenſ. aſſeruatur. Du Paraſceue autem agit Molanus in Additionibus & Annotationibus ad Vſuardum 24. Iulii ex Menologio Græcor. & Gregorio Balſamon. in 65. Canonem Trulli: quæ quidem tunc colebatur in quodam Caluariæ vico. Pancirola in Theſauro vrbis Romæ, Regione 9. Eccleſia 14. Ioannes Tamayo in Hiſpano Martyrologio hac die ex codice MS. Græco legemiæ. Patriarchæ Conſtantinopolitan.

§. 2. *SS. Septem mulier, martyr.* [b]] De eis Agunt Martyrologium item Roman. hac die, & Baronius ibid. in notis. Ferrarius in noua Topographia ſup. verb. *Amiſus*. Metaphraſtes & Græci in Menologio, ead die. De præfata autem B. *Derbutha*, martyre; & cæt. infra ad 4. April. niſi ſit alia. Porrò, D. Claudiæ corpus extabat Alexandriæ in Eccleſia, S Marci, ſub an. 831. apud Surium Tom. 2. vltimo die Februarii, in Actis Tranſlationis S. Marci, ab Alexandria, Venetias ex Baronio. Tom. 9. Annal. Eccleſ. ad ann. 820.

§. 3. *B. Rixa, Regina* [c]] Neptis, erat S. Annonis, Epiſcopi Colonienſis; cuius ſacrum corpus, in magnis feſtis, pietatis & deuotionis ergo, fidelibus oſtenditur: Ex Molano, in Additionib. ad Vſuard. hac die: Caniſio in ſuo Martyrologio. Ferrario in Catalogo ſanctor. ead. die. Cratepolio lib. de ſanctis Germani.

§. 4. *B. Maria ſanctia, virg.* [d]] Nuncupabatur Maria-Sancia à *Bocca*, quæ vnà cum matre B. Eliſabetha *Pontia*: Francisca *Pontia* ſorore, ſumpto Tertiariarum Franciſcanarum habitu, adeò ſe in omni virtutum genere, cum illis exercuit, quòd ſanctitatis norma Lorcanis ſactæ ſiot: eiuſque Reliquiæ aliquot Dæmoniacos ab immundis ſpiritibus, pluresque infirmos è diuerſis infirmitatibus liberauerint. Vide Martyrologium Franciſcanum, hac die, & Annotationes ad illud, Gonzagam part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Lorcenſi monaſterio ſanctæ Annæ, quod eſt 12. Prouinc. Carthaginenſ. in Hiſpania, Barrezzum part. 4. chronic. Minor. lib. 1. cap. 30. ſub anno 1510. Valerium libro 4. de BB. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 6.

†. §. 5. *B. Nympha Scholara, Virg.* [e]] Vna fuit ex præcipuis Sororibus, Panormum vocatis, vt inibi monaſterium fundarent Ordinis S. Franciſci de Paula, ſub Titulo SS. ſeptem Angelorum: Ex quo enim Religionis huiuſce aſſumpſit, anno 1532. tanta emicuit claritate virtutum, vt cunctis eſſet in exemplum: ardentiſſimo autem amore, & intenſiſſima compaſſione ferebatur in Ieſum Chriſtum crucifixum: vt proco dolorũ vicem rependere peroptaſſet, quod amantiſſimus ſaluator ei conceſſit: dans illi ſentire, quod & in Chriſto Ieſu: ſanctiſſimèque obiit an. 1584. Iuxta Luduuicum Dony-Attichium. lib. 6. Hiſtor. general. Ordin. Minimor. in ea, ex monimentis veterib.

DVODECIMO CALENDAS APRILIS.

IN Africa, natalis sanctæ [a] Quartillesiæ, martyris. Constantinopoli, Passio sanctarum [b] mulierum: quæ sub Leone Isaurico Iconoclasta, gladio necatæ, pro pietatis præmio, gloriosam tulerunt mortem. Treuiris, Beatæ [c] Clementiæ, quæ spretis mundi deliciis ac pompis, Christi obsequiis sese in Horreo Monasterio Benedictino, consecrauit, & sancto fine quieuit. Romæ, in Monasterio sanctæ Annæ de Furnariis, Depositio Beatæ Santucciæ de Terrabotis, Virginis, Tertiariæ, Ordinis Seruitarum: quæ singulari prudentia, & vitæ Sanctimonia, ita resplenduit, vt quampluribus Monasteriis zelum & amorem regularis disciplinæ, sedis Apostolicæ authoritate, restituerit, & suo exemplo viam cæteris præbuerit. Bambergæ in Franconia, Beatæ [e] Catharinæ Zollerinæ, Virginis, Clarissæ, primæ illius loci Abbatissæ: vbi propagandæ sanctæ Religionis desiderio, editaque multa Virginum Christi progenie: post multiplicata bonorum operum fœnora, properauit ad brauium retributionis æternæ. Pistorii in Tuscia, Beatæ [f] Dianastellæ Virginis, Tertiariæ, Ordinis Seruitarum: vitæ innocentis eximiæ. Veronæ, Translatio sanctarum [g] Liberatæ & Faustinæ, sororum, Virginum sanctimonialium.

MARTII XXI.

§. 1. SAncta Quartillesia, martyr. [a]] Memoratur in Actis SS. Montani, & socior. martyr. 24. Martij. Apud Surium cap. 4. & Baronium Tom. 2. Annal Eccl. ad an. Christi 262. §. 10. Hisce verbis: *De hac enim sorore nostra Quartillesia, hic nobiscum posita: cuius mulieris & maritus & filius, ante triduum passi erant, & cæt.*

†. §. 2. *SS. Mulierum.* [b]] Hæ Christi Athletæ fortissimæ, pro defensione ac cultu sanctarum imaginum, & iustitiæ zelo, constanter gloriosèque decertantes, gladio cædente, occubuerunt: pro vt describitur in Actis S. Stephani iunioris, martyris, apud Surium 28. Nouemb. cap. 4. sub ann. 750. Grasius de Clericis Regularib. sect. 15. §. 5. scribens fuisse 30. numero moniales vnius monasterij anno 816.

§. 3. *B. Clementia.* [c]] Filia erat Comitis Hombergensis, nuptaque Comiti Spanheimensi; at, eo mortuo, vanitatis pertæsa mundanæ, ad prædictum Treuirense monasterium confugit, vbi habitu sanctimonialis assumpto, in omni pietate ac humilitate, vitæ cursum fœliciter consummauit ann. 1170. vti testantur Trithemius in chronico Hirsangiæ, Wion. in Martyrologio Benedictino, hac die, Ferrarius, in noua Topographia, ad Martyrologium Roman. verb. *Spanheimium*, & in Catalog. sanctor. & Saussayus in Martyrologio Gallicano ead. die.

†. §. 4. *B. Santuccia Virg.* [d]] De ea agunt Archangelus Gianius, part. 1. Annal. Seruitar. centur. 1. lib. 4. cap. 12. & lib. 6. cap. 1. ex monumentis Eugubinis, & Monasterij S. Annæ de vrbe. Patria Eugubina erat, quæ circa an. 1283. Mantellatarum ingressa est consortium, Ordin. seruitar. quapropter prudens virgo diuortium perpetuum suo coniugi dedit, qui & ipse ea de causa, in cœnobio S. Petri, Ordinis Benedictini eiusdem loci, monachus est effectus. Interim Christi ancilla, tantæ æstimationis, ob suam prudentiam, & circumspectionem insigniter habebatur, inter illas consocias; vt eius fama commoti summi Pontifices, anno 1286, illam pro instituendis, seu reformandis monasteriis Benedictinis, ad vrbem accerserint. Quapropter retento semper B. Santuccia, priore habitu, cum eodem titulo, vt serua B. Mariæ Virginis, seu, de Ordine Seruitarum, diceretur, & esset i primo, Romæ sacram ædem S. Mariæ in Iulia: Aliam in Insula Tyberina: Alteramque S. Annæ extruxit, cum amplo Monasterio, sub Regula S. Benedicti: vbi complures virgines nobiles breui aggregatæ, nuncupatæ sunt, longum post tempus, *Santuccianæ seruæ Beatæ Virginis*: Illic sanctissimam vitam ipsa B. Santuccia peregit, & beato fine quieuit, anno 1305. quam etiamnum pia veneratione colunt sanctimoniales. Hæc ex præfatis: & Pancirola in thesauro vrbis Romæ, Regione 9. Ecclesia 33. & Regione 11. Ecclesia 1.

§. 5. *B. Catharina, Virg.* [e]] Fundato Monasterio Clarissarum Bambergæ, per ipsam nobilem virginem, B. Catharinam *Zollerin*: Introductæ sunt in illud sorores, anno 1343. in die S. Thomæ, Cantuariens. Archiepiscopi & Martyris: quibus ipsa fundatrix præfuit prima Abbatissa: tantaque virtute enituit, vt pro sancta haberi, cæteri affirment. Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad ipsum: Bruschius de Episcopis Bambergensibus. §. 25. Gonzaga. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio 5. Prouinc. Argentinens. Wadinghus Tom. 3. Annal. Minor. ad an. 1343. §. 7. ex MS. Chronic. illius Prouinciæ.

†. §. 6. *B. Dianastella, Virg.* [f]] Florebat Pistorii, ad an. 1387. hæc Virgo iam longeuæ ætatis; tanto suauitatis odore apud suos flagrans, vt etiam viuens, ob vitæ innocentissimæ exemplum, ab omnibus Beata nuncuparetur: Teste Archangelo Gianio, part. 1. Annal. Seruitar. centuria 2. lib. 4. cap. 13. ex MSS. monimentis Nicolai de Pistorio.

§. 7. *Translatio SS. Liberatæ, & cæt. Virg.* [g]] Dehuiusmodi celebritate agunt VVion. in Martyrolog. Benedictino, Ferrarius, in Catalogo generali sanctor. hac die: Item Breuiarium, & Officium Ecclesiæ Placentinæ.

VNDECIMO CALENDAS APRILIS.

NATALIS ſanctarum Martyrum [a] Callinicæ & Baſiliſſæ. Turribus in Sardinia, Sanctarum [b] Petroniæ, Piſanæ, & Valeriæ: quæ in perſecutione VVandalica, paſſæ ſunt. In Brabantia, haud procul à Louanio, Monaſterio Vallis-Floridæ, Ciſtertienſis Ordinis, Beatæ [c] Gentæ, Abbatiſſæ: multorum miraculorum, & egregiarum virtutum ſplendore, celeberrimæ. In Sueuia, Beatæ [d] Catharinæ, Virginis, filiæ Sanctæ Brigittæ: quæ ob raram ſapientiam, & nitidos mores, necnon ſanctiſſimam vitam peractam, alumnas ad regularis obſeruantiæ perfectionem facilè perduxit; Parthenopoli ciuitate, Beatæ [e] Margaritæ, Virginis, quæ Contracta dicitur, eximiæ Religionis, patientiæ, & ſufferentiæ. Alcazarij in Territorio Toletano, Beatarum [f] Virginum, Franciſcæ à Sancta Cruce, Mariæ de Ortega, & Ludouicæ Auendagno, Tertij Ordinis Minorum: quæ pœnitentiæ operibus iugiter intentæ, Sancto fine quieuerunt. Romæ, ſanctæ [g] Leæ, viduæ: cuius virtutes & ad Deum tranſitum Beatus Hieronymus ſcribit. In Territorio Hæduenſi, Tranſlatio ſanctæ [h] Reginæ, Virginis & Martyris, ex Alexia pago in Flauiacenſe Monaſterium Benedictinum. In Eixenſi Monaſterio, ad Moſam Diœceſis Leodienſis, Tranſlatio Sanctarum Virginum, Herlindis, & Relindis Sororum.

MARTII. XXII.

§. 1. SAnctarum Martyr. Callinica, &c. [a]] Ita Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. Græci etiam in eorum Menologio.

§. 2. SS. Petronia, &c. [b]]. Turribus, perſecutione VVandalica excitata, pro Chriſti fide agoniſarunt, circa ann. 440. vel 450. non quidem omnes fortè eodem tempore, vel die: ſed prior, nempe S. Petronia, hac die, ad gaudia cœli conuolauit. Harum aliorumque quamplurium Martyrum, & Confeſſorum ſepulchra, cum inſcriptionibus, reperta ſunt: quando Gauinus Illuſtriſſimus Turritanus Archiepiſcopus Anno primo ſuæ ſedis, terram iuſſit aperire & effodere: ac ſubterranea loca, ſuæ Cathedralis Eccleſiæ, diligentiſſimè, ſed non ſine labore, per ſemetipſum, magna cum pietatis inſtantia, cœpit inueſtigare, perluſtrare ac viſitare, & ea omnia decentius reponi, ac conſeruari: cuius rei teſtis oculatus extitit, Iacobus Pintus. lib. 3. De Chriſto crucifixo, Titul. 4. loco 12. §. 14. 30. 36. & ſeq.

§. 3. B. Genta, Abbatiſſæ. [c]] Primò monialis nigri Ordinis fuit, deinde Ciſtertienſis Inſtituti: nobilis genere, ſed nobilior mente: Pulchra facie, ſed animo decentior: quæ annis fere triginta, Monaſterio huic, Gallicè, Floreval, præfuit Abbatiſſa: vbi, ad patientiæ exemplum, diuturno morbo exercitata, poſt editos in Dei timore, ac amore, perfectos progreſſos, quietis æternæ optatum munus à Domino, percepit. Ad cuius teſtandam ſanctitatem; ante ipſius obitum, ann. 1247. per tres noctes, feneſtram eius cubicali cæleſtis fulgor impleuit: cuius Elogium conſcribit. B. Thomas Cantipratanus lib. 2. Apum. cap. 10. quam & morientem conſolatus eſt, §. 3. cui adſtipulantur Henricus Gran. in ſpeculo Exemplor Diſtinct. 10. cap. 8. Robertus Ruſca, in ſuo compendio. Titul. Moniales ſanctæ. Angelus Menriquez lib. 3. Laureæ Euangelic. Diſcurſ. 7. Barnabas de Montalbo, Tom. 1. Chronic. lib. 2. cap. 39. & 40. Rayſſa in Auctario ad natales SS. Belgij Molani. Henriquez in Menologio Ciſtertienſi hac die. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, ead. die, & ad. 20. Iulij.

§. 4. B. Catharina, Virg. [d]] Matris ſanctos mores, (cum qua annos 25. peregrè vixit) ad amuſſim imitata, virtutibus maximis emicuit; poſt cuius obitum, cum ſacris eius Reliquiis, Roma in patriam remeauit, vbi ab omnibus ſingulari beneuolentiæ, & amoris ſignificatione excepta, ſacris ſe VVaſthenenſis Monaſterij ædibus incluſit; & Virginibus Chriſto dicatis, Regulam Saluatoris, quam tot annis, apud matrem, didicerat, tradidit. Migrauit in cœlum, ann. 1381. miraculis in vita, & poſt mortem inſigniter eluxit. Cuius res geſtæ extant apud Surium Harzum Lippeloum, Foderetum, Remaum Benedictum, Ribadeneiram, Doubletum, Gazetum, &c. hac die. Agunt de ea, Martyrologium Roman. ead. die. Baronius ibid. in notis, Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. Sueciæ & VVaſthenæ. Bzouius Tom. 15. Annal. Eccleſ ad an. 1378. §. 37. item ann. 1381. §. 23. & ſeq. Faſti-Mariani ead. die, & Simon Martinus, Bachotus in faſtis Chriſtianis: Pancirola in Theſauro vrbis Romæ Regione 12. Eccleſia 27.

§. 5. B. Margarita, Virg. [e]] Ita Molanus in Additionibus ad Viuardum hac die: qui teſtatur, de eius vita librum extare, MS. per Ioannem, Dominicanum, compoſitum. Illam autem Parthenopolim vrbem, opinor eſſe Neapolim in Campania: quæ & Parthenope dicitur.

§. 6. BB. Franciſca, &c. Virg. [f]] Prior fundatrix fuit Monaſterij immaculatæ Conceptionis Alcazarij, in quo & meruit ſancta morte defungi, ann. 1574. Reliquæ erant coadiutrices eius: quarum altera Maria, ſanguine & virtute, illi cognata fuit: Altera verò, Aloyſia; ſiue Ludouica, in locum defunctæ ſuffecta

paribus sanctimoniæ passibus incedentes, glorioso fine, in Domino quieuerunt. Vide Martyrologium Franciscan. hac die, & Annotationes ad illud. Gonzagam; part. 3. Origin. Seraphic. Relig. in dicto Monasterio, quod est 17. Prouinc. Carthaginens. in Hispania. Blasium Laghinam in suo memoriali; & Marianum lib. 6. chronic. strictior. Obseruant. Minor. Reformat. cap. 23. VVadinghum Tom. 4. Annal. Minor. ad an. 1360. §. 3. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Ordin. Seraphic.

§. 7. *S. Lea, vidua.* [g]] Memoratur à sancto Hieronymo, Epistol. 15. de Laudibus Asellæ, ad Marcellam, & Epistol. 24. ad eandem. item in Psal. 72. qui de obitu ipsius B. Leæ nunciatur. Præterea, Agit de ea Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. & Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. 382. Molanus in Appendice ad Vsuardum, Surius Fodereus, Gazetus, Simon Martinus, Dandillyus, &c. in vita eius, ead. die Ferrarius in SS. Italiæ.

§. 8. *Translatio S. Reginæ, Virg. Martyr.* [h]] Accidit die 21. sed ob festum S. Benedicti relata fuit solemnitas in hanc diem: quo ei cultus illic copiosus à fidelibus rependitur, qui meritis eius, morborum vim curandorum mirabilem recipit, perenniterque poscentibus opem Virginis medelam inpendit salutarem. Peracta est hæc celebritas à D. Egilo, illius loci Abbate, postea Senonensi Archiepiscopo: præsente Salomone, Dolensi Episcopo, tunc illic exulante: & copiosa populi multitudine, circa ann. 864. seu 865. tempore Caroli Calui. Regis Franc. ex Martyrologiis Flauiacensi. Monasterij S. Ioannis, Semuriensi, &c. Hugonis chronica: Gallia Christiana in ea Abbatia: Saussayo in Martyrologio Gallicano ad 17. Martij Georgio Viola. in vita S. Reginæ cap. 14. 16. & 17.

Translatio SS. Virg. Herlindis, &c. [i]] De hac Translatione egerunt Ado, Molanus in Additionib. ad Vsuard. hac die, & in indiculo SS. Belgij, Wion. in Martyrologio Benedictino; Ferrarius in Catalogo generali sanctor. Myræus in Fastis Belgic. Saussayus in Martyrologio Gallicano, & in supplement. eiusdem ead. die & 12. Octob. Cùm enim prima Ecclesia Eykensis, quæ lignea fuerat, putresceret, & ruinam minaretur: Aua, Abbatissa, lapideam fecit: cuius occasione Franco, Episcopus Leodiensis, vtriusque Virginis ossa honorificè leuauit, die hac ann. 850. seu 856. vel 906. apud Chapeauillum Tom. 1. Histor. Leodiens. in Annotationib. ad Anselmum, de Episcop. Leodiens. cap. 37. vbi in Textu additur ex Ægidio. *Hic etiam Franco Episcopus derogatu venerabilis Aua, Abbatissa bonæ memoriæ, Hekensis, in feretro, argento, & auro decenter ornato, corpora SS. Virginum, Renula, & Herlindis, transtulit è tellure 10. Calend. April.* Præterea, ead. die, ann. 1571. facta est altera solemnis Translatio, per illustrissimū D. Gerardum à *Groesbeeck*, Cardinalem, tum etiam Episcopum Leodiens. Tunc enim collegium Canonicorum, qui monialibus successerant, migrauit in oppidum de Maseycka: vterque autem locus est in Comitatu Hornensi, diœcesis Leodiens. §. 9.

DECIMO CALENDAS APRILIS.

TARRACONÆ, Coronæ Sanctarum Martyrum [a] Pelagiæ, Aquilæ, & Theodosiæ. In Africa, passio sanctæ [b] Anonymæ, quæ simul cum viro suo, Sancto Liberato, & Filiis, Martyrii palmam promeruit in persecutione Wandalica. In Agro Mantuano Memoria Beatæ [c] Mathildis, Comitissæ, Clarissimæ fœminæ: quæ Ecclesiæ propugnaculum, & vindex Ecclesiasticæ libertatis, aduersus schismaticos principes fuit. Item, Beatæ [d] Melchiadis, virtutibus insignis, Ordinis sancti Francisci. Abulæ in Hispania Tarraconensi, Transitus Beatæ [e] Mariæ à Christo, Virginis, Ordinis Cistertiensis; humilitatis, paupertatis, & mortificationis admirandis exemplis celeberrimæ. Apud Noulgentum, in Territorio, Laudunensi, Abbatiam Ordinis Sancti Benedicti, depositio Beatæ [f] Adelheidis, viduæ, Cocciaci Comitissæ, vitæ & virtutibus illustris.

MARTII XXIII.

§. 1. *SAnctarum Martyr. Pelagiæ, &c.* [a]] Ita Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibidem in notis. Græci quoque in Menologio ead. die. Biuarius commentar. 2. §. 10. ad Pseudo chronicon. Flauii Lucii Dextri ann. 300. Ioannes Tamayo in Martyrologio Hispano hac die, ex aliis Hispanis scriptorib.

§. 2. *S. Anonyma, Martyr.* [b]] Passi sunt Carthagine, sub VVandalis: ob fidem Catholicam tuendam contra Arrianam perfidiam: cuius rei causa ipsa Sancta Anonyma, cum viro suo D. Liberato, gladiis trucidata est, de quibus Victor, Episcopus Vticensis, lib. 3. dictæ persecutionis. Vincentius Beluacens. lib. 20. specul. Historial. cap. 97. Petrus de natalib. lib. 3. Catalog. sanctor. cap. 222. S. Antoninus part. 2. chronic. lib. 11. cap. 10. §. 10. Maurolycus, & Gallesinius in suis Martyrolog. Ferrarius in Catalogo generali sanctor. hac die.

B. Mathildis Comitissa. [c]] Ipsa est Heroina fœmina, quæ omne eius patrimonium B. Petro condonauit: ab Ecclesia Romana nunc vsque possessum. Plena autem dierum & bonorum operum obdormiuit in Domino, ann. 1115. Pisis in Tuscia: At postea exinde translata, ad S. Benedictum Agri Mantuani defertur, & Mausoleo, quod etiamnum cernitur, sepelitur. Quantæ autem virtutis, qualisve meriti extiterit, conspice ex egregiis Epistolis sancti Gregorii 7. Romani Pontif. ad eam scriptis: Agunt de ea, Baronius in notis ad Roman. Martyrolog. 14. Martii. Item Tom. 11. Annal. Eccles. ad ann. 1073. 1093 & seq. ac Tom. 12. ad ann. 1100. & 1115. Bergomas §. 3.

gontes de Claris mulieribus cap. 146. & lib. 12. supplementi Chronic. Ad ann. Christi 1059. & 1076. die 18. April. Myræus in Fastis Belgicis, hac die: Ferrarius autem 23. in Catalogo sanctor. quò fortè Translata dicitur. Schedel sexta mundi ætate, fol 193.

§. 4. *B. Melchiadis.* [d]] Memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die: & Annotationibus ad ipsum: Gonzaga part. 1, Origin. Seraphic. Religion. in BB. Fœmin. 2. ac 3. Ordinis Minor. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciscan. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

§. 5. *B. Maria, Virg.* [e]] De ea Scribunt. Michael Vaucerius in vita B. Mariæ *à Vila*, part. 4. cap. 9. Henriquez in Menologio Cisterciensi hac die; Huius sanctæ Virginis, Angelicam verè conuersationem, ac præclara gesta, referentes: quæ egregios meritorum manipulos in Horreum Dominicum reportans, ad cœlestes nuptias conscendit, ann. 1606. in æternum Laureanda cum Christo.

B. Adelheidis, vidua. [f]] Florebat ann. 1100 prout §. 6. discimus ex Nicolao Monacho, in vita S. Godefridi, Ambianensis Episcopi, antea Nouigenti Abbatis, lib. 1. cap. 17. sub cuius regimine ipsa Heroina vixit. *Adelheidis* inquit, *Cotiaci Vicecomitissa, liberalitatis & castitatis multa præclara de se prebuit exempla. Ea, facultatibus suis magna ex parte, in pauperes & pupillos & Ecclesias erogatis, contemptis mundi pompis: Nouigentum venit, atque illic in multa puritate & sanctitate, vitam egit.* Illius adhuc meminere Dacharius in notis ad opera Guiberti, Abbatis, pag. 615. colum. 2. Quercetanus, l'Allouetta &c. in Historia Couciaca: & Machault, in Historia, seu vita B. Ioannis de monte mirabili.

NONO CALENDAS APRILIS.

IN Cauriliensi Monasterio, Ordinis Vallis-Vmbrosæ, diœcesis Florentinæ, Depositio Sanctæ [a] Berthæ, Abbatissæ; quæ virtutibus & miraculis refulsit. Cordubæ, Sanctæ [b] Tranquillæ Perez, Virginis, Ordinis Benedictini; meritis Diuinæ glorificationis præclaræ. In Brabantia Beatæ [c] Anonymæ, Virginis, amore in Christum crucifixum insignis. Assisii in Vmbria, Beatæ [d] Pacificæ, Monialis Clarissæ piissimæ; quæ singulari virtute, & miro spiritus feruore adornata, fœliciter obdormiuit in Domino. Ferrariæ, Beatæ [e] Angelicæ Seraphinæ, Virginis, Ordinis Dominicani: charitate, oratione, vitæ puritate, ac spiritu prophetico conspicuæ.

MARTII XXIV.

§. 1. SAncta *Bertha Abbatissa.* [a]] Fuit natione Florentina, ex nobili *Bardorum* familia, & D. Lotharij cuiusdam filia: quæ Florentiæ vitam elegit Monasticam in Abbatia S. Fœlicitatis, Ordinis Benedictini: sed succedente tempore, à B. Gualdo, Generali 9. Ordinis Vallis-Vmbrosæ, ob sanctitatis suæ famam, ex præfato Monasterio translata est ad Abbatiam S. Mariæ de Caurilia, eiusdem ordinis; cui Abbatissa præfuit: quam cùm verbo, & exemplo annis plurimis gubernasset, miraculis clara, obijt ann. 1163. in die sancto Paschæ, 24. Martij, vbi sepulta, condigno honore veneratur: vide Syluanum Razzium in vitis SS. Hethruriæ, Petrum Requedat. in Monastica Histor. Arnoldum. Wion. in Martyrologio Benedictino, & Ferrarium in catalogo generali sanctor. hac die, Vghellum tom. 3. Italiæ sacræ, in Archiepiscop. Florentin. sub. 42.

†§. 2. *S. Tranquilla, Virg.* [b]] Quiescit hæc sacra virgo, Cordubæ, in Monasterio S. Andreæ, vnà cum matre B. *Speciosa* sepulta: teste Ambrosio morales, lib. 16. cap. 7. 8. & 15. Menardo in appendice ad Martyrologium Benedictinum, Vvion. ibid. lib. 3. Stupeo de Lignavilla.

†§. 3. *B. Anonyma, virg.* [c]] Meminit illius. B. Thomas Cantipratanus lib. 2. Apum, cap. 25. §. 7. hisce verbis. *Noui Secretarius Brabantiæ partibus, prærogatiuæ sanctitatis puellam: de qua per Veridicos Fratres Ordinis prædicator. manifestè probatum est: quòd per assiduam meditationem passionis, & vulnerum Christi: In latere eius vulnus ingens, per plures annos apparuerit, & de ipso vulnere sanguis ferè continuè, in magna quantitate profluxerit. Cuius quoque sanguinis particulā, ad euidentiam tanti miraculi, vidimus diu in vase vitreo reseruatam, nec coloris immutasse speciem, vel odoris.*

§. 4. *Beata Pacifica, Clarissa.* [d]] Consanguinea erat S. Claræ, Virginis, iamque prouectæ ætatis cùm esset, Ordinem intrauit; in quo tantoperè profecit sicque virtutibus, spiritus feruore, & corporis robore prædita, euasit, vt ab eadem S. Clara missa sit Hispellum, prope Vallem-Spoletanam, in quendam locum, qui vulgò *Vallis gloria* dicebatur, ad extruendum inibi Monasterium. Verùm, eo in opere, nimio fauore, à Domino est auxiliata: Cùm enim aqua deesset, per necessaria ad ædificandum, cœlitùs illi reuelatur, quò fodiens, fons viuus scaturiret: qui quidem nunc vsque perseuerat: infirmis diuersorum ægritudinibus morborum, malè affectis, admodum salubris: nam ex eo bibentibus sanitas pristina confertur. Inde postea, hæc sancta Christi ancilla Assisium reuersa, ad S. Claram, Virginem: Paulò post singulari virtutum odore referta, Nonagenaria efficacè vita ann. 1258. De ea Martyrologium Franciscanum hac die, Annotationes ad illud. Marcus Vlyssiponensis part. 1. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 33. ex Mariano. Tossinianus lib. 1. Histor. Seraphic. Valerius de BB. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 5. cap. 21. Salasar. lib. 5. Chronic. Prouinc. Castellæ. cap. 21. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. VVadinghus Tom. 2. Annal. Minorum ad ann. 1258. §. 20. & Tom. 5. ad ann. 1213. §. 64. ex Marianolib. 1. in Appendice.

†§. 5. *B. Angelica Seraph. Virg.* [e]] Pulcherrima extitit mente & corpore: tantaque animæ puritate pollebat, vt nullo vnquam tempore, peccati mortalis labe inquinatam se senserit. Feruentissima erat in oratione, & cultu Diuino; quid de charitate eius erga proximum excellentius dici potest? tanto amore in Deum ferebatur, vt pro eo Martyrium subire ardentissimè

conceperit; & extrema quæque pati. Spiritu prophetico futura præuidit; & præscia diei mortis suæ, abiit in cœlum: anno primo, quo præfecta, licet inuita, fuerat Monasterio S. Catharinæ Virginis & Martyris in vrbe Ferrariensi: eo versiculo Dauidis decantato: *Educ de carcere animam meam: vt confiteamur nomini tuo Domine.* Teste Seraphino Razzio part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordin. prædicator in ea & Bosio Tom. 1. de signis Eccles. lib. 11. cap. 23.

OCTAVO CALENDAS APRILIS.

ANNVNTIATIO [a] Beatissimæ Virginis genitricis Dei Mariæ. Nicomediæ Sanctæ [b] Dulæ, ancillæ cuiusdam militis; quæ pro fide, & castitate seruanda, occisa, Martyrij coronam adepta est: Apud Brigense Monasterium Ordinis Benedictini, Diœcesis Meldensis, Sanctæ [c] Blithildis, Beatæ Pharæ, Virginis, discipulæ: ingenti virtutum splendore spectabilis. Fulginij in Vmbria, Beatæ [d] Bernardinæ Antonij, Virginis, Clarissæ, Abbatissæ: Dono orationis & lachrymarum, ac patientiæ, celebris.

MARTII XXV.

§. 1. ANnuntiatio Beatiss. Virg. [a]] Tam Latini, quam Græci, de eadem solemnitate, hac die, agunt; vt constat ex omnibus Martyrologiis, ac Menologiis; tum ex sanctis Doctoribus, & Orthodoxis patribus: Gregorio Thaumaturgo, Theodoreto, Athanasio, seu Cyrillo, Augustino, Petro Chrysologo, Ioanne Damasceno, &c. Tumque ex sacris Conciliis, Laodicensi, Canon. 51. Sexta Synodo, Can. 52. Toletana decima Synodo, Canon. 1. & aliis. Apud Baronium in notis ad Martyrolog. Roman. & recentiores scriptores. Dicitur autem simpliciter ac nudè Annuntiatio B. Virginis Deiparæ, Mariæ: cùm videlicet Archangelus Gabriel, à Deo ad ipsam missus, fœlici præconio eidem intimauit, spiritus sancti operante virtute, verbum æternum carnem ex ea assumpturum: vt generis humani redemptionem admirabili sapientiæ ac bonitatis arcano, Maiestatisque ac humilitatis stupendo salutarive commercio, perficeret; quæ quidem festiuitas ab Apostolorum temporibus viguit, maxime in Gallia: cuius obseruantiæ ritum infringens, diuina vltione punitus est: tempore S. Eligii Episcopi Nouiodunensis, apud Beluacensem, lib. 3. speculi Historial. cap. 89.

§. 2. *S. Dula, Ancilla.* [b]] Illius meminerunt Beda, Vsuardus, Ado, & Martyrologium Romanum, hac die. Baronius ibid. in notis, Petrus de natalib. lib. 1. catalog. sanctor. cap. 230. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Nicomedia.* Simon Martinus, hac die.

§. 3. *S. Blithildis.* [c]] Hæc natalibus nobilissima in flore ætatis, sancto Pharoni, filio Agnerici, Comitis Burgundiæ, fratri ipsius S. Pharæ, connubio coniuncta: Illo, piis suggestionibus sanctæ Sororis, à sæculi affectibus abstracto, mutuo consensu, cum eo carnis diuortium iniit: exindeque, vir factus est Meldensis Episcopus: Blithildis verò, ad Brigense, quod & Eboriacense Monasterium, cui S. Phara, præfata, Beatissima virgo, præerat Abbatissa, in agro Meldensi se conferens, sacro illic velamine amicta est: Ipsiusque sic Diuinos mores proximè æmulata est, vt eius in se visa sit spiritum transfudisse. Cùmque diu sub regularis disciplinæ habenis exercitata, immobili desiderio anhelaret, euenit, vt iustus arbiter, iustam animam, iustitiæ copia plenam, ad iustitiæ coronam euocaret. Dùm igitur in extremis posita esset, sancta femina, ad virtutis eius indicandam gratiam & animæ puritatis candorem: oleum, quo lucerna in eius cubiculo, ea nocte accensa fouebatur, cum suffusis aquis, in lac purissimum, sub eius, & sororum conspectibus, Diuinitùs mutatum est. Cùm autem animam egisset, eius corpus odorem exhalauit, Balsamo quouis eximio suauiorem. Hæc ex Iona, in Actis S. Burgundoforæ Abbatiss. 3. April. cap. 10. Apud Surium Tom. 6. Lippeloum. Tom. 4. & alios in vita S. Pharæ 3. April. 28. Octob. & 7. Decemb. Menardum in 2. Appendice ad Martyrolog. Benedictinum: Wion. ibid. lib. 3. Ligni vitæ, & Saussayum in Actis S. Pharonis 28. Octob & S. Pharæ 7. Decemb, apud Martyrologium Gallicanum, & in Appendice ad illud. Florebat ad ann. 610. Augustinum Corcat, cap. 39. vit. S. Pharæ, Baronium ad ann. 620. Malbrancque, Tom. 1. de Morinis, lib. 3. cap. 8. Grisium de clericis Regularib. sect. 10. §. 11.

B. Bernardina, Virg. [d]] Fulginii nascitur ex nobili prosapia; fuitque ab infantia, cœlestibus donis referta: quibus Deo, & cæteris copiosè placebat. Feruentissima erat in oratione, sicque lachrymis eam irrigabat, vt ea de re cæcitatem incurrerit. Deuotissima in passionem Dominicam extitit; abstinentia etiam, tribulatione, & patientia conditoraia, quæ ter onus Abbatissæ præclarè sustulit. Quæ sanctissimè vitæ cursum expleuit feria 2. hebdomadæ sanctæ, ann. 1532. die 25. Martij: iuxta Iacobillum de sanctis Fulginatib. sub 22. Iulii. Vide Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud. §. 4.

SEPTIMO CALENDAS APRILIS.

SIRMII, Sanctæ [a] Maximæ, Martyris; quæ ob Christi fidem, in flumen demersa est. Romæ, Sanctæ [b] Theclæ, Martyris. Cordubæ, in Hispania, Sanctæ [c] Eugeniæ, Virginis & Martyris, in persecutione Arabica. Apud Cantabrigiam in Anglia, Sanctæ [d] Pandionæ, Virginis Regiæ: cuius sepulchrum Diuinis clarificatum prodigiis, emicat. Patauii Sanctæ [e] Fœlicitatis, Virginis, Ordinis Benedictini: quæ cùm magnam sibi virtutis & pietatis laudem collegisset, animam ad Æthera transmisit, Diuina speculatione in gloria potituram. Assisii in Vmbria, Beatæ [f] Franciscæ à Colle-medio, Virginis, Sanctæ Claræ discipulæ: cuius egregia virtutum opera imitata in terris, ipsam secuta est ad præmium in cœlis. Eugubij, Beatæ [g] Ianuariæ, Virginis, virtutibus & signis admirandis gloriosæ.

MARTII XXVI.

§. 1. *Sancta Maxima, Martyr.* [a]] Io Mare præcipitata, vnà cum S. Montano Presbytero, Martyrio coronata est, hac die: pro vt attestantur Beda, Vsuardus, Adò, VVandelbertus, Martyrolog. Romanum, Baronius ibid. in notis. Rabanus, Maurolycus, Galesinius ead. die. Petrus de natalibus, lib. 3. catalogi sanctor. cap. 233. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Sirmium.*

§. 2. *S. Thecla, Martyr.* [b]] Memoratur in Martyrologio Romao. hac die, & Baronio ibid. in notis; ac Galesinio, in Martyrologio.

§. 3. *S. Eugenia, Virg. Martyr.* [c]] Passa est anno 923. Cuius corpus est repertum anno 1546. Scribunt de ea, Ambrosius morales, lib. 15. cap. 54. Histor. Ioannes Marietta, lib. 4. de sanctis Hispaniæ, cap. 38. Baronius Tom. 10. Annal. Eccles. ad ano. Christi 913. Ferrarius in Catalogo generali sanctor. hac die, Ioannes Tamayo, ibid. in Martyrologio Hispano ex aliis.

§. 4. *S. Pandiona, Virg.* [d]] Regali ex prosapia oriunda erat: condita iacet in villa rustica, cuius Acta Richardus Elthei parochus conscripsit: quem secuti sunt, Molanus in Appendice ad Vsuard. Martyrologium Anglic. hac die, & Ferrarios sup. At in Martyrologio Scotico sub. 25. Nouemb. Ioannes Lelandus de Angliæ scriptoribus. Dempsterus lib. 15. Histor. Eccles. Scotor. Pandiocha etiam dicitur.

§. 5. *S. Felicitas, Virg.* [e]] Vitam duxit Monasticam in collibus Euganeis, vti quidam volunt: at communem præstat sequi opinionem, qua discimus eam fuisse sanctimonialem, in Monasterio SS. Cosmæ & Damiani, quod nunc de *Misericordia* vocatur, Pataoii, in Campo Martio. Eius sacrum corpus, cum aliis sanctis, requiescit in Ecclesia eiusdem Monasterij S. Iustinæ. Relata est in album sanctorum à Leone 9. Papa, cùm illac transiret & corpus eius tunc repertum fuisset; petente Bernardo, Patauino Episcopo, ann. 1050. die 2. Augusti. Scribunt de ea Bernardinus Scardeonius, lib. 2. Histor. Patauinæ, Classe 6. VVion. in Martyrologio Benedictino, & Ferrarius sup. hac die, item in SS. Italiæ & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Patauium.* Bergomas, lib. 3. supplement. chronic. ad ann. 1118. ante Christum, in vrbe Patauio. Lucas Castellinus, in Catalogo SS. canonisator.

§. 6. *B. Francisca, Virg.* [f]] Filia erat strenui capitanei à *Colle Medio*: quæ Assisii, habitum Religionis induit apud Monasterium S. Damiani: Discipula ac familiaris admodùm extitit S. Claræ Virginis, Abbatissæ: quæ suis precibus illam à dolore capitis, per sexennium tolerato, liberauit: quare, huius sancta vestigia, ingenti sollicitudine imitata, sanctissimè obdormiuit in Domino: quem toto corde dilexerat. Illius meminerunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum. Tossinianus lib. 2. Histor. Seraphic. Marianus in Appendice lib. 1. processus Canonisationis S. Claræ Virg. Valerius de BB. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 13. VVadinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. Christi 1213. §. 61. Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 9. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Ordin. Seraphic.

§. 7. *B. Ianuaria, Virg.* [g]] Florebat eodem sæculo; de qua hæc scribit Thomas Bosius Tom. 2. De signis Eccles. lib. 15. cap. 10. *Eugubij ego vidi corpus integrum atque incorruptum Ianuariæ, Virginis, quæ ante annos trecentos euolauit in cœlum: est illud in Monasterio S. Spiritus, indutumque est ad carnem linea veste, quæ passim sanguineis quibusdam maculis est aspersa; hanc abluunt Virgines, quibus id est curæ: & aqua huiusmodi mirificè valet aduersus omne morborum genus: estet aliud insigne illius cadaueris, quod experimentis est notum: Habetur in arca lignea sub altari decenter ornato, atque vbi imminet aliquod funestum & lugubre, vel Monasterio, vel vrbi, auditur è capsa strepitus quasi pulsantis; vtperque Monasterium propè totum miserrimo incendio conflagrauit, & Paulo ante magnus strepitus fuerat auditus, inuentumque cadauer, quod prius supinum iacebat, in faciem deorsum se conuoluisse: Quod diligentissimè conquisitum per litteras mihi petenti significauit Petrus Bosius frater meus, probatissimæ fidei vir & I.C. excellens: Res tota Eugubio nota, mihique plurimis notarum:* hæc ille.

SEXTO CALENDAS APRILIS.

BARCINONÆ Natalis Sanctæ [a] Lydiæ martyris: vxoris Sancti Phileti, Senatoris: quæ pro Christi confessione, cæsa est in persecutione Hadriani Imperatoris. Sareuallis, apud Cenetam Marchiæ Taruisinæ, in Venetorum Dominio, intra montes Rhetiarios, Sanctæ [b] Augustæ, Virginis & Martyris: quæ post multa tormenta, gladio perempta est. Hierosolymis, Passio Beatæ [c] Mariæ Martyris Tertiariæ, Minoritici Ordinis: quæ pro Christo igne cremata est. Apud Populam Castellæ oppidum, Beatæ [d] Mariæ Calderonæ, Viginis Clarissæ: quæ deuotione ac Religione pollens, Abbatissæ munus diligentissimè exercuit, & pœnitentia, humilitate, suique vera abnegatione, refulgens, migrauit in cœlum. In Calensi Monasterio, Ordinis Benedictini, Diœcesis Parisiensis, Translatio Sanctæ Bathildis, quondam Reginæ Franciæ & sanctimonialis. Bellouaci, Commemoratio sanctæ Andragasinæ [f] Virginis, Abbatissę, eiusdem instituti, illius vrbis Tutelaris & Patronę.

MARTII XXVII.

§. 1. *Sanctæ Lydiæ, Martyr.* [a]] Certamen iniit, ac gloriosè triumphauit, simul cum viro suo S. Phileto, Senatore illustrissimo, & filiis aliisque sociis: quos Græci, hac die, in Menologio volunt passos esse sub Hadriano Imperatore. Martyrologium item Romanum ead. die 27. & 28. Baronius ibid. in notis: ac Tom. 2: Annal. Eccles. ad ann. Christi 141. Biuarius commentar. ad pseudochronicon Dextri ann. 138. Ioannes Tamayo in Martyrologio Hispano, cum aliis hac die.

§. 2. *S. Augustæ, Virg. Martyr.* [b]] Matruco patre, genere Alemanno, sed Tyranno & gentili nascitur: qui cùm acerrimus esset idolorum cultor, eos, qui Christi fidem profiterentur, vehementer insectabatur: cuius rei exemplum in B. Augustam filiam, tenera ætate Virginem, edidit. Nam cùm illa ad Christianam Religionem animum applicuisset, atque in ea non parum profecisset clam patre, sacro baptismate vltrò expetito & suscepto, in Christianorum numerum referri voluit: relata autem pissimis veræ religionis ritibus planè addicta sic fuit, vt totos interdum dies in Ecclesiis transigeret. Quam rem, cùm per exploratorem didicisset, grauiter iratus, filiam è Templo confestim accersi iubet. A quo duris admodùm verbis obiurgatam, in carcerem coniici iubet: & ni faciat eius voluntatem, grauissima eam manere supplicia, minatur: cui fortiter respondit: Christum sa vnum & verum Deum, agnoscere, ac colere; cui soli perpetuò sit obsecutura: castitatem pudicitiamque suam ipsi Christo Regi deuouisse. Quare excandescens pater, dentes illi duos euelli iubet: tum ipsam inter duas arbores mediam suspendi, ac submisso igne, torqueri iussit: cùmque eam flamma nihil læderet, rota excogitata est, quæ prominentium clauorum acumine, eius corpus dilaceraret. Sed hoc etiam tormenti genus, Angelo cœlitùs demisso, qui rotam confringeret, cessit. Ad extremum, postquam patrem eiustantem ad Christianam religionem frustra hortata esset; capite truncatur. Eius corpus aliquot post annis, in eo monte repertum fuit, qui olim mons Marcantoni; posteà verò, ab ipsa Virgine, mons. S. Augustæ nuncupatus est. Quo in loco extat Templum ad Virginis honorem extructum & consecratum. Porrò, constat omni ætate, quamplorimos S. Augustæ intercessione, à Deo fuisse liberatos, ac liberari continuè: quæ quidem inuentio celebratur 22. August. consecratio autem Templi, in Octaua Paschæ. Hæc Minutius de Minutiis à Serauallo, & Surios, Mosander in vita eius hac die ac Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Seravallis* ead. die.

§. 3. *B. Maria, Martyr.* [c]] Hæc, relicto Lusitaniæ Regno, ex quo oriunda erat, pietatis ardore succensa, inuisendi sanctum Christi sepulchrum, & alia Palæstinæ loca sacra, omnibus spretis, longi itineris incommodis, & laboribus, venit Hierosolymam, vbi quod desiderabat inuisit, & venerata est omnia, illicque remanere voluit: Tertii Ordinis erat Minoritici, pia admodum & deuota: frequenterque loca illa sacra visitabat, in quibus nostræ salutis mysteria patrata fuere: quorum contemplationi tota erat addicta. Ad hæc, magno amore afficiebatur erga proximos, quibus quæ poterat obsequia sedula exhibebat propter Deum: quibus & monita salutis dabat. Tandem plena bonis operibus, amoris & fidei igne exæstuans, in ipsa Dominica die palmarum, quando ex consuetudine, fit processio à Bethphage, vsque Hierosolymam, ipsa extollens vocem de medio turbarum, *Osanna filio David*, Domino decantabat; & spiritu ebria obibat ciuitatem, crucem portans, Maurisque impietatem exprobrans, & Mahometem condemnans, Christum autem mundi Redemptorem laudans ac prædicans. Quibus, Iudæis ad id impellentibus, Turcæ magna ira commoti, in illam irruentes, grauiter percussam & vulneratam, semimortuam traxerunt ad plateam Templi S. Sepulchri Christi, vbi in ardentem rogum iniectam cumbusserunt: quod martyrii genus, forti ac læto animo tulit, circa ann. 1575. hac die: non sine maxima, tum virorum, tum quoque mulierum infidelium admiratione. Eius ossa & cineres postea Mauri & Turcæ Christianis magno pretio vendiderunt. Ita Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. vbi de martyrib. Terræ sanctæ, Franciscus Quaresmius, Tom. 2. Elucida-

Elucidation. Hiſtor. Terræ ſanctæ lib. 4. peregrination. 1. cap. 6. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. pag. 124. ex Mariano lib. 4. cap. 21.

§. 4. *Beata Maria, Virg.* [d]] Monaſterii Turrigiani alumna fuit, Virgo deuotiſſima atque religioſiſſima; quæ exinde cum 7. aliis monialibus Tranſlata eſt ad Monaſterium Conceptionis, apud oppidum Hiſpanicè, *de la Puebla de Montalban*. quod eſt 1. Prouinciæ Caſtellæ, vt illic præeſſet: vbi cum maxima ſanctitatis opinione, diem clauſit extremum, circa ann. 1537. cuius ſacrum corpus, ex choro, ad alabaſtrinum atque pretioſum, in maiori Eccleſiæ ſacello, præparatum Mauſolæum, ob conceptam de ipſius ſanctitate opinionem transferri curauit, Petrus Pachierus, Saguntinus Epiſcopus, ac S. R. E. Cardinalis. Memoratur in Martyrologio Franciſcano, hac die, & Annotationib. ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in præfato Monaſterio. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 54. Salazare, lib. 7. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 10. & 15.

§. 5. *Tranſlatio S. Bathildis Regin.* [e]] Facta fertur huiuſmodi ſolemnitas ann. Chriſti 822. iuſſu Ludouici Pij, Regis Franc. & Imperatoris; Anno Regni ſui 8. qui erat item octauus regiminis S. Hegeluitæ, Abbatiſſæ Calenſis, quæ eandem Tranſlationem perfecit; cuius Hiſtoriam edidit ex MSS. Calenſis Monaſterii; Renatus Benedictus in vitis ſanctor. Arnoldus VVion in Adiunctis ad lib. 3. Ligni vitæ. Menardus in Martyrologio Benedictino, & Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, die ſequenti. Ac ipſi Renatus & VVion. itemque Ferrarius in Catalogo generali ſanctor. & Eduardus Maihew. Tom. 1. Trophæor. Congregation. Angelican. Ordin. Benedictin. ad natales ſanctor. hac die.

Commemoratio S. Andragaſina, Virg. [f]] De ea celebritate meminere, VVion. in Martyrologio Benedictino: ex Trithemio, lib. 3. Illuſtrior. viror. Ordinis Benedictini cap. 94. Ferrarius ſup. hac die, & Sauſſayus in Martyrologio Gallicano ead. die: qui addit in ſupplemento eiuſdem Martyrologii, Beluaci in Eccleſia Patrum Capucinorum venerari, pia deuotione: In cuius hodiè glorificatæ honorem, ipſamet Eccleſia, anno ſalutis 1608. fuit dedicata 13. Calend. Septemb. ſed & ann. 1473. ſub Ludouico XI. Francor. Rege, vrbem Beluacenſem potenter ab incurſione Burgundionica defendit & eripuit: propter quod in proceſſione publica feſti ipſius, fœminæ ac puellæ, Viros præcedunt. Iuxta Quercetanum cap. 1. de Beluaco vrbe in Deſcriptione vrbium ac ciuitat. Galliæ. Theuetum. Tom. 2. viror. Illuſtr. lib. 4. cap. 5. in Ludouico XI. Reg. Franc. §. 6.

QVINTO CALENDAS APRILIS. A

ROMÆ, Sanctæ [a] Memmiæ, Virginis & Martyris. Pragæ, Sanctæ [b] Miladæ, Virginis, Abbatiſſæ, Ordinis Benedictini, quæ Regio orta natali, Monaſteriumque ſumma religione gubernans, alumnas ad perfectæ vitæ obſeruantiam perduxit. Tornaci, Beatæ [c] Agnetis, Virginis, Ordinis Ciſtertienſis: quæ magna vitæ ſanctitate claruit. Turonis, Depoſitio Beatæ [d] Mariæ de Silly, Religioſæ viduæ, Virginis, ex Tertio Ordine Minorum, vita & miraculis, illuſtris. Item, Beatæ [e] Ioannæ Regienſis, Ordinis Carmelitani.

MARTII XXVIII.

§. 1. *Sancta Memmia, Virg. Martyr.* [a]] Memoratur à Ferrario, in Catalogo generali ſanctorum hac die: ex Tabulis Eccleſiæ S. Martini in montibus, Romæ; vbi ſacræ eius Reliquiæ aſſeruantur: De ea iterum ad 15. Nouemb.

†. §. 2. *S. Milada, Virg. Abbatiſſ.* [b]] Boleſlai ſæui, Regis Bohemiæ filia erat: & ſoror Boleſlai 15. Reg. Bohem. eximia ſpecie Virgo, ſacris imbuta litteris; & multa pollens eruditione. Quæ cùm Romam, orationis cauſa petiuiſſet, à Ioanne 15. Pont. max. benignè excepta: Ipſius authoritate, Monaſterium ſancti Georgii in arce Pragenſi conſtruxit; ibique Abbatiſſa inſtituta, reliquum vitæ peregit, ann. 986. Scribunt de ea Æneas Syluius cap. 16. Hiſtor. Bohemic. du Branius ibid. lib. 6. Pontanus lib. 4. Boemiæ piæ: VVion lib. 4. ligni vitæ cap. 58. Griſius de Clericis Regularib. ſect. 10. §. 10. volens eam obiiſſe ann. 613. ſub Bonifacio IV. Papa. Boſius Tom. 2. de ſignis Eccleſ. libro 22. cap. 3.

§. 3. *B. Agnetis, Virg.* [c]] Nuncupatur B. Agnes *du Chaſtilon*, Bello-Pratenſis Monaſterii, iuxta Gerardi-montem, religioſa: quæ multo tempore ſub prioriſſæ, & Magiſtræ Nouitiarum, ac iuniorum profeſſarum, perfuncta eſt officio. Regulæ exactiſſimæ obſeruatrix: cui nunquam vel in minimo contraire viſa eſt, ſicuti nec Ordinis ſtatutis, aut deffinitionibus. Sæpè extaſim patiebatur; (maximè poſt ſacram Euchariſtiæ ſumptionem) in qua etiam conſpiciebatur eleuata à terra: paſſionemque Dominicam iugiter meditabatur: cuius merita, etiam poſt mortem, multis ſignis Deus comprobauit. Iuxta Arnoldum Raiſſam, in Auctario ad Natales ſanctor. Belgii, Molanij ex monimentis MSS. præfatæ Abbatiæ, Henriquez in Menologio Ciſtercienſi, hac die.

B. Maria, vidua Virg. [d]] Hanc commemorant, §. 4.
Martyrologium Franciſcanum hac die, & Annotationes ad illud Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Conuentu Turonenſi, qui eſt 8. Prouinciæ Turoniæ: VVadinghus Tom. 1. Annal Minor. ad ann. 1188. §. 39. Thielmans Tom. 2. vitar. ſanctor. Seraphic. Ordin. Ipſius autem Legenda habetur Latina, & Gallica, ann. 1644. prælo cuſa Andegauis. in qua, hæc Chriſti Ancilla, nata conſpicitur ann. 13.1 die 13. April. Patre Harduyno de *Maillé*, Equite Torquato, Barone Caſtri de

Rocca S. Quintini, diœcef. Turonenf. matre verò D. Ioanna *à Monte Busone*: piis illustribus parentibus: Ioanna quidem in Baptiſmate vocata; ſed in confirmatione, Maria eſt appellata: quæ adulta nupſit nobiliſſimo viro D. Roberto de *Silly*: quo cum Virginitatem illibatam cuſtodiuit: & eo mortuo, ann. 1361. votum de perpetua ſeruanda caſtitate emiſit inter manus Rennlphi, Turonenſ. Archiepiſcopi. Mirum! quanta deuotione, & piis operibus ſe exercuerit? cuius amor Chriſti, maximus: dilectio in proximum, copioſa: patientia in aduerſis, inuicta: puritas, Immaculata: pœnitentia, ſumma: humilitas, profunda, &c. Piè obiit hac die, ann. 1413. ſepulta in Eccleſia Conuentus Fratrum Minor. Turonenſ. è regione maioris Altaris, multis in hunc vſque diem clara miraculis. Porrò, ad inſtantiam Iacobi à Borbonio, Marchiæ Comitis, Regiſque Siciliæ, &c. data eſt Commiſſio, authoritate Apoſtolica, pro inquiſitione vitæ & miraculorum eius: quæquidem in Ordinem redacta eſt, per Petrum *de Bruyere*, Notarium Apoſtolicum: eamque gratanter perlegi MS. extatque Lutetiæ apud D. de Vyon. D. de Herouual.

B. Ioanna Regienſ. [e]] De ea agunt, Petrus Thomas Saracenus, part. 2. Menologii Carmelitar, in Catalogo SS. Ordinis Carmelitar. ex Ioanna Palconidoro, in Trimeresto. Didaco de Coria in Dilucidationib. Ordin. Carmelit. Ioſepho Falconio, Petrolucio, Belga, &c. †. §. 5.

QVARTO CALENDAS APRILIS.

NICOMEDIÆ, paſſio [a] Sanctæ Iulianæ, Martyris & Sociorum. Metis, Sanctæ [b] Fridiburgæ, Virginis Abbatiſſæ: Ordinis Benedictini; vbi vita ſanctiſſimè peracta, ſui zeli, ac indefeſſæ pietatis mercedem cum Chriſto ſponſo recepit. In Romarico Monaſterio Tullenſis Diœceſis, ſanctæ [c] Cæciliæ, Virginis, Abbatiſſæ eiuſdem inſtituti: vitæ ſanctitate, & dono orationis ac lachrymarum ſpectabilis. Longi Campi, in Territorio Pariſienſi, Beatæ [d] Magdalenæ à Britannia, Virginis Clariſſæ, genere & vitæ perfectione illuſtriſſimæ. Panormi in Sicilia, Beatæ [e] Armeniæ à Sauurò, Virginis, Ordinis Minimorum, pietatis & patientiæ eximiæ.

MARTII XXIX.

§. 1. *SAnctæ Iulianæ, Martyr.* [a]] Glorioſum agonem confeſſiſſe traditum vnà cum paſtore, Victorino, Saturnino, & aliis: quorum meminerunt Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis: Maurolycus & Galeſinius in ſuis Martyrologiis. Molanus in Additionib. ad Vſuard. Ferrarius in noua Topographia, ad Martyrologium Roman verb. *Nicomedia*, quibus adſtipulantur vetera MSS. An autem fuerit eadem cum illa cuius Tranſlationem recenſuimus ſup. ad 16. Februar. adhuc me latet.

†. §. 2. *S. Fridiburga, Virg.* [b]] Filia erat Ducis Gunzonis, quæ à Dæmonio vexata, per S. Gallum Abbatem, liberata, votum emiſit: De Virginitate ſua ſeruanda, & Chriſto ſponſo prorsùs adhæſura. Promiſſa igitur in matrimonium à patre: ſponſalitia præparantur, & Rex Franciæ Sigebertus futurus vir eius, excepit illam magnificè; ſed in Vigilia nuptiarum, ad Eccleſiam accedens S. Frideburga, Regi notificat votum ſuum Deo factum, quo ſe iam conſecrauerat Chriſto: quibus certior factus, & cœlitus inſpiratus: Capto conſilio cum Epiſcopis ac proceribus Auſtraſiæ illic tunc adunatis, libenter annuit: eamque deduxit, vt velum ſacrum, ac benedictionem Pontificalem acciperet: & inde, ad monaſterium ſancti Petri comitaretur; circa ann. 641. vbi multarũ Virginum mater & Abbatiſſa præfuit ſanctiſſimè. Scribunt de ea Waſſeburgius lib. 2. Antiquitat. Galliæ Belg. Baron. Tom. 8. ad an. 614. ſeu verius 641. Georgius Aulberius cap. 10. vit. S. Sigeberti Reg. Auſtraſ. filii B. Dagoberti Reg. Francor. Meuriſſeus Epiſcopus. lib. 2. Hiſtor. Epiſc. Metenſ. ſub Pappolo 28. Epiſcopo. Petrus de natalib. lib. 9. Catalog. ſanctor. cap. 72. Surius & Lippelous in Actis S. Galli, Abbatis 16. Octob.

S. Cæcilia, Virg. Abbatiſſ. [c]] Antea reperitur nuncupata *Clara* & *Gegeberga*: Filia extitit S. Romarici, ſanctimonialiſque & Abbatiſſa x montis Romarici in Lotharingia; virgo præcellentiſſimæ ſanctitatis; adeò orationi & contemplationi dedita, vt in oratorio S. Crucis noctes quoque tranſigeret, piis precibus defixa: tantaquè animi deuotione, & cordis teneritudine, vt lachrymas copioſo fluxu effunderet: quarum nimio profluuio, oculorum lumine excidit, hocque orbata, annoa permanſit triginta, nihil interim, ex iis, quæ ſui muneris erant, prætermittens: quo vſque à ſponſo cœleſti euocata, lumen gloriæ eſt aſſecuta. Sacellum S. Cæciliæ etiamnum viſitur, vbi ſepulturam accepit: colitur Pariſiis, in æde Parochiali ſancti Nicolai Campeſtris, caput illius. Ita Sauſſayus in Actis S. Romarici Abbatis, 8. Decemb. apud Martyrolog. Gallican. & in Appendice ad illud in ea, Menardus in 2. Appendice ad Martyrolog. Benedictin. ex monumentis cœnobii Montis-Romarici: vnde corrigendus Brulius lib. 3. Antiquitat. Pariſienſ. in præfata æde parochiali, volens, illud caput eſſe S. Cæciliæ virg. & martyr. Romæ. †. §. 3.

B. Magdalena, Virg. [d]] Soror erat generoſiſſimi principis, Franciſci, Britanniæ, Armoric. Ducis: habitũque religionis aſſumpſit 25. Nouemb. anni 461. à quo tẽpore, tanta infirmitate laborauit, vt anno ſequenti, die Lunæ 29. Martii ſpiritũ Deo ſanctiſſimè reddiderit, in Monaſterio Longi-Campi, quod eſt 8. Prouinciæ Franciæ. De qua, Martyrologium Franciſcanum hac die, Annotationes ad illud, Gonzaga part. 3. Orig. Seraphic. Relig. in pręfato Monaſterio, Brulius ſup. lib. 3. ibid. Roulliardus cap. 10. & 19. vitæ B. Iſabellæ virg. ſororis S. Ludouici 9. Francor. Reg. Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad an. 1260. §. 60. §. 4.

B. Armenia, Virg. [e]] Habitum Ordinis S. Franciſci †. §. 5.

cisci de Paula, suscepit ann. 1559. apud Monasterium septem Angelorum Panormitanæ vrbis. Quæ ex tunc se adeò pietatis & pœnitentiæ exercitiis exercuit; vt ieiuniis, & asperitatibus, corpus suum domauerit: spiritum verò, orationibus & rerum cœlestium iugis meditationibus impinguauerit: magno cum suæ præfectionis incremento, & animæ gaudio. Tanto autem spiritus feruore ferebatur erga animas fidelium in purgatorio detentas, vt pro ea rum suffragio Deum exorauerit, quæcumque sibi placuisset inferenda grauia, patienter libenterque sufferret, quod & optimus Deus illi præstitit, & ipsa, verè ex tunc doloribus circumquaque vexata, placido vultu, lætoque animo tulit, vsque ad mortem, ann. millesimo quingentesimo octuagesimo. Teste Ludouico Dony-Attichio, libro 6. Histor. general. Ordin. Minimor. in ea & Lanouium post multos alios.

TERTIO CALENDAS APRILIS.

IN Britannia Armorica, Sanctæ [a] Noyolæ, Virginis & Martyris. Tridenti, memoria Sanctæ [b] Maxentiæ, viduæ, Matris Sancti Vigilii, Episcopi, Religiosæ fœminæ, miraculis gloriosæ. Florentiæ, Beatæ [c] Ioannæ, Virginis, Ordinis Seruitarum; quæ genere virtutibus, ac bonis operibus illustris; post funera in Tumulo, se viuentem Diuinæ virtutis signis ostendit. Barbarani in agro Romano, Beatæ [d] Fœlicis, Virginis; quæ rerum contemplatione cœlestium, & charitate, humilitateque excelluit. Alenconii in Neustria, Diœcesis Sagiensis, Beatæ [e] Mariæ-Clementii, Virginis Clarissæ: quæ Monastica obseruantia, & virtutum flore adornata, sancto fine quieuit. Albæ in Liguria Beatæ [f] Mariæ-Margaritæ Dauphinæ, Virginis Dominicanæ, vitæ sanctitate insignis.

MARTII XXX.

† §. 1. SAncta Noyola, Virg. Martyr. [a]] Honoratur in Ecclesia oppidi de *Pontiny*, Diœces. Venetensis: vbi prætiosum eius corpus, condigna veneratione habetur: Teste Sausayo in Appendice ad Martyrologium Gallicanum.

§. 2. *S. Maxentia, vidua.* [b]] Romana fuit matrona, quæ & Iouiniani ac Valentiniani Imperator. temporibus existens, ingentis animi fœmina, maximum & ardentissimum amoris indicium, erga filiorum suorum salutem, præ se ferens, integerrimæ fidei documentum præsentibus atque posteris dereliquit sempiternum. Porro, à sancto Damaso Papa, diligenter instructa, virtutis tramitem, iugiter adamauit: Ita vt sancto Vigilio, eius filio, facto Tridentino Episcopo, vitam solitariam selegerit, ea in Regione excolendam: vbi reliquum vitæ suæ tempus in orationibus, vigiliis, ieiuniis, & aliis plurimis operibus bonis, maximo cum sanctitatis eximiæ præconio consumpsit, fit autem de ea hac die, vel propter aliquam ipsius Translationem: vel ob memoriam alicuius beneficii cœlitus, ad eius intercessionem accepti. Scribunt de ea, Bergomas, de Claris mulieribus cap. 125. Molanus in Additionibus ad Vsuard. hac die, & Ferrarius in Italia & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Tridentum*, ac in Catalogo generali sanctor. eadem die & 30. Aprilis ex Galesinio. & Tabulis Eccles. Tridentinæ, quæ potissimum eo die celebratur: Proprioque Officio Ecclesiastico colitur. Huius vitam scripsit Altemannus, Episcopus Tridentinus: Teste Galesinio in Martyrologio 30. April.

† §. 3. *B. Ioanna, Virg.* [c]] Patria Florentina erat, generis nobilitate conspicua, Virginitatis speculum; & mulierum memorabile decus: quin & mira sanctitate refulgens, apud omnes celebris facta est. Hæc cùm esset 12. annorum, à B. Iuliana edocta (cuius extitit feruens discipula) spernens ludos, & sæculi oblectamenta, immaculatæ Deiparæ Virgini se dicauit, habitum Religionis Seruitarum induit, vitamque sanctitate plenam duxit; & diuitiis omnibus spretis, omnia sua pariter bona, vt pauperibus distribuerentur, legauit, pauper pro Christo effecta: ad quem ann. 1368. migrauit, & Florentiæ, in æde Annuntiatæ, honorificè recondita fuit. Agunt de ea, Archangelus Gianius part. 1. Annal. Seruitar. Centur. 1. lib. 4. cap. 12. & Centur 2. lib. 1, cap. 8. ac lib. 3 cap. 1. Michael Poccianius in Chronic. Seruitar. Thomas Veronens. in Flore sanctor. Bzouius Tom. 14. Annal. Eccles. ad ann. 1367. §. 18.

B. Fœlicis, Virg. [d]] E. Barbarano oriunda, quod est agri Romani oppidum: virgo extitit singularis sanctitudinis, humilitatis & charitatis: tam vehementer ad contemplanda supera interdum ferebatur vt corpus destituens ab omni sensuum officio, cœlo sese insereret, ac cœli incolis se adiungeret: quin aliquando illud in sublimia rapiebat, & in aere supra terram, nulli rei nisi Diuino spiritui innixa subsistebat: optabat in se deuolui omnia tormenta iniquis debita, vt expiati illi in gratiam Diuinam restituerentur: miris modis suum corpus affligebat; tres Quadragesimas absque vllo cibo transegit, ægrotis aliquot mirabiliter reddidit sanitatem; decessit ann. 1553. cuius vitam descripsit vir pius Bonsignorius Cacciaguerra: quem sequitur Bosius Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12 cap. 22. Tom. 2. lib. 15. cap. 2. † §. 4.

B. Maria, Virg. [e]] Monasterii S. Claræ Alenconiens. fuit alumna, sub reformatione B. Colettæ, Virg. ibique sanctitate floruit, circa ann. 1530. cuius sacrum corpus post 17. annos ab eius funere, omninò redolens atque integrum, & vlla absque corruptionis læsione apparuit. Ita Martyrologium Franciscan. hac die, & Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in eo Monasterio, quod §. 5.

est 6. Prouinc. Franc. Parisiens. Barrexzus part. 4. chronic. Minor. lib. 2. cap. 21. Valerius lib. 4. de BB. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 19. VVadinghus Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. 1497. §. 19. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiarior. Franciscan. perperam recensens ipsam inter BB. Tertiarias.

B. Maria-Margarita, Virgin. [f]] Hac die apud Monasterium S. Mariæ Magdalenæ vrbis Albensis. §. 6.
Migrauit in cœlum, ann. 1589. cuius Heroïca facta conscripsit. Ioannes à Sancta Maria part. 2. lib 2. vitar. SS. Ordin. Prædicat. ex Michaële pio Tom. 1. lib. 4. § 104.

PRIDIE CALENDAS APRILIS.

IN Africa, Passio Sanctæ [a] Corneliæ, Martyris, Romę, Sanctę [b] Balbinæ, Virginis, Filiæ Sancti Quirini Martyris; quæ à Sancto Alexandro Papa baptisata, post deuictum huius sæculi cursum, sepelitur via Appia, iuxta patrem suum. In Pago Parisiensi, Sanctæ [c] Cattulæ, nobilis Matronæ: quæ Sanctum Dionysium, & socios sepeliuit. Trecis Sanctæ [d] Hoyldis, Virginis: quæ illustri prosapia edita, Christum sibi elegit in sponsum, cui ex toto cordis affectu placere studuit in terris, quem sperabat perpetuò possidere in cœlis. Apud Præmonstratenses in Gallia, Beatæ [e] Agnetis à Brana, quæ à Sancto Northerto velata, & Sanctimonialis effecta, magnificis enituit sanctitatis indicijs. Leodii, Beatæ [f] Sapientiæ, Monialis & Priorissæ in Monte-Cornelii, Ordinis Cistertiensis, quæ per multos annos, ingenti pietatis exemplo, miraque prudentia, nouiter ad Religionem conuersas Virgines direxit, & variis virtutibus adornata, ex hac vita ad æternam migrauit. Turri Lauretanæ, in Territorio Hispalensi, Beatæ [g] Mariæ Manuelis, Viduæ, Clarissæ: quæ nobilitate generis ac diuitiarum iactantia, pro Christo, spretis; mortuo viro, se in omni humilitate, pœnitentia, paupertate, ac continua oratione, intra Monasterium exercuit, sanctissimèque vitam finiuit. In Italia, Beatæ Pinæ, [h] à Pisis, Tertiariæ Dominicanæ, quæ insigni sanctitate excelluit.

MARTII XXXI.

§. 1. S*ancta Cornelia, Martyr.* [a]] Agonem suum consummauit vnà cum Theodulo, Anesio, Fœlice, & socijs; de quibus: Beda, Vsuardus, Wandelbertus, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Petrus de Natalibus lib. 11. Catalog. Sanctor. cap. vltim. §. 105. Saussayus in Martyrologio Gallicano, ead. die, vocans eam, Virginem & Martyrem; refertque apud Maclouiopolim illius natalem etiam, hac die, celebrari, ob sacras eius Reliquias illic ex Aphrica asportatas.

§. 2. *S. Balbina, Virgin* [b]] Ita Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Molanus in Additionib. ad Vsuard. Vincentius Beluacens. lib. 10. Specul. Historial. cap. 71. Petrus de Natalib. sup. lib. 4. cap. 19. hac die, & lib. 11. sup. § 274. Acta eius intertexta sunt in Rebus gestis S. Alexandri Pap. Apud Surium, & Lippeloum, Gazetum, &c. 3. Maij Antiquus est Romæ Titulus S. Balbinæ, cuius mentio est in Romana Synodo sub. Greg Pap. in eius Registro lib. 4. Epistol. 44. Indiction. 13. Ferrarius de SS. Italiæ Simon Martinus, hac die. Bachotus in Christianis Fastis.

§. 3. *S. Cattula, Matrona.* [c]] Memoratur à Vincentio Beluacens. sup. lib. 10. cap. 17. 18. & 29. Petro de Natalib. sup. lib. 9. cap. 41. Surio in Actis S. Dionysij 9. Octobris, Saussayo, in Supplemento Martyrologij Gallicani, & Ferrario ex Martyrologio Petri Canisij. In Catalog. Generali Sanctor. hac die, qui eam Virginem dicunt.

S. Hoyldis, Virgin. [d]] Ex Campania Galliæ Prouincia oriunda erat, patre videlicet, Signaro, Co- §. 4.
mite Pertensi, viro æquè pio ac nobili; matreque Leutrade, non inferiori stemmate ac virtute: quæ ab ipsis ferè cunabulis, Dei amore feruens, & puritatis studiosa eluxit: nec cum ætate, minori virtutum decore, quàm corporis pulchritudine floruit; Doctrinis fidei insuper, & pietatis disciplinis erudita, sic profecit, vt cum morum sanctitate, Deo grata, & bonis esset quibusque amabilis superno afflatu irradiata, sæculi inquinamenta, vt fugeret, constituit, spretis carnalibus nuptijs, soli Christo adhærens fideliter seruire, eique sacrum dedicare virginitatis florem. A sancto igitur Alpino, Cathalaunensi Episcopo, ex pio voto consecrata, & velata, Angelicæ puritatis studia æmulans, vitam in terra planè cœlestem instituit; sicque in deuoto Christi famulatu perseuerans, cum luce & oleo, prudens obuiam sponso processit. Hæc ex Saussayo in Martyrolog. Gallican. hac die. Des-Guerroys, In sanctitate Christiana sæcul. 5. ad ann. 470. scribit festum eius celebrari die vltima April At Renatus Benedictus sub 30. Decemb ad 30. April. vitam eius versibus Latinis conscripsit Geruasius Amenus Drucensis, quæ extat ad calcem libri cui Titulus *Camelianus*.

B. Agnetis. [e]] Hæc, ex Branensi Dynasta, Diuite & pulcherrima, humilis Monialis Præmonstra- §. 5.
tensis Ordin. eximia vitæ sanctitate, vixit. Filia quippe erat Dynastæ potentissimi: Coniux autem Andreæ

Andreæ de *Baudement*. In Vilcassino, Toparchæ Brsoz & Faræ; *Brene & la Fere en Tardenois.* Campaniæ Gallicæ Seneschalli: sed post pium à marito diuortium quo ille ad Claravallenses ascetas, hæc ad Præmonstratenses accessit, totum sededit monastica obseruantiæ; exiodèque transijt virtutibus cumulata in cœlum, hac die, anno 1149. ita Saussayus sup. Rinaldus part. 1. Lilior. Galliæ Sanctæ cap. 2. in ea: post Ioan. le *Paige*, lib. 1. Bibliothec. Præmonstratens. cap. 18. & lib. 2. in vita eius, ex MSS. Codicib. & Chronico Comitum Brancos. vbi præclaras eius virtutes graphicè ac luculenter perstringit. Vide Quercetanum lib. 1. cap. 1. Histor. Genealog. Broceos. pag. 18.

§. 6. *B. Sapientia.* [f]] Ioannes Gilemannus in vita S. Iulianæ, Virgin. Franciscus Biuarius lib. de mulierib. Illustrib. Ordin. Cistertiens. Ioannes Assigneynsis, Abbas Nissellensis; Henriquez in Menologio Cistertiensi, hac die; & in suis Lilijs Cistertiensib. lib. 1. Distinct. 3. cap. 1. Manriquez Tom. 3. Annal. Cistertiens. ad ann. 1196. cap. 2. §. 3. & seq. qui omnes eius Acta fusè recensent, & summè commendant. Fuit enim fœmina egregijs virtutib. decorata; prudentia & discretione, omnibus venerabilis. Rexit aliquando domum illam magna cum religione & dexteritate: post cuius fœlicem obitum, B. Iuliana (quam sanctissimis informauerat moribus, & in ipsa pueritia, ad pietatis opera sectanda, vitamque perfectionis capessendam efficaciter excitauerat) in priorissam electa est.

B. Maria, Vidua. [g]] De ea, Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud; Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Conuentu S. Mariæ Lauretanæ, qui est 20. Prouinc. Bæticæ; Valerius lib. 4. de BB. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 33. & Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 98. Ex quibus discimus hanc Heroïnam fuisse vxorem quondam Henrici Gusmanij, ex nobilissima Ducum Methymnæ Sidoniæ prosapia; quæ anno 1528. Præfatum Conuentum, ex voto piè facto, extruxit; ac deindè, vidua derelicta, Monasterium S. Claræ Hispalensis vrbis ingressa, Sanctissimam vitam duxit, virtutibus quamplurimis cumulata, ad cœlumque migrauit, anno 1543. Cùmque post 40. annos eius sepultura aperiretur, corpus, in suæ sanctitatis testimonium, integrum atque incorruptum, repertum est: quapropter ad nouum sepulchrum sibi in choro honorificè est translatum, vbi magna in veneratione, apud omnes, habetur. §. 7.

B. Pina, Tertiaria. [h]] Hanc singulari vitæ sancti- §. 8. †
tate asserunt fulsisse omnes veteres Authores, ac Martyrologium Ordin. Prædicator. & Ioannes à Sancta Maria part. 2. vitar. SS. ac BB. eiusdem Ordin. lib. 3.



APRILIS.

CALENDIS APRILIS.

ROMÆ, Passio Sanctæ [a] Theodoræ, Sororis Illustrissimi Martyris, Sancti Hermetis: quæ sub Hadriano Imperatore, ab Aureliano iudice, affecta Martyrio, sepulta est iuxta fratrem suum, via Salaria, non longè ab vrbe. In Anglia, Sanctæ [b] Peteonæ, Virginis: quæ flammis Diuini amoris succensa, quicquid non est Deus paruipendit, terrenaque cuncta despexit vt Christo frueretur, & post eum ambulans, crucem iugiter cum gaudio tolleret. Bremæ in Saxonia, Beatæ [c] Emmæ viduæ, Fœminæ, genere, charitate, atque pietate clarissimæ. Bellalcazari, in Territorio Cordubensi, Beatæ [d] Isabellæ à Sotto-Maiore, Virginis, Clarissæ; humilitate & oratione insignis. Romæ, Beatæ [e] Antoniæ viduæ, multis charismatum donis sublimis. Apud cœnobium Regale San-Dionysianum in Francia, Parisiensis Diœcesis, Ordinis Benedictini, Eleuatio Corporis Sanctæ [f] Osmanæ, Virginis.

APRILIS DIES PRIMA.

ANNOTATIO.

§. 1. *SANCTÆ Theodora, Martyr.* [a]] Agunt de ea Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis; Petrus de Natalibus lib. 4. Catalog. SS. cap. 2. & lib. 7. cap. 129. Vincentius Beluacens. lib. 10. specul. Historial. cap. 73. & lib. 11. cap. 119. Bergomas lib. 8. Supplementi Chronic. ad ann. Christi 270. Eius Martyrium gloriosum habetur in Actis S. Alexandri Pap. Martyr. apud Surium Tom. 10. die Maij 1. de ea Simon Martinus hac die, Pancirola in Thesauro vrbis Romæ. Regione 2. Ecclesia 33. Ferrarius de SS. Italiæ.

† §. 2. *S. Peteona, Virgin.* [b]] Soror extitit SS. Gildæ, seu Gildasij, Eremitæ, cognomento *Sapientis*, Ægreæ, & Alloeci, fratrum: qui Arecluta, fertilissima Angliæ regione, oriundi, patrem habuerunt Caunum, virum nobilissimum, atque Catholicum. Egreas itaque cum Allœco fratre, & Peteona Sorore, Deo Sacrata Virgine, relictis rebus paternis, & sæcularibus abrenunciantes pompis, in extrema parte regionis illius secedentes, non longè à se inuicem distantia, singula sua construxere oratoria; mediam statuentes sororem, cum qua alternatim, suo die, horas diurnas, alter cum missa celebrabat: & post vesperas cum ea sumens cibum, & gratia agens Deo ante solis occasum, reuertebantur ad oratorium suum, sicque toto nisu mentis, ad supernam tendentes patriam, in ieiunijs & orationibus, suam commendantes vitam, à Deo tandem vocati, receperunt mercedem laborum suorum, & in suis, quæ ædificauerant oratorijs conditi, seruantur, clarificati & celebres, assiduis miraculis, & in gloria resurrecturi. Florebant ad ann. 460. Scribunt de ea Ioannes à Bosco part. 1. Bibliothec. Floriacens. in Historiæ vitæ S. Gildæ sapientis cap. 1. & 2. Gononus de vitis Patrum Occidentis lib. 1. ibid. ex Membranis Floriacensib.

B. Emma, Vidua. [c]] Clarebat circa ann. 1070. §. 3. †
de qua Albertus Crantzius, lib. 4. Metropolis Saxoniæ, cap. 26 illud testatum reliquit. *Hoc tempore, nobilis, prudens, ac religiosa Domina Emma, vxor quondam Luderi Comitis, qui patrem habuisset Hermannum, primum eius familiæ Ducem; Fratrem autem Bennonem: Fœmina autem germanum habuit, Meinvvercum, Paderburnensem Episcopum, virum æquè*

atque sanctum. Vidua hæc erat, per annos 40. quæ ingentem thesaurum à marito relictum, ferè totum pauperibus, & Ecclesiis dispersit; cuius corpus quiescit in Bremensi Ecclesia. Ea dum viueret, Cortem Suplage iuxta Rhenum, Bremensi contulit Ecclesiæ, &c.

§. 4. *B. Isabella, Virg.* [d]] Nouissima erat, filia Comitis Bellalcazaris, quæ præ sua humilitate, voluit nominari Isabella *à Populo*, vulgò *D'Ella Pueblua*, pro Christo namque mundum despiciens, iam humiliter de se senticbat, vt omnium serua & ancilla, viliora curaret officia, quæ læta facie, ac corde pleno explebat. Post matutinas nusquam sopori, aut somno indulgebat; sed iugiter genibus in terra defixis, orationi vacabat vsque ad primam. Meminerunt illius Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib 3. cap. 77. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Relig. in Monasterio S. Mariæ de Columna Bellalcazaris, quod est 1. Prouinc. Angelor.

§. 5. *B. Antonia, Vidua.* [e]] Hæc Matrona Romana, insigni maximè vitæ candore, nostris diebus (inquit Bosius Tom. 1. de signis Eccles. lib. 11. cap. 23.) eluxit. Eam nos sæpius allocuti sumus: & cùm genere ignobili, & illiterata foret; mirùm quanta Diuinitùs inspirata doctrina, de rebus cœlestibus sermonem faceret. Vidimus eam sæpius ab omni sensu abstractam; cùm semper ægrota iaceret in lecto, in summa egestate hilaris tamen erat, nedum patiens; cùm lumen oculorum amisisset, multos tamen ad se aduenientes, ac priùs ignotos, mirabiliter agnoscebat. Futura sæpè prædixit, & humanas cogitationes præuidit.

§. 6. *Eleuatio S. Osmannæ, Virgin.* [f]] Eius sacrum corpus ex Britannia Armorica, vbi vitam degerat, atque in Domino obierat 9. Septemb. vti suo loco, à nobis dicendum erit, translatum fuit ad Monasterium Iotrense, Ordinis Benedictini, sub Danica incursione, illicque honorificè asseruatum erat, vsque ad tempus S. Lutgardis Virginis, qua de re sic scribit ille sanctissimus Præsul B. Thomas, Cantipratensis, in vita ipsius Sanctæ Lutgardis 16. Iunij lib. 2. cap. 26. apud Surium. *Presbyter quidam in Gallias ad Iotrense Monasterium veniens in eius Crypta quadam, vbi Sanctorum corpora quiescebant, noctè orares, & sancta cuiusdam. Tumulum, ex Alabastro confectum, præter suam opinionem aperiret, nec tamen eius nomen, & meritum scire posset; piam postea Lutgardam rogauit, vt à Domino eius nomen sibi peteret reuelari. Illa se totam confert ad rogandum Dominum, & citò quod voluit, impetrat. Apparuit enim ei prædicta sancta, & ait: Ego vocor, Osmanna Virgo, filia quondam Regis Scotiæ, & per miraculum Domini in Gallias adducta, sanctè vixi, defunctaque ibidem sum, ac sepulta solemniter, sed meo tandem per incuriam incolæ obliti sum. Hæc cùm Lutgardis Presbytero referret, subiunxit: Vellem hæc eadem tibi quoque Dominus in veritatis confirmationem, reuelaret. At ille: non sum, inquit, dignus, vt mihi talia reuelentur. Et Lutgardis: Etsi, ait, fortassis minus dignus es, attamen illa digna est, cuius præconia innotescant. Orante igitur Lutgarde, eadem nocte prædicta, Virgo Presbytero illi dormienti ter apparuit, & Osmannam se dici indicauit. Qui vidit, testimonium perhibuit, & scimus quia verum est testimonium eius.* Exindè verò Dionysiopolim allatum est huiusmodi corpus, & capella, in qua repositum, de suo nomine vocata. Tum postea, anno 1246. die Festo Paschatis 1. Aprilis, ab Episcopis Adurensi, & Leonensi, ac Guillelmo, eius loci Abbate, exindè eleuatum est, & in serico panno inuolutum, intra feretrum argento & auro confectum, necnon lapidibus pretiosis exornatum, (dono fratris Theobaldi à Millyaco, ac Thesaurario eiusdem Abbatiæ, ob singularem quam erga ipsam S. Virginem gerebat deuotionem) fuit repositum ac inclusum: quod adhuc extat exaratum & scriptum in quadam Tabula depicta, illic in capella eiusdem S. Virginis nomini dicata, appensa. Iuxta. Iacobum Doubletum lib. 1. Antiquitat. Abbatiæ S. Dionysij in Francia cap. 41. Germanum Millietum. In Thesauro sacro, eiusd. Abbatiæ part. 1. §. 10. Saussayum in Martyrologio Gallicano, hac die, & 9. Septemb. Brulium lib. 4. Antiquit. Parisiens. in ead. Abbatia: At error manifestus in assignata temporis epocha: cùm anno 1246. pascha acciderit 8. April. Vide Tabulam Paschatum Generalem apud Galliam Christianam.

QVARTO NONAS APRILIS.

CÆSAREÆ in Palestina, Passio Sanctæ [a] Theodosiæ, Virginis Tyriæ; quæ in persecutione Maximini, cùm Sanctos Confessores antè tribunal stantes, publicè salutasset, atque rogasset, vt cùm ad Dominum peruenissent, sui recordarentur, à militibus tenta, & ad Vrbanum præsidem ducta, eius iussu, lateribus & mammis, ad interiora vsque dilaniatis, in mare tandem proijcitur. Romæ, Transitus Sanctæ [b] Musæ, Virginis: cuius meminit Beatus Gregorius Papa. In Palæstina, Depositio Sanctæ [c] Mariæ Ægyptiacæ, quæ peccatrix appellatur. Apud Treuiros, Sanctæ [d] Genouefæ, Palatinæ: pudicitia, patientia, & singulari Deiparæ cultu insignis. In Hispania, Dormitio Beatæ [e] Bernardæ, Virginis, Abbatissæ Monasterij Sancti Spiritus de Olmedo, Ordinis Cistertiensis; quæ multis virtutibus & reuelationibus claruit. Antiquæ-Mellariæ in Territorio Cordubensi, Beatæ [f] Mariæ de Iesu, Virginis Clarissæ; pietate & rerum cœlestium contemplatione conspicuæ. Vtini, in agro Aquileiensi, Transitus Beatæ [g] Helenæ, viduæ, Tertiariæ, Ordinis Augustiniani, Matronæ Religiosissimæ, charitate, humilitate, ac miraculis celebris. Brugis Flandrorum, Commemoratio Sanctæ [h] Faræ, Virginis, Abbatissæ: gratiæ splendoribus perornatæ.

APRILIS II.

§. 1. SAncta *Theodosia, Virgin. Martyr.* [a]] Scribunt de ea Eusebius lib. 8. Histor. Eccles. cap. 17. Græci in Menologio 2. April. & 17. Maij. Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Eccles. ann. 306. §. 4. Molanus in Additionib. ad Vsuardum. Ferrarius in Catalogo Sanctor. & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Cæsarea Palestinæ.* Apud aliquos autem mendosè, *Theodora*, pro *Theodosia*, legitur; itemque loco, *Cæsarea Palestinæ* ponitur, *Cæsarea Cappadociæ:* vti sciitè animaduertit Baronius sup. De ea item. Vincentius Beluacens. lib. 12. Specul. Historial. cap. 48. Petrus de Natalibus lib. 4. cap. 25. & Simon Martinus, hac die, Bergomas lib. 8. Supplem. Chronic. ad ann. Christi 305. Surius. Lippelous, Renatus, Benedictus, Gazetus, hac die, in vita eius; Foderetus, ad 22. Decemb. passa est anno 18. ætatis suæ. Magnâ in veneratione habetur; Leodij, ob sacras illius Reliquias illuc aducctas, tempore Notgerij Episcopi: itemque in Deruensi Monasterio, Trecensis Diœces. ob eandem rationem. Teste Saussayo in Martyrologio Gallicano, ead. die, post Camuzatum. de Antiquitat. Treceni. Notkerus, Rabanus, Maurolycus, Alexander de Peregrinis, Constantius Fœlix. In suis Martyrologijs, Monbritius Tom. 2. Ioannes Tamayo in Martyrologio Hispano.

§. 2. *S. Musa, Virgin.* [b]] Tanta vitæ sanctitate prædita erat, vt appropinquante hora exitus illius, Beatissimam Dei genitricem, cum puellis, quas antea per visionem viderat, ad se venire conspexerit. Qua de re S. Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 17. 18. & seq. Petrus de Natalib. lib. 11. Catalog. Sanctor. cap. 111. Molanus in Appendice ad Vsuard. Ferrarius in SS. Italiæ; & in Catalogo Sanctor. hac die. Antonius Gallenus lib. de Virginib. Roman. Vacquerius in Enchiridio benè morientium ead. die.

§. 3. *S. Maria Ægyptiaca.* [c]] Claruit temporibus Iustini Senioris Imperator. circa ann. 520. Extant eius gesta descripta à Sancto Sophronio, Hierosolymitano Episcopo; quæ citantur in Nicæna secunda Synodo act. 4. & à D. Ioanne Damasceno. Oration. 3. de Imaginibus in fin. quæ Metro cecinit Hildebertus, Cœnomanens. Episcopus; & Bonados Santon. lib. 3. Monod. 29. De ea egerunt. Vsuardus, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 7. Annal. Eccles. ad ann. 520. §. 22. Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vsuard. 2. & 9. April. Item Sigebertus cap. 69. de viris Illustrib. & in Additionib. ad ipsum. cap. 8. Nicephorus, lib. 7. Histor. Eccles. cap. 5. Vincentius Beluacens. sup. lib. 15. cap. 66. & seq. S. Antoninus part. 2. Chronic. Titul. 15. cap. 10. §. 11. Petrus de Natalibus cap. 24. sup. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Palæstina.* Bergomas, sup. lib. 9. ad ann. Christi 377. & de Claris Mulieribus cap. 121. Surius, Lippomanus, Hareus, Doubletus, Lippelous, de Voragine, Foderetus, Ribadeneyra, &c. in vita eius, hac die, Simon Martinus, Bosius Tom. 2. de signis Eccles. lib. 15. cap. 5. Bachotus in Fastis. Dandillyus. Græci autem in Menologio, pridie huius diei, hisce verbis. *Sanctæ Matris nostræ, Mariæ Ægyptiacæ; quæ cum decem & septem annos, lasciuam & vitam duxisset, conuersa in meliorem statum, talis euasit, vt miraculis etiam multis, virtutem suam comprobauerit; siquidem quadraginta septem annis ita vixit, vt neminem nisi ipsum Deum spectatorem habuerit.* Hos sequitur Schedel sexta mundi ætate fol. 133. Saussayus sup. aiens celebrari Lutetiæ in propria Ecclesiola, Brulias, lib. 2. Antiquit. Parisiens. in ea pag. 416. vbi de Augustin. Conuentu. Heribertus Rosweydus lib. 1. vitar. patr. in notis ad vitam eius. Antonius Alegre in Paradiso Carmelitani decoris statu 5. ætat. 6 post Christum cap. 31. ex multis, Folgosos lib. 1. Memorabil. cap. 6. & lib. 6. cap. 9. Vaquerius de Fuga sæculi & alij, quos citat Colueneriius Tom. 1. Calendarij Virgin. hac die.

§. 4. *S. Genouefa, Palatina.* [d]] Filia erat Brabantiæ Ducis, coniux autem Sifridi, Comitis Palatini: falsò accusata, & in exilium acta; miro Dei fauore, & Sanctissimæ Virginis Mariæ patrocinio, omnia patientissimè sustulit: sed postea, agnita pristinum statum restituta est. Regis cœlestis ancilla humilis facta, & B. Deiparæ obsequijs deuincta ann. 755. Vide Ferrarium in Catalogo Sanctor. Saussayum in Martyrologio Gallicano, & in Supplemento eiusdem. Myræum in Fastis Belgicis, hac die; ex Tabulis Eccles. Treuirens. Mathia Emmichio, in vita eius. Trycio Puteano, in illius Elogio. Fastos Marianos, ead. die, & Raderum part. 2. Bauariæ Sanctæ pag. 300. Freherum in vltimis paginis de Origin. Palatin. volumin. 2.

§. 5. *B. Bernarda, Virgin. Abbatiss.* [e]] Meminerunt huius Sanctæ Fœminæ, Henriquez in Menologio Cistertiensi, hac die. Ioseph de Velasco, in vita B. Francisci d'Yeppes, lib. 1. cap. 11. vbi eius virtutes, Raptus, Diuinum, & verè Seraphicum amorem, quo in Deum tota ferebatur, describit. Obijt anno Christi 1595. quæ fœlicissimam & diu desideratam resolutionis suæ horam, 10. ante obitum diebus cognouit, indicante illi ipso B. Francisco, cui Diuinitùs fuerat reuelatum.

§. 6. *B. Maria, Virgin.* [f]] Pientissima extitit & deuota maximè erga Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum: Mysterium Sanctissimæ Trinitatis: & Beatissimam Virginem Deiparam: vndè meruit pluribus à Deo visionibus atque reuelationibus consolari: viuebat ad ann. 1595. Sanctè animam exhalauit in Monasterio Conceptionis B. Virginis Antiquæ-Mellariæ, vulgò *de Fuente Oueiuna*, quod est 7. Prouinc. Angelor. sic Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 50. ex Antiq. MSS. eiusd. loci. Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud.

§. 7. *B. Helena, Vidua.* [g]] Vtinensis nata est nobili ex genere: quæ mortuo marito, habitum Ordinis Eremitarum S. Augustini de Pœnitentia suscepit ibid. apud ædem S. Luciæ: quo in statu, eleemosynis, orationibus, abstinentijs, patientiæ, &c. iugiter vacans, cum 62. vitæ suæ excessisset annum, super nudam humum iacens, post omnia Ecclesiæ Sacramenta piè suscepta, hac die, Spiritum Deo reddidit, anno 1458. clara miraculis. Eius præclara facinora, latè percurrit Bergomas. De claris mulieribus cap. 158. Simplicianus part. 2. Histor. Ordin. Augustiniani in vita eius.

§. 8. *S. Fara, Virgin.* [h]] Memoratur à Saussayo sup. hac die & Ferrario, in Catal. Generali Sanctor. ex Historia Monastica Petri Recurdati, Diario 3. Sanè eam esse S. Faram, Virginem Abbatissam (de qua inferius ad 7. Decemb. Natalis celebratur) nullus inficiabitur.

TERTIO NONAS APRILIS.

THESSALONICÆ, Passio Sanctarum Virginum [a] Agapis & Chioniæ, Sororum, sub Diocletiano Imperatore: quæ cùm Christum negare nollent; primo in carcere maceratæ, postea in ignem missæ, sed à flammis intactæ, ibi oratione ad Dominum fusa, animas tradiderunt quas secutæ sunt ad coronam Casia, Philippa & Eutichia. Item, Beatæ [b] Matronæ Abbatissæ, Diuina sapientia, atque vitæ sanctimonia conspicuæ. Loruanij in Lusitania, Beatæ [c] Giomariæ, Virginis, Ordinis Cisterciensis, admirandæ sanctitatis; quæ incredibili rigore corpus afflixit, crebris verberibus, cilicijs, ieiunijsque carnem spiritui subijciens, multis clara miraculis. Fulginij in Vmbria, Beatæ [d] Alexandrinæ, Virginis, Clarissæ, & Abbatissæ, quæ præcipuarum virtutum cumulata fructu, fœlix migrauit in cœlum. Apud Villam-Sillos, in Territorio Palentino, Beatæ [e] Claræ Martineziæ, Viduæ, Tertianæ Franciscanæ; quæ tanto perfectionis & pœnitentiæ amore accensa est, vt propterea Regno cœlorum vim intulerit, ac violenter rapuerit, crebris postea signis admirandis renitens. In Brigensi Saltu, agri Meldensis, apud Monasterium Euoriacense, Eleuatio Corporis Sanctæ [f] Faræ, Virginis, primæ huiusce Parthenonæ Abbatissæ.

APRILIS IIII.

§. 1. *Sanctarum Agapis & Chioniæ.* [a]] Famulæ erant S. Anastasiæ, Martyris. (vti constat ex celeberrima eius passione) erant & cum eis SS. Martyres *Casia, Philippa*, & *Eutichia*. De his Metaphrastes & Græci in Menologio, ad 16. huiusce mensis, Nicephorus lib. 7. Histor. Ecclesi. cap. 14. At Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. 304. Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Romam, verb. *Thessalonica*. Aldhelmus lib. 1. de Virginitate. Vincentius Beluacens. lib. 12. Specul. Histor. cap. 58. & seq. Petrus de Natalib. lib. 4. Catalog. Sanctor. cap. 17. D. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 14. Renatus Benedictus, 4. April. post Surium, Mombritium, Iacobum de Voragine, Lipomanum, Tom. 7. Lippeloum Tom. 2. & Tom. 4. in Actis S. Anastasiæ Martyr ad 25. Decemb. cap. 7. & seq. Simon Martinus, 5. April & Ioannes Tamayus in Martyrologio Hispano.

†§. 2. *B. Matronæ, Abbatissæ* [b]] Memoratur libro, 6. de vitis Patrum Libello 1. §. 14. de verbis seniorum apud Rosweydum, item Petrus Thomas Saracenus part. 1. Menologij Carmelitar. in Catalogo SS. istius Ordinis. Ex Ioanne Palæonidoro in Trimerestos Didaco de Coria in Dilucidationib. Carmelitani Ordin. Iosepho Falconio, Petrolucio, & alijs.

§. 3. *B. Giomariæ, Virgin.* [c]] Eius vitam Lusitanico idiomate edidit Bernardus de Brito Tom. 1. Chronic. lib. 6. cap. 34. Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die. Quæ cùm iam proxima morti lecto decumberet; cœlestium spirituum concentus suauissimè canentium, *Te Deum laudamus, &c.* ab omnibus monialibus auditus est: & quando spiritum efflauit, splendor, instar solis, lucidissimus, ab ipso loco dormitionis eius, ad cœlum vsque recta tendens, à multis sæcularibus visus est.

§. 4. *B. Alexandrinæ, Virg.* [d]] Oriunda erat ex Sulmone, Pelignorum vrbe, in Regno Neapolitano ann. 1385. Patre Nicolao *de Letto*. Viro nobili; quæ quindecim annos nata, habitum Religionis sumpsit, in Monasterio S. Claræ apud Sulmonem: vbi cum vita exemplari, & singulari obseruantia, viginti tres annos exegit. Cœlitus autem monita, cum illo egrediens, Fulgineum in Vmbria profecta est, vbi illud Monasterium extruxerat (quod fœliciter cœpit anno 1452.) sub nomine S. Luciæ Virginis & Martyr in quo vitam duxit propè Angelicam sub cura B. Margaretæ primæ illius loci Abbatissæ: cui postea successit anno 1419. Erat quippe ingenti vitæ perfectione, & monastica obseruantia insignis: assidua in oratione, & contemplatione, vnde multiplici visitatione Christi cœlestis sponsi consolari promeruit. Maximè verò emicuit charitate erga proximum; prudentia etiam pollebat haud vulgari: & à Spiritu Sancto edocta; multa prædicebat futura. Porrò eius abstinentiæ, vigiliæ, mortificationes, aliæque pœnitentiæ erant quotidianæ, & rigidæ: plena fide & spe, coram Deo incedebat: profunda humilitate, & perfecta obedientia, omninò exornata vsque in finem vitæ suæ. Ad brauium autem æternæ retributionis precurrens, obiit sanctissimè, hac die, ann. 1458. ita Martyrologium Franciscan. hac die. Annotationes ad illud. Marianus in Appendic. & MSS Monumenta Fulginens. Tossinianus lib. 1. Histor. Seraphic. in Ordine 2. Monialium Clarissar. vbi de B. *Gemma*. Iacobillus de SS. Fulginatib. in vita ipsius B. Alexandrinæ. VVadinghus Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1393 §. 1. & Tom. 5 ad ann. 1425. §. 25. & seq.

B. Clara, vidua. [e]] Nascitur anno 1519. & nubilis facta, matrimonio iuncta est: sed viro orbata, habitum tertij Ordinis Minor. suscepit, professionem que emisit apud Conuentum S. Mariæ de Gratia Valle-Sillos (qui est de Prouinciæ Conceptionis in Hispania) ann. 1568. à quo tempore, admirabilis cum fama sanctitatis vixit: Quis enim eius abstinentias, ieiunia, largas vigilias, copiosas lachrymas, cilicia aspera, rigorosas disciplinas, exercitia humilitatis, orationes feruentes, mortificationis modos, pietatis opera, tentationes [illegible], [illegible] §. 5.

siones cœlestes, fauores Diuinos, crebra miracula, recensere valeret. Excessit autem è viuis ann 1594. hac die, ad vesperam Dominicæ palmarum. Vide Martyrologium Franciscan. hac die, & Annotationes ad ipsum. Daçam part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 54. & seq. ex R. P. Andræa de Soto, ipsius Confessario. VVadinghum sup. Tom. 5. ad an. 1409. §. 22.

§. 6. *Eleuatio S. Pharæ, Virg. Abbatiss.* [f] Cùm ipsa Christi sponsa migrasset in cœlum, ann. 658. die 7. Decembris, sacrum eius corpus inter manus charissimarum filiarum suarum Virginum depositum S. Hildeuertus, Meldensis Episcopus, dignis exequijs sepeliuit, assistente sibi S. Landerico, Parisiensi Pontifice; qui audita morte Sanctissimæ Virginis, vt eam honoraret, ei festinus aduolauerat, cum plerisque Abbatibus, Clericis, & proceribus, affluenteque innumerabili populi multitudine. Conditum autem corpus, diu ob frequentes Danorum incursiones, & sæuos belli turbines, ferè continuos, in Tumulo delituit; nempe, vsque ad tempora Alexandri 3. Pap. Tunc enim monente & instigante Maiolo, celebris Sanctimoniæ Abbat: S. Crucis in vrbe Meldensi, Diœcesanus Episcopus, conuocato clero, solemni ritu, illud de sepulchro leuauit, atque in Thecam argenteam transtulit, hac die. De ea, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vsuard. VVion in Martyrolog. Benedictino. Menardus lib. 1. Obseruation. ad illud. Gallia Christiana, in Abbatia Pharæ-Monasteriensi, Saussayus in Martyrologio Gallicanò, hac die, & 7. Decemb. Nec tibi dubium inferat, varietas nominis; nempè *Burgundofora, & Faras* cùm eadem, vnicaque sit personas apud probos authores: vbi satis apertè, locus eius natiuus, patria & Monasterium conspicitur in Brigæ saltu, propè Meldensem vrbem: vltra Testamentum eiusdem S. Virginis, quod etiamnum extat. In quo id legitur ad plenum. Augustinus Carcat. cap. 43. vitæ S. Pharæ agit de Translatione ipsius 10. Maij. De Festo autem miraculorum eiusdem 3. Augusti.

PRIDIE NONAS APRILIS.

PAPIÆ, in Monasterio omnium Sanctorum, Ordinis Benedictini, Beatarum [a] Eufrasiæ, & Febroniæ, Sororum Virginum; quæ Regio stemmate ortæ, Christum sponsum sibi elegerunt in terris, vt cum eo Regnare mererentur in cœlis. In Saxonia, Sanctæ [b] Tuedwisæ, eiusdem instituti Abbatissæ; quæ à Diuino Spiritu pietatis informata disciplinis, cæteras vbi suæ curæ commissas in perfectæ iustitię ac religionis tramitem direxit, consummata in omni opere bono, de palęstra virtutum, properauit ad coronam. Treuiris, apud Horreum Monasterium, Ordinis eiusdem, Sanctę [c] Lucię, Virginis, Abbatissę, Deo gratissimę, ac miraculis clarę. In Pago Lingonensi, Sanctę [d] Aleydis, Beati Bernardi, Abbatis Claręuallensis, genitricis; quę virtutum ac bonorum operum fructu collecto, in ęternas cœli mansiones introitum sibi parefecit. Bellalcazari in Territorio Cordubensi, Beatę [e] Marię à Conceptione, Virginis, Clarissę: dono orationis, & lachrymarum insignis.

APRILIS IV.

†§. 1. BEatarum *Eufrasiæ &c. Virg.* [a]] Patrem habuerunt Astulphum, Longobardorum Regem, quæ Papiæ in Monasterio omnium Sanctorum, Christo sponso adhærentes, Viam sibi parauerunt in cœlum. Harum meminerunt Bergomas lib. 10. Supplementi Chronic. ad ann. 754. Iacobus Gualla in Sanctuario Papiæ, lib. 5. cap. 1. Breuentanus. lib. 3. Antiquit. Papiens. cap. 54. VVion lib. 4. Ligni vitæ cap. 24.

† §. 2. *S. Tuedwisa, Abbatiss.* [b]] Memoratur à Crantzio lib. 3. Metropolis Saxoniæ cap. 47. *Ecclesia autem Mindensi* (inquit) *tum præerat Milo, Episcoporum Ordine 12. Hic ab Ottone 3. anno Christi 992. indictione 6. Impetrauit, vt Monasterium Monachorum, in quodam suo Castello* VVedegenborg *exædificaret; vbi quædam sancta inclusa, nomine Tuedwif, prima solitariam vitam duxit, Deinde aggregatis sororibus, Regulam S. Benedicti, cum multis virginibus, in simplicitate cordis, & sanctitate atque iustitia, Domino famulantibus, constituit obseruare. Quibus illa lac sacra doctrinæ, velut mater illuminata, & ab infantia rite instituta, præbuit, & religionis sanctæ vitam monstrauit: vt ab hominum frequentia sequestratæ, Christo Domino possent liberius famulari.* Hæc ille, cui adstipulatur Menardus in Appendice ad Martyrolog. Benedictin.

S. Luciæ, Virgin. Abbatiss. [c]] Septima extitit Abbatissa huius loci: quæ supernæ virtutis operationibus tam sanctis, quàm admirandis, claruit: Teste Menardo, sup. ex libro Monasteriorum Germaniæ: & Saussayo, in Appendice ad Martyrologium Gallicanum. †§. 3.

S. Aleydis. [d]] Hæc in statu coniugali, monasticam vitam æmulata, delicias, pompas, & nugas sæculares à se abdicando, insistendo ieiunijs, orationibus, eleemosynis, & diuersis misericordiæ operibus, sobolem etiam, quam Diuina benedictione, copiosam tulit, in Dei timore ac amore educando proprijsque manibus, supernæ eius maiestatis obsequijs offerendo. (In cuius famulatu, sex, quos genuit, filij, & filia vnica, sub sacra professione, æterna præmia promeruerant) ad tantam peruenit perfectionem; vt sui sæculi lumina clariora, profusis sanctitatis splendoribus coæquaret. Quæ cùm Sancto Ambrosio esset peculiari propensione deuota, eius interuentu, à Deo obtinuit, vt in ipsius festiuitate, debitum mortis fœliciter exolueret. Quare, Sacratissimo viatico, extremaque vnctione præmunita, dùm Litania recitaretur, cùm ad illa verba ventum esset: *Per Passionem & Crucem tuam: liberat nos Domine:* sanctæ crucis se signaculo muniens, in pace, Spiritum Deo gratissimũ efflauit. Ita Guillelmus Ab- §. 4.

bas.

bas, lib. 1. vitæ S. Bernardi Abbat. cap. 1. 2. 3. & seq. Gödisaluus de Sylua ibid. & alij. Manriquez Tom. 1. Annal. Cistertiens. ad an. 1305. cap. 1. 2. & 3. Henriquez, in Menologio Cistertiensi: & Saussayus in Martyr. Gallic. hac die. Vacquerius in Enchiridio benè Morientium. Gallia Christiana, in Abbatia Claravallensi sub 15. & 19. Abbatib. Simon Martinus in vita eius.

§. 5. *B. Mariæ Virgin.*[e]] Ingenti Pœnitentia, & rerum cœlestium contemplatione, claruit: Donum etiam habuit copiosissimarum lachrymarum, raptusque admirandos patiebatur; in quibus nonnunquam sublevata cernebatur à terra. Vixit circa an. 1575. in Monasterio Bellalcazarensi, quod est 1 Prouinciæ Angelor. iuxta Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud; Daçam, part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 77. ex MSS. Monimentis eiusd. Prouinc.

NONIS APRILIS.

THESSALONICÆ, Sanctæ[a] Irenes, Virginis, & Martyris; quæ cùm sanctos libros, contra Diocletiani edictum, occultasset, post tolerantiam carceris, sagitta percussa est, & igne cremata, iussu Dulcetii præsidis; sub quo & sorores eius simul Agape, & Chionia, passæ antea fuerant. Antiochiæ, Natalis Sanctæ Virginis[b] Anonymæ, quæ pro Christo ad Lupanar damnata, sed à quodam milite Christiano superueniente, commutatis vestibus erepta, simul cum eo postea Martyrii coronam est adepta. In Arabia, Sanctarum[c] Thermes, Derbuthæ sororis eius, & Ancillæ, Martyrum. Lauduni Clauato, Sanctæ[d] Syluiæ, Virginis; quæ corpore & Spiritu Diuinis obsequiis consecrata, in exercitio pietatis vsque ad fœlicem vitæ consummationem perseuerauit. Leodii apud Cornelion Montem, Beatæ[e] Iulianæ Virginis, Ordinis Cistertiensis; quæ huic loco præfecta, virtutibus, visionibus, ac Prophetiis exornata fuit. In Flandria, Bello Pratensi Monasterio, eiusdem instituti, iuxta Gerardi-Montem, Mechliniensis Diœcesis, Beatæ[f] Ioannæ Flameng, Virginis; quæ sanctis operibus plena, ad cœlestem patriam conscendit; ac post mortem gloriosa & exultans, magnalia Dei, quæ in se experiebatur, indicare visa est. Villæ-Nouæ infantium in Hispania, Beatæ[g] Elisabethæ de Rota, Tertiariæ Franciscanæ; quæ pietate, patientia, & contemplatione, admodùm illuxit. Mediolani, Beatæ[h] Mariæ-Magdalenæ, Virginis, Clarissæ, Diuinis charismatibus spectabilis. Maioricæ apud Monasterium Sanctæ Mariæ-Magdalenæ, Beatæ[i] Catharinæ Tomasæ, Virginis, Canonicæ Regularis Augustiniani Ordinis, virtutibus & miraculis gloriosæ. Lauduni Clauato, prima Translatio[l] Sanctæ Ciliniæ, Matris Sancti Remigii Episcopi.

APRILIS V.

§. 1. *Sanctæ Irenes, Virg. Martyr.*[a]] Agunt de ea Beda, Vsuardus, Ado, & Wandelbertus, Notkerus, Rabanus, Maurolycus, Galesinius, Felicius, &c. Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad an. 304. Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Ferrarius in SS. Italiæ, & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Thessalonica*. Metaphrastes autem, & Græci, in Menologio 1. & 16. Aprilis. itemque Lipomanus, Tom. 7. De ea insuper ac sororibus eius, plura leguntur in Actis S. Anastasiæ Martyr. quæ extant apud Surium Tom. 6. Lippeloum Tom. 4. ad 25. Decemb. & Nicephorum lib. 4. Histor. Eccles. cap. 14. videantur Vincentius Beluacens. lib. 12. specul. Histor. cap. 58 & seq. Petrus de Natalibus lib. 4 Catalog. Sanctor. cap. 32. Surius Tom. 1. in vita S. Martiani Presbyteri 10. Ianu. cap. 12. & 16 item in Actis S. Isidori, Martyris ad 5 Febr. & Ferrarius in Catalogo Sanctor. ex Tabulis Ecclesiæ Aquileiens. quò hac die coluntur. Iustinianus Imperator, in honorem S. Irenes, Virgin. & Martyr. Excitauit nobilem Ecclesiam, quæ est ad mare posita: teste Procopio lib. 1. de ædificijs ipsius Imperator. Ante ipsum Martianus Imp. idipsum præstitit, iuxta Nicetam Chroniatam, lib. 7. Annal. Simon Martinus, hac die. Ioannes Tamayo in Martyrol. Hispano ead. die.

S. Anonymæ, Virg. Martyr.[b]] Præclaro illam celebrat Encomio S. Ambrosius, lib. 3. de Virgini. quod Baronius Tom. 3. Annal. Eccles. ad an. 309. §. 26. & seq. graui stylo recenset; corrigens, quæ dixerat in notis ad Martyrolog. Roman. sub 28. April. cùm hæc diuersa sit omninò ab illa: cui concordant Græci, Metaphrastes, Surius, Gazetus, Renatus, Benedictus, &c. hac die. §. 2.

SS. Thermes, &c. Martyr.[c]] Memorantur à Metaphraste, & Molano, hac die, in Additionib. ad Vsuardum. Ferrario sup. in noua Topographia, verb. *Arabia* Surio, Renato, Benedicto, &c. ead. die. an. 320. De *Derbutha*, seu *Pherbutha*: die præcedenti; Menologium Græcor. & Ferrarius, in Catalogo Generali Sanctor. agunt. §. 3.

S. Syluiæ Virg.[d]] Illius meminit Saussayus in Martyrolog. Gallic. hac die, & Simon Martinus, ead. die. §. 4.

B. Iulianæ, Virgin.[e]] Nascitur ann. 1191. in Diœcesi Leodiensi, honestis & diuitibus parentibus, quibus anno suæ ætatis quinto orbata, monialibus Cistertiensibus tradita est educanda, sub cura B. Sapientiæ, tunc apud Boueriam, domum vicinam tunc commorantis. Crescens ætate, creuit & pietate, tot ac §. 5.

tantis virtutibus postea emicuit, vt præf. &a hoic loco instituta, cunctis luxerit ad exemplum. Porrò, ea ipsa est, quæ celebritatem sanctissimi Sacramenti, eximio deuotionis æstu, prima instituit & optauit & curauit. Tandem fœliciter sanctam efflauit animam, meritis ditissimam, hac die, feria sexta, hora nona, in Monasterio Montis Cornelij. Apud Leodium, ann. Christi 1247. cuius sacrum corpus puritatis Balsamum redolens, altera die, postquam fœlici exitu migrauit in cœlum, ad cœnobium Villariense Ordinis Cistertiensis, Translatum, inter alias sanctorum exuuias reconditum est. Vbi & vita eius habetur prolixa. De ea Molanus in Additionibus ad Vsuard. Raylla in Auctario ad Natales Sanctor. Belgij, Molani, sub. 2. Octob. Galesinius in suo Martyrolog Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Leodium*. & in Catalogo Generali Sanctor. Wion in Martyrolog. Benedictino. Menardos lib. 1. Obseruat. ad ipsum, hac die, Sanssayus in Martyrologio Gallicano; Myræus in Fastis Belgicis, ead. die, ex Guillemanno in vita eius, & in Chronico Cistertiensi ao 1170. & 1247. Chapeauillus Tom. 2 Histor. Leodiens. ad calcem, in Tractatu Historico, de vera origine festiuit. corporis Domini, cap. 1. & seq. Bernardus de Brito Tom. 1. Chronic. lib. 6. cap. 39. Manriquez Tom. 3. Annal. Cistertiens. ad ann. 1196. cap. 2. & ann. 1101. cap. 6. Henriquez in Lilio Cistertiensi lib 1. distinct. 3. cap. 1. & seq. item & in Laurea Euangelica. ac Menologio Cistertiensi, ead. die. Franciscus lib. 3. disc. 7. Biuarius in in vita eius. Sacrarium Leodiense, inter sanctus illius Diœcesis. Bzouius Tom. 13. Annal. Eccles ad an 1230. Odoricus Raynaldus ibid. Tom. 14. ad ann. 1264. §. 28. Iaulnayus de vita & miraculis S. Reguli, Syluanectensis Episcopi, pag. 121. & 122. sub Episcopo 55.

aitque obijsse anno 1257. die 3. April. sed perperam. Simon Martinus in ea, hac die, & Ludouicus Iacob. in Bibliotheca Illustr. fœminar.

B. Ioanna, Virg. [i] Migrauit in cœlom circa ann. §. 6
Christi 1559. quæ post eius fœlicem ad Deum transitum, apparuit magna claritate refulgens sorori suæ germanæ, ibidem religiosæ; ita Arnoldus Rayssa sup. hac die, ex eiusdem Monasterij Chronico. Henriquez in Menologio Cistertiensi eadem die.

B. Elisabetha, Tertiaria. [g] Discipola extitit, B.P. §. 7.
Didaci Ximeoij; & ob præclaras eius virtutes, Monasterio Corporis Christi Villæ Nouæ infantium, per annos 30. præfuit, vbi animam Deo reddidit feria 5. in cœna Domini; vide Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad ipsum. Blasium Laghionam. In suo Memoriali; & Marianum lib. 6. Chronicor. Illustr. Obseruant. Minor. Reformat. cap. 31.

B. Maria Magdalena, Virg [h] Patria erat Medio- §. 8.
lanensis: sic autem diligenter orationi intenta, vt nonnumquam videre meruerit cœlos apertos. Qua de re Martyrologium Franciscanum, hac die; Annotationes ad illud, & VVadinghus Tom. 6. Annal Minor. ad ann. 1478. §. 40. Post MSS Monimenta Prouinciæ Mediolanens. & Monasterij Sancti Appollinaris, vbi iacet sepulta.

B. Catharina Tomasa, Virg. [i] Nascitur die 1 Maij §. 9.
an. 1553. sanctissimè verò migrauit in cœlum, hac die, an. 1574. cuius virtutes egregiæ, & præclara facinora ac miracula graphicè perstringit, libro integro R. P. Bartholomæus Valperga. Carthusianus.

Translatio S. Cilinia [l] Memoratur à Molano, in §. 10.
Additionibus ad Vsuard. Ferrario in Catalogo Generali Sanctor. & Saussayu in Martyrolog. Gallicano hac die.

OCTAVO IDVS APRILIS.

NATALIS Sanctæ [a] Cœlestinæ, Virginis & Martyris, cum alijs Octo. Atimini, Passio Sanctæ [b] Marinæ, Virginis & Martyris. Vernone in Territorio Ebroïcensi Beatæ [c] Onoflettæ, Virginis humilitate, oratione, & alijs piis exercitiis spectabilis. Romæ, Sanctæ [d] Gallæ, viduæ, & sanctimonialis, Symmachi Consulis filiæ: cuius virtutes, & fœlicissimum ad Deum transitum, Sanctus Gregorius Papa conscripsit. Treuiris, apud Horreum Monasterium, Sanctæ [e] Rothildis, Abbatissæ, Ordinis Benedictini, quæ exemplo vitæ & virtutis, ac monastica obseruantia venerabilis, tramitem mortalitatis expleuit, & cœli viam capessiuit. Signiæ propè Florentiam, Beatæ [f] Ioannæ Signiensis, Tertiariæ Franciscanæ: religiosissimæ fœminæ, miraculis gloriosæ.

APRILIS VI.

§. 1. *Sancta Cœlestina, Virg Martyr.* [a] Ita ex Martyro-
logio Petri Canisij, & Philippo Ferrario, in Catalogo Generali Sanctor hac die.

S Marina, Virg. & Mart. [b] Ornatur hæc ciuitas
† §. 1. pluribus sanctis, qui eam incoluerunt: sed maximè patrocinio huiusce Christi sponsæ gloriatur: quæ apud ipsam constanter fortiterque pro fide certamen inijt: Teste Iacobo-Philippo Bergomate lib. 6. supplementi Chronic. in ea vrbe, illis verbis. *In ea, passa est etiam Sancta Marina; & Theodorus, eiusdem Virginis pater.*

† § 3. *B. Onofletta, Virg* [c] Cùm S. Lonogisolus Gall. S.
Longis vir eximiæ sanctitatis in eremo solitariam vitam ageret apud Cœnomaniam; virgo hæc purissima sæpè eum visitabat, vt ab illo monita salutis, ac perfectionis exciperet. Ex qua frequentatione, falsi criminis accusata, ab æmulis, carbones ignitos, ardentesque prunas in pallio suo, absque læsione, in signum suæ Innocentiæ & integritatis, vsque ad palatium Clotharij 2. Reg. Fran. detulit. Exinde Christi sponsa, orationi ac cœlestiorum rerum meditationi vacãs, & exercitijs pietatis humilitatisque, vitæ reliquum consumens: Vernonem venit, vbi sanctissimè obiit: cuius sacrum corpus exindè asportatũ ad eremitorium præfati S. Lonegesili solitarii, honorificè tumulatum est. Florebat circa an. 615. vide Coruasierum in Episcopo 12. Cœnomanensi. pag. 226. & 227. ex MSS. Monimentis & Bondonetum, ibid. pag. 226. & seq.

S. Galla, vidua. [d] Hæc ex Martyrologio Romano §. 4.
ann. 1583. excuso. Arnoldo VVion in Martyrologiu Benedictino, Ferrario supr. hac die. Nec abs re.

Quandoquidem

Quandoquidem, Testante S. Gregorio Papa lib. 4. Dialogor. cap. 13. ipsa B. Galla obierit, triginta diebus ante S. Benedictam, eius sororem, sanctimonialem. Cùm autem Baronius in notis ad Martyrologium Romanum; & Antonius Gallonius, lib. de SS. Virginib. Romanis, asserant S. Benedictam, die 6. mensis Maij, ex hac vita migrasse: consequens est, vt S. Gallam, hac die, defunctam fateamur: præsentemque diem, eius Depositioni, Quintum verò mensis Octobris, Translationi, aut certè consecrationi dicatum dicamus, vti scitè adnotat Præfatus Wion. sup. cætera, vide infra ad 5. Octob. Panciroli in Thesauro vrbis Romæ Regione 7. Ecclesia 7. & Regione 9. Ecclesia 41. Gallonius de Matronis Roman. Ferrarius in SS. Italiæ die sequenti.

†. §. 5. *S. Rosbildis, Abbatiss.* [e]] Octaua extitit Abbatissa Monasterij S. Mariæ Horrei Treuirens. quæ mysticæ ornata pennis columbæ, puræ & speciosæ, è fluuiis gratiæ aquarum, imò è valle hac lachrymarum, ad superna cœli gaudia euolauit: cuius meminerunt. Wion lib. 3. Ligni vitæ, in Appendice ad Martyrolog. Benedictinum. Menardus ibid ex libro Monasterior. Germaniæ. Saussayus in Appendice ad Martyrolog Gallicanum, post Acta Sanctæ Glodesindis Virgin. Abbatissæ Metens. cap. 2. & 5. ad 25. Iulij apud Surium.

B. Ioanna, Tertiar. [f]] De ea agunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum. Marcus Vlyssiponensis part. 2. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 23. §. 1. sub ann. 1359. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiar. Salazar lib. 6. Chronic. Prouinc. Castellæ, cap. 17. Wadinghus Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. Christi 1360. §. 1. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Floruit quippe, circa ann. 1360. magna vitæ sanctitate, propè Florentiam in Tuscia; de qua agitur quotannis solemnitas natalis eius feria 2. Resurrectionis Dominicæ; officium verò de eadem recitatur sequenti feria 2. post Dominicam in Albis, iuxta Breuiarij Romani ritum. §. 6.

SEPTIMO IDVS APRILIS.

POMPEIOPOLI In Cilicia, Sanctæ [a] Theocliæ, Martyris; Matris Beati Calliopij, Martyris. In Ægypto Sanctæ [b] Mariæ, Virginis; quæ matrimonio iuncta, placebat viro; cogitauitque semper quæ Domini erant, vt esset sancta & corpore & spiritu. Leodij, apud Montem Cornelij, Ordinis Cistertiensis, Beatæ [c] Ermentrudis, Virginis; vitæ integritate, & charitate insignis. Albendoniæ in Anglia, Dormitio Beatæ [d] Mabiliæ, Viduæ, Sancti Edmundi, Cantuariensis Archiepiscopi genitricis: quæ Deo in sanctitate & iustitia seruiuit, omnibus diebus suis. Hispali in Hispania, Beatæ [e] Eluiræ, à Villa-Sieca, Viduæ, Clarissæ: quæ Cordubæ & Hispali Abbatissæ functa munere, incredibili humilitate, pœnitentia, vitæque perfectione floruit.

APRILIS VII.

§. 1. SAncta Theoclia, Martyr. [a]] Scribunt de ea Menologium Græcorum, Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die & 27. eiusd. mensis. Memoratur autem in Actis S. Calliopij, Martyris, hac die, apud Metaphrasten, Surium, Lippeloum, &c. Ex quibus discimus eam fœminam fuisse cunctis virtutibus, & Christianæ pietatis studio claram: quæ quidem ipsius S. Calliopij, Martyris, filij sui corpus complexa, in ipso amplexu, spiritum exhalauit. Vocatur etiam *Dioclea*, & *Theoclia*. Sub Maximiano Imperatore passa.

†. §. 2. *S. Maria, Virgin* [b]] Sanè præstat audire eius Elogium, lib. 6. de votis Patrum. Apud Rosweydum relatum, libello 3. de verbis Seniorum §. 3. cuius & meminit Raderus part 3 Viridarij Sanctor. in Annotation. ad S. Zachariam calcearium. *Duo quidam patrum rogabant Deum, vt ostenderet eis, in quam peruenerint mensuram. Et venit eis vox, dicens: quia in villa, illa, quæ est in Ægypto, est sæcularis quidam, Eucharistius nomine, & vxor eius vocatur Maria: nondum adhuc peruenistis ad mensuram ipsorum. Exurgentes autem illi duo senes, venerunt in vicum illum. Qui percontantes, inuenerunt cellulam ipsius, & vxorem eius. Et dicunt ad illam vbi est vir tuus? At illa dicit eis: pastor est ouium, & illas pascit. Et introduxit eos in domum suam. Cum autem serò factum esset, venit ipse Eucharistius, cum ouibus: & videns illos senes, parauit illis mensam, misitque aquam in peluim, vt lauaret pedes eorum. Qui dixerunt ei: non gustabimus quidquam, nisi indicaueris nobis operationem tuam. Tunc ille Eucharistius cum humilitate, dixit eis: Ego Pastor sum ouium, & hæc vxor mea est. Cùm verò perseuerassent illi duo senes, rogantes eum, vt omnia denuntiaret eis, ipse nolebat dicere. Tunc dixerunt ei: Dominus nos misit ad te. Audiens autem hoc verbum, timuit, dixitque eis: Ecce istas oues habemus à parentibus nostris & quidquid ex eis donauerit nobis Deus, facimus illud tres partes: partem vnam pauperibus, & vnam partem in susceptione peregrinorum: & tertiam partem ad vsum nostrum. Ex quo autem accepi vxorem: neque ego pollutus sum, neque illa, sed virgo est, singuli autem remoti à nobis dormimus: & noctu quidem induimur saccos, in die verò vestimenta nostra. Et vsque nunc nemo hominum hæc cognouit. Cumque hæc audissent illi patres, admirati sunt: & recesserunt glorificantes Deum.*

B. Ermentrudis, Virg. [c]] Hæc B. Iulianæ Virg. indiuidua comes extitit, & præcipua imitatrix: circa an. 1230. quæ accensa charitatis & castitatis lampade, cum sapientum Virginum choro, obuiam sponso properans, ad nuptias læta peruenit: ita sacrarium Sanct. patriæ Leodiens. Henriquez in Menolog. Cistertiens. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die. §. 3.

§. 4. *B. Mabilia, Vidua.* [d]] Fœmina fuit ſanctiſſima; quæ ſimul cum viro, communi conſenſu, caſtitate deuota, poſt tres filios ex matrimonio procreatos ab inuicem ſeparati, præire ad virtutem contendebant. Vir in Monaſterio vitam egit; fœmina verò in ſæculo, non ſeculi vitam duxit, ſed ſpiritualem. Etenim preter cilicium nodoſum, duabus laminis ferreis, & ſuper has loricam ferream, ſub veſtimentis viduitatis, ad mortificandam carnem Induta erat. Ea tantam curam S. Edmundi pueri habuit; vt Virginitatem incontaminatam ſeruare docuerit, & cum ieiunijs, propoſito præmiolo, tum cilicio ferendo aſſueſecerit infantem. Vide Acta ipſius S. Edmundi, apud Surium 16. Nouemb. Petrum de Natalib. lib. 10. Catalog. Sanctor. cap. 68. Bzouium Tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1249. § 8. & Harpsfeldium ſæcul. 13. Hiſtor. Eccleſ. Anglican. cap. 7. D. Antonin. 3. part. Hiſtor. Titul. 9. cap. 10. Vincentium lib. 31. Specul. Hiſtor. cap. 67 De Reliquijs eius habetur apud Carthuſianos vrbis Abbauillei. Teſte Ignatio Ioſeph lib. 1. Hiſtor. Eccleſ. eiuſd. vrbis cap. 54.

B. Eluira, vidua. [e]] Cùm ex morte proprij viri, vidua derelicta eſſet, Cordubę propriam ſuæ habitationis domum, in Sanctimonialium Conuentum, ſub Titulo S. Eliſabeth de Angelis erexit; eiuſque primam, atque omninò ſtrenuam Abbatiſſam egit, vndè poſtea cum alijs 12. ſororibus ad Monaſterium S Mariæ de Ieſu Hiſpalis, anno 1520. Tranſlata, eodem munere ſub rigidiſſima pœnitentia atque incredibili humilitate, plurimis annis functa eſt. Religioſiſſima quippe erat, & vitæ ſanctitate admiranda Ita Martyrologium Franciſcan. hac die; Annotationes ad ipſum Barezzus part. 4. Chronic Minor. cap. 15. lib. 1. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. In Præfato Monaſterio Hiſpalenſi, quod eſt 3. Prouinc Bæticæ. Valerius lib. 4. de BB. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 7. §. 5

SEXTO IDVS APRILIS.

IN Africa, Sanctarum [a] Martyrum, Maximæ, & Macariæ. Carthagine, Sanctæ [b] Conceſſæ, Martyris. Apud Agrum-Clauium, Germaniæ Monaſterium, Ordinis Ciſtertienſis, Beatæ [c] Annæ, Abbatiſſæ, nobilitate proſapiæ, vitæ ſanctitate, & Spiritu Prophetico illuſtris. Spoleti, Beatæ [d] Chriſtinæ, Ordinis Sancti Auguſtini, quæ inter alia virtutum inſignia, Paſſionis Dominicæ fuit amantiſſima. Gienni in Hiſpania, Beatarum [e] Mariæ à Sancto Franciſco, & Franciſcæ à Sancto Antonio, Virginum Clariſſarum: quæ poſteris multa reliquerunt pietatis monimenta ac exempla Deo Gratæ ſeruitutis. In Anglia, Commemoratio [f] Sanctæ Sexburgis, Reginæ, & Abbatiſſæ. Genuæ ad mare Liguſticum, Dormitio Beatæ [g] Mariæ-Magdalenæ, Ordinis Annuntiatæ; quæ in Scientia Sanctorum edocta, fœlici curſu ad præmia in cœlum euolauit.

APRILIS VIII.

§. 1. SAnctarum Martyrum Maximæ, &c. [a]] De ipſis agunt, hac die, Beda, & Martyrologium Romanum, Baronius ibidem, in notis: quibus etiam aſſentiuntur manuſcripta.

§. 2. *S. Conceſſa, Martyr.* [b]] Claruit circa ann. Chriſti 300. in perſecutione Imp. Diocletiani. De eadem etiam præfati Beda, Martyrologium Roman. & Baronius, hac die, ſup. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Carthago.* Galeſinius, & Alexander de Peregrinis, in Martyrologijs, Ioannes Tamayo in Martyrologio Hiſpano, hac die, ex alijs.

§. 3. *B. Anna, Abbatiſſa.* [c]] Filia extitit Baronis de *Schloſſelberg:* quæ aſſumpto Ordine Ciſtertienſi, apud Monaſterium Agri Clauium, Germanice; *Schluſſel-avve*, anno 1260. fundatum, illic ſecunda Abbatiſſa præfuit; vbi ea ſanctitate floruit, vt decore & ſuauitate Diuinarum virtutum, vniuerſum Virginum cœtum in ſui amorem rapuerit ac admirationem: magnis coruſcationibus vtriuſque gratiæ illuſtrata. Hæc, ex illius loci monimentis, Gaſpar Bruſchius in Chronologia Monaſteriorum Germaniæ. Henriquez in Lilijs Ciſtertii: & in Menologio Ciſtertienſi, hac die.

†§. 4. *B. Chriſtina.* [d]] Oriunda erat ex Inſubria, in ſæculo vice-Comitiſſa, generis ſplendore Illuſtriſſima; quæ Dominicæ Paſſionis iugi memoria ſic delectabatur, vt propterea volens, clauum pedi infixerit, ad ſufferendum dolorem; qualibet ſexta feria hauſtum fellis & abſinthii ſumeret: quottidieque cruentam diſciplinam, corpus affligendo, faceret. Hanc Deus illuſtrauit multis miraculis: cuius corpus adhuc perſtat integrum, & memoria eius per Italiam colitur. Obijt anno 1453. Vide Nicolaum Cruſenium in Monaſtico Auguſtiniano: Simplicianum part. 2. Hiſtor. Ordin. S. Auguſtini, in vita ipſius: & ad calcem totius Hiſtoriæ. Itemque Ioannem Næuium, in Eremo Auguſtiniano.

BB. Maria, &c. Virgin. [e]] Ambæ ſorores erant germanæ; & Chriſto ſponſo firmiter adhærentes: §. 5. quæ anno 1598. fœliciter ad aſtra migrarunt; pœnitentia, humilitate, aſſidua oratione, & vniuerſa regulari obſeruantia illuſtres. Ita Martyrologium Franciſcan. hac die, ex MSS. Monimentis Prouinciæ Granatenſ. & Wadinghus Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1371. §. 32.

Commemoratio S. Sexburga. [f]] Memoratur à Ferrario in Catalogo Generali Sanctor. hac die; ex Martyrologio Anglico. Caniſio, & alijs. Wion lib. 4. Ligni vitæ cap. 14. vide infra ad 6. Iulij. §. 6.

B. Maria-

§. 7. *B. Maria-Magdalena* [g]] Priùs noneopabatur Viocentioa, vxor cùm esset D. Stephani *Centurionis*, viri illustris, apud Genuam, Liguriæ vrbem Regiam; qoæ ex mutuo consensu, ibidem Monasterium Annunciatarum sanctimonialium ingreditur, primaque fuit socia B. Mariæ-Victoriæ, illius Parthenonæ fundatricis: coius mores præcipuo studio inoitata, ea potissimùm homilitate, excelluit, qua infra omnes se dimittens, omnium se minimam existimaret; & charitate plena, iogiter ad cœlom sospiraret. Quo peruenit, bac die, ann. 1605. mense 10. post religionis ingressum: Teste Ferdinando meltio, lib. 3. vitæ præfatæ B. *Mariæ-Victoria*, cap. 2. & seq.

QVINTO IDVS APRILIS.

SIRMII, Passio Sanctarum [a] septem Virginum & Martyrum: quæ dato simul pretio sanguinis, vitam mercatæ sunt æternam. In Iudæa, Sanctæ [b] Mariæ, Cleophæ, Sororis sanctissimæ Dei genitricis Mariæ. Canruariæ in Anglia, Sanctarum [c] Gislæ & Rictrudæ, Virginum; Ordinis Benedictini; quæ genere, virtutibus & eruditione extitere admodùm illustres. Burgis, in Hispania Tarraconensi, Sanctæ [d] Casildis, Virginis Regiæ: cuius veneranda spolia, Diuinis claruere emeritæ cœlestis coronæ insigniis. Mortariæ in Insubria, Beatæ [e] Cæciliæ à Cotignola, Virginis Clarissæ: cuius virtus ac sanctitas summa fuit. In Castri loco, apud Montes in Hannonia, Cameracensis Diœcesis, [f] Sanctæ Waltrudis, viduæ: quæ claro ex stemmate orta, sacro velamine assumpto, in perfecta mundi despicientia, carnis maceratione, & spiritus puritate, vitam duxit admirandam. Ægeæ in Cilicia, Sanctæ [g] Mariæ, pœnitentis: quæ fructibus pœnitentiæ dignis, prioris vitæ labem diluit, & Christo in Monastica obseruantia iugiter adhæsit. Eodem die, Memoria S. Mariæ [h] Ægypriæ. Romæ Translatio. Corporis Sanctæ Monicæ, Matris Beati Augustini Episcopi: Quod ex Ostiis Tyberinis, Martino Quinto, summo Pontifice, in vrbem delatum, in Ecclesia eiusdem Beati Augustini honorificè reconditum fuit.

APRILIS IX.

§. 1. S*anctarum septem, Virg. Martyr.* [a]] Memorantur à Beda, Vsuardo, Adone & Martyrologio Romano, hac die, Baronio ibid. in notis; Petro de natalib. lib. 4. catalog. sanctor. cap. 40. Ferrario in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Sirmium*. Saussayo in Martyrologio Gallicano: qoi addit. ad 8. April. Leodii fieri de illis festum, ob pignora qoædam dudum illic recepta.

§. 2. *S. Maria Cleopha.* [b]] De ea Ioannes Euangelista, cap. 19. & in eom locom interpretes: tumque Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis: & Ferrarius sup. verb. *Iudaa*, & Simon Martinus. De sacris eios Reliquiis nonnihil habetur, Abbatis-villæ Apud Veromandoos, in parœcbia S. Andrææ, à Ioanne *Capet*. Doctore in iure canonico, & magno pœnitentiario Ambianensi, ac Religioso Franciscano datis: teste Ignatio Iosepho, lib. 1. Histor. Ecclesiastic. Abbsvilleæ, cap. 36. Ioannes Bertaodus in Eocomio trium Marisrum, sub fin. hæc Testatur: quæ lobens (post Coluenerium in Calendario virg. tom. 1. bac die) referre dignum duxi. *Harum* (inquit) *Maria Cleopha & Saloma, Sororum Virginis Maria, Beata corpora, anac in Gallia celtica recoadita visuntur, in oppido quodam exiguo, Gallis, & plerisque aliis, ob ipsa saat quàm religiose, è regioae Massilia ciuitatis Prouincialis Comitatus. Vnde cùm Robertus olim Sicilia Rex, & Prouinciæ Comes, prafata corpora, ex terum cellula, in qua ad prasens celeberrimè consistunt, ea quidem euelli imperasset, frustra nixus est: qua admodum amplexu gemino Diuinitùs palam adeò coainuncta sunt, vt quondam separata fuisse minùs crederentur, fratre Ioanne Veneto, perspicuo authore, in vita ipsarum Trium Mariarum. Nec mirum, consortium ipsarum sanctarum sororum, post obitum, annueate Deo optimo, factum, quod, vita vrgeaute, apprimè illibatum coastiterat. Non procul illis abest Maria Magdalena, cuius corpus in eadem Prouincia & Regione, veluti quadam pradictorum corporum coniunctum proximitate, veneratur.* Hæc ibi.

§. 3. *SS. Gisla, & c Virg.* [c]] Ex Anglia oriundæ, Virgines fuere prosapia nobiles, quæ ab ipsa adolescentia bonas litteras, & elegantiam Latinæ linguæ, sub Alcuino præceptore, graoiter didicerunt: postea in Monasterio religiosam vitam professæ, sub Regula S. Benedicti, virtutum exercitiis iugiter adhæserunt. Primò namque sibi ipsis per mortificationem, & spirituales meditationes: deindè proximis, per externa charitatis opera, vigilanter attendebant, afflictos maximè consolando, &c. Florebant circa ann. 770. & 790. Extat harum Epistola ad ipsum Alcuinum, atque eios ad ipsas responsio, inter opera Alcuioi, ad initiom eius in Euangeliom Ioanoia Expositioois: quam expositionem ad ipsas scripsit. Meminit earundem, epistol. 102. edition. Parisiens. Posseuinus in Apparatu sacro. Harpsfeldios in Historia Ecclesiastic. Anglic. sæcul. 8. cap. 6. & sæcul. 9. cap. 14. Pitseus de illustrib. Angliæ scriptorib. ætate 8. anno 770. ex Lelando. Menardus in Martyrolog. Benedictino, & lib. 2. obseruation. ad illud,

Eduardus Mathew Tom. 1. Trophæor. Congregation. Anglic. Ordin. Benedictin. ad natales sanctor. hac die. Franciscus Augustinus Della Chiesa, in Theatro muliebri. Ludouicus Iacob. in Bibliotheca illustr. fœminar. Quidam, hac die 1047. alii 15. April. ann. 1126. de eius obitu agunt.

§. 4. *S. Casildis, Virg.* [d] Ex patre Mauro, Toletano Rege, in Hispania nata: sed postea ad Christum conuersa, patriam dereliquit, vitamque Anachoreticam in terris Christianorum, sanctitate & miraculis plenam, cuius vitam scripsit, Foderetus, ex Antiquis Breuiariis, & Chronicis Hispan. Basilius de Arce: Canisius in suo Martyrologio, Ferrarius in Catalogo generali sanctor. hac die: & in Additis ad nouam Topographiam sup. verb. *Turris* ad 3. Iunii. Ex Tabulis Eccles. Burgens. vbi colitur, & corpus quiescit. Ambrosius morales lib. 12. Trugillus Tom. 2. Thesauri concionator hac die. Gononus in Appendice ad vitas Patrum Occidentis in ea ea Ioanne. Maldonato, Hispano de sanctis. Vocatur etiam *Casilla*: De eaque fit officium Ecclesiasticum in nonnullis partibus: in Appendice Haræi, Marietta part. 4. Histor. sanctor. lib. 19. cap. 2. Ioannes Tamayo in Martyrolog. Hispano 15. April.

§. 5. *B. Cecilia, Virg.* [e]] Aliqui eam cognominant à *Codognola*: Illius autem meminerunt, Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio S. Claræ Mortariens. quod est 12. Prouinciæ Mediolanens. Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 6. ad ann. 1531. Valerius lib. 4. de BB. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 13. Wadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. Christi 1430. §. 51.

§. 6. *S. VValtrudis, viduæ.* [f]] Nominatur *VValdetrudes & VValtrudes*: parentes habuit, Walbertum & Bertiliam, Hannoniæ Comites: quæ matrimonio iuncta, virum accepit S. Vincentium, itidem Comitem, inter Palatinos Dagoberti Regis Francorum non infimum: ex quo S. Landricum, postea Metens. Episcopum: & B. Dentelinum, puerum; qui paululum vixit: sanctasque Virgines, Aldetrudem & Madelbertam; quæ Malbodio Monasterio præfuerunt, fœcundata prole suscepit. Vitæ autem sanctioris desiderio feruens, ex mutuo mariti consensu, abiectis opibus, ac honoribus, ab illo, seruata charitate, separata: Ipse ad Sambram in municipio, quod *Mons-Altus* dicitur, cœnobium construxit, vnico milliari à Malbodio distans, vbi religioso habitu suscepto, sub sanctæ conuersationis regula, sese humiliter reclusit. Ipsa autem sacrum velamen à S. Autberto, Cameracensi Episcopo accepit, seque Deo consecrando, in Monasterio *Castri loci*, quod pia munificentia construxerat, cum maxima cordis iubilatione, inclusit: vbi ad exercitium spirituale, adunata sanctarum Virginum copiosa militia, vsque ad vitæ consummationem iugiter perseuerans, Christo, cui placere soli desiderauerat, gratam reddidit animam. Scribunt de ea, Baldricus lib. 2. Chronic. Cameracens. cap. 39. Molanus in Additionib. ad Vsuard. & in indiculo SS. Belgii hac die. Trithemius lib. 3. viror Illustr. Ordin. S. Benedicti, cap. 185. Sigebertus in Chronico ann. 651. VVion. in Martyrologio Benedictino. Ferrarius in Catalogo generali sanctor. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die. Myræus in Fastis Belgicis, de Rosieres, Tom. 4. stemmat, Lotharing. Historia capitali 73. Acta S. Autberti, Cameracensis Episcopi 13. Apud Surium, Lippeloum, 13. Decemb. item in Actis S. Gisleni, confess. 9 Octobris. Gazetus, Ribadeneira, Simon Martinus, & alij in vita eius, Diuæus lib. 1. Rerum Brabantinar. cap. 3. & lib. 3.

§. 7. *S. Maria, Pœnitentis.* [g]] Alia prorsus est à sancta Maria Egyptia: Licet vixerit iisdem ferè temporibus; ex meretrice pœnitens facta, Maria dicta, non Ægyptia, sed Tarsensis patria: quæ in Monasterio apud *Ægas*, in Cilicia, posito, exercuit vitam Monasticam: De qua mentio habetur in prato spirituali cap. 31. Baronio, in notis ad Martyrolog. Roman. 2. April. & Tom. 7. Annal. Eccles. ad ann. 525. §. 25. Heriberto Rosweydo, lib. 1. vitar. patrum in notis ad vitam S. Mariæ Ægyptiacæ. Gazeto, Renato Benedicto, &c.

§. 8. *Memoria S. Mariæ Egyptiæ.* [h]] A Molano in Additionib. ad Vsuardum: Fastis Marianis; & quibusdam aliis, memoratur, hac die, Depositio S. Mariæ Ægyptiacæ, de qua sup. ad 2. Aprilis, vide Panciro-lam. in Thesauro vrbis Romæ. Regione 9. Ecclesia 4.

§. 9. *Translatio S. Monicæ.* [i]] Peracta est solemnitas ann. 1429. seu 1430. sub Martino V. Pap. cuius extat Diploma in Regesto, ann. 13. sui Pontificat. itemque sermo eiusdem ad Fratres Augustinianos, quo etiam historia de eadem tunc facta Translationes Insuper, & de miraculis, quæ tunc etiam contigerunt. Agunt de ea, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, Molanus in Additionibus & Annotationibus ad Vsuard. Bergomas de claris mulierib. cap. 26. item lib. 9. supplementi Chronicar. ad ann. Christi 390. Panciroła in Thesauro vrbis Romæ Regione 6. Ecclesia 1.

QVARTO IDVS APRILIS.

PHILADELPHIÆ, Sanctæ [a] Ammiæ Prophetissæ. In Numidia, Sanctæ [b] Prudentianæ. In Africa, Sanctæ [c] Demetriadis, Virginis Romanæ; quæ generis splendore, & virtutum fama maximè emicans, à sanctis Patribus, Augustino & Hieronymo, laudum præconio commendatur. Niuigellæ in Brabantia, Beatæ [d] Anonymæ, Virginis, eximiæ virtutis ac perfectionis. Segobiæ, Beatæ [e] Mariæ Pennalosæ, Virginis, Tertiariæ Minotitanæ: quæ puerum mortuum ad vitam reuocauit, & humilitate, oratione, atque charitate, admodùm enituit.

APRILIS X.

†§.1. *Sancta Ammia, Prophetissa.* [a]] Hæc in Ecclesia Philadelphina prophetiæ dono, & gratia cœlesti, insigniter claruit; quam commemorat Miltiades, Antiquus Theologus, aduersus Montanistas scribens: ex quo Eusebius, lib. 5. Histor. Ecclesiastic. cap. 17. Baronius Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 173. §. 17.

†§.2. *S. Pudentiana.* [b]] Meminit S. Gregorius de Ecclesia S. Pudentianæ, in Numidia, erecta, lib. 2. Registr. Epistol. 33. ex quo Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. sub 19. Maij. Alexander de peregrinis, & quidam alii volunt passam esse cum aliis martyribus tempore Diocletiani 21. Februar. sup.

†§.3. *S. Demetriadis, Virg.* [c]] Hæc cùm inter Romanas Virgines nobilissima esset, atque ditissima, post excidium vrbis, ann. 410. In Africam traiecit, & Hipponem, ad inuisendum S. Augustinum, ardentissimè accessit. Mirum? quantis virtutum splendoribus vbique locorum irradiauerit: nam vsque in finem vitæ suæ, omni cum humilitate, modestia, grauitate, innocentia, & parentum pia subiectione, vitam duxit haud volgarem. Filia erat, sanctæ Iulianæ, (de qua infra 23. Maij) simul captæ, simul in Africam libertate donatæ, simul inibi commoratæ sunt: sed S. Demetrias monastico habitu sumpto, vitam professa est Religiosam, non sine omnium admiratione: Consule S. Hieronymum. Epistol. 8. & B. Augustinum Epistol. 143. & 179. ex quibus Bergomatem: De Claris mulierib. 133. Baronium Tom 5. sup ad ann. Christi 410. §. 37. & seq. item de ann. 413. §. 7. & seq eximias eius laudes ad amussim describentes: post S. Prosperum, apud D. Ambrosium epistol. 84. Grisius. De Clericis Regularib sect. 10. §. 5. Gallonus de Virginis Roman.

B. Anonyma, Virg. [d]] Huius Elogium, paucis perstringit. B. Thomas Cantipratanus lib. 2. Apum. cap. 57. §. 8. *Vidimus* (inquit) *in Villa Niuella, Virginem Deo dignam, de qua verissimè narrabatur: quod mortuis parentibus, in domo fratris militis relicta, pro Cisterciensi Ordine diu laborans, nec ad effectum perducere valens, fixa iter in animo, statuit secundum posse suum, etiam in saculo Ordinem seruare. Incessit ergo sine lineis, obseruauit ieiunia, silentium tenuit, caruit carnibus, hora matutinarum surrexit, Ecclesiam intrauit, horas regulares exoluit, &c.* Deindè narrat, quomodo Diabolum, baculo crucis fugauerit: & patriam, domumque derelinquens, vt vanam gloriam deuitaret, Niuellam perrexerit, illicque ad mortem permanserit Deo inseruiens. †§.4.

B. Maria, Virg. [e]] Mortem obiit in Monasterio S. Elisabeth Segobiensi, ann. 1519. soror fuit religiosissima, quæ & defunctum puerum ad vitam reuocasse fertur: & via sibi parem in humilitate, oratione, charitate, atque cæteris virtutibus, suo tempore, habuit. Sanctissimè diem clausit extremum: cuius sacrum corpus, ingenti deuotione colitur. Agunt de ea Martyrologium Franciscanum hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in prædicto Monasterio, quod est 31. Prouinc. Conceptionis in Hispania. Barrezaus part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 32. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 6. VVadinghus Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. Christi 1486. §. 33. §.5.

TERTIO IDVS APRILIS.

IN Anglia, Passio Beatæ [a] Mariæ Midleton, Martyris: quæ ab hæreticis, ob constantiam Catholicæ religionis, immanissimo supplicii genere, est interfecta. In Thebayde, Transitus Beatæ [b] Anonymæ Virginis: quæ vt Christo liberius inseruiret, ementito sexu, fugiens in solitudinem, vitam planè cœlestem vsque ad senectam traduxit: ac tandem placida morte ad cœlum euocata, fructum adinuentionum suarum pleno ore comedit. Nouioduni, Sanctæ [c] Godobertæ, Virginis, Abbatissæ: quæ à Sancto Eligio, Episcopo edocta, & Christo dicata: cæteris totius sanctitatis specimen præbuit, & crebris miraculis claruit. Apud Monasterium Sancti Galli, Diœcesis Constantiensis, Sanctæ [d] Rachildis, Virginis mira vitæ perfectione exornatæ. Granatæ, Beatæ [e] Beatricis à Bello-monte, Virginis: quæ Regio Nauarræ sanguine nata, & Clarissarum schemate assumpto, profunda humilitate summè resplenduit.

APRILIS XI.

†§.1. *Beata Maria Midleton, Martyr.* [a]] Attendè, velim, consideres impudentissimam hæreticorum Anglorum tyrannidem in hanc matronam honestissimam, fidei Catholicæ constantia pollentem. Etenim omnibus vestibus nudata, manibus pedibusque ligatis, humi tota supina protenditur; dorso petra acutissimæ supponitur, corpori tabula iniicitur, oneraturque prægrandibus lapidibus, atque ita membra illius confracta paulatim & comminuta. Teste Arnoldo Hauensio, in speculo hæreticæ crudelitatis, cap. 34. Bosio. Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 22.

B. Anonyma, Solitaria. [b]] Memoratur hæc sanctissima Christi famula, in notis Patrum, lib. 3. †§.2.

numer. 194. ex Ruffiro apud Rosweydum, vbi de verbis Seniorum. item lib. 6. de eisdem, ex Ioanne. Libello 1. numer. 1. item lib. 7. de eisdem cap. 34. §. 3. ex Paschasio. Discimusque ex ipsis, ipsam, mirabili innentione, sic ementito sexu, solitudinem petiisse: & intra speluncam, vitam in silentio, operatione manuali, & virtutum exercitio, incognitam mundo, sed Deo notissimam, duxisse vsque ad senectam, quam placida morte, fœliciter terminauit.

S. Godeberta, Virg. Abbatiss. [c]] Nobilibus &
§. 3. Christianis parentibus, in pago *Noua villa* propè Ambianum nata, à primis virentis ætatis annis, studiis se cœlestibus addixit: tum demùm à sancto Eligio Episcopo, Christo in sponsam consecrata, tempore Clotharij, filii Clodouei 2. Reg. Franc. assiduis sponso officiis famulando, in Templo S. Georgii martyris, in suburbio Nouiodunensi, reclusa constitit: sibique subditis virginibus aliquot, Abbatissa præfuit: quas virtutum suarum illectæ odore, ad se traxerat. Signo crucis extinxit incendium Nouioduni; vbi parœchia de eius nomine habetur. Tandem, illic extremos vitæ annos peragens, in summa sanctitate, floreque cum illibato pudoris, æternam conscendit ad gloriam. In cuius honorem Ecclesia cum Monasterio postea ædificata est amplio ri latifundio, vbi sacræ Virgines certatim conuenientes, tramitem eius pulcherrimum consectando, per longa temporum curricula, Christo Domino puræ mentis odoramenta obtulerunt. Scribunt de ea Vssseurus Tom. 1. lib. 3. Annal. Nouiodunens. cap. 317. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die; Ignatius Ioseph lib. 1. Histor. Ecclesiastic. Abbauillææ cap. 12. Molanus in Additionib. ad Vsuard. ead. die. Martyrologium Benedictin. Menardus lib. 2. Obseruation. ad illud. Surius, Hræus, Doubletus, Mosander, in vita eius. Baronius Tom. 8. Annal. Eccles. ad ann. 615. §. 12. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Nouiomus*, Grisius de clericis Regularib. section. 10. §. 11.

S. Rachildis, Virg. [d]] Hæc prænobilis extitit †.§.4.
puella, quæ Virginitate sua Deo dicata, sub Magisterio S. VViboredæ, inclusa permansit, virtutibus refulgens, & meritis: ab Hungaricis mucronibus liberata est diuinitùs. Mortua autem, circa ann. 946. sepulturam nacta est, iuxta pædagogam suam, apud S. Gallum in Heluetia. Vide Gononum, in Appendice ad vitas patrum Occidentis, in Actis ipsius S. VViboredæ virg. & martyris: ex Epidanno, monacho S. Galli in vita ipsius 1. Maij. Habetur Tom 2. Alemannicar. rerum. Menardus in Martyrologio Benedictino 2. Maij & lib. 2. Obseruation. ad illud. Post Hermannum contractum, in chronico ann. 920. & 946. à quo *Rachilta* vocatur.

B. Beatricis, Virg. [e]] Totius sanctitatis de se §. 5.
exemplar aliis protulit ad imitationem; tanta autem fuit humilitate prædita (licet à Sereniss. Nauarræ Regibus originem duceret,) vt vix sibi parem illa tempora produxerint. Sepulta iacet Granatæ in Monasterio S. Elisabethæ, quod est 12. Prouinciæ Granatens: ita Martyrologium Franciscanum, hac die. Annotationes ad illud Gonzaga 3. part. Origin. Seraphic. Religion. in præfato Monasterio. Barrezzus Barrezzi part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 37. Marianus de SS Fœmin. Ordin. eiusd. lib. 4. cap. 8. Floruit ad ann. 1580.

PRIDIE IDVS APRILIS.

FIRMI in Picœno, Sanctæ [a] Vissiæ, Virginis ac Martyris. Apud Monasterium Sancti Pontii in agro Nicienſi, ad radices Alpium, Sanctæ [b] Simpliciæ, Virginis & Martyris. Bracaræ in Lusitania, Passio Sanctæ Susannæ, Martyris: quæ sanguine suo testimonium Christo Iesu dedit. In Anglia, sanctæ [c] Engelburgæ, Reginæ, Virginis. In Gallia, sanctæ [e] Melchtildæ, Virginis: quæ inclyto parentum genere nata, deserta paterna domo, solitaria quæsiuit loca, orationibus & ieiuniis vacans: signisque admirandis refulgens. Bononiæ, Beatæ [f] Ioannæ de Lambertinis, Virginis Clarissæ: quæ claris orta natalibus, in paupertate, humilitate & castimonia, meruit ad vitæ vsque finem Christo sponso famulari. Ferrariæ, Beatæ item [g] Ioannæ, Virginis: Ordinis sancti Dominici: quæ pœnitentiæ ac mortificationis iugiter dedita fuit: cumque onus deponens corporis, animam ad æthera transmisit, Diuina speculatione in gloria pocituram. Apud Bellum pratum, Ordinis Cistertiensis Monasterium, ad Teneram fluuium, haud procul à Gerardi-Monte, Flandriæ Oppido, Mechliniensis Diœcesis, Depositio Beatæ [h] Margaritæ Virginis: oratione extatica, amoreque in Christum ardentissimo, spectabilis.

APRILIS XII.

Sancta Vissia, Virg. Martyr. [a]] Ita Martyrolo-
§. 1. gium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Firmum*, ex Tabulis Ecclesiæ Firmanæ, & in SS. Italiæ.

§. 3. *S. Susanna, Virg. Martyr.* [b]] Memoratur à Ferrario in Catalogo generali sanctor. hac die, ex Tabulis illius Monasterii. Saussayo in Martyrologio Gallicano ead. die. Cuius sacræ exuuiæ ibid. omni cum honorificentia asseruantur.

S. Susanna, Martyr. [c]] Passa est simul cum fratre §. 3.
suo D. victore, sub Diocletiano Imperatore, Bracharæ,

charæ, anno Christi 306. Eorum corpora visuntur hodiè propè Compostellam apud Gallæcos, in Templo Diuorum nomini dicato: In quod illa transtulit è Bracchara Archiepiscopus Compostellanus, Iacobus, anno 1102. Teste Vasconcello in Descriptione Regni Lusitani. De martyribus §. 4. pag. 441. Villegas. in Flore sanctor. Ferrario sup. in Topographia verb. *Bracchara*, Vasæusm Chronico ann. 306. Martyrologio Lusitano, & Ioanne Tamayo in Martyrologio Hispano, hac die.

§. 4. *S. Engelburga, Regin. Virg.* [d]] Hanc commemorat Ferrarius sup. hac die: suspicor ne eadem sit cum *S. Edelburga*.

§. 5. *S. Methchilda, Virg.* [e]] Vocatur etiam *Mathildes*, & *Magthildes*; quæ circa ann. Christi 1210. vixisse fertur, & in Gallia obiisse. Filia erat, vt dicitur, Regis Scotiæ: quæ in Galliam aufugiens, illic in villa *Lampion*, haud procul à *Fonio*, Cistertiensium Monasterio, (est Fusniacum, Gallicè, *Fongny*, vel *Foigni*, in Laudunensi Episcopatu) per octo leucas dissita, humilem & perangustam ædem, vt paupertatis ferebat amor; rudi è materia, utque impolita, construi curauit: soloque manuum labore viuebat, vix aliquid substratum habebat membris, & caput iacens humeris æquatum. Cibum & potum, incumbens callosis genibus, capiebat: hoc idem in prolixissimis precibus faciebat. In orationibus multotiens, ita sensibus abstracta erat: vt nec coruscationes aduerteret, nec tonitrua audiret. Incognita mundo permansit, ab ano. 13. suæ ætatis, vsque ad finem vitæ, vel paulò ante: miraculis autem multis claruit, ante & post eius obitum: qui accidit circa, ann. 1169. hac die. Scribunt de ea. B. Thomas Cantipratanus, lib. 2. Apum, cap. 10. §. 3. 4. & seq. Colueneriús ibid. in notis. Ferrarius sup. ex Anglicano Martyrologio, & Fastis Heriberti Rosweydi. Robertus Bucklandios in vitaeius. Spinellus lib. de B. Maria Deipara, Trinitate, Virginibus, section 7. numer. 61. Dauid Camerarius, lib. 3. de Scotor. pietate, & sanctor. Regni Scotiæ, cap. 4. ad 1. Ianuarij, Gononos lib. 4. de vitis patrum Occidentis, in notis ad vitam S. Mechthildis, Virg. pag. 137.

§. 6. *B. Ioanna, Virg. Clariss.* [f]] Virgo fuit nobilissima, pariterque sanctissima, quæ vnà cum B. Catharina Bononiensi, prodiit ex Monasterio corporis Christi, Ferrariæ; vt simul Bononiam venientes, nouum inibi cœnobium Monialium corporis Christi, extruerent, ann. 1456. vbi B. Catharina, prima Abbatissa instituta, ipsa B. Ioanna, primæ Vicariæ munus excepit: ac ibidem, post sanctissimam vitam, fœliciter excessit; cuius corpus, in communi cœmeterio sepultum, diu latuisset, effossa casu terra, suauissimè fragrauit: quapropter indè exhumatum, ad locellum quendam, summo sub altari, translatum est; sed temporis successu, ex eo quoque loco eductum, præcedenti B. Catharinæ adiunctum fuit. Agunt de ea Martyrologium Franciscanum hac die, Tossinianus lib. 1. Histor. Seraphic. Gonzaga part. 2. Origio. Seraphic. Religion. in 1. & 3. Monasteriis Prouinc. Bononiens. Barrezzus, part. 4. Chronic Minor. lib. 1. cap. 43. Elzearius, lib. 2. sacri montis Oliueti, cap. 6. Valerio. De BB. Fœminis Ordin. Minor. Wadinghus. Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1431. §. 20. & Tom. 6. ad ann. 1455. §. 118. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

§. 7. *B. Ioanna, Virg. Dominic.* [g]] Ditata fuit ingenti spiritu deuotionis ac feruoris. Vigiliis, disciplinis, cilicio, cathenisque ferreis carnem iugiter edomabat, vt eam spiritui subiiceret: Martyrii desiderio flagrabat, Christi amore plena. Ita vt si diem præteriisset absque aliqua mortificationis pœnu, operam perdidisse se reputaret: atque tristis efficeretur, & minimè contenta. Morte approximante, hos sæpè repetebat versiculos, magna cum pietate & deuotione crucifixi imaginem tenens in manibus. *Beatus, quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis.* Psal. 64 ℣. 4. item: *Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis.* Psal. 115. ℣. 7. tumque post omnia Ecclesiæ sacramenta suscepta, expirauit, hac die, ann. 1511. sepulta in Monasterio S. Catharinæ Virg. Senensis, apud Ferrariam. Iuxta Seraphinum Razzium, part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordinis prædicator. ex MSS. Monimentis eiusdem loci. De ea Bosius. Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 23. Lopes. part. 4. Chronic. Ord. prædicat. lib. 1. cap. 24. Michael Pius: Tom. 1. sanctor. Ordin. præd. lib. 3. & Ioannes à sancta Maria. ibid. part. 2. lib. 1. cap. 6.

§. 8. *B. Margarita. Virg.* [h]] Cognominabatur B. Margarita *Van-Laken*; excessit è viuis ann. 1544. Tantò autem Dei flagrabat interius amore: vt omni penè loco extra se raperetur. Orationi fuit in primis dedita, quam Diabolus, omnis boni inimicus, variis machinationibus ac distractionibus impedire frustra conatus est, ita Arnoldos Raissa, in Auctario ad natales sanctorum Belgij Molani: ex monimentis MSS. eiusdem Monasterij.

IDIBVS APRILIS.

PERGAMI in Asia, natalis sanctarum Martyrum, [a] Agathonicæ, Sororis sancti Papyli Diaconi, optimæ fœminæ, aliarumque Mulierum: quæ post varios cruciatus, pro beatis Confessionibus, Martyrio coronatæ sunt, in persecutione Marci Antonini Veri, & Lucii Aurelij Commodi. Romæ in eadem persecutione, Passio sanctarum [b] Charitinæ, & sociarum eius, Martyrum. Apud ciuitatem Pacensem in Lusitania, natalis sanctarum [c] Engratiæ, & sociarum, martyrum. In Japponio, Beatæ [d] Claræ martyris: quæ ob fidei constantiam, igne cremata est. In Anglia, sanctæ [e] Elfridæ, Virginis: quæ & illustrata Diuinæ virtutis signis, vitam sanctissimam morte fœlicissima consummauit. In Monasterio Vallis-Rosarum, Ordinis Cisterciensis, propè Mechliniam, Beatæ [f] Idæ à Louanio, Vir-

ginis; quæ ardentissimo amore in Christum sponsum iugiter ferebatur, & ab eo vicissim, cœlestibus fauoribus, Diuinis reuelationibus, ac miraculis quamplurimis decorata, læta transiuit ad gloriam. In ciuitate Castellana, Beatæ [g] Margaritæ, Virginis, Tertiariæ Dominicanæ, omni gratia virtutum, ac miraculorum gloria insignis. Conchæ in Territorio Palentino, Beatæ [h] Catharinæ de Salazar, Virginis Clarissæ; dotibus Angelicæ conuersationis, signisque sanctitatis spectabilis. Ipso die, Beatæ [i] Idæ, viduæ, Bononiensis Comitissæ: vitæ & meritis praeclaræ. Maclouiopoli, Commemoratio sanctæ [l] Euphemiæ, Virginis & Martyris.

APRILIS XIII.

§. 1. *Sanctarum Martyr. Agathonicæ, &c.* [a]] De eis agunt Beda, Ado, Vsuardus, & Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 154. & 169. Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Pergamus*. Græci autem in Menologio ad 3. Idus Octob. Harum Acta recitantur apud Metaphrastem, Lipomanum. Tom. 6. Surium, & Lippeloum, hac die: De his item Eusebius, lib. 4. Histor. Eccles. cap. 14. & Nicephorus ibid. lib. 3. cap. 36. vna cum Actis S. Carpi, Episcopi Thyatirensis, & socior. cum quibus passæ referuntur. Petrus de natalibus, libro 4. Catalog. SS. cap. 49. & Simon Martinus, hac die.

§. 2. *SS. Martyr. Charitinæ, &c.* [b]] Memorantur in Actis S. Iustini, Philosophi, Martyris, hac die, Romæ passi, (vti habent Authores citati) quo cum agonem peregerunt: quorum Acta extant apud Surium, & Lipomanum 12. seu 13. Iunij. De eis item Baronius, Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. Christi 165. §. 1. & in notis ad Martyrolog. Roman. sub 5. Octob. Ferrarius in Catalogo generali sanctor. hac die.

§. 3. *SS. Eu[illegible], &c. Martyr.* [c]] Ita Ferrarius sup. hac die, [illegible] Tabulis Ecclesiæ Pacensis: suspicor eamdem esse cum inferiore, ad 16. April. cuius inuentio recolitur: sup. 23. Martij; hodieque forsan aliqua Translatio.

§. 4. *B. Clara, Martyris.* [d]] Hæc inclyta Christi Athleta, cum viro suo Thoma *Fibandaya*, pro confessione Christianæ religionis ignis incendio consumpta est, Iapponiæ, apud Prouinciam de Changato: anno 1618. Hæc ex supplemento Histor. Martyr. Iapponior. Nicolai Trigaltij, pag. 612.

§. 5. *S. Elfledæ, Virg.* [e]] De eadem Ferrarius, sup. ex Martyrologio Anglicano, & Fastis Heriberti Rosvveydi, hac die. Floruit, circa ann. 936. cuius vitam scripsit Osbertus monachus, cum vita S. Dunstani Episcopi; apud Surium, die 19. Maij.

§. 6. *B. Idæ, Virg.* [f]] Louanij nascitur, & educatur; Monialis autem efficitur in præfato Ascterio Virginum Cisterciensium, vulgò, *le Rosar*, quæ ab ipsa pueritia, cœlestibus frequenta benedictionibus, atque visionibus Diuinis irradiata, & tota in Christi amorem transfusa, miræ eius in se dilectionis insignia percipere meruit. Cuius ad conspectum aliquando rapta, arcana ineffabilia vidit: postque tot gratiæ dotes, ad gloriæ fontem, dicata meritis, sponso euocante, migrauit, vti testantur Ioannes de Assignyo, in vita eius, Gilemannus, part. 2. Hagiologij SS. Brabantiæ, cap. 6. Heribertus Rosvveydus in Fastis. Arnoldus Raysse, in Auctario ad natales sanctor. Belgij, Molani, Ferrarius sup. hac die in notis. Saussayus in Martyrologio Gallicano ead. die. Myræus in Chronic. Cisterciens. Bruarius, lib. de mulierib. illustr. Ordin. Cisterciens. Henriquez in Liliis Cisterciens. & in Menologio eiusd. Ordinis, hac die.

§. 7. *B. Margarita, Virg.* [g]] Hæc duodecimo lapide à ciuitate Castellana, (vnde cognomen accepit) in Metola castro nata, vixque septimum annum ingressa, cilicium asperrimum gestauit: à carnibus perpetuò abstinuit, dies omnes veneris, aqua & pane tolerauit. A natiuitate, percussa cæcitate, & à parentibus derelicta, in quodam monasterio sanctimonialium aliquo tempore recepta fuit: ex quo egressa, & à quodam pio viro suscepta intra domum: mirabili prorsus vitæ sanctitate vixit; Virginitatem integerrimam perpetuò seruauit. Habitum S. Dominici, quem de pœnitentia vocant, induta, singulis diebus, ab Ecclesia & oratione, vsque ad occasum solis nunquam recedebat: singulis noctibus, disciplinis vsque ad sanguinem, corpus atterebat: in oratione frequenter in aera eleuabatur. Humilitate, obedientia, charitate, puritate, & deuotione pollebat. Trigesimum tertium ætatis annum egressa, sanctis cœlitibus se adiunxit, hac die, anno Christi 1310. viuens & defuncta, ingentia fecit miracula: paralyticos curauit, dæmoniacos liberauit, mortuos suscitauit. Visitur adhuc eius corpus omnibus membris incorruptum. Sedis Apostolicæ authoritate, ex Indulto Pauli V. ann. 1609. Festum illius celebrant Castellani, de eaque Officium Ecclesiasticum recitatur. Scribunt de illa Michael Pius, lib. 1. de viris illustrib. Ordin. prædicat. Seraphinus Razzius, part. 2. vitar. SS. ac BB. eiusd. instituti. Ioannes à sancta Maria, part. 2. lib. 2. ibid. Ferdinandus à Castello part. lib. 1. cap. 40. Ioannes Gauaston, lib. 2. cap. 11. Nicolaus Ianischius, & alij. Ferrarius sup. hac die, & Bzouius Tom. 14. Annal. Eccles. ad ann. Christi 1320. §. 30. Bosius Tom. 1. De signis Eccles. lib. 15. cap. 3. & 5. Sampayus in Chronicis Ordin. prædic.

§. 8. *B. Catharina, Virg.* [h]] Ardentissima extitit obiurgatrix vitiorum, & prudentissima correctrix sororũ: ieiunijs rigidissimis, præsertim, feria sexta, & continuis orationibus, priscque exercitijs assueta, decessit ann. 1575. in Monasterio Conchensi, quod est 9. Prouinciæ Conceptionis Virg. in Hispania. Iuxta Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud; VVadinghum. Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1450. §. 42.

§. 9. *B. Ida, vidua, Comitiss.* [i]] Pia mater extitit Godefridi Boloniensis, primi è nostris Gallis, Hierosolymorum Regis, anno 1099. fœmina religiosissima, & in sacras domos plurimum magnifica: cuius merita Deus, editis ad eius Tumulum, in

Vas[illegible]

Vastensi Monasterio, miraculis plurimis, honoratuit: ita Saussayus in Martyrologio Gallicano; Ferrarios sup. & Myræus in Fastis, hac die Malbrancque. Tom. 2. in Morinis lib. 8. cap. 47. 49. 67. Sanderus in Hagiologio Flandriæ.

§. 10. *S. Euphemia, Virg. Martyr.* [l]] Agunt de ea, Petrus de natalib. lib 11. Catalog. sanctor. cap. vltim. §. 119. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, ob recepta illic aliquot eius pignora sacra: quorum & insignis portio Lutetiæ Parisiorum asseruatur in celebri toto orbe Sorbonæ Gymnasio, ab Equitibus Melitensib. pretioso munere transmissa; & solemni excepta Academiæ concursu, die 28. Decemb. ann. 1606. Addit etiam idem Saussayus, Tarbiæ in Aquitania, eandem ob [illegible], venerari ipsomet die: in supplemento eiusd. Martyrologij.

DECIMO OCTAVO CALENDAS MAII.

INTERAMNÆ, Sanctæ [a] Dominæ, Virginis & Martyris, cum suis Virginibus coronatæ. Alexandriæ, Sanctæ [b] Thomaidis, Martyris. In Thebayde, Transitus Beatæ [c] Anonymæ, Abbatissæ, Sanctæ Eufrasiæ Virginis, superioris: quæ spiritu Prophetico, & zelo Monasticæ obseruantiæ, necnon charismatibus cœlestibus multum resplenduit. In Marensi Monasterio, propè Nouesium, Diœcesis Coloniensis, Beatæ [d] Hadevvigis, Virginis, Ordinis Præmonstratensis: quæ præclaris ac frequentibus Diuinis reuelationibus, illustrata, signis etiam admirandis enituit. Apud Schediamum, Hollandiæ oppidum, Beatæ [e] Lidvvinæ, Virginis, patientiæ & puritatis prorsus admirabilis: quam Deus, sacræ potestatis insigniis glorificauit in terris. Montilliæ in Hispania, Beatæ [f] Mariæ à Luna, Virginis, Clarissæ; quæ nobili genere nata: religione ac pietate, vitæque sanctimonia floruit.

APRILIS XIV.

§. 1. *Sanctæ Domninæ, Virg. Martyr.* [a]] Agunt de eis, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die. Baronius ibid. in notis. Habentur eius Acta iuncta simul cum rebus gestis S. Proculi, Episcopi & Martyris, ead. die. Petrus de natalibus lib. 11. Catalog. sanctor. cap. vltim. §. 121. sed in Tabulis & Martyrologio Ecclesiæ Interamnens. ac Ferrario in Catalogo generali sanctorum & in SS. Italiæ, die sequenti. Pseudo Chronicon Flauij Lucij Dextri ad ann. 160. Binarius ibid. in Commentario, & Galesinius in suo Martyrologio, hac die. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 9. Ecclesia 25.

§. 2. *S. Thomaidis, Martyr.* [b]] De eadem etiam agunt Græci in Menologio; Martyrologium Romanum, hac die. Baronius ibid. in notis. Plura de ea in Actis S. Febroniæ, Virgin. & Martyr. 25. Iunij, apud Surium. Cuius quidem res gestæ fidelissimè scriptis mandatæ sunt ab ipsa Thomaide, sacra Virgine, diaconissa, tum ex iis, quæ vidit, tum etiam, quæ à Lysimacho, ad Christum postea conuerso, accepit: teste eodem Baronio. Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. Christi 331. §. 28. Ludouico Iacob. in Bibliotheca illustr. fœminar: sed aduertendum sanctam Thomaidem Martyrem, fuisse matrimonio iunctam: non Virginem.

§. 3. *B. Anonyma, Abbatissa.* [c]] In Actis S. Eufrasiæ, Virginis 13. Martij. apud Surium: & Heribertum Rosweydum, lib. 1. de vitis Patrum in ea. Præclara eius facinora. ac virtutes eximiæ recitantur, in tantum, vt ipsa S. Euphrasia, baculo illos dæmones fugaret & eiiceret: igitur S. Euphrasia abeunte in cœlum, die 13. Martij. ipsa B. Abbatissa cœlitùs etiam paulò post, scilicet hoc die, ad illud properauit inuitata; sic enim ibid. cap. 34 habetur. *Post triginta verò dies, euocans Abbatissa Monasterij priores, dixit ad eas: Filiæ meæ, eligite vobis matrem, & constituite in locum meum, quæ vobis præesse possit. Illæ verò responderunt: Domina, pro qua causa hoc dicis, denuntia nobis. numquam enim famulabus tuis hoc dixisti. Dixit eis Abbatissa; vocauit me Dominus. Supplicauit enim pro me Domina Euphrasia, & multum laborauit in suis precibus, quatenus [illegible] cœlestem thalamum promererer. Nam & Iulia per sanctam Euphraxiam, particeps eius effecta est, & ingressa est in illud Palatium non manufactum. & ego festino digna fieri, & cum eis locum habere &c.*

B. Hadevvigis, Virg. [d]] Hæc B. Hildegundis (de qua supra ad 6. Februar.) Comitissæ, & fundatricis Marensis Monasterij filia extitit: quæ post piam matrem huic Parthenoni, cum opinione sanctitatis, magistra prima præfuit: ac tandem Diuinitùs præmonita, mortem iam instare cognouit; & miraculosis præcedentibus signis, fœliciter vitæ cursum expleuit. Vti scribunt Ioannes Chrysostomus *Van der sterre*, ad natales sanctorum Ordin. Præmonstratens. hac die. Ioannes *le Paige*, lib. 1. Bibliothec. Præmonstratens. in vita B. Hildegundis, viduæ. §. 4.

B. Lidvvina, Virg. [e]] Schedami, in Comitatu §. 5. Hollandiæ, ortum habuit: quæ ab ipsis cunabulis, variis exercita corporis doloribus, ac cruciatibus, ad perfectionis totius quoddam sanctitatis culmen à Domino prouecta est. Cùm Virgo septimum ætatis annum attigisset, cœpit, puellarum consortio post habito, mentem pariter & corpus Deo consecrare; prorsus, vt ditissimorum etiam hominum coniugia, qui eam, propter formæ integritatem, & rarám prudentiam, vxorem expetebant, constanter repulerit, atque in castitatis proposito perseuerauerit. Quare,

O

nepretiosum Virginitatis suæ thesaurum amitteret, gemebundis gemitibus, inter tot varia certamina, corporis deformitatem impetrauit, vt sic a procis liberaretur. Tuncque cœpit & variis ac magnis doloribus, & infirmitatibus molestari: sed interim Passionem Christi commemorans assiduè, clypeo patientiæ se se muniebat. Ac tandem, post maximas angustias, Angelica fruitur visitatione: visionibus cœlestibus, & prophetiæ dono, ac miraculis quamplurimis illustratur. Tum denique ann. 1433. in cœlum migrauit hac die: cuius sacræ glebæ portio præcipua, non modico ornatu transuecta Bruxellas, in Brabantia, in sacello Ducali, digno cultu asseruatur. Præclara eius Acta collecta sunt per Ioannem Brugmannum, Minoritam, Thomam Kempensem, Lippeloum, Foderetum, Ribadeneyram, Surium, Haræum, Doublemum, &c. In vita eius. Brouium. Tom. 16. Annal. Eccles. ad ann. Christi 1433. 387. & seq. illius meminerunt. Molanus in Additionibus & Annotationibus ad Vsuard. Ferrarius in Catalogo generali sanctorum. Saussayus in Martyrologio Gallicano: Myræus in Fastis Belgic. hac die; qui refert quomodo sacræ eius Reliquiæ, opera Belgarum principum, Schidamo Bruxellam translatæ fuerunt, ne à Caluinianis hæreticis violarentur. Arnoldus Raissa in Auctario ad natales SS. Belgij, Molani, sub 16. Martij. Bosius Tom. 1. de signis Eccles. lib. 15. cap. 5. & Simon Martinus, hac die.

B. Mariæ, Virg. [f]] Hæc Virgo inclyta, Deoque deuota, Plicensium Marchionis filia, Christo §. 6.
sponso fœliciùs obsequutura, sacram ædem in S. Claræ Virg. honore, simul atque contiguum sibi Monasterium, intra eius oppidi, (cui *Montilia* nomen est) septa, ex ea, quæ sibi à parentibus obuenerat, hæreditaria portione, anno 1522. à fundamentis erigi, perficique curauit; atque communem Regulam, cum cæteris sororibus professa, sanctissimam vitam ibidem duxit: atque virtutibus & meritis præclara, cœli gaudia petiuit. Vide Martyrologium Franciscanum, hac die: Annotationes ad ipsum. Gonzagam part. 3. Orig. Seraphic. Religion. in eo Monasterio, quod est 19. Prouinc. Granatens. Barrezzum. part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 20. Valerium de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 2.

DECIMO-SEPTIMO CALENDAS MAII.

ROMÆ Sanctarum [a] Basilissæ & Anastasiæ, nobilium fœminarum: quæ cùm essent Apostolorum discipulæ, & constantes in fidei confessione persisterent, sub Nerone Imperatore, lingua, pedibusque præcisis, percussæ gladio, Martyrij coronam adeptæ sunt. In Alsatia [b] Beatæ Hvvæ. Apud Monasterium Montis-Sanctæ VValburgis, propè Bruelam, duabus leucis à Colonia, Beatæ [c] Christinæ, Virginis, Ordinis Cistertiensis: quæ præscia mortis suæ, & sanctitatis operibus plena, gloriosa in cœlum conscendit. Methymnæ-Campi, in territorio Salmanticensi, Beatæ [d] Agnetis ab Ortega, Virginis, Clarissæ: vitæ perfectione, & spiritu Prophetico, insignis. Florentiæ, Beatæ [e] Petronillæ Nelli, Virginis Dominicanæ: ingenti vitæ exemplari, ac mortificatione spectabilis.

APRILIS XV.

§. 1. *SAnctarum Basilissæ, &c. Martyr.* [a]] Ita Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 1. Annal. Eccles. ad ann. 69. §. 44. Surius, Galesinus, in suo Martyrologio, ex Græcorum horologio. Biuarius Commentar. 1. ad Pseudo Chronicon Flauij Lucij Dextri, ann. 66. §. 3. sed & apud Græcorum Menologium, hac die, harum SS. mirabile certamen refertur, his verbis. *Eodem die, sanctarum Martyrum, Basilissæ & Anastasiæ; quæ cùm essent Romæ genere & diuitiis illustres, discipulæ sanctorum Apostolorum: illis Martyrio coronatis, cùm eorum Reliquias nocte sublatas curauissent, delatæ sunt Imperatori Neroni. Itaque in carcerem coniectæ, & paulò post eductæ, cùm in Christi confessione se permansuras confessæ essent, suspensæ sunt, & mammis, manibus, pedibus, & linguis excisis, capite obtruncatæ sunt.* Simon Martinus, hac die, & Bachotus in Fastis, Antonius Gallonius de SS. Virginib. Roman. Syluanus Razzius Tom. 2. Histor. de fœmin. SS. illustrib. Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, Ioannes Tamayo, in Hispano Martyrologio, hac die.

§. 2. *S. Hvva.* [b]] Illius meminit idem Ferrarius sup. hac die, ex Calendario Regionis eiusdem

B. Christinæ, Virg. [c]] Hac die, abiit in cœlum
B. Christina, Virgo Angelicæ puritatis, ac Sera- §. 3.
phici feruoris, Ordinis Cistertiensis stella præfulgida, ita Saussayus hac die, in Martyrologio Gallicano: cuius meminit (dùm esset monialis Vallis-ducis, iuxta Louanium) B. Thomas Cantipratanus, lib. 2. Apum, cap. 57. §. 15. Cæsarius lib. 7. Dialogor. capit. 21. & lib. 8. cap. 2. 35. & 45. Manriquez Tom. 3. Annal. Cistertiens. ann. 1209. cap. 8. §. 2. & seq. item ann. 1212. cap. 10 §. 10. & Tom. 4. ann. 1233. Barnabas de Montalbo. Tom. 5. Chronic. lib. 2. Henriquez in Menologio Cistertiensi, hac die. Cui Christus, & eius gloriosissima mater, plura & admiranda secreta reuelarunt. Illius mirabiles visiones, miracula, & egregias virtutes enarrant præfati Authores.

B. Agnetis, Virg. [d]] Admiranda sanctitate fuit §. 4.
prædita hæc Religiosissima soror; claruitque apud Monasterium S. Claræ Metymnæ-Campi (quod est 10. Prouinciæ Conceptionis in Hispania) circa ann. 1540. spiritu prophetico celebris. Hanc commemorant Martyrologium Franciscanum hac die,

dic, Aonotationes ad illud; Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Relig. in præfato Monasterio. Barrezus part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 43. Valerius lib. 4. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap. 56. & Wadingbus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. Christi 1256. §. 48.

§. 5. *B. Petronilla, Virg.* [f] Hæc veluti Virgo prudens & sapiens, conuersata est Florentiæ, apud Monasterium S. Catharinę Senensis, cum ingenti Regolari obseruantiis, & sensuum mortificatione: quæ iuxta pium eius desiderium, sanctè obiit, in die Parasceues: ob memoriam Dominicæ passionis ann. 1530. Vide post alios, Seraphinum Rassium part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordin. Prædicator.

SEXTO-DECIMO CALENDAS MAII.

CÆSAR-AVGVSTÆ, Natalis Sanctæ[a] Iuliæ, Martyris. Ibidem, Passio Sanctæ[b] Encratidis, Virginis & Martyris: quæ laniato corpore, mamilla abscissa, & iecore auulso, adhuc superstes, in carcere inclusa est, donec vlceratum corpus putresceret. In Mauritania, Sanctæ[c] Victoriæ & Basiliæ, Martyrum. Romæ, sanctæ[d] Ruffinæ, Beatæ Paulæ, viduæ, Filiæ, & sancti Hieronymi discipulæ, genere & virtute illustrissimæ. Palmæ in Territorio Cordubensi, Beatæ[e] Leonoræ à sancto Francisco, Virginis Clarissæ: quæ orationibus, & ieiuniis vacans, sic carnem edomuit, vt eius spiritus totus ab ea abstractus, in Dei perfecto amore & cultu conquiesceret.

APRILIS XVI.

§. 1. *SAncta Iulia, Martyr.* [a] Agonem suum perfecit cum illis 17. martyrib. qui sub Daciano præside Hispaniarum, in persecutione Diocletiani Imperator. simul pœnis affecti, atque interempti sunt: quorum illustre Martyrium Prudentius versibus exornauit, in Peristephan. Hymno. De his omnibus Beda, Vsuardus, Ado. Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles ad ann. 303. Molanus in Annotationibus ad Vsuard. Vasæus in Chronic. Hispan. Surius, hac die, Ferrarius in nous Topographia ad Martyrologium Roman verb. *Cæsar-Augusta.* Biuarius Commentar. 3. ad Chronicon. Flaui Lucii Dextri, sub ano. 300. §. 13. Ioannes Tamayo in Martyrologio Hispano, hac die.

§. 2. *S. Encratid. Virg Martyr.* [b] Lositana erat natione, nobili genere orta: quæ cùm à patre mitteretur in Galliam, cuidam Dinastæ Narbonensi desponsandam, Cæsar-Augustam pertransiit: vbi cum audisset Dacianum sic sæuientem in Christianos, non dubitanter illum adiit, vehementer obiorgans, quòd ita crudeliter ageret, persequereturque veros Christi Dei seruos, & amicos: quibus infensus Dacianus, omnem suam in ea exercuit rabiem: cuius Virginis Trophæum, & Martyrii coronas: recensent, hac die, & anno eodem, omnes præfati authores: vltra, Villegam, Ribadeneiram, Haræum, Vasconcellum, Foderetum, &c. In vita eius Trugillom, Tom. 2. Thesauri Concionat. Galesinium in suo Martyrologio, & alios apud Biuarium sup. & Simonem Martinum, Ioannem Tamayo. Post Prudentium in peristephan. carmin. 6.

SS. Victoria, &c. Martyr. [c] Scribit de eis Ferrarius in Catalogo generali sanctor. hac die, ex Petri Canisii Martyrologio. Hanc suspicor esse de qua idem Ferrarius in nous Topographia sup. verb. *Tingis* in Mauritania: cum S. *Victoria.* §. 3.

S. Ruffina. [d] Nupserat Aletio, viro Clarissimo, quæ immaturo funere, pium matris animum consternauit, inquit D. Hieronymus Epistol. 27. Huius præclaras virtutes. S. Paulinus, Nolanus Episcopus descripsit in consolatione obitus eius, ad præfatum Aletium, virum ipsius. Epistol. 13. recentior. edition. Baronius Tom. 4. Annal. Eccles. ad ann. 382. §. 40. 43. & 44. obiit circa ann. 386. Grisius de clericis Regularib. sect. 10. §. 4. †§. 4.

B. Leonora, Virg. [e] Humillima extitit, paupertatem summe excolebat, aspero quoque cilicio corpus suum iugiter castigabat: à Dæmoniis sæpè pugnis & verbis diuexata, sed ab Angelo consolata est, qui diem sui obitus ei prædixit, in Monasterio S. Claræ Palmensi, quod est 2. Prouinciæ Angelorum. Vide Martyrologium Franciscanum, hac die, & Anootationes ad ipsum. Daçam part. 4. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 77. viuebat ann. 1565. §. 5.

QVINTO-DECIMO CALENDAS MAII.

APVD Leontinos in Sicilia, Sanctarum Mulierum, [a] Benedictæ, Neophytæ, & Isidoræ, Martyrum. Veromanduis in Gallia Sanctarum [b] Leoberiæ, & Iolanæ: quæ Roma in Galliam aduenientes, signis & virtutibus præfulserunt. Pisis in Ethruria, Beatæ [c] Claræ Gambacortæ, Ordinis Dominicani, viduæ: quæ confecto in Dei timore, & pœnitentiæ exercitio, vitæ sanctissimæ cursu, ad æternam properauit remunerationem: cuius veneranda spolia, eo loco condita, Diuinis claruere emeritæ cœlestis coronæ insigniis. Fonsalidæ, Diœcesis Asturicensis, Beatæ [d] Mariæ à Christo, Virginis, Clarissæ: quæ prima huiusce Parthenonæ Abbatissa instituta, summæ humilitatis, Religionis ac virtutis specimen dedit. Augustæ Trecatum [e] Translatio Sanctæ Tanchæ, Virginis & Martyris, miraculis celebris.

APRILIS XVII.

§. 1. SAnctarum Benedictæ, &c. Martyr. [a]] Prior, nimirum SS. Benedicta, mater fuit S. Alphij, Philadelphij, & Cyrini, martyrum: de quibus Martyrologium Romanum 10. Maij. Neophyta & Isidora, erant germanæ sorores: Illa S. Neophyti, Leontini Episcopi, mater; ista verò Auia: de quibus in officio, eiusd. Ecclesiæ, Romæ nuper sub Paulo V. Pap. approbato. Ita Ferrarius in Catalogo generali sanctor. & in SS. Italiæ, hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Leontinæ: post Maurolycum in suo Martyrologio.

§. 2. SS. Leoberia, &c. [b]] Imitata S. Quintinum, contribulem, eumdemque, vt alij volunt, cognatum suum, sancta Benedicta, Virgo Romana (de qua infra ad 8. Octob.) peregrinationem etiam, cum aliquot socialibus, ad Viromanduos instituit, Christianam fidem & ipsa ampliatura, modo, quem Deus illi inspirare dignaretur. Illius itaque sanctæ Benedictæ sodales fuere SS Leoberia, & eius collactanea, Iolana, cuius numen infantulis exsuccis, macieque contabescentibus, apud nos propitium esse solet. Ita Claudius Hemeræus, libro 11 Augustæ Veromanduor. illustratæ, ad ann. 365; ex Passionar. is Ecclesiæ San-Quintinæ. Vincentius Beluacens. lib. 12. specul. Historial. cap. 156. Petrus de natalib. lib. 9. Catalog. sanctor. cap. 40. Saussayus in Martyrologio Gallicano, sub 8. Octob.

§. 3. B. Maria, Virg. [e]] Hæc fuit Monasterij Conceptionis Matris Dei, Illescis, alumna; quæ vnà cum aliis duabus probatissimis sororibus, monialibus, exindè adducta est ad nouum Monasterium sancti Spiritus, Fonsalidæ, anno 1533. regendum, cuius prima Abbatissa est instituta: aliis omnibus, summæ humilitatis, religionis atque pietatis exemplar facta. Agunt de ea Martyrologium Franciscanum, hac die. Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in præfato Monasterio Fonsalidæ, quod est 24. Prouinciæ Castellæ, Barrezzus, part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 27. Valerius lib. 4 de BB. Fœminis Ordin. Minor cap. 21. Salazar. lib. 7. Prouinc. Castellæ, cap. 3.

B. Clara, vidua. [d]] Hæc Petro Gambacorta, viro illustri nata, ann. 1362. vixdum septennis, cuidam nobili adolescenti, Simoni de Massa, patris voluntate, non sua, in matrimonium promissa, quinto post anno maritum acceperat, huic corpore tantum, mente autem Deo addicta. Enimverò spiritu Diuino exæstuans, lachrymis, orationibus, hymnis, laudibusque cœlestibus, denique rebus spiritualibus exigebat tempus: Illud ante omnia toto desiderio concupiscens, si quo modo, vinculo matrimoniali solueretur, vt Deo præpotenti iungeretur. Huic rei, eleemosynas abundè erogabat, corpus cilicio asperrimo affligebat: mundi delitias diuitiasque contemnebat, ac in eo statu, vitam planè non sæcularem viuebat. Marito paulò post orbata, cunctis abdicatis, in Monasterium Clarissarum se recepit, habitumque earum induit, sed diutius portare non potuit. Hinc Pisis in cœnobio sanctæ Crucis, nomen inter sanctimoniales dedit; ac solitudinis, contemplationisque studio tantum se addixit, vt frequentius, & in extasim reperetur, & ex redundantia suauitatis aulæ perfunderentur: Ad tantam sanctitatis perfectionem, contemptu sui, mortificatione carnis, obsequia in omnes sorores, cæterisque virtutibus euasit, vt pater in eius gratiam, cœnobium sanctimonialibus, sub inuocatione sancti Dominici extruxerit; ad quod Clara voluntate maiorum translata; foret omnibus post secuturis viua imago totius spiritualis sanctitatis. Biennio antequam humanis rebus eximeretur: vitæ suæ finem præuidit: ad cœlestemque patriam euolauit, hac die, anno 1420. post ann. 13. sepulchro reserato, lingua illius, quam in laudes Diuinas, inque vtilitatem proximorum, maximo cum fructu animarum exercuerat, integerrima, quemadmodum etiam hucusque in religiosissimo Monasterio asseruatur, reportasset; Aquæ, ex ablutione ossium illius residuæ, aspersione, leprosa statim sanata est. Consule Michaelem Pium libro 3. de illustribus Dominicanis, Seraphinum Razzium, part. 2 de vitis SS. ac BB. Ordin. Prædicator. Bzouium Tom 15. Annal. Eccles. ad ann. Christi 1420. §. 21. §. 4.

Translatio

§. 5. *Translatio S. Tanche, Virg. Martyr.* [a]] Ingenti veneratione colitur, multis in locis Diœcef. Trecenf. pagis; villis, oppidis: *Luistre, Arçyes, Isles, Rameru*, &c. ac in vrbe Trecensi: vbi caput eius, Theca argentea inclusum, asseruatur apud Abbatiam Dominæ nostræ ad Nonas, Ordinis Benedictini, habeturque magna in reuerentia: fit de ea ufficium solemna: vide Nicolaum *Des Guerroys* in sanctitate Christiana, sæcul. 7. ad ann. 657. die 10. Octob. quo propriu natali colitur.

QVARTO-DECIMO CALENDAS MAII.

MESSANÆ in Sicilia, Natalis sanctæ [a] Anthiæ, Martyris, religiosissimæ fœminæ, Matris sancti Eleutherij, Episcopi Illyriei, quæ sub Hadriano Principe, post vincula & carceres, nouissimè vnà cum filio, ob constantiam fidei Christianæ, iugulatur. Chalcedone, sanctæ [b] Athanasiæ: quæ vitam pulchris moribus exornauit, & meritorum prærogatiua illuxit. In Monasterio Castri Loci, apud Montes in Hannonia, Cameracensis Diœcesis, Ordinis Benedictini, sanctæ [c] Ayæ; genere, pietate, & charitate illustrissimæ. Augustæ Vindelicorum, sanctæ [d] Heruliæ, Virginis præclaræ. Pisis in Tuscia, Transitus Beatæ [e] Mathildis, Comitissæ: quæ cùm in iustitiæ obseruantia, & cultu sincero Catholicæ religionis, necnon vitæ sanctimonia, perseuerasset, ad cœleste præmium euolauit. Palmæ, in Territorio Cordubensi, Beatæ [f] Mariæ à sancto Francisco, Virginis Clarissæ: vitæ austeritate, & religione insignis. Cæsar-Augustæ, Beatæ [g] Mariæ-Iosephæ Nauarræ, à Iesu, Virginis etiam Carmelitici instituti: quæ paupertatis, patientiæ, & humilitatis exemplar euadens, miro etiam spiritus feruore claruit. Apud Pontæsiam, Diœcesis Rothomagensis, Dormitio Beatæ [h] Mariæ de Incarnatione, viduæ, Carmelitanæ, conuersæ, eiusdem Ordinis in Gallia fundatricis; quæ admirandis virtutibus emicuit. Apud Claram-Vallem, Diœcesis Lingonensis, Translatio Beatæ [i] Aleydis, Matris sancti Bernardi, Abbatis.

APRILIS XVIII.

§. 1. SAncta Anthia, Martyr. [a]] Romana erat natione, genere, & diuitiis, admodùm illustris: (quippe cuius maritum ter Consulatum gessisse referant Historiæ) pietate, religione, omnibusque virtutibus fœmina ornatissima: quæ cùm ex D. Pauli prædicatione; Christi fidem percepisset, religionis studio incredibiliter incensa, eam ex animo professa est coram Imperatore, simul cum filio S. Eleutherio, Episcopo: qui cùm post multos cruciatus & tormenta, per gladium martyrij lauream excepisset; adhærebat tunc collu eius circumfusa ipsa pia genitrix, non lachrymis, aut luctu deformata, sed gaudio & gloria perfusa, in filii certamine exultans: nec prius ab eius se amplexibus auellii est passa, quàm ab impiis ministris interfecta, eadem martyrii corona redimita, simul cum filio, cœlesti brauio potiretur, anno 140. Agunt de eis. Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Ecclef. ad ann. 120. Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Petrus de natalib. lib. 2. Catalog. sanctor. cap. 20. & libro 4. cap. 61. Ferrarius in noua Typographia ad Martyrologium Roman. verb. *Messana*, & in SS. Italiæ. Horum Acta recensent Metaphrastes, Lipomanus, Simon Martinus, Surius, Lippelous, Mombritius, Tom. 1. Gazetus, Nicephorus lib. 3. Histor. Ecclef. cap. 29. Græci autem in Menologio, ad 15. Calend. Ianuar. Porrò S. *Anthia*, & *Euanthia* dicitur, apud Petrum de natalibus sup. & *Leucia* etiam in Tabulis Aquileiensis Ecclef. 18. Martij, Maurolycus.

S. Athanasia. [b]] Ita Ferrarius in Catalogo generali sanctor. hac die, ex Menologio Græcorum. §. 2. Eam puto esse clarissimam fœminam, nomine Athanasiam, (cuius meminit Baronius ad 14. Augusti, in notis ad Roman. Martyrolog.) quæ ex consensu mariti Constantinopoli vixit cum S. Matrona; de qua plura in Actis eiusdem B. Matronæ, apud Lipomanum. Tom. 5. Surium, Renatum Benedictum, &c. 8 Nouemb. quæ facultatibus suis in vsus pios distributis, Christo Domino prorsus adhæsit: virtutibus & meritis, ac genere illustris, per Spatium 15. annur.

S. *Aya.* [c]] Hannoniæ Comitissa erat, admirandæ §. 3. pietatis & charitatis fœmina: quæ initio cum viro suo S. Hidulpho. Laubiensi Toparcha. (qui vnus fuit ex proceribus & maioribus Regni Lotharingiæ, sub Pipino seniore) Christo se dedicandi consilium cùm is vitæ religiosæ instituta professus esset, ipsa Monasterium Castrilocense, quod consubrina B. Waldetrudes condiderat, ingressa, non modò censu auxit, sed & virtutis eximiæ ornamentis illustrauit. Sicque piis operibus intenta, & in sanctæ religionis proposito perseuerans, immaculatam ab hoc sæculo, Deo reddidit animam, anno Christi 6 8. cuius memoriam Montensis Ecclesia culit: nec non in Diœcesi Nouiodunensi, dies eius festiua celebratur.

Aya, & *Agya*, quandoque nuncupata. Scribunt
de ea, Arnoldus, VVion. in Martyrologio Benedi-
ctino, Ferrarius sup. Saussayus in Martyrologio
Gallicano. Molanus in Additionib. ad Vsuard.
hac die, & in indiculo SS. Belgij. Myræus in Fastis
Belgicis, die præcedenti. Guysius lib. 11. Annal.
Hannoniæ, cap. 4. Franciscus de Rosieres. Tom.
4. stemmat. Lotharing. Histor. capital. 73. fol. 255.
Malebraucqua. Tom 1. de Morinis, lib. 2. cap. 48.

4. §. S *Herulsa*, *Virg.* [d]] Viuit circa ann. 690. ex mo-
numentis Ecclesiæ Augustanæ, Ferrarius in Cata-
logo sanctor. hac die.

§. 5. *B. Mathildis*, *Comitissa.* [e]] Laudatur hæc incom-
parabilis Heroina, à sapientia, à sagacitate, à ma-
gnanimitate, à potentia, à pietate, à religione, à
iustitia & misericordia; quæ Deo & Ecclesiæ Ro-
manæ, in orationibus, eleemosynis, aliisque ope-
ribus bonis, sanctissimè deseruiuit. Erat quippe re-
rum Diuinarum appetentissima, ac sanctæ sedis
Apostolicæ defensatrix ardentissima atque de ipsa
benè merita. Eius namque deuotione freta, post
Christum & matrem eius semper Virginem, qui-
buscumque flagitiosis & iniquis animosissime resiste-
bat, fidelibus autem ac probis hominibus præstò
adesse volebat, & auxilium ferebat. Ciuium suorum
mores, negligentia & ignorantia præteritorum tem-
porum labefactos, & omninò corruptos, in melio-
rem formam & ornatum redigere curauit. Innume-
ras penè extruxit Ecclesias, atque amplissima, va-
riis in locis, monasteria ædificauit. Tandem senio
confecta, anno Christi 1115. seu verius 1115. hac die,
post omnia sacramenta piè suscepta à sancto Ansel-
mo, Lucensi Episcopo, sanctam Deo reddidit ani-
mam. Præclarum eius Encomium recitat Iacobus
Bergomas, cap. 146. De claris mulieribus, item
lib. 12. supplementi Chronic. ad ann. Christi 1059.
& 1076. Baronius & alij sup. ad 13. Martii, vbi de
illius Translatione.

B. Maria, *Virg.* [f]] Pœnitentiæ operibus maximè
§. 6. dedita, corpus suum aspero cilicio, toto vitæ suæ
tempore, edomabat; nusquam camisia vsa est, semper
discalceata incedens; panis & aqua, cibus eius &
potus fuit. Puram efflauit animam apud Monaste-
rium S. Claræ Palmense, quod est 2. Prouinciæ
Angelor. vide Martyrologium Franciscanum, hac
die, Annotationes ad illod. Daçam part. 4. Chro-
nic. Minor. lib. 3. cap. 77. ad ann. 1575.

B. Maria-Iosepha, *Virg.* [g]] Saoiniani oppidi, ex
§. 7. Arragonum Regno, honestis orta natalibus, à iuue-
nili ætate, virtutum cultrix fuit ingenua: & maior
effecta, Carmelitici habitus tesseram induit, Cæsar-
Augustæ, in Monasterio Incarnationis. rigidissi-
mis cœpit pœnitentiis corpus atterere: Ieiuniis in
pane & aqua, duplicata quotidiè disciplina vsque
ad sanguinis effusionem: iugi orationi & contem-
plationi intenta, Diuinis fauoribus & visionibus, à
Christo, & Virgine Deipara, est consolata: patien-
tiæ fuit incredibilis in doloribus & infirmitatibus
sufferendis. Vota regularia sic ad amussim excole-
bat; vt vel leue quidpiam admitteret. Hac die, anno
1625. in cœlum conscendit, sacramentis piè susce-
ptis; ad cuius honorem multa mira esse patrata à
Deo referuntur, ex contactu indumentorum eius.
Iuxta Antonium Alegre, in paradiso Carmelitici
decoris. Statu 5. ætate 18. post Christum, cap. 166.
ex Relatione Michaelis Perez.

B. Maria, *vidua.* [h]] Hæc prius nuncupabatur §. 8.
Barbara *Aurillot*: sed postea, in connubio D. Bar-
bara *Acharia*, dicta; castitate, pietate, prudentia,
innocentiaque ac charitate insignis: In Monasterio,
humilitate, patientia, obedientia, simplicitate, au-
steritate, ac deuotione præcellens; vt horrore pec-
cati, cultu iustitiæ, amore puritatis, obseruantia
Diuinæ voluntatis, denique ac proximi perfecta di-
lectione, prædita fuit: sic Diuinis charismatibus pro
munere sanctitatis ornata, supereminenti sciéntia
salutis, prophetiæ spiritu, orationis dono singu-
lari, raptibus crebris, & extaticæ contemplationis
sublimitate euecta: quin & Christi stigmatibus
intimè impressis, cœlitùs decorata, cum odore
suauissimo animam efflauit, anno 1618. vitam-
que admirabilem morte gloriosa coronans, etiam
prodigiis innumeris, quæ obitum eius subsecuta
sunt, impensiùs illustrauit. Hanc commemorant,
Andræas Vallensis in vita eius. Mauricus Marinus
ibid. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die.
Galterius in Appendice ad Tabulam cronographi-
cam, sæcul. 17. in sanctis, & illustribus viris, Lu-
douicus Dony-Attichius, lib. 7. Histor. general.
Ordin. Minimor. circa fin. & lib. 1. vit. Cardinalis
Berulli, cap. 13. Grisius de clericis Regularib. sect.
55. §. 18. Ludouicus Iacob, in Bibliotheca illustr.
fœminar. Hilarion a costa, lib. 4. Histor. Catholic.
item. Tom. 2. part. 8. vitar. & Elogior. Heroinar.
illustr. pag. 827. & seq. Simon Martinus. Tom 2.
vitar. sanctor. ad calcem. Ex quibus discimus Pari-
siis natam fuisse, & apud Longum-campum, Cla-
rissarum Monasterium cum pietate educatam; postea,
matrimonio iunctam; viro autem defuncto, Car-
melitarum habitum Ambiani sumpsisse, ann. 1614.
ac demum Pontisiæ sanctè obiisse: cui & Regina
mater, Mausoleum erigendum postea curauit.

Translatio B. Aleydis. [i]] Peracta est hæc Transla-
tio B. *Aleydis*, ceu *Aletha*, quando sacrum eius §. 9.
corpus, ex æde Benigniana Diuionensi, (vbi pri-
mò sepultum fuerat) illuc fuit aduectum, à Ste-
phano, Abbate 19. Claræ-Vallensi, anno Christi
1250. atque in cœnobitica Ecclesia, ante Altare sal-
uatoris honorificè, hac die, vti habent, liber se-
pulchror. eiusd. Abbatiæ: Gallia Christiana, in ipsa
Abbatia, Claravallensi, sub. 15. & 19. Abbate.
Manriquez, Tom. 2. Annal. Cistertiens. ad ann.
1105. cap. 3. §. 9. & Tom. 4. ann. 1250. Henri-
quez in Menologio Cistertiensi, sub 18. Octob. eo
quòd ea die Claram vallem sanctum corpus intraue-
rit. Saussayus verò in Martyrologio Gallicano, ad
diem 19. April.

QVARTO DECIMO CALENDAS MAII.

MELITINÆ in Armenia ſanctarum Virginum & Martyrum [a] Galatæ, & Theodoſiæ, vna die coronatarum. Salodij ad Benacum lacum, in territorio Brixienſi, paſſio ſanctæ [b] Oliuæ, Virginis & Martyris, ſub Hadriano Imperatore. In Alſatia apud Caſtrum Eginiſkeim, Dormitio Beatæ [c] Heileveidæ, Matris ſancti Leonis noni Papæ, pientiſſimæ fœminæ. Panormi in Sicilia, Beatæ [d] Claræ à Catana, Viduæ, Tertiatiæ Franciſcanæ; genere & virtutibus inſignis. Lutetiæ Pariſiorum Beatæ [e] Mariæ ab Angelis, viduæ, Carmelitanæ, humilitate, & vitæ ſanctimonia ſpectabilis.

APRILIS XIX.

§. 1. *Sanctarum Virg. Martyr. Galatæ, &c.* [a]] De Priore agunt Beda, Vſuardus, Ado, & Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, Petrus de natalib. lib. 11. Catalog. SS. cap. vltim. §. 125. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Melitina.* Poſterioris autem meminit idem Ferrarius ex Galeſio, in ſuo Martyrologio, qui illam addit.

§. 2. *S. Oliuæ, Virg & Martyr.* [b]] Paſſa eſt Brixiæ: ſed corpus eius Salodium, vbi maximam habet venerationem, tranſlatum eſt :- ita Ferrarius in SS. Italiæ, & Catalogo generali ſanctor. generali, hac die, ex Martyrologio Brixienſi, & Tabulis Eccleſiæ Salodienſis, ac monimentis Eccleſiæ S. Afræ.

†. §. 3. *B. Heileveida, Matronæ.* [c]] Claruit ad ann. 1030. hæc illuſtriſſima Heroina, ſummis laudibus digna. Nam quanta illi fuerit deuotionum ſerenitas: quanta vſque ad nouiſſimum quadrantem eleemoſynarum largitas; quàm diutina in Diuinis orationibus, vigiliis, ieiuniiſque inſtantia; quàm longanimis in carnis maceratione pœnitentia, non eſt facile promere verbis: cùm ipſe finis, in quo omnis laus canitur, ſecurè, manifeſtè prodiderit. Ita loquitur Wibertus in vita S. Leonis 9. Papæ, cap. 15. apud Surium, hac die. Erat quippe mater ipſius ſancti Pontificis: Vxor Hugonis, Comitis Haſpurgenſ. Sigebertus in Chronico. ann 1051. Baronius ann. 1049. Ciaconus, Quercetanus, Friſonus, in eô Papa.

§. 4. *B. Claræ, viduæ.* [d]] Vidua cùm eſſet, & tertij Ordinis Minoritici alumna, diuitias, nobilitatem, patriam, ſuoſque relinquens, omnibus incognita, in ſolitudinem ſeceſſit: ibique in aſſidua contemplatione, pœnitentia, & voluntaria paupertate perſeuerans, labore ac meditatione victitabat, multa, antequam euenirent prædixit: obdormiuitque Domino anno Salutis 1617. Sepulta Panormi, apud ædem S. Mariæ de Ieſu. Iuxta Martyrologium Franciſcan. hac die. Annotationes ad ipſum. Grauinam, *in voce Turturis.* part. 2. cap. 24.

B. Mariæ, Viduæ. [e]] Vocabatur, adhuc ſæcularis, Ludouica Seguieria, Petri Franciæ Cancellarij Amita, Domina de *Vosergiere*: quæ poſt viri D. Claudij Berulli, in ſupremo Senatu Pariſienſi Conſiliarij Regij, deceſſum, verè vidua, orationibus, eleemoſynis, aliiſque piis operibus, ſe exercens, Deoque ſeruiens die ac nocte, quamuis iam ætate prouecta, & quinquagenaria maior, ac proinde monaſticæ vitæ inſtitutis minùs apta, quæ robur corporis, non minus quàm animi poſtulant: ſacris nihilominus Thereſiani Carmeli virginibus, (quæ nuper è longinquis Hiſpaniarum oris, Petro, filio ſuo Duce, poſtea S. R. E. Cardinali, in Galliam fœliciter commearant, & ſui Ordinis colonia Pariſios deducta, ibi primùm conſederant, anno 1603.) ſe adiunxit; inter quas etiam, ſub nomine ſororis Mariæ de Angelis, duos & Vigintiannos religioſiſſimè vixit, ac, poſtquam totam Galliam ſua vita exemplari, ſibi deuinxit, inter filij ſui optimi manus animam egit, apud Monaſterium de Incarnatione, eiuſdem Ordinis Carmelitani. Memoratur ab illuſtri præſule, Ludouico Dony-Attichio, lib. 7. Hiſtor. generaſ. Ordin. Minimor. in fin. tum. lib. 1. de vita & geſtis Cardinalis Berulli, cap. 1. Hilarione a Coſta, part. 8. Vitar. & Elogior. Illuſtr. Heroinar. pag. 830. Petro Friſono. lib. 4. Galliæ purpuratæ, in Petro Berullo Cardinali. †. §. 5.

DVODECIMO CALENDAS MAII.

APVD Bincæium, Hannoniæ oppidum, iuxta Bonæ-Spei cœnobium, natalis Beatæ [a] Odæ, Virginis, Ordinis Præmonſtratenſis, patientia, & puritatis amore conſpicuæ. Sconaugiæ, non longè ab Heidelberga, in territorio Wormatienſi, Beatæ [b] Hildegundis, Virginis, Ordinis Ciſtertienſis; quæ ementito ſexu, mundum mira deluſit arte, & Chriſto ſponſo fideliter ac fœliciter vſque in finem ſeruiuit, multis miraculis clara. In Monte-Politiano, apud Hethruriam, Sanctæ [c] Agnetis, Virginis, Ordinis Dominicani: quæ in ſcientia ſalutis erudita, & celeſtibus chariſmatibus irrorata, miro fulſit odore virtutum, ſignis admiran-

disgloriosa. In Scalone Castellæ oppido, Beatæ [d] Ioannæ Pachiecæ, Virginis Clarissæ: generis stemmate, mundi abdicatione, & amore in Christum sponsum illustris.: Item Sconaugiæ, Beatæ [e] Engridis, Virginis, Ordinis prædicatorum. Eodem die, Beatæ [f] Odæ, eximiæ sanctitatis Fœminæ. Lutetiæ Parisiorum, Translatio [g] Reliquiarum, Sanctæ Agnetis, Virginis & Martyris.

APRILIS XX.

§. 1. B*Eata Oda, Virg.* [a]] Hæc Vmberto & Tescelina, nobilibus parentibus nata est io villa Hannoniæ, (quæ vulgò *Allodium* noncupabatur) Cameracensis Diœcesis: & per Odonem, Abbatem Bonæ-spei, in proposito seruandæ Virginitatis confirmata: miro stratagemate, mundi elusis amoribus, proque integritatis fide, sponso suo cœlesti data, plurima perpessa est aduersa. Cùm enim à Patre traheretur ad nuptias, stupendo puritatis amore, nasum sibi ipsa præscidit: vestemque Monasticam à dicto Odone accipiens, in Monasterio de *Riuroelle*, Virginum Præmonstrateos. Ordinis, Christo casti propositi Authori, ac purarum mentiom amatori, corpore se & spiritu mancipauit: deindè ob raras virtutúm dotes Priorissa instituta, post fœlicis regiminis perfunctionem, postque contextas sibi patientiæ coronas, ad percipiendam iouiolatæ Virginitatis lauream, placido mortis somno emigrauit, anno 1158. Scribunt de ea, Arnoldos Raissa in Auctario ad natales sanctor. Belgij, Molani. Ioannes Chrysostomos stella, in natalib. sanctor. Ordin. Præmonstratens. hac die, Saussayus in Martyrologio Gallicano; 18. & 20. April. Myræus in Fastis Belgicis, hac die: Ioannes *le Paige*, lib. 1. Bibliothecæ Præmonstratens. cap. 18. & lib. 2. io vita eius, post Philippum ab Eleemosyna, Abbatem Bonæ-spei; qui huiusce Virginis Diuinas Actiones, luculento encomio commendauit.

§. 2. *B. Hildegundis, Virg.* [b]] Mirabilia ac stupenda sunt quæ de hac Christi sponsa, purissima Virgine referuntur: quæ sub habitu virili, Sconaugiæ, in cœnobio Religiosorum Ordinis Cistertiensis, sanctissimè conuersata est, *Iosephus*, nuncupata; migrauit in cœlum, anno 1188. hac die, feria 4. Paschæ: cuius vitam admirandam conscripserunt Cæsarius, lib. 1 illustr. miracul. sui temporis, cap. 40. Matthæus Raderus part. 1. viridarij sanctor. in notis ad vitam S. Apollinaris, Syncleticæ: Agunt de ea. Arnoldos Wion, & Hugo, Menardus in Martyrologio Benedictino. Molanus in Additionib. & Annotationibus ad Vsuard. Myræus in Fastis Belgicis. Henriquez in Menologio Cistertiensi, Ferrarius io Catalogo generali sanctor. hac die: & in noua Topographia ad Martyrolog Roman. verb. *Sconaugia*. Perperam tamen ab eo vocata *Hildegardes*, & *Hildegrandes*. Trithemius in Chronico Hirsaugiæ. Renatus Choppinus. lib. 1. Monastic. titul. 3. §. 15. Bernardus Brito. lib. 5. cap. 31. Hermæus in vita eius. Philippus Sequinus, & alij. Barnabas de Montalbo. part. 1. Annal. Cistertiens. lib. 2. cap. 4. & lib. 4 cap. 14. Manriquez ibid. Tom. 1. ad ann. 1144. cap. 8. § 8. & Tom. 3. ad ann. 1186. cap. 7. & ad ann 1188. cap. 6. Item in Laurea Euangelic. lib. 3. disc. 5. Fulgosus, lib. 4. memorabil. cap. 3. Ludouicus Iacob. in Bibliotheca illustr. fœminar.

§. 3. *S. Agnetis, Virg.* [c]] Agunt de ipsa, Martyrologium Roman. hac die, Barouius ibid. in notis, Ferrarius in SS. Italiæ, io noua Topographia sup. verb. *Mons Politianus*. Molanus verò ad 16. Septemb. Ignatius Ioseph. lib. 1. Histor. Ecclesi. Abbauillæ, cap. 62. Bosius de signis Ecclesi. lib. 15. cap. 5. & Simon Martinus. Eius Acta conscripta esse à B. Raymundo, Ordin. prædicat. testatur Andræas Pisanus, io Appendice eiosdem vitæ, quam ex Latino sermone, in linguam Italicam transtulit.: & alij, vniusquisque pro suo peculiari idiomate ediderunt in lucem. Ribadeneira in Flore sanctor. Seraphinus Razzius. part. 2. vitar. SS. & BB Ordin. prædicator. Simplicianus, part. 2. Histor. Ordin. S. Augustini. Bzouius. Tom. 14. Annal. Eccles. ad ann. Christi 1300. §. 35. & ann. 1317. quo in cœlum abiit. Bachotus in Fastis Christianis. Sampayus in stemmate Ordin. prædic. illius meminit idem præfatus B. Raymundos, lib 3. cap. 14. vitæ S. Catharinæ Senens. Virg. apud Surium 29. April. Dùm scribit, quòd eadem S. Catharinæ cœlesti muntio munita, se illi parem fore in gloria Beatorum accepit: quæ & summa cum laude, io suis Epistolis, sæpè eiusdem meminit. Asseruatur venerandum corpus eius in Montepolitiano ciuitate: illudque iugi illustratur miraculo: dùm rore quodam mirifico, assiduè perfusom conspicitur. Extat Diploma Clementis 7. quo eius celebritatem illic agere; & Ecclesiasticam officiom ad eam accommodatum publicè recitari præcepit.

§. 4. *B. Ioanna, Virg.* [d]] Illustrissima *Pachiecorum*, stirpe progenita, filia fuit Didaci *Pachecci*, Villenici Marchionis, fundatoris Monasterij Conceptionis Scalonæ, quod est 28. Prouinciæ Castellæ, ann. 1527. Quæ mox illud intrans, ea, quæ sæculi erant, omninò spreuit: & in humilitate, ac feruore spiritos, Christo sponso meruit famolari, & sancto fine in cœlum transire. Iuxta Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud. Gonzagam. part 2. Origin. Seraphic. Religion. in prædicto loco. Barrezzi part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 54. Valeriom. De SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 12.

§. 5. *B. Engridis, Virg.* [e]] Floruit ann. 1418. io Concilio Constantiensi SS. numero adscripta: vti scribit Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Sconaugia*.

§. 6. *B. Oda* [f]] Claruit circa ann. 1220. hæc B. Oda, siue Vda, religiosa matrona: quæ præter multas alias virtutes eximias, & spiritalium charismatum dona, etiam insigni fuit sacratissimæ Eucharistiæ iugiter suscipiendi desiderio incensa: quamque Christus Dominus propterea suis propriis manibus communicauit; vide part. 1. natalis SS. Brabantiæ. Cæsarium lib. 9. Histor. cap. 30. Arnoldum Raissam. sup.

§. 7. *Translatio Reliq. S. Agnetis.* [g]] Sciendum, quòd cùm anno 1545. ex cœnobio Broli, Benedictini Ordinis, Diœcesis Ebroicensis, in Neustria, Lutetiæ Parisiorum suscepta fuisset notabilis portio Reli-

quiarum

quiarum S. Agnetis, Virgin. & Martyris, authoritate Paoli 3. Pap. reposita est in Ecclesia Abbatiali S. Maglorij Parisiensis, per R. Carolum, Maigarensem Episcopum, Abbatem eiusdem ædis, die 18. Aprilis. At paulò post, nimirùm, die 20. eiusdem mensis, magno cum pompæ Ecclesiasticæ triumpho, exindè Translatio incœpta est ab eodem Episcopo Abbate Magloriano; qui suscepta nudius tertius venerandæ gloriosæ Christi athletæ pignora, populo spectanti ostendit, in ipsa S. Maglorij æde, deferendaque solemni supplicatione, magna cum celebritate, ad S. Eustachij Ecclesiam Parœchialem tradidit, multa dignitate, pastori, clero, & populo ipsius parœchiæ confluenti. Teste Brulio lib. 3. Antiquitat. Parisiens. in ea Parœchia S. Eustachij: Saussayo in Martyrologio Gallicano, die 18. & 20. April. Caput vero eiusce Virginis, ceu, Cranium capitis extat apud Prioratum S. Petri Abbatis-Villæ, cum testimonio authentico: iuxta Ignatium Ioseph lib. 2. Histor. Eccles. Abbatis-Villæ, cap. 47.

VNDECIMO CALENDAS MAII.

IN Perside, Passio Beatę [a] Anonymę, filię Sancti Pusitij Martyris, (quę erat Sacra Virgo) sub Sapore Rege, pro Christo necatę. Ephesi, Sanctę [b] Drusianę Sancti Ioannis Apostoli & Euangelistę discipulę; quę fide, pietate, & charitate, ac puritate excelluit. Apud Pharę Monasterium Ordinis Benedictini, in Diœcesi Meldensi, Sanctę [c] Anonymę, Virginis; quę post multarum insignia virtutum, obitus sui diem Diuinitùs pręnoscens, lęta transiuit ad gloriam. Cęsar Augustę, Beatę [d] Magdalenę, Magalonię, Virginis, Clarissę, oratione & rerum cœlestium contemplatione conspicuę. Veronę, Commemoratio [e] Sanctarum Liberę & Faustinę, Sororum, Virginum Sanctimonialium, Ordinis Benedictini. Meldricis in Hugardia Brabantia, Diœcesis Machliniensis, Translatio Sanctę [f] Ermelendis, Virginis, eiusdem instituti.

APRILIS XXI.

§. 1. BEata Anonyma, Martyr. [a]] Memoratur à Beda, Vsuardo, Adone, Martyrologio Roman. hac die, Baronio ibid. in notis, & Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. 343. Molano in Annotationibus ad Vsuard. Petrus de Natalibus lib. 4. Catalog. Sanctor. cap. 71. Græci autem ad 15. Maij in Menologio. Sozomenos lib. 2 Histor. Eccles. cap. 8. Cassiodorus lib. 3. cap. 5. Nicephorus lib. 8. cap. 36. & 37. Surius ead. die.

†§. 2. *S. Drusiana.* [b]] Extat inter Canonicas Epistola 2 D. Ioannis Apostoli, & Euangelistę; sub hoc Titulo. *Senior Electæ Dominæ, & natis eius.* Vocat verò eam fœminam Apostolus, Electam, propter fidei eminentiam; & quia *velut Ecclesiæ Ephesinæ parens* (inquit Flauius Lucius Dexter in Chronico, ad ann. 105. §. 1.) *mira largitione, & charitate tunc florebat.* Proprium autem nomen eius, *Drusia*, ceu, *Drusiana*, erat; vxor Andronici; quæ mirè laudatur: in Historia, quam de ea scripserunt; Procorus: & Abdias Babylonius lib. 5. in vita S. Ioannis Apostoli & Euangelist. ex quibus, Petrus de Natalib. sup. lib. 2. cap. 7. Raderus, part. 2. Viridarij Sanctor. in notis ad vit. SS. Andronici & Athanasiæ. in fin. Bitarius in Commentar. ad Chronicon Dextri sup. Claudius Espencæus libro Sacrar. Heroidum 2. in *Drusiana*, quam ait fuisse Hospitam S. Ioannis. Quæ cùm in reditu sui exilij ingrederetur ciuitatem, Drusiana, eius discipula, quæ aduentus eius desiderio fuit fatigata, efferebatur mortua; flentibus & lamentantibus grauiter, tam parentibus, quàm pauperibus & orphanis ac viduis, quibus indigentibus ministrabat. Apostolus ergò iussit feretrum deponi, & corpus solui, eamque proprio nomine vocans, mandauit, vt surgeret, & domum rediens, refectionem sibi praepararet. Quæ statim, quasi non de morte, sed de somno vocata surrexit, & iussa perfecit. Ad quod miraculum, multi conuersi sunt. Hæc ex Procoro scripsit Episcopus Esquilinus sup. Ordericus vitalis lib. 2. Histor. Eccles. pag. 405.

§. 3. † *S. Anonyma, Virgin.* [c]] Discipula extitit S. Burgundoforæ Abbatissæ; cùmque iam per temporum curricula, mens eius tota Deo dedita vberes fructus redderet conditori; quadam die vidit cælos apertos, & æternarum rerum satorem aspectibus contemplata, ad cœlestis claritatis lumen intenta audire meruit eam ad se venire inuitantem: qua de re expostulata à Sancta Phara: petijt ab ea benedictionem, antequàm exiret: qua accepta, ad Christum migrauit. Ita Augustinus Carcaius cap. 40. vit. S. Pharæ ex MSS. Monumentis istius Abbatiæ.

§. 4. *B. Magdalena, Virgin.* [d]] Huius vita, perpetuà oratio atque contemplatio fuit: qua etiam de causâ plures à Dæmone pertulit molestias. Florebat ann. Christi 1510. Agunt de ea Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum. Barezzus par. 4. Chronicar. Minor. lib. 2. cap. 25. Valerius lib. 4. de BB. Fœm. Ordin. Minor. cap. 47. Wadinghus Tom. 1. Annal. Min. ad an. 1234. §. 8. post Gonzagam, part. 3. Origin. Seraphic. Religion. vbi aliquot sorores Clarissas (quæ peculiari aliqua sanctitatis prærogatiua emicuerunt) sepultas Cæsar-Augustę, in Monasterio S. Catharinæ (quod est i. Prouinciæ Arragoniæ) recenset.

§. 5. *SS. Libera, &c. Virgin.* [e]] Eadem est cum S. Liberata, de qua sup. ad 18. Ianuarij: Quę soror erat S. Faustinæ, eodem die simul celebratę. Qua de re Ferrarius, in Catalogo Generali Sanctor. ex Tabulis Eccles. Veronensis & Wion in Martyrologio, hac die, Benedictino, qui putat Translationem earum esse

§. 6. *Translatio S. Ermelendis, Virgin.* [f] Illius meminit Molanus in indiculo SS. Belgij. Wion & Ferrarius, sup. hac die, Saussayus in Supplemento Martyrologij Gallicani. Vide infra, ad diem eius natalem 29. Octob. & Bosium Tom. 2. de Signis Eccles. lib. 15. cap. 7.

DECIMO CALENDAS MAII.

IN Perside, plurimarum Sacrarum [a] Virginum, Martyrum, inter quas Sancti Symeonis Seleuciæ Episcopi, ac Martyris, Soror, nomine Tarbula, cum pedissequa sua, & sorore ipsius; quæ stipitibus alligatæ, sertaque scissæ; crudelissimè pro Christo, sub Sapore Rege, necatæ sunt. Lugduni, Beatæ [b] Luciæ, Viduæ; cuius sanctitatem miracula crebra testantur. Ancyræ in Galatia, Sanctæ [c] Blattæ, Virginis, Sororis Beati Theodori Archimandritæ: quæ eximia vitæ integritate ac sanctimonia floruit. Apud Almeneschium Monasterium in Neustria inferiori, Diœcesis Sagiensis, Sanctæ [d] Oppotunæ, Virginis, Abbatissæ, Sanctæ Godegrandis eiusdem vrbis Episcopi Martyris, Sororis; quæ ieiunijs, orationibus, & corporis mortificationi iugiter intenta, purissimam animam Christo sponso seruauit in cœlis beandam, necnon in terris miraculorum gloria celebrem. Vieiræ, in Lusitania, Depositio Sanctæ [e] Senorinæ, Virginis, Abbatissę Benedictinę; quæ perfectionis regularis, & internarum virtutum æmulatrix effecta, fœlicem exitum crebris miraculorum coruscationibus comprobauit. Apud Vilecense eiusdem instituti. Monasterium, in Territorio Coloniensi, Sanctæ [f] Osvvendæ, Virginis: miræ simplicitatis & innocentiæ, atque admirabilis conuersationis. Alenconij in Neustria, Diœcesis Sagiensis, Beatæ [g] Gabrielæ à Nozayo, Virginis, Clarissæ, pietate ac religione insignis. Pictauis, Dormitio Beatæ [h] Antoniæ ab Aurelia, viduæ; quæ sanguine Regio, pulchritudine, diuitiis, multisque naturæ & fortunæ donis, illustris: cuncta pro Christo contemnens, institutum Cistertiense in Congregatione Fuliensi amplexa est: In qua sanctissimè perseuerans, Congregationem Beatæ Mariæ de Caluario, sub Regula Sancti Benedictini instituit, & placido fine obdormiuit in Domino.

APRILIS XXII.

§. 1. SAcrarum *Virgin. Martyr. Tarbula, &c.* [a]] Agunt de his, hac die Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. Baronius ibid. in notis, & Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. 344. Molanus in Aonotation. Vsuard. Horum scribunt certamina gloriosa, Sozomenus lib. 2. Histor. Eccles. cap. 10. 12. & 13. Cassiodorus lib. 3. Histor. Tripartitæ cap. 2. Nicephorus lib. 18. cap. 37. & 38. Metaphrastes, Lippomanus, Tom. 5. Surius, Lippelous, Tom. 2. Petrus de Natalibus lib. 4. Catalog. Sanctor. cap. 78. Vincentius Beluscens. lib. 4. Specul. Historial. cap. 8. Valdè similes sunt (ne dicam easdem essa) cum ijs, de quibus sup. ad 5. April. egimus.

† §. 2. *S. Lucia, vidua.* [b]] Hanc præclaro Encomio celebrat D. Gregorius Turonens. de Gloria Confessor. cap. 64. de Lugduno agens. *Requiescit* (inquit) *sub Vrbano murorum vrbis ipsius, mulier, quæ dicitur collegisse calceamentum Beati Martyris Epipody, quod de pede eius cecidit, cùm ad Martyrium duceretur; ad cuius Tumulum, sæpius frigoritici, cæterique infirmi sanantur. Erasum de Tumulo ipso, puluerem hauriunt, incolumesque discedunt.* Quomodo autem id acciderit recitatur in Actis SS. Martyrum Epipodij, & Alexandri, apud Surium, hac die cap. 3. Dùm Lugduni, quærerentur ad mortem, his verbis. *Egressi verò occulte septa murorum. In eo vico, qui propter petram incisam situs est, Tugurium cuiusdam religiosæ & fidelis viduæ, etiam sine vllis comitibus, introierunt. Cùmque illic aliquandiu tecti, fide mulierculæ, & loci humilitate, latuissent, tandem sagax illos inquisitor inuenit, eosque per angustum cellulæ aditum fugientes manus infesta corripuit; qui ita intrepidus insilientes irruperant, vt Sanctus Epipodius calceamento pedis vnius, dùm pauidus prosiliret, priuaretur: quod postea fidelis mulier, tanquam thesauros sibi repertos occuluit.* Porro ea matrona, nuncupata reperitur, *Lucia*, in Actis S Alexandri, Martyris, præfati B. Epipodij socij: ibid. apud Surium sub 24. April. ann. 150. cap. 4. *Cùm tempore consequenti, populus Lugdunensis passim morbo sæuiente corrueret, adolescens quidam natu nobilis, vi febrium valde succensus, per visionem commonitus est, vt remedium à muliere, quæ calceamentum Martyris habebat, expeteret. Illa verò se medicina nihil nosse respondit: sed Domino miserante, Martyris per exuuias hospitali ope allata, se plurimos curasse, non negabat, statimque ei Lucia benedictionem, hospitalis calicem salutis porrexit: &c.*

S. Blatta, Virgin. [c]] Matrem habuit Mariam; † §. 3.
quæ ipsam Blattam, & S. Theodorum Siceorum Archimandritam

Archimandritam progenuit. Maria autem sororem habebat, nomine *Despeniam*; quarum parens vocabatur *Elpidia*. Igitur Cùm ipse S. Theodorus, Presbyter factus, ac Religiosus effectus, Oratorium S. Georgij Martyr. à se constructum solitarius incolere decreuisset, Mater eius Maria, nolens eam sequi, cuidam viro nupsit. *At soror eius Despenia, & mater ipsius Elpidia, & Sancti soror Blatta, ab eo seiungi se non sunt passæ; sed sanctam eius vitam contemplantes, omnique se modestia, & castitate, eleemosynisque & precationibus expurgantes, eum pro viribus studebant imitari. Ac Despenia quidem moriens, eum hæredem instituit: & ab ipso sepulta est in Templo S. Martyris Gemelli. Blattam autem sororem suam Virginem, cùm duodecimum ageret ætatis annum, duxit ipse sanctissimus in Ancyranorum Metropolim, & in granium Virginum Monasterio, quod Petrin, appellatur, collocauit: vbi Monasticum habitum sumens, Deo consecrata est, vixitque sanctissime. Theodorus autem ad proprium locum reuersus, cùm triennio post Beatam hanc sororem in cœlestem thalamum, ad sponsum suum Christum, cui ipse eam dicarat, bonis operibus plenam migrasse accepisset, Deo gratias egit.* Hæc in Actis ipsius S. Theodori, Siceorum Archimandritæ, cap. 24. ex Metaphraste, apud Surium, hac die, ad ann. 580.

§. 4. *S. Opportuna, Virgin. Abbatiss.* [d] Nobilissima exoritur prosapia apud Oximum, Sagiensis Diœcesis oppidum: cuius parentes, illustri genere pollentes, & Regalis stirpis apice florentes, illius tunc inclyti oppidi comites erant. A primis annis Christo Virginitatem despondit. Annoque ætatis duodecimo, spretis mundi illecebris, præuio lucis Angelo, coram Episcopo deducitur; à quo Pontificali benedictione velamen consecratum, capiti suo imponitur; & deposita Regia purpura, cœnobium, Sagiensi vrbi vicinum, quod est in saltu Algiæ situm, & vulgò, vsitato nomine, *Monasteriolum*, nuncupatum, ingreditur, vbi accepto sanctæ conuersationis habitu, cœtui sanctarum coniuncta est Virginum, ibidem Domino famulantium: Moxque scientiæ Diuino dono repleta, ac magis humilitatis, & obedientiæ perfectæ gratia enituit. Deindè, mortua Antistita, ab omnibus, licet inuita, eligitur Abbatissa; quo munere sibi imposito, ad tantam sanctitatis excellentiam ascendit; vt totius pietatis ac religionis exemplar fieret. Illius autem ea fuit meritorum gratia, qua si quid à Deo posceret, continuò consequeretur. Hinc sanitatum solatia, orationis ope, plurimis impertita est: claudis gressus, cæcis visus, redditur: Dæmonia fugata. Porrò, cum S. Godegrandus, Sagiensis Episcopus, Nonantium pertransiret, fuisset occisus Die 3. Sept. ann. 765. Sacrum corpus eius, ad suum Monasteriolum curauit transferri, vt ille apud se debito honore sepeliretur. Nec diu postea vixit superstes, quippe quæ ab ipso Domino, impetrauit, vt breui, posset abire è vita in cœlum: quod contigit anno sequenti 22. Aprilis, scilicet ann. 766. cuius corpus, in ipso, cui præfuerat Monasterio humatum, iuxta fratrem suum B. Godegrandum: quod Diuinis subindè micans virtutibus, ab Hildebrando, Sagiensi Episcopo, timore persecutionis Normanicæ, in Tutiorem locum, cui *Momiacus* nomen, propè Syluanectum, medio clericorum choro Translatum est: vndè postea Cranium, ad Præfatum Monasteriolum Virginale reuectum; alterum etiam Brachiorum, cum vna ex costis, Lutetiam Parisiorum delatum fuit, vbi religiosè conditum seruatur in Collegiata ac Parœchiali Ecclesia, quam in huius honorem Virginis, maiorum religio ac pietas ædificauit. Cuius clerus & incolæ, hodiè ipsius Tutelaris gloriosè agunt solemnia: sicut & in Sagiensi vniuersa Diœcesi, festa eius Depositio ritu celebri, eadem die, peragitur ex auito more, & pia fidelium deuotione. Scribunt vitam eius S. Adelelinus 2. Sagiensis Episcopus, Surius, Renatus, Benedictus, Haræus, Doubletus, Foderetus, Ribadeneira, Gaxetus, Andræas Vallensis, Simon Martinus, Gossetus, &c. Agunt de ea Breuiaria Antiqua, Sagiense, Parisiense, Beluacense; Canonicorum Regularium Ordin. S. Augustini; sanctimonialium Ordin Fontis Eberaldi, &c. hac die. Raulinus concionem 13. de ea edidit. De ea item. Molanus in Additionibus, & Annotationibus ad Vsuard. Wion in Martyrologio Benedictino. Menardus ibid. lib. 1. Obseruation. ad illud. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Sagium*, & in Catalogo SS. Generali, Saussayus in Martyrologio Gallicano, ead. die. Brulius lib. 3. Antiquit. Parisiens. in Ecclesia Collegiata & Parœchiali S. Opportunæ. Gallia Christiana, in Episcopis Sagiensib. *Des-Guerroys*. in sanctitate Christiana sæculo 8. ad ann. Christi 767. Bosius Tom. 2. part. 2. de signis Eccles. lib. 2. cap. 3. Poyreus Tractat. 3. Triplicis Coronæ Virgin. Deipar. cap. 13. numer. 3. pag. 475. Ioannes Suffrenus volumin. 1. Anni Christiani cap. 3. pag. 139. Beyerlinck Tom. 1. Theatri vitæ humanæ, verb. *Amuletum* pag. 400. Quercetanus lib. 7. Antiquitat. vrbium Galliæ cap. 6. Franciscus Arnulphus lib. 1. Comitior. cœlo euocatorum cap. 55. Vacquerios, in Enchiridio benè Morientium: & Fuga sæculi: & plures alij, Apud Nostram *Neustriam Sanctam*, hac die: sed his omnibus copiosior Nicolaus Gossetus, Almæ Facultatis Theologiæ Parisiens. Doctor, eximius, Capicerius, Canonicus & Parochus insignis Ecclesiæ Collegiatæ & Parœchialis ipsius S. Virginis Opportunæ, apud Lutetiam: cuius Amplam Historiam Latinogallicam, cum Annotationibus haud vulgaribus graui stylo, vir pius & eruditus prœlo dedit, ac publicauit anno 1654. Tum etiam hocce anno 1655. totum officium eiusdem S. Opportunæ, Virgin. Abbatiss. cum horis Canonicis & missa ac prosis proprijs in meliorem concentum redegit, cantandumque à pijs, fidelibusque populis recitandum porrexit. Quod quidem officium iam antea editum erat, Parisijs ann. 1627. apud Nicolaum Barbote, *via Marinault*, sub signo Virginis Mariæ.

S. Senorina, Virgin. [e] Hæc Illustri loco, in Lusitania, nata, Patre Adulpho, Comite; vt primùm in §. 5.
lucem edita est, Christo à parentibus offertur, simulque sapienti mulieri traditur, Godinæ nomine; cum qua tanquam sanctimonialis, diu in domo paterna vixit. Interim quidam nobilis Comes eam in coniugium appetijt: sed repulsam passus est, Siquidem Sancta Virgo, iam pridem Christum sibi in sponsum elegerat; quod videns pater, noluit eam cogere. Igitur Godina & S. Senorina, ante altare velum sacrum simul acceperunt. Lætatus Pater, Filiæ, tres Ecclesias, cum suis redditibus, ad condendum Monasterium sub Regula S. Benedicti, tradidit: cuius Godina prima fuit Abbatissa, cui post mortem, B. Senorina successit. Erat assidua in lectione piorum librorum, ex qua magnum fructum est consecuta. Chara fuit S. Rodesindo Episcopo, qui eam sæpè inuisebat. Claruit miraculis; obijtque hac die. Hanc commemorant Antonius D'Yeppes in Chronico Benedictino, centuria 5. in vita illius. Menardus in Martyrologio eiusdem Ordin. & lib. 2. Obseruation.

§. 6. *Translatio S. Ermelendis, Virgin.* [f]] Illius meminit Molanus in indiculo SS. Belgij. Wion & Ferrarius, sup. hac die, Sauslayus in Supplemento Martyrologij Gallicani. Vide infra, ad diem eius natalem 29. Octob. & Bosium Tom. 2. de Signis Eccles. lib. 15. cap. 7.

DECIMO CALENDAS MAII.

IN Perside, plutimarum Sacrarum [a] Virginum, Martyrum, inter quas Sancti Symeonis Seleuciæ Episcopi, ac Martyris, Soror, nomine Tarbula, cum pedissequa sua, & sorore ipsius; quæ stipitibus alligatæ, serraque scissæ; crudelissimè pro Christo, sub Sapore Rege, necatæ sunt. Lugduni, Beatæ [b] Luciæ, Viduæ; cuius sanctitatem miracula crebra testantur. Ancyræ in Galatia, Sanctæ [c] Blattæ, Virginis, Sororis Beati Theodori Archimandritæ: quæ eximia vitæ integritate ac sanctimonia floruit. Apud Almeneschium Monasterium in Neustria inferiori, Diœcesis Sagiensis, Sanctæ [d] Opportunæ, Virginis, Abbatissæ, Sanctæ Godegrandis eiusdem vrbis Episcopi Martyris, Sororis; quæ ieiunijs, orationibus, & corporis mortificationi iugiter intenta, purissimam animam Christo sponso seruauit in cœlis beandam, necnon in terris miraculorum gloria celebrem. Vieiræ, in Lusitania, Depositio Sanctæ [e] Senorinæ, Virginis, Abbatissę Benedictinę; quæ perfectionis regularis, & internarum virtutum æmulatrix effecta, fœlicem exitum crebris miraculorum coruscationibus comprobauit. Apud Vilecense eiusdem instituti. Monasterium, in Territorio Coloniensi, Sanctæ [f] Osvvendæ, Virginis: miræ simplicitatis & innocentiæ, atque admirabilis conuersationis. Alenconij in Neustria, Diœcesis Sagiensis, Beatæ [g] Gabrielæ à Nozayo, Virginis, Clarissæ, pietate ac religione insignis. Pictauis, Dormitio Beatæ [h] Antoniæ ab Aurelia, viduæ; quæ sanguine Regio, pulchritudine, diuitiis, multisque naturæ & fortunæ donis, illustris: cuncta pro Christo contemnens, institutum Cistertiense in Congregatione Fuliensi amplexa est: In qua sanctissimè perseuerans, Congregationem Beatæ Mariæ de Caluario, sub Regula Sancti Benedictini instituit, & placido fine obdormiuit in Domino.

APRILIS XXII.

§. 1. S*Acrarum Virgin. Martyr. Tarbula, &c.* [a]] Agunt de his, hac die Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. Baronius ibid. in notis, & Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. 344. Molanus in Annotation. Vsuard. Horum scribunt certamina gloriosa, Sozomenus lib. 2. Histor. Eccles. cap. 10. 12. & 13. Cassiodorus lib. 3. Histor. Tripartitæ cap. 2. Nicephorus lib. 18. cap. 37. & 38. Metaphrastes, Lippomanus, Tom. 5. Surius, Lippelous, Tom. 2. Petrus de Natalibus lib. 4. Catalog. Sanctor. cap. 78. Vincentius Beluacens. lib. 4. Specul. Historial. cap. 8. Valdè similes sunt (ne dicam easdem esse) cum ijs, de quibus sup. ad 5. April. egimus.

†§. 2. *S. Lucia, vidua.* [b]] Hanc præclaro Encomio celebrat D. Gregorius Turonens. de Gloria Confessor. cap. 64. de Lugduno agens. *Requiescit* (inquit) *sub Vrbano murorum vrbis ipsius, mulier, quæ dicitur collegisse calceamentum Beati Martyris Epipodij, quod de pede eius cecidit, cùm ad Martyrium duceretur, ad cuius Tumulum, sæpius frigoritici, cæterique infirmi sanantur. Erasum de Tumulo ipso, pulucrem haurientes, incolumesque discedunt.* Quomodo autem id acciderit recitatur in Actis SS. Martyrum Epipodij, & Alexandri, apud Surium, hac die cap. 3. Dum Lugduni, quærerentur ad mortem, his verbis. *Egressi verò occulte septa murorum. In eo vico, qui propter petram incisam situs est, Tugurium cuiusdam religiosæ & fidelis viduæ, etiam sine vllis comitibus, introierunt. Cùmque illic aliquandiu to-ctis, fide mulierculæ, & loci humilitate, latuissent, tandem sagax illos inquisitor inuenit, eosque per angustum cellulæ aditum fugientes manus infesta corripuit; qui ita intrepidè insilientes irruperant, vt Sanctus Epipodius calceamento pedis vnius, dum pauidus prosiliret, priuaretur: quod postea fidelis mulier, tanquam thesauros sibi repertos occuluit.* Porro ea matrona, nuncupata reperitur, *Lucia*, in Actis S Alexandri, Martyris, præfati B. Epipodij socij: ibid. apud Surium sub 24. April. ann. 150. cap. 4. *Cùm tempore consequenti, populus Lugdunensis passim morbo saniente corrueret, adolescens quidam nato nobilis, vt febrium valde succensus, per visionem commonitus est, vt remedium à muliere, quæ calceamentum Martyris habebat, expeteret. Illa verò se medicinæ nihil nosse respondit: sed Domino miserante, Martyris per exuuias hospitali ope allata, se plurimos curasse, non negabat, statimque ei Lucia benedictionem, hospitalis calicem salutis porrexit: &c.*

S. Blatta, Virgin. [c]] Matrem habuit Mariam; quæ ipsam Blattam, & S. Theodorum Siceorum † §. 3.

Archimandritam

Archimandritam progenuit. Maria autem sororem habebat, nomine *Despeniam*; quorum parens vocabatur *Elpidea.* Igitur Cùm ipse S. Theodorus, Presbyter factus, ac Religiosus effectus. Oratorium S. Georgij Martyr. à se constructum solitarius incolere decreuisset, Mater eius Maria, nolens eam sequi, cuidam viro nupsit. *At soror eius Despenia, & mater ipsius Elpidea, & Sancti soror Blattu, ab eo seiungi se non sunt passæ; sed sanctam eius vitam contemplantes, omniaque se modestia, & castitate, eleemosynisque & precationibus expurgantes, eum pro viribus studebant imitari. Ac Despenia quidem moriens, eum hæredem instituit: & ab ipso sepulta est in Templo S. Martyris Gemelli. Blattam autem sororem suam Virginem, cùm duodecimum ageret ætatis annum, duxit ipse sanctissimus in Ancyranorum Metropolim, & in granium Virginum Monasterio, quod Petrin, appellatur, collocauit: vbi Monasticum habitum sumens, Deo consecrata est, vixitque sanctissime. Theodorus autem ad proprium locum reuersus, cùm triennio post Beatam hanc sororem in cœlestem thalamum, ad sponsum suum Christum, cui ipse eam dicarat, bonis operibus plenam migrasse accepisset, Deo gratias egit.* Hæc in Actis ipsius S. Theodori, Siceorum Archimandritæ, cap. 24. ex Metaphraste, apud Surium, hac die, ad ann. 580.

§. 4. S. *Opportunæ, Virgin. Abbatiss.* [d]] Nobilissima exoritur prosapia apud Oximum, Sagiensis Diœcesis oppidum: cuius parentes, illustri genere pollentes, & Regalis stirpis apice florentes, illius tunc inclyti, oppidi comites erant. A primis annis Christo Virginitatem despondit. Annoque ætatis duodecimo, spretis mundi illecebris, præuio lucis Angelo, coram Episcopo deducitur; à quo Pontificali benedictione velamen consecratum, capiti suo imponitur; & deposita Regia purpura, cœnobium, Sagiensi vrbi vicinum, quod est in saltu Algiæ situm, & vulgò, vsitato nomine, *Monasteriolum*, nuncupatum, ingreditur, vbi accepto sanctæ conuersationis habitu, cœtui sanctarum coniuncta est Virginum, ibidem Domino famulantium: Moxque scientiæ Diuino dono repleta, ac magis humilitatis, & obedientiæ perfectæ gratia enituit. Deindè, mortua Antistita, ab omnibus, licet inuita, eligitur Abbatissa; quo munere sibi imposito, ad tantam sanctitatis excellentiam ascendit; vt totius pietatis ac religionis exemplar fieret. illius autem ea fuit meritorum gratia, qua si quid à Deo posceret, continuò consequeretur. Hinc sanitatum solatia, orationis ope, plurimis impertita est: claudis gressus, cæcis visus, redditur: Dæmonia fugata. Porrò, cum S. Godegrandus, Sagiensis Episcopus. Nonantium pertransiret, fuisset occisus Die 3. Sept. ann. 765. Sacrum corpus eius, ad suum Monasteriolum curauit transferri, vt illic apud se debito honore sepeliretur. Nec diu postea vixit superstes, quippe quæ ab ipso Domino, impetrauit, vt breui, posset abire è vita in cœlum: quod contigit anno sequenti 22. Aprilis, scilicet ann. 766. cuius corpus, in ipso, cui præfuerat Monasterio humatum, iuxta fratrem suum B. Godegrandum: quod Diuinis subindè miraculis virtutibus, ab Hildebrando, Sagiensi Episcopo, timore persecutionis Normanicæ, in Tutiorem locum, cui *Montiacus* nomen, propè Syluanectum, medio clericorum choro Translatum est: vndè postea Cranium, ad Præfatum Monasteriolum Virginale reuectum; alterum etiam Brachiorum, cum vna ex costis, Lutetiam Parisiorum delatum fuit, vbi religiosè conditum seruatur in Collegiata ac Parœchiali Ecclesia, quam in huius honorem Virginis, maiorum religio ac pietas ædificauit. Cuius clerus & incolæ, hodiè ipsius Tutelaris gloriosè agunt solemnia: sicut & in Sagiensi vniuersa Diœcesi, festa eius Depositio ritu celebri, eadem die, peragitur ex auito more, & pia fidelium deuotione. Scribunt vitam eius S. Adelelmus 2. Sagiensis Episcopus, Surius, Renatus, Benedictus, Haræus, Doubletus, Foderetus, Ribadeneira, Gazetus, Andræas Vallensis, Simon Martinius, Gossetus, &c. Agunt de ea Breuiaria Antiqua, Sagiense, Parisiense, Beluacense; Canonicorum Regularium Ordin. S. Augustini; sanctimonialium Ordin Fontis Eberaldi, &c. hac die. Raulinus concionem 13. de ea edidit. De ea item. Molanus in Additionibus, & Annotationibus ad Vsuard. Wion in Martyrologio Benedictino. Menardus ibid. lib. 1. Obseruation. ad illud. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Sagium*, & in Catalogo SS. Generali, Saussayus in Martyrologio Gallicano, ead. die. Brulius lib. 3. Antiquit. Parisiens. in Ecclesia Collegiata & Parœchiali S. Opportunæ. Gallia Christiana, in Episcopis Sagiensib. *Des-Guerroys.* in sanctitate Christiana sæculo 8. ad ann. Christi 767. Bosius Tom. 2. part. 2. de signis Eccles. lib. 2. cap. 3. Poyreus Tractat. 3. Triplicis Coronæ Virgin. Deipar. cap. 13. numer. 5. pag. 475. Ioannes Suffrenus volumin. 1. Anni Christiani cap. 3. pag. 139. Beyerlinck Tom. 1. Theatri vitæ humanæ, verb. *Amuletum* pag. 400. Querecetanus lib. 7. Antiquitat. vrbium Galliæ cap. 6. Franciscus Arnulphus lib. 1. Comitior. cœlo euocatorum cap. 55. Vacquerius, in Enchiridio benè Morientium: & Fuga sæculi: & plures alij, Apud Nostram *Neustriam Sanctam*, hac die: sed his omnibus copiosior Nicolaus Gossetus, Almæ Facultatis Theologiæ Parisiens. Doctor, eximius, Capicerius, Canonicus & Parochus insignis Ecclesiæ Collegiatæ & Parœchialis ipsius S. Virginis Opportunæ, apud Lutetiam: cuius Amplam Historiam Latinogallicam, cum Annotationibus haud vulgaribus graui stylo, vir pius & eruditus prœlo dedit, ac publicauit anno 1654. Tum etiam hocce anno 1655. totum officium eiusdem S. Opportunæ, Virgin. Abbatiss. cum horis Canonicis & missa ac prosis proprijs in meliorem concentum redegit, cantandumque à pijs, fidelibusque populis recitandum porrexis. Quod quidem officium iam antea editum erat, Parisijs ann. 1627, apud Nicolaum Barbote, *via Marinault*, sub signo Virginis Mariæ.

S. *Senorinæ, Virgin.* [e]] Hæc Illustri loco, in Lusitania, nata, Patre Adolpho, Comite; vt primùm in §. 5. lucem edita est, Christo à parentibus offertur, simulque sapienti mulieri traditur, Godinæ nomine; cum qua tanquam sanctimonialis, diu in domo paterna vixit. Interim quidam nobilis Comes eam in coniugium appetijt: sed repulsam passus est, Siquidem Sancta Virgo, iam pridem Christum sibi in sponsum elegerat; quod videns pater, noluit eam cogere. Igitur Godina & S. Senorina, ante altare velum sacrum simul acceperunt. Lætatus Pater, Filiæ, tres Ecclesias, cum suis redditibus, ad condendum Monasterium sub Regula S. Benedicti, tradidit: cuius Godina prima fuit Abbatissa, cui post mortem, B. Senorina successit. Erat assidua in lectione piorum librorum, ex qua magnum fructum est consecuta. Chara fuit S. Rodesindo Episcopo, qui eam sæpè inuisebat. Claruit miraculis; obijtque hac die. Hanc commemorant Antonius D'Yeppes in Chronico Benedictino, centuria 5. in vita illius. Menardus in Martyrologio eiusdem Ordin. & lib. 1. Obseruation.

ad illud. Vasconcellus in Descriptione Regni Lusitani, vbi de Sacris Virginibus §. 14. hac die ann. 982. Bernardus Brito Tom. 2. Monarchiæ Lusitanæ lib. 7. cap. 25. sub fin. Eduardus Nonnius in Descriptione Portugall. cap. 51. Gaspar Statius in Antiquit. Portugall. cap. 4. Lupus in Martyrologio Lusitano & Ioannes Tamayo in Martyrologio Hispano, hac die, ex alijs multis.

§. 6. *S. Osvvenda, Virgin.* [f]] Soror erat S. Wolphelmi, Bruwilerensis Abbatis, floruit circa ann. 1050. De ea meminerunt Conradus Monachus in Actis ipsius S. VVolphelmi, apud Surium, hac die. cap. 20. VVion lib. 3. Ligni vitæ, in Appendice ad Martyrolog. Benedictin.

§. 7. *B Gabriela, Virgin.* [g]] Floruit hæc Virgo pijssima, circa ann. 1510. obijtque Alenconij, in Monasterio S. Claræ; cuius corpus post 17. annos ab eius funere, omniuo redolens atque integrum, & vlla absque corruptionis læsione apparuit. Vide Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud. Gonzagam, part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in præfato Monasterio, quod est 6. Prouinciæ Franc. Parisiens. Barezzum part. 4. Chronic. Minor. lib. 2, cap. 21. Valerianum de SS. Fœminis Ordin Minor. lib. 4. cap. 19. VVadinghum Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. 1497. §. 29.

§. 8. *B Antonia. vidua.* [h]] Hæc Princeps fœmina Leonoris Ducis de Longa Villa extitit filia, Caroli Gondyi Marchionis de Bella-insula, Ducis *de RetZ* primogeniti quondam coniux & vidua, ac Ducis de Reta posterioris mater; ob nobilitatem, & sanctissimæ vitæ ingentes virtutes, facilè primas tenet inter cæteras omnes fœminas Fuliensis instituti, sanctitate illustres. Nam & Francorum Regibus, sanguinis propinquitate coniuncta, adhuc iuuenis & formosissima, simulato habitu, vt ignoraretur, parentibus primo nescijs, & postmodum inuitis & indignantibus, Rege renitente, toto Senatu Tolosano reclamante; vitam hanc asperrimam professa est, post annuam probationem Tolosæ anno ætatis suæ 27. Christi verò 1601. Successu temporis Deo per sanctam sedem Apostolicam, ita disponente, facta est institutrix monialium Benedictinarum primæ Regulæ, sub nomine Congregationis B. Mariæ de Caluario, & S. Scholasticæ, à quo cognomen tulit, B. Antonia à Sancta Scholastica tum etiam, iussu Clementis 8 Summi Pontificis, Monasterij Fontisebraldi Reformationi impensè animum dedit: postremo Pictauiam veniens illic Monasterium fundauit, quo tandem vitæ sanctissimæ palæstra decursa, migrauit in cœlum anno 1618. cuius corpus exindè Tolosam allatum apud sanctimoniales Fullientinas tumulatum fuit. Ita Carolus à Sancta maria, in Catalogo Fuliensium sanctitate illustrium. Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die. Hilarion à Costa part. 1. vitar. & Elogior. Heroinar. Illustr. in ea die 25. April. Richeomus lib. 7. Idololatr. Huguenotor. cap. 16. Ludouicus Iacob in Bibliotheca fœminar. scientia Illustr. San-Marthani lib. 15. cap. 13. Histor. Genealogic. Domus Franc. Catelus lib. 2. Histor. Occitanæ, & alij non pauci.

NONO CALENDAS APRILIS.

MELITINE In Armenia, Passio Sanctæ [a] Alexandræ, Augustæ, vxoris Diocletiani Imperatoris; quæ ab eo, ob Christi Confessionem, primùm iussa est per capillos suspendi, & durissime cædi, tumque capite truncari: sed dùm in itinere, ad locum supplicij properat, paululùm consistens, in oratione Spiritum Deo reddidit. Corbiæ, apud Veromanduos Diœcesis Ambianensis, Sanctæ [b] Pusinnæ, Virginis: quæ tanto spiritus ardore, sponso cœlesti studuit complacere, vt carne nondum exuta, Beatarum Virginum, quæ in cœlo Agnum sequuntur, puritatem, & perfectum amorem æmulata sit. Pragæ in Bohemia, Beatæ [c] Mariæ, Virginis, Boleslai Regis filiæ: quæ confecto in Dei timore vitæ cursu, ad æternam meritorum euolauit remunerationem. Ebersperga, in Bauaria; Beatæ [d] Richardis, genere, pietate, & meritis bonorum operum celebris. Sandeciæ in Polonia, Beatæ [e] Iolentæ, Viduæ: quæ Boleslao pio, Calissio Duce, eius marito mortuo, Monasticam vitam apud Clarissas professa, virtutibus ac Regularis obseruantia plurimùm enituit, & sancto fine perrexit ad Dominum.

APRILIS XXIII.

§. 1. S*anctæ Alexandra, Augusta.* [a]] Istius Imperatricis conuersio, Agon, & confessio, circa ann. 280. describitur in Actis S. Georgij Martyris, hac die, apud Surium, ex Metaphraste cap. 9 & 21. item ex Pascrate cap. 14. 14. & 25. ibid. ac Petro de Natalib. lib. 4. Catalog. Sanctor. cap. 81. circa fin. Multi enim, videntes ea, quæ per ipsum S. Georgium Deus operabatur, sunt conuersi ad Christum: sed & Imperatrix Alexandra, veritatem agnouit, quam libere loqui incipientem Consul Magnentius (qui S. Georgium pœnis afficiebat) abduxit, ac priusquam de illa rem intelligeret Imperator, domum dimisit: interea Christi timorem in corde seruans, & fidem immobilem. Quæ tamen paulò post, cùm fidem Christi occultè apud se habere amplius non posset, celeriter prodijt, & ad Sancti Martyris genua procumbens, Christum verum Deum esse clara voce, constantique animo, confessa est: Imperatorem autem

grauissima

grauissima obiurgatione reprehendit: qui ira in eam excandescens, iussit eam amoueri, sententiamque mortis tulit: quæ cùm extra vrbem abducerentur, & prompto animo ad Brauium sibi exoptatissimum pergeret, labra mouens, & oculos in cœlum frequentissimè intendens; ad locum quendam venit, illicque, vt consisteret, petiuit: ibique super vestem sedens, & caput in genua, ad orationem reclinans, spiritum Deo reddidit, hac die.

§. 2. *S. Pusinna, Virg.* [b]] Ex pago Partensis agri, Catalaunensis Diœcesis, claris parentibus orta, patre videlicet, Signaro, matre Lutrude, à tenera ætate, florem suæ integritatis Christo dicauit: quæ post parentum obitum, in Monasterio sancti Mauritij, vici Balionensis, qui Corbiæ vicinus erat, velamen sacrum assumpsit, quo ingenti Dei amore, vitam duxit propè cœlestem: eoque igne Diuinæ dilectionis tandem consumpta, inter brachia & amplexus dilectissimæ sororis B. Lutrudis, Virginis, quæ extrema & officia redditum venerat, fœliciter expirauit. Hæc ex Molano in Addition. ad Vsuard. Ferrario in noua Topographia ad Martyrologium Roman verb. *Corbia*, & in Catalogo sanctor. VVione in Martyrologio Benedictino, Saussayo, in Martyrologio Gallicano, Simone Martino, hac die, post Legendam Auream. 2. part. Des-Guerroys. in sanctitate Christiana, sæculo 5. ad ann. 470. quo florebat. Actis S. Lutrudis Virg. apud Suriū 22. Septemb.

§. 3. *B. Mariæ, Virg.* [c]] Claruit ad ann. 986. iuxta Dubrauium, lib. 6. Rerum Bohemic. Ferrarium, in noua Topographia sup. verb. *Praga*, hac die.

§. 4. *B. Richardis.* [d]] Filia exitit Marquardi, Carantanorum principis filia, vxor autem Vdalrici Ebersperganis Dynastæ, fœmina si quæ fuit religiosissima, & numinis, omniumque Diuorum studiosissima cultrix, omnem vitam in pauperum subsidiis, & precibus, ædium sacrarum ornatu cœnobiorum auctu religiosorum veneratione, & bonorum operum exercitio consumpsit: quæ tandem à sanctissima Virgine Deipara, ad cœlos euocata, sexagenario maior hac die, ann. Christi 1013. migrauit. Sepulta in æde S. Sebastiani: vide Raderum part. 1. Bauariæ sanctæ, post Aventinum, Hundium, Lazium &c.

§. 5. *B. Iolentæ, viduæ.* [e]] Obiit ann. 1279. in Polonia, Boleslaos, *Pius*, (ita dictus, à piis operibus) Dux Calissiensium: qui Monasterium Gnesnæ S. Claræ, institutum professis construxit: à eo autem orbata marito, B. Iolenta, ad B. Kingam, sororem suam, Ducissam Poloniæ, etiam viduam, se contulit: à qua benignè suscepta, simul in veterem Sandeciam commigrarunt, ibique reliquum vitæ tempus in Monasterio S. Claræ, à se extructo, peregerunt. Vita itaque functa est B. Kinga, seu Kunigunda, anno 1292. De qua infra, ad 15. Septemb. Illic etiam debitum mortis exoluens. B. Iolenta, migrauit in cœlum: meritis & virtutibus gloriosa. Agunt de ea, Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum; Valerius, lib. 4. de SS. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 13. Cromerus lib. 9. & 10. Rerum Polonic. Tossinianus lib. 1 Histor Seraphic. Barrezzus. part. 4. Chronic. Minor. lib 2. cap. 9 Choppinus. li[illegible] Monastic. Titul. 2. §. 24. VVadinghus Tom. [illegible]. Annal. Minor. ad ann. 1279. §. 6. & seq. 1287. §. 5. Thilmans. Tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

OCTAVO CALENDAS MAII.

ILLICI in Hispania, Natalis Sanctæ [a] Coronæ, Virginis, Ordinis Benedictini, eximiæ perfectionis. Rhemis, Sanctarum [b] Bonæ & Dodæ, Virginum & Abbatissarum: quæ meritis religiosæ vitæ in Ordine Benedictino, & signis admirandis conspicuæ, animas cœlo emiserunt. In Oriente, Sanctæ [c] Elisabeth, Thaumaturgæ. Propè Coloniam, Beatæ item [d] Elisabeth, Ordinis Cistertiensis; quæ Christo fideliter deseruiens in terris, intra gaudium Domini meruit admitti in cœlis. Pisis, in Tuscia, Beatæ [e] Bonæ, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ: quæ vitæ asperitate, virtutum exercitio & miraculorum gloria, præclara refulsit. Fulginij, Beatæ [f] Gemmæ, Sulmonensis, viduæ, Clarissæ; genere, humilitate, & spiritus feruore illustris. Valentiæ in Hispania, Beatæ [g] Magdalenæ Angelicæ à Lorca, Tertiariæ Dominicanæ, virtutibus & signis admirandis gloriosæ. Panormi in Sicilia, Beatæ [h] Elisabeth [illegible]ispæ, Ordinis Sancti Francisci de Paula; quæ virtute abstinentiæ, castitate, obedientia, alijsque donis cœlestibus insigniter claruit.

APRILIS XXIV.

§. 1. SAncta Corona; Virg. [a]] Memoratur à Molano, hac die, in Additionibus ad Vsuard. Galesinio; & VVione in Martyrologio Benedictino, Ferrario, in Catalogo sanctor. general. ead. die. Ioanne Tamayo, in Martyrologio Hispano.

§. 2. *SS. Bonæ, &c. Virg.* [b]] Prior *Bona*, seu, *Benta*, dicitur: soror S. Baldrici Præsbyteri: quæ cùm à pueritia, Diuinæ benedictionis dotibus præfulgeret, à Sigeberto Rege Metensi, in filiam adoptata, Rhemis, eius munificentia, Monasterium Virginum construxit: quòd Beatus Niuardus, Rhemensis Archiepiscopus, illius deprecatione, Deo, in honorem sanctissimæ Deiparæ, Virginum Reginæ, ac sancti Petri, Apostolorum principis, consecrauit, *Bonamque* instituit sodalitij huius nouelli Virginum sacrarum Abbatissam. In quo munere obeundo, ipsa ieiuniis, & orationibus, sanctisque religiosæ disciplinæ studiis vacans, commissis sibi oui-

cultis, illustrarent Christianæ perfectionis iubar præfulsit. Altera vero S. *Doda*, eius neptis, cùm à teneris annis, in Dei fuisset amore ac timore, mundique fastus ac illecebræ contemptu, ab ea erudita, castitatis florem Deo, læta deuouit; nuptijsque carnalibus spretis, ad Monasterium præfatum aufugiens, se recepit. Vbi sic in vitæ religiosæ cultu, insignita euasit: vt amita sua ad cælos abeunte, pro meritorum gratia, omnium votis, ad Monasterij regimen vocata sit, & prouecta: vnde sicut lucerna supra candelabrum posita, mirificos splendores pietatis & castimoniæ, humilitatis, patientiæ, & charitatis edidit. Harum corpora, in Ecclesia extra muros tumulata, diu ibi quieuerunt; donec quibusdam reuelationibus præuijs, hinc in nouam Ecclesiam sunt delata; vbi continua Deo famulantium puellarum reuerentia, magisque assidua imitatione, honorantur. Florebant circa ann. 660 Agunt de eis. Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Molanus in Additionib. ad Vsuard. Gallesinius, & Fœlix, in suis Martyrologijs. Wion in Martyrologio Benedictino, & in Adiunctis ad illud item lib. 4. Ligni vitæ cap. 28. in Adiunctis. Menardus lib. 1. Obseruationum ad illud Martyrolog. Benedictin. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Rhemi*. Et in Catalogo Generali Sanctor. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die. Flodoardus lib. 4. Histor. Remens. cap. 38 & 44 Gazetus, & Renatus Benedictus, in vita earum. In Additis, ad calcem Tom. 3. Surius in Actis S. Balderici 16. Octob. Grisius, de Clericis Regularib. sect. 15. §. 3.

S. Elisabeth, Thaumaturga. [c] De ea meminerunt
§. 3. Græci in Menologio hac die, qui in Breuiario Romæ sub Papa Clemente VIII. edito, vitam illius admirandam referunt, *Thaumaturga* autem, ob miraculorum magnitudinem, & multitudinem, dicta est. Molanus in Additionib. ad Vsuard. & Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum eadem die.

B. Elisabeth, Cisterciens. [d] Cum magna opinione
§. 4. sanctitatis migrauit à sæculo, iuxta Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die; Manriquez, in Calendario Sanctur. Ordin. Cisterciens. Itemque Calendarium Gallicum, ead. die.

§. 5. *B. Bona, Virgin.* [e] Nata fuit Pisis in Ethruria, Hæc S. Virgo, Patre Bernardo, & Berta, Matre. Huic septenni Christus Dominus apparuisse, ac aliquot, præcepisse dicitur: vt scilicet sola decumberet, cilicium super nuda carne gestaret, Hierosolymam pergeret, & S. Iacobi corpus in Galæcia visitaret: quæ omnia executioni promptissimè mandauit. Ferunt illi, in æde S. Sepulchri oranti, Christum ter manus imposuisse capiti: eamque, cùm in deserto illo, in quo Dominus Iesus Christus, 40. diebus, & 40. noctibus ieiunauerat, totidem dies ieiunasset, ab eo annulo aureo donatam fuisse. Ter per hebdomadam, in pane & aqua ieiunabat, absque linteaminibus super stramine cubabat; reliquis diebus, solis leguminibus vescebatur, aqua ad potum adhibita. Cùm ex Hierosolymis, in Italiam reuerteretur, à Sarracenis capta, diuino carcere est mancipata: à quo postmodum liberata, perpetuò febre laborauit, victum tamen manibus sibi comparabat. In sacris litteris Diuinitùs erudita; secreta cordium, & futura quamplurima, Deo reuelante, cognoscebat. Charitate proximorum inflammata, multos à via perditionis ad viam salutis dirigebat: varijsque morbis laborantes vel solo crucis signo sanabat. Decies, semper ægra Templum S. Iacobi Apostoli in Hispania inuisisse fertur. Denique tot laboribus confecta, orans & psallens, læta migrauit ad sponsum, multis post mortem miraculis coruscans. Florebat circa tertia Ordinis Minor. exordia, ad ann. 1218. seu 1228. non verò anno 1208 nisi commutatis litteris, legatur an. 1280. Hanc commemorant Martyrologium Franciscan. hac die Annotationes ad ipsum. Brautius, in Martyrologio Poëtico. Syluanus Razzius, de SS. Hethruriæ. Ferrarius in Catalogo Generali Sanct. & in noua Topographia sup. verb. *Pisa*. ac in SS. Italiæ. Ex Monasterio Nostri Ordin. Bzouius Tom. 13. Annal. Eccles. ad ann. 1208 §. 8. ex Codice MS. Eccles. Pisanæ. Vghellus Tom. 3 Italiæ Sacræ in Archiepiscop. Pisanis sub 47. in fin.

B. Gemma, Vidua. [f] Sulmone, nobilibus exorta natalibus, nupsit Francisco Filiolo, ex quo duas filias §. 6.
peperit. BB. Margaritam & Claram. Orbata marito, Ordinis S. Augustini habitum, simul cum præfata Clara assumpsit, illicque religiosè vitam duxit, donec, oborta magna seditione in vrbe, exulare oportuit eam filiabus, & B. Alexandrina & Lisa, neptibus, Fulginiumque profectæ: vbi secundam Regulam S. Claræ, in Monasterio S. Luciæ professæ sunt. Illic autem sanctissimè vixit B. Gemma, perseuerando in continua oratione, contemplatione, & pœnitentia. Obijt hac die, an. 1435. Ita Martyrologium Franciscanum hac die, Annotationes ad illud. Tussinianus lib. 1. Histor. Seraphic. in 1. Ordin. Monial. Clarissar. Iacobillus in Sanctis Fulginat. ex Codic. MS. eiusd. Monasterij. Wadinghus Tom. 4. Annal. Minor ad ann. 1395. §. 1. & Tom. 5. ad ann. 1425. §. 23. & seq. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Ordin. Seraphic.

B. Magdalena, Tertiaria. [g] Hac die, anno 1580.
in cœlum abijt: cuius res præclaras describit Ioannes §. 7.
à Sancta Maria part. 2. vitar. SS. Ordin. Prædicat. lib. 1. ex Ioanne Gauastone, lib. 1. cap. 91.

B. Elisabeth. [h] Habitum Ordin. Minimor. Panormi sumpsit ann. 1535. quæ mira exemplaris vitæ §. 8.
obseruantia, & austeritate emicuit. ieiunabat quippe in aqua & pane, cilicio & disciplinis corpus edomabat. Charitate, benignitate, ac patientia redundabat; de nemine iudicabat, de omnibus benè sentiebat; obedientiam summè excolebat, silentium adamabat; humilitatem sectabatur, somni parcissima, orationi iugiter Intendebat: tandem ad cœlestem beatitudinem excessit, hac die, anno 1600. iuxta Ludouicum Dony-Attichium lib. 6. Histor. General. Ordin. Minimor. post alios. Lanouius in Chronico eiusd. Ordin. & in Appendic. ad illud.

SEPTIMO CALENDAS MAII.

OVETI in Hispania Tarraconensi, apud Monasterium Sancti Pelagij, Ordinis Benedictini, Sanctæ [a] Tarasiæ Reginæ, Virginis; quæ cunctis pro Christo ablegatis, viam sibi parauit in cœlum. Placentiæ Sanctæ [b] Franchæ, Virginis, Abbatissæ, Monastetii Sancti Syri, Ordinis Benedictini, postea Cistertiensis, genere, humilitate, patientia, ac miraculis, illustris. Firmi, in Marchia Anconitana, Beatæ [c] Hieremiæ, Clarissæ, Virginis: vitæ sanctitate spectabilis. Coloniæ, Beatæ [d] Plectrudis: quæ patientia, & meritorum prærogatiua emicuit. Tolosæ, Beatæ Annæ, viduæ, Tertiariæ Ordinis Minimorum, virtutibus ac sanctis operibus gloriosæ.

APRILIS XXV.

§. 1. *Sancta Tarasia, Regina.* [a]] Veremundi 2. Castelli Regis, filia erat; quæ, cùm per vim, à fratre, data esset Abdalæ Regi Arabum, in matrimonium; ipsaque Virginitatem Deo vouisset, eo operante, intacta domum remissa fuit: vnde postea, Ordini Benedictino nomen dedit; in quo Sanctissimè obijt anno 1039. Agunt de ea, Wion in Martyrologio Benedictino, & lib. 4. Ligni vitæ cap. 14. Ambrosius Morales, lib. 17. Historiar. Hispan. cap. 23. 38. 39. & 48. Vasæus in Chronico ad ann. 983. Baronius Tom. 11. Annalium Eccles. ad ann. 1010.

§. 2. *S. Francha, Virgin.* [b]] Francisca etiam noncupatur; Placentiæ nobili progenie Comitum *de Vidalta*, nata, anno 1175. pièque educata: vt Deo vocanti liberius inseruiret, parentes, septimum cùm nondum attigeret annum, rogare cœpit, vt se inter sacras Christi Virgines, vitam ducere sinerent; quorum voluntate, S. Syri Monasterium Ordinis Benedictini ingressa, anno 1182. mirificos in via Domini progressus habuit: Fuit enim orationibus dedita, in ieiunijs & vigilijs frequens; admirabili in iniurijs tolerandis patientia; cuius etiam sanctitatem Deus miracolis testatam fecit. Nam 14. ætatis suæ anno expleto, 1189. Deo per vota solemnia sacrata est ab Episcopo Diœcesano: interim Angelo ad eam de cœlo misso, qui velum illi imponeret. Ex tunc velut splendidissimum iubar, sic reliquas socias Virgines, in admirationem suarum virtutum adduxit, vt ann. 1198. decedente Britia Abbatissa (à qua habitum religionis susceperat) in eius locum, vnanimi omnium consensu, sufficeretur. Verùm, postea ab æmulis exosa reddita, patientissimè omnia tulit. Voluit tamen quietis & pacis amans, cedere, aut loco, aut præfecturę; & siuè hac sensibili occasione, siue arctioris vitæ amore flagrans, Genuam adire contendit, vt illic apud Monasterium Ordinis Cistertiensis, reliquum vitæ peragëret, vel rursus in patriam reuersa, eumdem Ordinem illic plantaret anno 1212. Videantur. Menardus in Martyrologio Benedictino, & lib. 2. Obseruation. ad illud. Henriquez in Menologio Cistertiensi, hac die. Breuiarium Cistertiense, editum ann. 1501. Calendarium item Cistertiense, & ad calcem Missalis Cistertiens. Bannes, Abbas in Catalogo Sanctor. Barnabas de Montalbo lib. 2. Chronic. cap. 40. & lib. 5. cap. 2. Robertus Rusca, in suo Compendio, Titul. *Moniales Sanctæ Ordinis Cistertiens.* Myræus in Chronica Cistertiensi, Manriquez Tom. 3. Annal. Cistertiens. ad ann. 1206. cap. 4. §. 8. & 1212. cap 8. ex Petro Maria Campi. post Rotlandum Monachum, Bzouius Tom. 13. Annal. Eccles. ad ann. 1218. §. 15. Odericus Raynaldus ibid. §. 36. Historia Monastic. Petri Ricordati. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Placentia.* & in Catalogo Generali Sanctor. ac in SS. Italiæ. hac die, ann. 1218. quo obijt: De ea officium Ecclesiasticum, Placentinę Ecclesiæ, Romæ Approbatum anno 1610. Canonisata à Gregorio X. Lucas Castellinus, in Catalogo SS. Canonisator. Vghellus Tom. 2. Italię Sacræ in Placentin. Episcopis.

B. Hieremia, Virgin. [c]] Hac die, abijt in cœlum, cùm esset nobili orta genere, & mirabili puritate, vitæque sanctitate, mundo illuxisset: vti copiosè refert Valerius lib. 2. de SS. Fœminis Ordin. Minor. cap. 48. Martyrologium Franciscanum, ead. die, & Annotationes ad illud. §. 3.

B. Plectrudis, vidua. [d]] Grimoaldo, Bauariæ & §. 4. Campanię Duce nata, nupta fuit Pippino Heristallo Duci Lotharingiæ, seu Austrasiorum: qui præfectus Palatio Regum fuit Francorum: geminos autem ex ea suscepit liberos, Drogonem, Ducem Campaniæ; & Grimoaldum; ipsa S. Swibertum Episcopum, maximè coluit; maximis autem agitata est molestijs & persecutionibus, ob Alpaidem, pellicem à marito super inductam: quare B. Plectrudis, vt vera sanctaque coniux ab illo secessit, & Coloniam se contulit, vbi in Palatij arce, quam capitolium hodièque vocant, habitauit, in cœnobium postea sacrarum Virginum ab illa versa: vbi tandem Beatæ vitæ cursum expleuit atque sepulta est. Illustribus Encomiorum laudibus colitur ab antiquis scriptoribus. Aimoinus nobilissimam & sapientissimam appellat fœminam; sanctam, fœlicem, gloriosam, illustrem, deuotam, Marcellinus, seu quisquis est author vitæ præfati S. Swiberti apud Surium 1. Martij. De ea agunt. Broschius in Brunone Batauorum apud Boios Episcopo. Hundius in Catalogo Episcop. Ratisponens. in S. Emmeranno. Raderus part. 2. Bauariæ Sanctæ, Schrotouinus, Velserus, & alij apud eum. Illius imago veneratur Batauis Boiorum in summa æde. Florebat ad ann. 717.

§. 5. *B. Anna, Vidua.* [e]] Nuncupabatur. Anna *de Tresbons Dariés.* Tertium Minimorum Ordinem professa: quam Aquitani non obscuro sanctitatis nomine celebrant. Matrimonio locata, quem à prima educatione cœperat pietatis sensum, coniugalibus virtutibus omnibus exaggerauit, adeò vt omnibus probitatis exemplum præferret. Soluta lege viri, tertium præfatum ordinem professa, sollicitius quæ Domini sunt cogitare, pietatem impensius colere, & bonis operibus ex integro vacare cœpit. In victu parca, in vestibus modesta, in alloquio grauis & rara, in conuersatione humilis & affabilis, in agendis prudentissima semper fuit. Contubernium cum alijs inierat eiusdem instituti sororibus, quę se modis omnibus ad perfectionis vitæ studium exercebant. Ipsa lineis abdicatis, laneam tantum interulam carni admouebat, in stramen solùm dormitura recumbebat vestes etiam induta; de nocte ad orationem clanculò surgens, & ad corporis verberationem. Et quidem facilè non fuerit exponere, quibus se macerationibus afficiebat. Correctricem sæpiùs egit Tertiariarum, quo etiam officio fungebatur, cùm viuis exempta est. Id virtuti eius delatum omnibus acceptissimum fuit. Mater pauperum, afflictorum, & destitutorum erat, quos in Xenodochijs, carceribus, priuatis domibus, perquirebat, vel apud se hospitio accipiebat: omnium necessitatibus, quantum licebat, largissimè prouidens, quam in rem non sua tantum omnia erogabat, sed seipsam impendebat, & superimpendebat, aliquando etiam cùm nihil haberet reliqui, se vadem constituit pro ijs, qui soluendo non essent, vt à potentioribus iuuarentur. In procuranda proximi salute, sedula, studiosa, & imperterrita fuit. Nihil enim verita hominum obmurmurationem & iniquas detractiones, perditæ vitæ, & abiectę libidinis puellas conueniebat, ad se recipiebat, de sua salute commonefaciebat & instruebat: quod ei mirabiliter aliquando successit. His alijsque virtutibus exornata, vltimam horam pręsentiens, Sacramentis munita, lecto accumbens, iunctis manibus, in oratione defixa, Beatam animam exhalauit: hac die; cuius corpus illatum est in commune Tertiariarum Sepulchrum, Tolosę, in cœnobio S. Rochi. Ita Lanouius in Chronico Generali Ordin. Minimor. ad ann. 1610. §. 13. & in Appendice 4. ad illud hac die.

SEXTO CALENDAS MAII.

AVXIMI in Picœno, Sanctæ [a] Exuperantiæ, Virginis & Martyris. Trecis item Sanctæ [b] Exuperantiæ, Virginis: quæ Diuinis rebus intenta, Christoque per amorem & charitatem adhærens, sancto fine quieuit. Senis in Tuscia, Depositio Beatæ [c] Aldobrandescæ, Virginis, Tertiariæ, Ordinis Humiliatorum, admirandæ virtutis & patientiæ coronis adornatæ. Apud Monasterium Longi-Campi, in Territorio Parisiensi, Beatæ [d] Blanchæ, Virginis, Clarissæ, Philippi Franciæ & Nauarræ Regis Filiæ; quæ summam generis nobilitatem vitæ sanctitate superauit. In Galatia, Apud Monasterium Sancti Christophori, Diœcesis Anastasiopolitanæ, Beatæ [e] Elpidiæ, Auiæ Sancti Theodori, Archimandritæ, Matronæ pientissimæ; quæ bonis operibus & spiritualibus mancipata exercitiis, fidelissimè Christo inseruiuit. Monriliæ in Hispania, Beatæ [f] Annæ à Cruce, viduæ, Clarissæ, fœminæ Illustrissimæ. quæ cunctis sæculi oblectamentis pro Christo spretis, soli Deo placere studuit, ac sancto fine quieuit. Toleti, Translatio Sanctæ [g] Leocadiæ, Virginis & Martyris ex Gillenensi Monasterio in Hannonia.

APRILIS XXVI.

§. 1. SAncta *Exuperantia, Virgin. Martyr.* [a]] Ita Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Auximum.* ex Tabulis Ecclesiæ Auximanæ: eius sacrum corpus seruari in æde Cathedrali Caietana testatur Vghellus Tom. 1. Italiæ Sacræ in Episcopis Caietan.

§. 2. *S. Exuperantia, Virgin.* [b]] De ea agunt Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Molanus in Additionib. ad Vsuard. Maurolycus in suo Martyrologio, Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Treca* Saussayus in Martyrologio Gallicano, *Des Guerrois* in sanctitate Christiana sæcul. 5. & 16. ex Martyrologio Monasterij S. Frodoberti, seu Monasterij Cellensis, Diœcesis Trecens. vbi sacræ habentur Reliquiæ ipsius, Simon Martinus, hac die.

§. 3. *B. Aldobrandesca, Virgin.* [c]] Hæc ex nobili Ponziorum genere, Senis, nata ann. 1245. die 28. Februarij: & postea Bindoni Bellanti, iuueni nobilissimo, matrimonio copulata; exemplo Annæ Prophetissæ, in perpetua Virginitate cum viro suo permansit; quo mortuo, habitum sanctæ religionis assumens, de manibus R. P. F. Accursij Tolomei; tanta religione vixit, vt & in vita, & post mortem multis claruerit miraculis Obiit anno 1310. hac die, & postridie, id est 29. Aprilis, in Ecclesia S. Thomæ, RR. PP. Ordinis Humiliatorum, digno honore sepulta est, sub altari S. Mariæ. Eleuata autem de terra anno 1489. mense Nouembri, cum multa miraculorum attestatione. Vitam eius conscripserunt, Gregorius, & Syluanus Razzius, lib. de vitis SS. Ethruriæ; VVion in Martyrologio Benedictino; Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die.

§. 4. *B. Blancha, Virgin.* [d]] Filia extitit Philippi 4. cognomento *Longi*, Regis Franciæ & Nauarræ, nata anno 1315. die 10. Ianuarii: Deo autem oblata in Monasterio Clarissarum Longi-Campi, ann. 1319. mense Februario. & professa, anno 1337. die 15. Maii velumque consecrationis ab Episcopo Parisienſ. accepit, anno 1345. in quo instituto sanctissimè perseuerauit, vsque ad ann. 1358. quo, hac die, plena virtutibus & meritis ad cœlos euolauit. Hæc ex Martyrologio Franciscano, hac die, & Annotationib. ad illud, Nicolao Gillio, Halliano lib. 13. Tillius in suis memorial. Dupleixo Tom. 2. Charrono cap. 157. &c. in Præfato Rege. Paradino ibid. in Affinitat. Franciæ & Nauarræ. Choppino lib. 1. de Sacra Politia Titul 3. §. 21. Roulliardo in vita B. Isabellæ à Francia, sororis S. Lodouici 9. Reg. Franc. cap. 19. vbi copiosè, ipsius B. Blanchæ eximias virtutes perstringit. Eius corpus piè humatú est apud ipsum Longi-Campi Monasterium, cor verò Lotetiam delatum, & in Ecclesia Fratrum Minorum depositum: vti testantur, Brulius in Antiquitatib. Parisienſ. Roulliardus sup. Gonzaga, part. 1. Origin. Seraphic. Religion. vbi de Conuentu Parisienſ. & VVadinghus Tom. 1. Annal Minor. ad ann. 1234. §. 23. cæteros omitto. Quos citamus in Præfatis nostris Annotationib.

†§. 5. *B. Elpidia, Matrona.* [e]] Florabat circa ano. 580. cuius præclara facta recensentur in Actis S. Theodori, Archimandritæ, 22 April. apud Metaphrastem, & Surium: cui ipse S. Theodorus curam Monasterii commiserat; ad eamque puellas, ab immundis spiritibus liberatas, vel vexatas, mittebat, vt earum curam haberet, & in sanctis institutis instrueret, si post curationem remanere vellent.

§. 6. *B. Anna, vidua.* [i]] Nascitur die 3. Maii, anno 1527. filia primogenita D. Roderici-Pontii Legionensis, Ducis de *Arcos*, in Hispania; quæ maior effecta, nupsit Petro, Marchioni *de Priego*; sed non propterea destitit ab itinere virtutis. Mortuo autem Marito, habitum Clarissarum suscepit ann. 1553. Iulii 22. in Monasterio Montiliano, quod est 16. Prouinciæ Carthaginenſ. vocataque est soror, Anna à Cruce, cum prius appellaretur D Anna Pontia, Legionensis, Comitissa *de Feria*. Primum perfectionis suę fundamentum in humilitate posuit: vnde à prælatis obtinuit, vt nec Domina nuncupari, nec in Abbatissam eligi ab aliis posset. Vilioribus Domus officiis læta occupabatur. Carnis mortificationi apprimè studebat, disciplinis, & aliis pœnitentiis, tum particularibus ac publicis, corpus castigans. Oratio eius erat assidua, & feruida, in qua, & donum habuit lachrymarum, & plures visitationes, ac reuelationes Diuinas cœlitùs excipiebat. Cætera eius egregia Acta libris quatuor complexus est Martinus de Roa, & Daça, part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 44. & seq Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum. Obiit autem sanctissimè in præfato Monasterio anno Christi 1601. ætatis suæ. 74.

§. 7. *Translatio S. Leocadiæ.* [k]] Ita Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Toletanæ. Ioannes Marietta lib. 4. de SS. Hispan. ann. 1587. Antonius Alegre, in Paradiso Carmelitiel decoris statu 5. ætat. 5. post Christum, cap. 55. Ioannes Tamayo in Martyrologio Hispano; hac die, celebratur authoritate Sixti V.

QVINTO CALENDAS MAII.

IN Pago Sagiensi, Sanctæ [a] Lanthildis, Abbatissæ, Ordinis Benedictini; quæ moribus exculta optimis, sanctimoniæ insignijs conspicua euasit. Apud Rumesciam Angliæ Monasterium, in Comitatu Southhantoniensi, Sanctæ [b] Meruinæ, Virginis, Primæ Abbatissæ, eiusdem instituti; quæ in omni genere virtutis consummata, ad aulæ cœlestis Beatas mansiones euolauit Lucæ in Tuscia, Sanctæ [c] Zitæ, Virginis: quæ cunctis ferè mortificationis operibus dedita, orationi ac contemplationi vacabat, necnon charitate in Deum & proximum flagrans, miraculis etiam quamplurimis extitit gloriosa. Mediolani, Beatarum [d] Virginum, Hieronymæ Seraphinæ & Angelæ Catharinæ, de Cercanis, Abbatissarum Clarissarum; quæ virtutum splendore huc vsque emicant. Eugubij Beatæ [e] Octauiæ Gambaccię, Tertiariæ Dominicanæ; quæ totius Innocentiæ, mortificationis & pietatis specimen euasit. Nouioduni, Translatio Sanctæ [f] Godobertæ, Virginis.

APRILIS XXVII.

†§. 1. S*Ancta Lanthildis, Abbatiss.* [a]] Hæc est illa præclara Christi Ancilla, quam S. Godegrandus, Sagiensis Episcopus, antequam quæreretur ad necem, inuisere voluit: vti habetur, in Actis S. Opportunæ, Virginis & Abbatissæ, per Adelelinum, Sagiensem Episcopum, apud Surium 22. April. cap. 8. *Quadam igitur die, cùm B. Godegrandus vellet Alemannicas cœnobium pergere, vt cum venerabili Lanthilde, sibi affinitate coniuncta, de Diuinis Sermonibus colloqueretur; dum transiret per Nonantium prædium, vidit eum filius Diaboli, &c.* Illic itaque S. Episcopus à perdito nebulone iugulatus est die 3. Septemb. anno 765. cuius corpus loco moueri non potuit, à Religiosis & fidelibus viris illicò accurrentibus. *Quo comperto* (ibid. cap. 9.) *Sancta Lanthildis, cum sanctimonialium agmine, acriter lugendo & flendo cœpit illuc pergere. Cui similiter contigit: nam nulla ratione corpus sanctum potuerunt de terra leuare. Relatio igitur tanti doloris, ad B Opportunam peruenit: quòd frater eius iniusta factione Grodoberti, iugulatus iaceret in terra, &*

à nullo posset indè leuari, &c. cui diuinitùs hæc omnia fuerant reuelata, propterea que id obtinuerat à Domino, vt corpus immobile sic permaneret, donec ipsa adesset: & dehinc proprijs vlnis, in Ecclesiam ad locum sepulchri deportaret. *Orabat Amita Sancta Lanthildis, vt corpus S. Godegrandi, Episcopi & Martyris, à terra eleuaretur, precabatur neptis B. Opportuna, ne corpus fratris moueretur. In ambabus erat sanctitas: sed in Domina nostra Opportuna feruebat charitas fraterna, &c.* Et paucis interiectis, cap. 10. *Inter acerbos dolores, & luctus varios, venerabilis Lanthildis. & omnes, qui aderant S. Opportunam mærentem dulcibus verbis consolari studebant, dicentes: cessa dilecta Deo Opportuna, desine iam Martyrem Christi, fratrem tuum flere, quem citissimè. sicut desideras, videbis cum Christo feliciter regnare, &c.*

§. 2. *S. Meruuina, Virgin. Abbatiss.* [b] Rex Anglorum, Pacificus Eadgarus, in Monasterio *Rumsey* (quod Auus suus Rex Eduardus Senior construxerat) sanctimoniales collocauit, sanctamque Meruuinam super eas Abbatissam constituit: vbi expleto vitæ Sanctæ decursu, sepulta est: pro vt testantur Rogerus Houedenus ad ann. 967. Florentius Wigorniensis & VVestmonasteriensis, eod. anno. Malmesburiensis lib. 2. de Gestis Pontific. Anglor. §. De Monasterijs VVintoniensis Diœcesis, Harpsfeldius in Historia Eccles. Anglic. sæcul. 10. cap. 8. VVion in Appendice ad Martyrologium Benedictinum lib. 3. ligni vitæ. Eduardus Maihew, Tom. 1. Trophæor. Congregation. Anglic. Ordin. Benedictin. ad Natales SS. hac die, Menardus in Martyrologio Benedictino, ead. die, & lib. 1. Obseruation. ad illud.

§. 3. *S. Zita, Virgin.* [c] Nascitur apud Montem Sacratum Lucanæ Diœcesis anno 1218. Patre Ioanne Lombardo, & matre, nomine Bonissima: & in vrbe Luca educata, apud Fatinellos ciues. Vix duodecimum annum attigerat, cùm pietati simul & labori operam ex animo dedit. Mirùm est, quanta demissione, modestia, simplicitate, patientia, sedulitate, & reliquis virtutibus, in ea domo, vniuersæ familiæ placuerit; ardenti in primis, erga pauperes charitate flagrabat; vt & sibi in vsum quotidianum concessa, detraheret, & à matre familias plurima emendicaret, quæ in egentes partiretur: quam illius benefaciendi promptitudinem pluribus miraculis illustrauit Deus. Porro, Virginitatem incontaminatam perpetuò conseruauit: cuius rei gratis, ieiunia ferè quotidiana protraxit; mollitiem lecti declinans, nudæ terræ decubabat, fune arctissimè latus cincta corpori illum inseruit, nudipes etiam in extremis frigoribus, ambulabat, orationibus dies noctesque vacabat, singulis noctibus, matutinis precibus in Ecclesia S. Fridiani interfuit, in contemplatione assiduè versabatur, & perennes riuos lacbrymarum effundebat, loca sacratiora frequentissimè magna cum spiritus contritione, & mentis eleuatione visitabat, inque illis opera pietatis exercebat: Quietis & solitudinis amans; iniuriarum patiens. penè vsque ad stuporem fuit: sacræ Confessionis, & Augustissimæ Eucharistiæ Sacramenta sæpius frequentabat. Tandem hac die, anno 1278. mortis debitû soluês cœlitibus adiuncta est, sepulta in cœnobij S. Frigidiani. Defunctæ Cadauer fragrantissimum odorem exhalauit, & medicum quendam liquorem omnibus infirmitatibus sanandis sudauit: incorruptumque, & quasi viuens estat, anno 1581. repertum est, cùm etiam multis miraculis claruerit, quod singulis annis. hac die, (concedente Leone X. eius festiuitas celebratur) referatur. Scribunt de ea Ioannes Federicus, & Syluanus Razzius, de SS. Ethruriæ, ac Cæsar Franciscus de SS. Lucanæ vrbis, in vita eius. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, & in noua Topographia, ad Martyrolog. Roman. verb. *Luca* ac in SS. Italiæ. Dantes Algierus, cantu 21. de inferno. Christophorus Landinus, eius Scholiastes ibid. Franciscus Alumnus in Fabrica mundi verb. *Sanctus.* *Bzouius* Tom. 13. Annal. Eccles. ad ann. 1278. §. 26. dicitur etiam *Zita, Sita, & Sitta.*

BB. Hieronyma, &c. Virgin. [d] Inter alias Virgines, quæ in Monasterio *de Vedano* (quod est 2. Prouinciæ Mediolanens.) floruerunt virtute conspicuæ, prostant hę Duę sorores, neptæ B. Michaëlis de Carcano, quas ipse hocce Religionis habitu donauit. Vtraque Abbatissæ munere functa, insignem suæ pietatis reliquit opinionem; quarum corpora peculiari sepulchro, vno condita loculo, habentur in veneratione. Ita Martyrologium Franciscanum hac die, Annotationes ad ipsum. VVadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1448. §. 43. ex MSS. Monimentis. §. 4.

B. Octauia, Tertiaria. [e] Ab infantia vsque ad fœlicem vitæ eius mira animi constantia Christo sponso inseruiuit; cuius corpus etiamnum perseuerat incorruptum. Florebat hoc vltimo sæculo: pro vt testatur capitulum generale Ordin. Prædicat. Romæ an. 1628. ex quo Ioannes à Sancta Maria part. 2. lib. 3. vitar. SS. eiusdem Ordinis. §. 5.

Translatio S. Godeberta, Virgin. [f] Scribit Saussayus in Martyrologio Gallicano; quòd 11. Aprilis facta sit Translatio prima ipsius Sanctæ Godobertæ, miraculis illustris, absque anni indigitatione. Tum ad 27. April. meminit alterius Translationis eiusdem: de qua etiam Wion agit in Martyrologio Benedictino, hac die. Porro hanc Translationem factam fuisse refert Demochares Tom. 2. de Missæ Sacrificio cap. 15. anno 1167. hac die, per Balduinum, Nouiodunens. Episcopum, ab altari Sancti Georgij, ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Virginis. §. 6.

QVARTO CALENDAS MAII.

MEDIOLANI, Sanctæ [a] Valeriæ, Martyris, coniugis sancti Vitalis Martyris. In Ægypto, Passio [b] Stephanæ, Virginis, quæ sub Diocletiano Imperatore, & Ariano Præside, pro Christo suspensa, & per latera discerpta, Martyrium compleuit: quam eius mater, capite mox truncata, sequuta est ad coronam. Alexandriæ, natalis sanctæ [c] Theodoræ, Virginis; quæ Idolis sacrificare contemnens, cùm esset in Lupanari tradita, repentè quidam ex fratribus, nomine Dydimus, miro Dei fauore, commutatis vestibus, illam eripuit, qui postea in persecutione Diocletiani, sub Eustratio præside, simul cum eadem percussa, simul coronatus est. Venetiis, Beatæ [d] Claræ, Venetæ, Virginis Clarissæ: cuius sanctitatem signis mirabilibus Deus glorificauit. Apud Catarum, Beatæ [e] Ozannæ à Cataro, Virginis Tertiariæ Dominicanæ, silentio, solitudine, contemplatione & virtutibus maximis exornatæ. Apud Laudunum Clauatum, Translatio sanctæ [f] Probæ Virginis, vnà cum corpore sanctæ Germanæ, Virginis, sororis eius.

APRILIS XXVIII.

§. 1. SAnctæ Valeriæ, *Martyris.* [a]] Hoius Martyrij Acta integra habentur cum rebus gestis, S. Vitalis Martyris, viri sui, quæ iunctæ sont Actis SS. Geruasij & Prothasij Martyrum, filiorum eius, ex Epistola, nomine S. Ambrosij, quam recitant Surius die 19. Iunij, Lippelous die 28. April. & Mombritius, Tom. 2. Præclarum itaque eius Encomium celebrat ipse B. Ambrosius, in hunc modum. *Valeria autem coniux eius, cùm vellet corpus S. Vitalis auferre, à Christianis prohibita est, & ab ipsis in visionibus sæpè admonita, ne sanctum corpus a malo homine benè positum violaret. Ipsa autem, cùm reuerteretur ad vrbem Mediolanensium, Idololatras Syluano sacrificantes incurrit: qui eam deponentes de Saumario, hortabantur secum epulari. At illa dicebat: Christiana sum: non licet mihi de Syluani vestri sacrificiis manducare. Illi verò hæc audientes, tanta eam cæde mactauerunt; vt vix semineceм eam sui homines ad Mediolanensem vrbem perducerent, ita vt intra triduum migraret ad Christum.* Quæquidem postea B. Petrus Damianus fusiori stylo, & eleganti oratione, protraxit. Sermon. de SS. Vitali & Valeria, apud Surium, hac die. sup. De eadem S. Valeria, agunt. Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom 2. Annal. Eccles. ad ann. 171. Mulanus in Additionibus & Annotationibus ad Vsuard. Ferrarius in noua Tupographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Mediolanum.* Vincentius Beluacensis, lib. 9. specul. Historial. cap. 50. Petrus de natalibus, lib. 4. Catalog. sanctor. cap. 96. Gazetus, Renatus Benedictus, & alii in vita eius, hac die. Panelrola in Thesauru vrbis Romæ, Regiune 2. Ecclesia 57. Exinde Raynaldus Coloniensis Archiepiscopus transtulit Culoniam corpus S. Valeriæ, ann. 1164. iuxta Robertum de monte in Appendice ad Sigebertum.

§. 2. *S. Stephana, Virg. Martyr.* [b]] Filia erat S. Nestorii Martyris, Virgoque pulcherrima quæ vnà cum ipso patre & matre edocta, ac conuersa ad Christum, per S. Paphoutium, Anachuretam & Martyrem: cùm esset annos decem & octo nata, ab Ariano præside, dirè cruciata est propter Christum, & dilacerata; sed matris hortatu egregiè roborata, mortem constantissimè subiuit: mater verò eius, vnà cum Nestorio Patre, mox iussa est obtruncari; sicque Martyrio completo; gloriosè in cœlum abierunt, ita Metaphrastes, apud Surium hac die, in Actis ipsius S. Paphnutii, cap. 10. & seq. circa ann. 180.

S. Theodora, Virg. Martyr. [c]] De ea agunt Beda, §. 3. Vsuardus, Ado, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 3. Annal. Eccles. ad an. 309. §. 33. Molanos in Aonotationib. ad Vsuard. Lippomanos, Surius, Lippelous, Renatus Benedictus, Fodereus, Gazetus, Ribadeneira, de Voragine, &c. hac die, in vita eius. Vincentius Beluacens. sup. lib. 13. cap. 41. Petrus de natalib. sup. cap. 97. Arnulphus, lib. 10. Comitior. general. cœlo euocatæ, cap. 18. Simon Martinus, hac die. Pancirula in Thesauru vrbis Romæ, Regione 4. Ecclesia 13.

B. Claræ, Virg. [d]] Floruit sanctitate & miracu- §. 4. lis, Venetiis, apud Monasterium S. Sepulchri, quòd est 13. Prouinciæ S. Antonii: cuius corpus in maxima veneratione; tum à furoribus, tum quoque à sæcularibus, habetur. Memoratur in Martyrologiu Franciscano, hac die, Annotationib. ad illud, Gonzaga part. 2. Origiu. Seraphic. Religion. in præfato Monasteriu.

B. Osannæ, Virg. [e]] Hac die, anno 1565. cœle- §. 5. stia petiuit, propè octuagenaria: cuius vitam prorsus admirandam describunt. Syluanus Razzius, Tom. 6. vit. sanctor. Lopetius, part. 4. lib 1. cap. 34. Ioannes Gaoastonus, lib. 2. cap. 61. Michael Pius, lib. 4. Ioannes à sancta Maria, part. 2. vitar. SS. & BB. Ordin. prædicat. lib. 3.

Translatio S. Probæ, Virg. [f]] Illius mentionem §. 6. fecerunt Molanus in Additionibus ad Vsuard & Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die: quibus Arnoldus Raissa, in Auctario ad natales SS. Belgii, Molani, videtur minus assentire; ex historia Belgica Gazæi: sic scribens. *In Gallia, natale sanctarum Probæ, Virginis, & Martyris, & Germanæ, Virginis:* Sciendum igitur, hoc ipso die, celebriter coli festum ipsius Herfordiæ in Westphalia; cuius indè corpus in Galliam translatum apud Laudunum

Clauatom, repositum quiescit; prout testantur Canisius in Martyrologio, Ferrarius in Catalogo generali sanctor. & Saussayus in supplemento Martyrologii Gallicani, hac die. Postea verò, ann. 1231. mense Septembri, leuatum fuit corpus eiusdem Beatissimæ Probæ, Virginis, ab Anselmo, Laudunensi Episcopo: Deinde anno 1389. feria 3. post Pentecostem, fuerunt corpora SS. Germanæ & Probæ, in Ecclesia de Scalis ostensa, multis præsentibus. Tum, alia quoque fuit inspectio anno 1533. die 18. Maii. Postremo, harum sanctarum corpora, Gallicorum Tumultuum tempore, ex vico præfato, (qui *Scals*, nominatur) inter Guisiam & Laudunum sito, ad Hennnacense sancti Augustini, cœnobium, tertio ferè milliari à Duaco, translata fuere, anno 1540. dono ac liberalitate illustris Herois, D. Adriani *de Croy*, ita Arnoldus sup.

TERTIO CALENDAS MAII.

CIRTHÆ in Numidia Natalis Sanctarum Martyrum, & Virginum Deo sacratarum [a] Tertullæ & Antoniæ, cum quibus passa est & quædam mulier cum suis geminis. Apud Valentiam in Hispania Tarraconensi, Sanctæ [b] Angelinæ, Virginis & Martyris. Apud Dononium Monasterium, in territorio Attrebatensi, Sanctæ [c] Auæ, Virginis, Abbatissæ, Ordinis Benedictini, quæ genere, & Diuinis obsequiis illustris, beatæ fœlicitatis gaudia est adepta. Romæ, Sanctæ [d] Catharinæ, Virginis Senensis, Tertiariæ Ordinis Dominicani, vita & miraculis claræ; quam Pius secundus in Sanctarum Virginum numero adscripsit. Antiquæ-Mellariæ, in territorio Cordubensi, Beatæ Mariæ à sancto Hieronymo, Abbatissæ, Virginis, Clarissæ, quæ cœlestibus exornata virtutibus, migrauit in cœlum.

APRILIS XXIX.

§. 1. *Sanctarum Virg. Martyr, Antonia. &c.* [a]] De his Beda, 3. Calendas Aprilis: Vsuardus autem, Ado, & Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. 262. Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Cirtha*, & *Cyrene*. Extant harum res gestæ vnà cum Actis SS. Mariani & Iacobi, Martyr. apud Surium & Lippeloum 30. April. Petrum de natalibus lib. 4. Catalog. sanctor. cap. 100. Simonem Martinum, hac die.

§. 2. *S. Angelina, Virgin. Martyr.* [b]] Memorator à Ferrario in Catalogo generali sanctor. hac die, ex Ioanne Marietta. lib. 4. de sanctis Hispaniæ.

§. 3. *S. Aua, Virg. Abbatiss.* [c]] Pipini Francor. Regis proneptis extitit; quæ cum cæca esset, ad sepulchrum B. Ragenfredis, sororis suæ, Abbatissæ Dononiensis, orans, visum accepit; quare vt gratam se testaretur, omnia prædia sua, seruos, & ancillas, medicæ suæ obtulit: seque ipsam Diuinis consecrauit obsequiis, in ipsomet Monasterio, haud procul à Valencenis, cui & præfuit 2. Abbatissa: quibus intenta, & Virginitatis decore, ac sanctitatis opibus micans, animam purissimam reddidit creatori. Hæc ex vetusto Dononii Martyrologio: Molano in Additionibus ad Vsuard. & in indiculo SS. Belgii, Ferrario, in noua Topographia sup. verb. *Dononium*, & in Catalogo sanctor. generali, hac die. Wione in Martyrologio Benedictino, Saussayo in Martyrologio Gallicano. Myræo in Fastis Belgic. eadem die.

§. 4. *S. Catharina, Virg.* [d]] Obiit sacra Virgo, anno 1380 canonisata à Pio 2. Papa, anno 1461. qui tunc in publico Consistorio, luculentam de ea habuit orationem: Acta eius scripserunt B. Raymundus, Capuanus. Ordinis prædicat. Magister generalis, eiusdem S. Virginis Confessarius: Ioannes Pius Tolosanus, Stephanus Conradus Senensis, Surius, Haræus, Lippelous, Foderetus, Doubletus, Ioannes Fennus, Ribadeneira, &c. hac die. De ea agunt Martyrologium Roman. ead. die, Baronius ibid. in notis, Molanus in Additionibus ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Sena*, & in SS. Italiæ. Additamentum ad Petrum de natalib. in Catalog. sanctor. cap. 7. Bergomas de claris mulieribus, cap. 154. & lib. 6. supplementi Chronicar. in vrbe Senensi. Trugillus in Thesauro Concionator. Tom. 2. hac die: Raysia in Auctario ad natales SS. Belgii Molani, sub 16. Martii. Ignatius Ioseph, libro 1. Histor. Eccles. Abbauillæ, cap. 61. Vacquerius in Enchiridio benè morientium post S. Antonin. 3. part. Chronic. Titul. 21. cap. 14. & seq. Bzouius Tom. 14. Annal. Eccles. ad ann. 1370. §. 16. & seq. & ann. 1375. §. 26. & 27. item Tom. 15. ad ann. 1380. §. 18. & seq. Bachotus in Fastis Christianis, Ludouicus Iacob. in Bibliotheca illustr. fœminar. & alii complures ab eo citati. De ciuitate Senensi oriunda erat: quæ in adolescentia sua, habitum de pœnitentia Ordinis S. Dominici assumens, ac scientia planè sanctorum, & miraculis crebris clarens, anno suæ ætatis 33. Romæ, diem clausit extremum, sepulta in Ecclesia sanctæ Mariæ super Mineruam, apud Patres Dominicanos, Gononus, in vitis SS. Patrum Occidentis.

§. 5. *B. Maria, Virg. Abbatiss.* [e]] Pœnitentiæ sic addicta erat, vt cilicium à se nunquam deposuerit, tantoque feruore animi orationi vacabat, quòd noctes etiam in ea consumeret. Morti vicina, vidit S. Vrsulam, Virginem & Martyrem, cum sociis, inuitantem se ad gloriam, ac paulò fœliciter expirauit. Vide Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud. Daçam. 4. part. Chronic. cap. 5. viuebat circa ann. 1590. sepulta autem iacet, in Monasterio Conceptionis B. Virginis Deiparæ, quod est 7. Prouinciæ Angelor.

PRIDIE

PRIDIE CALENDAS MAII.

FIRMI in Picœno, Sanctæ [a] Sophiæ, Virginis & Martyris. Iotro-Monasterio, in territorio Meldensi, S. [b] Sabinæ, Virginis, Ordinis Benedictini: quæ Angelicam puritatem adepta, & Diuinis assuefacta visionibus, ad gaudia cœlestia, festiuà properauit. Eodem die, in Carthusia Monialium, Diœcesis Lugdunensis, Beatæ [c] Margaritæ, Virginis, Priorissæ: quæ ob eximium Virginitatis decorem, Christo Domino admodùm dilecta fuit, & familiaris. In Gallia, Beatæ [d] Oildis, Virginis Cistertiensis Ordinis; quæ mentis & corporis maximâ nitens integritate, ad Liliorum cœlicorum hortum translata est coronarum. Mediolani, Beatæ [e] Fœlicis Besutæ, Virginis Clarissæ: oratione, charitate, atque pœnitentiæ operibus conspicuæ. Valentiæ, Beatæ [f] Paulæ, Virginis, Ordinis Carmelitarum Tertiariæ: paupertate, obedientia, & puritate admirabilis. Tridenti Natalis Sanctæ [g] Maxentiæ, viduæ, miraculis gloriosæ, Matris sancti Vigilij Episcopi & Martyris. Campi-Doni in territorio Constantiensi, Beatæ [h] Hildegardis, Reginæ Franciæ, meritis, ac piisoperibus clarissimæ. In territorio Rothomagensi, propè Vernonem, ad Sequanam, Depositio Beatæ [i] Rosemundæ, viduæ, insignis pietatis ac Religionis fœminæ. Loreæ in territorio Carthaginensi, Beatæ [l] Elisabethæ Pontiæ, viduæ, Minoritici Instituti Tertiariæ, vitæ sanctitate, ac Monastica obseruantia, signisque admirandis post obitum illustris. Trecis, Inuentio sanctæ [m] Hoyldis, Virginis.

APRILIS XXX.

§. 1. S*ancta Sophia, Virg. Martyr.* [a]] Ita Martyrologium Romanum hac die, Baronius ibid. in notis, ex Tabulis Ecclesiæ Firmanæ, vbi sacra eiusdem pignora condita, debito honore coluntur: Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Firmum*, & in SS. Italiæ.

§. 2. *S. Sabina, Virg.* [b]] Hæc in testimonium sanctimoniæ singularis, à Beatissima Virgine Deipara, sibi cum copioso Beatorum agmine apparente, de hora transitus S. Hugonis, Cluniacensis Abbatis, certior facta, eodem, quo obiit, momento, sodalibus indicauit, multisque charismatibus pollens, eum ad gloriam subsecuta est: vti refert Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die. Ex vita ipsius S. Hugonis, per Hugonem, monachum eiusdem Abbatiæ Cluniacens. apud Bibliothec. Cluniacens. & Surium, hac die, vbi: cap. 21. Hæc leguntur; *Sabina quoque, sanctimonialis Virgo, in Iotrensi Monasterio testimonij singularis, vidit matrem misericordiæ cum glorioso Beatorum agmine. Vidit & subsellium candidum decenter ornatum, agmini illi interesse; audiuitque, quia Hugo Cluniacensis, in eo debebat abire. Sabina visionem retulit, nec multò post nuntius venit, dicens migrasse sanctum, quem visio dicta signauerat abiturum.* Anno scilicet 1108. seu 1109. iuxta alios.

§. 3. *B. Margarita, Virg.* [c]] Illius meminit Saussayus, in supplemento Martyrologij Gallicani, hac die.

§. 4. *B. Oildis, Virg.* [d]] Virtutibus & signis illustris maximè euasit: De qua Henriquez in Menologio Cistertiensi. Manriquez in Calendario SS. ac BB. Ordinis Cistertiens. & Calendarium Gallicum: ac Saussayus, in Martyrologio Gallicano, hac die.

§. 5. *B. Fœlicis, Virg.* [e]] Hæc continuo cilicio, orationibus nocturnis, breui somno, erga infirmos charitate, exactaque disciplina regulari insigniter claruit. Memoratur apud Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. ex MSS. Monasterij Mediolanens. sanctæ Mariæ de Iesu, Wadinghum, Tom. 6. Annal. Minorum ad ann. 1456. §. 160.

B. Paula, Virg. [f]] Vocabatur hæc Christi sponsa B. Paola à *Villa-Franca*, quæ patria fuit Valentina, & in eadem vrbe, tertij Ordinis Carmelitani tesseram suscepit, anno 1599 quo ex tempore, pœnitentiæ operibus maximè dedita fuit: cilicio ferreis in modum crucis scalptis attexo, ad carnem vtebatur assiduè: nuda super nudam tabulam cubabat semper, insomnes in oratione noctes, plures transigebat, disciplinis vsque ad sanguinem, carnem afflictabat; tribus in hebdomada diebus, in pane & aqua ieiunabat; absinthio cibos aspergebat: obedientiam, paupertatem, & castitatem ad amussim exoluebat. Lectione sancta, & frequenti commonione, animam reficiebat. Valentiæ vitam finiuit, hac die, anno 1605. cum ingenti fama sanctitatis. Scribunt de ea Pintus, in vita Ioannis Sancij, Carmelitani, cap. 1-. Antonius Alegre, in paradiso Carmelitici decoris, statu 5. ætat. 18. post Christum, cap. 91. post Sarracenom in Catalog SS. ac BB. huiusce Ordin. §. 67. §. 6.

S. Maxentia, vidua. [g]] De ea, iam egimus sup. ad 10. Martii. Hac die, verò de eadem velut de natali ipsius, agit Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Tridentum*, & in Catalogo generali sanctor. ac in SS. Italiæ, Ioannes Tamayo in Martyrologio Hispano. Binarius item hac die. Commentar. ad Flauij Lucij Dextri Chronicon. sub ann. 419. §. 2. & Galesinius ead. die, in Martyrologio. §. 7.

§. 8. *B. Hildegardis, Reginæ.* [h]] Hanc Hildebrando Sueuorum Duce, & Regarda Heroina, domo Bauara, in monte Andecensi, qui in Boica, hodieque sanctorum religione & miraculis inclytus est, natam ferunt, anno 752. quæ nupsit Carolo magno Francorum Regi, nondum Cæsari: Ab incunabilis autem Christi doctrinarum ac præceptionum studiosissima, summo semper studio ægrotos inuisit, fouit, & verbo Dei consolata est; quin & partu laborantibus fœminis Imperatrix etiam adfuit, atque omnibus pauperibus largissima eleemosynarum largitione opem summam tulit. Fundatrix extitit Monasterij Campidonensis in confinibus Constantiensis & Augustani, Episcopatuum: quo meritis refertam obiisse volunt, ann. 783. hac die, hanc piam, & religiosam Reginam, adeòque sanctam venerantes: Raderus part. 2. Bauariæ sanctæ, Bruschius de Monasteriis Germaniæ. Crusius, & alij apud ipsum Raderum. ex Chronicis Mindensi, Andecensi, &c.

†§. 9. *B. Rosemunda.* [i]] Coniux extitit, Ioannis Dinastæ Vernouensis, ad Sequanam, viri tam religiosi, quàm fortis & illustris; Ipsa verò fœmina pientissima, singulari pudicitia, eximiaque deuotione, & charitate conspicua: quæ misericordiæ officiis, meruit esse mater sancti Adiutoris, ex strenuo milite religiosissimi eremitæ, & confessoris, (quò cum honoribus sacris, etiamnum eo in loco colitur) qui anno 1095. ad Bellum sacrum se accinxit, &c. Itaque hæc illustris Heroina, marito mortuo, & S. Adiutore, filio optimo, Diuinitus è manibus infidelium erepto, atque in patriam mirabili euentu, adducto; velum sacrum religionis, apud Monasterium Tyronis, in Pertica, assumpsit, & reliquum vitæ Deo consecrauit: tumque in cœlum abiens, corpus eius sepultum est in tumulo, iuxta filium suum, apud Varnonetum, in Capella S. Mariæ Magdalenæ: ad cuius inuocationem, complura cœlitùs elargiuntur populo beneficia. Ita Saussayus in Martyrologio Gallicano: hac die, vbi de S. Adiutore: & in Catalogo sanctor. Ioannes Therouda, in vita ipsius S. Adiutoris, Confessor. Simon Martinus in flore S. solitudin. ibid.

B. Elisabeth, viduæ. [l]] Per aliquot annos, ante-
§. 10. quam Iulius 2. ad Summum Pontificatum assumeretur, nobilis Matrona, B. Elisabeth, Pontia, vidua, ex morte viri relicta, empto à Lorci Senatu, sufficienti intra eius mœnia fundo, domum in Monasterij formam, sub titulo S. Annæ, ibidem curauit ædificandam, sumptoque simul cum BB. Francisca Pontia, atque Maria sanctia à Bœcia, sibi filiabus, Tertiariarum sororum Franciscanarum habitu, adeò se in omni virtutum genere: cum illis exercuit, vt maximam sanctitatis opinionem, apud omnes acquisierit: & plures B. P. Francisci instituto mancipandas ad se traxerit. Quo denique factum est, vt præfata domus in Monasterium euaserit, & ipsa B. Elisabetha, cum filiabus, sanctitatis norma Lorcanis factæ sint: earumque Reliquiæ aliquot Dæmoniacos ab immundis spiritibus, pluresque infirmos à diuersis languoribus, liberauerint. Huius rei fidelissimus testis esse poterit, Frater quidem Michael, laicus Minorita, qui ad corporis præfatæ B. Elisabethæ Pontiæ contactum, dùm aliò transferendum, honoris ac etiam deuotionis causa exhumaretur, ab hernià, cuius grauedine premebatur, liber euasit. Hæc attestantur, Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in prædicto Monasterio, quod est 13. Prouinciæ Carthaginens. Barrezzus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 30. ad ann. 1510. Valerianus de SS. Fœminis, Ordin. Minor. lib. 4. cap. 6.

Inuentio S. Hoyldis, Virg. [m]] Notandum, quòd §. 11.
S. Hoyldis maiora meritorum facinora, quæ consecuta sunt ad eius Tumulum, signa Diuina propalarunt, quibus sacrum eius corpus cœlitùs inuentum refertur hac die, ob quæ postea, (vt dicetur 17. Septemb.) ab Henrico Campaniæ Comite, Trecas transvectum, ad S. Stephani Basilicam, quam extruxerat pius princeps, anno 1171. miris Diuinæ virtutis coruscationibus refulsit. De qua Saussayus in Martyrologio Gallicano, ad 31. Martij & 30. April. in supplemento eiusd. Martyrologij. Ferrarius in Catalogo generali sanctor. hac die, Wion. in adiunctis ad Martyrologium Benedictin. Rapinæus in Annal. Eccles. Catalaunens. pag. 67. in vita S. Menecheldis. Renatus Benedictus, in vita sanctæ Hoyldis, quam dicit vixisse ann. 571. sed rectius 475. quippe, quæ ab Episcopo Catalaunensi S. Alpino, sacro capitis velo donata fit, anno 470. Des-Guerroys, in sanctitate Christiana, sæcul. 5. ad ann. 470. vult hac die; natalem eius coli.





MAIVS.

CALENDIS MAII.

OSCÆ in Hiſpania Tarraconenſi, Sanctæ [a] Patientiæ Martyris, Vxoris Sancti Orentii, genere ac fide illuſtris. Auenæ, Monaſterio in Territorio Cathalaunenſi, Sanctæ [b] Berthæ, Abbatiſſæ, & Martyris, Ordinis Benedictini; quam miraculorum gloria exornat. Bergomi, Sanctæ [c] Gratiæ, Virginis: vbi ſe viuere per beneficia oſtendit, quæ meritis eius poſcentibus Diuina maieſtas elargitur. In Ariaco Monaſterio, Ordinis Benedictini, Diœceſis Lingonenſis, Sanctæ [d] Marthæ, Virginis: quæ ſingulari pietate ac religione decorata, ſancto fine quieuit. In Brabantia, apud Monaſterium de Rameya, Diœceſis Louanienſis, Beatæ [e] Sapientiæ, Virginis, Ordinis Ciſtertienſis; Diuinis alloquiis, & viſionibus claræ. Apud Cantipratenſe cœnobium, iuxta Cameracum, Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini, Tranſitus Beatæ [f] Anonymæ, Virginis: quæ ad auditionem verbi Domini, dulci ſomno, obdormiuit in Chriſto. VVeſtmonaſterii, iuxta Londinum, Depoſitio Sanctæ [g] Mathildis, Reginæ Angliæ: pietate, humilitate, & charitate in pauperes, celebris. Veſuntione in Gallia, Beatæ [h] Anonymæ, viduæ: Clariſſæ: genere, & vitæ ſanctitate inſignis. In Territorio Trecenſi, propè Sezanienſe oppidum, Tranſlatio Sanctæ [i] Soteris, Virginis & Martyris. In Monaſterio Heidenheimenſi, Ordinis Sancti Benedictini, Diœceſis Eiſtetenſis, Canoniſatio & Eleuatio Sanctæ [l] VValburgæ Virginis, Abbatiſſæ. Gandaui in Monte-Blandinio, Tranſlatio corporis Sanctæ [m] Amalbergæ, Virginis, ex Tempſeca Villa ad Scaldam. Balneis in Romandiola, Tranſlatio Sanctæ Ioannæ, Ordinis Camaldulenſis. Marpurgi in Germania, Translatio Sanctæ Eliſabeth, viduæ, Tertiariæ Franciſcanæ, Andreæ Hungarorum Regis filiæ, tempore Gregorij Papæ noni. Sueſſione, veneratio Sanctæ [p] Reſtitutæ, Virginis & Martyris.

MAII PRIMA DIES.

ANNOTATIO.

a. 
ANCTÆ *Patientia, Martyris.* [a] Ex veteribus monimentis Eccleſiæ Oſcenſis, & proborum Authorum relatu, diſcimus hos parentes S. Laurentij, Martyris, toto orbe celeberrimi, oriundos eſſe ex vrbe Oſca, in Regno Aragoniæ, Claro genere illuſtres, ad diuites, atque ſanctitate, conſpicuos: nec non pro Chriſti fide paſſos: de quibus etiam prædicta Eccleſia officium celebrat: quorum nonnulli ignorantes Martyrium, de eis ſub confeſſorum Titulo feſtum celebrarunt. At conſtat Martyrio paſſos fuiſſe, anno Chriſti 246. in perſecutione Maximini & Gallieni. Agunt de eis: Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb *Oſca*, hac die, & in Catalogo generali ſanctor. ad 4. Maij, quem ſequitur Sauſſayus in ſupplemento Martyrolog. Gallicani. Præterea, de eiſdem S. Vincentius Ferrerius Sermon,

de S. Laurentio Martyre: Trugillus in Tom. 3. Thesauro concionator. 10. August. vbi de S. Laurentio. Villegas. in flore sanctor. Biuarius in Commentar. ad Pseudo Chronicon Dextri, ann. 246. numer. 1. Vasæus, Morales, Marietta, &c. Hispani scriptores.

§. 2. *S. Bertha, Abbatiss. Martyr.* [b]] Vxor erat S. Gunberti itidem Martyris, à quo ex Christi deuotione, mutuo consensu separata, prædictum Auenæ Monasterium, in loco, quem sibi designauerat Angelus, construxit. In quem, fontem duobus ferè milliaribus dissitum, vt orationis largiter fluentem deduxit. Priuigni denique ipsius, contra æstu auaritiæ insurgentes, ipsam interfecerunt, circa annum Christi 661. qui omnes in rabiem conuersi, teterrimo fine perierunt. Cuius sacrum corpus post ann. 100. integrum repertum, & miraculis coruscans, in æde S. Petri reconditum fuit: vti testantur Flodoardus, lib. 4. Histor. Rhemensis, cap. 47. Sigebertus in Chronico, ad ann. 661. Wion in Additionib. lib. 3. ad Martyrolog. Benedictin. Sanssayus in Martyrologio Gallicano. Ferrarius in Catalogo generali sanctor. hac die. Renatus Benedictus, Gazetus, &c. Foderetus, Binetus, Simon Martinus, in vita eius, Menardus, lib. 1. obseruation. ad Martyrolog. Benedictin. Gallia Christiana, in Auena, Abbatia. Grisus. de clericis Regularib. sect. 15. §. 4.

§. 3. *S. Grata, Virg.* [c]] Filia erat, Lupi Bergomensis Ducis, Virgo sanctissima. Florebat tempore Maximiani & Diocletiani Imperatori. Memoratur in Martyrologio Romano, hac die. Baronio ibid. in notis, ex Tabulis Ecclesiæ Bergomens. Ferrario in noua Topographia sup. verb. *Bergamum*, Molanus in Additionibus ad Vsuardum, Galesinius in suo Martyrologio ead. die. ac denique Ferrarius in Catalogo generali sanctor. qui velut sibi contrarius, vocat eam simpliciter, *Viduam*; Translationemque eius hac die celebrari: contra aliorum omnium sententiam: *Virginem* illam appellantium: quin & Philippus Bergomas, de claris mulieribus, cap. 113. ipsam *Matronam Virginem* nuncupat & lib. 6. supplement. Chronic. ad ann. 397. ante Christum, in ea vrbe. Nam quo ad eius Translationem agetur infra ad 25. Augusti.

§. 4. *S. Martha, Virg.* [d]] Sciendum, quòd cùm S. Amator, (postea Antissiodorens. Episcopus) à parentibus cogeretur, quandam Virginem desponsare, *Martham* nomine, annuere quidem his visus est. Cùm autem iam tempus adesset; quo inter se coniungi deberent, mutuis exhortationibus ad votum Virginitatis seruandum, se promouerunt. Adfuit mox Angelus, qui duabus coronis mirifico splendore ornatis, laudato proposito, ad perseuerantiam eos incitauit. Itaque puella B. Martha, Hilari animo, sacro velamine amicta, religiosoque more initiata, se in agro, cui nomen *Ariaco*, parentum suorum subiacenti Domanio, in Tractu Lingonensi, se Virginum sodalitati seadiunxit; sponso cœlesti deinceps puro famulatu seruitura. Vbi tandem Angelica puritate renitens, absque vlla ægritudine, diem extremum peregit. Hæc ex Actis S. Amatoris, Antissiodorens. Episcopi: apud Surium, Lippelaum, & alios, hac die. Saussayus in Martyrologio Gallicano, ead. die. Floruit ad ann. 410. Petrus de natalib. lib. 4. Catalog. SS. cap. 115.

§. 5. *B. Sapientia, Virg.* [e]] Agunt de ea, Henriquez in Menologio Cisterciensi, & in Liliis Cisterciensis Ordinis, Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, Gillemannus in Hagiologio sanctor. Brabantiæ, in vita B. Idæ, de Niuellis, eius amantissimæ, cap. 50

§. 6. *B. Anonyma Virg.* [f]] Memorabile illud de ea refert. B Thomas Cantipratanus, lib. 2. Apum. cap. 49. §. 2. loquens de Ioanne Polano, Canonico Regulari, in cœnobio de *Essoines* seu *Essonensi*, prope Corbolium, in agro Parisiensi, concionatore disertissimo. *Hic* (inquit) *iuxta Cameracensem vrbem, in Monasterio Religiosissimo, ac deuoto, Cantipratensi, in choro canonicorum Regularium, præsentibus Beghinis multis, cum populo, in Festo Apostolorum, Philippi & Iacobi, prædicabat: cumque illud verbum:* Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: *haberet in manibus, & illi crebris versationibus. miro modo, insisteret; Virgo quadam, Anicula, feruentissima spiritu, cæpit primo intra se fremere, præ nimio deuotionis ardore, & concuti omnibus membris suis. Sed cùm ter, aut quater, aliquandiu reprimeretur, circumsedentium pulsibus, sociarum, tandem, vbi prædicator inseparabilem mixturam exprimeret. quasi vini & aqua, animæ Beata cum Deo, spiritus eius, quasi mustum absque spiraculo, laguncul am cordis eius, cum valida effusione sanguinis & clamore disrupit, & in conspectu omnium expirauit. Ecce breuis in volatilibus Apis, qualiter ad prædicationis fauora tinnitum, gauisa est: nec se postea in ... ibus miscuit: quæ gaudium intrans Domini, innixa super dilectum, suauiter requiescit.*

§. 7. *S. Mathildis, Regina.* [g]] Filia erat Malcolmi, Scotorum Regis, & B Margaritæ, Reginæ: quæ teneræ adhuc ætatis virguncula, à matre in Angliam, ad materteram suam B. Christinam, (de qua infra ad 5. Decemb.) missa est, vt sub ea, in Monasterio piè institueretur; sicque sanctissimè educata, ingentibus refulsit virtutibus. Porro matrimonio fuisse iunctam constat, Henrico, scilicet, primo, Angliæ Regi, anno 1101. tum denique plena bonis operibus, migrauit, hac die, in cœlum, ann. 1118. crebris miraculis clara. Agunt de ea Mathæus Parisius, ad ann. 1101 1105. 1118. Post VVigorniensem, Huntindoniensem, & alios, apud Eduardum Maihew. Tom. 2. hac die, & Tom. 3. ad 5. Decemb. Trophæor. Congregation. Anglican. Benedictin. sed præcipuè in Addendis, ad calcem illius, Tom. 3. vbi complures citat Authores, de ea agentes. Dauid Camerarius, lib 3. De Scotorum pietate, & SS. Regni Scotiæ, cap. 4. April. 30. VVion. lib. 4. ligni vitæ. cap. 19. VVestmonasteriensis ann. 1118 Polydorus, lib. 11. Histor. Angl. sub. init. Quercetanus, ibid.

§. 8. *B Anonyma, vidua.* [h]] Comitissa erat Valentinensis, habitumque Religionis suscepit de manibus B. Colettæ, Virginis in Monasterio Vesuntino; vbi miris virtutibus refulsit. ita Martyrologium Franciscan. hac die. Annotationes ad illud. ex codice MS. Sororis Perrinæ, fol. 30. & seq. Abbauillæus Capucinus, lib. 2. Histor. Chronologic. B. Colettæ, Virg. Clarissæ. statu. 3. cap. 17.

§. 9. *Translatio S. Soteris, Virg. Martyr.* [i]] Celebratur, hac die, huiusmodi festiuitas, apud Monasterium Dominæ nostræ de Boscis, seu, Bricoliensis, iuxta Sezaniense, nobile oppidum, vbi sacræ eius asseruantur Reliquiæ, venerenturque ingenti fidelium populorum concursu; Teste N. Des-Guerroys, de sanctitate Christiana, sæculo 4. ad anu. 304. §. 7. & sæcul. 12. ad ann. 1104. §. 2.

§. 10. [l] *Eleuatio S. VValburga, Virg.* [l]] Dies natalis eius fit. sup.

fit. sup. 25. Februar. hac die, autem celebratur illius Canonisatio, ac prima eius Translatio, seu Eleuatio de terra; peracta circa ann. 870. per Orgarium, ceu Odogerum, Eystetensem Episcopum, consensu Hadriani 1. Papæ: quæ ita solemnis extitit, vt propterea, magna cum festiuitate, de S. VValpurga hodiè agatur memoria. Beda; Martyrologium Roman. Barouius ibid. in notis, & Tom. 9. Annal. Eccles. ad ann. 725. & 750. Molanus in Additionibus & Annotationibus ad Vsuard. & in indiculo SS. Belgij. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Eistetum*. Wion. in Martyrolog. Benedictino, & libro 4. Ligni vitæ. cap. 28. Myræus in Fastis Belgicis; Camerarius sup. Saussayus in Martyrolog. Gallicano, hac die, & sequenti. Acta eius vitæ scripserunt. VVillibaldus, Episcopus primus Eistetensis Episcopus. VVolphardus presbyter, Georgius Stengelius ex vetere MS. codice. Philippus Aichstatensis Episcopus; Canisius Tom. 4. Antiq. lection. Foderetus, Ricelius, Surius, Mosander, Hæræus, Lippelous, Ribadeneira, Gazetus, Simon Martinus, &c. hac die. Trithemius lib. 3. viror illustr. Ordin. Benedictin. cap. 250. Gratepolius. De Episcopis Germaniæ. Capgrauius in Legenda sanctor. Angliæ. Harpsfeldius in Historia Eccles. Angliæ. sæcul. 8. cap. 4. Democharez lib. 2. de sacrificio missæ. cap. 35. in Catalago Episcopor. Eistetens. Petrus Steuartius, in vita eius, notabili 7. Raderus. Tom. 3. Bauariæ sanctæ, Lucas Castellinus & Victonus, in Catalogo SS. Canonisator. Sed his omnibus copiosius Ioannes *l'Espagnol*, Doctor Theologus, Prior Benedictinus: qui Historiam & vitam cum Annotationibus, publici iuris fecit, lingua vulgari, scribens festum illius S. VValburgæ agi, hac die, (etiam in suo Prioratu Rhemensi, de Ipsius Virginis, nomine nuncupato;) quo tertio Translatio facta est ann. 1190.

§. 11. *Translatio S. Amalbergæ, Virg.* [m]] De ea Myræus in Fastis Belg. ad 10. iulij, & Sanderus in Hagiologio Flandr. meminit: constat ea Martyrologio Benedictino; VVione ibid. Saussayo in Martyrologio Gallicano, & Molano in Additionib. ad Vsuard. hac die: qui addit in indiculo SS. Belgii. Balduinum Ferreum, Flandriæ Comitem, sacrum eius corpus, anno 870. Gandauum transtulisse; vbi coniunctum est Reliquiis. S. Bertulphi; & quòd ciues Gandauenses (teste Massæo) vnà cum Guillelmo Tornacensi Episcopo, diem eius festum sibi instituerint, anno 1331.

§. 12. *Translatio S. Ioannæ.* [n]] Hac die peractam fuisse anno 1287. per Iacobum Castellanum, & Guillelmum Aretinum, Episcopos: referunt VVion in Martyrolog. Benedictino: Augustinus Florentinus part. 1 Histor. Camaldulens. lib. 3. cap. 21.

§. 13. *Translatio S. Elisabeth. viduæ.* [o]] Hæc celeberrima habita est: postquam ipsius S. Heroidis canonisatio completa est, ann. 1235. per Gregorium. 9. Pap. Mox enim rei fama per Alemaniam diuulgata, Siffridus, Moguntinus Archiantistes, anno sequenti, videlicet 1236. cum ingenti populorum gaudio, leuandis è sepulchro sanctissimis ossibus, diem 1. Maij constituit, citatis in simul aliarum Ecclesiarum præfectis. Quo die, incredibile dictu est, quanta Marpurgum multitudo conuenit vtriusque sexus, ordinum, & statuum diuersorum. Ex variis nempe nationibus populis & linguis, talis ac tanta ibi fuit multitudo collecta; qualis in Alemaniæ partibus, vno in loco, vix vnquam potuit, vel in futurum poterit, congregari. Eam ad duodecies centena millia peruenisse fertur. Oblationum verò tam abundans, & affluens copia erat: quæ non facile valuit æstimari. Præsentibus igitur Frederico 2. Imperatore, auream coronam sanctis Reliquiis dicante, Henrico quoque Landgrauio, illustri Thuringorum principe, vnà cum fratre suo Conrado, & matre Domina Sophia: Hermanno item filio B. Elisabethæ, & Sophia, eius filia, cum honorificentissimo inferiorum principum cœtu, Moguntino, Coloniensi, Treuerensi, ac Bremensi, Archiepiscopis; necnon aliis plurimis Templorum, cœnobiorumque præsulibus, effosso Tumulo, sanctissima leuantur ossa. Neque verò continuò, cæterorum cadauerum more, horrendi fœtoris exhalatio, sed tanquam reclusa pretiosissimorum aromatum theca, gratissimus odor egressus, omnium, qui aderant, & nares imbuit, & animas ingenti gaudio perfudit. Imposita mox capsæ plumbeæ, sigillis Episcoporum obsignatæ, per medium populi, inenarrabili desiderio præstolantis, magnificentissima pompa, circumferuntur. Postridiè, patefacta, iussu Pontificum, capsa, comperiuntur, (visu mirabile) benignissimæ miseratricis ossa, præter naturam; non parum olei exsudasse, guttasimque sub oculis, omni ea parte, eiectare: quo perlitis quorumvis infirmorum artubus, optata pro voto sanitas, tam velociter, quàm fœliciter conferebatur. Quare deinceps ad sacrum eius Tumulum, tantam fieri peregrinationem Prouinciarum omnium, per circuitum, ait ex Alberico, Chronicon magnum *Belgicum*, quanta ferè ad S. Iacobum Compostellæ. Acta huiusce Translationis commemorant. Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Theodoricus de Thuringis, cap. 12. Surius, & alij. in vita ipsius S. Elisabeth, infra, ad 19. Nouemb. Marcus Vlyssiponens. part. 1. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 17. Additiones ad Lambertum Schafnaburgens. ann. 1136. Trithemius in Chronica Hirsaugiens. Chronica Compendiosa, seu Compilatio Chronologic. Germaniæ. Siffridus lib. 2. Epitom. Histor. eod. anno Historia Landgrauior. cap. 47. Krantzius libro 7. Metropolis Saxoniæ. cap. 48. ann. 1236. VVadingus. Tom. 1. Annal. Minor ad ann. 1235. §. 3. Bzouius. Tom. 13. Annal. Eccles. ad ann. 1136. §. 15. Raderus Tom. 6. Bauariæ sanctæ.

Veneratio S. Restitutæ, Virg. Martyr. [p]] Memoratur à Saussayo, in Martyrologio Gallicano, hac §. 14. die: cuius corpus, in Arciensi Ecclesia eiusdem Suessionensis Diœcesis, fulgens miraculis quiescit: natalis verò festis Catholicæ Ecclesiæ pridem inscriptus, claret annuo cultu celebris 17. Maij. Vide Simonem Martin. sub. 17. Maij Porro miracula denuò illic edita prœlo publicata sunt Parisiis, ann. 1631. ex Typographia Reginaldi *Chaudiere*, via Iacobea, ad Scutum Florentiæ.

Q.

SEXTO NONAS MAII.

SANCTÆ Zoes, Martyris, Vxoris, Sancti Exuperij, Martyris, quæ sub Hadriano Imperatore passa est. In Hispania, Sanctæ [b] Oliuæ, Virginis & Martyris. Nicomediæ; Sanctæ [c] Flaminæ, Virginis & Martyris, sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, quæ meritis coram Deo præcelsa, fide plena, signis etiam, quibus eam propagaret, maximis refulsit. In Gallia, Passio Sanctarum [d] Virginum & Martyrum, Eluariæ, & Sponsariæ: quæ ad Christi confessionem sub Rictiouato præside, sunt iugulatæ. Apud Diuerniæ oppidum, Diœcesis Boloniensis, Sanctæ [e] Auiæ, Virginis & Martyris. Apud Monasterium Sancti Galli, in Territorio Constantiensi, Sanctæ [f] VVilberadæ, Virginis & Martyris. Alexandriæ, Beatæ [g] Anonymæ, Virginis præclaræ: quæ Sanctum Athanasium, Patriarcham fugientem læta suscepit, fouit, & mira pietate protexit. In Lusitania, Arouca Monasterio Ordinis Cisterciensis, Beatæ [h] Mafaldæ, Reginæ, Virginis, oratione, silentio, abstinentia, & signis post obitum admirandis conspicuæ. Asturicæ Augustæ in Hispania Tarraconensi, Beatæ [i] Mariæ-Alphonsi, Virginis Clarissæ: quæ singulari pietate & religione ita præluxit, vt miraculis compluribus, eius sanctitatis laudem Deus testatam fieri voluit. In Eischelo, Diœcesis Constantiensis pago, Memoria sanctæ [l] Cunegundis, Virginis. Viterbij. Inuentio, sanctæ [m] Fœlicissimæ, Virginis & Martyris. Merbecæ in Brabantia, Diœcesis Mechliniensis, Eleuatio corporum sanctæ [n] Berlendis, necnon Beatarum Celsæ, & Nonæ, Virginum.

MAII II.

§. 1. *Sancta Zoes, Martyr* [a]] Ita Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibidem in notis, Græci etiam in Menologio. Porrò Iustinianus Imperator erexit nobilem Ecclesiam, nomine sanctæ Zoæ, Martyris: de qua Procopius, lib. 1. de ædificiis ipsius Imperatoris.

§. 2. *S. Oliua, Virg. Martyr.* [b]] Memoratur à Ferrario, in Catalogo generali sanctorum hac die, ex Calendario, & Breuiario Ordinis sanctæ Mariæ de Mercede: De ea item, ibidem in notis ad duodecimum Maij.

§. 3. *S. Flamina, Virg. Martyr.* [c]] Virgo extitit miræ sanctitatis & castitatis, morbos curauit, egenos aluit, Balderio exoculato visum restituit: Cùm huiusce fama increbuisset, Eulalius Præses, Christianis infensissimus, ipsam ad se adduci iussit: tentatamque cùm nec precibus, nec minis, à fidei confessione dimouere posset, coniecit in vincula. At Virgo constantissimè carcerem & plagas pertulit. Quamobrem educta, cùm in ipso prætorio, gloriam Christi magnificentiori fidei præconio efferret: per ignominiam detonsa, demùm capitis abscissione, gloriosum Martyrium peregit: Cuius sacræ exuuiæ hinc in Aruernoiam transuectæ, atque *Danaiaci* repositæ: & natalem eius Claromonte in sancti Hilarij Ecclesia hodie insignent. præstiterunt: Hæc ex Actis eius. Ferrario sup. & Saussayo, in Martyrologio Gallicano, hac die. Simone Martinoeo d. die & Sauarone libro 2. Origin. Claromontan. §. 19.

SS. Eluaria, &c. Virg. Martyr. [d]] Sub Ludo- §. 4.
uico Crasso, Francorum Rege, Ancherus senior, Abbas 20. sancti Riquerij, Ordinis Benedictini, in agro Pontiuo, Diœces. Ambianens. anno 16. sui regiminis renouauit omnia feretra sanctar. Reliquiarum eiusd. cœnobij: in duobus autem horum reperit scriptum. *Corpora sanctarum Virginum & Martyrum Eluaria & Sponsaria: qua Martyrium subiere pro nomine Domini. Iesu Christi, sub Rictiouaro, die 2. Maij.* Ita Ignatius-Ioseph, libro 1. Histor. Eccles. Abbauillæ. cap. 82. Iacobus Malbrancque. Tom. 1. de Morinis. lib. 2. cap. 14. ex Centulensi Chronico. ann. Christi 1104.

S. Auia, Virg. Martyr.] Omnes norunt; quan- §. 5.
tæ secutæ sint Virgines sanctæ Vrsulæ, de qua 21. Octob. Ad *Bononiensem* portum Gallicum tempestate iactatam alteram earum nauim fuisse testimonio, est *Aurea*, seu *Auia*, puella, quæ illic è rate suum propè onus effundente profecta est, & ad littus euasit Bononicum. Excepta ab indigenis, sedem fixit in Morinis, in Sylua, cui *Diuernia* oppidum est conterminum, quatuor Bononia dissitum leucis: idque ad Romanam viam. Illic aliquot transegit annos, cum multa sanctimoniæ laude, donec alia rursum facta est incursatio hostium, qui Virginem egregiè suæ pudicitiæ & religionis castra tutantem exocularunt, capiteque plexerunt. Ita fert traditio Diuerniens. & adhuc prostant monimenta. Nam residuum est etiamnum sacrarium cum domicilio,

cilio, eius nomiol dictum, quod ab omoi æuo ab Anachoretis exeultum fuit. Habet & Lutetiæ Parisiorum insigne oratorium, in via de suo nomine vocata, vbi nunc Monasterium Vrselinarum. Vbi festum colitur. Dominica 1. mensis Maii, ita Renatus Benedictus, hac die, 2. Maij, in adiunctis vitis sanctor. ad 5. Tom. Brulius lib. 3. Antiquitat. Parisiens. in huiusmodi, Capella. Iacobus Malbrancque, lib. 1. de Morinis. cap. 50.

§. 6. *S. VVilberada, Virg. Martyr.* [f] Quandoque *VViberadas*, & *VViberada* reperitur nominata. Scribunt de ea Hermanous contrsctus in chrooico, ad ann. 925. qoo passa est ab Hungaris, irruentibus in Alemanoiam. Hæc namque pro Christi amore, sanctimonialis virgo extiterat, & ioclosa in cella per spatium decem annorum, die noctuque, orationibus, ieiuniis, ac vigiliis vacans, permanserat. Ad tantam verò gratiam Diuinæ contemplationis ascendit: vt spiritu prophetiæ illustrari meruerit, Hæc prædixit, Vldaricum Augustensem futurum Episcopum. Successu temporis, cùm Hoogari in Germaniam irruissent, & hunc locum ionasissent, inuenerunt eam cilicio indutam, & spiritum contribulatum Deo sacrificantem. Qui postquam ei omnem amictum, præter cilicium detraxerunt, tria vulnera in caput eius vibrarunt, & ita semineccem relinquerunt: quæ paulo post tota perfusa sanguine, Martyr Christi effecta, emisit spiritum: cuius corpus exindè postea eleuatum, & condigno honore ad Ecclesiam delatum, multis miraculis. illustratur. Epidannus Monachus, in vita eius G odalstus. Tom 1. part. 1l. Rerum Alemannicar. notis ad ipsum Hepidannum, libro 1. Gononus, lib. 2. vitar. patrum Occidentis, & in Appendice, ibidem. Surius in vita sancti Vldarici præfati 4. Iulij. Trithemius lib. 3. viror. illustr. Ordin. S. Benedicti, cap. 224. anno 920. Molaous in Additionib. ad Vsuard. Wion. in Martyrologio Benedictino. Ferrarius in Catalogo generali sanctor. hac die. Bosius. Tom. 2. de signis Eccles. libro 22. cap. 3.

§. 7. *B. Anonyma, Virg.* [g] Pietatis opera huiusce Virginis, Christi Ancillæ, sancto Athanasio magno, fuga & latebris salutem sibi quærenti, ob Arrianorum illum ad necem persequentium factiones vitandas, exhibita, in Domo sua delitescenti; recitant. Sozoemenus. lib. 5. cap. 5. Palladius, cap. 136. Histor. Lausiacæ. lib. 8. vitar. patrum, apud Rosweydum. item Heraclidis paradisus, cap. 11. in Appendice ad vitas patrum. ibid. & Simon Metaphrastes: in Actis S. Athanasij, apud Surium 2. Maij cap. 29. & 30. S. Antoninus part. 2. Chronic. Titul. 15. cap. 10. §. 4. Vincentius Beluacens. lib. 17. specul. Historial. cap. 93. Petrus de natalib. lib. 4. Catalog. SS. cap. 315. qui addit, ipsius sancti Athanasij persecutores, scientes ipsum ex eo loco aufugisse, huiusmodi Virginem ad mortem ceci-disse: non tamen tunc obiit, cùm septuagenaria maior vixerit, id est, plusquam 50. annis postea superstes.

§. 8. *S. Mafalda, Virg.* [h] Filia extitit Sanctij 1. Regis Lusitaniæ: nupserat Henrico 1. Regi Castellæ, sed ab eo separata, & Virgo permanens, Ordinem Cistertiensem apud Monasterium de Aroeca, professa est. Die ac nocte, orationi & meditationi vacabat; feriis 2. 4. & 6. pane solo & aqua reficiebatur: corpus suum asperrimo cilicio affligebat; strictissimè silentium seruabat: variisque signis ac miraculis, in vita & post obitum celebris, anno 1290. die 2. Maij, pro vt scribunt. Bernardus de Brito. Tom. 1. lib. 6. Chronic. cap. 55. Rodericus, Archiepiscopus Toletanus. lib. 9. Rerum Hispan. cap. 2. Chronicon Regis Sanctij, lib 3. cap. 5. Calendarium Gallicum, inter SS. Ordinis Cistertiens. Antonius Vasconcellus, in Descriptione Regni Lusitaniæ, ac sub Sanctio 1. Rege Lusitaniæ 1. §. 14. & 15. Henriquez in corona Cistertiensi, & in Menologio eiusd. Ordin. hac die, Manriquez in Laurea Euangelica, lib. 3. & Tom. 3. Annal. Cistertiens. ad ann. 1211. cap. 5. §. 4. & 5. Vaquerius in Enchiridio, bene morientium, anno 1290.

§. 9. *B. Maria, Virg.* [i] Hæc prima fundatrix, seu disciplinæ regularis magistra fuit eo in Monasterio, à discipulis sanctæ Claræ instructa: quæ obiit ano. 1347. & sepulta est in claostro: cuius corpus magna veneratione prosequuntur moniales, ob pleraque miracula, illius intercessione patrata, iuxtà Martyrologium Franciscanum hac die, Annotationes ad illud. Wadinghum. Tom. 3. Annal. Minor. ad ann. 1328. §. 32. post monimenta MSS. Prouinciæ sancti Iacobi, cuius Monasterium Asturicense, extat. 8.

§. 10. *Memoria Cunegundis, Virg.* [l] David Camerarius. lib. 3. de Scotorum pietate, & sanctis Regni Scotiæ. cap. 4 ad 16. Iulij. vult fuisse sociam sanctæ Vrsulæ, Virg. & Martyr. (Molanus verò, in Additionibus ad Vsuardum, hac die, nil tale habet, sed eam vocat tantummodo Virginem) post Hermanoum Fleien, Tractatu de S. Vrsula, ad calcem. Tom. 4. Lippeloo, de vitis sanctor. ex Epitome Histor. Basiliens. cap. 6.

§. 11. *Inuentio S. Felicissimæ, Virg. Martyr.* [m] Ita Ferrarius in Catalogo generali sanctor. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ S. Sixti, Viterbij.

§. 12. *Eleuatio corporum SS. Berlendis, &c.* [n] Prior S. Amandi Episcopi, neptis erat: trigesimo nonem anno Depositionis Eleuata est, vnà cum BB. Celsa & Nona, Virginibus, per Aubertum, Cameracensem Episcopum, apud Collegiatam Ecclesiam illius loci. Hæc ex Molano in Additionibus ad Vsuard. hac die, & in indiculo. SS. Belgij. Wion. in Martyrologio Benedictino; Ferrario sup. & Saussyo, in Martyrologio Gallicano. ead. die.

QVINTO NONAS MAII.

CONSTANTINOPOLI, Sanctæ [a] Antoninæ, Virginis & Martyris: quæ in persecutione Maximini, sub præside Festo, alapis cæsa & flagellis, ad lupanar damnata, & à Sancto Alexandro milite, qui pro ea ibi remanserat, mutato habitu, clam educta: cum eo postmodum iussa est torqueri, & ambo simul præcisis manibus, in ignem pro Christo iniecti, egregio peracto certamine, coronantur. In Thebayde, Sanctæ [b] Mauræ, Beati Timothei Martyris coniugis; quos Arianus præfectus, post multa tormenta, cruci iussit affigi: in qua nouem diebus viui pendentes, ac seipsos in fide roborantes, Martyrium consummarunt. Fulginij in Vmbria, Sanctæ [c] Messalinæ, Virginis & Martyris. Romæ, Sanctæ [d] Seuerinæ Augustæ, vxoris Aureliani Imperatoris: magnæ pietatis, ac religionis fœminæ. Veronæ, Commemoratio Sanctæ [e] Violæ, Virginis & Martyris. In Territorio Toletano, iuxta Cubam pagum, Beatæ [f] Ioannæ à Cruce, Virginis, Tertiariæ Minoridæ: quæ ob miras eius virtutes, Abbatissa electa, oratione, patientia, paupertate, ac vitæ austeritate, maximè floruit: quam Dominus spiritu prophetico, dono linguarum & gratia miraculorum, in vita ac post obitum, copiosissimè exornauit.

MAII III.

§. 1. SAncta Antonina, Virg. Martyr. [a]] Agunt de ea Martyrologium Romanum hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. 309. §. 34. Molanus in Additionibus ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Constantinopolis*. Surius, Lipomanus, Simon Martinus, Lippelous, Gazetus, &c. in vita eius, tertio Maij. Passa est enim 5. Nonas Maij. Hora nona, die Sabbatho, anno 312. sub Maximino Imperatore. Græci verò in Menologio ad 6. Idus Iunij: vbi rei gestæ historia fusiùs enarratur. Metaphrastes etiam, & Nicephorus, lib. 7. Histor. Ecclesiastic. cap. 13. licet nomina eorum taceat. Raderus. part. 1. viridarij sanctorum ad 10. Iunij. Eorum natalis celebratur Constantinopoli, vbi sanctæ & pretiosæ illorum Reliquiæ reconditæ sunt apud cœnobium Maximini; ex quibus multorum morborum curationes scaturiunt. Ex his meritò refellitur Biuarius, qui in Commentar. 2. ad Flauij Lucij Dextri pseudo chronicon; sub anno 300. & 285. contendit, (sed perperam) hos pro Christo passos esse in Olcadibus Hispaniæ Tarraconensis, vbi fuerant, ex oriente adductis: confundens omnia, absque vllo alio authore. Vide Pancirolam in Thesauro vrbis Romæ, Regione 4. Ecclesia 15.

§. 2. *S. Maura, Martyr.* [b] Ita Martyrologium Romanum hac die, Baronius ibidem in notis. Græci item, eadem die. in Menologio, & Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Thebais*. Simon Martinus, hac die.

§. 3. *S. Messalina, Virgin. Martyr.* [c]] Porphyrius Fœlicianus 59. Episcopus Fulginas. hoc sæculo ipsius sanctæ Messalinæ sepulchro in Cathedrali sua, quod iam olim tepore mortalium exoleuerat: cultum restituit, teste Vghello. Tom 1. Italiæ sacræ, in Episcopis Fulginat.

S. Seuerina, Augusta. [d]] Dicitur autem *Seuera*, & *Seuerina*; cuius meminit Ferrarius, in Catalogo generali sanctorum hac die, ex Petro Canisio, in suo Martyrologio Porro dicenda est Aureliani præfecti, seu iudicis vxor, postea Imperatoris: quæ Christiana facta, præstantis pietatis extitit fœmina, sepeliens Martyres, quos vir eius occiderat: vti (præter alios) via Nomentana S. Alexandrum Pap. in Actis eius 3. Maij, apud Surium, Lippeloum, &c. Baronium. Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. 132. §. 2. Petrum de natalibus. lib. 4. Catalogi sanctorum, cap. 118. postea, ipsa S. Seuerina induit se cilicio, & tamdiu iacuit ad limina sanctorum, quos ipsa sepelierat, donec ab oriente venisset. S. Sixtus Episcopus: à quo impetrauit, vt in eodem loco ordinaretur Episcopus, qui omni die, quæ sunt sancta martyribus celebraret. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 5. Ecclesia 5. §. 4.

Commemoratio S. Viola, Virg. Martyr. [e]] Hæc ex Tabulis Ecclesiæ Veroneni. Ferrario in Catalogo generali sanctorrum, hac die, & in Sanctis Italiæ. §. 5.

B. Ioanna, Virg. Abbatiss. [f]] Nascitur ann. 1481. in Diœcesi Toletana, ex parentibus honestis ac Christianis: quæ à iuuentute, eximia pulchritudine decorata fuit, sed virtute venustior. Puerilia namque fugiens ætatis: Christo sponso iam placere satagebat, Annos septem nata, matre orbata, cœpit pœnitentiæ operibus intendere. Abstinentiæ erat non vulgaris; semel tantum in die comedebat: in pane & aqua ieiunia obseruabat: imo, duobus aut tribus diebus etiam à cibo, omnino abstinebat. Cilicium deferebat ad carnem: disciplinis, vsque ad sanguinis effusionem, corpusculum edomabat, summè cupiens Monasticam vitã profiteri. Cùm igitur ann. 15. attigisset, §. 6.

ad

ad Monasterium Tertiariarum S. Mariæ de Cruce, 500. passibus à pago Coba, Toletanæ diœcesis, situm, (sibi enim sacra Virgo Deipara suaserat, vt se illuc Deo in posterum famulatura conferret) profecta est, sororesque cum lachrymis rogare cœpit, vt se in earum consortium admittere vellent; quæ tandem ab illis recepta, totius sanctitatis forma omnibus facta est: adeòque in omni virtutum genere profecit, vt facillimè suæ vocationis auctricem prodiderit, ac postea in Abbatissam electa fuerit: Demùm sanctissimè spiritum exhalauit, hac die, anno 1514. Eximias eius virtutes, gestaque prorsus stupenda, & miracula ingentia; referunt complures Authores. Qua de re, Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga. part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in BB 2. & 3. Ordin. Minor. item. part. 3. in præfato Monasterio de Cruce. quod est 12. Prouinc. Castellæ. Benedictus Coronatus cap. 19. vitæ S. Elzearij. Ferrarius sup. Saluator. vitalis in Chronica Seraphic. montis Aluernæ. pag. 89. Barrezaus. part 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 13. & 28. & seq. Marietta. lib. 19. Histor. Eccles. SS. Hispaniæ. cap. 20. & 21. Marianus. lib. 5. cap. 18. Elzearius lib. 3. sacri montis Oliueti. cap. 4. Daçi. part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 38. Valerianus de SS. Fœminis eiusd. Ordin. lib. 4. cap. 20. 21. 32. & seq. Salazar. lib. 7. Chronic. Prouinc. Castellæ, cap. 11. VVadinghus, Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1449. §. 62. Thielmans. Tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Galterius in Tabula Chronographic. sæcul. 16. in SS. & illustrib. viris. ex vita eius Lugduni edita, ann. 1621. cæteros lubens omitto. item Babardillus, libro de B. Ioannæ à Cruce Triumphis, carmine heroico, Madriti ann. 1611. Hispanicè edito. Ludouicus Iacob, in Bibliotheca illustr. fœminar. Foderetus in vita eius, hac die.

QVARTO NONAS MAII.

NICOMEDIÆ, Natalis Sanctæ [a] Antoniæ, Martyris: quæ nimium torta, & variis afflicta cruciatibus, altero brachio tribus diebus suspensa, & in carcere biennio detenta, ad vltimum, à Priscilliano Præside, in Confessione Domini, flammis exusta est. Tarsi, Sanctæ [b] Pelagiæ, Virginis; quæ sub Diocletiano, in bouem æneum candentem, inclusa, Martyrium compleuit. Anconæ in Picœno, Sanctæ [c] Annæ; quæ simul cum filio, Beato Cyriaco, sub Iuliano Apostata: Martyrij coronam accepit. Trecis, Sanctæ [d] Helenæ, Virginis; quæ Regali stirpe in Græcia nata, Diuinis actionibus splendores gratiæ, quam à cœlesti sponso acceperat, mirabiles exercuit. Illiturgi, in Territorio Giennensi, Beatæ [e] Claræ Serranæ, Virginis Clarissæ, religiosa humilitate insignis. Apud Ostia Tyberina, natalis Sanctæ [f] Monicæ, Matris Beati Augustini: cuius ille præclaram vitam in libro nono Confessionum, testatam reliquit. Lauriaci, apud Noricos, Beatæ [g] Valeriæ, Matronæ, Religiosissimæ, fide & pietate spectabilis. In Brabantia, Parco Monasterio, Ordinis Cistertiensis, primo lapide à Louanio, transitus Sanctæ [h] Catharinæ, quæ genere Iudæa, & à Beata Virgine Deipara, ad fidem vocata, interque huiusce loci Virgines cooptata, admirandis virtutibus & miraculis claruit. Ruremundæ in Belgio, Sanctæ [i] Herswindę, Abbatissę Thorensis: Ordinis Benedictini, eximiæ virtutis, ac perfectionis. Apud Ripatorium Cistertiensis, Ordinis Monasterium, in Territorio Tricassino, Beatæ [l] Ioannæ Reclusæ: vitæ asperitate & signis admirandis conspicuæ. In Territorio Gandauensi, propè Teneramundam, Beatæ [m] Ameliæ, Virginis, spiritu Prophetico insignis. Eodem die, Translatio Sanctæ [n] Franchildis, viduæ, Matris Beatæ Austreberthæ, Virginis Abbatissę.

MAII IV.

§. 1. *Sancta Antonia, Martyr.* [a]] Agunt de ea, Beda, Vsuardus, Ado, & Martyrologium Romanum hac die. Baronius ibidem in notis Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Nicomedia.* Vincentius Beluacensis, lib. 13. specul. Historial. cap. 41. Petrus de natalib. lib. 4. Catalog. sanctor. cap. 125. Græci autem 12. Iunij, in eorum Menologio, & Metaphrastes.

§. 2. *S. Pelagia, Virg. Martyr.* [b]] Hæc præclaro genere nata, Dei timore admodum excellens, & pulchritudine corporis valde renitens, à sancto Clinone Episcopo, edocta, & baptisata, miro fidei feruore, filij Diocletiani Imp. necnon, & ipsiusmet Cæsaris nuptias respuit: Christo sponso, vero sponso, & vnico Deo, sibi in amatorem assumpto; ex quo ira inflammatus Diocletianus, iussit eam torqueri, & Martyrio consumi: iuxta Martyrolog. Roman. hac die. Baronium ibid. in notis. Ferrarium sup. verb.

Tarsus. Græci etiam in Menologio. Metaphrastes, Lippomanus, Surius, Lippelous, Renatus Benedictus, &c. In Actis eius, ex quibus, Vaquerius in Enchirid o benè morientium, hac die, & Mulanus in Additionib. ad Molanum. Simon Martinus, in vita eius.

§. 3. *S. Anna, Martyr.* [e]] De ea scribunt Vincentius Beluacens. lib. 14. sup. cap. 40. Petrus de natalib. lib. 4. sup. cap. 120. Ferrarius sup. verb. *Hierosolyma*, in Catalogo generali sanctor. & in SS. Italiæ, hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Anconitanæ; Maurolycus & Gallesinius, ead. die, licet festum, die sequenti celebretur, ob natalem S. Cyriaci, Anconitani Episcopi, filij eius. Passa enim Hierosolymis, cùm loca sancta visitaret, vnà cum S. Cyriaco, filio: ad quem (dùm esset in tormentis) veniens ipsa Anna, mater eius, filium in Domino hortabatur. Quod Iulianus audiens, fecit eam teneri, & per capillos appensam vngulari, ac lampades ardentes eius lateribus apponi: quæ cùm vreretur, emisit spiritum: illicque sepulta est: exindè autem postea translata, Anconæ corpus eius asseruatur: vnà cum corpore eiusd. S. Cyriaci; operà B. Gallæ Placidiæ Augustæ, quæquidem in æde Cathedrali condendam, pro sua pietate, curauit: vti notat Ferdinandus Vghellus, Tom. 1. Italiæ sacræ in Episcop. Anconitan. Bergomas, lib. 9. supplementi Chronic. ad ann. 364. Schedel in Registro mundi, sexta ætate, fol. 131.

§. 4. *S. Helena, Virg.* [d]] Corinthi in Peloponneso, Regali ex genere nata; Martyrio tandem exitum fœlicem adepta, æterni Agni, pro merito charitatis & fidei, potità est consortio. Eius pretiosum corpus postea in Galliam adductum, Trecis in Cathedrali Ecclesia honorificè repositum est, ad quod venerandum hodie, ex tota Diœcesi confluit fidelis populus, pia admodum deuotione. Agunt de ea, Ferrarius in Catalogo sanctor. generali hac die, ex Tabulis Eccles. Trecensis, Saussayus in Martyrologio Gallicano. ead. die. Des-Guerroys, in sanctitate Christiana, sæcul. 13. ad ann. 1109. quo sacræ eius Reliquiæ Constantinopoli Trecas sunt aduectæ. Simon Martinus, hac die. Post Camusatum in Originib. Trecens.

§. 5. *B. Clara, Virg.* [e]] Anno 1541. decessit è vita in Monasterio S. Agnetis, (quod est 5. Prouinc. Granatensis) cuius anima visa est in cœlum ab Angelis efferri, decantato illo versiculo: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata;* Psal. 50. ℣. 9. ita Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud. Wadinghus. Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1430. §. 53.

§. 6. *S. Monica, vidua.* [f]] Huius præclaras res gestas indè à pueritia scripsit S. Augustinus, Beatæ Matris gloriosus filius, lib. 9. Confession. à cap. 8. vsque ad 14. & lib. cap. 8. ac lib. 6. cap. 12. Quæ hac ipsa die, obiit, post suauissima de Regno cœlesti colloquia, cùm ad ostia Tyberina consedissent, nauigaturi in Africam, ætatis suæ, anno 56. Christi verò, anno 389. De ea egerunt Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. & Tom. 4. Annal. Eccles. ad ann. 377. 384. 387. 388. Molanus in Additionibus & Annotationib. ad Vsuard. Ferrarius sup. in noua Topographia verb. *Ostia*. & in SS. Italiæ hac die. Bergomas. De claris mulierib. cap. 116. & lib. 7. supplementi Chronicor. ad ann. 390. Additio ad Petrum de natalibus sup. cap. 9. Trugillus. Tom. 3. Thesauri Concionator. hac die. Lippomanus, Surius, Lippelous, Foderetus, Renatus Benedictus, Gazetus, Ribadeneira, Ricelius, Hareus, Dubletus, Simon Martinus, Simplicianus, &c. in vita eius. Schedel. sexta mundi ætate, fol. 136. & Decretum. part. 2. veræ viduæ, pag. 587.

§. 7. *B. Valeria Matrona.* [g]] Florebat hæc Christi famula, Deo deuota, religione ac pietate eximia, ad ann. 292. quando S. Florianus Martyr, sub Diocletiano & Maximiano Imperator. in Anisum flumen præcipitatus, Martyr occubuit, hac die, cuius corpus iuxta reuelationem ab eo sibi factam, sepeliendum curauit, magna cum deuotione: ex Actis eius, apud Petrum de natalib. lib 4. sup. cap. 151. Surium, Lippeloum, &c.

§. 8. *S. Catharina.* [h]] Rachel prius vocabatur, sed in susceptione Baptismi, Catharinæ nomen accepit: quæ, hac die, post Angelicæ conuersationis decursum, in Ordine Cisterciensi, ad cœleste Beatorum domicilium euolauit. Factum referunt, Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, & in Appendic. ad illud. Raissa in Auctario ad natales sanctor. Belgij, Molani: qui die sequenti, de ea agit, ex Thoma Cantipratano, lib. 2. Apum. cap. 29. §. 10. & parte 1. natalis SS. Brabantiæ. Menardus in 2. Appendice ad Martyrol. Benedictinum. Myræus in Chronic. Cisterciens. Basilius Sanctorus. lib. 5. prati spiritual. cap. 26. Henricus Gran. in speculo exemplor. Robertus Rusca in compendio Bernardus de Brito. lib 5. Chronic. cap. 22. Henriquez in Menologio, hac die: Manriquez libro. 3. Laureæ Euangelicæ: & ante hos omnes. Cæsarius lib. 2. Historiar. memorabil. cap. 56.

§. 9. *B. Herswinda, Abbatissa.* [i]] Memoratur ab eod. Saussayo, in supplemento Martyrologij Gallic. & Ferrario in Catalog. sup.

§. 10. *B. Ioanna Reclusa.* [l]] Spatio 20. annorum reclusa, vixit in magna vitæ austeritate, silentio, solitudine, & orationibus, mundo incognita, Deo autem charissima; cuius sacrum corpus asseruatur in cœnobio de Ripatorio, *de Larriuour*, Ordinis Cisterciensis, duabus leucis ab vrbe Tricassina; vbi aduectum fuit, hac die, anno 1546. iuxta Nicolaum Des-Guerroys, in sanctitate Christiana, sæcul. 13. ad ann. 1245. & Manriquez Tom. 1. Annal. Cisterciens. ad ann. 1140. cap. 10. §. 9. illic quippe dicitur in die S. Iacobi ipsum corpus multis miraculis tunc claruisse.

§. 11. *B. Amelia, Virg.* [m]] Virgo hæc Swinekana, iuxta Teneramundam, inter alia, spiritu prophetico donata fuit: ait Harduynus in MS. sanctorum Flandriæ indiculo; ac Sanderus, in Hagiologio Flandr.

Translatio S. Franchildis, vidua. [n]] Huius insignis Christi ancillæ corpus, pridem sedente Balduino, Taruanensi Episcopo eleuatum circa ann. 1030. partimque in Ecclesia S. Mariæ Marcunensi, partim in Basilica S. Austreberthæ, apud Monasteriolum collocatum: per Nicolaum, Ebronensem Episcopum, Francisci Episcopi Ambianensis suffraganeum, totum in eadem capsula, ipsa in Ecclesia S. Austreberthæ reconditum est: vti refert, Saussayus in Martyrologio Gallicano hac die. & Iacobus Malbrancque, in Morinis. Tom. 1. lib. 3. cap. 34.

TERTIO NONAS MAII.

IN Sardinia veneratio Sanctarum [a] Virginum & Martyrum, Iustæ, Iustinæ, & Henediæ. Ephesi, Sanctæ [b] Hirenæ, Virginis & Martyris; sub Liciaio Imperatore, cuius erat filia. Romæ, Sanctæ [c] Crescentianæ, Martyris. In Territorio Petragoricensi, Sanctæ [d] Mundanæ, viduæ, Martyris: quæ Sancti Sacerdotis, Lemouicensis Episcopi, mater, cùm ad filij sepulchrum oraret, apud Argentaceum, à Barbaris, Gallias vastantibus impiè mactata, animam puro famulatu, Deo gratam, ad cœlestia tabernacula transmisit. Treceis in Gallia, natalis Sanctæ [e] Mastidiæ, Martyris, ac Virginis, Regiæ; quæ Christi ardore æstuans, plena fide & Religione, ad sedes Beatas euolauit. Veronæ, Sanctæ [f] Teuteriæ, Virginis: quæ miris virtutum splendoribus præluxit. Metis Sanctæ [g] VValdradæ, Virginis, Abbatissæ; miraculis & virtutibus maximis gloriosæ. Apud Brigense Monasterium Ordinis Benedictini, Diœcesis Meldensis, Beatæ [h] Sisintrudis, Virginis; quæ Angelis comitantibus in cœlum deducta est. In Anglia Sanctæ [i] Algiuæ, Reginæ, magna viræ sanctitate exornatæ. In Agro Louaniensi, Transitus Beatæ [l] Aleydis, primæ Abbatissæ Vallis-Ducis, Ordinis Cistertiensis, apud Syluam Merdaliam; ingenti pietate, & admiranda perfectione spectabilis. Palentiæ, Beatæ [m] Blanchæ Henriqueziæ, Virginis Clarissæ; quæ quantò magis, generis nobilitate, alias consocias moniales superaret, tantò profundiore humilitate, atque sanctitate, eos longè anteiret. In Territorio Bellouacensi, Eleuatio Beatarum Virginum & Martyrum, Mauræ & Brigidæ. Apud San-Maximinum Oppidum, Diœcesis Aquensis. Translatio Sanctæ [o] Mariæ Magdalenæ. Tuderti in Vmbria, Translatio [p] Sanctarum Virginum Romanæ & Dignæ.

MAII V.

§. 1. *SAnctarum Iusta, &c. Virgin. & Martyr.* [a]] Ita Ferrarius in Catalog. Generali Sanctor. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ S. Iustæ, (sic vrbecula quædam Sardiniæ apud Arboream nominatur) vbi corpora earum asseruantur. At in Martyrologio Roman. 14. die huiusce mens. vti inferius annotabimus, suo loco. Ambrosius de Salacar, in inuentario Generali Disquisition. Rerum Curiosior. Regnor. Hispan. cap. 5. de Sanctis Sardiniæ, illarum quidem meminit, (quas facit oriundas ex ciuitate Caleliensi) sed absque anni diei que indigitatione: quare dicendum venit, hac die, De eis memoriam agi; ad 14. diem verò, natalem celebrari.

§. 2. *S. Hirena, Virgin. Martyr.* [b]] Illius passionem circa ann. 316. Græci in Anthologio & Horologio multis referunt; Gallesinius, & Maurolycus, in suis Martyrologijs, ac Ferrarius sup. hac die, & in SS. Italiæ ex Tabulis Ecclesiæ Aletinæ, quæ illam vti patronem, & ciuem suam, vnà cum *S. Venera*. colit: vide Paulum Regg. lib. 1. de Sanctis Regni Neapolitan. At puto, corpus Aletium, cùm translatum fuisset, Aletinus, illius Historiam ignorantes, exindè suâ ciuê, eam esse credidisse; vti scitè notat Ferrarius: qui rursus, infra ad 16. Iulij. de eadem agit: sanè Petrus de Natalibus lib. 4. Catalog Sanctor. cap. 122. & Foderetus, in vita eius, egunt de ipsa, die præcedenti, scilicet 4. Maij quo sepulchrum intrauit: vnde crediderim, hac die, Martyrium eius commemorari, postea verò, mense Iulio, Translationem coli, quando illius sacrum corpus, Aletium in Salentinis aductum fuit: vbi ingenti veneratione colitur. Nuncupatur. *Catharina, Herma, & Hirena*.

S. Crescentiana, Martyr. [c]] De ea vetera MSS. item Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis: quo teste, erat olim Titulus Romæ S. Crescentianæ, cuius mentio habetur in Concilio 1. Romano, sub Symmacho Papa. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ. Regione 21. Ecclesia 19. *Crescentia* etiam dicitur à Ferrario in SS. Italiæ. §. 3.

S. Mundana, vidua, Martyr. [d]] Hæc Calabri, ceu Sarlati in finibus Caturcorû & Petrecoricensium, genere non ignobili nata; ac nuptui tradita, filium genuit, sanctissimum, nimirum, D. Sacerdotem, postea, Lemouicensem Episcopum, circa ann. 515. qui eam ad mundi contemptum suo exemplo pelliciens, ad perfectæ vitæ cultum, erogatis in pauperes & sacras ædes opibus adduxit: tam deníque mortem obiuit apud Argentacum, atque inibi sepulturam nactus est. Ad cuius Tumulum, dùm pro sua pietate, oraret, Martyrij lauream est adepta à furentibus Barbaris: & à Christianis sepulta propè eumdem locum, Ecclesiæ ibi ad suam memoriam ædificatæ, nomen suum venerabile indidit: vide Saussayum in Supplemento Martyrologij Gallicani. Simonem Martinum, hac die, in vita eius, & Decretum part. 2 veræ viduæ pag. 342. circa ann. 525. quo obijt. §. 4.

§. 5. *S. Mastidia, Virgin.* [e]] Regia virgo extitit, Trecacinis, Deo dicata, & in comparatione difficilis: cuius vitam tradunt virtutum copia fulsisse plenam, Renatus, Benedictus, in Additioo. ad Tom. 3. in ea, Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die. Des-Guerroys in sanctitate Christiana, sæcul. 1. §. 4. 5. & seq ad cuius sepolchrum orare consueuerat S. Maura Virgo, teste S. Prudentio Episcopo Trecens. in Encomio ipsius S. Mauræ.

§. 6. *S. Teuteria, Virgin.* [f]] Sic Ferrarius sup. & in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Verona.* hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Veronensis. Florebat circa ann. Christi 190. De ea fit mentio in vita S. Tuscæ, cuius fuit discipula, Angla natione, ea stirpe Regia progenita. Item in Libello D. Augustini Valerij Episcopi Cardinalis, de Sanctis Ecclesiæ Veronens. cuius corpus ibid. Tumulatum in Ecclesia postea, in eius, & Sanctæ Fuscæ, honorem extructa.

§. 7. *S. Waldrada, Virg. Abbatiss.* [g]] Fuit nobilissimo progenita sanguine, Monialis & Abbatissa S. Petri in vrbe Metensi, ab Eleutherio propinquo extructi, tempore Theodorici & Theodeberti Reg. Franc. Florebat ad ann. 600. Scribunt de ea Wion in Adiunctis ad Martyrolog. Benedictin. Menardus in Martyrologio Benedictino. Saussayus in Martyrologio Gallicano. Renatus Benedictus in vita eius, ex Legendarijs MSS. Metensibus. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & Simon Martinus, hac die. Meurisseus, lib. 2. Histor. Episcopor. Metens. sub Papulo 18. Episcopo.

§. 8. *S. Sisinrudis, Virgin.* [h]] Sanctimonialis extitit, sub Sancta Burgundofora, seu, Phara, Abbatissa, cellariæ officio fungens, cum omni humilitate, patientia, & charitate: quæ obitum suum præsciuit 40. ante diebus: quibus qua potuit deuotione, cum vigiliarum, orationum, & lachrymarum assiduitate, ad tempus illi cœlitùs reuelatum præparauit se: die verò 37. duo Angeli eam ad cœlum duxerunt; quæstans ante tribunal Dei, iussa est ad corpus reuerti, sed triduò post, ijdem Angeli venerunt, eamque in cœlum deduxerunt sorores verò ei iusta, soluentes, Angelos psallentes audierunt. Ex Iona, in vita S. Burgundoforæ, cap. 1. Surius ibid. 3 April. & Augustinus Coreat. ibid. cap. 32. & 43. hac die, quo in eadem Pharę-Monasterio agitur dies eius festus. Menardus in 2. Appendice, ad Martyrolog. Benedictin.

§. 9. *S. Algina, Regina.* [i]] Ita Ferrarius sup. ex Martyrologio Anglico, hac die, quo dixerim natalem eius celebrari; iterum autem de ea memoriam celebrari infra ad 30. Iunij, vbi plura sunt annotanda.

§. 10. *B. Alcydis, Abbatiss.* [l]] Præclara extitit hæc illustris Heroina: quam eximio laudat encomio B. Thomas Cantipratanus, lib. 2. Apum cap. 10. §. 8. *Vallis-Ducis, (inquit) in Brabantia Monasterium est, quod nobilis Dux Brabantiæ, Henricus, huius nominis secundus, Margareta filia sua, sub rigore Cisterciensis Ordinis, præparauit. Huius primam Abbatissam vidimus, nobilissimam Alcydem, quæ naturali ingenio, virtute, & gratia, clara fuit: &c.* Illius meminerunt. Philippus Sequinus lib. 3. SS. Ordin. Cisterciens. in ea Saussayus in Martyrologio Gallicano. Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die. Myræus in Chronico Cisterciens. ann. 1229. Manriquez Tom 3 Annal. Cisterciens. ad ann. 1212. cap. 10. §. 10. & Tom. 4. ad ann. 1133.

§. 11. *B. Blancha, Virgin.* [m]] Vixit apud Monasterium S. Claræ, Palentinæ vrbis, quod est 5. Prouinciæ Conceptionis in Hispania; in quo supra modum enituit. Fuerat namque soror vterina Alphonsi *Henriquez*, Castellæ Ammirantis, huiusce loci fundatoris, atque Fernandi 3. Castellæ Regis Auia; quę viliora Monasteria, licet tantis orta natalibus, adeò coluit, vt quamcumque aliam religiosam, humilitate longè superaret: obijt circa ann. 1544. Consule Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzagam part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in prædicto Monasterio, Barezzum part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 41. VVadinghum Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1373. §. 35. Valerium de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 36.

§. 12. *Eleuatio BB. Mauræ, &c. Virgin. Martyr.* [n]] Dominica 1. post Ascensionem, speciali celebritate illic recolitur hæc Eleuatio, facta iussu Vrbani 3 Pap. ab Archiepiscopo Remens. Coepiscopisque Beluacensi, & Sylnanectensi, qui munera spiritualia fidelibus, sacras ipsarum Reliquias deuotè visitantibus, ab hac die, vsque ad festum S. Ioannis Baptistæ, ex Thesauro Ecclesiæ impertierunt. Vide Saussayum in Martyrologio Gallicano, hac die.

§. 13. *Translatio S. Mariæ Magdalenæ* [o]] Cùm Carolus, Rex Siciliæ, ac Comes Prouinciæ, &c. perquirens corpus S. Magdalenæ, illud tandem reperisset in oratorio, in villa, ad Sanctum Maximinum nuncupata, anno 1289. decreuit ipsum honorificentius exindè anno sequenti, haberi. Quare, conuocatis, Narbonensi, Arelatensi. & Aquensi, Archiepiscopis, alijsque Episcopis, Abbatibus, & religiosis ac nobilibus suis, cum clero & populo, congregato, die ad hoc statuta, scilicet, tertio nonas Maij anno Domini 1290. Pontificatus Nicolai III. Pap. anno 3. & vltimo. Illud sacrum corpus leuatum est, & in capsa pretiosa, ad hoc auro, argento, & gemmis, pręparata, locatum. Caput verò in theca, ex auro puro introclusum. Quo in loco, idem Princeps, Conuentum pulcherrimum, cum Ecclesia pręgrandi, fratribus Prædicatoribus extruxit, anno 1295. in honorem ipsius S. Mariæ Magdalenę, & aliorum Sanctor. in eodem Oratorio quiescentium: vti testantur. Richardus Cluniacensis in Nicolao 3. Pap. Baronius sup. ad ann. Christi 1179. §. 19. & alij Superius à nobis citati 19. Martij sup. Dionysius in Triumpho S. Magdalenæ pag. 24. & 23.

§. 14. *Translatio SS. Romanæ, &c. Virgin.* [p]] Facta creditur hæc solemnitas anno Christi 1596. quam describit Ioannes Baptista Posseuinus; & ex eo Ferrarius in Catalogo Sanctorum, hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Tudertinæ, ac Ferdinandus Vghellus Tom. 1. part. 2. Italiæ illustratæ, in Episcopis Tudertinis sub Angelo Cæsio, 52. Episcopo, ex Catalogo MS. Tudertinor. præsulum: quo continetur: ipsum SS. Romanæ & Dignæ, Virginum corpora. in Templo S. Fortunati, illustriori sepulchro ære suo condito, solemni pompa transtulisse.

PRIDIE NONAS MAII.

AGANNII in Territorio Nouarienſi, Sanctæ [a] Panaceæ, Virginis & Martyris, quæ dum orationi intenderet, à Nouerca eſt occiſa. Ciuitatulæ, in inſula Maioricenſi, Natalis Beatæ [b] Agathæ Amarellæ, Virginis & Martyris, Clariſſæ, à Turcis, pro Chriſto iugulatæ. Ancyræ in Galatia, Sanctæ [c] Magnæ de Antino, Abbatiſſæ, mira ſapientia & ſanctitate inſignis. Romæ, Sanctæ [d] Benedictæ, Virginis ſanctimonialis, cuius meminit Beatus Gregorius Papa. Burgis in Hiſpania Tarraconenſi, Beatæ [e] Eliſabeth à Turre, Virginis, Clariſſæ, pietate admirandaque religione celebris; quæ plurimis exornata chariſmatibus, eo die migrauit in cœlum, quo ſibi à Domino fuerat antea reuelatum.

MAII VI.

§. 1. *SAncta Panacea, Virgin. Martyr.* [a]] Ita Ferrarius in Catal Gener. Sanctor. hac die, ex loci iſtius Monumentis; vbi præcipuè venerationem habet: & *Quarona* pago Diœceſ. Vercelleuſ. populis finitimis ad diem feſtum magna celebritate concurrentibus, ad primam menſis Maij. ſextam feriam; quo die natalis illius colitur: obijt anno 1363. à Nouerca interfecta, dùm oraret; cuius vitam & mortem refert Karulus, Nouarienſis Epiſcopus, lib. 1. ſuæ Nouariæ.

§. 2. *B. Agatha, Virgin. Martyr.* [b]] Cùm Turcæ irruiſſent in inſulam Mmoricenſem, Ciuitatulæ Monaſterium Virginum Clariſſarum combuſſeruut, & hanc Chriſti ſponſam B. Agatham, illis minimè aſſentientem, occideruut, reliquaſque ſorores, aut captiuas duxerunt, vel fugarunt, anno 1558. iuxta MSS. Monimenta, Gonzagam part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Prouincia Maioricarum, Daçam part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 49. ex proceſſu authentico Martyrologium Franciſcanum 6. Maij. Annotationes ibid. Wadinghum Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. Chriſti 1487. §. 43.

§. 3. *S. Magna, Abbatiſſa.* [c]] De ea hæc refert Palladius in Hiſtoria Lauſiaca, lib. 8. de vitis Patrum cap. 135. apud Roſweydum. *In Ciuitate Ancyra (inquit) ſunt multa quidem aliæ Virgines, nempe, ad decem millia, duo autem, vel plura, quæ exercentur, & in omni virtutis inſtitutione militant, omneſque temperantiæ legibus claræ & inſignes fœminæ, & diuinum certamen ſtudiu exequentes. Inter quas principatum obtinet, in pietate magna, honeſtiſſima fœmina, & probiſſima: quam neſcio, quid ſim nominaturus, Virginemne, an viduam. A matre enim vi viro coniuncta, cum tamen varijs ineſſans dilationibus, & corporis morbos prætexens, à corruptionis vitio integra, & integra permanſit, vt dicunt ijs qui neceſſarij. Cumque paulò poſt deceſſiſſet eius maritus, omnium ſimul facta eſt hæres vnica: & temporalibus deinceps commutans, æterna, ſeipſam totam Deo obtulit: ſummè curam gerens vitæ, quæ ſemper manet, ſuis famulis honeſtè imperans, agens vitam laborioſiſſimam, & plenam temperantiæ; in congreſſu tam ſincera, vt ipſum eius aſpectum revererentur etiam excellentiſſimi Epiſcopi, propter inſignem pietatem & religionem. Atque ipſa quidem ſupervacaneam, & nimiam opum materiam paupertatis igne conſumpſit: quæ autem ſupererant, ea conſtituit ad ſubminiſtrationem Monaſterijs, Ptochotrophijs, Xenodochijs, Eccleſijs, pauperibus tranſeuntibus, Epiſcopis, Orphanis, viduis, & omnibus egentibus ſuppeditans auxilium; non ceſſabat hilariter operari pietatem latenter, & per ſe, & per ſeruos fideliſſimos: ab Eccleſia non recedens, noctu maximè; in omnibus in virtute ſe exercens, propter ſpem, eius, quæ verè eſt vita.* Eadem referunt, Heraclidis Paradiſus cap. 55. in Appendice, ad vitas Patrum, apud Roſweydum, Antonius Alegre in Paradiſu Carmelitici Decoris, ſtatu 2. ætat. 6. poſt Chriſtum, cap. 148. ex Catalogu SS. Ordin. Carmelitar. apud Petrum Sarracenum §. 81. Florebat ad ann. 412.

S. Benedicta, Virgin. [d]] Agunt de ea Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibidem in notis poſt §. 4.
S. Gregorium 1. Papam, lib. 4. Dialogur. cap. 13. vbi agit de S. Galla obitu, quam D. Benedicta, poſt diem trigeſimum (vt S. Petrus Apoſtolus prædixerat) ſecuta eſt ad coronam. Illius meminerunt Wion in Martyrologio Benedictino; & Antonius Gallonius lib. de vitis SS. Virginum Romanar. Simon Martinus, hac die, Paucirola in Theſauro vrbis Romæ Regione 3. Eccleſia 5. & Regione 7. Eccleſia 7. Ferrarius in SS. Italiæ.

B. Eliſabeth à Turre, Virgin. [e]] Floruit circa ann. §. 5.
1510. apud Monaſterium S. Claræ Burgenſis vrbis, quod eſt 1. Prouinc. Burgenſ. quæ humilitatem, paupertatem, charitatem, atque cæteras virtutes diligentiſſimè, coluit, & ſanctiſſimè præſcia diei ſuę mortis, exceſſit è vita; cuius corpus honeſto reconditur tumulo. Ex Martyrulogio Franciſcano, hac die, Annotationib. ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Relig in prædicto Monaſterio. Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 14. ſub ann. 1524. Wadingho Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1118. §. 13. Valerio lib. 4. de SS. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 17.

NONIS MAII.

TARRACINÆ in Campania, Natalis Beatæ [a] Flauiæ Domitillæ, Virginis & Martyris: quæ cùm esset Flauij Clementis, Consulis, Sororis filia, & à Sancto Clemente Papa, sacro velamine consecrata, in persecutione Domitiani, ob testimonium Christi, cum alijs plurimis, in insulam Pontiam exilio deportata, longum ibi Martyrium duxit: nouissimè verò Tarracinam deducta & cùm doctrina & miraculis plurimos ad fidem Christi conuertisset, iussu judicis, incenso cubiculo, in quo simul cum suis Virginibus, Euphrosyna, & Theodora, morabatur, cursum gloriosi Martyrij consummauit. In Anglia, Sanctæ [b] Ezeleydis, Virginis. Patauiæ in Bauaria, Sanctæ [c] Gisalæ, Reginæ, Sancti Stephani Hungarorum Regis vxoris: quæ illum ad Christi fidem adduxit; post cuius obitum, sanctimonialis effecta, & Abbatissa Ordinis Benedictini electa, bonis ac sanctis operibus plena, migrauit ad Astra. Argensolij Diœcesis Suessionensis, Beatæ [d] Euphrosynæ, Abbatissæ, Ordinis Cistertiensis, morum grauitate, vitæque sanctitate conspicuæ. Mediolani, Beatæ [e] Angelæ-Fœlicis, Virginis Clarissæ; dono orationis & abstinentiæ insignis. Trecis Inuentio [f] ac Translatio Corporis Sanctæ Mastidiæ, Virginis & Martyris. Panormi in Sicilia, Translatio [g] Sanctæ Christinæ, Virginis & Martyris.

MAII VII.

§. 1. *Beata Flauia Domitilla, Virgin. Martyr.* [a]] De ipsa agunt Beda, Vsuardus, Ado, & Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 98. & 100. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Tarracina*, & in SS. Italiæ. Saussayus in Martyrologij Gallicani Supplemento, & in Catalogo Sanctor. Eusebius lib. 3. Histor. Eccles. cap. 14. & in Chronico anno 15. Domitiani Imperat. Nicephorus lib. 3. Histor. cap. 9. D. Hieronymus Epistol. 27. Vincentius Beluacens. lib. 10. Specul. Historial cap. 15. & 55. Schedel sexta mundi ætate fol. 108. Gallonius de Virginibus Romanis. Petrus de Natalibus lib. 4. Catalog. Sanctos. cap. 138. Bergomas lib. de claris mulieribus cap. 74. item lib. 8. Supplementi Chronicas. ad ann. Christi 90. VVestmonasteriensis ad an. 87. Galterius in Tabula Chronographica sæcul. 1. Antonius Alegre, in Paradiso Carmelitici decoris statu 2. ætat. 2. post Christum cap. 21. Extant eius Acta intexta vnà cum rebus gestis SS. Nerei & Achillei, Martyrum 12. Maij apud Surium, Lippeloum, Ribadeneiram; & Foderetum in vita eius, non Nouemb. 7. sed Maij 7. Eius sacrum corpus ex Diaconia S. Adriani, quo sub Gregorio IX. translatum fuerat, in suum pristinũ locum seductum est, sub Clemente VIII. Pap. anno Christi 1597. cuiusquidem ingens portio olim in Galliam allata, Lemouicis in cœnobio S. Augustini seuerenter asseruatur, signis & miraculis perpetim coruscans. Numeratur etiam inter SS. Tutelares Diœcesis Pictau. teste Saussayo, ad calcem Martyrolog. Gallicani. In exceptis è sacris Monimentis Eccles. Pictauiens. in fine. Grisius de Clericis Regularib. sect. 3. §. 8. Panrola in Thesauro vrbis Romę Regione 2. Ecclesia 41. & Regione 9. Eccles. 14.

§. 2. *S. Ezeleydis, Virgin.* [b]] Ita Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Martyrologio Canisij.

§. 3. *S. Gisala, Regina, Abbatiss.* [c]] S. Henrici Imp. soror, Sancti Emerici mater; Memoratur in Actis S. Stephani Regis Hungariæ, eius mariti, apud Surium 20. August. & S. Emerici 4. Nouemb. item apud Martyrologium Monasticum; & VVionem, in Adiunctis ad Martyrologium Benedictinum, lib. 3. Ligni vitæ, & lib. 4. in adiunctis ad cap. 14. Sigebertum in Chronico ad ann. 1010. Paulum Langium in Chronica Citizensi, ad ann. 1013. VVarnesum in Fasciculo tempor. sub ann. 994. Schedel sup. fol. 187. Ferrarium sup. hac die. Migrauit, hac die, in cœlum anno 1095. ex eius Epitaphio; apud Metropolim Salisburgensem. De ea item Bergomas. De claris mulierib. cap. 180. & lib. 12. Supplementi Chronicar. ad ann. Christi 1012. ab eo *Gilla* vocata: pietate, innocentia, benignitate, religione, gratia, atque hospitalitate, adeò insignis, sanctitate: vt in toto orbe ei non inueniretur tunc consimilis: ac cùm crebris post mortem claruerit miraculis, inter sanctas fuit relata. inquit ille. At Baronius Tom. 11. Annal. Eccles. ad ann. 1002. §. 9. & seq. Raderus verò in Bauaria pia ann. 1046. ex multis. Bonfinius Decad. 2. lib. 1. Crantzius lib. 4. cap. 29. rerum Saxon.

§. 4. *B. Euphrosina, Abbatiss.* [d]] Sacris virginibus pijssimè præfuit; & magna cum sanctitatis opinione, vitam cum morte fœliciter commutauit; de qua Henriquez in Menologio Cistertiensi, hac die; Manriquez in Calendario SS. ac BB. Ordinis Cistertiens. & Calendarium Diuione excusum.

§. 5. *B. Angela Fœlicis, Virgin.* [e]] *Parpaliona* cognominabatur: floruit in Monasterio S. Bernardini Mediolanens. (quod est 4. Prouinciæ Mediolanens.) virtutibus haud modicis. Perpetuò quippe à carnibus abstinuit; semel duntaxat in hebdomada manducabat, & leguminibus, vt plurimùm, vescebatur; semper hærebat

hærebat in choro, siue Ecclesia, sacris meditationibus intenta. Ita Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. VVadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1447. §. 92. ex Monimentis MSS.

§. 6. *Translatio S. Mastidiæ, Virgin. Martyr.* [f] Quandoque etiam nominatur *Mascidia*: illius corpus à Milone, Episcopo Trecensi, diu post fœlicem eius transitum, repertum est in sepulchro incorruptum, martyrijque indicio, nempe, purpurea collobio, conspicuum circa ann. 974. apud Ecclesiam Trecensem, quam vetustate collapsam, ipse Pius Pontifax restituit. Illius meminerunt Molanus in Additionib. ad Vsuard. Renatus Benedictus. In Addictis vitis Sanctor. hac die. Gallia Christiana. In Episcop. Trecens. sub 46. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. Saussayus in Martyrologio Gallicano ead. die. Des-Guerroys in sanctitate Christiana secul. 2. §. 10. 51. & seq. ex Authore Anonymo MS. vetusto, & Monimentis Ecclef. Trecens.

Translatio S. Christinæ, Virgin. Martyr [g] Ita Ferrarius sup. hac die. Ex Codice MS. & Tabulis Ecclesiæ Panormitanæ: dixerim tamen potius fieri memoriam harum Reliquiarum, ob earum aduentum forsitan, hac die exceptum; nam solemnitas huiusce Translationis celebrior habetur; infra ad 10. Maij. §. 7.

OCTAVO IDVS MAII.

IN Territorio Cathalaunensi, Sanctarum [a] Frandæ, Promptiæ, ac Possenæ: quæ Dei gratia repletæ, Domino iugiter famulari exoptarunt, ad cuius demùm conspectum gloriosum, pro laborum piorum munere, fœliciter transmigrarunt. Niuellæ in Brabantia, Diœcesis Namurcensis, Beatæ [b] Idubergæ, viduæ, magnæ sanctitatis fœminæ, Matris Sanctæ Gertrudis, Virginis. In Gallia, Beatæ [c] Anonymæ, Virginis; genere, patientia, pietate, ac Spiritu Prophetico, & charitate illustris. Surrigii in Burgundia, Beatæ [d] Mariæ à Corbya, Virginis; Clarissæ, eiusdem loci primæ Abbatissæ, quæ pro vitæ Sanctæ meritis immortalem consecuta est gloriam & honorem. Romæ Sanctæ Aglaes, nobilissimæ matronæ: quæ aliquando lapsa, sed facti pœnitens, per fructus dignos pœnitentiæ, veniam promeruit à Domino, miraculisque claruit. Glasconiæ, Beatæ [f] Chinedritæ, optimæ fœminæ, cuius animam filius eius, Sanctus Dunstanus, Cantuariensis Archiepiscopus, inter choros Angelorum in cœlis conspexit.

MAII VIII.

§. 1. SAnctarum Frandæ, &c. [a]] Non omninò certum est, ex qua Prouincia Galliam appulerint, Codex MS. Rhemensis; Sigebertus in Chronico, ann. 509. Maior. lib. 2. cap. 5. de Gestis Scotorum. Dauid Camerarius lib. 3. de Scotorum pietata, & Sanctis Regni Scotiæ cap. 4. hac die. Ex scotia transmisisse in Galliam, scribunt: alij verò, vti Flodoardus lib. 4. Histor. Rhemens. cap. 9. Surius & Saussayus in Martyrologio Gallicano; ex Hybernia soluisse contendunt: sed quicquid sit, constat ipsas, contempto nobilissimi sui generis stemmate, neglectis propinquorum affectibus, mundique spretis honoribus, traiecisse in Gallias, simul cum fratre earum S. Gibriano Præsbytero, & alijs; vt Christum nudæ sequerentur; sicque ad agrum Cathalaunensem aduolantes; illę, delecto sibi ad Matronam fluuium, loco apto, ad diuinis rebus vacandum, cum propria statione, propè locum, qui dicitur, *Cosla*: iste verò cum socijs, aliò diuersati, cœperunt omnes Christi obsequijs insistere: Florebant ann. 509. prioris, haud meminit Camerarius, sed tantum duarum posteriorum, quas reponit ad 3. Ianuarij.

§. 2. *B. Iduberga, vidua.* [b]] Coniux erat B. Pippini 1. Landensis, Dynastæ, seu Ducis Brabantiæ, & Domus Regiæ Francorum in Regno Austrasiæ Principis: mater verò B. Grimoaldi, SS. Gertrudis & Beggæ: ac item Soror SS. Modoaldi, & Seueræ. Post viri obitum B. Iduberga, cum S. Gertrude, filia, Virgine, postea Abbatissa, longè celeberrima, Niuellæ propriam domum commutauit in Monasterium hortatu S. Amandi Episcopi. qui & locum consecrauit & matrem cum filia velauit. Aggregato deindè ibidem cœtu Deo seruientiū mulierum: Beata Iduberga, facta omnibus humilitatis & obedientiæ exemplum, placido fine, an. 662. à Christo glorificanda, obdormiuit, sexagenaria. Commemorationis B. Itæ, seu Idubergæ, hodiè festum solemniter agitur, iuxta Molanum in Additionib. ad Vsuardum, & in indiculo SS. Belgij. Myræum in Fastis Belgicis, Saussayum in Martyrologio Gallicano; Ferrarium in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Niuegella*. Et in Catalogo Generali Sanctor. Martij & Maij 8. de eadem mentio habetur in Actis S. Gertrudis, Virginis 17. Martij, & S. Modoaldi, Treuirensis Archiepiscopi 12. Maij, apud Surium, & Lippeloum, &c. VVion in Martyrologio Benedictino, hac die. Trithemius lib. 3. viror. Illustr. Ordin Benedictini cap. 110. Baronius Tom. 8. Annal. Ecclef. ad ann. 664. Franciscus da Rosieres, Tom. 4. stemmat. Lotharing. fol. 257. Rinaldus part 5. Liliorum Galliæ Sanctæ, cap. 3. in ea. Chapeauillus Tom. 1. Histor. Leodiens. in Annotationibus ad Harigerum, de Episcopis Leodiens. cap. 41. & 54. Vincentius Beluacens. lib. 23. Histor. Specul cap. 107. Sigebertus in Chronic ad an. 650. & 658. Grisius de Clericis Regularib. sect. 15. §. 2. Dinæus lib. 1. Rerum Brabantin. cap. 5. & lib. 3.

§. 3. *B. Anonyma, Virg.* [c]] Floruit hæc Virgo in Regno Franciæ, in Villa, quæ *Quido*, dicitur; nobilis hæc religiosa, sed paralytica. Quæ cùm orationibus, ieiuniis, & Diuinæ contemplationi operam daret, ita earum dulcedine est pasta, vt omnis cibus corporalis ei in nauseam verteretur; nec aliquid ex eo sumere posset, nisi succum modicum vuarum. Hospitalis erat valdè: spirituque prophetico replebatur. Cisterciensis Ordinis alumnoa summè diligebat, ac reuerebatur. sæpè mentis in excessum rapiebatur; deuota erat & charitata plena, &c. Vide Cæsarium lib. 7. Historiar. memorabil. cap. 20. Manriquez Tom. 3. Annal. Cisterciens. ad ann. 1209. cap. 9. §. 2. 3. & seq.

§. 4. *B. Maria, Virg.* [d]] Prima extitit Abbatissa Monasterij Surrigiensis, extructi circa ann. Christi 1425. per B. Colettam Virginem: cuius fuerat comes ac socia indiuidua: ita Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum. Foderetus in descriptione ipsius Asceterij, atque Molinensis Monasterij: Abbauilleus Capucinus, in Historica Chronolog. B. Colettæ, Virg Statu. 3. lib. 2. cap. 11. & 14. VVadingbus. Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. Christi 1499. §. 44.

†. §. 5. *S. Aglaes, Matrona.* [e]] Filia erat Acacij quondam proconsulis. Rem obscœnam prius egerat cum B. Bonifacio, postea martyre, apud Tarsum: quæ cùm id resciuisset, & magno cum honore, corpus ipsius Martyris exceptum, condigno loco reposuisset: Ipsa mox abrenuntiauit mundo, eiusque pompis, omnia sua distribuens egenis, & Ecclesiis; relaxans etiam vniuersam familiam suam à iugo seruitutis; sicque cùm paucis puellis Christo famulata, ieiuniis, orationibus, omnibus diebus, vacans tantam gratiam à Deo meruit accipere, vt & Dæmones expelleret, & diuersas infirmitates curaret, superuixit autem in habitu sanctimoniali, ann. 15. & se obdormiuit in Domino; Sepulta apud præfatum martyrem: ita Vincentius Beluacens. lib. 12. specul. Historial. cap. 23. Petrus de natalib. lib. 4. Catalog. sanctor. cap. 165. D. Antoniu. part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 7. Surius Iunij 5. In Actis S. Bonifacij, Martyris, ex Metephraste, ann. 290. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 9. Ecclesia 9.

B. Chinedrita, item Matrona. [f]] Florebat ann. §. 6.
930. nobilitate, diuitiis. gloria mundi, & sanctitate vitæ, vnà cum viro suo: quorum animas, vidit S. Dunstanus, Cantuariensis Archiepiscopus, in Regno cœlorum beari, inter choros Angelorum, vti testatur Osbertus, in Actis ipsius S. Dunstani Archipræsulis, apud Surium, cap. 1. 3. & 12. Simon Martinus, ibid. 19. Maij.

SEPTIMO IDVS MAII.

IN Territorio Mardicensi: Passio Sanctarum [a] trium Anonymarum, Virginum & Martyrum. Papiæ, Sanctæ [b] Luminosæ, Virginis: quæ seruata fide, & cursu fœliciter consummato, ad iustitiæ coronam vocata est immarcescibilem. Constantiæ, Beatæ [c] Anonymæ, Virginis, amore in Christum sponsum Dominum conspicuæ. Cordubæ, Beatæ [d] Elisabeth, Tabanensis Monasterij, Ordinis Benedictini, Abbatissæ, mira vitæ Regularis obseruantia insignis. In Bauaria, apud Monasterium sancti Altonis, Beatæ [e] Ephemiæ, Virginis, eiusdem Ordinis, Antistitæ: genere, & vitæ sanctitate clarissimæ. Pennafelij, in Territorio Palentino, Beatæ [f] Ioannæ, matris Sancti Dominici, eximiæ virtutis ac pietatis fœminæ, Lerenæ in Territorio Legionensi, Beatæ [g] Ioannæ Chaccon, viduæ, clarissæ, generis prosapia & vitæ perfectione illustrissimæ. In Hispania, Beatæ [h] Olaliæ Gomeziæ, Tertiariæ Franciscanæ: quæ patientiæ, Christique mortificatione, & signorum gloria emicuit.

MAII IX.

†§. 1. SAnctarum Trium Anonymar. Virg. Martyr. [a]] Hæ tres Regiæ Virgines, pietatis ac deuotionis gratiâ, ad inuisenda Apostolorum limina, Romam pergentes, ex Anglia soluunt in Morinos, & applicant ad Mardicensem portum: indè directum ad sacra loca perlustranda, primòque veniunt ad VVinocense cœnobium: postea Casletanum conscendunt iugum, vbi S Petri cultus vigebat; tum ad Eikense Monasterium deflectunt. Tandem, medio lapide ab Ecka progressæ cùm meridianus æstus premeret, statuerunt Syluam proximam ingredi, illicque ad Castellani montis radices, moras agere, atque prandiolum suum sumere pacificè: & ecce ex improuiso quidam immanes sicarii irruentes in eas, (missi à magnatibus, quorum respuerant sponsalia) multis plagis afficiunt, confodiunt, ac trucidant: quæ omula pro Christo libenti animo. tanquam simplices oues subierunt: quas miraculis Christus earum cœlestis sponsus postea illustrauit. Vide Malbrancque, Tom. 2. de Morinia, lib. 5. cap. 51. & 53. ad ann. 819. ex MSS. monumentis illius loci.

S. Luminosa, Virg. [b]] Ita Ferrarius in SS. Italiæ §. 2.
16. Ianuar. & 9. Maii, in Catalogo generali sanctor. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ S. Epiphanii, in qua corpus illius asseruntur, vnà cum corporib. SS. Speciosæ, & Liberatæ, sororum; quæ omnes fuere ipsius S. Epiphanii, Papiensis Episcopi sorores. Hæc est illa gloriosissima fœmina, & stupendæ sanctitatis, ac singularis exempli fama celebris: cui ipse S. Epiphanius commisit præfatam sororem suam, natu minorem, erudiendam: & quæ simul cum eis concaptiua fuit, quando Ticinum captum, & incendio crematum

crematum per Odoacrem, Herulorum Regem, ann. 475. quas tamen S. Episcopus, mox eripuit: qua de re, vide Baronium. Tom. 6. Annal. Eccles. & Surium. Tom. 2. ex Actis. S. Epiphanij. 21. Ianuar. post B. Ennodium, Ticinensem Episcopum de vita eiusd. Sancti Epiphanij. Vghellum, in Episcopis Papiensi; Tom. 1. Italiæ sacræ.

§. 3. *B. Anonyme, Virg.* [e]] Vnanimis & pacificè in domo, simul cum sorore Virgine, votum suæ castitatis redderis; & quæ distinxerat Deo in labiis suis, placuit Altissimo: quæque Diuinissimum Eucharistiæ Sacramentum multum dilexit, ac deuotè solita erat sæpè sumere: sed corpore tandem infirmata, sic morbus inualuit, vt contractis neruis, labia, vel dentes poterat haud mouere, vel aperire. Æstuabat interea cordis desiderio; se morti propinquare conspiciens, illud saluberrimum Christi viaticum sumere: mira res! Ad conspectum sacratissimæ Eucharistiæ, Virginis sanctæ, miraculosè os aperitur, vi morbi occlusum, ad corpus Dominicum intromittendū. Teste Ioanne Nyder. lib. 1. Formicarij. cap. 7. claruit ad ann. 1420.

§. 4. *B. Elisabeth, Abbatiss.* [d]] Florebat, circa ann. 855. & B. Heremiæ vxor extitit: soror autem S. Columbæ, Virginis & Martyris, (de qua infra 17. Septemb.) cuius curam in se assumpsit, dū ipsa postea apud Tabanense Monasterium superior esset, & mater, tempore S. Eulogij Cordubensis; quorum omnium ipse meminit lib. 1 & . cap. . & 4. item. lib 3. cap. 10. memorial. sanctor. Morales ibid. & Surius. in Actis præfatæ S. Columbæ, Virg. & Martyr. 17. Septemb.

§. 5. *B. Euphemia, Virg.* [e]] Sororem hanc ferunt B. Mechtildis, (de qua inferius 6. Iulij) ex Bertholdo principe Anderensi natam: geminam illi vitæ & innocentiæ sanctimonia, quæ Autistica parthenonis sacri, (qui inter Monachium & Augustam est sancti Altonis,) effecta, multarum virtutum laude emicuit, Raderus, part. 2. Bauariæ sanctæ, ex Chronic. MS. Andecens. vixit ad ann. 1180.

§. 6. *B. Ioanna.* [f]] Galla genere extitit, ex Comitibus Britanniæ Armoricæ trahens originem: quæ per sanctos mores, & virtutum opera, Deo iugiter famulata est, quoad debitam cœlo reddidit animam, cuius sacris cineribus, elapso post sæcula, anno Christi 1318. humerum meritò supposuit Ioannes Manuel, filius Manuelis; infantis Hispanici, ac nepos Ferdinandi sancti: & in vrbe Pennafieli, Templum cum cœnobio posuit, ad quod transferri curauit; cuius sepulchro hæc inscripta sunt verba. *S. Ioanna, mater B. Dominici.* Vide Ioannem à sancta Maria, Dominicanum, part. 2. vitar. SS Virginum Ordinis 1. ac 3. sancti Dominici, & Rinaldum, part. 2. Lilior. Galliæ sanctæ, cap. 1. in ea.

B. Ioanna, vidua [g]] Priùs nupta fuit Petro Alphonso-Duranti; post viri autem decessum, anno ætatis 50. sororibus Clarissis annumerata, mira vixit abstinentia, & carnis maceratione, adhibita quotidiè trium horarum oratione; illic obiit nonagenaria apud Monasterium S. Elisabeth, Lerenæ oppidi, quod est, S. Prouinc. S. Michaelis, ita Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum MSS. monimenta illius Prouinciæ, & Wadinghus. Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. Christi 1496. §. 29. §. 7.

B. Olalia, vidua. [h]] Floruit ann. 1583. cuius heroica facta habent, Blasius Laghuna, in suo memoriali; Marianus, lib. 6. Chronic. strictior. Obseruant. Reformat. Minor. cap 25. & Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordinis. Viduata enim marito, pœnitentiæ culmen illicò desiderans, communibus feruentiorum asperitatibus non acquieuit: sed alia mortificationis genera adinueniebat. Quadragesimas Ecclesiæ, & sui Ordinis ieiunia, nec non Virginis Deiparæ Vigilias, vi u panis & aquæ decurrebat, Ad hæc, disciplinis in se, de hebdomada, tertiis vicibus, desæuiens: copiosum eliciebat, sanguinem. Humilitatem & paupertatem sic excolebat, vt in omnibus se omnium seruam faceret: passionem Dominicam iugiter, sed non sine lachrymis, meditabatur. Grauata hydropisi incurabili, cùm esset fermè octogenaria, patientissimè morbum tulit. Mirum autem, quàm fœliciter & sanctè in Domino quieuerit: cuius gloriæ participes etiam extitere, particulæ, & vestium eius aræ, quibus sorores postmodum multa morborum genera ab infirmis pepulere. Agitur de ea in Martyrologio Franciscano, hac die, & Annotationib. ad illud. §. 8.

SEXTO IDVS MAII.

ROMÆ in persecutione Alexandri Imperatoris, Passio sancti [a] Palmatij Consulis, qui decollatus est cum vxore, & filiis, & aliis promiscui sexus, quadraginta duobus de domo sua. Simplicius quoque Senator, cum vxore, & sexaginta octo, de familia sua. Item, & Fœlix cum vxore sua Blanda; quorum capita suspensa sunt per diuersas portas vrbis ad exemplum Christianorum. In Territorio Bituricensi, sanctæ [b] Solongiæ, Virginis & Martyris. Bituricis, sanctæ [c] Eustadiæ, Virginis, fundatricis Medij Monasterii, Ordinis Benedictini, ac primæ eiusdem Abbatissæ: quæ columbina simplicitate puritateque nitens, ac vitæ meritis præclara, euolauit in cœlum. Tarbiæ in Nouempopulonia, sanctæ [d] Confessæ, Virginis: quæ exactis in Christi obsequio, & assiduo religionis, pietatis, sanctitatis studio, mortalis vitæ progressibus, & abruptis carnis nexibus, spiritum tot ornatum meritis, Christo sponso, cui fideliter seruierat, resignauit. Apud Monasterium Beatæ Mariæ de Gradefes, Cistertiensis Ordinis, in Territorio Legionensi, Beatæ [e] Teresæ, eius loci fundatricis, primæque Abbatissæ, Virginis Regiæ: quæ splendorem prosapiæ admirandis virtutibus, & miraculosis operibus decorauit. Apud Athestum,

in Gemmula Monasterio, Diœcesis Patauinæ, Beatæ [f] Beatricis: Athestinæ, Virginis, generis nobilitate, humilitate ac paupertate, & miraculis celebris. Scalonæ in Castella, Beatæ [g] Antoniæ Pachieçæ, Virginis Clarissæ: quæ illustrissimo nata sanguine, Christo sponso in humilitate spiritus, ac sæculi prorsus abnegatione, famulari maluit in terris, vt cum eo regnaret in cœlis. Valentiæ, Beatæ [h] Theodoræ Pigneræ, Virginis, Tertiariæ Carmelitanæ: quæ dono orationis, lachrymarum, & patientiæ refulsit. Romæ, sanctæ [i] Marinæ, vxoris sancti Gordiani Martyris: fide ac religione clarissimæ. Panormi in Sicilia. Translatio sanctæ [l] Christinæ, Virginis & Martyris.

MAII X.

§. 1. *SAncti Palmatij, &c Martyr.* [a]] De ijs Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 226. Molanus in Additionibus ad Vsuard. Westmonasteriensis, ann. 230. vide Acta S. Calixti Pap. & Martyris, apud Surium, Lippeloum. Simonem Martinum, hac die, &c. 14. Octob. in quibus mentio habetur de eorum certamine.

§. 2. *S. Solongia, Virg. Martyr.* [b]] Vulgò nuncupatur *S. Sonlange*: coliturque magno concursu, piaque fidelium veneratione, apud pagum, de suo nomine dictum, tribus leucis à Biturica vrbe dissitum, in Archipresbyteratu Bituricensi, vbi etiamnum ingentibus miraculis refulget: quæ ob insignem eius pulchritudinem; morumque elegantiam, à quodam proco quæsita ad turpitudinem: tanta animi constantia, & Iesu Christi amore confortata, restitit, vt mori citius maluerit, quàm fœdari: sicque à petulanti, & nefario viro occisa, victrix euasit: Eius Agonem, referunt Honoratus Niquet, in vita eius, semel & iterum prælo cusa, & Philippus l'Abbe, in Diario Historico, hac die: ex MSS. monimentis eiusd. loci.

§. 3. *S. Eustadia, Virg. Abbatiss.* [c]] Hæc relictis socijs Virginibus perfectæ sanctitatis exemplis, immaculatam Deo animam reddidit, hac die; honorificoque funere à Rochono, Archiepiscopo Bituricensi, in æde S. Pauli, Virginum Christi paranymphi, quam construxerat extra muros, Medij Monasterij, tunc monialium, nunc canonicorum in vrbe: florebat ann. 696. Dicitur autem *Eustadea*, & *Eustadiola*. Scribunt de ea Ioannes Chenu, in Chronologia Archiepiscopor. Bituricens. Claudius Robertus in Gallia Christiana, sub Archiepiscopo 35. Bituricensi. Menardus in Martyrologio Benedictino, & lib. 2. Obseruation. ad illud. Saussayus in Gallicano Martyrologio, hac die. & Philippus *l'Abbe*, sup.

§. 4. *S. Confessa, Virg* [d]] A Tarbiensi Cathedrali Ecclesia, inter Diœcesis Tutelares, adscripta est, & honorata: Teste Saussayo in supplemento Martyrologij Gallicani, hac die.

§. 5. *B. Teresa, Virg. Abbatiss.* [e]] Ex Regio sanguine Arragonum oriunda, fundauit, dotauitque illud Monasterium B. Mariæ de *Gradefes*; & illic aggregatis Virginibus, prima præfuit Abbatissa, quibus egregia sanctitatis specimina reliquit: iuxta Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die: Petrum de Vrreyo, in Hispanico Itinerario. Philippum Seguinum, lib. 3. SS. Ordin. Cisterciens. cap. 121. in ea.

§. 6. *B. Beatricis. Virg* [f]] Filia erat Actij 4. Athestini principis, & Comitissæ Sabaudiæ: Fuitque primò sanctimonialis Salarioiæ, deinde Gemmulæ, non longè ab Athesto; ubi obiit sanctissimè, hac die, ann. Christi 1226. ætatis suæ, anno 20. professionis Quinto, sepulta in æde S. Ioan. Baptistæ: sed in Beatarum mentium cœtum relata; se ab altæ cœli sede mortalibus non minùs miraculis illustrem prodidit, quàm claram pudoris, obseruantiæ, ac vitæ sanctimonia, se dùm viueret, ostenderit. Cuius vitam eo tempore scripsit Albertus, prior Montis Vinearum, ex Scardeonio, lib. 2. Histor. Patauiens. Classe 6. Exindèque Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vsuard. VVion. in Martyrologio Benedictino, Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die. Chaisius in suo Martyrologio. Cynthius Gyraldus, de Ferrariens. & Athestinis principib. Bzouius, Tom. 13. Annal. Eccles. ad ann. Christi 1203. § 19 Ioannes Baptista Pigna, De principib. Atestinis, Histor. lib. 2. ann. 1216.

B. Antonia, Virg. [g]] Hæc pia Heroina, Didaci *Pa-* §. 7.
chieco, Villenici Marchionis filia fuit: quæ cuncta pro Christo contemnens, Monasterium Conceptionis B. Mariæ, Scalonæ, ingressa est, vbi alta iecit humilitatis fundamenta: & præclaris virtutibus exornata, sanctissimè in Domino obdormiuit, inibi sepulturam nacta. Floruit ad ann. Christi 1525. Agit de ea Martyrolog. Fräciscan. hac die, Annotationes ad illud. & Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in dicto Monasterio, quod est 28. Prouinciæ Castellæ. Barrezzus, part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 14. ad ano. 1527. Valerianus. De SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 51.

B. Theodora, Virg. [h]] Cognominata est Hispanicè, §. 8.
Theodora *Piguer*. natione Celtibera, patriam habuit Villaroiam *De los pinares*, Terulensis Diœcesis oppidum, honestis parentibus progenita, anno Christi 1568. Ab ineunte ætate. Christo adhærere cupiens, Virginitatem vouit, & virtutũ exercitio ex animo se dedit. At Valentiã adducta, & tertiũ Ordinem Carmelitanum professa, tantum excelluit, vt Angelis omnimodè, puritate spiritus, & carnis, assimilaretur: Euangelicæ paupertatis, obedientiæ, & humilitatis facta exẽplar. Disciplinis, abstinentiis, & ieiuniis corpus castigans; nullum sensum sine dolore seruabat, nil se facturam deuinxit, nisi actuali mente: Diuinũ illud amoris faciendi fine coronaret opus: Tandem præscia mortis suæ, hac die, anno 1610. migrauit in cœlum, plena sanctis operibus: vti testantur, Pintus in vita Ioannis Sancij, cap. 14. Antonius Alegre, in paradiso Carmelitici decoris, statu 5. ætate 18. post Christum, cap. 109.

S. Marina. [i]] Edocta atque Baptisata fuit, vnà cum §. 9.
viro suo Clarissimo S. Gordiano, à sancto Ioanne Presbytero & Martyre: postea verò à Iuliano Apostata, pro fide Christi damnata, ductaque in pagum, ad aquas Saluias, Rusticorum seruituti addicitur, vt

ea ser-

ea seruitute & molestia, mulier illustrissima opprimeretur, circa ann. 362. ita Petrus de natalibus, lib. 4. Catalog. Sanctor. cap. 149. Surius, & Lippolous, hac die, in Actis ipsius S. Gordiani, Martyr. Molanus in Additionib ad Vsuard.

§. 10. *Translatio S. Christina, Virg. Martyr.* [l]] De hac solemnitate; quando videlicet, illius sacrum corpus eo translatum fuit, nũc agitur: magna etenim veneratione atque concursu, in maiori Templo conditum, hodiè visitatur: cuius meminerunt; Molanus in Additionib. ad Vsuard. Gallesinius in suo Martyrologio. Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. sub 24. Iulij. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Panormus*, &c. in Catalog. Generali Sanctor. ac in SS. Italiæ, hac die, ex Maurolyco, & Tabulis Ecclesiæ Panormitanæ. Quæquidem postrema fuit: nam prior Translatio longe antea accidit: dùm sacrum eius corpus Venetias delatũ est: de qua sic loquitur Petrus de natalibus. lib. 6. Catalog. Sanctor. cap. 130. *Corpus autem eius delatum venetias, in Monasterio Monialium S. Marci de Amianis, Episcopatus Torcelli, ab incolis loci nũc quiescere perhibetur.* Quod Philippus Bergomas, lib. de claris mulieribus, cap. 103. clarius describit, modum ac tempus illius Translationis recitans, his verbis. *Eius autem sanctum corpus, Venetias, post annos quadringentos quinquaginta translatum, in Torcellana, haud magna vrbe seruatur. Ad eam enim vrbem, à Constantio, Heracly Imperatoris filio, autumatur fuisse delatum: Quod cum Romam accederet, eo in loco declinans vicum extruxit, quæ ex suo nomine Constantiacum voluit appellari: è Roma verò rediens, ex VVlsino sublatum, illi Ecclesiæ Torcellanæ dono dedit, & nunc vsque seruatur.* Cui adstipulatur Saussayus, in Martyrologio Gallicano, ad 24. Iulij Qui addit vnà cum Arnoldo Raylla, in Auctario ad natales sanctorum Belgij, Molani; huiusmodi sacras Reliquias exindè etiam fuisse aduectas in *Echam*, Flandriæ parœchiam: à qua etiam Translatæ fuerunt *Beneriam*, & in oratorio S. Petri honorificentius collocatæ; vbi Ecclesia, & Monasterium, ceu Prioratus, in eius honorem extructus, quæ est præpositura à Vedastina Abbatia dependens, & vno milliari, à Bethunia, Arthesiæ oppido, distat.

QVINTO IDVS MAII.

RHEMIS, Festum Beatarum [a] Mariæ Iacobi, & Salomæ. In Galliis, Sanctæ [b] Tharsitæ, Virginis: quæ post sæculi superata naufragia, ad emeritam Beatitatis peruenit gloriam. Eodem die, Depositio Beatæ [c] Eulaliæ, Virginis, Ordinis Cistertiensis; quæ humana contemnens, & cœlestia apperens, egregiis virtutibus refulsit. Villæ-nouæ Archiepiscopi, in Territorio Giennensi, Beatæ [d] Mariæ Gomeziæ, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ; dono orationis, & compluribus cœlestibus charismatibus spectabilis. Romæ, Sanctæ [e] Lætæ, Matronæ nobilissimæ, quæ à Beato Hieronymo, in scientia sanctorum apprimè edocta, maximè profecit. Marcianis, in Territorio Attrebatensi, Vigilia Sanctæ [f] Rictrudis. Apud Iotrum Monasterium Meldensis Territorij, Ordinis Benedictini, Translatio Sanctæ [g] Pelagiæ Pœnitentis.

MAII XI.

§. 1. B*Eatarum Maria Iacobi, &c.* [a]] Ita Saussayus, in Martyrologio Gallicano, hac die. De his autem alias iterum redibit Sermo. 25. Maij. 21. Octob. & 3. Decembr.

§. 2. *S Tharsita, Virg.* [b]] Filia erat S. Odæ viduæ, & Soror SS. Arnulphi, & Modoaldi Episcopor. Regio sanguine Francor. oriunda: vide, post alios, Molanum, in Indiculo sanctor. Belgij, & Malebrancque, lib. 1. de Morinis. cap. 55. erat quippe eximiis virtutibus, sed præsertim castimonia insignis: quæ mortua, mortuum vitæ redonasse traditur

§. 3. *B. Eulalia, Virg.* [c]] Sanctissimam Virginem Deiparam singulari colebat affectu, sese sollicitis precibus totam commendans; quam etiam singulis diebus, pia Angelica salutatione frequenter collaudabat: cuius grata præsentia fruì meruit, & Angelica visitatione consolari: vti narrat Alnensis Anonymus in suo libro, & Henriquez in Menologio Cistertiẽsi, hac die.

§. 4. *B. Maria, Virg. Tertiar.* [d]] Miraculosis orationibus clara fuit; nam qua die, ex Villa-noua processio solemnis ad Eremitorium, quod *Fontis-sancti* nominabatur, instituta est, ipsa peditans, in communitate, tanto ferebatur impetu orationis in Deum: vt videntibus plurimis, ampliùs vno cubito de terra sublimata, immobilis in aere, & longo quidem tempore subsisteret, moritur plena virtutibus, in Monasterio S. Francisci de Villa noua Archiepiscopi, quod est in Prouinc. Carthaginensi tempore B Teresiæ-Sanctiæ, viduæ, eius superioris. Hæc ex Martyrologio Frãciscano, hac die, Annotationib. ad illud. Blasio Laghina. in suo Memoriali. & Mariano, lib. 6. Chronic. strictior. Obseruant. Reformat. Minor. cap. 29. Thielmans Tom. 2. vitar SS. Seraphic. Ordin.

S. Læta, Matrona. [e]] Nurus erat S. Paulæ viduæ, vxor Toxotij, & Mater S. Paulæ iunioris; sanctissima extitit fœmina, ad quam scripsit. D. Hieronymus, Epistol. 7. Memoratur à Baronio, Tom. 4. Annal. Eccles. ad ann. Christi 381. §. 40. & 41. item. Tom. 5. ad ann. 410. §. 8. vbi miris laudibus eam extollit: ex eo maximè, quòd Roma præ famis necessitudine, pereunte; ipsa de bonis suis, cùm prædiues esset, aleret pauperes: quæque fortasse præscia venturi vrbis excidij, Paulam iuniorem, filiam suam, antea ad Amitam, S. Eustochiam, Virginem, in Palæstinam transmiserat. Cui in tuto, filia collocata, quid reliquum fuit, nisi vt paternas diuitias à maioribus longa serie successionis auctas atque reconditas, ne fierent præda Barbaris, per pauperes in cœlum transferret? Grisius de Clericis Regularib. sect. 10. §. 4. §. 5.

S. Rictrudis, Vigilia. [f]] De ea, hac die, Molanus in Additionib. ad Vsuard. VVion. in Martyrologio Benedictino. Saussayus in Martyrolog. Gallicano. §. 6.

Translatio S. Pelagia. [g]] Huiusce sacrum corpus, capite ab eo auulso, à Francis, Christi nomen in §. 7.

Oriente vindicantibus, in Galliam aduectum, apud Iotrense Monasterium, magna cum religione collocatum est: vbi pia fidelium deuotione veneratur: teste Saussayo, sop. 12. Iunij & 8. Octob. sed fallitur: nam illic fuit allatum anno Christi 1511. in die Ascensionis Domini, qui accidit, eo anno, die 11. Maij, (iuxta Tabulas Paschatum, apud Galliam Christianam) à quo tempore solemniter celebratur, cum officio Ecclesiastico, & indulgentiis à sede Apostolica concessis.

QVARTO IDVS MAII.

MARTIANIS in Hannonia, Territorio Attrebatensi, Veneratio Sanctæ [a] Adalsendis, Virginis: quæ rigidissimam ac purissimam, & Deo non minùs gratam, quàm monialibus admirabilem vitam, fœlici morte commutauit. Apud Sulmonem in Pelignis, Sanctæ [b] Gemmæ, Virginis: quæ sic in terra vixit, vt in cœlo penitùs versaretur. Valentiæ in Hispania Tarraconensi, Beatæ [c] Barbaræ Traueriæ, Virginis Clarissæ; vitæ perfectione, ac spiritu prophetico insignis. Martianis item in Hannonia, Depositio Sanctæ [d] Rictrudis, viduæ, & Abbatissæ, Ordinis Benedictini: genere, pietate, ac religione celeberrimæ; quæ dignè ac sanctè administrato regimine, præsignatis charissimis alumnis æternæ Beatitatis semiris, Deo dignam, animam in cœlum emisit. Cuissiaci in Territorio Laudunensi, Beatæ [e] Ermingardis, viduæ, Sancti Nortberti Discipulæ; nec non illius Monasterij fundatricis; quæ spiritus feruore, & multiplici gratia Dei, repleta fuit.

MAII XII.

§. 1. *Sancta Adalsendis, Virg.* [a]] Filia erat S. Rictrudis; quæ non diu post indutum religionis habitum immatura morte prærepta est: cuius meminerunt, Molanus in indiculo SS. Belgij. Ferrarius, in Catalogo Generali Sanctor. hac die, & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Martiana*. Acta S. Rictrudis, infra, apud Surium.cap. 6. & 11. Buzelinus infra. lib. 1. cap. 41. & lib. 2. cap. 20. post Sigebertum in Chronico, ad ann. 644. citatur. Sed mendosè, Malbrancque. Tom. 1. de Morinis, lib. 2. cap. 57. & lib. 3 cap. 39.

§. 2. *S. Gemma, Virg.* [b]] Scribit de ea Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex monumentis eius loci, & vita ipsius: Illic enim magnam habet, venerationem, ita vt Templum S. Ioanni Baptistæ dicatum, nunc ab illa nominetur, ob corpus eius in eo asseruatum.

§. 3. *B. Barbara, Virg.* [c]] Hæc optimis moribus exornata, ad virtutis brauium, miro perfectionis exercitio se accinxit: multa cœlitùs præuidit futura. Obijt Valentiæ, in Monasterio Conceptionis B. Mariæ, quod est 1. Prouinc. Valentinæ. Iuxta Martyrolog. Franciscan. hac die, Annotationes ad ipsum. Gonzagam 3. part Origin. Seraphic. Religion. in eo Monasterio. Barrezzum. part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 12. ad ann. 1513. Valerianum, de SS. Fœmin. Seraphic. Ordin. lib. 4. cap. 15. Wadinghom. in Additionib. ad Tom. 1. Annal. Minor. §. 49.

§. 4. *S. Rictrudis, vidua, Abbatiss.* [d]] Ipsa Deuota Christi Ancilla, grata Deo, & chara hominibus, atque laudabilis, ob opera iustitiæ & sanctitatis, patrem habuit Ernoldum, virum nobilem, & Luciam genitricem, fœminam illustrissimam, ex bellicosa Vasconum gente oriundam. Itaque in Rictrude, formæ elegantiæ, genus, opes, & mores, ac virtutes visebantur: quare paulò post, nupsit S. Adalbaldo, Franco, præclaris & iustis orto natalibus: cui & accessit prolis sanctæ fœcunditas. Natique sunt ei, D. Maurontus, Abbas Broylī, propè Leodium SS. Clotsendes, Abbatissa, post obitum matris: Eusebia, Hamaticensis item Abbatissa; & Adalsendes, Virgo supradicta. Hæc igitur S. Rictrudes, post viri sui sanctissimi mortem, (quem innocentem impij, apud Vasconiam necauerunt) ad secundas vrgeretur nuptias, Suasu S. Amandi Traiecti ad Mosam Episcopi, præsente in domo sua, ad conuiuium, Dagoberto, Francorum Rege, cum optimatibus. qui Heroinam, secundum vt iniret connubium, enixè sollicitabant, sacro velo se obnupsit, sacramentumque Deo, & cœlesti sponso, per votum, dixit. Moxque Martianis struxit Monasterium, in quo collectis sanctimonialibus, sic præluxit virtute & religione, vt ab his etiam in Antistitam lecta, assumptis, quanquam renitens, regiminis habenis: monos suum omni prudētia, ac pietate impleuerit, omniumque bonorum operum se exemplum præbuerit; totaque in reliqua vita se gessit, vt ab exequiis, (quæ anno eius ætatis 74. contigerunt) cœlitum Fastos auxerit, cœtusque ornarit. Agunt de ea, Hugbaldus, Monachus Elnonensis, in vita eius, hac die, apud Surium, Haræum, Gazetum, Renatum Benedictum, Simonem Martinum, Doubletum, &c. Baldricus. lib. 2. Chronic. Cameracens. cap. 26. Meyerus. lib. 1. Annal. Flandr. ad ann 687. Molanus in Additionib. ad Vsuard. item in indiculo, ac Chronico sanctor. Belgij, cap. 5. Ferrarius sup. Maurolycus & Fœlix in suis Martyrologiis, Myræus in Fastis Belgic. V Vion. in Martyrologio Benedictino, Saussayus in Martyrolog. Gallicano, hac die. Rinaldus. part. 2. Lilior. Galliæ sanctæ, cap. 5. circa ann. 700. Buzelinus, lib. 2. Gallo-Flandriæ, cap. 41. & lib. 1. cap. 7. 10. 21. & seq. Baronius. Tom. 8. Annal. Eccles. ad ann. 631. Malbrancque. Tom. 1. in Morinis, lib. 2. cap. 48. lib. 3. cap. 30. 39. lib. 4. cap. 18. 25. Decretus. part. 2. vidoæ veræ, pag. 358. circa ann. 659.

B. Ermengardis vidua. [e]] Genere quidem clarissima, sed vitæ sanctitate clarior euasit. Quæ maritali lege soluta, sedulis ad Deum orationibus, & abstinentiæ laboribus incumbens, magnam nauabat operam. In miseris, ope; & auxilio, subleuandis; in eleemosynis pauperibus conferendis; in vincula cōnectis, non solùm exhortatione, sed etiam ope & opera, ex carcerū squalore liberādis; in Basilicis Deo consecratis à fundamēto construēdis, dirutis verò instaurādis, §. 5.

vndè,

vndè, cùm illis resciuit, quòd vir Dei, Lucas, Clericus Laodonensis, Ecclesiam S. Mariæ de Cuissiaco, ad regulariter inibi conuersandum, reædificare cœpisset: Diuini amoris succensa zelo, sæculo & concupiscentiis eius renontians, Deum bonorum suorum hæredem instituit, vt eius anima cœlestis paradisi hæreditate potiretur. Sicque prædicto Lucæ, consors effecta, Coissiacense cœnobium à fundamentis excitauit; prædiisque illud copiosis ditauit, anno 1127. in quo, cum 40. monialibus sacris, Duce S. Norberto, Abbate, Præmonstratense institutum complexa: tanta vitæ regularis obseruantiæ, & virtutum gloria refulsit: vt meritò in cœlo viuere cœperit, omnibusque forma foret & exemplar. Porrò, cœlestis patriæ ardens desiderio, inter psallendum, tam vehementer meditationis suæ exardescebat ignis: vt rutilantes flammas è corpore suo emittere videretur. Demùm assidua oratione, continuis vigiliis, crebris ieiuniis, aliisque vitæ Monasticæ piis exercitiis, præclara cum ingenti meritorum copia, ad Regna transiuit cœlestia, hac die, anno 1138. vti scribunt. Ioannes *le Paige*, in Bibliotheca Præmonstratensi, lib. 1. cap. 18. & lib. 2. in vita eius. ex vetustis codicibus: MSS. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die.

TERTIO IDVS MAII.

HERACLEÆ, Sanctæ [a] Glyceriæ, Martyris, Romanæ: quæ sub Antonino Imperatore, & Sabino præside, lapides, ignem, contusionem oculorum, capitis pellis detractionem, vngularum lacerationem, & bestias vicit, & victrix ad cœlos ascendit. Alexandriæ, Commemoratio [b] plurimarum Sanctarum Virginum, & aliarum mulierum, Martyrum; quæ ob fidem Catholicam ab Arianis, in Ecclesia Theonæ, occisæ sunt. Eodem die, Sanctæ [c] Theodoræ, Virginis. Gerpiniæ, in Territorio Leodiensi, Sanctæ [d] Rolendæ Virginis, miraculis celebris. In Anglia, Sanctæ [e] Meruinæ, Virginis. Turribus-nouis in Lusitania, Beatæ [f] Helenæ à Latere, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ: quæ patientia, ac vitæ perfectione, eluxit. Bellalcazari, in Territorio Cordubensi, Beatæ [g] Mariæ ab Incarnatione, Virginis Clarissæ: virtute orationis, & mortificationis operibus insignis. Remis, Sanctæ [h] Barsamiæ, nutricis Beati Rhemigij, Rhemensis Episcopi, Francorum Apostoli. In monte Syna Arabiæ, Inuentio Sanctæ [i] Catharinæ, Virginis & Martyris. Romæ Dedicatio Ecclesiæ Sanctæ [l] Mariæ ad Martyres, quam Beatus Bonifacius 4. Papa, expurgato Deorum omnium veteri Fano, quod Pantheon vocabatur, in honorem Beatissimæ semper Virginis Mariæ, Deiparæ, & omnium Martyrum dedicauit, Tempore Phocæ Imperatoris.

MAII XIII.

§. 1. SAncta Glyceria, Martyr. [a]] Macarii, tertiò Consulis, filia extitit, sui sexus miraculum, & Christianismi decus suo sæculo & ornamentum. Agunt de ea Martyrologium Romanum, hac die; Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Ecclef. ad ann. Christi 175. item. Tom. 8. ad ann. 593. Molanus in Additionibus ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Romano. verb. *Heraclea*, Gallenius de Virginib. Roman. Græci etiam in Menologio, vbi & eius Martyrium describitur, & Metaphrastes ad 10. Maij. apud Lippomanum, & Surium. Percelebre fuit Heracleæ Templum S. Glyceriæ, ibique sacrum eius corpus positum pluribus est miraculis illustratum. Ex eius enim ossibus iugiter vnguentum curandi vi præditum, emanare solebat: vt Author est Nicephorus. lib. 18. Histor. Ecclef. cap. 28. & 32. & Arnoldus Rayssa, in Auctario ad natales SS. Belgij Molani, sub 19. Nouemb. ex Simocatta, lib. 8. Histor. Mauricianæ. De Reliquiis eiusdem Martyris, habetur mentio, in Encomio Constantini Episcopi, de inuentione Reliquiarum S. Euphemiæ, apud Lippomanum. Tom. 6. & Surium 11. Iulii. Bosium Tom. 2. de signis Ecclef. lib. 15 cap. 6.

Commemoratio plurimar. SS. Virg. Martyr. [b]] §. 2. Hæc euenit sub Palladio illius Prouinciæ præfecto, cogente Catholicos minis & tormentis, vt Locio Arriano, Pseudo Episcopo adhærerent. Mirum sanè, quæ Constantia teneræ etiam Virgines, quæque grauia tolerarunt ac passæ sunt ludibria, irrisiones, verbera, vulnera, plagas, vsque ad mortem: sed omninò stupenda horum hæreticorum insania, vecordia, & impudentia, maximè in hasce Virgines sæuientium, dum pro ignominia illis infligenda, scissis earum vestibus, ac spoliatis indumentis, denudatæ cogebantur publicè incedere, quas velut ad triumphum trahebant, colaphis cædebant, & vsque ad internecionem cruciabant: Pudet enim me, atque horreo talia effari ac recensere; quæ S. Theodoretus, lib. 4. Histor, cap. 19. Nicephorus, ibid. lib. 11. cap. 28. Martyrolog. Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 3. ann. 342. §. 9. & ann. 356. §. 28. ex S. Athanasio, epistolam ad orthodoxos, & Apologetic. 2. item Tom. 4. Annal. Ecclef. ad ann. 372. §. 75. ex Relatione Petri, Alexandrini Episcopi recitant.

§. 3. *S. Theodora, Virg.* [a]] Memoratur à Maurolyco, in suo Martyrolog. & Ferrario in Catalogo generali sanctor. hac die, in notis.

§. 4. *S. Rolendis, Virg.* [d]] Gerpinia, inter Tudinium, & Fossas, oppida, extat: vbi clara emicat. Quæ ex Galliis, nobilibus orta natalibus, cùm in coniugem experetetur à Regis Scotiæ filio, fugæ consilium cœpit; & Coloniam tendens, Gerpiniæ, Christo vocante, quem solum quærebat, migrauit in cœlum. Eius sacrum corpus eleuatum est à terra, circa ann. 1100. & in feretrum decentiùs collocatum, ab Otberto, Leodiensi Episcopo; vti referunt Molanus in Additionibus ad Vsuard. & in indiculo SS. Belgij, Saussayus in Martyrologio Gallicano, Myræus in Fastis Belgicis. Ferrarius in Catalogo generali sanctor. hac die, & in noua Topographia sup. verb. *Namurcum.* Ignatius Ioseph. lib. 1. Histor. Eccles. Abbauillæ cap. 51. qui testatur sacras eius Reliquias illic venarari apud Minoridas.

S. Meruuina, Virg. [e]] Ita Ferrarius in Catalogo
§. 5. generali sanctor. hac die, ex Martyrologio Anglic. & Westmonasteriensi in Historia maior. ad ann. 967. decessit autem circa ann. 980.

§. 6. *B. Helena, Virg.* [f]] Floruit ann. 1530. maximo totius sanctitatis exemplo, hæc religiosissima Virgo; in qua patientiæ virtus, in perferendis tribulationibus, infirmitatibus, aliisque angustiis, (maximè verò in vltima aduersa eius valetudine) in qua post multiplicem illius sententiæ repetitionem: *Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit,* animam cœlo reddidit; corpus interim summa claritudine respersum deserens, consororibusque sui magnũ desiderium relinquens, mirum in modum enituit. Obiit in Monasterio S. Spiritus Torrium-Nouarum oppidi, quod est 18. Prouinc. Portugalliæ. Agunt de ea Martyrolog. Franciscanum hac die, Annotationes ad illud Gonzaga. part. 3. Origin. Seraphic. Relig. in præfato Monasterio. Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 33. ad ann. 1534. Blasius Laghina in suo memoriali, Marianus lib. 6. Chronic. strictior. obseruant. Reformat. Minor. cap. 21. Valerius de SS. Fœmin. Ordin Minor. lib. 4. cap. 29. Thielmans. Tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Cardosus, in Agiologio Lusitano, & Commentario ad illud, sub 8. Ianuar.

§. 7. *B. Maria, Virg.* [g]] Virtute & sanctitate luxit incomparabili: orationi tantopere insistebat, vt noctes in ea consumeret, & sæpè leuaretur à terra. Ob ingentes pœnitentias, continua ieiunia, vigiliasque prolongatas, & copiam sui sanguinis, ex frequentibus disciplinis, in terram decurrentis, magnam contraxit infirmitatem, & veluti exanimis, cunctis priuata sensibus semel remansit, nullo remedio sibi opitulante: cui tunc Virgo Deipara apparens, futuram sospitatem promisit, atque mox recuperata pristina salute, infra duos dies conualuit omninò, & sana festo Purificationis eiusdem B. Virginis Dei genitricis interfuit. Verùm prioribus vacans mortificationis exercitiis, iterum viribus destitui cùm se cerneret, mortique appropinquare: sacrum viaticum piè excepit, ac paulò post sanctè in Domino obdormiuit apud Monasterium S. Claræ Bellalcazaris, quod est 3. Prouinc. Angelor. Quæ fœlix ac gloriosa multis eiusdem loci sororibus post obitum apparuit. Vide Martyrologium Franciscan. sup. Annotationes ad ipsum, Daçam part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 77. ex ipsius dicti Monasterij Archiuis, clarebat ad ann. 1570.

S. Balsamia. [h]] Illius memoria Remis recolitur; §. 8.
vbi & sacram habet ædem, Collegio canonicorum insignem: vti refert Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, & 16. Nouemb.

Inuentio S. Catharinæ, Virg. Martyr. [i]] Peracta §. 9.
est huiusmodi Inuentio, Dei genitrice semper Virgine illam reuelante: Iuxta Gallesinium in suo Martyrologio, & Ferrarium in Catalogo generali sanctor. hac die; Bergomas de claris mulieribus, cap. 108.

Dedicatio Eccles. S. Mariæ ad Martyr. [l]] Agunt §. 10.
de ea solemnitate Vsuardus, Beda, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 8. Annal. Eccles. ad ann. Christi 607. §. 1. item Beda, lib. 2. de Gestis Anglor. cap. 4. & de sex ætatib. in Phoca Imperatore, Ado in Chronico, ad ann. 604. Paulus Diaconus, lib. 4. de Gestis Longobardor. cap. 11. Marianus Scotus in Chronico, ann. 619. Sigebertus ibid. ann. 609. Regino, sub ann. 558. Chronica compendiosa, seu, compilatio Chronologica, ann. 618. Bergomas, lib. 10. supplementi Chronic. ann. 608. in eo Pap. His autem copiosius Coluenerius, hac die, in Calendario Virgin. Mariæ.

PRIDIE IDVS MAII.

DAMASCI in Syria, Passio sanctæ [a] Stephanæ, Martyris, sub Antonino Imperatore; quæ cùm esset vxor cuiusdam militis, & cœpisset sanctum Victorem, beatum prædicare, ob ipsius Martyrii constantiam, vidit duas Coronas de cœlo lapsas, vnam Victori, & alteram sibi missam. Cùmque hoc, audientibus cunctis testaretur, iussit Dux Sebastianus, eam duabus palmarum arboribus incuruatis alligari, & repentè arbores illas dimitti; quo facto, per medium discerpta est. In Sardinia, apud Arboream, sanctarum [b] Iustæ, Iustinæ, & Henedinæ, Virginum, Martyrum. Aptæ Iuliæ VVlgiensium, natalis sanctæ [c] Augiæ, Martyris. Apud Auerium Lusitaniæ, ad mare Oceanum oppidum, Beatæ [d] Ioannæ, Virginis Regiæ, Ordinis Dominicani, vita, virtutibus ac miraculis insignis. Veroladi, in Territorio Burgensi, Beatæ [e] Casildis Calderoniæ, Virginis Clarissæ: quæ mira patientia & humilitate, ac religione refulsit. Salmanticæ

Beatæ [f] Annæ Mariæ à Sancto Iosepho, Virginis, item Clarissæ; quæ multarum virtutum cumulata fructu, sancto fine quieuit, & miraculis coruscauit. In Anglia, Commemoratio Sanctæ Edithæ, Virginis. Comi, Translatio [g] Sanctarum Liberatæ & Faustinæ, Virginum.

MAII XIV.

§. 1. *Sancta Stephana, Martyr.* [a]] Nuncupatur *Stephana*, ceu *Corona*, quod Græcè idem sonat: de qua Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 154. Ferrarius in SS. Italiæ, & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Damascus & Syria*. Græci autem ad 3. idus Nouemb. & Molanus in Additionibus ad Vsuard. Vghellus. Tom. 2. Italiæ sacræ, in Episcopis Ariminensib. sub 3. ac Ferrarius in Catalogo SS. ead. die. Eius Acta edidit Metaphrastes, & Lipomanus. Tom. 7. Monbritius. Tom. 2. Surius, Lippelous, Renatus Benedictus, & alij, hac die. Petrus de natalibus, lib. 4. Catalog. Sanctor. cap. 168. S. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 7. cap. 6. §. 9. passa est autem annos sex decim nata. De qua Bergomas. lib. 6. supplementi Chronic. vbi de vrbe Arimino. *Ornatur autem hac ipsa ciuitas S. Gaudentij, ipsius Episcopi, & S. Victoris, Martyris, sanctaque Corona, Virginis & Martyris.* Quid autem per hæc velit intelligere subobscurum videtur. Cùm autem S. Victor fuerit gente Italus, & forsan, Patria Ariminensis, videtur, quòd ipsa S. Corona, eiusdem extiterit generis, vel patriæ: aut illius sacris Reliquiis Ariminum decorari. Sed vnum obstat, quo minus istud dicatur: cùm S. Stephana, ceu, Corona, vxorata, ac vidua fuerit, non Virgo. Sic enim habes apud Surium, ex Metaphraste, ad 14. Maij cap. 8. *Tum militis cuiusdam uxor, Stephana nomine, cùm illic præsens esset, annos sexdecim nata, voce magna clamauit: Beatus es, Victor, & Beata sunt opera tua sancta, &c.* item. cap. 9. *Hæc cum Dux ille audiuisset, valdè iratus est, & iussit fœminam illam ad se duci, quam sic affatus est: Quænam es tu? Christiana, inquit illa, ego sum. Tum Dux ab ea quæsiuit, quot annos nata esses. Cui Stephana, quindecim annos, & menses octo se natam esse respondit. Quæsiuit præterea Dux, quamdiu vixisset cum viro, cui coniuncta fuerat? Cui respondit illa; se annum vnum, & menses quatuor cum eo vixisse. Et quare, inquit Dux, tam citò mundum reliquisti? Ad hæc ita S. Stephana: Reliqui breuem & fragilem mundi huius decorem, & terrenas ac fallaces corporis voluptates, vt fidenti animo, saluatori meo, Iesu Christo, quem expectamus, occurrere valeam: illi, videlicet, Domino & cælesti sponso; terrestris enim sponsus ad tempus est, & mortalis. Tum Dux; Desistas, inquit, ab ista nugacitate inutili, & ad Deos accedens, illis sacrifices, ne nouis & grauioribus tormentis te cruciatam consumam. At illa dixit: Ego vocor Stephana, cui corona in cælis reposita est, &c.* Ex quibus verbis satis constat, eam, vel in matrimonio cœlibatum duxisse, vel, vidua, professionem aliquam castitatis emisisse: ob idque sacrata Deo Dici, vel Virginitatis titulo cohonestari, Simon Martinus, hac die, Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 8. Ecclesia 6. vide infra 11. Nouembris.

§. 2. *S. Iusta, &c. Virg. Martyr.* [b]] Clarissima Virgo extitit S. Iusta, à matre Gentili, Cleodonia, variè torta, cui ferè suppares fuere Iustina, & Henedina, eius famulæ, Clarissimæ item Virgines & Martyres. Ex Actis Eccles. Arborens. Martyrologio Romano, hac die, Baronio ibid. in notis. Ferrario sup. & in noua Topographia verb. *Sardinia*. Francisco Faro, qui nunc est prosecutus res Sardoas: simul cum Dyma, Minorita in Chronic. Sardin. atque Pinto. lib. 3. de Christo Crucifixo. Titul. 4. loco 12. §. 21.

S. Angia, Martyr. [c]] Ex *Sabrana* illustri familia oriunda erat: cuius sacrum corpus in summa æde Aptensi iampridem conditum, perpetuam habet illic venerationem: decerptis tamen ex pretiosa gleba, aliquibus particulis, quæ Aquis-Sextiis, magno cum honore reconditæ asseruantur. Iuxta Ferrarium in Catalogo generali SS. & Saussayum in supplemento Martyrologij Gallicani, hac die. §. 3.

B. Ioanna, Virg. Reg. [d]] Patrem habuit Alphonsum 5. Lusitaniæ Regem: nascitur autem Vlyssipone, pridie nonas Februarij, anno Christi 1451. creuitque non corporis minus, quàm animi pulchritudine, adeò vt miraculi instar esset, & animus in facie elegantissima, quasi in speculo relucesceret: multi illam Christiani orbis principes ac Reges, fama illius commoti, nurum, vel coniugem optabant: quos omnes constantissimè respuit ac reiecit. Interim Ioanna, omni pietatis, ac virtutum exercitatione in dies crescere, quotidianis curiæ oblectationibus suffurari sese, tempus maiori cum voluptate orationi, quàm confabulationibus impendere; horarias preces quasi pensum quotidie decurrere; Christi Domini, vitam, & sanctorum gesta, assiduè peruoluebat, de iisque cum aulicis puellis crebrò sermonem texebat, delectabaturque præcipuè in earum sanctarum facinoribus legendis, quæ illibatum Virginitatis florem Martyrij sanguine illustratum cruentarunt: orationi piissimè erat addicta, in passionem Domini valde propensa, in eius honorem, die Iouis sancto pauperum pedes lauabat, tergebat, osculabatur, humiliter prostrata in terram. Mira fuit eius in egenos, carceratos, languentes, infirmos, debiles, afflictos, &c. Misericordia ac liberalitas: quis illius Austeritates referre valeret? cilicio, vigiliis, abstinentiis, ieiuniis, orationibus, &c. omnino intendebat: Hilari tum facie ac vultu semper incedens: & ad cœlestia aspirans. Quid amplius? sistere gradum nescit, amplius progrediendum est: Religiosum statum ambit, prosequitur, curatque amplecti: sed quantò se ad illum suscipiendum nititur: tantò sibi modis omnibus reperit contrarios, patrem, fratrem, consanguineos, notos, & affines: quos tamen omnes, sua pietate, zelo, constantia, patientia, ac perseuerantia, deuicit, conciliat, sedat, ac in suam sententiam trahit: ita vt ann. 1475. octauo Calend. Februar. (qui dies D. Apostoli Pauli conuersioni sacer est) Religionis habitum Auerij, apud sanctimoniales Dominicanas, magna

animi voluptate induerit : in nullo, à communi victu, habitu, mensa, aut exercitiis, exemptionem passa, in humilitate prima, in mortificatione nulli secunda: cuius cilicium asperum, disciplinæ cruentæ, iugis oratio, abstinentia magna, ieiunia crebra, charitas maxima: ac tandem Rege patre mortuo, perpetuæ se Virginitatis voto religiosè astringit. Porrò, Christus, eius optimus sponsus, multis dein charismatum donis exornauit, puritate animæ, patientia in aduersis, & doloribus, spiritu prophetico tranquillitate animi, & resignatione in omnibus, necnon signis admirandis ante & post obitum clarificatione: hac die, sanctè moritur, anno 1490. suæ ætatis 38. Vide Vasconcellum, in Regib. Lusitan. in ea, & in descriptione Regni Lusitani. Io sacris Virginib. §. 15. San-Marthanos fratres, lib. 16. Genealog. domus Franc. Ioannem de Rechac, Dominicanum in vitis SS. ac BB. 1. & 2. Ordin. Prædic. Hilarion, à costa. Tom. 1. Elogior. ac vitar. Illustr. Heroinar. in ea. Ioannem à sancta Maria. Tom. 2. vitarum SS. Ordin. Prædicat. lib. 1. ex multis aliis.

§. 5. *B. Casildis, Virg.* [e]] Hæc admirandæ Religionis Virgo fuit: cuius humilitas atque in aduersis patientia, incredibiles fuere. Florebat ann. 1555. apud Monasterium S. Mariæ de Bretonera, Veroladi, quod est 6 Prouinc. Burgens. Egerunt de ea Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in eod. Monasterio. Barrezzus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap 68. ad ann. 1557. Wadinghus. Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1558. §. 11.

B. Annæ-Mariæ, Virg. [f]] Oriunda erat ex *Villa-Casta*, triginta annis in omni vitæ sanctitate & religione vixit, in Monasterio Conceptionis S. Claræ, apud Salmanticensem vrbem, illicque fœliciter obiit anno 1631. hac die, miraculis illustris. Egregias eius virtutes ac miranda opera collegit, ex iisque librum ab vniuersitate Salmanticensi approbatum, in lucem edidit, R. P. Ioannetinus *Nineo*. Diffinitor Generalis Ordin. Minor. ac Prouincialis Prouinciæ S. Iacobi; & denique eiusdem Ordinis Secretarius, nec non ipsius B. Annæ Director spiritualis; cui adhuc viuenti iusserat, vt omnes vitæ suæ actus litteris sibi demandaret; quæ vt filia obedientiæ, humiliter & coactè expleuit. Gallicæ autem veritati ea reddidit R. P. Bonauentura *Cheurolier*, Pater Prouinciæ S. Magdalenæ Recollector. in Gallia, testis oculatus. §. 6.

Commemoratio S. Edithæ, Virg. [g]] Ita Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Martyrologio Anglic. & Westmonasteriensi ad ann. 980. quo vixit: vide infra, ad 16. Septemb. Vbi natalis eius recolitur. Hæc namque Virgo Regia, virtutibus & miraculis extitit celeberrima. §. 7.

Translatio SS. Liberatæ, &c. [h]] Memoratur à Ferrario, sup. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Comensis: vbi natalis eius celebratur 18. Ianuar, sup. De qua etiam Veronæ agitur, 22. Martij, & 11. April, sup. qua ratione autem id fiat, adhuc me latet, & aliorum esto iudicium. Romæ quoque seruantur Reliquiæ eiusdem S. Liberatæ, Virg. & Martyr. Teste Pancirola, in Thesauro vrbis Romæ, Regione 4. Ecclesia 12. §. 8.

IDIBVS MAII.

TROADE in Phrygia, Passio Sanctarum [a] Dionysiæ & Christinæ, Virginum & Martyrum, sub Decio Imperatore. Romæ, Sanctæ [b] Quirillæ, Virginis, & Martyris. Claromonte Aruernorum, Sanctæ [c] Leogontiæ, Virginis. In Germania, Sanctæ [d] Rosulæ, & sociarum Virginum. Apud montem Sancti Roberti, propè Bingium, ad ripam Rheni, Diœcesis Maguntinæ, Transitus Sanctæ [e] Berthæ, viduæ; quæ genere, ac diuitiis præstans, se bonorum operum ac virtutum exercitiis totam mancipauit; mercedem à Domino, in cœlis receptura. In Visu Oppido, Diœcesis Toletanæ, Beatæ [f] Catharinæ Lopetiæ: quæ ibidem extructo Monasterio Tertiariarum sanctimonialium Franciscanarum, illud ex consensu mariti intrauit, in eoque Ordine sanctissimè vitam duxit. In Agro Cameracensi, apud Vallis-Rosarum Monasterium, Ordinis Cisterciensis, propè Mechliniam, Emigratio Beatæ [g] Margaritæ sanctimonialis, virtutibus, & spiritu prophetico admirandæ. Apud Portum-Suauem, Tullensis Diœcesis, Translatio sanctæ [h] Mennæ Virginis, & Martyris. In Ghela Brabantiæ pago, Diœcesis Cameracensis, Translatio sanctæ [i] Dympnæ, Virginis & Martyris.

MAII XV.

§. 1. SAnctarum *Dionysiæ, &c. Martyr.* [a]] Hæc sedecim annos nata, Virgo florentissima, Christum constantissimè confessa: illicò ad quæstionem, deinde ad lupanar abripitur, damnata. Sed castissimam Virginem, à quodam splendidissimo cœlitè seruatam cernentes, hinc educitur: & proconsulis iussu, gladio interficitur, hac die. De qua agunt Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. ead. die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. 240. Vincentius lib. 10. specul. Historial. cap. 46. Petrus de natalibus, lib. 5. Catalog. Sanctor. cap. 4. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 7. cap. 7.

cap. 7. §. 7. Frrrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Lampsacus*, & *Troat.* Necnon & Surius, Simon Martinus, hac die. Græci etiam in Menologio: qui illi addunt S. *Christinam* Virginem: de qua Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor agit infra ad 18. istius mensis.

§. 2. *S. Quirilla, Virg. Martyr* [b]] Meminit illius Ferrarius in Catalogo Generali SS. hac die; ex Tabulis Ecclesiæ S. Martini. vbi eius Reliquiæ asseruantur. Panciola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 2. Ecclesia 46.

§. 3. *S. Leogontia, Virg.* [c]] Hæc Virgo illustris Aruernensis, clarificata Diuinæ gratiæ & gloriæ indiciis, in Ecclesia S. Cassij requiescit: teste Saussayo, in Appendice ad Martyrolog. Gallicanum post Sauaronem, lib. 1. de sanctis, & Ecclesiis, ac Monasteriis Claromontis, vbi de Cassiana æde sacra.

§. 4. *SS. Rosula, & soc Virg.* [d]] In cœlum euolauit, cum 4 assecliis Virginibus. De quibus aguot. Canisius in suo Martyrologio; & Ferrarius sup.

§. 5. *S. Bertha, vidua* [e]] Filia extitit principis cuiusdam Lotharingiæ, nupta autem cuidam Robolao Duci, pagano tamen: ex quo S. Rubertum genuit, marito occiso, se à sollicitudine sæculi solutam videns, vanitates omnes, vestium, &c. penitùs abiecit: viduitatisque veræ Insignia assumpsit; & vt diu iam optauerat, Deo deuotiùs inseruiuit. Multos quoque perfectos ac bonos viros ad se collegit: ibique vigiliis, ac ieiuniis se macerans, orationibus etiam & eleemosynis Deo, quottidie ministrans, filium suum, bono exemplo, in sanctitate muniuit, die noctuque Deo illum commendans. Expostulata à multis principibus; secundas respuit nuptias. In pauperes valdè misericors, quædam habitacula ipsis curauit ædificanda: quibus fouerentur & alerentur. Post fœlicem vero filij sui obitum, sanctam vitam in magna contritione cordis sui deinceps duxit: & omnia, quæ habuit, ad sepulchrum filij sui, pro seruitio Dei obtulit: & cuncta necessaria, Congregationi fratrum, qui ibidem Deo, in Diuinis seruiebant, ex his pleniter subministrauit. Nam ex tunc in omni bonitate ieiuniorum, eleemosynarum, & orationum: ferè per 25. annos viuens, multos labores pro Dei amore piè & iustè consommauit: ac deindè corporali infirmitate correpta, spiritum, quem semper in cœlestibus desideriis infixerat, Deo reddidit, & in pace, in sepulchro filij sui, in præfato prædio suo, honorificè sepulta est. Florebat ad ann. 880. Hæc ex B. Hildegarde Abbatissa, In Actis prædicti S. Roberti confess. apud Surium. hac die.

§. 6. *B. Catharina, Tertiar.* [f]] Cùm ex legitimo matrimonio nullam procreasset sobolem, ex communi consensu mariti, suis expensis propriis, ædificato Monasterio in honorem immaculatæ Conceptionis sanctissimæ Virg. Matris Dei apud Viseum oppidum, ann. 1488. (quod honestis redditibus, atque aliis necessariis tunc dotatum est): Ipsa, adiunctis sibi aliquot honestis iuuenculis, vnà cum illis, habitum, & tertium Ordinem S. Francisci piè suscepit; Monasteriumque illud ingressa, ibi eximiis virtutibus adornata vixit, ac sanctissimè vitam finiuit: prout testantur Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in eo Monasterio, quod est 17. Prouinc. Castellæ. Barrezzus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 22. Salazar, lib. 7. Chronic. Prouinc. Castellæ, cap 16. V Vadinghus. Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. 1488 §. 37.

§. 7. *B Margarita.* [g]] Memoratur à Rayssa, in Auctario ad natales SS. Belgij, Molani. Henriquez in Menologio Cistertiensi; Saussayo in Martyrologio Gallicano, Calendario SS. Belgij, hac die. Quæ quidem à vanitate sæculi ad Deum conuersa, humilitatis operibus, Religiosæ perfectionis studio, & meditationi continuæ, se totam addixit: Ita vt quandoque ecstases fuerit experta, ac B Virginis Deiparæ præsentia perfrui meruerit: signis ac virtutibus & spiritu prophetico, admiranda, excessit è vita ann. 1618.

§. 8. *Translatio S. Menna, Virg Martyr.* [h]] Nuncupatur ille locus, *Portus-Suauis*, Gallic. *Port Suaue*: vel, *Port sas* (non longè à Mirecurio, Vosagiæ oppido) quem incolæ vulgò vocant, *Poussay*. Eò igitur translatum fuit S. Mennæ, Virginis corpus, hac die, anno 1016. à Brunone, Tullensi Episcopo, huiusce Monasterij fundatore: qui postea ad summum Pontificatum euectus, dictus est, S. Leo 9. Ita Ruys, lib. 1. part. 3. Antiquitat. sacrar. Vosag. Rinaldus part. 2. Lilior. Galliæ sanctæ, cap. 2. in notis ad vitam ipsius S. Mennæ, quam *Mannam* vocat: Rapinæus in vita eius, apud Annales Ecclesi. Cathalaunens. fol 27.

§. 9. *Translatio S Dympna, Virg. Martyr.* [i]] Cùm Virgo hæc Regia, inito certamine, ad cœlum euolasset, sacrum eius corpus Tumulatum fuit in Ecclesia parœchiali Villæ, ceu pagi, *Ghele*, nuncupati, S. Martino, Turonensi Episcopo sacra, in qua etiamnum requiescit: vbi quotidiè ad eius inuocationem innumerabilia, coruscant miracula. Postea verò nobiliores loci incolæ, huiusmodi sacrum corpus, Theca ex auro & argento, ac pretiosis lapidibus confecta, exceperunt. Itaque Cameracensis Episcopus, cum immenso vulgi comitatu, eò veniens, de tumba lapidea, sacrum Virginis & Martyris corpus in thecam illam nouam transtulit: Quæquidem Translatio corporis magna cum celebritate, hac die, peracta est; vnde à pluribus memoria Martyrij eius solemniter recolitur ipsamet die, quanquam id euenerit 30. huiusce mensis, prout inferius, suo loco, annotabimus. Vide Acta vitæ eius apud Petrum Cameracens. Surium, Lippeloum, Renatum Benedictum, Foderetum, Gazetum, Ribadeneyram, &c. Myræum in Fastis Belgic. hac die. Cratepolium de SS. Germaniæ, Doubletum, Harçum, Simonem Martin. & Gononum. lib. 5. vitar. patrum Occident. Bachotum in Fastis Christianis.

DECIMO SEPTIMO CALENDAS IVNII.

IN Perside, Sanctarum [a] Septem Virginum: quæ sub Isdegerde Rege, variis tormentorum generibus cruciatæ, gloriosum Martyrium compleuerunt. Caietæ in Latio, Sanctæ [b] Eupuriæ, Virginis & Martyris. Apud Forum Iulij, in Vico Callidiano, Sanctæ [c] Maximæ, Virginis; quæ multis clara virtutibus, in pace quieuit. Gratianopoli, Beatæ [d] Margaretæ, Virginis, Ordinis Benedictini; quæ genere, & virtutum meritis præclarè emicuit. Apud Albam Terram Monasterium Præmonstratensis Ordinis, Claromontensis Diœcesis, Beatæ [e] Pontiæ, Virginis, & Abbatissæ; quæ insigni vitæ sanctitate præfulsit. Cæsar-Augustæ, Beatæ [f] Angelæ à Verueto, Virginis, Clarissæ; quæ continuis abstinentiis & orationibus dedita, cursum Beatæ vitæ fœliciter compleuit. Romæ, Sanctæ [g] Pœmeniæ, Matronæ, Religione ac fide conspicuæ, Matris Beati Alexandri, militis, Martyris.

MAII XVI.

§. 1. S*Anctarum Septem, Virg. Martyr.* [a]] Memorantur in Martyrologio Romano, hac die, Baronio ibid. in notis, Ferrario in noua Topographia, ad Martyrolog. Roman. verb. *Persis*. A Græcis item ead. die in Menologio, & sup. pridie Calendas Aprilis.

§. 2. *S. Eupuria, Virg. Martyr.* [b]] Ita Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, hac die, ex Tabulis Eccles. Caietanæ; quæ eius corpus habet, (ad cuius Tumulú, molta perpetrata miracula leguntur in MSS. codice) aliundè illic adductum veì notat idem Ferrarius in SS. Italiæ, die sequenti.

§. 3. *S. Maxima, Virg.* [c]] Illius meminere, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, Petrus de natalib. lib. 5. Catalog. Sanctor. cap. 7. Ferrarius in noua Topograph. sup. verb. *Forum Iulij*, & in SS. Italiæ, post vetustissimum MS. Martyrologium Monasterij Patrum Benedictinor. S. Sauini. in Leoitania, in montibus Pyrenæis, in agro Tarbiensi: apud Saussayum ad calcem Martyrologij Gallicani.

§. 4. *B. Margarita, Virg.* [d]] Vocabatur Margarita *de Miolano*, puella nobilissima ac pulcherrima, quæ desponsata erat B. Bernardo, viro illustri, postea Eremitæ: qui cùm nuptiarum apparatus fieret, prima nocte clam aufugit, nec potuit, licet diligenter conquisitus, reperiri. Huius autem fugæ non obstante respectu, Miolana domus, quasi pro iniuria sibi illata, contra parentes D. Bernaedi durissimum bellum agere disponebant: nam nullæ excusationes, nulli legati & oratores proficiebant. Sed Deus pacis, & concordiæ auctor, hoc modo, nobiles istos discordes sedauit. Margarita enim statim atque audiuit tantum mundi contemptum in sponso, & ipsa mirum in modum, in virginitatis & castitatis proposito accensa, accessit ad patrem, & liberè dixit se velle in Virginitate permanere. Ille autem videns eius animi constantiam, consensit: statimque Gratianapolim perducta, in quodam Monasterio Virginum, non longè à ciuitate, sanctimonialium habitum, & clausuram hilariter suscepit, & in sanctis operibus vitam finiuit: vti testantur Richardus de Valle Isara, & Gononus. lib. 7. vitar. patrum Occident. in Appendice, in vita illius, & in notis ad ipsam. De illustri familia *Miolans*. Vide Hilarionem à costa, De Delphinis Franciæ, pag. 154. 261. & 395.

§. 5. *B. Pontia, Virg. Abbatiss.* [e]] Ex nobilissima generis prosapia ortum ducebat: quæ sanctorum parentum Gilberti & Petronillæ bis filia, matri in cœnobij regimine, pari sanctitate successit, & maternæ virtutis hæredem, se egregia pietate comprobauit: hanc commemorant Chrysostomus stella, in natalibus Sanctor. Ordinis Præmonstratens. hac die, Ioannes *le Paige*, lib. 1. Præmonstratens. Bibliothecæ. cap. 18. & lib. 2. in vita B. Gilberti 1. Abbatis B. Mariæ nouem fontium, Ordin. Præmonstratens. ex Chronico Roberti Autissiodorens. & codice MS. illius loci. Saussayus in Martyrologio Gallicano, ad 3. Octob.

B. Angela, Virg. [f]] Probatæ integerrimæque vitæ fuit: quæ & Christum Dominum in elegantissimi pueruli forma, in sacro sancta Eucharistia, propriis oculis intuita est. Obiit apud Monasterium S. Catharinæ Cæsar-Augustæ, vbi sacrum eius corpus debitu honore asseruatur: ita Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in præfato Monasterio, quod est 1. Prouinc. Arragoniæ, Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 25. ad ann. Christi 1532. quo florebat. Wadinghus. Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1234. §. 8. Valerius. De SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 47. §. 6.

S. Pœmenia Matrona. [g]] Florebat circa ann. 280. §. 7. quando Maximiani iussu Imperator. Romæ apprehensus fuit S. Alexander, miles, filius eius: quæ ea de re ab Angelo in somnis admonita, iussa est illum videre, alloqui & sequi: quod statim præstitit, confirmauitque eum in fide. At secutus est eum ab vrbe Roma, per Illyricum, Sardinium, &c. vsque Driziparam Thraciæ: vbi Martyrium compleuit. Verùm, pridiè quàm moreretur, matrem suspexit sibi obuiam, quæ viso filio, ad eius pedes se deiecit, & flere cœpit: posteà verò surrexit, & filium osculata est. Tum B. Alexander, Illi dixit; Noli mater mea flere; spero enim futurum, vt Domini mei Iesu Christi ope adiutus, crastino die, cursum meum perficiam. Cùm igitur ism capite plexus esset, pia mater venit ingemiscens: sancti Martyris corpus accepit, & vnguentis multis, ac pretiosis linteis inuolutum, deposuit in monumento quodam insigni, vltra fluuium Erginam: Quibus peractis apparuit S. Alexander martyr, gratias ei agens pro sua pietate, & labore suscepto, consulens, vt ad patriam haud pigeret reuerti. Vide Acta ipsius S. Alexandri martyr, ex Metaphraste apud Surium 13. Maij.

SEXTO DECIMO CALENDAS IVNII.

NEAPOLI in Campania, Sanctæ [a] Restitutæ, Virginis & Martyris: quæ Valeriano Imperante, à Proculo iudice, in Africa variè torta, immisso igne, cùm in incensores flamma converteretur, ipsa in oratione spiritum Deo reddidit: cuius corpus, cum eadem nauicula, Dei nutu, ad Ænariam insulam propè Neapolim deuectum, à Christianis magna veneratione susceptum est: & in eius honorem Constantinus magnus Basilicam postea Neapoli erigendam curauit. In Lusitania, Sanctæ [b] Celerinæ, Reginæ, Martyris. Alexandriæ, Sanctæ [c] Basillæ, Martyris. Cæsar-Augustæ, Beatæ [d] Mariæ Lopetiæ à Viel, Virginis, Clarissæ: Prophetiæ Dono, ac virtutum prærogatiua insignis. Mediolani, Beatæ [e] Isabellæ Criuellæ, Virginis item Clarissæ, virtute abstinentiæ & orationis spectabilis. Masconnæ propè Quantiam, Diœcesis Ambianensis, Transitus, Beatæ [f] Franchildis, viduæ, Matris Sanctæ Austreberthæ, Virginis. Menis in Sicilia, Translatio Sanctæ [g] Agrippinæ, Virginis & Martyris. In Territorio Tornacensi, ad Elnonem fluuium, cœnobio Sancti Amandi, illatio corporum trium Virginum, è Sanctæ Vrsulæ sodalitio, Colonia aduectorum.

MAII XVII.

§. 1. *Sanctæ Restituta, Virg. Martyr.* [a]] Ita Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Neapolis*, & in SS. Italiæ. Extant eius Acta ex eiusdem Ecclesiæ antiquis Tabulis edita. Porro, non tantum Neapoli celebris fuit, quo translatum est venerandum corpus eius: sed & Carthagine in Africa, vbi passa est anno 256. Eius etenim nomine, censetur illa Basilica, *Restituta* dicta, in qua nonnulla Concilia celebrata habentur. Ad hæc, nobilitata est præfata Ænario insula, sacris Reliquiis S. Restitutæ; ibique illustris memoria eius hactenus clara habetur. Simon Martinus, in vita eius.

§. 2. *S. Celerina, Virg. Martyr.* [b]] De ea agunt Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Hispania*, ex Vaseo in Chronico: item, in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Gallesinio in suo Martyrologio: De qua, & in passione S. Torpetis, Martyris, Pisis in Tuscia, hac die: celebris est memoria apud Adonem. Surium, Mombritium, Petrum de natalibus, lib. 5. Catalog. Sanctor. cap. 8. & Flauij Lucij Dextri Pseudo Chronicon. ad ann. 163. ac Biuarium ibid. in Commentario. Ex quibus discimus, corpus S. Torpetis Martyris, in nauicula penè fracta, & cariosa, cum cane & Gallo in mare fuisse expositum; vt vel à bestijs roderetur, vel in mare mergeretur: Angelo tamen duce, nauicula ad Hispaniam deuenit: & à Senatrice Christiana, Celerina nomine, quæ Regni dimidium obtinebat, in somnis Diuinitùs admonita, in portu Sinensi repertum, cum omni reuerentia illud accipiens, iuxta littus honorificè sepeliuit: quin & studio inflammata Christianæ religionis, cùm alia piè egit, cum de facultatibus suis, Regijsque opibus, Templum mirifico opere desuper construxit in honorem eiusdem Sancti Torpetis. Dexter, præter Celerinæ pietatem, Martyrio tandem obiisse adnotat: cui adstipulatur Biuarius sup. Est quæsitis verisimile: quòd nobilis mulier, quæ tam publicè Christianam fidem profitebatur, vrgente Neronis persecutione, ad supplicium raperetur: quando quidem nulli parcebatur Christiano, & multò minus nobilibus, vt potè, qui fidem promouere poterant. Extat hodieque in Lusitania oppidum ipsum, nomen antiquum, ad oram maris Oceani, portu & piscatione satis celebre: cætera, vide sup. ad 3. Februar.

S. Basilla, Martyr. [c]] Agunt de ea Beda, & Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis; consentiuntque vetera MSS. §. 3.

B. Maria Lopetia, Virg. [d]] Floruit ann. 1530. quæ ob vitæ sanctimoniam, multa spiritu prophetico, prænosse meruit. Obijt Cæsar-Augustæ, in Monasterio S. Catharinæ quod est 1. Prouinciæ Aragoniæ: vti referunt Martyrologium Franciscan. hac die; Annotationes ad illud. Gonzaga. part. 3. Origin. Seraphic. Religion in eo Monasterio. Barrezzus: part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 15. ad ann. 1532. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 47. §. 4.

B. Isabella, Virg. [e]] Inter celebriores sorores, Monasterij S. Appollinaris Mediolanens. præcipua hæc habebatur: quæ aliquando horis quadraginta, immobilis genuflexa, in oratione, & mentis excessu, perseuerabat coram sanctissimo Eucharistiæ sacramento: quamuis omnes tentaret artes humani generis hostis, vt indè repelleret. Perpetuo contecta cilicio, bis in hebdomada, pane vescebatur & aquas multosque macerandi corporis modos excogitabat; qua de re Martyrologium Franciscan. sup. Annotationes ad ipsum, ex MSS. monumentis Prouinc. Mediolanens. Wadinghus. Tom. 6. Annal. Minor. ad ann. 1471. §. 40. §. 5.

B. Franchildis, vidua. [f]] Ianuam æternæ patriæ ingressa est hodie ipsa B. vidua, cuius pietas, ipsaque quam infundit filiæ S. Austrebertthæ, Paulia- §. 7.

censi Abbatissæ, educatio, & assiduus Christo complacendi affectus, laudem apud homines, gloriamque apud Dominum meruit sempiternam; cuius vitæ sanctimoniam, miraculis insecutis Deus comprobauit. Nuncupatur *Famchildes*, seu *Franchildes*, sepulturam nacta, in Templo B. Mariæ, à se extructo. Mareonnæ, propè Quantiam. De qua Surius, Lippelous, Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, & quotquot Authores de ipsa S. Austrebertha Virgine agentes 10. Februar. Iacobus Malbrancque, in Morinis. Tom. 1. lib. 1. cap. 20. & 34. lib. 2. cap. 48. Gallic. *Sancte Framense.*

§. 7. *Translatio S. Agrippinæ, Virg. Martyr.* [g]] Meminit illius Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Actis eiusdem Virg. & ex Tabulis ac monumentis Ecclesiæ Menensis, tum ex Martyrologio Siculo: eadem est, quæ variis diebus colitur: nam. 23. Iunij, natalis dies eius agitur Romæ, quo Martyrium subiit: hac diè verò, quando Roma Siciliam est Translata: & 24. die, eiusdem mensis, solemnitas forsitan octauarum illius festi. Vnde Pancirolam, in Thesauro vrbis Romæ, Regione 5. Ecclesia 5.

Illatio trium corpor. Virg. [h]] De huiusmodi celebritate agunt Molanus in Additionib. ad Vsuard. § 8. & Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, quænam fuerint illæ Virgines è sanctæ Vrsulæ sodalitio; seu, quo nomine recenseatur, non aperitur.

QVINTO DECIMO CALENDAS IVNII.

ANCYRÆ in Galatia, Sanctarum [a] Theculæ, Amittæ Sancti Theodori, Alexandriæ, Claudiæ, Fainæ, Eufrasiæ, Matronæ, & Iulitæ, Virginum: quæ à præside primùm prostitutæ, sed Dei virtute seruatæ, lapidibus ad colla alligatis, in paludem mersæ sunt: quarum Reliquias collectas, cum prædictus Theodotus honorificè sepelisset, comprehensus à præside, sæuissimè dilaniatus est, ac demùm ense percussus, Martyrij coronam accepit. Ptolemaide, in Palæstina, natalis, Beatarum [b] Virginum Clarissarum Martyrum: quæ vnà cum earum Abbatissa, à Sarracenis sunt interemptæ. Rameyæ Monasterio in Brabantia, agri Louaniensis, Beatæ [c] Margaritæ, Virginis, Ordinis Cisterciensis: quæ puerula obiens, ad Deum properauit, qui lætificauit iuuenturem suam. Apud Dulenectriæ Monasterium, eiusdem instituti, in Territorio Trecensi, Sanctæ [d] Ascelinæ, Virginis, Beati Bernardi Abbatis consanguineæ: quæ vitam ducens arctissimam, spiritu prophetico, multisque reuelationibus ac miraculis gloriosa extitit. Murciæ, Beatæ [e] Violantæ à Corduba: quæ tertij Ordinis Franciscani alumna, nobilitatem generis, summis virtutibus exornauit, & sancto fine quieuit. Cantuariæ in Anglia, Translatio [f] Sanctæ Mildrodæ, Virginis Abbatissæ.

MAII XVIII.

§. 1. SAnctarum Theculæ, &c. Virgin. Martyr. [a]] Agunt de his Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, Molanus in Additionib. ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia, ad Martyrolog. Roman. verbo Ancyra. Græci etiam in Menologio.

§. 2. *BB. Virgin. Martyr.* [b]] Ptolemais ciuitas, quæ & Achon dicitur, vrbs est Syriæ, maritima, quam Christiani incolebant Latini, vsque ad ann. Christi 1291. hac die, quo deuenit in manus infidelium: qua de re S. Antonin. part. 3. Chronic. Titul. 20. cap. 6 §. 9. Rem verò copiosè describit Titul. 24. cap. 4. §. 11. his verbis. *Circa id tempus, Anno scilicet Domini 1291. Ciuitas Achon capta fuit per Sarracenos, occisis ibi vel captis, plusquam triginta millibus Christianorum vtriusque sexus. Cùm autem esset in Achon solemne Monasterium S. Claræ sororum, & Abbatissa captam ciuitatem audisset, & Sarracenos intrasse: zelo castitatis viriliter affecta, omnes sorores celeriter ad capitulum conuocauit. Et prima informatione salubri, ne à Sarracenis deluderentur, omnes ad Martyrium animauit, & ait: Filiæ, & sorores, contemnamus vitam istam, & immaculato sponso, corde & corpore fortes in fide, Domino nostro Iesu Christo, nos valeamus offerre, & pretio proprij sanguinis vitam interminabilem comparemus; quod me videritis facere, hoc & vos facite. Virilis ergo mulier, gladio suo nasum proprium sibi mutilauit, & fluente sanguine totam faciem cruentauit. Animantur sorores ad similia, & facies suas diuersimodè vulnerantes, & cruore Virgineo aspectum horribilem aspicientibus intulerunt. Quid plura? intrant Sarraceni Monasterium, euaginatis gladiis, sanguinem Christianum sitientes. Occurrunt Virgines sacra intrepidæ, non decorem, sed horrorem canibus illis offerentes. Qui primò videntes obstupuerunt, deindè horrentes, omnes gladiis peremerunt. Nam quòd iuteo, quod se vulnerauerunt, nisi excusentur ex speciali instinctu spiritus sancti hoc fecisse, secundum communem legem grauiter peccassent.* Erant autem numero 74. De eis agunt. Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud, ex Firmamento trium Ordin. Minor. Speculo fratrum Minor. Marco Vlyssiponensi. Bromiardo, Heroldo, Volaterrano, Valerio, Salazare, Daça. Bzouio, Odorico, Rubeo, Algezira, Wadingho, Boyssato, &c. ibid. citatis.

B. Marga-

§. 3. *B. Margarita, Virg.*[e]] Religioso fine, hac die, obiit, in ipso tenerioris ætatis, ann. scilicet 21. flore, eiusdem instituti sectatrix, nondum adhuc professa: ac tot iam meritis affluens, vt post fœlicem transitum, B. Idæ Niuellensi apparens, inæstimabili præmiorum copia, à Christo Virginum sponso, sese asseruerit in Beata æternitate cumulatam. Ita Ioannes Gillemannus in Hagiologio SS. Brabātiæ, & in vita S. Idæ Niuellens. Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die. & in Liliis Cistercij, Saussayus in Martyrologio Gallicano, ead. die.

§. 4. *S. Ascelina, Virg.*] Hæc adhuc in vtero Matris Diuinitùs præostensa fertur: Quinquennis autem patre orbata, Virginitatem suam Christo consecrat; penè ab infantia visibilis ei datus custos Angelus: corpus suum ieiuniis, vigiliis, &c. macerat: atque venustatem vultus delere nititur: crebræ illius orationes, & genuflexiones. Monialis effecta, Bullencuriæ, (vbi priorissa postea extitit) & indè Pollengeri, socias omnes suo illustrauit exemplo; ad orationem columba duce pergit, ingens incendium miraculosè extinguit. S. Bernardum, ex hac vita migrantem in somnis videt; Monachum à tentatione magna liberat, & plura alia patrat miracula: mortem suam ante prænoscens, morbisque tandem, & longa ætate grauis, ac cœlestis sponsi amore dudum caæstuans, anno 1190. (non autem 1195.) ad Dominum fœliciter transiuit, feria sexta, post Pentecosten. hac die, apud Polingerum, seu, de Polingero, Abbatiam Monialium: vbi post professionem emissam, simul cum matre sanctiss. recesserat. Nam Abbatia Bullencuriæ Cisterciensem Ordinem cùm recepisset mater cum filia, (quia ibidem manere prohibebantur) de licentia ipsius Sancti Bernardi, in Abbatiam hanc Monialium de Polengero transierat. Vnde Monachi, Bullencuriæ sacrum eius corpus sibi sollicitarunt: cuius Translationis, hac die, etiam memoria agitur, 23. Augusti infra. De ea agit Henriquez, in Liliis sup. lib. 2. Distinct. 3. Fascicul. cap. 1. 2. & seq. item. Apud Menologium Cisterciense in notis, ad 10. Iunij, & in prætermissis ad ipsum Menologium 18. Maij, vitam eius, & præclaras virtutes descripserunt. Gossuinus Bellencuriæ Monachus, & Nicolaus Camusatus, in Miscellaneis Historicis Eccles. Trecens. ac *Des-Guerroys*, in sanctitate Christiana, sæcul. 12. ad ann. 1195. cap. 3. Manriquez Tom. 2. Annal. Cisterciens. ad ann. 1149. cap. 5. §. 8. & Tom. 3. ad ann. 1195. cap. 3 quo fortassis Translatio peracta est.

B. Violanta, Tertiaria.] Nobilissimo sanguine nata, illustrior extitit familia Christi. Passionis Dominicæ memoria, tota sauciata fuit: quæ cùm fundasset tertij Ordinis Minorum Monasterium S. Veronicæ de Murçia, circa ann. 1576. tamque brauium in Christo, quod fideliter decurrisset, acceptura: nonageria, & ampliori ætate confracta, cœlestem patriam ambiit, eodem anno: cuius cellula fumigabat ab odore suauitatis admirandæ. Vide Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud. Blasium Laghinam, in suo Memoriali, Marianum, lib. 6. Chronic. strictior. Obseruant. Reformat. Minor. cap. 25. Thielmann. Tom. 2. vitar. SS. Ordin. Seraphic. §. 5.

Translatio S. Mildredæ.[f]] Ipsius sacræ Reliquiæ in Monasterio insulæ de Thaneto, (vbi sepulturam nacta fuerat) remanserunt, vsque ad tempora Cnuti Regis, filij Suani, Danorum Regis; qui Angliam subegit anno Christi millesimo vndecimo, nam ipse Cnutus, Monasterium S. Mildredæ, à Suano excisum, cum tota substantia, Monasterio S. Augustini Cantuariæ addixit. Cùm verò Romam cogitaret, iurauit super Tumulum S. Augustini, se etiam ad illud Monasterium corpus S. Mildredæ translaturum, si prosperè in Angliam remearet. Qui rediens, in medio Mari, B Augustino visibiliter sibi, in forma Episcopi, apparente, à naufragio liberatus, votum suum adimpleuit, hac die, anno Christi 1030. Agelnotho Archipræsule, & Elstano S Augustini Abbate apud Cantuariam. Ita Guillelmus Thornæus, siue, Spina, lib. de Abbatibus S. Augustini Monasterij Cantuariens. Menardus in Omissis, ad lib. 1. Obseruation. Martyrolog. Benedictin. 13. Iulij, ad calcem totius libri. §. 6.

QVARTO DECIMO CALENDAS IVNII.

ROMÆ Sanctæ [a] Pudentianæ, Virginis; quæ post innumeros agones, post multorum Martyrum venerabiliter exhibitas sepulturas, post omnes facultates suas pauperibus pro Christo erogatas: tandem de terris ad cælos migrauit. Nicomediæ, Sanctarum [b] sex Virginum & Martyrum, quarum præcipua erat Cyriaca: quæ cùm liberè Maximianum impietatis obiurgasset, dirissimè cæsa, & dilaniata, ad vltimum igne cremata est. Papiæ, Beatæ [c] Sibyllinæ, Virginis, Dominicanæ; quæ cursum Angelicæ conuersationis expleta, signis postea fulsit emeritæ Beatitatis. Glasconiæ, Beatæ [d] Elsginæ, Religiosissimæ fœminæ; quæ à Sancto Dunstano, Cantuariensi Archiepiscopo edocta, & piis ac sanctis operibus iugiter vacans, Beatum vitæ finem sortita est. Florentiæ, Beatæ [e] Humilianæ, viduæ, Tertiariæ Minoritanæ; virtute abstinentiæ, patientiæ, & miraculorum gloria insignis. Senis in Tuscia, Beatæ [f] Elisabeth de Vaiariis, Tertij Ordinis Seruitarum; quæ ieiuniis, orationibus, & carnis macerationibus intenta, crebris etiam miraculis extat gloriosa.

MAII XIX.

§. 1. *Sanctæ Pudentianæ, Virg.* [a]] De ea agunt Beda, Vsuardus, Ado, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. Christi 311. Vincentius Beluacens. lib. 9. specul. Historial. cap. 49. Petrus de natalib. lib. 5. Catalog. Sanctor. cap. 15. D. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 6. cap. 27. §. 6. Mombritius. Tom. 2. Surius, Mosander, Fodererus, & alij in vita eius. Ferrarius in SS. Italiæ, & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Roma*. Plura de illa leguntur in Actis S. Praxedis & Nouati, quæ à Pastore presbytero scripta dicuntur: ea recitat Ado Treuirensis ad 12. Calend. Iulij. Saussayus in supplemento Martyrologij Gallicani, hac die, & in Appendice ad ipsum Martyrologium, quo teste, sacrum eius corpus in Gallias translatum ad Ecclesiam Collegiatam de Castillione agri Senonensis, in Vastiano, signis claret, & pia veneratione celebratur. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 2. Ecclesia 41. & 46. Gallonius de Virginib. Roman. Morinus, lib. 1. Histor. Wastinens. cap. 7. pag. 219.

§. 2. *SS. Sex, Virg. Martyr.* [b]] De his meminerunt, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Ferrarius sup. verb. *Nicomedia*. Simon Martinus, ead. die. Græci etiam in Menologio, ex Actis S. Philoteri, ibique harum vnius tantum nomen recensetur, scilicet S. Cyriacæ, sororis S. Theotimi, circa ann. 290.

§. 3. *B. Sibyllina, Virg.* [c]] Nata Papiæ ex *Biscossa* familia, à teneris annis, orationi frequenter incubuit: grauique scelere se impiari reputabat, si designatum orationum Dominicarum, & salutationum Angelicarum pro singulis canonicis horis numerum omitteret. Vix duo decimum annum egressa, oculorum lumen amisit: pro cuius reperatione, cùm aliquando ardentiùs oraret, in extasim rapta, secundum spiritum aspexit, S. Dominicum luce illam iucundissima profundentem, præ qua omnia terrena despexerit. Triennio post, cœmitorio cuidam ad ædem prædicatorum propinquo contemplationis causa, se inclusit: nec nisi semel, pro sacra communione recipienda, semelque vt quandam sanctimonialem Monasterij de Iosaphat visitaret, pedem indè extulit. Ibidem inclusa, pœnitentiam, admirari faciliùs, quam imitari, in ieiuniis, vigiliis, castigationeque corporis egit. Septem annos, adeò acriter singulis diebus sese flagellabat, vt sanguinis riui, inter dulcedinem mentis, quam percipiebat, defluerent. Vnica ea veste, quam in æstate induebat, contenta, non alias, hyemis tempore, quærebat: neque gelu, cunctis rigentibus, ad ignem accedebat: ligno quodam nudo noctu recubans, neque vlla lectisternia requirens, meditationi passionis Christi intenta, cum spoliationem Christi, antequam crucifigeretur, mente reuolueret, rapiebatur in spiritu. Prophetico spiritu repleta, multa occultè reuelauit, plurima futura prædixit. Sexaginta quatuor annos intra eam cellam reclusa vixit, fœlicique morte sua præcognita, & prædicta, tandem octuagenaria, hac die, decessit: tertium quem vocant Prædicatorum Ordinem professa: miraculisque in vita & post mortem gloriosa: sepulta est in æde S. Thomæ apud Dominicanos. Ita Seraphinus Razzius. part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordin prædicat. Michael Pius, lib. 3. de viris illustrib. eiusd. Ordin. Bzouius. Tom. 14. Annal Eccles. ad ann. 1367. §. 17. quo obiit. Ferrarius de SS. Italiæ, & in Catalogo Sanctor. hac die, & in noua Topographia sup. verb. *Papia*. Fasti Mariani ead die. Ioannes à sancta Maria, part. 2. vitar. SS. eiusdem Ordin. lib. 3.

†§. 4. *S. Elsgiua.* [d]] Viuebat circa ann. 930. quæ ab ineunte ætate grata fuit & accepta Regibus Angliæ: tùm, quia bonis moribus & castis actibus, tum, quia filios educando, & nutriendo gnara fuit atque sollicita. Hæc ergò, audito S. Dunstano, habitationem sibi propè oratoriū S. Mariæ instituit Glasconiæ: vbi ad eam S. Dunstanus venire, eam de profectu bonorum operum, de spe retributionis futuræ, & de gaudio Regni cœlestis, imbuere posset. Et factum est: Quicquid ei S. Dunstanus dixit, ita opere sollicita fuit adimplere, ac si ab ore Dei, corporeis auribus id acciperet. Quapropter diebus ac noctibus, Ecclesiam frequentare, orationibus insistere, egenis, de facultatibus suis, quibus affluebat, largiter ministrare: & prorsus ijs, quæ Deo placere posse sperabat, sedula studebat operam dare, &c. Denique pia matrona, certa de beatitudine sibi promissa, Ecclesiasticis sacramentis de manu S. Dunstani sumptis, placida morte obiit, in cœlum consccensura. Ita Osbertus Monachus, in Actis S. Dunstani, apud Surium, hac die.

§. 5. *B. Humiliana, vidua.* [e]] Progenitorem habuit Oliuerium *Cerchium*, antiquæ nobilisque familiæ Florentinæ: à teneris annis vas fuit Deo consecratum. Anno ætatis suæ 16. viro illustri nupsit: cū quo quinque annis permansit in matrimonio, & totidem, vidua vixit: obiit in die Sabbathi 19. Maij, annō 1246. Tertij Ordinis Franciscani, cùm esset alumna: meritis & virtutibus ac miraculis copiosissimè coronata, sepulturam nacta est in Conuentu Fratrum Minor. S. Crucis Florentiæ, cuius corpus postea à terra leuatum, ob frequentiam miraculorum, in sacrarium Translatum est, vbi maxima in veneratione habetur. Hanc commemorant Martyrolog. Franciscan. hac die, Annotationes ad illud. Vitus de Cortona in eius Legenda. Raphael Volaterranus, & Hippolytus Florentinus ibid. Marianus, lib. 2. Marcus Vlyssiponens. 1. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 19. & 10. Tossinianus, lib. 1. Histor. Seraphic. De Bustis part. 2. Rosarij Quadragesimal. Sermon. 27. Gonzaga. part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in BB. Fœmin. 2 ac 3. Ordin. Minor. Syluanus, de SS. Hethruriæ. Wadinghus. Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1246. §. 18. Bzouius. Tom. 13. Annal. Eccles. eod. ann. §. 21. Valerius de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 5. cap. 11. Thielmans. Tom. 2. ibid. Marubus, libro 4. Histor. sacrar. Religion. & alij Vghellus. Tom 3. Italiæ sacræ, in Archiepiscopis Florentin. sub 33. in fin.

§. 6. *B. Elisabeth.* [f]] Voto castitatis emisso, illud inuiolabiliter seruauit: ieiunia ac macerationes, erant sibi lautissimæ epulæ: oratio verò, ac sacra confessio, eloquia casta, quæ semper præ ore habebat: quinquagies enim in die, & totidem in nocte, Christum, eiusque Matrem Virginem salutabat, vt remissionem peccatorum, ac mentis iubilum consequeretur. Sepulturam habuit Senis in æde Seruitarum; cuius cineres, etiamnum clarent miraculis. Ipsius autem venerabile caput, super infirmorum capita impositum reos à languoribus curat: simulque obsessos à Dæmone liberat. Scribunt de ea Gianius, part. 1. Annal. Seruitar. Virg. centur. 2. lib. 2. cap. 1. ann. 1348. quo postè sublata est, Gasparinus Venetus in poëmatib. de cœlesti Beatitudine Triumpho 6. cap. 2. Michael Pocciantius in Chronic. Seruitar. *Bartholomæa* vocabatur antequam sacrum B. Virg. habitū suscepisset.

TERTIO DECIMO CALENDAS IVNII.

ROMÆ, via Salaria, Sanctæ[a] Basillæ, Virginis: quæ cùm esset ex Regio genere, & illustrissimum sponsum haberet, illumque dimisisset, accusata ab eo, quòd esset Christiana, decretum est à Gallieno Augusto, vt, aut sponsum reciperet, aut gladio interiret: quæ conuenta de hoc, cùm respondisset Regem Regum se habere sponsum, gladio transuerberata est. Item, Romæ Sanctæ[b] Plautillæ, fœminæ consularis, Matris Beatæ Flauiæ Domitillæ, quæ à Sancto Petro Apostolo baptisata, omnium laude refulgens, quieuit in pace. Bituricis, Beatæ[c] Paternæ, Matronæ, genere ac virtute illustris. Treuiris, apud Horreum Monasterium, Sanctæ[d] Basilissæ, Virginis, Abbatissæ. Perusiæ, Beatæ[e] Columbæ, Virginis Tertiariæ Dominicanæ, oratione extatica, pœnitentiæ exercitiis, & miraculis celebris. Apud Veaz oppidum in Hispania, Beatæ[f] Franciscæ, viduæ, Tertij Ordinis Minorum: nobilitate generis, & sanctitate vitæ insignis. Gandaui apud Blandinium cœnobium, Translatio Reliquiarum Sanctæ[g] Amalbergæ, Virginis. Trecis Resetatio Hierothecæ Sanctæ[h] Mastidiæ, Virginis.

MAII XIX.

§. 1. SAncta Basilla, Virg. Martyr.[a]] Agunt de ea, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrolog. Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 262. Petrus de natalib. lib. 5. Catalag. Sanctor. cap. 23. hac die. Habentur res gestæ ipsius, simul coniunctæ cum Actis S. Eugeniæ 25. Decemb. quæ recitant. Metaphrastes, Lipomanus, Surius, & alij, ead. die. Vincentius Beluacens. lib. 10 specul. Historial. cap. 118. & lib. 11. cap. 4. 76. & 77. D. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 7. cap. 6. §. 12. Gallonius de Virgin. Roman. Illam confundit, cum alia S. Basilla, martyre, Alexandriæ passa, sup. 17. Maij. Ferrarius in SS. Italiæ, in noua Topograph. ad Martyrolog. Roman. verb. *Alexandria*, & in Catalogo Generali Sanctor. ad 25. Decemb. Simon Martinus, hac die. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 2. Eccles. 41. quæ est S. Praxedis, vbi sacrum eius corpus quiescit.

§. 2. *S. Plautilla, Martyr.*[b]] Memoratur in Martyrologio Romano, hac die, Baronio ibid. in notis, & Tom. 1. Annal. Eccles. ad ann. 69. & 98. Vincentio Beluacens. sup. lib. 9. cap. 19. & 20. item in Actis SS. Martyrum Nerei & Achillei, apud Surium 12. Maij, necnon in passione S. Pauli Apostoli, quæ fertur nomine Lini. Pancirola sup. Regione 9. Ecclesia 15. & 24. Orderico Vitali, lib. 2. Eccles. Histor. in Sancto Paulo, pag. 397. Gallono de Matronis Roman.

§. 3. *S. Paterna, Matrona.*[c]] Hæc matrona nobilis & religiosa, cum pietatis elogio commemoratur, in Actis S. Austregesili, Bituricensis Archiepiscopi, cap. 8. apud Surium, hac die, & Saussayum, in Appendice ad Martyrolog. Gallicanum.

§. 4. *S. Basilissa, Virg. Abbatiss.*[d]] Floruit anno 780. successit autem in regimine huiusce Monasterij S. Anastasiæ Abbatissæ, fuitque sexta eiusdem Parthenonæ Abbatissa: ita Wion in Martyrologio Benedictino, Molanus in Additionib. ad Vsuard. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die. Trithemius, lib. 3. viror illustr. Ordin. Benedictin. cap. 205. Petrus Cratepolius lib. de Episcopis Germaniæ, Bosius. Tom. 2. de signis Eccles. lib. 22. cap. 3.

§. 5. *B. Columba, Virg.*[e]] Reate, honesta familia nascitur anno 1467. in die Purificationis B. Virg. Mariæ, Deiparæ: cuius in ortu, visi sunt plures Angeli, circa domum choros ducentes, vt propterea, aquis Baptismatis tincta, ob hoc euentu Angelinæ nomen acceperit: & quia tunc dùm baptisaretur, columba volitans apparuit super caput eius, faciem & corpus, deinceps cognominata est *Angelina-Columba*. Abincunabulis futuræ præludia sanctitatis dedit: feria sexta vbera non suggebat nisi semel in die: Triennis effecta, super spinas ac tribulos cubabat: Quadriennis, qualibet feria sexta ieiunabat in pane & aqua. Quinquennis cilicium cœpit deferre asperum ad carnem: pietatisque exercitiis intenta erat: disciplinis ac vigiliis corpus edomans, Virginitatem suam Christo consecrauit. Porro, habitu tertij Ordinis Prædicator. assumpto, miro feruore, accreuit in qualibet pœnitentiæ rigore, & virtutum assecutione, maximè in humilitate & charitate: visionibus cœlestibus, raptibus, & oratione extatica, ac miraculorum gloria insigniter decorata fuit. Præscia mortis suæ, fœlix migrauit in cœlum, hac die, ann. 1501. in festo Ascensionis Christi ætatis suæ, anno 34. & amplius. Sepulta in suo Monasterio Perusino. Vitam eius compillarunt Albertus Leanderi & Seraphinus Bosius. Tom. 1. de signis Eccles lib. 12. cap. 23. & Tom. 2. lib. 15. cap. 5. Razzius. part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordin. prædicator. Volaterranus, lib. 32. Commentarior. *Philologiæ*, fol. 302. pag. 1. Ferrarius in Topographia sup. verb. *Reate*.

§. 6. *B. Francisca, vidua.*[f]] Nobili prosapia exorta est apud *Veaz* oppidum: quæ vidua relicta, altissimo fœliciùs obsequutura, habitum tertij Ordin. Franciscan. sumpsit, atque in humili quadam domo, vna cum filiabus suis, aliisque eiusdem mentis Virginibus sibi adhærentibus, ab anno Christi 1507. vsque ad ann. 1544. virtutibus, ac vita pollens exemplari perseuerauit: exindè ad aliam domum eiusdem loci transiens, sanctissimè vitæ reliquum peregit, ita Martyrologiũ Franciscan. hac die: Annotationes ad illud. Gonzaga

part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio Conception. B. Mariæ Virg. de *Veax*, quod est 10. Prouinc. Carthaginens. Barrezzus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 40. & Valerius lib. 4. de SS. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 34.

§. 7. *Translatio S. Amalbergæ, Virg.* [g]] Scribunt de ea, Molanus in Additionib. ad Vsuard. Wion in Martyrologio Benedictino, & Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die. Vide Acta S. Bertulphi, cap. 35. & seq. apud Surium 5. Februar. facta quippe est ann. 1073. sub Ratbodo, Nouiodunensi Episcopo, & Folcardo, Abbate. De altera verò Translatione illius, iam superius egimus ad 1. Maij. De eaque iterum, inferius ad 27. Octob. & Sanderus in Agiologio Flandr.

Reseratio Lipsanothecæ S. Mastidiæ, Virg. [h]] Hæc iterata apertio, seu Translatio, facta est per Renatum 84. Trecensem Episcopum: qui eductum è scrinio corpus ipsius S. Cœlitis super maius altare summæ ædis venerandum exposuit: ita integrum, vt recto inter se Ordine contexa membra patuerint: auulso tantum capite, quod pro Christi testimonio fuisse decisum; & illius à trunco separatio, & purpura, qua corpus ipsum sanctæ huiusce Virginis inuolutum reperit pridem Milo Episcopus, qui primus exuuias eius detexit; non abs re suspicandi multis perspicientibus ansam præbuerunt. Hæc Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, & *Des-Guerroys*, in sanctitate Christiana, sæcul. 17. ad ann. 1606. ead. die. §. 8.

DVODECIMO CALENDAS IVNII.

APVD Xantones, in Aquitania secunda, natalis Sanctæ [a] Eustellæ, Virginis & Martyris: quæ inclytæ stirpis propago, à Sancto Eutropio Episcopo ad Christum conuersa, atque baptisata, necnon Deo sacrata: cùm à sancto proposito, nullis patris blanditiis, vel minis potuisset abduci, Martyrii lauream sibi comparauit. Ariæ in Artesia, Sanctæ [b] Irisbergæ, Virginis, filiæ, Pipini Galliæ Regis: quæ spretis mundi oblectamentis, sub Ordine Benedictino, magnis virtutibus claruit. Hensterbecæ Monasterio, eiusdem instituti, apud Heydelbergam, in Comitatu Palatino ad Rhenum, Sanctæ [c] Hildegrandis, Virginis, multorum prærogatiua meritorum celebris. Apud Monasterium Conca-Camporum, in Territorio Palentino, Beatæ [d] Mariæ à Montalua, Virginis, Clarissæ: è cuius sepulchro pulueres collecti, febricitantibus conferunt sanitatem. In Castella, tribus leucis à Villa-noua Xeræ, Beatæ [e] Catharinæ Cardonæ, Carmelitæ, quæ alta sui generis despiciens, & diuitiarum iactantia contempta: miram egit pœnitentiam, in solitudine, vigiliis, ieiuniis, & obsecrationibus Domino iugiter deseruiens, multis illustrata miraculis.

MAII XXI.

§. 1. SAncta *Eustella, Virg. Martyr.* [a]] Hæc perfidi patris iussu necata, ouans cum palma victoriæ immarcescibili, ad Regni cœlestis perennes triumphos euolauit: cuius corpus, purissimæ mentis vasculum, Tumulo sancti ipsius Eutropij, à quo pietatem hauserat, fidelium occulta sollicitudine, illatum, magna cum eo claruit veneratione. Agoot de ea, Viocentius Beluacens. lib. 10. specul. Historial. cap. 81. Petrus de natalibus, lib. 4. Catalog. Sanctor. cap. 105. D. Antooio. part. 2. Chronic. Titul. 6. cap. 28. §. 3. Saussayus in Martyrolog. Gallicano, & Simon Martinus, hac die. Renatus Benedictus, in Actis S. Eutropij 25. Maij.

§. 2. S. *Iusberga, Virg.* [b]] Nata ano. 752. Nuncupatur *Gisleberga, Gisla & Gysila, Isberga, Idaberga, Iduberga, & Iusberga*. Soror Caroli magni Imperatoris, ac Galliarum Regis, quæ præclari spreta gloria stemmatis, Christo intemeratam Virginitatis florem consecrauit, ann. 775. seque eius obsequiis mancipando, vitam in carne Angelicā prorsus transegit: Demùmque toto pectore, cœlestibus inhians, virtutibus coruscans, ad eum, quem vnicè dilexit, & coluit, egressa ex corporis ergastulo; fœliciter profecta est. Cuius sacræ exuuiæ, ibidem magna honorificentia asseruantur: hodieque ad beatæ eius memoriæ venerationem, exhibentur percolendæ. Hæc ex Mulano in Additionibus ad Vsoard. hac die, & in indiculo SS. Belgij. Gallesinio, in suo Martyrologio. Gazæo & Fodereto in vita eius. Myræo in Fastis Belgicis. VVion in Martyrologio Benedictino, & lib. 4. Ligoi vitæ, cap. 28. Ferrario in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Area*, & in Catalogo Generali Saoctor. Saussayo, in Martyrologio Gallicano, ead. die. Gonooo, lib. 4. vitar. SS. patrum Occident. in vita S. Venantij Eremitæ, Martyr. Buzelioo, libro 2. Gallo-Flandriæ, cap. 7. Malbrancque. Tom. 2. de Morinis, lib. 5. cap. 3. 4. 6. 12. 14. vsque 44. Simon Martinus, hac die, ann. 806. quo obiit, & Petrobergam regia pompa transfertur.

S. *Hildegrandis, Virg.* [c]] Vixit circa ano. Christi 1188. De qua, in Historia Monastica, aothore Petro Recordato. Diario 3. Ferrario sup. in Catalog. Sanctor. ex Martyrologio Monastico, & Tabulis præfati cœnobij Hensterbecensis, hac die. §. 3.

B. Maria, Virg. [d]] Floruit circa ano. 1540. quæ cùm non vulgari fama sanctuatis, diem clausit extremum, apud Monasterium S. Claræ Coocæ-Camporum, quod est 9. Prouinciæ Conceptionis io Hispania. Cuius ossa, post plurimos annos elapsos, suauissimum ea se odorem emisere: Insuper, collecti ex eius sepulchro pulueres, plures febricitantes pristinæ saluti restituerunt, ita Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum. Gonzaga. parc. 3. Origin. Seraphic. Religioo. in præfato Monasterio, Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 42. ad ann. 1544. Valerius, de SS. Fœminis eiusd. Ordin. lib 4. cap. 36. Wadinghus, Tom 5. Annal. Minor. ad ann. Christi 1450. §. 42. vsque 44. §. 4.

B. Catha-

f. 5. *B. Catharina, Virg.* [f] Nobilissima Ducum Cardonæ stirpe nata est, fœmina verè mirabilis: quæ sæculo, aula regia, delitiis & vanitatibus relictis, spiritu mota cœlesti, in vastissimam, sibi ex *Complato*, pio eremita quodam ascito, solitudinem secedens, horrida, strictaque selecta ad habitandum specu, quæ corpus tantúdem caperet, leucis tribus distante, à *Villa-noua Xeria*, in Regno Castellæ: ibi admirandis, & horridis, per annos octo, pœnitentiæ exercitamentis, occupata, herbis tantummodo, & terræ contenta radicibus, ieiunio iugi vacauit, ferrea cathena quotidiè corpus tundens, asperrimis æneis amicta cilicus. carnem compressit assiduè: vestem Carmelitanam, in Ecclesia Monasterij *Pastranæ*, virili non absimilem induit. Simplicitate, humilitate, abstinentia, disciplinis, &c clara: sua benedictione omnes sanabat ægrotos, quin & vbique odorem spargebat, ex vestimentis eius: vsa consilio & auxilio B. Francisci *de Torres*, Franciscani, In confessionis sacramento, & extra. Vitam finiuit anno 1577. infra Ascensioně Domini, hac die xxi. (non xi.) Maij, illic sepulta, in Capella Virginis Mariæ, Monasterij super locum pœnitentiæ eius extructi; cuius heroicas virtutes describeret, S. Teresia, Virgo, libro fundationum sui Ordinis Carmelitan. cap. 21. circa med. vbi de *Villa noua*. Thomas de Iesu, Braciensis: Myræus in Fastis Belgic. sub 20. April. vbi de B. Hildegunde, Virgine. Ioannes Perezius à Moyá, lib. 2. mulier. illustr. Ribera, in vita S. Teresiæ, lib. 3. cap. 9. & lib. 4. cap. 18. S. Angelus in Catalogo Carmelit. cap. 114. Didacus Yepes, Episcopus Turiasonis, lib. 2. vitæ S. Teresiæ, cap. 29. Antonius Alegre, in Paradiso Carmelitici decoris, statu 4. ætate 17. post Christum, cap. 508. sed his copiosiùs Franciscus à sancta Maria, in Historia Generali Carmelitar. excalceator. toto libro 5.

VNDECIMO CALENDAS IVNII.

IN Vasconia, Agro Adurensi, natalis Sanctæ [a] Quiteriæ, Virginis, & Martyris: quæ capitis detruncatione, ad cœlos euolauit, quamque miraculorum copia nunc vsque exornat. In Corsica, Passio Sanctæ [b] Iuliæ, Virginis: quæ idolis nolens sacrificare, primo alapis cæsa, atque flagellis torta, ad vltimum, Crucis supplicio, coronata est. Antissiodori, Sanctæ [c] Helenæ, Virginis; quæ tota liquefacta in desiderium gloriæ æternæ, animam meritis diuitem cœlo emisit. In agro Limburgensi, propè Aquisgranum, Beatæ [d] Helsuindis, Porcetensis Abbatissæ, Ordinis Cisterciensis, vtraque puritate insignis, spiritualibusque charismatibus spectabilis. Florentiæ, Sanctæ [e] Humilitatis, Abbatissæ, primæ Institutricis Monialium Ordinis Vallis-Vmbrosæ; quæ copiosa messe excitata, manipulisque animarum plurimis in Dominicum horreum deportatis, læta de bono opere, secura de munere, ad cœlum glorificanda migrauit. Cassii in Vmbria, Diœcesis Spoletinæ, Depositio Beatæ [f] Ritæ, Ordinis Sancti Augustini; quæ per verba salutis, & exempla virtutis, cæteris sic præluxit, vt in vias iustitiæ & pietatis alumnas deduxerit. Mortarii in Insubria, Beatæ [g] Elisabethæ, Virginis Clarissæ; cuius vitæ sanctitas, summa fuit. Romæ, Eleuatio Sanctæ [h] Helenæ, viduæ; Augustæ. Eodem die, item Eleuatio Sanctarum [i] Harlindis, & Relindis, Sororum, Virginum.

MAII XXII.

a. 1. SAncta Quiteria, Virg. Martyr. [a]] Hæc Regiæ Stirpis Proles-Catilli, & Calciæ, principum ethnicorum filia, præuenta à Deo in benedictionibus dulcedinis, Christiana fide irradiata fuit: exhortationeque Angeli ad Martyrium animata, ex Oreone monte, forti animo ad luctam descendit pro pietate ineundam. Christianitatis igitur accusata, & in carcerem trusa, cùm vitam, & nuptias splendidas sibi oblatas, modò discederet à Christo, admittere renuisset; constanter dato pro æterni sponso, suo capite, ad duplicatum Virginitatis & Martyrij præmium euolauit. Cæsa est Virgo inclyta propè Adurensem, ceu Vico-Iuliensem ciuitatem, ad Atycum flumen, vulgò, *Ayre*, in Vasconia, sub Auxitano Archiepiscopatu 1. Tanta memoriæ parta gloria, vt postea stabilita illic (quam rigauit sanguine, fulciuitque morte) religione sanctissima, nomen tantæ cœlitis pro insigniore decore, ipsimet ciuitati inditum sit: Adeò, vt Episcopus Adurensis, Antiquitate in Galliis non postremus, *Episcopum S. Quitheriæ*, in sacris Diplomatibus, alijsque publicis monimentis se pridem subsignauerit. Celebratur autem eius festum, hac die, quo passa est in Gallia Martyrium, quod fuit circa ann. Christi 100. in ipsis primordiis, quibus cœpit Christianismus in Francia, tempore B. Dionysij Areopagytæ, primi Parisiorum Episcopi. Cæterum, purissimum purpuratæ huiusce Christi athletæ corpus à fidelibus, feruente procella persecutionis, occultè funeratum, hinc fulgente, toto orbe, Christi victoria, Ecclesiaque de Crucis inimicis triumphante, ad S. Seueri excitatum ea in Diœcesi cœnobium, translatum fuit; vbi tamdiu quieuit, in honore, quamdiu in Gallia, fides patrum sacro-sancta viguit. At erumpente ex Orco, tetra hæreseos, lue, Caluinistæ, qui auita pietate eiurata, cœlitibus qui eam sparserant, tantis sudoribus, atrox in terra bellum indixerunt: occupato, direptoque, plusquam Turcica rabie, ipso S. Seueri Monasterio, ossa B. Quitheriæ sacratissima è sacrario deturbata, in rogum coniecerunt: è quo nihilominus, pia fidelium æmulatione, partim erepta, semiusta, absconsa sunt, seruataque: & demum R. P. Anselmo *Rolle*, Superiori Seminarij Tolosani, Ordinis S. Benedicti, sub Titulo S. Ludouici, Religiosa data munere: ibi, ab eo recondita sunt magna cum veneratione. Ita Molanus in Additionibus ad Vsuard. Saussayus in Martyrologio Gallicano, & in supplemento ad illud, hac die. Ferrarius in noua Topo-

graphia ad Roman. Martyrolog. verb. *Gallia*. & *Hispania*, hac die. Petrus de Marca. lib. 1. Histor. Bearnens. cap. 9. §. 8. Antonius Nebrissensis, in vita eius, Ioannes Tamayo, in Martyrolog. Hispano. sub 18. Ianuar. & 21. Iunij. Nec his repugnant Trugillus. Tom. 3. Thesaurus Concionator. Villegas in Flore Sanctor. Hispaniæ. Gononus, lib. 3. vitar. patrum Occident. in ea. Propterea Officium 9. lectionum fit de ipsa in Ecclesia Narbonensi, vt constat ex eius Breuiario. Extat insuper oratio propria de eadem in Breuiario Ecclesiæ Diensis: fit etiam mentio de ipsa, in vita, S. Gemmæ, sororis suæ, in Breuiario Monasterij Casæ Dei, Gallicè, *la Chaize-Dieu*. De hac autem memoriæ proditum est, quòd abscissum caput è loco Martyrij, vsque ad vrbem Adurensem pertulerit: vbi quieuit, & honorifice à Christianis sepulta fuit: cuius intercessione, Deus multa operatus est miracula: est enim aduocata, contra morsus rabiosorum canum. In Hispania etiam veneratur, vti habet Martyrologium Romanum, hac die, ob quasdam illius Reliquias, Toleti etiam asseruatas, iuxta Ferrarium sup. sic denique Vasati in Vasconia, ob eandem rationem, ex Saussayo sup.

§. 2. *S. Iulia, Virgin. Martyr.* [b]] Passam referunt, eo tempore, quo à Wandalis Carthago capta est, scilicet, anno 439. ipsa autem in seruitutem acta; pro Christi confessione, agonisauit vsque ad mortem: cuius anima, sub specie columbæ, de eius ore egressa, cœlum petiuit. Eius autem corpus Angelico concentu à Monachis in insolam Gorgonam nunc Margaritam: indè ab Anna Regina, Desiderij Longobardorum Regis vxore, Brixiam allatum, in Monasterio à se extructo, in ipsius honorem, munificentissimè collocatum est: cuius portio quædam religiosè asseruatur in pago S. Reparie. De ea Agunt Vsuardus, & Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 6. Annal. Eccles. ad ann. 440. Ferrarius de SS. Italiæ, & in noua Topographia sup. verb. *Corsica*. Ado autem, pridie huius Diei. Petrus de natalibus, lib. 5. Catalog. Sanctor. cap. 29. Surius, Gazetus, & alij, in Actis eius. Iacobus Pintus, lib. 3. de Christo Crucifixo, Titul. 4. loco 12. Ioumer. 24. Simon Martinus, hac die, & Bachotus in Fastis Christianis.

§. 3. *S. Helenæ, Virg.*] De ea agunt, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibidem in notis. Petrus de natalib lib. 11 Catalog. Sanctor cap. vltim. § 146. Ferrarius in noua Topographia sup verb. *Antissiodorum*, qui addit. sed mendosè, illam fuisse sponsam S. Amatoris, Antissiodorensis Episcopi: ex Petro de natalibus, qui tamen nil ea de re habeat: cum sponsa ipsius S. Pontificis Vocaretur *Martha*, de qua 1. Maij sup.

§. 4. *B. Helsundis, Abbatiss.* [d]] Florebat ano. 1225. Filia erat Arnoldi Sculteti, Aquensis, viri potentis ac diuitis; ab ineunte ætate, religionis amore feruens, graues propterea persecutiones æquo animo tulit, in omni sanctitate vitam ducens religiosam tam in vita, quàm post mortem, miraculis celebris. Scribunt de ea, Cæsarius. lib. 1. Histor. memorabil. cap. 41. Henriquez in Menologio Cistertiensi, & Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, Manriquez Tom. 3. Annal. Cistertiens. ad ann. 1207. cap. 5. §. 7. & seq. Barnabas de Montalbo. Tom 1. Chronic. lib. 4. cap 13.

§. 5. *S. Humilitatis.*] Fuit patria Fauentina, habitumque Religionis sumpsit de manibus Abbatis S. Mariæ de Crespino; & moriens anno Domini 1310. ætatis suæ 99. sepulturam accepit in cœnobio sancti Saluij, iuxta Florentiam Memoratur à Wione, in Martyrologio Benedictino. Razzio lib. de sanctis Hethruriæ, & Ferrario sup. & in Catalogo Generali Sanctor. hac die: & in noua Topographia sup. verb. *Florentia*. Bzouio. Tom. 14. Annal Eccles. ad ann. 1310. §. 2. quo anno cœlos illustrauit, veræ humilitatis atque totius sanctitatis exemplar. Ea etenim Fauentiæ, honesto loco nata, à pueritia, sanctissimæ Dei genitricis, cultui addicta fuit. Ab aliarum puellarum sæculo deditarum consuetudine abhorrebat. Humili amictu induebatur, in matrimonium, propter formæ præstantiam, expetita, primò recusauit: quòd non alium, præter Iesum Christum sponsum se cupere prætulisset. Innita postmodum, cùm à propinquis coniugio deuincta esset, & ex eo matrimonio duos filios sublatos proximè amisisset, marito auctor fuit, vt in Monasticam vitam secederet: cuius etiam ipsa vehementiore desiderio tenebatur. Itaque illo in Monasterium virorum concedente, ipsa quoque in cœnobio S. Perpetuæ, propè Fauentiam, castitatem 24. annum agens professa, Humilitatis nomen assumpsit, cùm antea *Roxanes* appellaretur. Nomini imposito virtutibus respondebat: cæterasque sodales humilitate, abstinentia, & regulæ obseruatione anteibat. Cùm vero solitudinis desiderio æstuaret, quadam die, in extasim rapta, se extra Monasterium, apud Anemonem fluuium reperit. & apud patruum diuersata, in cellula sibi apud Ecclesiam S. Apollinaris extructa, reclusa habitauit, cuius reclusioni Abbas S. Mariæ Crispini, Ordinis Vallis-Vmbrosæ, tota penè ciuitate præsente, interfuit. Post aliquot annos fama sanctitatis eius peruolante, persuasione Prælatorum, solitudinem reliquit, ac Monasterij Virginum S. Mariæ propè ciuitatem ædificati, curam Abbatissa suscepit. Spiritu cognoscendi secreta atque futura claruit. Exindè, Florentiam, ad Monasterij recens extructi administrationem, cùm emigrasset, multis pijs laboribus confecta, morbum admiranda constantia tulit: & hac die, animam exhalauit. Colitur Fauentiæ, in propria Ecclesia, ei cum cœnobio Virginum dicata. Ex vit. SS. & Beatorum Ordin. Vallis Vmbrosæ, Florentiæ editis, ann. 1582.

B. Rita. [f]] Multis virtutibus fuit decorata; Humilitate, quippe, charitate, mortificatione, obedientia, oratione meditatione crucis Christi, & scientia infusa, insignis euasit. Iuxta, Cauallucium, & Simplicianum, in vita eius, part. 2. Histor. Ordinis Augustinian. Bzouium Tom. 17 sup. ad ann. 1450. §. 21. Ferrarium in Catalogo Generali Sanctor. hac die, anno 1447. ex monumentis Cassij oppidi, vbi corpus eius integrum seruatur, ipsaque miraculis fulget: propterea Vrbani 8. Pap. decreto, ann. 1627. Octob. 2. *Beata* nuncupatur. Vghellus. Tom. 1. Italiæ sacræ in Episcopis Spoletanis. §. 6.

B. Elisabeth. Virg. [h]] Floruit ann. 1530. apud Monasterium S. Claræ, Mortariens. quod est 12. Prouinciæ Mediolanens. vbi magna sanctitate repleta, obdormiuit in Domino: pro vt testantur. Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga. part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in eo Monasterio Barrezzus. lib. 2. cap. 10. part. 4. Chronic. Minor. Valerius de SS. Fœminis eiusd. Ordin. lib. 4. cap. 13. VVadinghus. Tom. 6. Annal. Minor ad ann. 1430. §. 51. §. 7.

Eleuatio S. Helenæ, Augustæ. [h]] Ita Saussayus, in Martyrologio Gallic. hac die: quandoè Romana æde, SS. Petri & Marcellini, leuatum fuit illius sacrum corpus, vt in Gallias deportaretur, ad Al- §. 8.

tum-

tum Villare Monasterium, Rhemensis Diœcesis; vbi magna veneratione susceptum, etiamnum conseruatur in Argentea theca conditum. Vti superius annotauimus ad 7. Februar. At Iacobus Philippus, Bergomas. cap. 114. de claris mulierib. vult ipsam, (sed perperam) hac die, migrasse in cœlum: eadem, q. ie die, sacrum eius corpus leuatum postea de terra, ac depositum intra Mausoleum ea porphyritico constructum à filio Constantino Imperatore: sed his nil certum: vide Baronium. Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. Christi 326. §. 62. ex Anastasio, & Pancirolam in Thesauro vrbis Romæ, Regione 2. Ecclesia 19.

§. 9. *Eleuatio SS. Virg. Herlindis, &c.* [e] Hæc solemnitas celebrata est per Franconem, Leodiensem Episcopum, circa ann. 860. vti scribunt Wion in Martyrologio Benedictino: & Molanus in indiculo SS. Belgij, hac die.

DECIMO CALENDAS IVNII.

IN Vmbria, Sanctæ [a] Teutillæ, Martyris. Romæ Sanctæ [b] Iulianæ, Matris Beatæ Demetriadis: quam Sancti Patres, Augustinus, Chrysostomus & Hieronymus miris efferunt laudibus. In Brabantia, Sanctæ [c] Hemelaydis, Virginis: præclaris virtutibus insignis. In Præmonstratensi cœnobio, Diœcesis Laudunensis, Dormitio Beatæ [d] Ricuveræ, Sancti Nortberti Abbatis discipulæ, quæ spretis sæculi pompis, admirabili vitæ sanctitate, & virtutum omnium splendore, in Monastica obseruantia emicuit. Apud Ciuitatem Portuensem in Lusitania, Beatæ [e] Elisabeth, ab Annuntiatione, Virginis Clarissæ; quæ Abbatissa electa, Diuinaque aspirante aura, & cœlestibus irrorata charismatibus, hos flores gratiæ omnigenæ protulit, qui circumquaque suauissimos eius nominis sparserunt odores. Gienni in Hispania, Beatæ [f] Quiteriæ à Cruce, Virginis item Clarissæ; paupertate, oratione, & vitæ austeritate conspicuæ. Palmæ in Territorio Cordubensi, Beatæ [g] Mariæ de Iesu, Virginis, eiusdem Ordinis; quæ quantò pœnitentiæ operibus sese exercebat, tantò magis Christus illam, in oratione, diuinis reuelationibus, & gaudiis solabatur.

MAII XXIII.

† §. 1. SAncta Teutillæ, Martyris. [a]] Soror extitit S. Cryspoldi, siue Cryspolti, primi Fulginatensis Episcopi, & Martyris, ac tormentorum illius pro Christo socia, quæ capitali sententia, gloriosam Martyrij coronam obtinuit, anno Christi 93. vide Ferdinandum Vghellum. Tom. 1. Italiæ sacræ, part. 1. in Episcop. Fulginatib.

§. 2. *S. Iulianæ.* [b]] Floruit circa ann. Christi 390. hæc clarissima fœmina; dicta, Tyrannia Anicia Iuliana, vxor Q. Clodij Hermogeniani Olybrij V. C. Nurus S. Probæ, necnon S. Demetriadis genitrix, ea illustri Anitiorum familia; ipsaque non minùs sanctorum Patrum præconio commendata: Laudant enim eam S. Hieronymus Epistol. 8. ad Demetriadem. S. Innocentius 1. Pap. ad eandem Epistol. 14. D. Augustinus Epistol. 43. 179. 193. B. Ioannes Chrysostomus, scribens ad eam ipsam, Epistol. 169. qua Legatos à se Romam ad Innocentium Pap. missos commendat. Vide Baronium in notis ad Martyrolog. Roman. 7. Februar & 31. Maij, item Tom. 4. Annal Eccles. ad ann. Christi 395. §. 14. & 15. ac Tom 5. ann. 410. §. 37. Gallonium de Matronis Roman.

† §. 3. *S. Hemelaydis. Virg.* [c]] Soror extitit SS. Virginum Gudilæ, & Pharaildis; sanctitatis quoque perlucidum sydus; vti loquitur Saussayus, in Martyrologio Gallicano, ad 16. Iulij, vbi de S. Raynelde, Virg. & Martyr. item in Catalogo Sanctorum.

B. Ricuveræ. [d]] Hæc Viromandensis Heroina, nobili orta genere, fuit vxor Raymundi de *Clastris*, viri illustris; quæ sanctioris vitæ, ac continentiæ studio acriter accensa, spretis mundi & carnis illecebris, in sacrarum Virginum Collegium, apud Præmonstratum, se in S. Nortberti disciplinam, anno Domini 1121. mancipauit: cuius manibus sacro velamine donata, & Deo consecrata, tantis breui virtutibus cunctis, & præsertim operibus pietatis, sedulò præluxit; vt ibidem pauperum Xenodochio præfici meruerit. Quo in munere; quantò quisque morbis deformior, tantò ad seruiendum ei erat propensior; adeò vt omnium ore, vnicum illa & verum pauperum, inopum, & desolatorum solamen prædicaretur. Illa igitur, quamuis corpore in terris constituta, in cura ministrandi, & cum Martha esses occupata; assidua nihilominùs rerum Diuinarum contemplatione, mente in cœlestibus versabatur. Magnas passa est Dæmonis infestationes, quas orationis virtute, in fugam conuertit. Incendium, quod Xenodochio extremum exitium minabatur, signo crucis repressit & extinxit. Tandem, diutino vigiliarum, & ieiuniorum labore grauata, admirandaque pietatis & charitatis operibus cumulata; lenta febre correpta, obijt fœliciter, anno Domini 1136. & Præmonstrati in pauperum cœmeterio sepulta iacet: vti scribunt, Ioannes *le Paige*, in Bibliotheca Præmonstratensis Ordinis, lib. 1. cap. 18. & lib. 2. in vita eius, Saussayus in Appendice ad †§. 4.

Martyrolog. Gallican. ex monimentis Præmonstratenſ.

§. 5. *B. Elisabeth, Virg.* [e]] Obeximiam vitæ eius ſanctimoniam vigioti octo annis cont . . ss Abbatiſſæ munus obiuit: cuius oratio tam frequens, tamque assidua fuit, vt eius genibus callum, ad instar B. Iacobi Apostoli obduxerit. Vicinamortis, illud Psal. 138. continuè repetebat. *Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua*: Cum autem eius corpus aliqoandiu terræ ſubiacuiſſet, caſuque effoſſa terra detegeretur, tanta indè exhalaint fragrantia, vt omnem domum ſimul & ſorores repleret: Agunt de ea Martyrologium Franciſcanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga, part 3. Origin Seraphic. Religion. in Monasterio S. Matris Dei da Portu, quod eſt 9. Prouinciæ Portugalliæ Barrezzus. part. 4. Chronic. Minur. lib. 2. cap. 53. ad ann. 1534. Valerianus de SS. Fœminis Ordin. eiuſdem lib. 4. cap. 29. Ludouicus de Angelis in horto Portugalli, §. 161. Cardoſus in Agiologio Luſitano, & in Commentario ad illud 12. I nuar. Obiit ann. 1580. ſepulta in Monaſterio Matris Dei loci, *Monchique*.

§. 6. *B. Quiteria, Virg.* [f]] Sanctitate, Religion . . & morum grauitate floruit. Altiſſimæ paupertatis amica erat, & magna cum inſtantia orationi vacabat: totius anima anno Chriſti 1541. Aſtra petiit, ob vitæ verò aſperitatem, cæteraſque virtutes, quas mortali adhuc carne induta, mirum in modum coluit, cæteris religioſis, Deo chara; verèque Beata habetur. Illius meminerunt Martyrolog. Franciſcanum, hac die, & Annotationes ad pium. Gonzaga. ſup. in Monaſterio S. Claræ Giennenſi, quod eſt 3. Prouinciæ Granatenſ. Barrezzus. ſup. lib. 3. cap. 40. & Valerianus, cap. 34 ſup.

B. Maria, Virg. Clariſſ.] Operibus pœnitentiæ §. 7. addictiſſima erat: Diſcalceata quippe ſemper inceſſit: multas Quadrageſimas in pane & aqua ieiunabat: quam variis reuelationibus & conſolationibus cœleſtibus, Deus in oratione recreabat. Obiit ſanctiſſimè apud Monaſterium, Balmenſe, quod eſt 2. Prouinciæ Angelorum, quo tempore ſplendidiſſima ſtella, ſuper eius cellam apparuit, quæ infirmariam totam ſuo lumine illuſtrauit: ita referunt, Martyrologium Franciſcanum, hac die, & Annotationes ad illud, ac Daça, part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. vltim. ad ann. Chriſti 1575 Eamdem eſſe cum illa, de qua inferius ad 11 Iulij: facilè mihi perſuaſum eſſet, ſi temporis epocha conueniret.

NONO CALENDAS IVNII.

ANTIOCHIÆ, Beatæ [a] Ioannæ, vxoris Chuzæ, procuratoris Herodis, quam Lucas Euangeliſta commemorat. Brixiæ, Sanctæ [b] Afræ, Martyris, quæ ſub Hadriano Imperatore paſſa eſt. In Sicilia, Octaua, Sanctæ [c] Agrippinæ, Virginis & Martyris: quæ ſub Valeriano Imperatore, pro conſtanti Chriſti confeſſione, decertans, fortunata morte, ad cœleſtes triumphos, euolauit. Eodem die, Sanctarum [d] Martyrum, Suſannæ, Martianæ & Palladiæ: quæ cum paruulis ſuis pro Chriſto conſtactæ, victores, ad Beatæ æternitatis gaudia peruenerunt. Item Sanctæ [e] Helenes, Martyris. Volaterræ in Hethruria, Beatæ [f] Apolloniæ Pighineſiæ, Virginis Clariſſæ: incredibili patientia, ac pietate ſpectabilis. Romæ, Beatæ [g] Mariæ Magdalenæ de Vrſinis; viduæ, Ordinis Dominicani alumnæ, vitæ ſanctitate, Religione, & prudentia illuſtriſſimæ.

MAII XXIV.

§. 1. BEata Ioanna. [a]] De ea Lucas Euangeliſta, cap. 8. & 24. ſui Euangelij, Beda, Vſuardus. Ado, Martyrologium Roman hac die, Baronius ibid. in notis. Petrus de natalib. lib. 5. Catalog. Sanctor. cap. 55 Simon Martinus, hac die.

§. 2. S. *Afra, Martyr.* [b]] Ita Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, ex Tabulis Eccleſiæ Brixian. Eius Acta à ſancto Philaſtrio, fuiſſe ſcriptis mandata teſtatur Galeſinius, in ſuo Martyrologio, & Ferrarius in SS. Italiæ, & in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Brixia*, qui in Catalogo Sanctor. Generali ad diem 19. Ianuar. ait, ex cod. Galeſio, & Eccleſiæ Brixienſ. monumentis, ſacrum eius corpus fuiſſe repertum in eiuſdem Templo, anno Chriſti 1529.

§. 3. S. *Agrippina, Virg Martyr.* [c]] Memoratur apud Martyrologium Roman hac die, Baronium, ibid. in notis. Ferrarium in noua Topographia ſup. verb. *Sicilia*. Conſtat autem, eius cultum celebrem eſſe in Sicilia, vbi ſacrum eius corpus conditum eſt: de qua & recitatur officium Eccleſiaſticum in Breuiario Gallicano. Vide ſup. 17. Maij.

SS. *Martyr. Suſanna, &c.* [d]] Ipſæ erant SS Mar- §. 4. tyrum Meletij, Ducis exercitus, & ſociorum militum coniuges: de quibus agunt Martyrolog. Roman. hac die. Baronius ibid. in notis; item Græci, in Menologio.

S. *Helenes, Martyr.* [e]] Ita Ferrarius in Catalogo §. 5. Sanctor. Generali, hac die, ex Menologio Græcorum: forſitan ob miracula ab ea edita, de quibus ſcribit *Des-Guerroys*, in ſanctitate Chriſtiana, ſæcul. 55. ad ann. 1256.

B. Apollonia, Virg. [f]] Hæc illuſtris Chriſti ſpon- §. 6. ſa, oriunda fuit ex Volaterra, Tuſciæ vrbe; floruitque apud Monaſterium Clariſſarum ibid. extructum, quod eſt Prouinciæ Tuſciæ primum. Quæ cùm viuens anno 1560. ſcaturientibus ex eius vlceribus vermiculis, tetro odore approximantes inficeret, mortua tamen ſuauiſſimè fragraret. Petierat ſiquidem ſanctiſſima ſoror, vt dolores, quas B. P.

Franciſcus,

Franciscus, in sacris stigmatibus senserat, ipsa quoque sentire mereretur: quod cum impetrasset, constantissimè simul atque patientissimè, quoad vixit, sustinuit. Illius meminerunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud, Gonzaga part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in prædicto Monasterio. Barrezzus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 30. sub ann. 1565. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 39.

§. 7. *B. Maria-Magdalena, vidua.* [g]] Ex illustrissima gente Vrsina duxit originem, patre videlicet, Camillo Vrsino, matre verò Isabella Bagliona: nupsit etiam, ex voluntate parentum nobilissimo viro: quo mortuo, Ordinem sancti Dominici intrauit, deindè fundatrix extitit Monasterij S. Mariæ Magdalenæ, Romæ, in monte Cauallo, ann. 1582. Quis posset referre, quæ ex tunc est aggressa executioni demandare? cuius humilitas rara, indifferentia mira, oratio feruens, silentium singulare, exercitia pietatis exteriora & interiora continua, visiones, & illustrationes eius frequentes: sufferentiæ, pœnitentiæ, & mortificationes quotidianæ: paupertas maxima, charitas perfecta, obedientia firma: patientia insolita, zelus in rebus Regularibus etiam exiguis ardentissimus, &c. Ob quas dotes, virtutesque egregias, Priorissæ, & Magistræ nouitiarum munere functa est: sicque tot diuinis charismatibus decorata, excessit è vita, hac die, Romæ, anno 1605. circa horam vndecimam, cum dimidia, feriæ tertiæ: de cuius glorioso transitu, & cœlesti gloria, complures factæ sunt reuelationes: ita Michael Pius, lib. 4. §. 27. Ioannes à sancta Maria, part. 2. vitar. SS. & BB. Ordin. prædicat. lib. 2. & 3.

OCTAVO CALENDAS IVNII.

ROMÆ, Passio Sanctarum [a] Marmeniæ, & Liciniæ Virginis, filiæ eius, Martyrum. Claromonte in Aruernis, Dormitio Beatorum [b] duorum Amantium: qui vitam cœlibem in terris agentes, sanctitate & virtutibus, illam exornarunt. Apud Montem-Politianum in Tuscia, Beatæ [c] Margaretæ, tertij Ordinis Seruitarum, singularis pietatis ac perfectionis vitæ fœminæ. Gienni in Hispania, Beatæ [d] Mentiæ à Mendoza, Virginis Clarissæ: vitæ asperitate, morum grauitate, & sanctimonia celebris. Florentiæ, Beatæ [e] Mariæ Magdalenæ de Pazzis, Virginis Ordinis Carmelitarum excalceatarum, multis eximiisque virtutum & gratiarum, ac miraculorum donis à Domino clarificatæ. Verulis in Hernicis, Translatio Sanctæ [f] Mariæ-Iacobi: cuius sacrum corpus multis miraculis illustratur. Memoria eiusdem [g] Arelate & Burdigalæ. Gandaui, Commemoratio Sanctæ [h] Adiliæ, Virginis, sororis Sancti Bauonis cœnobiarchæ; titulis conspicuæ puritatis, & perfectæ pietatis insignis.

MAII XXV.

§. 1. *SAnctarum Marmeniæ, &c. Martyr.* [a]] Vxor erat Carpasij iudicis: qui cùm mandatis obtemperans Almachij vrbis præfecti S. Vrbanum Papam gladio occidisset, à Dæmone mox possessus, interiit: quo euentu, sic exterritæ sunt S. Marmenia eius coniux, ac filia B. Licinia Virgo, eius filia, vt protinus baptismum susceperint: cum tota ipsius familia: cuius rei fama permotus præfectus Almachius, coram se iussit eas addoci: omnibusque modis tentata illarum fidei constantia, post illata eis flagella & tormenta non pauca, capite truncatæ sunt, hac die, circa ann. Christi 231. ita Gallonos de Virginib. Romanis. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 2. Ecclesia 48. Sancti Laurentii in Panisperna: vbi requiescunt, sacræ earum Reliquiæ.

§. 2. *BB. Duorum Amantium.* [b]] De eis ita scribit D. Gregorius Toronens. cap. 32. de Gloria Confessor. *Ferunt etenim olim fuisse apud Aruernum, virum scilicet & puellam, pari nobilitate & opibus, illustres: qui matrimonio iuncti, Virginitatis florem conseruarunt illæsum, mutuo siquidem consensu, Christo carnis & spiritus integritate dedicata, sic tum proposito vixere, vt vno in strato quiescentes, sese inuicem ad puritatis amorem, animarent. Post multos verò annos, pari item consensu, vir tonsuratus ad clericatum ascendit, puella autem religiosum induit vestimentum: sed mirabile dictu. Cum ad vitæ finem deuenissent, & in vna quidem Basilica, sed diuersis in locis sepulturam nacti essent singularem: mane facto, inuenta sunt coniuncta eorum pariter esse sepulchra: quapropter, ex tunc, ab incolis summo venerantur honore.* Hæc ille: quæ iam antea fusiori sermone recitauerat. lib. 1. Histor. Francor. cap. 42. ex quo Baronius, Tom. 6. Annal. Eccles. ad ano. Christi 480. Coluenerius in notis ad Cantipratanum, lib. 6. Apum. cap. 50. §. 4. Rayssa, in Auctario ad natales SS Belgi: Molani, sub. 9. Octob. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, qui vocat Virum, B. *Iniuriosum.*

B. Margareta, Tertiar. [c]] Ipsa est, cui S. Deipara, Virgo Maria, apparuit, monens, vt suam Ecclesiam oppidi Montispolitani dirutam reædificari procuret, apud populum istius loci; prænuntians pro signo, se tunc è vita discessuram fore, & cœlesti patria, perennique beatitudine, Dei munere, donari, quod ita euenit. Nam sancta mulier, conuocato totius oppidi populo, visionem, voluntatemque ipsius Deiparæ Virginis manifestauit: quibus dictis, illicò, genibus flexis, versus imaginem illius, conuersa, & orans, spiritum læta Deo reddidit, cunctis videntibus & astantibus, hac die, ann. Christi 1337.

iuxta Archangelum Gianium, part. 1. Annal. Seruitar. Centur. 2. lib. 2. cap. 7. item, lib. 5. Histur. B. Philippi, in vita B. Bonauenturæ de Pistorio eiosd. Ordin. Illam facit esse ex Ordine Prædicat. Vghellus. Tum. 1. Italiæ sacræ, in Episcopis Montispóletianis.

§. 4. *B. Mencia, Virg.* [d]] Hæc illustrissima oata prosapia: sanctitate ac religione, & morum grauitate emicuit. Quare ob vitæ eius asperitatem, cæterasque eius virtutes, quas mortali adhuc carne induta, mirum in modum excoluit, à cæteris religiosis, magna in veneratione habetur. Obiit anno Christi 1558. Gienni in Monasterio S. Claræ, qood est 5. Prouinciæ Granatens. Videantur Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga. part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in BB. Fœminis 2. Ordin. & part. 3. in præfato Monasterio. Wadinghus. Tum. 4. Annal. Minor. ad ann. Christi 1371. §. 32. Barrezzos, part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 68. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

§. 5. *B. Mariæ Magdalena, Virg.* [e]] Nascitur Florentiæ ex splendidis parentibus, die 2. April. ann. 1566. pulchritudine, & suauitate, ab infantia decorata, graoitate qoadam, cum deuotiooe, morum lenitate, & spiritos ardore in Deum, Deiparamque Virginem, à pueritia resulsit. Adulta effecta, nuptias longè refugit, castitatis zelo: nec non religionis desiderio, quo cœlitùs ducta, Florentiæ, habitum Carmelitarum induit, ac professionem emisit, anno 1584. die 27. Maij, ætatis suæ 17. in festo sanctissimæ Trinitatis, & nomioe Catharinæ commutato, vocata est Maria Magdalena: vbi abstinentia eius, perpetua fuit: nam per 25. annorum spatium pane & aqua reficiebatur, diebus Dominicis exceptis, quibus cibis vescebatur quadragesimalibus; cuius austeritas, magna: nudipes quippe, sola vnicaque tunica contecta ab ann. 1595. vsque in finem iugiter incessit; disciplinæ cruentæ: cuius tentationes, ingentes, in fide: in superbia, blasphemia, sensualitate, desperatione, Gula, &c. Spatio qoiuque annorum: quas omnes patientissimè tulit, & oratione, atque frequenti Eucharistiæ perceptione deuicit: cuius denique oratio, extatica, visiones & raptus, cœlestes, & admirabiles: miracula verò quamplurima edidit, spiritu prophetico plena fuit: Silentio autem, humilitate, obedientia, paupertate, & charitate admodum exornata erat. Sed quid de eius puritate, zelo Regularis obseruantiæ, ardentique amore in Christum, & proximum? planè stupendum est. Tandem præscia diei mortis suæ, fœliciter post omnia sacramenta Ecclesiæ piè suscepta, expirauit, hac die, eadem hora qua Christus spiritum suum patri æterno in passione sua commendauit, feria 6. anno 1607. ætatis suæ 41. incœpto, in Crastinó Ascensionis Domini. Sepulta fuit in Monasterij choro, retro máius altare sanctimonialium Carmelitarum ad suburbium S. Frigdiani. Cuius sacrum corpus, duobus post annis, è terra leuatum, authoritate Archiepiscopi Florentini; repertum est incorruptum & integrum suauissimum exhalans odorem. Demum, Vrbanus VIII. Pap. eam Beatarum Virginum numero aggregauit. & de ea officium recitandum Ecclesiasticum concessit, anno 1626. item 1627. April. 23. & 1628. Ianoar. 18. Scribunt de ea, Petrus Sarracenus in Menologio Carmelitar. Hilarion à costa, Tom. 2. Elogior. fœminar. illustr. Ioannes Carthagena, Tom. 4. Homil. sacrar. lib. 17. Homil. 2. de laudibus Carmeli. Michael Mugnoz, in propugnaculo Elyano. Franciscus Voersius, in Descriptione Prouinciæ Tusciæ Carmelit. Tussanus Foucher, in *Fems Elya.* Antonius Alegre, in Paradiso Carmelitici decoris, statu 5. ætat. 18. post Christum, cap. 97. Vaequerius, in Enchiridio benè morientium: hac die. Ludouicus Iacob, in Bibliotheca illustr. fœminar. & alij ab eo citati, vitam illius ediderunt. Vincentius Puccius, Albertus Ozcpelius, Ludouicus Mertola, Leo à sancto Ioanne, Dominicus à Iesu, Cusmas Facellius, Richardus Rocquelot, Simon Martinus. Virgilius Ceparius, Petrus Wamera, &c. Conciones de ipsa egerunt Christophorus Auendagnus, Laurentius Maria Braocacius, Bartholomæus Beluedere, &c. Carmine autem illam celebrarunt. Michael Orsi, Iosephus Baptista, Iosephus Campauile, &c. Panegyricum verò in eius laudem decantauit, Paulus Peninos.

Translatio S. Mariæ Iacobi. [f]] Ita Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, ex MS. Ecclesiæ Verulanæ, (vide infra, ad 3. Decemb.) Galterius io Tabula Chronographic. sæcul. 1. in SS. & illustrib. viris; at Petrus de natalibus, libro 4. Catalog. Sanctor. cap. 5. vult illic corpus S. Mariæ Salomæ asseruari. De hac solemnitate Tornaci, Coluenerius in Calendario Virg. Tom. 1. hac die. §. 6.

Memoria eiusdem Arelate, &c. [g]] Ex Saussayo in Martyrologio Gallicano, & in supplemento eiusd. hac die. Vide Dionysium in Triumpho S. Magdalenæ, pag. 29. §. 7.

Commemoratio S. Adeliæ, Virg. [h]] Sic & Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum hac die, ex Martyrologio Gandauens. Ecclesiæ: Saussayus in supplemento Martyrologij Gallicani, eadem die, Sanderus in Hagiologio Flandr. Vide infra, ad 30. Iunii, quo dies natalis eius celebratur. §. 8.

SEPTIMO CALENDAS IVNII.

APVD Trimontium Scotiæ oppidum, in ora Occidentali, Sanctæ[a] Emeritæ, Virginis, Sororis Sancti Lucij Regis; quæ plena fide & Religione, multis profuit ad salutem. Neapoli in Campania, Beatæ[b] Magdalenæ à Constantio, Tertiariæ Minoritæ; quæ nobilissimis orta natalibus, miraculis tum in vita, tum in morte, illustrior est reddita. Basileæ, Beatarum Sororum[c] Annæ, & Alterius Annæ, Virginum; quæ magnarum virtutum laude floruerunt. Burgis in Hispania Tarraconensi, Beatæ[d] Agnetis Henriqueziæ, Virginis, Abbatissæ Monasterij Sanctæ Mariæ Regalis, Ordinis Cisterciensis, genere, vitæ perfectione, & Reformationis zelo regularis insignis. Apud Bellincuriam Monasterium eiusdem instituti, in territorio Trecensi, Beatæ Anonymæ, viduæ, Matris Sanctæ Ascelinæ, Virginis, eximiæ pietatis ac spectatæ virtutis fœminæ.

MAII XXVI.

§. 1. *SAncta Emerita, Virgin.*[a]] Ita Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor hac die, ex Calendario & Breuiario Scotiæ: quæ cùm esset soror S. Lucij Regis Britanniæ maioris, eum ad Christi fidem amplectandam, & prædicandam secuta est, circa ann. 180. tempore S Eleutherij Papæ & Martyr. Properauit autem ad illius insulæ populis veri vnicique numinis salutarem cultum insinuandum, artes Dæmonum exitiosas, spurcitiasve nefandæ superstitionis prodendum & profligandum: quo officio, iam plerisque in locis haud sine fructu copioso perfuncta, id ampliùs exequi ad maiorem Dei gloriam decreuit: & opere, quoad vixit, compleuit

§. 2. *B. Magdalena, Tertiar.*[b]] Hæc cùm Neapoli orta esset, atque in Monasterio S Claræ ibidem extructo, habitum induisset: vna inter alias à Roberto Rege, vt eleemosynis à se factis inuigilaret distribuendis, selecta est; quippe, quæ nobilissima esset fœmina, ac virtute & prudentia prædita. Diem autem clausit extremum apud Monasterium Tertiariarum sancti Francisci Neapolis, (quod est 4. Prouinciæ Terræ laboris) atque in inferiori eius choro sepulta est. Extat eius Mausoleum omninò lapideum, à terra vtcùmque eleuatum: ad cuius inuocationem Diuinitùs quamplura operata sunt miracula. Claruit circa ann. 1345. memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die, Annotationib. ad ipsum. Gonzaga, part. 2. Origin. Seraphic. Religion. In eo Monasterio. Barrezzo, part. 4. Chronic. Minor. libro 3. cap. 41. VVadingho. Tom. 3. Annal. Minor. ad ann. 1330. §. 14 Valerio, de SS. Fœmin. eiusd. Ordin. lib. 4. cap. 25.

§. 3. *BB. Anna, &c. Virg*[c]] Viuebant eodem tempore, quo Ioannes Nyder, qui de eis, tanquam testis oculatus, scribit lib. 3. Formicarij, cap. 6 Hæ, nimirum, re vera virtutum specula toti Basileæ vrbi extiterunt, & adiacenti patriæ. Prior quidem Anna, iam octogenaria facta, plena meritis, sanctè migrauit ad Dominum: Iunior verò Anna, pulchra facie, sed pulchrior virtute, ingentes sustulit molestias, à quodam viro nobili, sibi paratas, pro castimoniæ decertatione: ita vt sæpè coacta sit à loco discedere, & fugam è patria inire; sicque in innocentia cordis, castimonia corporis, & patientia animi probatam, Deus sibi reseruauit ad gloriam,

B Agnetis, Virg. Abbatiss.[d]] Antelatorum Castellæ maiorum filia erat; quæ clarum genus virtutibus heroicis, virtutes animi magnitudine æquabat. Ad triennium electa Abbatissa, anno 158 . cùm prius iuramento firmasset, se baculum, post triennium expletum, depositurum: egregiè administrauit, cessitque triennio expleto. At cùm sexennio vacasset, electa iterum anno 1596. pro virtutis ac perfectionis suæ zelo, præfuit per triennium: ac sanctè, pièque obdormiuit in Domino. Ferunt, cùm post tredecim annos, scilicet, Christi, 1612. plus minusue, Annæ Austriacæ, quæ tunc Domui præsidebat, iussu, sepulchrum releuaretur, corpus B. Agnetis incorruptum illæsumque, nec sine aliis signis sanctitatis esse inuentum; mirantibus monialibus, quæ spectaculum videre, non sine lachrymis, quas charitas in matrem, deuotioque excutere potuerunt ab omnium oculis. Iuxta Manriquez, in serie Abbatissarum Monasterij S. Mariæ Regalis, propè Burgos. numer. 1. ad calcem Tom. 3. Annal. Cisterciens. ex MSS. monumentis. †§. 4.

B. Anonyma, vidua.] Hæc illustri stemmate nata, oriunda erat de villa, iuxta Firmitatem super Albam fluuium. Quæ cùm esset annorum circiter 30. sub potestate viri constituta, Dominum rogauit; vt ab ea tollere dignaretur, quicquid saluti suæ obsistere videbatur. Mortuo autem viro suo, sæculum cum filia sua B Ascelina quinquenni, reliquit, submittens se consilio S. Bernardi Claræuallens. Abbatis; (cuius erat consanguinea) atque in quodam Monasterio propè, & sub obedientia Bullencuriæ, se recepit. Indè ad Pollengerum transiens Monasterium vnà cum filia; vbique sanctissimè vixit, & obiit, sepultam simul cum filia apud Bullencuriam aiunt: siuè, quòd Monachi sacra earum corpora sibi sollicitarunt: siue, quòd ipsa dùm adhuc in viuis esset, Bullencuriam reuerti iussa sit, consummanda ibidem. De ea agunt Camuzatus in Miscellaneis Histor. Trecens. Henriquez in prætermissis ad suum Menologium Cisterciense, 18. Maij, item in Liliis Cisterciensib. libro 2. distinct. 1. & in Fasciculo, cap. 1. 2. & seq. Manriquez, Tom. 3 Annal. sup. ad ann. 119 . cap 3. post Goduinum Monachum, in vita B. Ascelinæ, Virg. †§. 5.

SEXTO CALENDAS IVNII.

SORÆ Samnitum, Sanctæ [a] Restitutæ, Virginis & Martyris: quæ sub Aureliano Imperatore, & Agathio Proconsule, fidei certamine suscepto, Dæmonum impetus, parentum blanditias, & tortorum sæuitiam superauit: demùm, cum aliis Christianis, capite truncata, Martyrio decorata est. Harlemi in Hollandia, Passio Beatarum [b] Martyrum Vrsulæ, Virginis; & Mariæ, viduæ; quas hæretica rabies euexit ad cœlos. Aruernis, Sanctæ [c] Frontinæ, Virginis; mirificis virtutibus conspicuæ. Maioricæ apud Baleares, Beatæ [d] Eleonoræ, Ortiz, Virginis, Tertii Ordinis Carmelitarum; ingenti spiritus feruore, & virtutum exercitio insignis. Toleti, Beatæ [e] Ioannæ, Reginæ Castellæ, viduæ, tertiariæ Franciscanæ; summa pietate ac charitate celebris.

MAII XXVII.

§. 1. *Sancta Restituta, Virgin. Martyr.* [a]] Constantia huiusce Christi Athletæ, protectricis atque Tutelaris Soranæ vrbis, maximè enituit: passionem eius scripsit Gregorius, Monachus Cassinensis, postea Episcopus Tarracinensis, quæ legitur in Ecclesia Sorana. Agunt de ea, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis: & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. 275. Ferrarius in SS. Italiæ, & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Sora.* Saussayus in Martyrolog. Gallicano, Ferdinandus Vghellus. Tom. 1. Italiæ sacræ, part. 2. in Soranis Episcop. Extat Ecclesia illi dicata in insula, apud Fibrenum fluuium, vbi Martyrio coronata est. Suessione etiam; in insigni S. Ioannis cœnobio de Vineis, Festiuitas illius solemniter celebratur: quando quidem sacra quædam eiusdem pignora postmodum in Gallias allata, in Archiensi Ecclesia prædictæ Diœcesis, condigno cultu reposita, quiescant. Vulgò *Any*: vide Simonem Martinum, sub 17. Maij, ex Nicolao Messier, Canonico Regulari, in vita eius, ann. 1621.

§. 2. *BB. Vrsula, &c. Virg. Martyr.* [b]] Ambæ sorores erant, filiæ B. Quirini Talesij, viri Consularis, Martyris: quarum prior ex religioso Beghinarum cœtu erat, alumna; altera verò vidua: quæ post Patris, aliorumque, certamen pro fide Catholica initum, ad Martyrij coronam properarunt, dùm adhuc hæc ciuitas obsidione premeretur. Nam parum visum ipsis hæreticis Geuzijs in viros sæuiisse; in sexum muliebrem, erubescenda etiam perpetrarunt: B. Vrsulam, natu maximam, quòd excelso animo Caluinianam aspernaretur sectam, eodem tempore, in fossa Bakenessana mersere, lapidibus obruentes: deinde, sororem ipsius, in frontem imbricia icta fragmine; simul in cœlum euolarunt. Ita Petrus Opmerus, lib. 1. Martyr. Holland. Decad. 1. Arnoldus Rayssa, In Auctario ad natales Sanctor. Belgij, Molani, hac die.

†§. 3. *S. Frontina, Virg.* [c]] Hanc mirificè laudat. D. Sidonius Apollinaris, lib. 4. Epistol. 21. ad Aprum, Aruernensem ciuem: sic eum alloquens. *Sed &* (inquit) *Matertera tua, hinc & hinc fuit sanctior sancta Frontina Virginibus; quam verebatur mater, pater venerabatur, summa abstinentia puella, summi rigoris, ac fidei ingenius; sic Deum timens, vt ab hominibus timeretur*: ex quo Baronius. Tom. 6. Annal. Eccles. ad ann. 480. §. 19.

†§. 4. *B. Eleonora, Virg.* [d]] Patria fuit Maioricensis, Tertiumque Ordinem Carmelitanum, ea in vrbe suscepit, apud cœnobium eiusdem instituti: magno spiritu, & virtutum nitore prædita, necnon vitæ sanctimonia clara: cuius meritis Deus multa miranda operatus est, ann. 1594. De ea meminerunt La-fantins, lib. 4. Compend. Carmelit. cap. 22. Antonius Alegre, lib. de Mirandis B. Virg. Mariæ de Monte-Carmelo, item in Paradiso Carmelitici decoris, statu 5. ætat. 17. post Christum cap. 56.

§. 5. *B. Ioanna, Regin.* [e]] Religiosissima hæc Heroïna, tertij Ordinis Minorum alumna, Henrici 2. Castellæ Regis coniux extitit, & Ioannis 1. genitrix, cùm esset, hac die, decessit, anno Christi 1381. cuius funus Toletum, vbi Rex præfatus Henricus sepultus erat, apparatu quidem celebre, sed & populi lachrymis, desiderioque celeberrimum, illatum est, Fœminam fuisse sanctissimam & in pauperes munificam, vnde illi *Egenorum Mater* cognomen; & in vita ac morte habitum sanctæ Claræ gestasse, scribunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Garibayus. lib. 15. de Reb. Hispan. cap. 21. Mariana. ibid lib. 18. cap. 4. Wadinghus. Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1381. §. 2.

QVINTO CALENDAS IVNII.

IN Sardinia, Sanctæ[a] Fœlicis, Martyris; quæ pro Christo certans, coronata est. Corinthi, Sanctæ[b] Helconidis, Martyris: quæ primùm Gordiano Imperatore, sub Perennio præside, multis tormentis afflicta, deinde sub Iustino eius successore, iterum cruciata, sed ab Angelo liberata; demùm dissectis mammis, ferisque obiecta, atque igne probata, capitis obtruncatione, Martyrium compleuit. In Lusitania, Cellensi Monasterio, Ordinis Cistertiensis, Beatæ[c] Helenæ de Sylua, Virginis; quæ cilicio, ieiuniis, vigiliis, disciplinis, carnem subiiciens spiritui, purior ac perfectior in cœlum euolauit. Pisis in Tuscia, Sanctæ[d] Vbaldescæ, Virginis, Ordinis Equitum Melitensium: quæ spretis, amore Christi incensa, mundi deliciis & gloria, totam in Diuina Placita exequenda sese dedit. Culmiæ in Prussia, Beatæ[e] Iuttæ, viduæ, Tertiariæ Franciscanæ: quæ claritate prosapiæ, misericordia in pauperes, amore humilitatis & paupertatis Euangelicæ, ac gloria miraculorum insigniter emicuit. Alcarazij in territorio Toletano, Beatæ[f] Mariæ Mugnoziæ, Tertiariæ eiusdem Ordinis, mira pœnitentia, & spiritus feruore adornatæ. Florentiæ, Beatæ[g] Mariæ Bagnesi, Virginis, tertii Ordinis Dominicani: quæ virtute orationis, patientiæ, & ingenti gratia Dei, multùm resplenduit. Apud Wasthenense Monasterium, Lincopensis Diœcesis, in Suetia, Translatio Sanctæ[h] Brigidæ, viduæ.

MAII XXVIII.

§. 1. SAncta Fœlicis, Martyr. [a]] Passa est simul cum SS. Æmilio, Priamo, & Luciano: de quibus Beda, Viuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid in notis. Petrus de natalibus, lib. 11. Catalogi Sanctor. cap. vltim. §. 156. Fara de Rebus Sardois. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Sardinia*.

§. 2. S. *Helconidis*, *Martyr.* [b]] Memoratur in Martyrologio Romano, hac die, Baronio ibid. in notis. Ferrario sup. verb. *Corinthus*, Græci item in Menologio illius meminere, Simon Marinus, hac die.

§. 3. *B. Helena*, *Virg.* [c]] Ab infantia, certa futuræ sanctitatis indicia dedit. S. Bernardum Abbatem mirè excoluit: ac multis pietatis operibus, & præcedentibus signis, animam sanctam Deo reddidit. Hæc ex Bernardo de Brito. Tom. 1. Chronic. lib. 6, cap. 24. Henriquez in Menologio Cistertiensi, hac die. Antonius de Sousa, in floribus Hispaniæ, & Lusitaniæ excellentiis, cap. 3 Excellentia 11. Ludouicus Iacob, in Bibliotheca illustr. fœminar.

§. 4. *S. Vbaldesca*, *Virg.* [d]] Alumna extitit Monasterij S. Ioannis apud Pisas, vbi sacrum eius corpus requiescit, ita Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & in SS. Italiæ, hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Pisanæ; & Razzius, lib. de SS. Hetruriæ. quæ obijt, ann. 1206. At idem Ferrarius in Topographia sup. verb *Pisæ*. ad 26. Maij.

§. 5. *B. Iutta*, *vidua.* [e]] Nobili genere nascitur, ex familia *Sangerhausen*, Prouinciæ Thuringiæ in Germania: in matrimonio autem viro illustri tradita; ita cum illo vixit, vt admirandæ adepta sit nomen sanctitatis. Viro mortuo, tertij Ordinis institutum assumpsit: possessionem sibi relictam, in pauperes, pro amore Dei, & voluntariæ paupertatis studio, distribuit. Dono lachrymarum & orationis fuit exornata: multas cœlitùs accepit reuelationes, cogitationes cordium hominum cognitas habuit. Cæcorum, claudorum, paralyticorumque curæ addicta, in misericordiæ operibus, tempus consumebat: sic totam vitam dicitur transegisse absque labe peccati mortalis. Denique, anno 1264. in vigilia Ascensionis Domini, ipso diluculo, fœliciter migrauit in cœlum: cuius corpus sepultum in Ecclesia Cathedrali Culmensi, apud Prussiam, crebris miraculis coruscat. Quare supplicatum est sedi Apostolicæ, annis superioribus, pro illius canonisatione, per Episcopos Prussiæ. & Ordinis Teutonici primores, cum magistro eorum Generali. Hæc ex MSS. monimentis Germaniæ & Poloniæ, Martyrologio Franciscano, hac die, Annotationib. ad ipsum, Wadingho, Tom. 7. Annal Minor. in Additionib. ad Tom. 2. sub ann. 1264. §. 11. & 12. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Ordinis Seraphic. Dein Bzouius, Tom. 13 Annal. Eccles. ad ann. 1260. §. 20. & Ioannes *le Paige*, lib. 1. Bibliothec. Præmonstrat. cap. 4. paragr. 11. pag. 109. quam perperam faciunt ex tertio Ordine Præmonstratensi

B. Maria Mugnozia. [f]] Egregias eius virtutes commemorant Martyrolog. Franciscanum hac die, Annotationes ad illud. Blasius Laghina, in suo memoriali: Marianus, lib 6. Chronic. & Hictor Obseruant. Reformator. Minor cap 30. annos 70. nata, obiit in Monasterio S. Mariæ Magdalenæ Alcarazij, anno 1531. Thielmans. Tom. 2. vitar. Sanctor. Seraphic Ordin. §. 6.

B. Maria Bagnesi. [g]] Florentiæ nascitur ex pa- §. 7.

rentibus nobilibus, anno 1514. die 24. Augusti, pulchra valdè extitit, sed mente ac virtute illustrior. A pueritia orationi & deuotioni addicta: Virginitatem suam Christo sponso læta consecrauit: pro cuius amore, mori parata erat verùm, tanquam aurum Christus probauit eam in fornace tribulationis, afflictionis, & infirmitatis, & inuenit illam dignam se. Nam per spatium 45. annorum, paralysi detenta, & lecto decumbens, patientiæ exemplum singulare dedit. Semper pia & deuota, sacramenta frequentabat: humilitate adornata, charitate redundabat, & tota Dei voluntati resignata erat. Sæpè raptus & extasim patiebatur. Denique habitum tertij Ordinis S. Dominici sumpsit, ac eandè professionem illius instituti emisit, in qua valdè profecit, superioribus per omnia obediens, abstinentia mirè delectabatur, &c. Tum, demùm post omnia Ecclesiæ sacramenta deuotissimè suscepta 1577. vel ann. 1578. hac die, purissimum Deo reddidit spiritum: cuius corpus honorificè sepultum est in Ecclesia Monasterij Dominæ nostræ de Angelis eiusdem Ordinis, in suburbio sancti Frigidiani. Eius vita descripta fuit per R. P. Alexandrum Capocbium: Syluanum Razzium, in Historia de Sanctis Hethruriæ: & Seraphinum Razzium, part. 2. de vitis SS. ac BB. Ordin. prædicator. Ioannes à sancta Maria ibid. lib. 2. ex alijs. Hæc autem postea, apparuit Beatæ Mariæ Magdalenæ de *Pazzis*, Virgini Carmelitanæ, vnde quaque gloria coruscans, sedens in solio pulcherrimo & omninò mirabili: lapidiibus pretiosis, ac exquisitis ornatus copijs instructo, necnon radiante lumine circumfuso: vti testatur Dominicus à Iesu, cap. 9. vitæ ipsius Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis. Bosius. Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 23.

Translatio S. Brigidæ, viduæ. [h]] Peracta est anno 1274. quando sacræ eius Reliquiæ, ab vrbe Roma, vbi excesserat, ad Wasthenense Monasterium Virginum aduectæ fuerunt: quæ mox quamplurimis miraculis illustratæ sunt: vti testatur Bonifacius IX. in Bulla pro ipsius canonisatione: memoratur à Molano, in Additionibus ad Vsuardum, & Ferrario in Catalogo Generali Sanctor. hac die. Post Bergomatem de claris mulierib. cap. 139. sub fin. Grisius de clericis Regularib. sect. 10. §. 13. §. 8.

QVARTO CALENDAS IVNII.

CÆSAREÆ Philippi, Sanctarum [a] Martyrum, Theodosiæ, Matris Sancti Procopij, Martyris, & aliarum duodecim nobilium Matronarum: quæ in persecutione Diocletiani, capitis obtruncatione, consummatæ sunt. Bizantii, Passio item Sanctæ [b] Theodosiæ, Martyris præclaræ. In Cornubia Angliæ Prouincia, Sanctæ [c] Burienæ, Virginis: quæ ab hominum strepitu semota, Diuinæ Maiestatis assiduæ orationi, & rerum æternarum meditationi insistebat. Apud Fontem-Ebraldi, Ordinis Benedictini, in Territorio Pictauiensis Beatæ [d] Mathildis, Abbatissæ, Virginis: quæ alta suæ Clarissimæ prosapiæ summis virtutibus superauit. In Germania, Beatæ [e] Ermendrudis, Abbatissæ, in Deytkirchen, Ordinis Cistertiensis, quæ post sanctissimæ vitæ cursum, purissimum spiritum reddidit saluatori. Scalonæ in Castella, Beatæ [f] Franciscæ Pachiecæ, Virginis Clarissæ: quæ nobilitate generis, & Monastica obseruantia illustris, sanctissimè obdormiuit in Domino. Rhemis, Repositio Corporis Sanctæ [g] Macræ, Virginis & Martyris. Mutinæ Translatio sanctæ [h] Clementinæ, Virginis & Martyris, & sociarum.

MAII XXIX.

§. 1. *Sanctarum Martyr. Theodosiæ, &c.* [a]] Ita Martyrologium Romanum, hac die; Baronius ibidem in notis. item. Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. Christi 308. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb *Cæsarea-Philippi*. Harum Acta habentur in vita sancti Procopij Martyris, quam referunt Metaphrastes, Lipomanus, Surius, Lippelous, Renatus Benedictus, &c. octauo Iulij, quæquidem prius cruciatus immanes perpessæ sunt: nam iussu præsidis, subtilibus virgis cæsæ sunt, deinde ligno appensæ, in lateribus & axillis igne combostæ: hinc mamillæ excisæ: ac plumbatis cæsæ: tandem capite detruncantur: magna cum animi constantia, & vultus alacritate, & exultatione.

Sancta Theodosia, Martyr. [b]] Agunt de ea, hac die, Græci in Menologio, & Baronius sup. §. 2.

S. Buriena, Virg. [c]] Sic Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, hac die, ex Martyrologio Anglicano; & Tabulis Ecclesiæ Exoniensis, in qua venerationem habet. §. 3.

B. Mathildis, Abbatiss. Virg. [d]] Illustrissima hæc Heroina exstit. Fulconis namque Comitis Andegauensis, Hierosolymorum postea Regis filia fuit: quam anno 1119. mense Iunio, apud §. 4.

Lexonium, Guillelmus Adelinus, adhuc iuuenis, Henrici I. Regis Angliæ filius, desponsauit: multisque tranquillitatem optantibus tam generosa copulatio complacuit: eo quòd inter dissidentes populos pacem attulerit: sed, principe iuuene, mox Marinis fluctibus absorpto, eodem anno die 25. Nouẽbr. antequam conuenissent aliquantulum in Anglia deguit. Rex Anglus nurum suam, summa cum dulcedine coluit, & illam quasi filiam suam enutriuit, eamque diutius penes se custodiuit, & quamdiu ipsa voluit, maximo cum honore detinuit: vt tandem sublimi potentique marito copularet, ac super omnem parentelam suam, diuitijs & honoribus sublimaret. Verum, meliore vsa consilio, sub specie parentes suos visitandi, Andegauiam repetiit. Vbi instinctu Goffredi, Carnotensis Episcopi, post annos decem desponsationis suæ, ætatis suæ anno 20. sæculum dereliquit, ac cœlesti sponso, Dei Virginisque filio connexa est: perpetuum vouens cœlibatum, in cœnobio puellarum Religioso admodum, apud Fontem Ebraldi: sanctimonialis effecta, ac Virgo purissima & insigni pulchritudine decorata. Cùm autem prudens, eloquens, benè morigerata, & multis virtutibus præfulgeret: Priorissa deligitur, ac tandem Abbatissa, anno 1150. instituitur: succedens D. Petrouillæ, primæ illius Domus Abbatissæ. Mirum dictu, quantis ex tunc vitæ perfectionis, Religionis obseruantiæ, charitatis, humilitatis, vigilantiæ, paupertatis, puritatis, &c. exemplis, aliis illuxerit, cuiusquidem animi dotes, & præclara laudum præconia graphicè perstringit. Petrus, Cellensis Abbas, postea Carnotensis Episcopus, libro 2. Epistol. 10. Tandem fœliciter migrauit in cœlum, anno 1157. post quam per quinquennium sanctissime præfuisset. De ea agunt. Guillelmus Tyrius. lib 14. belli sacri cap. 1. Gemeticensis. lib 8. Histor. Norman. cap. 34. Ordericus Vitalis, lib. 10. Histor. Eccles. ad ano. 1098. pag. 769. item, lib. 12. ad ann. 1119. pag. 851 & ann. 1121. pag 875. Malmesburiensis, lib. 5. de Gestis Regum. Anglor. Molineus, lib. 9. Histor. Norman. cap. 5. in fin. Sirmondus in notis ad præfatum Petrum Cellensem. Honoratus Niquet, lib. 4. Histor. Ordin. Fontis Ebraldi, cap. 3. Gallia Christiana, in ead. Abbatia.

§. 5. *B. Ermendrudis, Abbatiss.* [e]] Nuncupata reperitur Ermendrudes, & *Irmendrudes*: quæ B. Ascelinæ apparens gloriosa, se statim ac corpus deposuit, sanctorum gloriam consecutam fuisse indicauit. De qua meminerunt. Cæsarius, lib. 12. Histor. memorabil. cap. 43. & Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die.

§. 6. *B. Francisca, Virg.* [f]] Patrem habuit Didacum *Pachecum*, virum illustrissimum, Villenicum Marchionem: quæ Christo sponso, in paupertate & humilitate cupiens famulari: Monasticam vitam professa est, in eaque sanctissimè obiit. Florebat anno 1525. Hanc commemorant Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio Conceptionis Virginis Scalonæ, quod est 28. Prouinciæ Castellæ. Barrezeus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 14. ad ann. Christi 1527. Valerius de SS. Fœmin. Ordinis eiusd. lib. 4. cap. 11.

§. 7. *Repositio S. Macræ, Virg. & Martyr.* [g]] Id accidit, quando eius sacrum corpus, è loco agonis, vbi sepultum fuerat, intra Ecclesiam S. Martini Diuina reuelatione, vt honorificentius quiesceret, illatum est. Vnde diu postea, iterum leuatum, à Dangulpho, viro venerabili, regnante Carolo Magno, ad Ecclesiam, quam ille, in eius cultum, miro decore construxerat, euectum, in sacrario repositum fuit, condigna cum veneratione: vbi magna subindè emicuerunt miracula. Quære, Flodoardus, apud Surium, 6. Ianuarij, cap. 3. Saussayus in Martyrologio Gallicano, eâd. die, & hac die. Vincentius Beluacens. lib. 12. specul. Historial. cap. 142.

§. 8. *Translatio SS. Clementinæ, &c.* [h]] Memoratur hæc celebritas à Ferrario, in Catalogo Generali Sanctor. ex Tabulis Ecclesiæ Mutinensis, hac die: putaturque fuisse ex numero sociarum S. Vrsulæ, Virg. & Martyr.

TERTIO CALENDAS IVNII.

CÆSAREÆ in Cappadocia, Sanctæ [a] Emmeliæ, Beati Basilij coniugis, Parentum Sancti Basilij Magni, Episcopi: qui tempore Maximini, extorres facti, Ponticas solitudines incoluere, & post persecutionem, filiis suarum virtutum relictis hæredibus, in pace quieuerunt. Apud Ghelam, Brabantiæ oppidum, propè Thenas, Diœcesis Cameracensis, natalis Sanctæ [b] Dympnæ, Virginis & Martyris: quæ pro fide Christi, & castitatis proposito, ab impio patre, iussa est decollari. In Anglia, Sanctæ [c] Hieu, Virginis: vitæ perfectione & Religiosa obseruantia celebris. Sceti in Ægypto, sanctæ [d] Saræ, Virginis, Abbatissæ, quæ Theodosii Senioris tempore, virtute castimoniæ, sapientiæ, & Monasticæ obseruantia insigniter refulsit. In Diœcesi Eystetensi, Beatæ [e] Stillæ, Virginis, quæ sanctis moribus exornata, miraculis etiam floruit. Florentiæ, Beatarum [f] Ioannæ & Luciæ, de Vbaldinis, Sororum, Virginum, Clarissarum; quæ simul Christo sponso sacratæ, simulque sanctissimam vitam ducentes migrarunt in cœlum.

MAII XXX.

§. 1. *Sancta Emmelia.* [a]] Obierunt tandem in Domino apud Polemonium ciuitatem in solitudine, loco natalitio D. Basilij. Agunt de his, sanctus Gregorius Nazianzenus in luculenta illa Encomiastica Oratione, habita in funere D. Basilij Magni: item Epistol. 8. ad Basilium. S. Gregorius Nyssenus in Epistola ad Olympium Monachum, de Actis S. Macrinæ. D. Basilius. Epistol. 7. ad Eusebium. Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 4. Annal. Eccles. ad ann. Christi 369. §. 61. & 62. Bachotus in Fastis Christianis. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Cæsarea Cappadociæ.* Surius, Simon Martinus, hac die. Grilius de Clericis Regularib. sect. 7. §. 1. & sect. 10. §. 2. à quo *Eumelia* dicitur.

§. 2. *S. Dympna, Virg. Martyr.* [b]] Patrem habuit Hyberniæ Regem, gentilem: idolorum cultui nimium addictum. Quæ nobiliter educata, cùm annos pueritiæ transegisset, choreas, vanasque cantilenas, & quæ illa ætas expetit, mente despiciens; occultè baptismum suscepit, & se corde & corpore Christo deuouit perpetuò seruituram. Interea mater eius moritur: cùmque Rex orbatus vxore, aliam expeteret, oculos coniecit in filiam S. Dympnam, (quæ, formosa esset & valdè decora, incredibilique pulchritudine pollebat) eaoptans illam sibi copulari. Audiens autem hoc Virgo Christi, respondit illud se nunquam facturam. Quapropter fugæ sibi præsidium quæsiuit: orationibus, se Christo sponso iugiter commendans, vt patris libidinem effugeret nefariam. Patria itaque derelicta, nauem conscendit, mare traiecit, & in Belgium, ad Antuerpiam, appulit. Indè pergens per nemorosa deuia, ad pagum, cui nomen *Gheele* peruenit, atque illic locum vitæ solitariæ aptum reperit, vbi posset secretius Domino famulari, nam strepitus seculares ferre mens Christo deuota nequibat. Porrò altera die, pagum circumiens, vnicam inuenit Ecclesiam in honorem S. Martini dedicatam (in qua Dympnæ sacrum corpus, iam requiescit;) & non longè abest, in loco, qui Zemmale appellatur, construendum sibi habitaculum elegit, in quo per contemplationis dulcedinem, Deo debitum redderet famulatum. Extirpatis igitur arboribus & spinis, domicilium sibi congruum extruxit, in quo tribus mensibus commorans, & ieiuniis & orationibus vacans, vitam quodammodo Angelicam ducebat. Interea Rex pater eius, fugam filiæ audiens, Nimio furore repletus est: & militum stipatus numero, illam per seipsum requirere deliberauit: inuentamque ad se iterum allicere conatur. Cui sacra Virgo egregia constantia respondit: Christum vnicum sponsum meum elegi: tuas Regales delitias tota mente contemno; & illas promissiones Domini mei Iesu Christi, quæ cuncta superant desideria, iam totis visceribus concupisco: Dijs tuis minimè sacrificabo, nec incestuosas nuptias tecum contraham, nec à statu propositi mei resiliam: pœnas omnes, quas inferre potes, læta mente parata sum pro Domino meo Iesu Christo perpeti. Tunc Rex, quasi demens effectus, iussit eam celeriter decollari: sed cùm nullus esset, qui præceptum exequi auderet: Ipsemet, gladio, quo erat accinctus, sacrum caput præclaræ Virginis, Diuinam implorantis misericordiam, amputauit, hac die, circa anno. 600. cuius corpus in eodem specu, à quibusdam iuxta habitatoribus tumulatum est: vbi multis claruit miraculis, & obsessi à Dæmonibus, per eius merita liberabantur: qua etiam de causa, pingitur tenens Dæmonem alligatum, vulgò *Digna* dicitur, vt vitetur durior pronuntiatio. Vltra illos, quos superius ad 15. huiusce mensis adduximus authores, qui de ea scribunt, Martyrologium Roman. illo die, Baronius ibid. in notis, Petrus, Canonicus S. Autberti Cameracens. in vita eius, apud Surium. Molanus in Additionibus & Annotationibus ad Vsuard. & in indiculo SS. Belgij. Saussayus in Martyrologio Gallicano, eo die 15. Maij, qui est Translationis eius: hac die, autem natalis illius est.

S. Hieu, Virg. [c]] Ita Ferrarius, in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Martyrologio Anglico. §. 3.
Beda, lib. 4. Histor. cap. 23. viuit circa ann. 657. Harpsfeldius, in Historia Ecclesiastic. Anglican. sæcul. 7. cap. 35. *Prima* (inquit) *quæ in Northumbria Monasticam professa est, sacroque flammeo velata est, fuit Heiu, in Monasterio Heortheu, quod ipsa condidit, quæ postea ad ciuitatem Calcariam, quam Calcacester appellabant, secessit: ibique deinde Monasterio Hilda. præfecta est, &c.*

S. Sara, Virg. Abbatiss. [d]] Memoratur hæc B. famula Christi, in lib. 5. vitar. patrum. Apud Rosweydum, Libello 5. 6, 10. & 11. vbi referuntur eius dicta, inter verba Seniorum: in hunc modum: *Narrauerunt de Abbatissa Sara: quia manserit tredecim annis fortiter à fornicationibus dæmonum impugnata, & nunquam orauit vt recederet ab ea, huiusmodi pugna; sed solùm hæc dicebat: Domine, da mihi fortitudinem: Dixerunt iterum de eâ: Quia infestius ei fuerat aliquando imminens fortiùs idem fornicationis Dæmon mittens in cogitationem eius sæculi vanitates. Illa autem non relaxans animum à timore Dei, & à proposito abstinentiæ suæ; ascendit semel super lectum suum orare, & apparuit ei corporaliter spiritus fornicationis, & dixit ei: Tu me vicisti Sara: illa autem respondit: Ego non te vici, sed Dominus meus Christus.* Item. Libello 7. §. 19. Dicebant de Abbatissa Beatæ memoriæ Virginis Sara: Quod supra alueum fluminis sexaginta annos habitauerit, & nunquam, inclinata est, vt flumen ipsum aspiceret. Item libello 10. ibid. §. 73. & 74. Sexu quidem mulier erat, sed animo vir: & pœnitentiam agens, cor purum cum omnibus curabat habere: Ex quibus, Vincentius Beluacens. libro 17. Specul. Historial. cap. 9. D. Antoninus, part. 2. Chronic. Titul 15. cap. 8. paragr. 5. Petrus de natalibus, lib. 11. Catalog Sanctor. cap. 46. Florebat sæculo 5. Sarracenus, in Catalogo SS. ac BB. Carmelit. paragr. 102. §. 4.

B. Stylla, Virg. [f]] In Eystadiani Pontificis prouincia, quæ olim pars Boiariæ fuit, hæc Religiosissima §. 5.
Virgo Schirensis familiæ, Comitum ex Babone, vixit in arce paterna haud procul ciuitate Abenberga in Norico sita, sub anno circiter 1140. Quæ non minus virtutibus, quàm generis splendore claritas ornamento nempè longiùs petito, quòd sua quemque virtus maximè clarum reddat. Stilla cùm Templum posuisset, cœnobium molienti, parcæ manum injecere: cùmque funus docere tentarent Helsbrunnum, vbi fratres requiescebant, nulla ratione id loco mouere illi potuit: iunctis ergò currui equis, liberos abire sinerunt, sine vllo auriga, aut rectore. At illi sacrum onus vltrò deportarunt ad Templum,

ad Templum, quod ipsa extruxerat, & in quo Tumbam sibi elegerat; nec sine cœlesti approbatione. Ad cuius Tumulum statim, quamuis needum exstructo Monasterio, concursus fieri cœpit à Vicinis Norimbergensib. Weissenburgensibus Anspachensibus & ab aliis, qui beneficia meritis B. Stillæ, impetrata testabantur donariis, votiuisque Tabellis. Nam illic cæcis visus est redditus, claudis incessus, surdis auditus, pestilentia depulsa, capitis dolores sedati, semimortui à limine mortis reuocati, & plura aliâ supra naturæ vires gesta, quæ insignem hanc Abenbergensem Comitissam Christo sponso suo charissimam & gratissimam esse perspicuè ostenduot. Horum miraculorum multitudine & magnitudine permotus, Eystetensis Episcopus, altare in memoriam illius erigendum curauit. Ita Gretserus in SS. Eystetensibus Hondius in stemmat. Boiorum. Raderus, part. 2. Bauariæ sanctæ, ex aliis.

BB. Ioanna, &c. Virg.[f] Ambæ sorores erant Eminentiss. Cardinal. Octauiani Vbaldini, ac B. Claræ Vbaldinæ neptes: quæ simul vitam Monasticam profitentes, Christo magno cum feruore spiritus ac deuotionis famulatæ sunt: sanctissimèque obierunt in Monasterio de Monticulo, apud Florentiam. claruerunt circa annum 1225. memorantur à Marco, Vlyssiponensi, part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 54. Wadingho Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1261. §. 7. apud Martyrologium Franciscanum, hac die; & Annotationes ad ipsum. §. 6.

PRIDIE CALENDAS IVNII.

AQVILEIÆ Sanctæ [a] Cantianillæ; Virginis & Martyris; quæ ob fidei Christianæ constantiam, cùm esset ex illustri Aniciorum progenie, sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, vnà cum fratribus suis Cantio & Cantiano, ac eorum pædagogo Protho, capite plexa est. Romæ Sanctæ [b] Petronillæ, Virginis, filiæ Beati Petri Apostoli: quæ Flacci, nobilis viri, coniugium spernens, acceptis triduanis ad deliberandum induciis, interim ieiuniis & orationibus vacans, tertia die, mox vt Christi sacramentum accepit, emisit spiritum. In Saxonia, Sanctæ [c] Luitpargæ, Virginis: virtutibus & miraculis conspicuæ. Romæ, Beatæ [d] Fœlicis à Perusio, Virginis Clarissæ: quæ ob ingentes animi sui dotes, Abbatissa electa, vitam sanctis moribus operibusque exornauit. Claromonte Aruernorum Memoria Sanctæ [e] Gallæ, religiosæ fœminæ, ob perspicua sanctimoniæ insignia spectabilis. Apud Phocensem Galliæ Prouinciam, Beatarum [f] Mablinæ à Simanâ, & Bertrandæ Carmatæ, Matronarum, virtutum laude, & vitæ perfectione illustrium.

MAII XXXI.

§. 1. *SAncta Cantianilla, Virg. Martyr.*[a] Agunt de his, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrolog. Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 303. Molanus in Annotationibus ad Vsuard. Petrus de natalibus, lib. 5. Catalog. Sanctor. cap. 70. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 9. Ecclesia 28. Gallonius de Virgin. Roman. Vicelius de sanctis Ecclesiæ Dei. Ferrarius in Topographia noua ad Martyrolog Roman. verb. *Aquileia.* Extat Sermo de eis 75. inter Ambrosianos, seu potius, S. Maximi Taurinens. Episcopi, apud Surium, hac die. Guido in sanctilogio, seu speculo Legendarum, Breuiaria Senonense & Parisiense, hac die. Mombritius verò 15. Iunij. Venantius Fortunatus & Petrus Cedræus in poëmate de eis.

§. 2. *S. Petronilla, Virg.*[b] Hanc S. Petri Apostolorum principis filiam tanquam Christianæ Virginitatis primum decus, meritò Ecclesia Catholica commemorat, eò quòd ex eius eximio fulgore multum religioni nostræ, inclytæ suæ charitatis accesserit: quæ anno Christi 52. suæ verò ætatis 26. Romæ sanctissimè quieta dormitione, euolauit in cœlum. De ea agunt Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, item. Tom. 1. Annal. Eccles. ad ano. Christi 69. VVandelbertus, ead. die, Breuiarium Abbatiæ S. Dionysij. Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Ferrarius in SS Italiæ, & in noua Topographia sup. verb. *Roma,* Bachotus in Fastis, Saussayus in Martyrologio Gallicano, ead. die. Vincentius Beluacens. lib. 9. specol: Historial. cap. 58. Petrus de natalib. sup. cap. 69. D. Antoninus, part 1. Chronic. Titul. 6. cap. 4. §. 5. De Voragine, Surius, Lippelous, Foderetus, Haræus, Doubletus, Simon Martinus, Gazeius, Ribadeneira, &c. in vita eius. Pancirola in Thesauro Vrbis Romæ, Regione 5. Ecclesia 5. & Regione 7. Ecclesia 1. Ordericus vitalis, lib. 2. Histor. Ecclesiastic. pag. 388. Schedel: Sexta mondi ætate, fol. 106. Gallonius sup. item Acta SS. Nerei & Achillei, Martyr. 12. Maij, apud Surium. De eiusdem corporis inuentione, liber de Romanis Pontificib. & Platina, sub Paulo 1. Pap. Erat olim Romæ, nomine S. Petronillæ, Cœmeterium nobile, in quo Gregorius 3. Pap. Anniuersariam statuit stationem: vt constat ex eodem lib. de Pontificib. Roman. magna profectò fuit huiusce S. Virginis dignatio: quæ oculis suis commeruit videre Verbum Diuinum Incarnatum, & hominem factum! Magna etiam illius Beatitudo, sanctissimæ Deiparæ Virginis consortium meruisse: à qua, tanquam à consummatissimo omnium doctore, optimam benè beatèque viuendi normam haurire meruit: quæ copiosiori relatu prosequitur Bergomas. cap. 70. de claris mulieribus & lib. 8. supplementi Chronic. ad ann. Christi 52. Cuius autem fidei sit eius Historia, Consule S. Augustinum, lib. contra Adimantum.

§. 3. *S. Luitparga, Virg.* [e]] Obijt hæc Beata sanctimonialis in Domino, anno Christi 815. iuxta Cratepolium, De Episcopis Germaniæ; VVionem, lib. 3. Ligni vitæ, in Appendice ad Martyrolog. Benedictin. & Menardum, ibid.

§. 4. *B. Fœlicis, Virg.* [d]] Gonzaga. part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio SS. Cosmæ & Damiani, Romæ, quod est Prouinciæ Roman. (post Marcum Vlyssipon. part. 3. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 33.) scribit; quòd eiusmodi Monasterij plurimæ sorores, non absque sanctitatis nota, ex hac vita, ad Astra migrarunt; inter quas recensetur præfata B. Fœlix; quæ earum vna extitit, quas Romani, authoritate Apostolica, ex Foro-Flaminio, ad prædictum Monasterium, transferri curarunt. Qua de re inferius, ad 5. Septemb. §. 11. Ipsa igitur B. Fœlix, successu temporis, eiusdem Monasterij Abbatissa extitit, quæ virtutibus & religione maximè floruit. Cùmque semel graui morbo diuexaretur, meruit propriis oculis Christum Dominum cernere: qui vt verus medicus eam dignabatur visitatione sua cõsolari: illius meminere Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Iacobillus de SS. Fulginatibus, in vita B. Margaretæ 5. Septemb. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 1. cap. 32. VVadinghus. Tom. 5. Annal. eiusd. instituti, ad ann. Christi 1415. § 24. & 1449. §. 1.

§. 5. *S. Galla.* [e]] Huius Encomiom enarrat S. Gregorius Turonens. lib. de gloria confessor. cap. 36. Saussayus, hac die, in supplemento Martyrologij Gallicani, quam Baronius in notis ad Martyrologium Roman die 5. Octob. vult vxorem extitisse S. Eucherij, Lugdunensis Episcopi: cuius meminit Ado, ad 16. Nouemb. quem sequitur idem Saussayus eadem die, in Martyrolog. Gallic. post Petrum de natalibus, lib. 10. sup. cap. 67. & alios, inferius ad 16. Nouemb. quo dies natalis eius habetur.

§. 6. *BB. Mablina, &c. Matronar.* [f]] Agunt de eis Acta S. Elzearij, Ariani Comitis, Tertiarij Minoritici Ordinis, cap. 16. & 17. apud Surium, Sedulium, Binetum, & alios non paucos, citatos in Annotationibus nostris ad Martyrolog. Franciscan. sub 27. Septemb. De priori quidem, cap. 14. in hunc modum. *Domina Mablina a Simiana, illustris, & valdè potens ac opulenta, nec minus Deo deuota & chara Matrona, anno ætatis suæ 16. orbata viro suo est, cum quo non nisi trimestri spatio vixerat. Noluit autem ad secundas accedere nuptias, tametsi parentes & propinqui vrgerent, multisque eam vexarent modis: sed castè, honestè, & sanctè permansit in viduitate vsque ad senectutem. Post multos autem labores & opera pietatis, ad tantam peruenit mentis serenitatem, vt rebus Diuinis crebrò adeò intenta esset: vt quæ circa eam fierent, minimè sentiret. Vt omitto multis referam. Quandoque a cœna Domini cùm sacrificium fieret, vsque in Sabbathum sanctum, in eodem loco permansit immota, nihilque sentiens. Hæc ergo matrona, de B. Elzeario, adhuc iuuene, talem habuit visionem: cùm penitus nihil de eius Virginea puritate comperti haberet: vidit in spiritu, sanctum iuuenem habitu splendido indutum, per amplam, & magnam planitiem, ferentem vexillum candidum & illustre, &c.* De altera autem, cap. 17. ibid. hæc subduntur *Bertranda Carmata, Carpentoractensis, mulier sancta vita. & Diuinarum rerum valde perita fuit. Ea, cùm in quadam solemnitate, ad perceptionem Dominici corporis se deuotè præparasset; & sacerdos per incuriam, vel obliuionem, hostiam pro illa consecrare neglexisset: Diuina benignitas eam miro quodam modo consolata est. Cùm enim missæ illius sacrificio admodùm piè interesset, & Christi corpus spiritualiter ederet; Angelus Domini partem hostiæ consecratæ accipiens ab altari, ei sumendam præbuit. Presbyter verò Christi corpus percipere volens, cùm illam hostiæ partem non reperiret, licet multo studio hinc inde eam perquireret, magno animi dolore affectus est; Donec à Bertranda didicit, quòd ipsi Dominus præstitisset, &c.*





IVNIVS.

CALENDIS IVNII.



APVD Bethleem Iudæ, Sanctæ [a] Paulæ, Virginis, iunioris; quæ generis splendore, & gratiæ spiritualis decoro à pueritia prælucens, Deo placuit, atque ex toto corde inseruiuit. Apud Brixmundum Saxoniæ Monasterium, Ordinis Benedictini, Sanctæ [b] Ludgardis, Abbatissæ: quæ totum patrimonium suum Christo offerens, cœlesti sponso magnum chorum castitatis suo nutriuit ducatu. Camberiaci in territorio Gratianopolitano, Beatæ [c] Ioannæ Duruæ, Virginis Clarissæ, primæ huiusce loci Abbatissæ, miris virtutibus exornatæ. Spoleti, Sanctæ [d] Eudoxiæ, matronæ pientissimæ; quæ Sancto Secundo Martyri, auxilio fuit, & funus eius ingenti deuotione curauit. Apud Suessiones in Gallia, Translatio Sanctæ [e] Leocadiæ, Virginis & Martyris.

IVNII PRIMA DIES.

ANNOTATIO.



§. 1. SANCTÆ Paulæ, Iunioris, Virg. [a]] Senior Paula, vidua erat, de qua sup. ad 26. Ianuar. Hæc autem Iunior, Virgo, illius neptis, ex Toxotio filio, & Læta, genita (vt ait S. Hieronymus Epistol. 27. ad Eustochium) ex repromissione Martyris. Vouerant enim eam parentes, antequam conciperetur, Domino. Ad eam adhuc infantulam instituendam, S. Hieronymus Paræneticam Epistolam scripsit ad Lætam eius matrem: eamque Hierosolymam mitti quamprimum, eadem Epistola vehementer rogauit. Eò tandem perlata, in Monasterio Bethleemitico apud Eustochium educata: cum eadem semper vixit, post obitum S. Paulæ auiæ. Illius meminit S. Hieronymus in Epistola ad D. Augustin. 79. & 94. Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. sub 26. Ianuar. item. Tom. 4. Annal. Eccles. ad 382. §. 40. 41. 43. & 45. ac Tom. 5. ad ann. 419. §. 102. Nam Paulina, filia S. Paulæ Senioris nupsit Pammachio, Romæque augirer mansit: omnes autem ex illustrissimo Senatorum genere progenitæ erant, virtutumque merito probatissimæ, atque notissimæ. Grisius de Clericis Regularib. sect. 10. §. 4. Gallonius, de Virginib. Roman.

§. 2. S. Ludgardis, Abbatiss. [b]] Hæc à sancto Ansbario, Bremensi Archiepiscopo, constituta fuit Abbatissa; Florebatque virtute, famave sanctitatis circa ann. 835. illius meminerunt Crantzius, lib. 1. Metropol. cap. 41. VVion. lib. 3. Ligni vitæ, in Appendice ad Martyrologium Benedictinum, & Menardus ibidem. Attamen suspicor eamdem esse, fortasse, cum S. Luitparga, de qua sup. die præcedenti, vltima Maij.

§. 3. B. Ioanna, Virg. [c]] Cognominabatur Ioanna de Durue, Monasterij Surrigiensis alumna, ac postea prima electa Abbatissa noui Monasterij Camberiacensis, anno 1471. hac die, in vigilia Pentecostes, sub reformatione B. Colettæ, Virginis; vbi tot, tantisque virtutibus illuxit, vt omnibus fermè perfectionis specimen exstiterit, sanctèque in Domino obierit, circa ann. 1500. prius præclara facinora recenset Fodereus in Descriptione Monasterij Clarissarum Camberiacens. ex complaribus MSS. codicib. & VVadinghus. Tom. 6. Annal. Minor. ad ann. 1470. §. 24. nam vt plurimum solo pane & aqua reficiebatur: summo vtens artificio, ne ab aliis mensæ accumbentibus videretur. Si quandoque iusculum coacta sumebat, cineribus prius illud respergebat. Tanto autem spiritus feruore, orationem exercebat, seu mysteriorum nostræ Redemptionis contemplationi animum dabat, vt interdum duas horas, post Completorium, ac totidem post matutinas consumeret; necnon sæpè in extasim abiret: vndè paulò ante obitum, duorum dierum spatio, extra se rapta mansit, mani-

bus iunctis, oculisque apertis, & in cœlum erectis.

§. 4. *Sancta Eudoxia, Matrona.* [a] Florebat anno 280. Quando S. Secundus apud Spoletum in huiusce piæ Matronæ domo, præbitis ab illa clam vitæ alimentis, occultabatur: at vbi illa cognouisset, quæ Dionysius proconsul in Christianos ediderat, repentè è latebris prodiens, palam Christianum se ostendit; & mox captus, atque Martyrio coronatus; B. Eudoxia pro sua Religione, & insigni pietate, ad locum, vnde proiectum in flumen B. Martyrem audierat, aliquot piis comitata hominibus properauit, corpusque eius iacens, in ipso ripæ margine, nullo suppliciorum vestigio, nulla limosi gurgitis, quo plures per dies obrutus fuerat, illuuie deformatum reperit. Quod cùm Diuinitùs factum non dubitaret, læta Iesu Christi tam manifesta, in cultores suos, benignitate, sublatum indè in prædio, quod Amerino in agro habebat, quàm officiosissimè potuit sepeliuit, ita Acta ipsius S. Secundi Martyris apud Surium, hac die, ex Antonio Maria Gratiano à Burgo S. Sepulchri, Episcopo Amerino.

Translatio S. Leocadia, Virg. Martyr. [e] Memoratur à Molano, in additionib. ad Vsuard. & Saussayo in Martyrologio Gallicano, hac die, ann. 770. corpus S. Leocadiæ Toleto Ouetum delatum est: ex Chronico Iuliani: anno verò 930. Oueto allatum est corpus eiusd. S. Leocadiæ ad vrbem Galliæ, Suessionensem: petente Suessionensi Comite, qui Regem Oueti iuuarat contra Mauros insurgentes, & eodem Rege concedente, ibid. Ioannes Tamayo, in Martyrologio Hispano, sub 26. Aprilis. §. 5.

QVARTO NONAS IVNII.

LVGDVNI, Natalis Sanctarum [a] Martyrum Iuliæ, Albinæ, Gratæ, Rogatæ, Æmyliæ, Potamiæ, Pompejæ, Rhodanæ, Biblidis, Quartiæ, Maternæ, Helpiæ (quæ & Amnæ) Blandinæ, alterius Iuliæ, Ausoniæ, alterius item Æmyliæ, Iamnicæ, alterius Pompejæ, Domnæ, Iustæ, Trophimæ, & Antoniæ: quarum fortia & iterata certamina, tempore Marci Aurelii Antonini, & Lucii veri, Ecclesiæ Lugdunensis Epistola ad Ecclesias Asiæ & Phrygiæ, scripta recenset: in his, Sancta Blandina, sexu infirmior, corpore imbecillior, conditione deiectior, diuturniora & acerbiora certamina subiens, & fortis adhuc permanens, gladio iugulata, cæteras secuta est, quas hortabatur ad palmam. In Pago Constantiensi, non longè ab Isnensi oppido, Beatæ [b] Adelheydis, Virginis; quæ admirandis virtutum exercitiis refulsit. Mediolani, Beatæ [c] Paulæ Isabellæ, Mediolanensis, Virginis, Clarissæ, paupertatis, & ieiunii dono insignis. Oriolæ in Regno Valentiæ, apud Monasterium Sancti Sebastiani, Ordinis Sancti Augustini, Beatæ [d] Ioannæ, Virginis: quæ dùm vixit meritorum prærogatiua, & post mortem miraculorum copia, extitit gloriosa. Venetiis, in Insula, Memoria Sanctæ [e] Helenæ, Augustæ, Matris Constantini magni, piissimi Imperatoris.

IVNII II.

§. 1. *Sanctarum Martyr. Iulia, &c.* [a] Martyrio coronatæ sunt, anno Christi 179. Marci Aurelij Imperator. 17. Harum gloriosa certamina recitantur in ea Epistola Ecclesiæ Lugdunensis, quæ extat apud Eusebium, lib. 5 Histor. Eccles. cap. 1. 2. & 3. Agunt de ipsis S. Augustinus, lib. de Cura pro mortuis agenda; B Eucherius Lugdunensis, Sermone de S. Blandina, qui falsò Eusebio Emisseno inscribitur, item D. Gregorius Turonensis, de gloria Martyr. cap. 49. Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2 Annal. Eccles. ad ann. Christi 179. Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Lugdunum*. Saussayus in Martyrologio Gallicano. Vincentius Beluacens. lib. 10. specul. Historial. cap 98. & seq. Petrus de natalibus, lib. 5. Catalog. Sanctor. cap. 77. D. Antoninus, part. 1. Chronic. Titul. 7. cap. 6. §. 5. Bergomas de claris mulierib. cap. 85. Rinaldus, part. 1. Liliorum Galliæ sanctæ, cap. 5. in fine. Surius, Lippelous, Renatus Benedictus, Ribadeneira, Simon Martinus, & hac die. Viennæ extabat Monasterium S. Blandinæ, ex vita S Clari, Abbatis 1. Ianuar. Fulgosus, lib. 5. memorabil. cap. 16.

B. Adelheydis, Virg. [b] Puritatis & virtutis erat amantissima, orationibus & meditationibus iugiter intenta; abstinentiis, ieiuniis, & vigiliis dedita, vitia blanda superabat. Tandem verò circa annos ætatis suæ 14. ciuitatem Isnensem intrauit, vnà cum tribus sororibus, quas conseruabat in castitate Virgines: & ibidem tantam aggregauit aliarum Virginum multitudinem, vt in oppido propè modico, 50. Virgines, essent in medio seculi deuotissimè Deo seruientes, cum proposito ita perseuerandi: earumque mater effecta est: & demùm fœliciter propè ann. 40. vitam hanc resignauit morituram: Teste Ioanne Nyder, lib. 1. Formicarij, cap. 11. & lib. 2. cap. 11. Florebat circa ann. 1395. §. 3.

B. Paula-Isabella, Virg. [c] Memoratur apud Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad ipsum. VVadinghum. Tom. 5. Annal. Minor. §. 3.

ad

ad ann. Christi 1447. §. 92. sanctissimè obijt in Monasterio S. Bernardi Mediolanens. quod est 4. Prouinciæ Mediolanens.

§. 4. *B. Ioanna, Virg.* [d]] Oriellæ, vulgò, *Origuela*, in Regno Valentiæ, honestis ac pijs parentibus nascitur, anno 1575. die 27. Septemb. cognominata de *Guilbem*, quæ anno 10. ætatis suæ, tanto spiritus ardore efferbuit, vt orationi & solitudini, iam addicta foret, & Virginitatem suam Christo consecraret; tum sponsalitio omnino spreto, ad Monasterium S. Sebastiani conuolauit, vbi habitum sancti Augustini induit, anno 1597. die 15. Maij, in die Ascensionis Christi, & facta professione anno sequenti, paulò post, ob eminentem eius probitatem, magistra Nouitiarum est instituta: cuius obedientia eximia, patientia magna, puritas ingens, pœnitentia ac mortificatio rara, humilitas profundissima, ieiunia multiplicia, oratio continua, cilicium asperum, vigiliæ, disciplinæ, & abstinentiæ frequentes, amor in Deum maximus, & in passionem Dominicam vltrò intenta. Quapropter haud mirum est, si raptus & ecstases ita pateretur frequentes. Demùm sanctissimè in cœlum, hac die, abijt, anno 1600. multis post mortem illustrata miraculis: vndè ea in præfata vrbe, vt Beata colitur, ex licentia & permissu R. Andreæ Balagueri, Episcopi Oriolensis, anno 1616. vti scribunt. Gaspar Mancebon: & Simplicianus, part. 2. Histor. Ordin. S. Augustini, in vita ipsius B. Ioannæ.

§. 5. *S. Helena, Augusta.* [e]] De eadem Græci in sub Authologio, Molanus in Additionib. ad Vsuard. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, & in Additis ad Nouam Topographiam sup verb. *Venetia*, ex Tabulis Ecclesiæ Venetæ. Renatus Benedictus in vita eius, Petrus de natalib. lib. 7. Catalog. Sanctor. cap. 73. quod intelligendum venit, id factum esse, ob quandam portiunculam Reliquiarum illuc allatam ac conseruatam; vti sciè obseruat Simon Martinus in vita eius 18. Augusti: quemadmodum fit Aureliæ, vbi pars eiusmodi Reginæ sanctæ Reliquiarum honorificè asseruatur & colitur. Vndè Bergomas. cap. 144. de claris mulieribus, hallucinatus, totum eius corpus Venetijs arbitratus quiescere *Sanctissimum autem eius corpus integrum Venetijs delatum, & Templo & Monasterio superbissimo ea in vrbe decoratum est: quo in loco maxima etiam religione & veneratione, à religiosissimis, venerandisque patribus, monachis montis Oliueti nuncupatis, capsella ornatissima custoditur.* Vide sup. ad 7. Februar.

TERTIO NONAS IVNII.

CONSTANTINOPOLI, Sanctæ [a] Paulæ, Virginis & Martyris; quæ cùm Sanctorum Martyrum sanguinem colligeret, comprehensa, virgis cæsa, & in ignem coniecta, sed liberata, demùm & ipsa, eodem loco, vbi Lucillianus crucifixus fuerat, decollata est. Parisiis, Sanctæ [b] Clotildis, Reginæ Franciæ; cuius precibus vir eius Clodouæus Rex fidem Christi suscepit: & præclara meritis & miraculis; fœlici fine beatitudinem promeruit. Apud Senonas, sanctæ [c] Theudechildis, Virginis; quæ Regio Francorum sanguine nata, Christum sibi sponsum elegit in perpetuum; & ob vitæ integritatem, ac pietatis constantiam, gloriam consecuta est sempiternam. Anagniæ, sanctæ [d] Oliuæ, Virginis; quæ tota liquefacta in desiderium æternitatis, animam Diuinis charismatibus impinguatam cœlo emisit. In Lusitania, Loruanjo Monasterio, Cistertiensis Ordinis, Beatæ Mariæ, [e] Conuersæ; quæ ingentis spiritus feruore, post varia sanctitatis opera, miraculis etiam illustris euasit. Segobiæ in Hispania Tarraconensi, Beatæ Elisabethæ Peraltæ, Virginis; quæ sub Tertiariarum habitu, Christo sponso dignè famulata, ad brauium supernæ retributionis festiua cucurrit.

IVNII III.

§. 1. SAncta Paula, Virgin. Martyr. [a]] Ita Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. 362. Græci eidem in Menologio. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Constantinopolis*, De Guitreys in sanctitate Christiana, sæcul. 4. ad ann. 362. §. 4. Simon Martinus, hac die, Bachotus in Fastis.

§. 2. *S. Clotildis, Regina.* [b]] Hæc viro Rege, viduata, reliquum vitæ tempus Turonis, in Monasterio S. Martini velata, sanctissimè perduxit, & miraculis claruit: cuius corpus exindè Lutetiam allatum in Basilica S. Petri, ad latus viri sui Clodouæi Regis (quo & Sancta Genouefa sepulta est) humatum fuit postea inde effossum, circa annum 15. & ab Abbate, Philippo *Belo*, honorificentissimè in Theca aurea & argentea inclusum; non solùm autem Lutetiæ: sed Andeliaci etiam ad Sequanam in territorio Rothomagensi, in insigni Collegiata Ecclesia sanctissimæ Dei genitricis, quam fundauit, claret anniuersarijs sacris, gloriosa eius memoria, vbi id insigne miraculum, ad meritorum eius commendationem, antiqua ex traditione prædicatur; quòd vinum ex fluentis fontis illic repentè salientis, Templi illius structoribus, fusa deuota ad Christum supplicatione propinarit, cùm exhaustis pium in opus thesauris, iam

illis stipendia, de more non suppeditaret. Scribunt de ea complures S. Gregorius Turonens. lib. 2. de Gestis Francor. cap. 2. 3. 4. & lib. 4. cap. 1. Aimonius ibid. lib. 1. cap. 14. Sigebertus in Chronicon, ann. 499. 553. & 554. Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 6. Annal. Ecclef. ad ann. 494. & seq. Tom. 7. ad ann. 540. & 553. quo obijt. Molanus in Additionibus & Annotationib. ad Vsuard. Ferrarius sup. in noua Topographia, verb. *Parisij*. Gallesinius, in suo Martyrologio. Vincentius Beluacens. lib. 21. specul. Historial. cap. 4. & seq. item 16. 37. & 38. D. Antoninus, part. 2. Chronic. Titul 11. cap. 2. §. 7. 8. 9. 10. Wion in Martyrologio Benedictino, & lib 4. Ligni vitæ, cap. 14. Menardus, lib 1. Obseruation. ad Martyrolog Benedictin. Saussayus in Martyrolog. Gallicano. Belforestus, lib. 1. Annal. Francor. cap. 12. & 16. & quotquot S. Remigij Rhemens. Episcopi; vel Francorum Regum gesta referunt Brulios, lib. 2. Antiquitatis Parisiens. in Abbatia S. Genouefæ. Grisius de clericis Regularib. sect. 15. §. 30. Theuetus. Tom. 2. viror. illustr. lib. 4. cap. 2. in Clodouæo 1. Reg. Franc. Decretis, part. 2. veræ viduæ, pag. 344. & seq.

§. 3. *S. Theudechildis, Virg.* [c]] Protulit præfata sancti Clotildis inter Regias cæteras proles hanc ex se filiam, perpetua Virginitate insignem, Monasterijque puellaris, apud Senones fundatricem, in honorem Apostolorum principis: vbi vitam duxit propè Angelicam, vsque ad ann. suæ ætatis 80. quo cœlestia petinit: cuius sacrum corpus ad læuam maioris altaris, condigno honore tumulatum est. Vide Chronicam S. Petri viui, Senonens. Iacobum Tauellum in Archiepiscop. Senonens. Galliam Christianam in ea Abbatia. Saussayum in Martyrologio Gallicano, hac die. Claudium Paradinum, in Genealogicis Franciæ, & San-Marthianos, lib. 3. cap. 5. ibidem. Belforestium, lib. 1. Annal. Franc. cap. 12. Cœnalem de Re Gallica, lib. 1. periocha 12. Wionem. lib. 4. Ligni vitæ, cap. 28. quam mendosè existimat illam esse B. Thelechildem, de qua infra, ad 10. Octob. cùm toto cœlo differant, ortu, patria, parentibus, sæculo, loco, &c. *Theodechildes*, *Telechildes*, *Theuchildes*, *Theudechildes*, & Sichildes, nonnunquam nuncupatur. Grisius. De clericis Regularib. sect. 11. §. 1. Theuetus sup.

S. Oliua, Virg. [d]] Memoratur in Martyrologio Romano, hac die, Baronius ibid. in notis, atque illic eius Acta, itemque venerandum ipsius corpus asseruari: videlicet in Ecclesia Cathedrali Deiparæ Virginis Annuntiationi consecrata: iuxta Ferdinandum Vghellum. Tom. 1. Italiæ illustratæ sacræ, in Episcopis Anagniens. sub initio: & Ferrarium de SS. Italiæ, hac die. § 4.

B. Maria, Conuersa. [e]] Cognominatur *Peregina*; eo quòd magno spiritus feruore, Syriam, & omnia loca sancta visitauerit, ac post multa virtutum insignia, flexis ante venerabile Eucharistiæ sacramentum genibus, oculis ac manibus in cœlum erectis, spiritum sanctissimè efflauerit: cuius in æterna patria fœlicitatem, suauissimus odor, varia miracula, & multa alia signa, comprobarunt. Vti testantur in vita eius Bernardus de Brito, Tom. 1. Annal. Ordin. Cistertiens. lib. 6. cap. 34. Henriquez in Menologio Cistertiensi. Manriquez in Compendio sanctor. Ordin. Cistertiens. & Calendarium Ordinis eiusd. hac die. §. 5.

B. Elisabeth, Virg. [f]] Tertiaria fuit Franciscana; quæ sicut sanctè vixit, ita quoque sanctè in Domino, in æternum victura, obiit: memoratur apud Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzagam, part 3. Origio. Seraphic. Religion. in Monasterio S. Claræ Sogobiensis, quod est 32. Prouinciæ Conceptionis in Hispania, Barrezum, part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 30. ad ann. 1519. Valesium de SS. Fœminis Ordinis Minor. lib. 4. cap. 6. VVadinghom. Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. Christi 1486. §. 33. § 6.

PRIDIE NONAS IVNII.

ATTREBATI, Sanctæ [a] Saturninæ, Virginis & Martyris: quæ datis cervicibus, fortiter pro Christo sponso dimicauit. In Britannia Armorica, Sanctæ Mannokæ, [b] Virginis Abbatissæ Benedictinæ: vitæ innocentia, & miraculis celebris. Vallis Ducis Monasterio in Brabantia, apud Syluam Merdaliam secundo lapide à Louanio, Beatæ [c] Margaretæ, Virginis, Ordinis Cistertiensis, Diœcesis Louaniensis, Abbatissæ secundæ; quæ genere, puritate vitæ, ac miraculis extitit gloriosa. In Germania, Beatæ [d] Coletæ, Virginis, Clarissæ, filiæ Rodulphi Imperatoris: quæ meritis & virtutibus sublimata, migrauit in cœlum. Mantuæ, Beatæ [e] Franciscæ de Cumis, Virginis, Ordinis Seruitarum sanctæ Virginis; quæ ad Beatum consortium profecta, se signis admirandis glorificatam esse in cœlis manifestauit. Abulæ in Hispania Tarraconensi, Beatæ [f] Eleonoræ, à Cepeda, Virginis Carmelitanæ, dono orationis, & contemplationis, ac virtute abstinentiæ insignis. Placentiæ, Beatæ [g] Mariæ; quæ Regia Lusitaniæ Regum stirpe progenita, summis virtutibus extitit decorata.

IVNII IV.

§. 1. SAncta Saturnina, *Virg. Martyr.* [a]] Pro Virginitate sua, quam Christo Deo vouerat, à proteruo proco decollata, manibus caput ad Villam S. Remigij deportauit: vbi fideles postmodum, ad ipsius Martyris honorem, puellare Monasterium construxerunt, ita vetera MSS Martyrologium Romanum hac die, Baronius ibid. in notis. Chronicon Cameracense, lib. 2. cap. 12. Molanus in indiculo SS. Belgij. Ferrarius in nona Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Atrebates* Arnoldus Rayssa, in Auctario ad natales SS. Belgij Molani, die 20. Maij. Myræus in Fastis Belgicis, & Saussayus in Martyrologio Gallicano, Simon Martinus, hac die. Eius corpus quiescit in villa *Santis*, haud procul ab Attrebato. Denique Saxones illac postea transeuntes, partem sacri corporis exindè secum asportarunt.

§. 2. *B. Nennoka, Virg. Abbatiss.* [b]] Præclara eius facinora, & egregias virtutes ac miracula recenset Albertus magnus, in vita eius, ex codicib. MSS. obiit ann. 467.

§. 3. *B. Margareta, Virg.* [c]] Filia erat Henrici 2. Ducis Brabantiæ, natu minima: quæ præclaris animi & corporis dotibus ornata, cùm à præcipuis Belgij Dynastis, in coniugem expeteretur: vt expeditius virtutum Dominum coleret, calcatis sæculis illecebris, se apud illud Vallis-Ducis Monasterium, quod pater suus condiderat, reclusit: vbi sacro velamine amicta, ac deindè Abbatissa effecta, vitam adeò sanctam, & Deo gratam egit, vt etiam miraculis insignis, ex hac luce, ad æternam migrauerit beatitudinem: cuius & hodie ibidem fœlix transitus anniuersaria festiuitate colitur: successit autem B. Aleydis, in Abbatissæ munere, Agunt de ea B. Cantipratanus, lib. 2. de Apibus, cap. 10. numer. 8. Hadrianus Barlandus in Historia Ducum Brabantiæ, sub Henrico 2. Philippus Seguinus, lib. 3. Sanctor. Ordin. Cisterciens. cap. 77. Gallia Christiana, in Abbatiis, vbi de *Valle-Ducis*. Saussayus in Martyrolog. Gallicano, & Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die. Myræus in Chronico eiusd. Ordinis. Manriquez, Tom. 3, Annal. Cisterciens. ad ann. Christi 1152. cap. 10. §. 9. & 10. item. Tom. 4. ad ann. 1253. Dinterus, & alij.

§. 4. *B. Coletta, Virg.* [d]] Patrem babuit Rodulphum Cæsarem, Romanorum Regem, qui familiæ Austriacæ nomen dedit, tempore Generalatus R. P. Hieronymi, ab Esculo, qui electus est Lugduni, ann. 1274. & Ordinem rexit ann. 5. eo quòd ad Cardinalatum fuerit euectus, illius meminerunt Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud. B. Bartholomæos Pisanus, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 4. vbi de 2. excellentia Ordinis sanctæ Claræ. Marcus Vlyssiponens. part. 2. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 15. §. 1. ann. 1278. Gonzaga. part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in BB. Fœminis 2. & 3. Ordinis Minor. Firmamentum triom Ordin. part. 2. Tract. de illustrib. Fœmin. eiusd. Ordin. De Sillis, in cap. 1. Regul. Tertiariar. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

B. Francisca, Virg. [e]] Hæc inter sacras Virgines §. 5. Monasterij Mantuæ, Ordin. Seruitar. professa, vitæ sanctissimæ extremum persoluit die 4. Iunij, anno 1497. Accidit autem, vt sequenti anno, dùm Ecclesia & locus, in ampliorem formam redigeretur, oporteret Monialium ossa, ex priore in alteram foueam intra septa Monasterij interioris Ecclesiæ transferre. Quare corpus B. Franciscæ, quasi tunc fuisset tumulatum, recens, & odorem suauem spirans, repertum est: ac insuper (quod fuit mirandum) manu tenens lilium virens, ac si è terra nunc vernans fuisset collectum; Episcopo assentiente, fuit seorsum sub altari Ecclesiæ in area lignea reconditum, vsque ad ann. 1557. quando B. Valentinus de *Valentis*, Mantuanus, grauiter ægrotans, & huius Beatæ meritis conualescens; maxima cum deuotione curauit illud corpus in arca marmorea honorificentius recondi; Alia complura edidit miracula, vt perhibent Archangelus Giannius, centur. 2. Annal. Seruitar. Ordin. lib. 5. cap. 2. & Bzouius, Tom. 18. Annal. Eccles. ad ann. 1497. §. 31.

B. Eleonora, Virg. [f]] Patria Abulensis, ac Mona- §. 6. sterij eiusdem vrbis, de Incarnatione, Ordinis Carmelitarum accola fuit: quæ assidua contemplatione, & virtute pœnitentiæ clarissima, vitæ sanctitate admodùm enituit: in cœlum migrans, ann. 1573 Illius meminere. Episcopus Turiasonensis S. Angelus, & Augustinus caluus, in Defensorio Religion. cap 13. Antonius Alegre, in paradiso Carmelitani decoris, statu 4. ætat. 17. post Christum, cap. 501.

B. Maria. [g]] Deea Antonius Vasconcellus, scri- §. 7. bit, in Descriptione Regni Lusitani, vbi de aliquot Lusitanis fœminis sanctitate nobilibus, §. 6. *Eusdem (inquit) vt genere, ita sanctitate, æmulata fuit Maria Parmæ ac Placentiæ princeps, Regis Emanuelis 1. ex infantibus, Eduardo & Isabella, neptis, quæ nuptui data Alexandro Farnesio, Duci excellentissimo, perfectæ pietatis, patientiæ, charitatis, aliarumque virtutum impressa vestigia, ad omnem reliquit immortalitatem*; vt dignosces ex ipsius vita, Italo & Hispano idiomate conscripta: vti habent Sebastianus Morales, Hilarion à Costa, Franciscus Serdonatus, Augustinus della Chiesa, Michael Coyssard, &c. apud Ludouicum Iacob, in Bibliotheca illustr. fœminar. Decessit anno 1577. hac die, iacet Parmæ in Ecclesia Fratrum Minorum Capucinorum.

NONIS IVNII.

CÆSAREÆ in Palæstina, Passio Sanctarum [a] Zenaidis, Cyriæ, Valeriæ, & Marciæ: quæ per multa tormenta, gaudentes ad Martyrium peruenerunt. In Pago Constantiensi, Beatæ [b] Anonymæ, Reclusæ: quæ fide ac religione plena, singulare pietatis ac modestiæ exemplum cunctis exhibuit. Areuali in Territorio Abulensi, Beatæ [c] Elisabethæ Verdugo, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ, pietate, vitæque perfectione celebris. Fulginij in Vmbria, Beatæ [d] Mariæ-Baptistæ, Butaroni, Virginis Clarissæ; obedientia, silentio, & Dominicæ passionis meditatione spectabilis. Bruxellæ in Territorio Machliniensi, Commemoratio Beatæ [e] Mariæ semper Virginis, Deiparæ; ob gloriosam victoriam, quam, hac die, apud VVœringam habuit Ioannes primus, Lotharingiæ, Brabantiæ, & Lemburgiæ Dux.

IVNII V.

§. 1. S*Anctarum Zenaidis, &c. Martyr.* [a]] Agunt de his, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Romanum verb. *Cæsarea Palæstina.* Græci etiam in Menologio.

§. 2. *B. Anonyma, Reclusa.* [b]] Scribit de ea Ioannes Nyder. lib. 5. Formicarij, cap. 2. aitque ipsam B. Reclusam suo tempore claruisse, (nimirum circa ann 1420.) propè Basileam, Diœcesis tamen Constantiensis, in Domo Dominorum Theutonicorum de Prussia, *Buken* nominato. Hæc anus effecta, iam in dicto loco Reclusa, toto mentis nisu, Deo famolabatur: visitare hanc multi vtriusque sexus homines solebant, ob deuotionis gratiam; quibus omnibus monita salutis dabat, prædixitque incendium euenturum in Basiliensi vrbe, quod in breui accidit.

§. 3. *B. Elisabeth. Virg.* [c]] Claruit ann. 1532. Areuali hæc nobilis Virgo, in Monasterio S. Mariæ de Iesu, quod est 30. Prouinciæ Conceptionis in Hispania: vbi suscepto prius Tertiariarum habitu Franciscanarum, Christo sponso in maxima humilitate seruiuit. Quæ & ipsum Christum Dominum in propria forma, dùm hostia, à sacerdote, in Missa, eleuaretur, videre meruit: atque quamplura alia priuilegia ab Altissimo omnium largitore bonorum obtinuit. Demùm vita excedens, ibidem tumulata est: vti habent Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud, Gonzaga in dicto Monasterio, part. 3. Origin. Seraphic. Religion. Barrezzus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 54. ad ann. 1534. Valerius de SS. Fœminis, lib. 1. cap. 30. Wadinghus. Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. 1490. §. 40.

B. Maria-Baptista, Virg. [d]] Patria Fulginas erat, vitæ exemplaris speculum, & bonorum operum perpetua cumulatrix: ex quo S. Claræ Monasterium ingressa, anno 1507, singulari quippe Regulari obseruantia claruit. Obedientiam prompto lætoque animo complebat: primaque in rebus agendis, quamtumvis laboriosis, seu abiectis, semper aderat. Erga purgatorij animas deuotissima cùm esset, precibus illis eas iugiter Deo commendabat. Orationi instanter vacabat: maximèque passionis Dominicæ amantissima erat, cuius mysteria assiduâ meditatione contemplabatur; quo tempore, sæpè Diuinis reuelationibus potiebatur. Migrauit in cœlum, anno 1552. in Festo Pentecostes, vide Iacobillum de SS. Fulginatibus, sub 21. Iunij. §. 4.

Commemoratio B. Mariæ, Virg. &c. [e]] Ita Molanus in Additionib. ad Vsuard. & Myræus in Fastis Belgicis, hac die, Dinæus. lib. 12. Rerum Brabantin. in memoriam quippe tantæ victoriæ, fit quotannis Bruxellæ publica ac solemnis supplicatio Dominica Pentecosten præcedente; soletque per vrbem deferri imago Deiparæ Virginis, cum Reliquiis S. Iulianæ Virginis, quæ in Basilica elegantissima eidem sacratissimæ Virgini Matri, in arenis constructa ac dicata, asseruantur: vti obseruauimus sup. ad 16. Februarij. Vide Colueneriium, hac die, in Calendario Virgin. §. 5.

OCTAVO

OCTAVO IDVS IVNII.

CÆSAREÆ in Palæstina, natalis trium [a] Virginum prophetissarum, filiarum Sancti Philippi (qui fuit vnus de septem primis Diaconis) quæ inibi iuxta eum tumulatæ iacent: nam quarta filia eius, plena spiritu Sancto, Ephesi occubuit. Romæ, Passio Sanctæ [b] Candidæ, vxoris Sancti Artemij, cum filia Paulina, quæ in Cryptam impulsæ, lapidibus ruderibusque sunt obrutæ. Florentiæ, Beatæ [c] Augustinæ Mediceæ, Virginis, Ordinis Dominicani: quæ genere, & vitæ candore illustris, oratione, silentio, & ardentissimo amore in Christum, & proximum resplenduit. Barcinone, Beatæ [d] Delphinæ, viduæ, Clarissæ: cuius sanctitas miraculorum præconio commendatur. Malbodii in Hannonia, Cameracensis Diœcesis, Ostensio Corporis Sanctæ [e] Aldegundis, Virginis.

IVNII VI.

§. 1. *Sanctarum Trium, Virgin.* [a]] De his scribitur Act. 21. ℣. 8. & 9. itemque Agunt de eisdem, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 1. Annal. Eccles. ad ann. Christi 58. Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Ferrarius in Topographia noua ad Martyrolog. Roman. verb. *Cæsarea Palæstinæ.* Petrus de natalibus, lib. 5. Catalog. Sanctor. cap. 93. Recens adhuc erat Cæsareæ Maritimæ in Palæstina, temporibus S. Hieronymi, memoria Philippi Diaconi, & filiarum eius: nam ædicula B. Philippi, & filiarum cellulæ adhuc integræ permanebant: quas omnes S. Paula, profectura Hierosolymam inuisit: vt idem S. Doctor scribit Epistol. 27. ad Eustochium, item, lib. 1. aduersus Iouinianum, Simon Martinus, hac die.

§. 2. *Passio S. Candidæ, &c.* [b]] Memorantur hac die, apud Bedam, Vsuardum, Adonem, Martyrolog. Roman. Baronium ibid. in notis; item, Tomus 2. Annal. Eccles. ad ann. 302. quo passæ sunt: & Tom. 10. ann. 849. Molanus sup. & Petrus de natalib. cap. 9. sup. Vincentius Beluacens. libro 12. specul. Historial. cap. 74. & 75. D. Antoninus, part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 12. Gallonius de Virginib. Roman. Ferrarius de SS. Italiæ, hac die. Acta earum habentur connexa cum gestis SS. Marcellini & Petri, Martyrum 2. Iuni, apud Surium, Lippelouum, &c. Corpora Artemij & Paulinæ translata reperiuntur à Sergio 2. Papa, in Titulum quinti; Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 2, Ecclesia 19. & Regione 8. Ecclesia 6.

§. 3. *B. Augustina. Virg.* [c]] Filia erat illustris Comitis, Ioannis de Medicis: ab ineunte ætate puritati & innocentiæ sic animum dedit; vt Virginitatem suam Deo consecrandam exoptauerit. Quapropter grandior ætate facta, & nobilis à multis expetita, nuptias, vanosque mundi amores constantissimè respuit, & ad Monasterium sanctæ Catharinæ Senensis, apud Florentiam, Ordinis S. Dominici se recepit, vbi assumpto Religionis habitu, nomen etiam *Mariæ*, commutauit in *Augustinam*; vt sic minùs agnosceretur: atque ex tunc cœpit omnium virtutum exercitijs operam impensè dare, silentio ac solitudine maximè delectabatur, orationi iugiter intendebat: ita feruenti amore ferebatur in Christum: vt sæpè exoptaret sacram Eucharistiam sumere: quo tempore, tota in lachrymis resoluebatur præ gaudio: Verbum Dei audiebat singulari cum attentione; & zelo animarum inflammata, si quempiam aduerteret periculo salutis proximum, continuò, orationibus, ieiuniis, disciplinis, aliisque pœnitentiis, Deum placare; & pro illo ipsum deprecari feruentissimè contendebat. Die natali Christi, diuina consolatione repleta est: dum sacratissima Virgo Maria, eius desideriis annuens, illi apparuit, multis comitata cœlitibus, exhibensque illi, puerum Iesum, filium suum, dulcem natum, ipsum brachiis amplexatum, sæpius ad satietatem osculata est. Spiritu prophetico multa prædixit futura. Claruit secul. 16. plura de eadem refert Seraphinus Razzius, part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordin. prædicat. ex Antiquis monumentis MSS. præfati Monasterij, Bosius, Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 23.

§. 4. *B. Delphina, vidua.*] Hæc per legitimi viri mortem, Christo Domino, sub Clarissarum habitu desponsata; tantopere in omni genere virtutum profecit, vt miracula, tum in vita, tum quoque in morte edere meruerit. Cumque die quadam, nobilem quandam sororum adolescentulam, *Angelam Cornetam* nomine, omni virtutum gloria fulgentem in extremis constitutam cerneret; Altissimum, vt illam, tanquam Monasterio vtilem, ad pristinam sanitatem restituere dignaretur, & eius loco se è medio tolleret, obnixè precata est. Cuius postulata Deus benignè concedens, & illam, translata hebdomada, perfectæ sanitati restituit, & se ad cœlestia regna vocauit: cuius corpus sepultum est in claustro Monasterij B. Virginis de Petra Albis, mille quingentis passibus ab vrbe Barcinonensi distantis. Quadriennio autem elapso, illæsum, incorruptum, & fragrantiam redolens, inuentum est. Floruit ann. 1120. Memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die, Annotationibus ad ipsum: à Gonzaga, part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in eo Monasterio, quod est 1. Prouinciæ Cathaloniæ, Barrezzo, part. 4. Chronic. Minor. libro 2. cap. 10. Valerio de SS. Fœmin. eiusd. Ordin. lib. 4. cap. 13. Wadingho, Tom. 3. Annal. Minor. ad ann. 1126. §. 14. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

§. 5. *Ostensio S. Aldegundis, Virg.* [e]] Agunt de hac celebritate, Molanus in Additionib. ad Vsuard. Wion in Martyrolog. Benedictino; & Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die.

SEPTIMO IDVS IVNII.

TAVROMENII in Sicilia, Sanctarum [a] Mulierum Æsiæ & Susannæ, Beati Pancratij Episcopi & Martyris discipularum, sub Traiano Imperatore. Cœnomanis, Sanctæ [b] Eugeniæ, Virginis, miraculis gloriosæ. In Castella propè Calceatensem vrbem, Beatæ [c] Vrracæ, Virginis, fundatricis secundæ, & Abbatissæ quartæ Monasterii Beatæ Mariæ de Arundinibus, Ordinis Cistertiensis, Diœcesis Calaguritanensis: quæ spretis natiuo sanguine ac diuitiis, vitæ exemplo, & sanctis admonitionibus, aliis illuxit, tum meritis cumulata, ad gloriam transiit cœlestem. Villæ Comitis in Lusitania, Beatæ [d] Elisabethæ à Sancto Ludouico, Virginis, Clarissæ: virtute ac religione notissimæ. Apud Lindarum Constantiensis Diœcesis oppidum, Depositio Beatæ [e] Anonymæ, viduæ, Matronæ, pietate, religione, ac virtute castimoniæ, insignis. In Genestino Monasterio, Ordinis sancti Augustini, Beatæ [f] Petracciæ, eiusdem domus fundatricis, prærogatiua meritorum conspicuæ.

IVNII VII.

§. 1. *Sanctarum Mulierum Æsiæ, &c.* [a]] Ita Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Menologio Græcorum, & Martyrologio Siculo.

†§. 2. *S. Eugenia, Virg.* [b]] Multis honoratur miraculis, maximè circa surdos, & qui auditus patiuntur defectum (ideoque vulgo nuncupata *S. Audonine sainct Ouyne*) accedentes ad eius Tumulum, in Capella prioratus S. Victurij, Episcopi, ad suburbium S. Ioannis Cœnomanensis: Teste Cornaisiero in proloquio ad Historiam Episcopor. Cœnomanens. pag. 18.

§. 3. *B. Vrraca, Virg.* [c]] Hæc Heroina Hispana, abiectis sæculi fortunis, ac delitiis, atque Comitatus fastigio, Ordinem Cistertiensem intrauit, atque mortua B. *Armezena*, tertia Abbatissa, huiusce Monasterij de Arundinibus, seu, de Cannis, vulgò de *Cannas*, illi successit in eodem munere Abbatiali, circa ann. 1241. quæ tot, & tanta operata ibidem legitur, vt secunda fundatrix habeatur. Sed his longè maius est, quòd opinione pietatis & sanctimoniæ fulserit, vel in ipso sepulchro, hodièque colitur, non sine fama patratorum miraculorum. Quod latiùs percurrunt, Philippus Seguinus, libro 3. Sanctor. Ordin. Cistertiens. in ea, Henriquez, in Menologio Cistertiensi, hac die, & Manriquez, Tom. 2. Annal. Cistertiens. ad ann. 1169. cap. 6. §. 10.

§. 4. *B. Elisabetha, Virg.* [d]] Agunt de ea Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud Gonzaga, part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio S. Claræ Villæ-Comitis, quod est 14. Prouinc. Portugalliæ, vbi ex[...] est è viuis maxima cum sanctitatis nota. Barrezzus, part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 40. ad ann. 1565. V Vadinghus. Tom. 3. Annal Minor. ad ann. 1318. §. 46. & Valerius de SS. Fœminis eiusd. Ordin. lib. 4 cap 42.

B. Anonyma. [e]] Florebat ann. 14[..], puella [...]um †§. 5.
esset in statu Virginali, facie pulchra extitit, & elegantior moribus: quæ suam egreg[...]uta est Virginitatem, contra maleficium cuiusdam proci, confugiendo ad S. Mariam Virginem Deiparam. Postea autem, à parentibus nuptui tradita, tam sanctè conuersata est: vt virtutum spectaculum meritò euaserit: diebusque festiuis, & quotidiè in Ecclesia, suo Deo addicta, vel deuotionibus extaticis, rapta esse crederetur in cœlum, non minus quàm Virgo aliqua deuotissima in suo Monasterio. Orbata viro, & vidua relicta: quæ prius matrona existens erat sanctarum coniugum: exinde facta est mater & consolatrix viduarum sibi complicum. Vide Ioannem Nyder, lib. 1. Formicarij, cap. 4. & lib. 2. cap. 9.

B. Petracia. [f]] Sanctissimè obiit, cœlumque in- †§. 6.
uecta est, circa ann. 1469. res gestas eximias, describunt Ambrosius Coriolanus in Defensorio Ordinis S. Augustini. Nicolaus Crusenius, in Monastico Augustiniano, & Simplicianus, in vita eius, part. 2. Histor. Ordin. Augustiniani.

SEXTO IDVS IVNII.

SANCTÆ Calliopæ [a] Martyris; quæ ob Christi fidem, mammis abscissis, atque adustis carnibus, super testulas volutata, capite demùm truncata, Martyrij palmam accepit. In Territorio Tricassinensi, Beatæ [b] Syriæ, Matronæ, insigni pietate ac miraculis conspicuæ. Apud Ruthenos, in Aquitania, Sanctæ [c] Troieciæ, Virginis, vitæ integritate & signis admirandis celebris. Trecis, Sanctæ [d] Finæ, Virginis; quæ ob clara gratiarum & virtutum insignia, cæteris admodùm illuxit. In Territorio Catalaunensi, memoria Sanctæ [e] Syræ, Virginis, Abbatissæ, Ordinis Benedictini; quæ vt gratiæ sibi cœlitùs datæ plures dotibus informaret Virgines, casin vnum asciuit: quibus vitæ Beatæ semitis indicatis, post multam susceptæ curæ frugem, ad mercedem sanctæ operationis fœlix coronanda properauit. Orapessæ in Territorio Abulensi, Beatæ [f] Mariæ à Toleto, Virginis, Clarissæ: quæ nobilissima exorta prosapia, tantò perfectiom studuit, vt & vita exemplari, ac humilitate, illustrior effecta sit, & sanctissimè ad Christum migrarit. Areuali, in eadem Diœcesi, Beatæ [g] Beatricis de Gueuarra, Virginis, item Clarissæ; Dono orationis & contemplationis spectabilis. Apud Anduiar, Diœcesis Granatensis oppidum, Beatarum [h] Virginum Franciscæ & Mariæ Sororum, Ordinis Minimorum; quæ vitæ perfectione insigniter fulserunt.

IVNII VIII.

§. 1. *SAncta Calliopa, Martyr.* [a]] Sic Martyrologium Romanum hac die, & Baronius ibid. in notis. De eadem Græci in Menologio, qui eius Acta referunt, Simon Martinus, hac die.

§. 2. *B. Syria, Matrona* [b]] Hæc pia Christi famula, cùm multùm vitæ tempus, in cæcitate, castâ pièque traduxisset, digna demùm reperta est, cui S. Sauiniani Martyris corpus Diuina Clementia reuelaret, apud pagum Rilliacum, quinque circiter leucis ab vrbe Trecensi, qui nunc sanctæ Syriæ dicitur: quo facto, lumen pristinum recuperauit. Quare ipsum S. Sauinianum religioso honore prosequens, ad eiusdem cœlitùs monumentum, sacram ædiculam construxit: in qua pio tandem consumpta fine, etiam inhumata est, in lapide concauo, qui hodièque in ipso sacello cernitur, eius nomine illustri: vbi hactenùs magnis signis effulget emeritæ beatitudinis. Quibus coruscationibus ipsa Ecclesiola insignita, hodie numeroso peregrinorum vndique aduentantium teritur concursu, maximè eorum, qui calculo laborant: In quibus Diuinitùs curandis, ipsius sanctæ chara Deo patrocinia perenni beneficiorum fluxu, elucescunt. Hæc ex Molàno, in Additionibus ad Vsuardum, Maurolyco, & Canisio, in suis Martyrologijs, hac die. Ferrario in Catalogo Generali Sanctor. & in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Treca*. Ribadeneira, Simone Martino, &c. in Actis sancti Sauiniani 19. Ianuar. & Saussayo in Martyrologio Gallicano, hac die, & septimo Iulij, in supplemento eiusdem, qui ipsam Virginem appellat, post Camusatum in Antiquit. Trecens. sic & Gunonus, lib. 4. vitar. patrum Occident. ac Menardus, in Martyrologio Benedictino, & lib. 2. Obseruation. ad illud: addentes, sororem extitisse S. Fiacrij: sed mendosè: cùm vetusta MSS. nil de hac re habeant, sed meo iudicio, contraria insinuant.

§. 3. *S. Troiecia, Virg.* [c]] Ex Pictauis oriunda, & humili loco nata, mundum, mente ad cœlestia erecta, à pueritia contempsit: seque carne ac spiritu, Christo Domino in perpetuum dedicauit. Quem vt vbique, omni alio nexu, quàm eius amoris expedita, sincerius ac securius coleret, celebrium Aquitaniæ Ecclesiarum peregrinationem suscepit: & in his omnibus, quos inuisit, sacris locis, suæ in eum deuotionis pios ardores edidit. Cùm autèm eodem ardore accensa, Ruthenam ad Ecclesiam S. Stephani peruenisset, longissima pœnitentia exacta, vitam Angelicæ puritatis æmulam, fœlici consummatione absoluit. Fulsit ante & post obitum innumeris Diuinæ virtutis insignibus: cuius sacra pignora in præfata æde sancti Stephani ingenti cum honore asseruantur. Vide Saussayum in supplemento Martyrologij Gallicani, hac die, & Ferrarium in Catalogo Generali Sanctor. ead. die, ex Tabulis & monumentis Ecclesiæ Ruthenensis: qui eam vocat *Troiteriam*.

§. 4. *S. Fina, Virg.* [d]] Illius meminerunt, Saussayus in supplemento sup. & Ferrarius item sup. hac die, ex Breuiario Trecensi

§. 5. *S. Syra, Virg. Abbatiss.* [e]] Hæc est sacra Virgo, soror Sancti Fiacrii: de qua iterum, infra ad 23. Octob.) quæ à S. Phara Virgine, apud Brigense Monasterium Abbatissa, edocta, Catalaunum ablegatur, vt illic nouum extrueret Monasterium, cui & ipsa sanctissimè præfuit Abbatissa instituta: cuius festum in territorio Catalaunensi, hac die, celebratur. De ea scribunt, Hector. Boethius, lib. 9. Histor. Scotor. Menardus, lib. 2. Obseruationi ad Martyrolog. Benedictin. Des Gferroys, in sanctitate Christiana, sæcul. 7. ad ann. 6 . . Camerarius, lib. 3. cap. 3. de pietate & sanctis Scotor.

hac die, ex Lesleo, lib. 4. & Regio in Calendario. Aduertas, velim, hanc à nonnullis perperam confundi cum alia supradicta. S. *Syria*, Matrona.

§. 6. *B. Maria, Virg. Clarissa.* [f] Filia extitit Francisci *Aluarez*, à Toleto, illustrissimi Orapessani Comitis: quæ omnibus contemptis, vt Christum sponsum lucrifaceret, Monasterium Conceptionis Orapessæ, à piissimo patre extructum, ingressa, anno 1552. quicquid supellectilis ac dotis (quæ quidem pinguissima erant) à parentibus acceperat, in medium, ea lege, contulit: vt nouem iuuenculæ, quas secum adduxerat, gratis reciperentur; quibus nihilominus defunctis, totidem à loci patrono assignandæ, eadem lege, succederent. Vita exemplari, ac virtutibus non paucis enituit. Tandem, cùm illic sanctissimè vixisset, animam Deo reddidit: sepultaque est in eodem Monasterio, quod est 32. Prouinciæ Castellæ. Vide Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud. Gonzagam. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in ipso Monasterio. Barrezzum. part. 4. Chronic. Minor lib. 1. cap. 15. Bosium. Tom 1. de signis Ecclesiæ, lib. 12. cap. 23. Valerium. lib. 4. de sanctis Fœmin. Ordin. Minor. cap. 58. Thielmans. Tom. 2. vitar. Sanctor. Seraphic. Ordin. in ea.

B. Beatricis, Virg. [g] Orationi & contemplationi assiduè intenta, pietate & virtute illustris enituit, suique obitus diem prædixit, anno 1583. iuxta MSS. §. 7. Documenta Prouinciæ Conceptionis Virgin. in Hispania, & Monasterij Areuali, quod est 6. illius Prouinciæ, Wadinghum, Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. Christi 1496. §. 18.

BB. Francisca, & Maria, Virg. [h] Complures §. 8. huius instituti sanctissimi sorores Hispanas recensent Chronicorum scriptores: inter quas primatum obtinet B. Francisca de *Anduiar*: quæ taliter sanctitatis opinione resplenduit, vt apud illius, & nostri sæculi religiosos in magno est pretio habita. Eius vestigia B. Maria de *Anduiar*, illius germana primiceria, & Virginum Dua, sanctitatis honore perspicua secuta est; ita Ioannes Tamayo, in Martyrologio Hispano, sub 1. April. post Lanouium in Appendice 1. ad Chronicon generale Ordin. Minimor. sub ann. 1495.

QVINTO IDVS IVNII.

APVD Antiochiam, Sanctæ [a] Pelagiæ, Virginis & Martyris: quam Sancti Patres, Ambrosius & Ioannes Chrysostomus magnis efferunt laudibus: quamque soror eius, cum matre, secutæ sunt ad coronam. In Gallia, apud Phocensem Prouinciam, Sanctæ [b] Arcotamiæ viduæ; quæ Spiritu sancto instructa, ac cupiens absque impedimento, Domino inhærere, ad solidam rerum cœlestium contemplationem, toto animo anhelare cœpit, & magna virtute refulsit. In Scotia, apud Ionam insulam, Transitus Beatæ [c] Anonymæ; cuius animam ab Angelis in paradisum euehi Sanctus Columba præsbyter conspexit. Rothonij, Beatæ [d] Ermengardis, Britanniæ Comitissæ viduæ, Ordinis Cisterciensis; quæ abdicatis sæculi vanitatibus ac diuitiis, Christum ingenti spiritus feruore, studuit imitari. In Territorio Palentino, ad Calabazanum oppidum, Beatæ [e] Catharinæ Menriquiæ, Virginis Clarissæ; in cuius transitu, ob vitæ illius sanctitatem, Concentus Angelorum suauissimus est auditus.

IVNII IX.

§. 1. SAncta *Pelagia, Virg. Martyr.* [a] De hac S. Ambrosius, lib. 3. de Virginib. & D. Ioannes Chrysostomus, in duabus orationibus: (apud Metaphrastem, Surium, Lipomanum, & Lippeloum, hac die,) qui & in oratione de Translatione S. Ignatij, eiusdem meminit, aitque eius memoriam celebrari solitam, pridie eius diei, qua agi consueuit solemnitas Translationis S. Ignatij. Græci autem in Menologio, de ea agunt 4. idus Iunij. Martyrologium autem Romanum, hac die 9. Iunij. Baronius ibidem in notis, item. Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. 309. quo in cœlum migrauit, & Tom. 10. ad ann. 870. §. 41. Surius in Actis S. Luciani Martyr. cap. 6. Ianuar. 7. Molanus in Additionibus & Annotationibus ad Vsuard. hac die. Bachotus in Fastis Christian. quibus edocemur, ipsam S. Pelagiam: cum à militibus teneretur hæc excogitasse, ne dispendium pateretur Virginitatis: E domo egressa, petiit à militibus, vt sibi liceret redire intrò, & vestem mutare, & tandem liceret abesse, quoad priuatam sponsæ conuenientem sibi indueret; eundi potestatem milites ei concesserunt: quippe qui ea re, non solùm illi Virgini gratum facturi essent, sed futurum etiam cogitabant, vt à iudice ipso magis laudarentur, si puellam veste ornatam, duxissent. Illa vero consilij sui compos facta, statim se veste induit, quæ verè decora est. Cùm enim animi fortitudine, & resurrectionis spe multa se induisset, atque corroborasset; ad ipsius tecti vestigium cucurrit, & illinc seipsam præcipitem dedit, ne in illusorum manos incideret; atque sic collisa & confracta, expirauit. Qua de re S. Augustinus, lib. 1. de ciuitate Dei, cap. 26. vbi eiusdem S. Pelagiæ, ac sociarum Martyria, in Ecclesia Catholica; veneratione celeberrima frequentari testatur, excusat eas, quòd priuato quodam Dei consilio, sibi ipsi necem intulissent. Scribit & S. Athanasius in Apolog. quòd nonnullæ Virgines Alexandrinæ, dùm grassarentur in eas Ariani, sese in puteos præcipites egerint. *Nos* (inquit Æneas Syluius, cap. 15. Histor. Bohem.) *Gothorum instante procella, plurimas Romæ fuisse puellas legimus*,

legimus: quæ pudicitia sua vim inferri timentes, & ne in manus hostiles inciderent, in Tyberim sese præcipitauerunt, quæ postea miraculis coruscantes, sanctorum honores meruerunt. Iacobus de Victriaco S. R. E. Cardinalis in prologo vit. B. Mariæ Oegniacensis, apud Surium 23. Iunij: (& ex eo Guillelmus Baldesanus, lib. 2. stimuli virtutum, cap. 1. de castitate,) refert sua ætate, fuisse Virgines complures, quæ Leodiensi vrbe ab hostibus occupata, suis habitationibus eiectæ sint. Ex his aliquas, ad Templa confugisse: alias, quæ id minùs poterant, in flumen se præcipitasse: quòd mortem castitatis violationi postponerent; partim in cloacas insiliisse, vt nullam odoris pulchritudinem cum libidinis fœtore comparandam ostenderent. Nec dubia erat mors, nisi admirabili prorsus modo sic à Deo fuissent conseruatæ: vt in tanta multitudine, nulla prorsus vel vitæ, vel castitatis detrimentum acceperit. Qua de re, vide Lessium, de iustitia & iure, lib. 2. cap. 9. Dubitation. 6. Porrò, fuit non tantum Antiochiæ, sed & Constantinopoli, celebris memoria S. Pelagiæ: cuius egregiam Basilicam impius Constantinus Copronymus, demolitus est, vt testatur Cedrenus in Compendio.

†§. 2. *S. Archotamia, vidua.* [b]] Ad eam B. Ennodius, Ticinensis scripsit, Epistolam 21. libro 7. itemque aliam Epistol. 21. lib. 8. quibus meritò illam illustrissimam Fœminam, præclaris laudibus celebrat: à vitæ sanctitate, à morum grauitate, à virtutum acquisitione, à sæculi contemptu, à diuitiarum opulentia spreta, à pietate, religione, &c. Cuius intuitu, filius eius Lirinensis Monachus habebat, quod de sancta Matre disceret, etiam, quæ vrbana domicilia non reliquerat. Claruit ad ann. 500.

†§. 3. *B. Anonyma.* [c]] Florebat ann. 560. Tempore S. Columbæ, presbyteri Scoti; qui dùm in *Iona*, Scotiæ insula moras necteret, quadam die, subitò oculos ad cœlum dirigens, hæc profatus est verba: Fœlix mulier, Fœlix benè morata: cuius animam nunc Angeli Dei, ad paradisum euehunt. Ita Adamanus, Abbas, in Actis ipsius S. Columbæ, lib. 3. cap. 14. apud Surium, hac die.

§. 4. *B. Ermengardis, Comitiss.* [d]] Cùm esset Britanniæ Armoricæ Comitissa, Mater, Conani Comitis, amore Christi succensa, facta est ex Domina, ancilla: ex deliciosa, pœnitens: ex suprema, humilis: ex principe, Monialis. Nam S. Bernardi Abbatis hortationibus, sæculo spreto, ac calcato, se totam Diuinis obsequiis mancipauit: susceptaque pij propositi tessera, virtutibus adeò profecit, vt etiam vsque ad miracula coruscaret, sicque in Dei famulatu, meritis partis copiosis, sanctissimam absoluit conuersationem. Ad eam ipse S. Bernardus scripsit, epistolas 116. & 117. Ioannes Picardus in notis ad ipsas. Vitam ipsius Lusitanicè edidit Bernardus de Brito, Tom. 1. Chronic. lib. 4. cap. 9. De ea Ioannes Bourdigue, part. 2. Histor. Andegauens. cap. 59. Bernardus, Abbas Bonæuallis, lib. 11. vitæ S. Bernardi Gaufridus Vindocinensis, Epistola 24. lib. 5. Calendarium SS. Cistertiensis Ordinis. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, Henriquez in Corona Cistertij, & in Menologio eiusd. Ordin. ead. die, Manriquez in Laurea Euangelica, lib. 3. disc. 7 & Tom. 1. Annalium Cistertiens. ad ann. Christi 1135. cap. 4. §. 8. & 11. d'Argentræus, lib. 3. Histor. Britann. cap. 110. sub ann. 1148. quo vult obiisse Rothonij: vulgò *Rhedon*, ad Vilanam amnem *Vilaines*: sic & Albertus magnus, in vita eius 25. Septemb.

B. Catharina, Virg. [e]] Hæc Virgo prudentissi- §. 5.
ma, ita lampadem suæ admirandæ vitæ tenuit paratam Christo sponso aduenienti; vt deuotissimus ille Hymnus à sacris Ecclesiæ doctoribus, Ambrosio & Augustino compositus: *Te Deum laudamus, &c.* vsque ad versiculum: *Te ergò quæsumus, &c.* ab Angelis, in ipsius obitu, sororibus ferè omnibus id audientibus, concentus fuerit. Claruit circa ann. 1585. sepulta iacet, in Monasterio Deiparæ, vulgò, Dominæ nostræ de Consolatione *Calabazanos*, quod est 3. Prouinciæ Conceptionis Virg. in Hispania. Hæc ex Martyrologio Franciscano, hac die, annotationib. ad illud. Gonzaga. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in eod. Monasterio. Barrezzo, part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 41. sub ann. 1544. Valerio, lib. 4. de SS. Fœminis eiusd. Ordin. cap. 37. Wadingho. Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. Christi 1449. §. 54. & Tom. 7. ad ann. 1484. §. 68.

QVARTO IDVS IVNII.

PANORMI in Sicilia, Sanctæ [a] Oliuæ, Virginis & Martyris: quæ pro Christi nomine apud Tunetum in Africa fideliter decertans, fortunata morte, ad cœlestes triumphos, viræque indeficientis gaudia peruenit. Lobiis & Binchii, in Territorio Cameracensi, Sanctæ [b] Amalbergæ, viduæ, genere ac morum probitate insignis: quæ immaculato calle conuersationis, calcato sæculo, ad Christum, cuius ardentissima erat, fœliciter euolauit. In Scotia, Sanctæ [c] Margaritæ, Reginæ: amore in pauperes, patientia, humilitate, & voluntaria paupertate, celebris. Vallis-cariæ, in Gallia, Beatæ [d] Mariæ, Virginis, Ordinis Cistertiensis; quæ piis operibus intenta, ad cœlestes Agni nuptias tandem inuitata, festina properauit. Blandinii in Territorio Tornacensi, Dormitio Beatæ [e] Blandæ; quæ fructibus dignis pœnitentiæ addicta, vitam mercata est æternam. Virduni, Beatæ [f] Agathæ, Tertiariæ Franciscanæ; præclaro stemmate, pietate & meritorum prærogatiua illustris.

IVNII X.

§. 1. *Sancta Oliua, Virg. Martyr.* [a]] De ea, hac die, Lanonius, in Appendice 4. ad Chronicon generale Ordinis Minimor. sic Ferrarius in SS. Italiæ, & in Catalogo Generali Sanctor. hac die. Ex Tabulis Ecclesiæ Panormitanæ, quæ illam solemniter colit, vt patronam: cuius meminit Baronius in notis ad Martyrologium Roman. sub 3. Iunij. De qua Thumas Fazellus, de Rebus Siculis, Decad. 1. lib. 8. his verbis. *Panormus* (inquit) *maximè insignis facta, ortu Oliua, & Nympha, Virginum: quarum clara gesta habentur.* Mendosè igitur, legitur apud præfatum Ferrarium, in Additis ad nouam Topographiam Martyrologij Roman. verb. *Anglia* 11. Iunij.) dicendum est *Anagnia*) *Anglia* 11. *Iunij*. *Oliua, Virgo altera, Panormi in Sicilia.* De ea Simon Martinius, in flore Sanctor. 10. Maij, volens eam esse Martyrio coronatam Tuneti in Africa, cuius sacras Reliquias fuisse exinde Panormum allatas, & apud ædem PP. Minimorum repositas: vbi tanquam vrbis patrona colitur.

§. 2. *S. Amalberga, vidua.* [b]] Mater extitit D. Emeberti (seu Ableberti, vel Alleberti) Cameracensis Episcopi: Sanctarumque Virginum, Pharaildis, Reinildis, & Gudilæ. Quæ mulier fuit miræ pietatis & sanctimoniæ; Florebat ad ann. 600. sepulturam nacta est Lobijs: sed exindè Binchium Translata, ann. 1449. claret vtrobique, & sanctè factorum memoria, & gloria receptæ beatitatis. De ea scribunt, Baldricus, lib. 1. Chronic. Cameracens. cap. 16. Molanus in indiculo SS. Belgij, Saussayus in Martyrolog. Gallicano, & Myræus in Fastis Belgicis, hac die, Diuæus lib. 1. cap. 3. & lib. 3. Rerum Brabantin. Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. 10. Iulij, qua die, etiam Surius, & Lippelous, agunt de ea. Malbrancque. Tom. 2. de Morinis, lib. 5. cap. 15.

§. 3. *S. Margarita, Regin.* [c]] Parentes habuit Eduardum Angliæ Regem, & Agatham, Imperatoris filiam: quæ cùm primæua adhuc florente ætate, insigne pietatis specimen de se præberet, suorum magis, quàm propria voluntate, Regi Scotorum Macolmo, in matrimonium collocatur, vbi licet ea quæ mundi sunt agere compelleretur: attamen sæculi rebus & desideriis postpositis, pietatis operibus sedulò incumbebat. Nam orationi instanter vacabat, pedes pauperum lauabat, egenis cibaria ministrabat, sacramenta piè frequentabat, viros doctos ac sanctos excolebat, vitia & turpes mores exhurrebat, afflictis compatiebatur, &c. Excessit è corpore, anno 1097. cuius corpus fuit in Ecclesia sanctissimæ Trinitatis, quam ipsa construxerat, ante Altare, honorificè tumulatum. Vitam eius admirandam descripserunt B. Ealredus, Abbas Rhieuallis, Hector Deidonatus, lib. 11. Histor. Scotor. Turgotus, prior Dunelmens. postea S. Andreæ Episcopus, Surius, Lippelous, Haræus, Doubletus. Renatus Benedictus, Simon Martinus, Alexander Barclaius, &c. hac die, Camerarius, lib. 3. de Scotorum pietate, & SS. Regni Scotiæ, cap. 5. ead. die. Agunt de ea, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 11. Annal. Eccles. ad ann. 1097. Westmonasteriensis, ad ann. 1067. Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vsuard. 10. Iunij & 16. Nouemb. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Edemburgum*, & *Scotia*. Eduardus Maihew, Tom. 3. Trophæor. Congregat. Anglican. Benedictin. ad 5. Decemb. in S. Christina, sorore eius. Vacquerius, in Enchiridio benè morientium: Dum Fermlensia chronica, Capgrauius, Gazetus, & alij. Caput huiusce S. Reginæ asseruatur in Seminario Scotico Duaci in Belgio, Bachotus in Fastis Christianis, Harpsfeldius, in Historia Ecclesiastica Anglicana, sæcul. 12. cap. 3. Ludouicus Iacob, in Bibliotheca illustr. fœminar.

§. 4. *B. Maria, Virgin.* [d]] Hæc in Monasterio, Monilibus iustitiæ, castitatis, humilitatis, & perfectæ virtutis exornata; fœlicem post transitum fulgida, B. Azelinæ Moniali, nepti S. Bernardi Abbatis, Virgini piissimæ, cui chara fuerat, apparuit: ab eaque interrogata de statu suo, respondit: sicut audiuimus, sic vidimus, in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri. Et his dictis, læta, ac coruscans, in cœlum iterum euolauit. Vide Cæsarium, lib. 12. miraculor. cap. 44. Saussayum in Martyrologio Gallicano, Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die.

§. 5. *B. Blanda.* [e]] Filia extitit Tribuni Scandiensis, Tornacensis præsidis pagani: quæ aliquando insano amore, erga S. Eleutherium, Tornacensem Episcopum, affecta, sed ab eo repulsam passa, tum demùm ad Christum conuersa, & baptisata; ita constanter permansit, vt à parente, minis, aut blanditiis, à proposito diuelli potuerit. Vndè & deinceps, clam in penetralibus latitans, noctes ac dies totas in oratione ac Diuino cultu, transigebat. In eaque vitæ Christianæ innocentia & puritate semel per baptismum accepta, ad extremam vsque vitæ diem permansit, qua ad immortalem gloriam transiit, iuxta Ioan. Cousinum, lib. 1. Tornacens. Histor. cap. 43. & 44. Arnaldum Raissam, in Auctario ad natales SS. Belgij Molani, hac die, ex MSS. Codic. Henrici, Canonici Tornacens.

§. 6. *B. Agatha, Tertiar.* [f]] Prior extitit fundatrix Monasterij S. Claræ Vrbanistar. Virdunens. hæc pientissima Domina, nobilis quidem genere, sed sanctitate longè illustrior: quæ ibid. postea, tum habitu, tum vitæ perfectione, verè soror *Agatha*, nuncupata est. Vide Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud. Gonzagam. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in eod. Monasterio, quod erat 4. Prouinc. Franciæ, nunc verò subest, nostræ Prouinciæ S. Dionysij Recollector. & Wadinghum, Tom. 2. Annal. Minor. ann. 1293. §. 9.

TERTIO IDVS IVNII.

IN Hispania, Sanctæ [a] Mariæ, sanctimonialis Ordinis Benedictini: virtute castimoniæ & abstinentiæ claræ. Bruxellæ in Territorio Mechliniensi, apud Monasterium Cameræ Sanctæ Mariæ, Ordinis Cistertiensis, Beatæ [b] Adeleydis, Virginis, patientia, vitæ puritate ac miraculis spectabilis. Albiæ in Gallia, Beatæ [c] Elisabethæ à Nauarra, Virginis Clarissæ: quæ Regio sanguine nata, summis etiam virtutibus mirificè refulsit. Cæsar-Augustæ, Beatæ [d] Perrinæ à Castro Virginis, Dominicanæ, spiritus feruore, patientia, & humilitate exornatæ. Bellalcazari, in Territorio Cordubensi, Beatæ [e] Philippæ à Sotto-Maiore, Virginis, eiusdem Ordinis; genere & miris virtutibus illustrissimæ. Valentiæ in Hispania Tarraconensi, Beatæ [f] Raphaëlæ Ibarræ, Virginis, Tertiariæ Carmelitanæ, morum nitore, & meritorum cumulato fructu gloriosæ. Dononio Monasterio, secundo milliario à Valencenis, in agro Attrebatensi, Relatio Corporum Sanctarum [g] Reginæ, viduæ, & Ragenfredis, Virginis, nepris Pipini Francorum Regis.

IVNII XI.

§. 1. *Sancta Maria, Sanctimonial.* [a]] Floruit temporibus Ordonij 2. Regis, anno 912. vti scribunt Moralez, lib. 15. cap. 34. Rerum Hispan. Menardus, in Appendice ad Martyrologium Benedictin. Wion. ibid. lib. 3. Ligni vitæ.

§. 2. *B. Adeleydis, Virg.* [b]] Nuncupatur B. *Adeleis*, seu Aleydis, cognomento, *de Scarembeca*, quæ ad patientiæ exemplum, lepræ tabe, Diuino consilio afflicta, fœditatem hanc, carnes, spiritus insigni pietate, & magna animi fortitudine, decorauit: pietate autem & religione præstans, visionibus etiam cœlestibus illustrari promeruit: deindè, in Christi pace defuncta, ex patientiæ perfecto opere, anno 1250. coronam consecuta est repositam. Vitam eius edidit in lucem Ioannes *d'Assignies*, Abbas Nisellensis: Agunt de ea Rayssaio Auctario ad natales SS. Belgij Molani; 12. Iunij, & Saussayus in Martyrologio Gallicano, ead. die. At in supplemento eiusd. Martyrologij, hac die, 11. Iunij: quo die, Menardus in Martyrologio Benedictino, & lib. 2. Obseruation. ad illud. Henriquez in Menologio Cistertiensi, Gilemannus in Hagiologio SS. Brabantiæ, Gaufredus Villariens. in Epistola ad Idam sanctimonialem: Bernardus de Brito, libro 16. Chronic. cap. 39. Manriquez in Laurea Euangelica, lib. 3. disc. 7.

§. 3. *B. Elisabetha, Virg.* [c]] Ex Serenissima Bearnæ principum familia duxit originem: cuius humilitas, paupertas, atque cæteræ virtutes incredibiles fuere: multis miraculis à Deo exornata; Florebat circa ann. 1500. De qua Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum: Gonzaga. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio Albiensi S. Claræ, quod est à. Prouinc. Aquitaniæ Antiquior. VVadinghus. Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. 1481. §. 31. ex MSS. eiusd. Prouinc.

§. 4. *B. Perrina, Virg.* [d]] Filia extitit Raymundi à Castro, Vicecomitis Guimarani, quæ quinquennis ingressa Monasterium S. Agnetis, tanto spiritus feruore agitata est: vt totius perfectionis specimen dederit, hac die, obiit, anno 1601. teste Lopetio. Tom. 5. lib. 2. cap. 12. Ioanne à sancta Maria, part. 2. vitar. SS Ordin. prædicator. lib. 3.

§. 5. *B. Philippa, Virg.* [e]] Mira modestia atque humilitate fuit decorata: Filia extitit Alphonsi, à *Soto-Maiore*, Comitis Bellalcazaris, & Soror primi Ducis Beiaris; quæ sæculi pompis omninò reiectis; humilitatis, orationis, & pœnitentiæ exercitiis, se se tantoperè mancipauit; vt & cilicio, ac disciplinis acerrimis corpus suum domuerit, & magna cum sanctitatis opinione, finem vitæ habuerit. Claruit anno 1505. ita Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud. Gonzaga. part. 1. sup. in BB. Fœminis 2. & 3. Ordin. Minor. item. part. 3. in Conuentu 15. Prouinciæ Angelor. Daça. lib. 3. cap. 77. part. 4. Chronic. Minor.

§. 6. *B. Raphaela, Virg.* [f]] Huius admirabilem vitam & mores, atque præclara virtutum, puritatis, humilitatis, obedientiæ, patientiæ, &c. Monilia exhibent Pintus in MS. Codic. de vita illius Virginis, & Antonius Alegre, in paradisn Carmelitani decoris, statu 5. ætat. 18. post Christum, cap. 90. Migrauit autem à sæculo, anno 1604. magna & vniuersa sanctitatis acclamatione, in toto ipso Regno Valentiæ, cuius inquilina erat.

§. 7. *Relatio Corpor. S. Ragenfredis, Virg.* [g]] Memoratur à Molano in Additionib. ad Vsuard. hac die, & in indiculo SS. Belgij. VVion in Martyrologio Benedictino, Saussayo in Martyrologio Gallicano, & Ferrario in Catalogo Generali SS. ead. die. Malbrancque, Tom. 2. de Morinis, lib. 6. cap. 22.

PRIDIE IDVS IVNII.

NICEÆ in Bithynia, Sanctæ [a] Antoninæ, Martyris: quæ in persecutione Diocletiani & Maximiani, à Priscilliano præside, iussa est fustibus cædi, suspendi in equuleo, lateribus laniari, & flammis incendi, ac demùm gladio necari. Apud Campaniam inter Atinam, & Venafum, Passio Sanctæ Dariæ, Martyris, vxoris Beati [b] Nicandri Martyris, quæ in eadem persecutione Maximiani, sub Maximo præside, pro confessione fidei, capitalem sententiam subiuit. VVimburgi, in Germania, Sanctæ [c] Agathæ, Virginis, Ordinis Benedictini: quæ piis operationibus, & virtutum exemplis iugiter vacans: fiducia vitæ æternæ consequendæ plena, euolauit ad astra. Cordubæ, Beatæ [d] Mariæ à Iesu, Virginis, Clarissæ; Religione ac vitæ perfectione insignis. Mylis in Territorio Messanensi in Sicilia, Beatæ [e] Pelagiæ, Virginis, Tertij Ordinis Minimorum, virtute abstinentiæ, dono orationis, charitate in pauperes, & pœnitentiæ exercitiis spectabilis. Beluisij in Territorio Placentino Hispanico, Beatæ [f] Ioannæ à Baptismo, Virginis, Clarissæ; quæ oratione extatica, aliisque cœlestibus charismatibus mirabiliter fuit illustrata. In Oppido Rhenensi, Diœcesis Vltraiectinæ, Eleuatio, Sanctæ [g] Cuneræ, Virginis & Martyris, ex Sanctæ Vrsulæ purpurato agmine.

IVNII XII.

§. 1. *Sancta Antonina, Martyr.* [a]] Ita Martyrologinm Roman. hac die, Baronius ibid. in notis; Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Nicaa.* Græci etiam in eorum Menologio, Simon Mariuus, in flore Sanctor. hac die.

§. 2. *S. Daria, Martyr.* [b]] Virum S Nicandrum ad Martyrinm subeuodum magnopere roborauit, anno 303. Memoratur à Baronio sup. ad diem 17. huiusce meosis, post Petrum de natalibus, lib. 5. Catalog. Sanctor. cap. 90. in Actis ipsins S. Nicandri Martyris: qui quidem addit illam post tres dies ab ipsius Martyrio, capite plexam fuisse, scilicet, hac die: Nam cùm ipse B. Nicander passus sit, ex Menologio Græcorum, sexto idus Innij, & illa vxor occubuerit post triduum; sequitur id accidisse pridie idus Iunij, non autem pridie nonas Iunij, vti mendosè legitur apud tundem Esquilinum.

§. 3. *S Agatha, Virg.* [c]] Clarnit circa ann. 760. ceu 790. obiitque in Monasterio VVimburgi, seu VVimbrunæ scribunt de ea, Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Martyrologio Anglico, Menardus in Appendice ad Martyrolog. Benedictin. memoratur in vita S. Liobæ Abbatissæ; (cuius erat discipula) sub initio; item, cap. 14.

§. 4. *B. Maria à Iesu, Virg.* [d]] Huius vita & mores adeò religiosi, adeòque exemplares extitere: vt moriens maximum sui desiderium, atque ingentem sanctitatis famam reliquerit, & ab omnibus loci incolis magna obseruantia prosequeretur. Corpus eius conditum iacet in Monasterio S. Elisabeth da Angelis apud Cordubam, quod est 8. Prouinciæ Granatens. vti referunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga. 3. part. Origin. Seraphic. Religion. in eo Monasterio. Barrezzus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 14. ad ann. 1514. Valerius de SS. Fœminis eiusd. Ordin. lib. 4. cap. 17. VVadinghus. Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. 1483. §. 54.

B. Pelagia, Virg. [e]] Piissima sanè extitit hæc §. 5.
sacra Virgo: nam totas ferè noctes ducebat insomnes, vt iugiter in oratione perseueraret; sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ deuotissimè frequentabat: qualibet feria sexta totius anni, & vigiliis, ac quatuor temporibus solo pane & aqua contenta ieiunabat, chorda rudi & nodosa sic corpus suum constringebat; vt carnem spiritui subiiceret, non sine dolore, ac vulnere: sæpè humi cubabat; otium summè exhorrebat: verè mater pauperum effecta, quicquid poterat habere illis largiebatur ex charitate: exindeque pauperrima euasit pro Christo, ex quo Tertiariæ habitum sumpsit Sancti Francisci de Paula, vitam Quadragesimalem in cibo & potu semper seruauit. Tandem meritis, & bonorum operum cumulata fructu, mundo valedixit, cœlumque inuecta est, anno Christi 1591. ætatis suæ 73. hac die. Hæc ex MSS. monumentis: & Ludouico Dony-Attichio, lib. 7. Histor. General. Ordin. Minimor. in ea, Lanouio, in Chronico Generali eiusdem Ordin. ad ann. 1591. §. 5. & in Appendice 4. ad illud, hac die.

B. Ioanna, Virg. [f]] Sic altæ contemplationi dedita §. 6.
erat, quòd sæpè sæpiùs eleuata in oratione, staret omni sensu destituta; dieque festo SS. Septem fratrum Martyrum 13 Octob. tanto spiritu subleuata est, vt infra 10. dies, haud potuerit suis sensibus perfectè vti. Pœnitentiæ opera iugiter frequentabat, & disciplinis sic asperis corpus castigabat, vt penitùs exanimis reperiretur, ob ingentem sanguinis copiam exindè promanantem. Cuncta ieiunia multiplicabat, eaque in pane & aqua seruabat, nusquam lecto vsa est, vel strato: multis reuelationibus & fauoribus diuinis illustrata, diem sui obitus præsciuit, quo ad cœlestem patriam transiit. Sepulta iacet Beluisii in Monasterij S. Ioannis de pœnitentia, quod est 6.

Prouinciæ

Prouinciæ Angelorum. Claruit, ad ann. 1590. illius meminerunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Daça. part. 4. Chronic. Minor. lib 4. cap. 50. ex illius Prouinciæ monumentis.

§. 7. *S. Cunera, Virg. Martyr.* [g]] Memoratur huiusmodi Eleuatio, seu Translatio, à Molano in Additionibus ad Vsuardum, hac die, & in indiculo SS. Belgij, Saussayo in Martyrologio Gallicano: Ferrario in Catalogo Generali Sanctor. post Canisium, in suo Martyrologio.

IDIBVS IVNII.

ROMÆ, via Ardeatina, natalis Sanctæ [a] Feliculæ, Virginis, & Martyris; quæ Flacco nolens nubere, nec idolis immolare, tradita est cuidam iudici, qui eam in confessione Christi perseuerantem, post tenebricosam custodiam, & famis inediam, tamdiu fecit in equuleo torqueri, donec emitteret spiritum; & sic demùm deponi, & in cloacam præcipitari, quam Sanctus Nicomedes eadem via sepeliuit. Bybli in Palæstina, Sanctæ [b] Aquilinæ, Virginis & Martyris; quæ annos duodecim nata, sub Diocletiano Imperatore, & Volusiano iudice, ob fidei confessionem, colaphis & verberibus cæsa, & subulis candentibus perforata, demùm percussa gladio, Virginitatem Martyriò consecrauit. Fulginii in Vmbria, Beatæ [c] Margaritæ Dominici, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ, quæ præclaris exornata virtutibus, prima Abbatissa extitit Monasterii Sanctæ Agnetis, & miraculis refulsit. Vlixbeti in Diœcesi Abulensi, Beatæ [d] Agnetis à Ferro, item Tertiariæ Minoriticæ: quæ illustri exorta familia, in maxima paupertate, humilitate, & vitæ sanctimonia, Christo sponso famulata est. Gandaui [e] Eleuatio Corporis Sanctæ Landradæ, virginis.

IVNII XIII.

§. 1. SAncta Felicula, Virg. Martyr.* [a]] Pisis & Parmæ etiam colitur: quæ Collactanea, ac socia S. Petronillæ, Virginis, filiæ D. Petri Apostoli, extitit: quæ educta de carcere, datur in custodia Virgini Deæ Vestæ, vt eam ad sacrificandum suaderent: sed in vanum tentata, multis pœnis diuexatur: constantissimè Christum confitens; & exclamans. *Christo sacrata sum; Christiana sum: Christi Virgo sum:* Cùmque ei inter extrema tormenta, tortores dicerent: nega te Christianam, & illicò dimitteris: illa clamabat: *Ego amatorem meum non negabo; qui propter me felle cibatus, & aceto potatus, spinis coronatus, & cruci affixus fuit.* Agunt de ea Beda, Vsoardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Vincentius Beluacens. lib. 9. specul. Historial. cap. 38. Petrus de natalibus, lib. 5. Catalog. Sanctor. cap. 112. Vacquerius in Enchiridio benè morienti, & Ferrarius. de SS. Italiæ, ead die. Eius Martyrij Acta continentur in rebus gestis S. Petronillæ, Virg. vltimo Maij, apud Iacobum de Voragine, Gazetum, &c. Bergomatem, cap. 70. de claris mulierib. item, in Actis SS. Nerei & Achillei, Martyr. apud Surium 12. Maij, cap. 10. De ea item, Simon Martinus, hac die. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 2. Ecclesia 42. & Regione 7. Ecclesia 5. Gallonus de Virgin. Roman.

§. 2. *S. Aquilina, Virg. Martyr.* [b]] Mira fuit eius constantia: quæ sic Tyranno respondit. Cùm cruciatibus ære, Proconsule, subiecta fuero; tunc immortalitatis coronam à saluatore meo me accepturam expecto, eo quòd illum non negem. Quapropter sine mora, quæuis tormenta in meipsam excogites, vt cognoscas me fide armatam tibi assistere, neque minas tuas extimescere. Dùm autem in tormentis torqueretur, obtenta morula orandi à carnifice, erectis in cœlum oculis sic precata est. *Domine Deus omnipotens ago tibi gratias, quòd Martyrij mei tempus mihi ostendisti: laudo te, Deus meus, verum omnium factorum, quòd non fecisti, vt frustra stadij mei cursum conficerem. Benedico tibi, creator vniuersorum, quòd Tyrannum confudisti, & meipsam coronasti: hoc igitur à te supplex peto, vt accipias spiritum meum in pace, vt derelictis terrenis rebus, cælestibus bonis frui merear, & te auctore, immortalitatis coronam recipiam.* Vide Martyrologium Roman. hac die, Baronium ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Ecclef. ad ann. 308. Meniologium Græcorum: quò vocatur *Acylines.* Molanum in Addicionib, & Annotationib. ad Vsuard. eadem die. Metaphrastem, Lipomanum, Surium, Lippeloum, Renatum Benedictum, Gazetum, &c. in vita eius. Ferrarium in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Biblus.* Vacquerius. Simon Martinus, sup.

§. 3. *B. Margarita, Virg.* [c]] Fulginij nascitur, anno 1378. patre Dominico, à quo & cognomen *Dominici,* accepit. Annos quindecim nata, matre orbatur: cuius rei causa, liberiùs cœpit Deo inseruire, & ad perfectioris vitæ gradum contendere. Cùmque B. Angelina, Fulginium veniens, illic anno 1395. Monasterium, sanctæ Annæ fundasset, sub regula & habito tertij Ordinis S. Francisci, cum tribus votis, Religionis solemnibus; tunc & ipsa B. Margarita, cum multis aliis, huic instituto nomen dedit, habi-

tamque de manu ipsius B. Angelinæ accepit; quam sibi ad amussim imitandam proposuit. Multùm quippe excelluit in oratione, humilitate, suique ipsius despectione: singulis quippe sic famulabatur, quasi omnium serua esset: omnes reuerebatur corde sincero, & animi candore: puritas eius pretiosa erat, & magis Angelica, quàm humana: simplexque ipsius innocentia, obedientiam sommè excolebat. Superiorique sic in omnibus parebat, vt absque illius assensu, actionem, vel resolutionem vllam optaret agere: idem præstabat patri spirituali, & Confessario suo. Abstinentia, ieiunio, atque cilicio carnem suam refouebat. Votorum suorum zelantissima extitit, charitateque plena cùm esset, omnium succurrebat necessitati, parebat voluntati. Hac die sanctissimè obiit, anno 1440. suæ ætatis 63. miraculis gloriosa: cuius corpus adhuc incorruptum suauem exhalat odorem. Hanc commemorant Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum. Iacobillus de SS. Fulginatibus. Gonzaga. part. 2. Origin. Seraphic. Relig. in præfato Monasterio S. Agnetis. vbi sepulta iacet, quod est 9. Prouinciæ S. Francisci. Valerius de SS. Fœminis Ordinis Minor. lib. 4. cap. 17 Barrezzus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 14 De Sillis, in cap. 1 Regul. Tertij Ordin. Minor. VVadinghus. Tom 4. Annal Minor. ad ann. 1392. §. 15. & Tom. 5. ann. 1440. §. 10.

§. 4. *B. Agnetis, Tertiar.* [d]] Cùm hæc nobilissima ac deuotissima Heroina, patria Arragonensis, atque Reginæ Arragoniæ, Matris scilicet Ferdinandi 5. Hispaniæ Regis, domicella, Regiæ tædio afficeretur curiæ, cuperetque id quod sibi vitæ residuum erat Deo sacratum, spretis mundi honoribus, atque omni ferè familiari re pauperibus distributa, Vlmetum se contulit: ædificatoque ibi Monasterio, sub nomine S. Mariæ de Iesu, inibi Tertiariarum Franciscanarum Regulam professa est, ann. 1496. vbi & in maxima paupertate, humilitate, atque sanctimonia, sanctissimè vixit, obiitque, ac sepulta est. Vide Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud. Gonzagam, part. 3. sup. in hoc Monasterio, quod est 34. Prouinciæ Conceptionis in Hispania, Barrezzum sup. cap. 54. Valerium sup. cap. 30. & VVadinghum. Tom. 7. sup. ad ann. 1496. §. 30.

Eleuatio S. Landradæ, Virg. [e]] Peracta est hæc solemnitas R. Lindulpho Tornacensi Episcopo, §. 5.
apud Monasterium S. Bauonis Gandauens. anno 982. indictione 10. idibus Iunij, tertio anno aduentus sui ad hanc vrbem. Apertisque sanctorum loculis, exhalans subito de retectis sanctorum corporibus odor perfudit ora & mentes omnium suauissimus; vndè maxima salus tàm corporis quàm animæ emanauit astantibus. Eleuantes autem ea Monachi de Vrnulibus, & antiquis eorum vasculis transtulerunt in scrinia, auro & argento fulgentia, honorificè composita, exindè processione instructa, deferuntur publica celebritate, vt ab omnibus videri & tangi pro voto valerent, tum concione finita ad populum per Episcopum, relata sunt sacra Lipsanotheca sanctorum in Ecclesiam: vbi Pontifex celebrauit missarum solemnia: quibus expletis, & data benedictione, dies festus decernitur quotannis agendus; in honorem horum SS. Landoaldi, Vincianæ eius sororis, Landradæ & Adeltrudis, Virg. &c. Vide Surium in Actis S. Landoaldi presbyteri 19. Maij. Molanus in indiculo SS. Belgij. Ioannes Cousinus. Tom. 2. Histor. Tornacens. Eccles. lib 3. cap. 13. Iacobus Vasseurus. Tom. 2. Annal Eccles. Nouiodunens. cap. 67. sub Lindulpho 46. Episcopo, ex Meyero. Chapesuillus. Tom. 1. Histor. Leodiens. in notis, ad cap. 49. Harigeri Abbat. Lobiens. de Episcop. Leodiens. Malbrancque. Tom. 2. de Morinis, lib. 8. cap. 1.

DECIMO OCTAVO CALENDAS IVLII.

CORDVBÆ, Sanctæ [a] Dignæ, Virginis & Martyris, Ordinis Benedictini; quæ pro defensione Catholicæ veritatis constantissimè iugulum præbuit. Iaccæ in Hispania Tarraconensi, Sanctæ [b] Eurosiæ, Virginis & Martyris: quæ in persecutione Arabica, Cordubæ gloriosi certaminis palmam obtinuit: cuius corpus post ea Iaccam aduectum, magna pietate illic asseruatur. Apud Monasterium de Arroyo, Ordinis Cisterciensis, Palentinæ Diœcesis, Beatæ [c] Menciæ, Virginis, eiusdem loci fundatricis, & Abbatissæ: quæ in continuis lachrymis, vigiliis, ieiuniis, aliisque vitæ Monasticæ exercitiis, se exercens, ex hac vita discedens; meruit à Domino in gloria consolari. Assisij in Vmbria, Beatæ [d] Cæciliæ Caeciaguerræ, Virginis, Clarissæ: quæ mirabili vitæ exemplo, ac Monastica obseruantia, conspicua, sanctissimè spiritum Deo reddidit. Viueri in Territorio Mindoniensi, Beatæ [e] Constantiæ à Castro, viduæ, Tertiariæ Franciscanæ genere, virtute, atque sanctitate illustrissimæ. Cordubæ, Beatæ [f] Marinæ à Christo, virginis, Clarissæ, meritorum prærogatiua, & insigni perfectione spectabilis Aurelianis, Translatio Sanctæ [g] Agyæ, Matris Sancti Lupi, Senonensis Archiepiscopi. Stampis, in Diœcesi Senonensi; Translatio Sanctæ [h] Cantianillæ, virginis & Martyris.

IVNII XIV.

§. 1. *Sanctæ Dignæ, Virg. & Martyr.* [a]] Velata erat & Deo consecrata in Monasterio Tabanensi, sub S. Isabella, Abbatissa, vxore quondam S. Hieremiæ, Monachi & Martyris: quæ coronam Martyrij, vnà cum SS. Anastasio presbytero, & Fœlice Monacho, assecuta est hac die, anno 853. cuius egregium certamen refert S. Eulogius, lib. 3. Memorial. Sanctor. cap. 8. in hunc modum, *Virgo quædam adolescentula, merito & nomine* Digna, *ex Collegio venerabilis Elisabeth, Deo reuelante & confortante, ad palmam pro... Paulò namque ante Martyrium suum, assistere sibi per somnium, videt puellam habitu & specie percomptam Angelico, rosas ac Lilia manu gestantem. Quam, cum de nomine, causaque sui explorasset aduentus: Ego sum, inquit, Agatha, olim propter Christum diris ... ; & nunc veni, partem tibi purpurei muneris huius conferre. Accipe libens donarium & viriliter age in Domino: nam reliquias rosarum & liliorum, quas in manibus fero, post te ex hoc loco datura sum migraturæ. Tali denique Virgo sacratissima visu ac munere illustrata, cum è dextera colloquentis rosam suscepisset, auris admixta cœlestibus ab oculis intuentis elevabatur. Hæc autem Puella, cum profunda humilitate, atque obedientia, inter conuirginales, vltima se indicaret, essetque incomparabili apparatu ... fecundatrix: nunquam tamen appellari se, Dignam, patiebatur, dicebatque cum lachrymis. Nolite me Dignam vocare, sed magis indignam: quia cuius meriti sum, etiam nomine de eo insigniri: Eo cum à die renouationis suæ, amore compuncta Martyrij, tacito cogitamine, quibus ad id posset indiciis aspirare, sæpius ruminare cœpisset: sit affatim latior eorum instructa Martyrio, quo quasi his præcedentibus, hæc minori gressu succederet ad coronam. Ideòque apertis silenter cœnobij claustris, cùm iam beatos pendere comperisset Martyres; concito gradu iudic... petens, cur fratres suos præcones iustitiæ trucidauerit, assertione intrepida, percontatur. An quia, inquit, Dei cultores existimus, sanctamque fideliter colimus Trinitatem, patrem, & filium, & spiritum sanctum, vnum & verum Deum fatentes: & omne, quod ab hac credulitate dissentit, non solùm negamus, verum etiam detestamur, maledicimus, & confundimus, idcircò confodimur. Hæc, & his similia, sancto & immaculato ore, disserente puella: nihil cunctatus arbiter lictoribus decollandam committit, qui mox delicatis inferunt iugulum cultibus, &c.* ex quo Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 10. Annal. Eccles. ad ann. Christi 851. Galesinius in suo Martyrologio, Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Corduba.* VVion in Martyrologio benedictino: Alphonsus in Flore Sanctor. Ambrosius Morales, lib. 14. Histor. Hispan. cap. 20. Surius, hac die. Grisius de Clericis Regularib. sect. 15. §. 5.

§. 2. *S. Eurosiæ, Virg. Martyr.* [b]] Ita ex Tabulis Ecclesiæ Iaccetanæ: vbi corpus eius asseruatur. De ea Ambrosius Morales, lib. 16. sup. Thesaurus Concionator. Tom. 5. die 26. Iunij, Ioannes Marietta, lib. 4. de SS. Hispan. ad diem 25. huiusce mensis: qui illam anno Christi 940 passam scribit, ab eo *Eurosiam* vocatam. Ex quo diuersam ab S. Eurosia, quæ Cordubæ coronata est, arbitratur Ferrarius in Catalogo Generali SS. hac die, 12. & 16. Iunij: qui tamen in noua Topographia sup. scribit corpus S. Eurosiæ, quæ passa est Cordubæ, Iaccæ asseruari: ex ipso Trugillo sup. sicque eamdem esse constat: quam & arbitror esse S. Euphrosynam, Cordubæ Martyrij gloria decoratam, anno 938. apud Baronium, Tom. 10. Annal. Eccles.

B. Menciæ, Virg. Abbatiss. [c]] Claris & Christianis parentibus nata, ab infantia, pietatis fuit amantissima; Monasteria & Ecclesias religiosè frequentabat: sed hoc maximè illi curæ fuit, vt vitam suam quàm optimè ad Diuinæ legis normam institueret. Quare relicto sæculo, soli Deo placere cupiens, exædificato Monasterio S. Mariæ, & B. Andreæ, de Arroyo, Ordinis Cisterciensis sacrum velamen mihi accepit, & inter sanctimoniales, perpetuam Virginitatem professa, paulò post Abbatissa efficitur: cui pie ac sanctissimè præfecta, meritis diues, ex hac luce discessit: sic Chrysostomus Henriquez in ... Chrysostomus ... Seguinus, in Catalogo SS. Ordin. Cisterciens. lib. 3. cap. 88, Henriquez in Menologio eiusd. Ordin. hac die, Manriquez Tom. 3. Annal. Cisterciens. ad ann. 1189. cap. 4. §. 4. & 9. 11. item. ad ann. 1199 cap. 4. §. 3.

B. Cæciliæ, Virg. [d]] Galterij *Caccinguerræ*, Hispalensis filia fuit: quæ Monasterium S. Damiani, iuxta Assisium ingressa, mirabili vitæ exemplo, sanctissimè Christo inseruiuit annis 39. cuius corpus sepultum est in Ecclesia S. Georgij eiusd. vrbis. Floruit circa tempus S. Claræ, Virg. De ea agunt, Martyrolog. Franciscanorum, hac die, Annotationes ad illud. Barrezzus, part. 4. Chronic. Minor. lib. 6. cap 13. Tossinianus, lib. 1 Histor. Seraphic. Marianus, lib. 1. in Appendice. Valerius de SS. Feminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 16. VVadinghus, Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1215. §. 37. Thielmans, lib. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 4.

B. Constantiæ, viduæ. [e]] Coniux erat nobilissimi Herois Roderici *Diaz, de Andrada*, qui fortiter occubuit, sub Ferdinando Rege, cognomento, Catholico, in Regno Granatensi: Refert VVadinghus, Tom. 2. sup. ad ann. 1287. §. 19. Corpus ipsius B. Constantiæ, asseruatum in sacello S. Crucis, Conuentus oppidi *Vineri*, apud Gallæcos, detectum fuisse, anno 1611. quod tunc suauissimum emisit odorem, & miraculis aliquot suæ probitatis & virtutis atque sanctitatis testimonium perhibuit: cum approbatione R. Petri *Fernandez, Zorilla*, Mindoniensis Episcopi. §. 5.

B. Marinæ, Virg. [f]] Non solùm egregia, virtute floruit: sed & anno 1598. piè, & magna sanctitate decessit, in Monasterio S. Elisabeth de Angelis, Cordubensis vrbis, quod est S. Prouinc. Granatens. Hæc ex Martyrologio Franciscan. hac die, Annotationib. ad ipsum, VVadingho, Tom. 7. sup. ad ann. 1485. §. 54. post MSS. monumenta illius loci, ac Prouinciæ. §. 6.

Translatio S. Agiæ. [g]] Illius meminere, Molanus in Additionib. ad Vsuard. hac die, Saussayus verò, in Martyrolog. Gallicano, die sequenti, & 17. Nouemb: vbi de S. Aniano Episcopo Aurelianensi, quem Rex Francor. Robertus, Regum piissimus, coluit pro patrono singulari, ob ingentia ab illo suscepta beneficia: quorum haud ingratus, insignem Basilicam Aureliani, sub eius titulo, cum Monasterio nobili ædificauit. Lecticam insuper præparauit, argento, auro, lapidibusque pretiosis mirè decoratam, in quam venerabile ipsius sancti Aniani, vnà cum reliquiis sanctæ Agiæ, matris eius, plurif- §. 7.

que alijs sanctorum exuuijs inferri fecit.

§. 8. *Translatio S. Cantianillæ, Virg. Martyr.* [h]] Agunt de ipsa celebritate Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & Saussayus in supplemento Martyrolog. Gallican. hac die: cùm ex Aquileia sacra eius, ac Fratrum Cantij & Cantiani pignora transuecta: inde pijs votis Roberti, Francorum Regis, in Galliam delata, Stampis ab eo in Ecclesia S. Mariæ, religioso cultu reposita sunt. Colit Eclesia Aquileiensis eorum inuentionem, die 24. April. eorumque pignoribus nonnullis etiamnum gloriatur, de quibus pia æmulatione cum ea dimicat ipsa Ecclesia Mediolanensis. Vide Breuiarium Senonense, ad 31. Maij. Cantiadem Petri Gendræi, & Ioannem Chauuin, In Elogiis trium Martyr. Cantianor quiæ refert, quomodo huius Reliquiæ translatæ sunt in prætiosam capsam, ann. 1249. 4. August. per Ægidium, Senonens. Archiepiscopum. & iterum ann. 1621. 12. April. per Henricum Clausse Episcopum Aurensem, postea Catalaunensem: Gallicam Christianam in Senonens. 74.

DECIMO SEPTIMO CALENDAS IVLII.

IN Lucania, apud Silarum flumen, natalis Sanctæ [a] Crescentiæ; quæ vnà cum sanctis Vito & Modesto, sub Diocletiano Imperatore, post plurima perpessa tormenta, & catastas Diuina virtute superatas, cursum gloriosi certaminis peregit. Palmyræ in Syria Sanctarum [b] Martyrum Libyæ, & Leonidis, Sororum, & Eutropiæ puellæ, annorum duodecim: quæ per diuersa tormenta, ad Coronam Martyrij peruenerunt. Cordubæ in Hispania, Sanctæ [c] Benildis, Martyris: quæ sanguine suo Ecclesiam purpurauit. Sibapoli in Syria, Sanctæ [d] Brienæ, Abbatissæ: quæ longo annorum curriculo in Monastica obseruantia, Christo Domino famulata, illi sociari meruit in cœlis in æternum victura. Apud Wentanam in Anglia ciuitatem, Sanctæ [e] Eadburgæ, Virginis, filiæ Eduardi Senioris, Angliæ Regis: quæ Abbatissa effecta, omnia eius opera inchoabat charitas, & consummabat humilitas; ac denique viuens & mortua, multis claruit miraculis. Rameyæ in Brabantia, Beatæ [f] Agnetis, Virginis, Ordinis Cistertiensis; quæ à primæuo iuuentutis flore, Diuina gratia præuenta, se totam Christi obsequiis mancipauit. Antiquæ-Mellariæ in Territorio Cordubensi, Beatæ [g] Ioannæ à Sancto Stephano, Virginis, Clarissæ: humilitate & oratione laudabilis: Panormi in Sicilia, Beatæ [h] Reparatæ à Paula, Ordinis Minimorum; Prophetiæ dono, ac gloria miraculorum celebris. Ibidem, Beatæ [i] Barbaræ Minnesi, eiusdem Ordinis; quæ multis exornata virtutibus floruit. In Sicilia, Beatæ [l] Petronillæ à Vela, Tertiariæ Dominicanæ, charitate, & vitæ perfectione gloriosæ.

MAII XV.

§. 1. SAncta Crescentia; Martyr. [a]] Hanc (cum SS. Vito & Modesto) quæ ad ipsius S. Viti prædicationem, in Christum crediderat, iussit Diocletianus Imperator in catasta extendi, atrociterque torqueri, adeò vt ossibus dissipatis, viscera apparerent. Eius sacrum corpus, partim Mazzaræ in Sicilia, partim Poliniani in Apulia asseruari dicitur. Agunt de his Beda, Vsuardus, Ado, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. 303. quo passi sunt. Vincentius Beluacensis lib. 12. Specul. Historial. cap. 70. & 71. Petrus de natalib. lib. 5. Catalog. Sanctor. cap. 118. D. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 14. Mombritius, Sorius, Lippelous, Renatus Benedictus, Gazetus, Ribadeneira, &c. hac die. Mantuanus in sacris diebus. Molanus in Annotationibus ad Vsuard. Ferrarius in SS. Italiæ, & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Lucania*, & *Silarus*. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 2. Ecclesia 43. Schedel, sexta mundi ætate.

SS. Libya, &c Martyr. [b]] De eis, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, ac Tom. 3. Annal. Eccles. ad ann. 311. Ferrarius sup. verb. *Palmyra*. Acta S. Febroniæ, Virgin. & Martyr. apud Metaphrastem, Lipomanum, Lippeloum, & Surium; hac die, cap. 14. quo B. Briena, ipsam S. Febroniam, ita incitabat ad Martyrij coronam consequendam. *Memoria repetas, illos certatores qui ante te fortiter & gloriose Martyrium passi sunt, victoriæ coronam ab illo cœlestis certaminum præside percepisse. Non viros solùm, sed etiam mulieres recordare Libiam, & Leonidem, sorores illas duas, quæ Martyrium gloriosè pertulerunt: e quibus Libia ipsa gladio percussa, capite priuata est. Leonis vero in ignem coniecta fuit. Recordare, quemadmodum puella Eutropia, duodecim annos nata, Martyrium sustinuerit. An non semper Eutropia obedientem animum, & eius tolerantiam ac patientiam admirabaris; cùm tam vndecim ipse* vincentis

vinculis exolutam. Sagittis peti iussit, vt pre metu fugeret? Sed illa matrem ita sibi dicentem audiens: Filia mea Eutropia, vide ne fugias: manus sibi post terga deuinxit, & sagittis percussa in solum cecidit, & statim spiritum emisit, & matris praeceptum non violauit, nonne puella huius patientiam tu semper admirata es? & illa quidem puella erat, omnium litterarum rudis atque ignara, tu verò & aliarum Magistra extitis.

§. 3. *S. Benildis, Martyr.* [e]] Memoratur in Martyrologio Romano, hac die. Baronio ibid. in notis. & Tom. 10. Annal. Ecclesi. ad anno 853. Ferrario. sup. verb. *Corduba.* Scripsit nobile eius certamen, cum. SS. Anastasio presbytero, Fœlice Monacho, & Digna, Virgine, Martyribus S. Eologius, io memoriali sanctor. lib. 3. cap. 9. apud Surium 14. Iunij *Denique, inquit, hos sequens Benildis, fœmina ætate iam prouecta & vt ferunt, non mediocriter timorata sub professione casterorum occubuit. 17. Calendas Iulij. Æra, quæ supra quorum cadauera, post aliquot dies, ingenti concremata incendio, ad vltimum fluuij protectu dispersa sunt.*

§. 4. *S. Briena, Abbatiss.* [f]] Erat in Sibapoli vrbe Monasterium sancti monialium quinquaginta: quæ Monasticæ vitæ studio seipsas exercebant: his præerat mulier quædam, nomine *Briena*; (de qua loquimur) quæ magistram habuerat Platoniam, Diaconatus officio ante se functam, cuius traditionem & canonem ad finem vsque optimè seruauit: cuius neptis erat. S. Febronia, Virgo & Martyr. quia tempore illius passionis. iam vetula erat, & prouecta ætate, & tamen vehementi Martyrij desiderio flagrabat: cupiebatque neptem suam ad passionem sequi: vti refert B. Thomais, eiusdem loci sanctimonialis, apud Metaphrastn, & Surium. hac die. in Actis. S. Febroniæ virg. & Martyr. Addens in fine. *Brienna verò, cùm duos annos vixisset, post consecratum. S. Febronia Templum & omnia bene disposuisset, in pace diem obiit* nimirum circa ann. 319. aut. 320 nam si ipsa. S. Febronia, agonem confecit. anno 311. iuxta Baronium, statimque Episcopus loci illius Templum insigne in eius honorem illic extruxerit, cuius opus sex annis compleuit: duobus verò annis, ab eius consecratione superuixerit. S Briena: profectò circa ann. 320. excessit è vita; iuxta ipsam. B. Thomaydem: quæ post. D. Brienæ obitum, eios ministerio soccessit; ipsamet teste: ex quibus duo refelluntur, videlicet. S Brienam ecoræ in Hispania obijsse: Martyriumque illic passam esse: vti perperam hallucinantur Biuarius Commentar. 2. muner. 3 in Flauij Lucij Dextri, pseudochronicon. sub anno 308. item Chronicon. Iuliani Petri. muner. 178. sub ann. 370. & Antonius Alegre, In Paradiso Carmelitici decoris. Statu. 2. ætat. 5. post Christum, anno 300. cap. 51. illius adhoc meminit Baronius in notis ad Martyrolog Roman. sub. 23. Septemb. in S. Tecla.

§. 5. *S. Eadburga, Virg* [g]] Filia erat Eduardi, Angliæ Regis; fuit autem Ordin. S Benedicti monialis Sarisberiæ, non longè à ciuitate Wintoniensi, vbi Christo sponso in vitæ integritate ac perfectione. & sanctimonia inseruioit circa ann. 920. & 930 Eius vitam scripsit Osbertus de StoKe. Agunt de ea molanus in Additionibus & Annotationib. ad Vsuard. hac die. *Ferrarius*, sup in noua Topograph. verb. *Wintona.* & in Catalogo generali sanctor. eadem die. ex Galesio, Maurulyco Fœlice. &c. In suis Martyrologijs. Wion, In Martyrologio Benedictione: & lib. 4. ligni vitæ. cap. 28. Bedæ Continuator. lib. 2. cap. 33. Malmesburiensis. lib. 2. de gestis Reg. Anglor. cap. 13. Item. lib. 2. de Pontific. Anglor. lib. 4. §. de Monasterijs Diœces. Wintoniens. Rogerius Hooedenus pat. 1. Annal. ad ann. 899. Vincentius Beluacens. sup. lib. 25. cap. 33. Petrus de natalib. lib. 10. sup. cap. 69. westmonasteriensis. ad ann. 901. Polydorus Vergilius lib. 6. Harpsfeldius. In Histor. Ecclesi. Anglic. Sæcul 10. cap. 1. & 8. Eduardus Maihevv. Tom. 1. Trophæor: Congregation. Anglic. Benedictin. ad natales. SS. hac die.

B. Agnetis, Virg. [f]] Hæc in monastica obseruantia aduocata, tantam ad perfectionem conscendit: §. 6.
vt beatitudinis sibi præparatæ præscia fieri meruerit. ex Reuelatione B. Idæ, Virgin. quam & fœliciter adepta est. Ita Saussayus, in Martyrologio Gallicano; Henriques in Menologio Cistertiensi. hac die, Gilemannus in vita. S. Idæ. Niuellens Verg. & liber. M. S. de virginibus sanctitate Illustribus per Belgium.

B. Ioanna Virg. [g]] Ingenti humilitate exornata, orationi tantoperè vacabat, vt dies noctesque in ea §. 7.
consumeret: cuius virtute roborata, complures Dæmonum visibiles insultus domuit, vicitque. Fœlicem eius ad Deum transitum multitudo Angelorum dulcissimo concentu celebrauit, cum eo hymno: *Pange lingua gloriosi*; Iacet Antiquæ-Mellariæ, in Monasterio de Ipe, quod est 7. prouinciæ Angelor. Hæc Martyrologium Franciscanom, hac die, Annotation. ad illud Data parr. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 50. ad ann. 1600. quo floruit. ex monimentis ipsius Prouinciæ.

B. Reparata.] Oriunda erat ex Panormitana §. 8.
vrbe; & in monasterio. 7. Angelorum eiusd. ciuitatis, Ordinis S Francisci de Paula, habitum Religionis sumpsit, anno. 1514. vbi infirmariæ officio primùm functa est, deinde rerum Diuinarum contemplationi animum dedit: tùm vt carnem Spiritui subijceret, disciplinis cruentis corpus edomabat: sæpius pane & aqua ieiunium seruabat, maximè sextis Ferijs, quatuor temporibus, Quadragesima, & Aduento, parcius somno indulgebat, & non nisi super asseres decubabat. Paoperesque habitu vestiebatur. Oratione & meditatione summè delectabatur, iugiter propterea in choro, vel in cella moras faciens, mira solitudine ac silentio poriebatur: quo in contemplatione Dominicæ Passionis occupata, dono lachrymarum copiosè abundabat. Valdè exoptabat Deo, summo bono. intimo amore vniri; ita vt viuere non posse videretur, nisi quottidiè, Sacratissima Eucharistia reficeretur: qua sumpta, perseuerabat semota ab alijs in meditatione tanti Sacramenti, vsque ad prandium: in sextis autem feriis & festis, vsque ad solis occasum. Raptus & extases freqoenter patiebatur, nec non visionibus cœlestibus fruebatur, Spiritu prophetico, ac pluribus miraculis etiam post eius fœlicem obitum, illustrata fuit. Migrauit io cœlum, hac die, anno. 1609. cùm esset Nonagenaria. Teste Ludouico Dony-attichio. lib 6. Histor. general. Ordin. Minimor. ex M. SS. Monimentis Siculis R. P. Iosephi à Messana. Lanouio, in Chronico generali eiusdem Ordin. sob ann. 1609. §. 14. & in Appendice. 4. ad illud, hac die.

B. Barbara [i]] Vitam religiosam professa est anno
1557. in præfato, 7. Angelorum monasterio Panor- §. 9.

mitano, Ordinis minimorum; cuius Regulam perfectissimè seruauit vsque ad eius obitum, qui fuit anno. 1615. hac die: nam radio virtutum suarum cunctis luxit ad exemplum. Humilitate quippe profundissima dotata, vilia totiua Monasterij lætanter explebat munia; mortificationes, pœnitentiæ, austeritates, ieiunia, vigiliæ, disciplinæque eius ingentes erant & arduæ: noctes ac dies orationi impendebat: nemo eam turbatam vidit, nemo mutatam; sed mitis, dulcis & charitatiua semper euasit: Hæc ex eodem Ludouico Dony-attichio. sup. & alijs nuper allatis. Lanouio, hac die, ad ann 1615. §. 7.

B. Petronilla, Tertiaria. [1] Ex Sicilia Oriunda erat; ab ineunte ætate pija & charitatis officijs operam dedit, Hospitalia adiena, vbi infirmis, & vulneratis, morbisque insanabilibus affectis inseruiebat tanto cum animi feruore; vt sæpè quorumdam vlcera lambendo abstergebat, & confestim curaret: quæque vitam omnem duxit, ieiunijs, vigilijs, disciplinis cruentis, orationibus, meditationibus, &c. Iuxta relationem capituli generalis. Ordin. Prædicat. Romç, anno 1618. & Ioannem à sancta maria. part. 2. Vitar. SS. eiusdem Ordin. lib. 3. §. 1.

SEXTO DECIMO CALENDAS IVLII.

TARSI in Cilicia, passio sanctæ Iulittæ, [a] Matris sancti Quirici, qui triennis puellus cùm esset, videratque eam ante Alexandrum præsidem, sub Diocletiano Imperatore, neruis dirissimè cædi & ob id implacabili planctu lugeret, ad gradus tribunalis illisus, interijt: Iulitta verò post dira verbera, & grauia tormenta, Martyrij sui cursum, obtruncatione capitis impleuit. Volaterris in Hethruria, sanctarum [b] Actineæ & Græcianæ, Virginum & Martyrum. Moguntiæ, Natalis sanctæ [c] Iustinæ, Sororis, sancti Aurei, & aliarum Martyrum, quæ Sinaxim in Ecclesia agentes, ab Hunnis Germaniam diripientibus trucidatæ sunt. Aquitiæ, Brabantiæ Monasterio, Ordinis Cistertiensis, Diœcesis Antuerpiensis, sanctæ Lutgardis, [d] Virginis; Mito deuotionis æstu, prophetiæ Spiritu, ac virtutum splendore, mximáque charitatis ardore in Christum Dominum, & miraculorum gratia præcellentissimæ. In Monasterio Conensi, Palentinæ Diœcesis, Beatæ Catharinæ [e] à Gueuarra, Virginis, Clarissæ: quæ pietate, ac vitæ perfectione emicuit. In Eischelo, Diœcesis Constantiensi, Pago, Eleuatio sanctarum virginum, Cunegundis, Mechtundis, & VVibrandis. VVinoci-Bergæ, Audomarensis Diœcesis, Translatio sanctæ Levinæ, virginis & martyris.

IVNII XVI.

§. 1. SAncta Iulitta, Martyr. [a]] Hi orti quidem esse dicuntur ex Lycaonia, ciuitate autem Iconio, genere verò non obscuri, sed nobiles, & magni, nominis; ipsa autem B. Iullitta. Christiana, & in fide Christi firma ac stabilis. Paruo tempore matrimonio iuncta fuit: & marito defuncto, piè ac religiosè, vitam duxit, Domino iugiter inseruiens pura, & moderata: filiumque suum vnicum. S Quiricum, lactens suis Vberibus, ac virtutibus mirû in modum demulcens. Quæ cùm didicisset. Impium edictum Diocletiani Imp. in Christianos, propter filium, quem valdè diligebat, vbera adhuc sugentem, fuga salutem quæsiuit, & Seleuciam se contulit, omnibus opibus, & carnis fomentis, omnique mundanæ fœlicitati & delicijs, propter Christum peregrinationem, mendicitatemque, & afflictionem libenter præferens. Exindè autem minimè secura, cum duab. ancillis fugiens, Seleucia Tarsum peruenit. At non potuit diu latere: statim namque agnita, defertur. Sistiturque iudici, Iulitta cum filio, qui triennis tunc erat: interrogata, protinus exclamauit, voce magna; se esse Christianam, & solum nosse Deum, Iesum Christum, & eius patrem. Deum omnipotentem. Deos autem Gentilium vanos esse, ac fictitios, & inanes: quibus iratus præses in eam vltra modum, desæuiens dirissimè cæditur. S. Quiricus, Filius eius ad gradus tribunalia, alliditur, & ipsa, Martyrio consummatur, hac die, anno. 301. Agunt de eis, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibidem in notis, & Tom. 2. Ann. Eccles. ad ann. 305. Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Ferrarius, in Noua Topographia ad Martyrolog. Rom. verb. *Tarsus.* Vincentius Beluacens. lib. 11. Specul. Historial. cap. 26. Petrus de natalib. lib. 6. Catalog sanctor. cap. 101. D. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 7. cap. 6. §. 20. Bachot. in Fastis, Porro, Acta eorum referunt Metaphrastes, Lippomanus, Mombritius, de Voragine. Surius, Haræus, Lippelous Renatus Benedictus, Gazetus, Ribadeneira, Doubletus, Simon Martin. &c. hac die, Græci autem in Menologio idibus Iulij. Translata verò fuisse horum. SS. Martyrum corpora in Gallias, per. S. Amatorem, Episcopum Antissiodorensem, S. Germani prædecessorem, cùm in Orientam esset peregrinatus, constat: vndè Niuernū allatæ hæ SS. Reliquiæ, & in Ecclesiam S. Geruasij Cathedralem illatæ, nomen. S. Cyri, seu Quirici, deinceps sibi retinuit: vti tradunt Chronicon Elnonense, anno. 930. Mombritius, sup. Baronius sup. & 1. Maij. In S. Amatore Episcopo. Ribadeneira,

& alij sup. Robertus in Gallia Christiana, de Episcop. Niuernens. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die. De Guerroys, in sancta Christianitate, sæcul. 5. ad ann. 407. & sæculo 8. ad ann. 752. Ex quibus discimus, non solùm in præfata Ecclesia Cathedrali Niuernensi, sed & in Tricensi agro horum SS. Martyrum Reliquias venerari. Tolosæ itidem & Arelatæ; vbi præcipua ipsorum pignora reposita sunt. Hic in sanctissimæ Trinitatis æde: illic in Ecclesia S. Saturnini Episcopi & Martyr. Item apud Elnonense Hannoniæ cœnobium; necnon in Monasterio ipsis Martyribus sacrato, Diœcel. Carnotens. Et Aruernis, in antiquissima ipsorum nominis Ecclesia: item in Agro Parisiensi, vico, Villæ-Iudex dicto, vbi antiqua est Ecclesia parrochialis, eorum nomine, & lipsanis aliquot prædita: similiter & in Vilcassino Francico, Diœcel. Rothomagens. apud pagum de suo nomine dictum, &c. Vt proinde pudeat Bruarium his aduersari, dùm sic intendit fabulis pseudo chronici Flauij Lucij de atri ad an. 222. & 300.

§. 2. SS. *Alinea, &c. Virg. Martyr.* [b]] Passæ sunt sub Diocletiano & Maximiano Imperat. de quibus Raphael Volaterranus, in Commentar. Syluanus Razzius, de SS. Hethruriæ: Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Volaterra*, & in Catalogo Generali SS. ex Tabulis Ecclesiæ Volaterranæ, hac die, ac in SS. Italiæ.

§. 3. *S. Iustina, &c. Martyr.* [c]] Agunt de his, Beda, Ado, Vsuardus, & Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 6. Annal. Eccles. ad ann. 454. Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vsuard. Breuiarium Moguntinum. Cochlæus in Catalog. Episcoporum Moguntinens. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Moguntia*.

§. 4. *S. Lutgardis, Virg.* [d]] Ex Tongrensi vrbe oriunda, anno ætatis suæ 12. in Monasterio S. Catharinæ, prope oppidum S. Trudonis in Hasbania sito, Ordinis Benedictini, Diuino se mancipauit seruitio. Occulto namque Diuini spiritus instinctu adeò mouebatur, vt iam tum amatoriæ leuitatis pertæsa, nihil suauiùs esse crederet quàm mundi vanitate calcata, totum amorem ad Christum transferre. Pius & ingens eius erat affectus erga pauperes. Contulit autem illi Dominus gratiam curationum sanè admirandam: ita vt ad contactum saliuæ, vel manus eius, affecta ægritudine membra sanarentur. Paruo tempore elapso, Priorissa, omnium consensu, eligitur: sed cùm Virgo humilitatis studiosissima, grauissima hac de se iniuria se affectam putaret, abdicata: Diuino instinctu, huiusmodi superioritate, ad Acquiriensem Cisterciensis Ordinis Monasterium se transtulit: vbi incredibili cum spiritus feruore, die noctuque Domino seruiuit: vix annum ætatis quartum & vigesimum attigerat, quando venit Acquiriam: illicque 40. annis commorata, decessit è vita, hac die, anno Christi 1246. Huius sanctissimæ Virginis, vitam, opera, miracula, & alia insignia facta B. Thomas Cantipratanus, tribus libris, item Guillelmus Affliginiensis; Surius, Lippelous, Haræus, Doubletus, Simon Martinus, &c. scribût. Agunt de ea Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Fœlia, & Gallesinius in suis Martyrologiis. Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vsuard. item, in Indiculo SS. Belgij, Ferrarius in noua Topographia, sup. verb. *Aquiria*. Wion, in Martyrologio Benedictino. Saussayus in Gallicano Martyrologio. Henriquez in Menologio Cisterciensi, Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniæ; Myræus in Fastis. Hiacinthus Choquetius de SS. Belgicis, Ordin. prædicator. cap. 27. §. 5. Chapeauillus, Tom. 2. Histor. Leodiens. in Annotation. ad Ægidium Aureæ-vallis, de Episcop. Leodiens. cap. 129. & 136. ex Magno Chronico Belgico, anno 1246. Bernardus de Brito, Barnabas de Montalbo, & alij de Reb. Cisterciens. agentes. Manriquez, Tom. 3. Annal. Cisterciens. ad ann. 1211. cap. 3. §. 3. anno 1210. cap. 10. §. 12. Odoricus Raynaldus, Tom. 13. Annal. Eccles. ad ann. 1246. §. 50. Bzouius, ibid. ad ann. 1207. §. 5. & ann. 1246. §. 1. Vacquerius in fuga sæculi. Robertus Musca, in vita eius.

§. 5. *B. Catharina, Virg.* [e]] Hæc, cùm die Annuntiationis B. Mariæ Virg. in cubiculo quiesceret: vocata est à venerabili muliere, veste candida circumamicta, vt exiret; non prius egressa: Quàm fulgur totum cubiculum inflammaret, inflamatum in cineres abiret. Alias dùm animam anno 1561. Sanctissimè efflaret, egregium & mirabile lumen fulsit in habitaculo, apud Monasterium Concense, quod est 9. Prouinciæ Conception. Virg. in Hispania. Illius meminerunt. Martyrologium Franciscan. hac die, annotationes ad illud. Wadinghus, Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1450. §. 42.

§. 6. *Eleuatio SS. Cunegundis, &c. Virg.* [f] Memoratur ista Eleuatio, à Molano, in Additionib. ad Vsuard. & Annotationib. peracta anno 1504. vti Constat ex processu eiusmodi celebritatis. Wion. & Gallesinius. sup. Ferrarius in Catalogo generali SS. hac die vide infra ad 18. August.

§. 7. *Translatio S. Levvina, Virg. Martyr.* [g]] Eius sacrum corpus ex Anglia allatum est anno 1058. per Balgerum, Bergensem Monachum, ad S. Winoci cœnobium; vbi postea per miracula copiosa, dilectæ Deo Athletæ merita refulserunt. Ita Molanus sup. & in Indiculo SS. Belgij. Gallesinius, Saussayus, & Ferrarius, sup. in Catalogo Sanctor. & in noua Topographia verb. *Berga*. Molanum audiamus, *S. Levvina* (inquit) *Virgo & Martyr, Martyrio vitam finiuit, tempore Theodori, Archiepiscopi Cantuariensis. Eius corpus Bergas, ad S. VVinoci cœnobium attulit, anno 1058. Balgerus, Monachus Bergensis, ex Monasterio D. Andreæ, in Anglia, iuxta portum Lenordiensem. Quo, eodem tempore, Monachi Bergenses, corpus S. Levvinæ, per vicos & castella Flandriæ maritimæ circumtulerunt, in quo itinere permulta miracula Deus in honorem Virginis edidit: quæ per eos dies, Drogo, Episcopus Morinorum conscripsit*, Scilicet duobus libris: de his Malbrancque. Tom. 2. de Morinis, lib. 8. cap. 34. 48. 49. & 68.

QVINTO DECIMO CALENDAS IVLII.

AQVILEIÆ, Sanctarum [a] Cyricæ & Muscæ, Virginum & Martyrum. In Lusitania, Monasterio Loruanio, secundo lapide à Coimbricá vrbe, Ordinis Cistertiensis, Beatæ [b] Teresæ, Reginæ Legionensis, eiusdem loci Reparatricis: quæ sacro religionis illic velo assumpto vitam egit sanctissimam, miraculis ante & post obitum gloriosa. Aquilæ in Vestinis, Beatæ [c] Ludouicæ Aquilanæ, Virginis, Clarissæ: quæ vitæ perfectione, extatica oratione, atque miraculorum gloria illuxit. Montilliæ in Hispania, Beatæ [d] Mentiæ à Sancto Martino, Virginis, Clarissæ: eiusdem loci primæ Abbatissæ; quæ mira abstinentia, oratione, ac profundissima animi demissione, insigniter refulsit. Bellalcazari in Territorio Cordubensi, Beatæ [e] Catharinæ de Columna, Virginis, eiusdem Ordinis; meritorum prærogariua sublimis. In Foresto Monasterio, Ordinis Benedictini, propè Bruxellam, Diœcesis Mechliniensis, Translatio Sanctæ [f] Helenæ, Virginis & Martyris. Eodem die, in Territorio Constantiensi, Eleuatio Sanctæ [g] Christinæ, Virginis.

IVNII XVII.

§. 1. SS. *Cyricæ, &c. Virg. Martyr.* [a]] Passæ sunt Aquileiæ, hac die, iuxta Ferrarium, in Catalogo Generali Sanctor. ex Antiquo Breuiario, & Tabulis Ecclesiæ Aquileiens. *Cyriaca* etiam dicitur ab eodem Ferrario in SS. Italiæ, hac die.

§. 2. *B. Teresa, Regina.* [b]] Nupserat Alphonso, Regi Legionensium suo consobrino, à quo tandem separata, ann. 1200. habitum Cistertiensem suscepit de mano R. Petri, Lamecensis Episcopi, in quo sanctissimè vitam duxit. Eam sæpè inter orandum, cœlesti splendore circumdatam, & à terra eleuatam, Moniales conspexerunt: demùm horam mortis suæ prædicens, admirandis signis præcedentibus & subsequentibus, fœliciter quieuit in Domino, ac post obitum miraculis claruit. De ea scripserunt Bernardus de Brito, Tom. 1. Chronic. lib. 2. Henriquez in Menologio Cistertiensi, hac die: Manriquez. Tom. 3. Annal. Cistertiens. ad ann. 1200. capite 1. ann. 1206. cap. 4. §. 9. 1211. cap. 5. §. 4. & seq. ac 1212. cap. 5. Vacqoerius in Enchiridio benè morientium, ad Iulij 15. Hæc itaque mortem sibi instare cognoscens, ad Templum deducta, in conspectu venerabilis, ac augustissimi sacramenti, omnibus Monialibus valedixit, dulcissimis verbis se earum orationibus commendans, singolasque strictè amplectens: postea flectens genua, Canticum B. Mariæ Virginis Deiparæ canere iussit: & cùm ad versum illum peruenissent: *Suscepit Israel puerum suum*, &c. caput super manos inclinans, suauissimè expirauit. Cuius corpus postea anno 1617. aperto sepulchrali marmore visum est omnino integrum, teste Vasconcello, in Sancio 1. Rege Lusitaniæ, §. 13. & in Descriptione Lusitaniæ, in fœminis sanctitate illustrib. §. 8.

§. 3. *B. Ludouica, Aquil. Virg.* [c]] Socia fuit B. Iacobæ Aquilanæ, & exequijs B. Paulæ Fulginatis interfuit, anno 1470. Sanctæ orationi admodum intenta erat, quo in exercitio tantam hauriebat consolationem, vt sæpè in extasim rapta, eleuaretur à terra in altum: cuius vita vt lampas accensa, & speculum pulcherrimum sine macula, omnibus sororibus perfectionis norma euasit. Obiit apud Monasterium corporis Christi Aquilæ, quod est 1. Prouinciæ S. Bernard. claruit exindè miraculis, quæ ob illius merita Deus inibi operatus est, & magno in honore à fidelibus habetur. Illius meminere Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga in eod. Monasterio, Barrezaus, part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 15. Tossinianus, lib. 1. Histor. Seraphic. Iacobillus de SS. Fulginatib. in vita B. Paulæ Fulginat. 26. Ianuar. Wadinghus. Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1447. §. 90. & Tom. 6. ann. 1472. §. 60.

§. 4. *B. Mentia, Virg.* [d]] Hæc illustris Virgo, prima fuit Abbatissa, Monasterij Sanctæ Claræ Montilliæ, (quod est 16. Prouinciæ Granatens.) profundissima humilitate, feruida oratione, & mira abstinentia, dotata: in cuius fœlici transitu, Angeli auditi suot cantantes: atque hunc Psalmistæ versiculum, sæpiùs repetentes: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.* Qua de re, Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum. Gonzaga. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in præfato Monasterio. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 2. Barrezzus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 20. vocans eam *Mariam*, non *Mentiam*, Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. clarebat, sub anno. 1515.

§. 5. *B. Catharina, Virg.* [e]] Magistram Nouitiarum egit, in Monasterio Bellalcazaris (quod est 1. Prouinciæ Angelor.) vbi sanctissimè obiit: cuius animam in specie Columbæ vidit in cœlum ascendere, B. Maria à S. Antonio, eius discipula, dùm staret ad orationem: Memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die, Annotationibus ad illud. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 77. ad ann. 1575.

§. 6. *Translatio S. Helenæ, Virg. Martyr.* [f]] Illic anno 1193. per Godescalum, Abbatem Afligemensem, corpus eius de terra leuatum est: coliturque die Dominica ante natalem S. Ioannis Baptistæ. Ipsa autem Leuoldi, Regis Gentilis filia vnica, iossu patris,

Martyrium

Martyrium ſubiit: quæ poſt mortem tot claruit miraculis, vt illis excitatus Lenoldus, pater eius, fidem Chriſti, atque baptiſmum, & peccatorum veniam ſuſceperit. Florebat circa ann. 640. ita Molanus in Additionibus & Annotationib. ad Vſuard. hac die, & in indiculo Sanctor. Belgij, Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, & Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. ead. die, ac Myræus in Faſtis Belgicis. De qua iterum Ferrarius, ibid. ad diem 19. menſis, & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Bruxella*, ac in Additis ibid. ex Galleſinio in ſuo Martyrologio. Diuerſimodè autem reperitur nuncupata: *Alena*, *Aleria*, *Halena*, & *Helena*.

Eleuatio S. Chriſtinæ, Virg. [g]] Memoratur à Molano ſup. in Additionib. ad Vſuard. & Wione, in Martyrologio Benedictino, hac die: quieſcit autem illic, cũ aliis tribus, de quibus die præcedẽti egimus, iterumque inferius ad 28. Auguſt. ſermo redibit. §. 7.

QVARTO DECIMO CALENDAS IVLII.

MALACÆ in Hiſpania, Sanctæ [a] Paulæ, Virginis & Martyris: quæ lapidibus obruta, inter ſaxa animam cœlo reddidit. Voluæ in Brabantia, propè Bruxellam, Diœceſis Machlinienſis, Beatæ [b] Mariæ, cognomento, Doloroſæ, Virginis & Martyris: innocentiæ præmio coronatæ. Alexandriæ, Paſſio Sanctæ [c] Marinæ, Virginis: quæ per tribulationes & perſecutiones intrauit in Regnum cœlorum. Papiæ, Sanctæ [d] Specioſæ, Virginis, Sororis Sancti Epiphanij, Epiſcopi Ticinenſis; quæ ob clara gratiarum ac virtutum lumina, cunctis valdè reſplenduit. Arimini, Beatæ [e] Oſannæ, Virginis. Schonaugiæ Monaſterio, Ordinis Benedictini, in Territorio Treuirenſi, Sanctæ [f] Eliſabeth, Virginis; Diuinis reuelationibus, Monaſticæque vitæ obſeruantia, ac miraculis celebris. Concæ Camporum, in Territorio Palentino, Beatæ [g] Ioannæ à Gueuarra, Virginis, Clariſſæ; quæ huius loci prima Abbatiſſa electa, prudentia, oratione, cæteriſque virtutibus emicuit, ac miraculis poſt mortem coruſcauit. Mantuæ, Sanctæ [h] Oſannæ, Virginis, Ordinis Dominicani; quæ curis, & Sanctis operationibus ac exemplis, ſingulare vitæ Religioſæ ſpecimen euaſit. Coldingæ in VVallia Angliæ Prouincia, Commemoratio Sanctę [i] Ediltrudis, Reginę.

IVNII XVIII.

§. 1. SAncta Paula, Virg. Martyr [a]] Agunt de ea Vſuardus, & Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, Petrus de natalibus, lib. 5. Catalog. Sanctor. cap. 125. Vaſæus in Chronico Hiſpan. Villegas in Flore Sanctorum Hiſpan. Trugillus in Theſauro concionator. Tom. 3. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Malaca*, hac die, in Hiſpania verò ad 28. Iunij.

§. 2. *B. Maria, Virg. Martyr.* [b]] Ita Myræus in Faſtis Belgic. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, & Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, hac die. Hæc autem anno 1290. gladiis impiorum transuerberata, ac terræ defoſſæ iniecta, ſpiritum Deo reddidit, apud VVoluam, pagum Brabantiæ.

§. 3. *S. Marina, Virg* [c]] Iam de ea, ſuperius egimus ad 8. Februarij, in die natali eius: ex compluriũ grauiumque Authorum relatione. Hæc etenim illa eſt *Maria*, ſiue, *Marina*, quæ virili habitu Monaſticam exercuit diſciplinam, *Marinuſque* nomine, dicta eſt: cuius res præclaræ geſtæ narrantur in vitis patrum, lib. 1. apud Roſweydum ibid. in notis ad vitam eius. Poſt Martyrologium Romanum, hac die. & Baronium ibid. in notis. Hoc tamen intereſt, quòd illa dicatur *Bithinia*, iſta *Alexandria*, commorata: quæ loca valdè inter ſe diſſita ſunt: nempe in Aſia & Africa: cùm tamen in vita eius legatur, quòd pater eius abierit ad Monaſterium, quod longè tantum erat de ciuitate ad milliaria triginta duo: vbi cum filia vitam duxit: ideoque videtur dicendum; id fortaſſis incuria ſcriptoris vitiosè irrepſiſſe, vt vnum pro alio poneretur, ſcilicet, *Bithinia*, loco *Alexandria*. Dicitur autem apud Martyrologium Roman. & Florarium MS. Sanctor. hac die. *Paſſa*, & apud Adonem, hac die, *Martyr* cui tamen vetera MSS. contradicunt, & Bellinus, iam in ſuo Martyrologio, vti Molanus expunxit. Niſi quis *Paſſionem*. & quòd *Martyr* dicitur, interpretari malis, quòd multa à fratribus ſuis religioſis paſſa ſit: vti 9. Ianuar. S. *Baſiliſſa*, dicitur *Martyr*, quia multa paſſa fuit, etſi non affecta Martyrio; quòd ſcitè annotauit Roſweydus ſup ſicque hodierna feſtiuitas, de ea habetur in Eccleſia Latina; qua colitur eius memoria.

S. Specioſa, Virg. [d]] Florebat circa ann. 560. De ea agitur in vita ipſius D. Epiphanij Epiſcopi & S. Honoratæ ſororis illius, apud Surium, & alios, 21. Ianuarij. Scribit de ea Ferrarius in SS. Italiæ, & in Catalogo Sanctor. hac die, ex Tabulis Eccleſiæ S. Epiphanij; in qua illius corpus, vnà cum corpore ipſius S. Epiphanij, cuius illa ſoror erat, & aliarum ſororum, requieſcit, & colitur hac die Officio Eccleſiaſtico. Vghellus, Tom. 1. Italiæ ſacræ, in Epiſcopis Papienſ. Coniuncta fuit coniugio. §. 4.

B. Oſanna, Virg. [e]] Arimini habetur in Veneratione: quam ferunt ſine baptiſmo defunctam, ad vitam reuocatam fuiſſe, donec baptiſata, cœli ia- §. 5.

nuam posset lotroire, vt in eius vita MS. legitur: cuius corpus in æde S. Gaudentij seruatur. Teste Ferrario, sup. hac die.

§. 6. *S. Elisabeth, Virg.* [f]] Hæc cùm esset annorum 12. ad Monasterium Virginum Christi in Sconaugia apud Rhenum fluuium, Diœcef. Treuirenf. Domino, sub Regula & habitu S. Benedicti, & Magisterio Hildelmi primi Abbatis, & fundatoris vtriusque cœnobij Monachorum videlicet & Monialium, sincerè famulantium, à parentibus tradita fuit; vbi tam sanctè, purè, ac religiosè vixit, vt multis mirandis reuelationibus Diuinitùs meruerit crebrius in hac mortalitate consolari. Anno namque conuersionis suæ 11. qui fuit ætatis tertius & vigesimus; manus Domini super eam facta est, & cœpit mirabiles habere visiones, chorisque interesse Angelicis, & arcana mentiū Diuinitùs illustrata reuelare. Hæc enim ab annis puerilibus, relicto sæculo, operibus spiritualibus vacauerat: ieiuniis autem semper & orationibus intendebat, atque carnem disciplinans, diris se verberibus flagellabat. Quæ postquam multis virtutibus, spiritu prophetico, & miraculis claruisset: tandem gloriosa migrauit ad sponsum, hàc die, hora nona, de manè, feria sexta, ætatis suæ, anno 36. Christi vero, anno 1164. seu 1165. sepulta in Ecclesia Monasterii S. Floriui. Egregias eius virtutes, ac præclara facinora litteris consignarunt Ecbertus, Monachus Sconaugiæ, itemque Einichon, Sconaugiæ Abbas, Rogerius Cicestriensis, ex Forda, Monachus Anglus, Petrus de natalib. lib. 5. cap. 113. Catalog. Sanctor. Gononus, lib. 2. vitar. patrum Occident. Agunt de ea, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vsuard. Martyrologium Germaniæ Canisij. Wion in Martyrologio Benedict. & libro 5. Ligni vitæ, cap. 87. Trithemius, lib. 5. illustr. viror. Ordin. S. Benedict. cap. 120. & lib. 3. cap. 335. Cratepolius, lib. de Episcopis Germaniæ. Chronicon Hirsaugiense, & Spanheimense: Baptista Fulgosus, lib. 8. Dictor. memorabil. cap. 3. Ferrarius in noua Topographia supra verb. *Schonaugia*, hac die, at Maurolycus & Fœlix, in suis Martyrologijs, die præcedenti. Barnabas de Montalbo, Tom. 1. Chronic. lib. 2. cap. 40. Martinus Delrius, libro 4. Disquisition. Magic. cap. 1. quæst. 3. sectione 4. Henriquez in Menologio Cisterciens. Manriquez in Laurea Euangelica, lib. 3. Disc. 7. Stengelius, in imaginibus SS. Ordin. Benedictin. Schedel sexta mundi ætate, fol. 204. Ludouicus Iacob, in Bibliotheca Illustr. Fœminar.

§. 7. *B. Ioanna, Virg.* [g]] Prima extitit Abbatissa Monasterij S. Claræ Coucæ Camporum, quod est 9. Prouinciæ Conceptionis, in Hispania: quæ integras noctes, integris quoque diebus orationi intenta iungere assueuerat, omnibusque claruit virtutibus: ob quas meruit, vt post eius obitum, multa per eam miracula operatus sit, vixit ad ann. 1460. Hanc commemorant Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud, Gonzaga. part. 5. Orig. Seraphic. Religion. in eo Monasterio. Barrezaus. part. 4. Chronic. Minor lib. 3. cap. 42. Valerius de SS. Fœminis eiusd. Ordin. lib. 4. cap. 34. Wadinghus. Tom 5. Annal. Minor. ad. ann. 1450. §. 41.

§. 8. *B. Osanna, Virg* [h]] Migrauit in cœlum, anno 1505. vti constat ex vita eius; Ferrarius in SS. Italiæ, & in Catalogo Generali Sanctor. ex Tabulis Ecclesiæ prædicator. in qua ipsa condita est, & colitur ex diplomate Leonis X. Pap. vrbe tota ad celebritatem confluente, hac die. Vitam eius scripsit, libris sex Syluester Ferrariensis, Generalis Ordin. S. Dominici. Molanus in Appendice ad Vsuardum, Raissa in Auctario ad natales SS. Belgij. Molani, sub 16. Martij, illius meminere, item Hieronymus Oliuetanus & Seraphinus Razzius, in vita eius: Bosius, Tom. 1. de signis Eccles. lib. 15. capite 23. Vincentius Iustinianus. Tract. de stigmatib. S. Catharinæ Senens. §. 2. Lopetius, part. 4. Ioannes Gauastonus, lib. 2. cap. 27. Hilarion à costa, de fœminis illustr. Ioannes à sancta Maria. 1. part. lib. 3. vitar. SS. Ordin. prædicat. ex Sampayo, &c.

§. 9. *Commemoratio S. Edilrudis, Regin.* [i]] Sic Menologium Scoticum, & Ferrarius sup. ex Trithemio, lib. 3. viror. illustr. Ordin. Benedictin. cap. 155. nam dies festus illius inferius agitur ad 23. huiusce mens.

TERTIO DECIMO CALENDAS IVLII.

BRVXELLIS, Sanctæ [a] Helenæ, Virginis & Martyris. Carthagine, Sanctæ [b] Candidæ, Virginis, Beato Ambrosio Episcopo, notissimæ. Florentiæ Beatæ [c] Iulianæ, Virginis, tertij Ordinis Seruitarum, genere, vitæ sanctimonia, iugique meditatione Dominicæ passionis, & signis admirandis, illustris. Apud Britanniam Armoricam, in pago Leonensis Diœcesis, Depositio Beatæ [d] Riuannonæ, Matris Sancti Heruei, Eremitæ: cuius sanctitatem Deus multis miraculis declarauit. Pisauri, in Marchia Anconitana, Beatæ [e] Michaelinæ, viduæ, Tertiariæ Franciscanæ: quæ nobili exorta prosapia, & multis pœnitentiæ operibus intenta, viuens ac mortua miraculis claruit.

IVNII XIX.

§. 1. *Sancta Helena, Virg. Martyr.* [a]] De ea Ferrarius, & Molanus, hac die. Vide sup. ad 17. Iunij, in eius Translatione.

§. 2. *S. Candida, Virg.* [b]] Claruit temporibus Theodosij Imp. ad ann. 380. cui dexteram S. Ambrosius adhuc iuuenis, Romæ (cùm videret sacerdotis à domestica sorore S. Marcellina, Virgine professa; vel matre vidua, manus osculari) ipse ludens, solitus erat manum offerre ad deosculandum, dicens, & sibi, id ab eis fieri oportere; siquidem Episcopum se

futurum

futurum esse memorabat. Loquebatur enim in illo spiritus sanctus, qui illum ad sacerdotium nutriebat, illa verò, vt adolescentem & nescientem quid diceret, respuebat. Igitur post annos aliquot Ordinationis suæ ad Pontificatum Mediolanensem, circa ann. 375. vel 378. ad vrbem Romam profectus, ibi præfatam sanctam puellam Virginem, cui manum offerre solitus erat, in domo paterna, cum germana; sicut relinquerat inuenit, matre iam defuncta: atque cùm illa dexteram illius oscularetur, subridens, ait illi: Ecce, vt dicebam tibi, sacerdotis manum oscularis. Vide Baronium in notis, ad Martyrolog. Romanum sub 20. Septemb. & in vita eius à se conscripta, præfixa initio operum S. Ambrosij. Post Paulinum presbyterum, in Actis S. Ambrosij, Archiepiscopi Mediolanens. apud Surium 4. April. cap. 2. & 4. Petrum de natalibus, lib. 1. Catalog. SS. cap. 36. & alios: quiquidem præfatus Paulinus, addit, quòd eo tempore, quo ipse hæc scribebat, Carthagine degebat iam anus, circa ann. Christi 398. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 10. Ecclesia 3.

B. Iuliana, Virg. [e]] Florentiæ nobili *Falconeria* familia exoritur, quæ ab ipsis incunabulis, Dei genitricis cultui addicta; vix 15. ætatis annum attigerat,
§ 3. quando Virginitatem suam Christo deuouit, & habitum tertij Ordinis Seruitarum, anno 1284. assumpsit. In eo autem sic vitam instituit, vt duobus cuiusque hebdomadis diebus ieiunaret, nil cibi sumens: scilicet feria 4. & 6. in memoriam Dominicæ passionis, sed sola Eucharistiæ perceptione contenta. Sabbatho verò solùm pane & aqua reficiebatur, in honorem B. Mariæ Virg. Deiparæ. Disciplinis, cilicijs, & zonis ferreis, carnem edomabat. Passionem Dominicam sæpè recolebat. Adeum porro modum in Dominicæ passionis meditatione exardescebat, vt Crucifixi imaginem carni eius iuxta cor impressam, ab iis, qui corpus defunctæ curauerunt, repertam, prodant. Cùm autem, ex ieiunandi assidua consuetudine, continuisque vigiliis, difficillimum stomachi morbum contraxisset, & in extremam ægritudinem incidisset, læta tamen, & ad gaudia paradisi adspirans, nulla querulosa depromebat verba: illud tantum maximoperè dolens, quod aliis sacro-sanctis mysteriis munita, cœleste viaticum Dominici corporis percipere non posset. Excessit è vita, hac die, anno 1341. in Monasterio Annuntiatæ apud Florentinos condita: multis subsecutis miraculis. Cuius caput in vase aureo, in eius sacello asseruatum magnam ibid. habet venerationem. Hæc Michael Pocciantius in Chronic. Ordin. Seruitar. Paulus Florentinus, in suo Quadragesimali, concion. feriæ 2. post 1. Dominicam Quadragesimæ. Archangelus Gianius, part. 1. Annal. Seruitar. centur. 2. lib. 1. cap. 8. & centur. 1. lib. 4. cap. 12. Breuius. Tom. 14. Annal. Eccles. ad ann. 1341. §. 17. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & in SS. Italiæ, hac die. Vghellus, Tom. 3. Italiæ sacræ, in Archiepiscopis Florentinis sub 40. in fin. ann. 1256.

§ 4. *B. Rinamona.* [d]] Scribunt de ea Renatus Benedictus. in vita B. Heruæi, Eremitæ 17. Iunii, ex codice MS. sancti Pauli Leonensis Ecclesiæ Cathedralis, apud Britanniam Armoricam in Gallia, Benedictus Gononus, lib. 1. de vitis patrum Occident. in Actis ipsius D. Heruæi Eremitæ, in hunc modum. *Cùm Defuncto Riguuro S. Heruæi patre, mater se liberam sentiens, iam à longo tempore, soli Deo in solitudine seruire desideraret; relictis omnibus facultatibus, ad desertum euolauit: & sibi tuguriolum ex arborum virgultis construens, in abstinentia, & continuis precibus permansit. Interea, B. Herueus, litteris operam nauans, omnes coætaneos, & bonis moribus, & ingenij acumine præcellebat. Qui cùm quosdam annos in studiis litterarum expendisset, & transactis pueritiæ annis, ad adolescentiæ florem peruenisset; volens videre matrem, quodam viro optimo, Vlphredo nomine, secum assumpto, qui locum in quo mater eius morabatur, sciebat, ad eam profectus est. Inter deambulandum autem, cùm horribilis quidam lupus Vlphredi asinum arripuisset ad deuorandum. B. Herueus in adiutorio Altissimi confisus, ex faucibus lupi asinum eripuit; & quod mirabilius est, eundem asini capistro alligans, reliquum itineris peragere coegit. Igitur ad Tuguriolum matris perueniens B. Herueus; inuenit eam graui quadam infirmitate laborantem. Quam cùm fuisset consolatus: Mater de filii sui gaudens visione, cum eo de multis rebus habens sermonem, tandem dixit, sibi reuelatum fuisse obitum, & quòd in breui migraret ad Dominum. Paucis igitur elapsis diebus, cùm diem obiisset: B. Herueus deuotè & reuerenter, eam in loco sepulturæ tradidit.* Scilicet in oratorio; nunc ædes est parœchialis Landthouarne, Diœces. Leonens. vocabatur hæc Dei famula *Rinamona*: teste Alberto Magno in SS. Britanniæ Armoricæ.

B. Michaelina, vidua. [e]] Pisauri, nobili genere *Metellorum*, patre Antonio *Pardi*, progenita, viro illustri ex *Malatestis*, copulatur coniugio; & § 5 filium vnicum enixa Pardinum, maritum perdidit anno ætatis 20. ac paulò post puero etiam se orbatam vidit. Quare facultatibus in pauperes erogatis, habituque tertii Ordin. S. Francisci suscepto; vitam duxit planè cœlestem. Nam charitatis operibus, & egenorum obsequiis addicta, Christi colloquio est potita: quo validiùs excitata, maiori conatu, Diuinis se deuouit actionibus. Vtque in lasciuiente ætate corpus seruaret illibatum, ferro cilicioque præcincta, cathenis ferreis carnem domabat, humi, vel in nuda Tabula cubabat; orationi flexis genibus, tãta assiduitate vacabat, vt ex vulnerato poplite vermes scaturirẽt: cibus & potus, vt plurimùm, panis & aqua. Porrò, à conuersationis primordijs, Christo crucifixo vehementer compassa, & amoris eius ignibus exardescens; locum, in quo suus amor fuit crucifixus, decreuit inuisere. Annis perindè maturior, nacta opportunitatem nauigij, & honesti Comitatus, transfretauit Hierosolymam: vbi loca omnia sacris Christi vestigiis, aut sanctorum memoriis consecrata deuotè perlustrauit: Virtutibus & pietate illustrem ampliùs miraculorum gloria Dominus illustrare voluit. Cursu tandem consummato fideliter, piisque laboribus confecta, migrauit ad Christum, anno 1356. hac die, ætatis suæ, anno 56. in ipsa solemnitate Pentecostes: cuius corpus magna cum deuotione sepultum est in Ecclesia Conuentus S. Francisci Pisauriensis, concurrente populo, & vrbis Magistratu. Multis statim post mortem clarere cœpit miraculis: quæ ex testium depositione, suis actis exceperunt Cerculus, & Bernarbuccius, Pisaurenses Notarij. Scribunt vitam eius, Anonymus coæuus, & Marianus Florentinus, in Appendice, lib. 2. latino sermone. Italico autem typis Ariminensibus, anno 1585. edidit Tossinianus; Hispanico, Vlyssiponens. part. 1. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 17. Agunt de ea Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud: Pisanus, lib. 15. Conformitat. fruct. 8. part. 4. De Bustis, part. 2. Rosarij Quadragesimal. concion. 27. part. 2.

Gonzaga. part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in BB. Fœmin. 2. & 3. Ordin. Minor. Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Castellæ, cap. 6. De Torrez, in practicis exhortationib. super Regul. Tertiar. Minor. pag. 38. De Sillis, in cap. 1. eiusd. Regul. Valerius. De SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 5. Wadinghus Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1356. §. 23. 24. & seq. item, ann. 1399. §. 35. Bzouius. Tom. 14. Annal. Eccles. ad ann. 1356. §. 32. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. 19. Ianuar. 19. & 21. Iunij, ac in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Pisaurum*, & in SS. Italiæ, hac die.

DVODECIMO CALENDAS IVLII.

TOMIS in Ponto, Sanctarum [a] Fœlicis & Fœlicianæ, Virginum & Martyrum. In Polonia, Passio Beatæ [b] Benignæ, Virginis & Martyris, Ordinis Cisterciensis: quæ à Tartaris Monasterium Vratislauiense inuadentibus, propter fidei confessionem, & virginitatis integritatem seruandam, crudeliter occisa, ad cœlos euolauit. Hispali in Hispania, Sanctæ [c] Florentiæ, Virginis, Abbatissæ, Ordinis Benedictini, Sororis Sanctorum Leandri & Isidori Episcoporum: quæ magna gratiæ cœlitùs acceptæ edidit opera; quibus sibi subditis sanctissimè præfuit, ac profuit. Truncini propè Gandauum, Depositio Sanctæ [d] Aldegundis, Virginis, eiusdem Ordinis, filiæ Sancti Basini, è Regia Francorum stirpe Principis & Martyris: quæ in oculis suis humilis facta, cum Christo sponso creuit hic in gratia, & illic apud ipsum in gloria. Apud Belunum in Marchia Treuisana, Beatæ [e] Auatiæ, Deo Amabilis fœminæ, meritorum gratia conspicuæ. In Monasterio de Monticulo, apud Florentiam, Beatæ [f] Helciæ à Puccio, Virginis, Clarissæ, doctrina, sanctitate, & spiritu prophetico admodùm illustris. In Pago Santonensi, Translatio Sanctæ [g] Gemmæ, Virginis & Martyris. Augustæ Treuirorum, Sanctæ [h] Ælyæ, Abbatissæ, Ordinis Benedictini, ingenti virtute ac Monasticа obseruantia insignis. Atinæ in Latio, Memoria Sanctæ [i] Dariæ, Martyris. Antissiodori, Translatio sanctæ [l] Helenæ, Virginis. Gandaui Commemoratio sanctæ [m] Idæ, viduæ, Martyris. VVinoci-Bergis, Translatio [n] S. Idubergæ, Virginis. Agathæ in Volcis Arecomicis, Repositio Corporis sanctæ [o] Florentiæ, Martyris. Binchij in Hannonia, Translatio sanctæ [p] Amalbergæ, viduæ, ex cœnobio Laubiensi. Senonis, Commemoratio sanctæ [q] Florentiæ, Virginis.

IVNII XX.

§. 1. SAnctarum F[illegible], &c. Virg. Martyr. [a]] Ita Petrus de natalib. lib. 11. Catalog. Sanctor. cap. vltim. §. 176. hac die. Notkerus, & Gallesinius, in suis Martyrologiis.

§. 2. *B. Benigna, Virg. Martyr.* [b]] Agit de ea Henriquez, in Menologio Cisterciensi, hac die, ex Relatione MS. Sanctor. Poloniæ Francisci Biuarij: cuius Martyrium, vt ex Cromero colligere potest, accidit tempore Henrici Pij, Henrici Barbati filij; nam tunc Tartari Silesiam ingressi, omnia igne & cæde vastantes, continuato cursu, ad Vratislauiam, festinauerunt, vbi multos circum circa aufugientes, crudeli strage necauerunt.

§. 3. *S. Florentia, Virg. Abbatiss.* [c]] A iuuentute sua, votum emisit castitatis: quare mortuis parentibus, mundum reliquit, & se Christo consecrauit. Abbatissa fuit Monasterii de Ecya, circa ann. 590. Deo seruiuit in tanta vitæ perfectione, & tam singulari exemplo, vt meruerit sub regimine suo & gubernatione, multa habere Monasteria, in quibus erant innumerabiles propè sacræ Virgines: inter alia autem opera, quæ scripsit S. Leander, Hispalensis Archiepiscopus, duo ex his dicauit huic sorori suæ; cui præcepta dat vitæ Monasticæ, decerpta, ex Regula S. Benedicti, quam illa profitebatur. Eius sacrum corpus quiescit Berzocoнæ iuxta Guadalupam. Nominatur quandoque *Florentina*, & *Iustina*. De ea Beda, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibidem in notis. Breuiarium Toletanum Wion. in Martyrologio Benedictino. Gallesinius, & Fœlix, in suis Martyrologiis. Villegas in Flore SS. Hispan. Morales, lib. 12. Histor. Hispan. cap. 5. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Hispalis*. At Trugillus, Tom. 2. Thesauri Concionatorum, ad 14. Martii. De ea Surius, in Actis SS. Leandri, Fulgentii & Isidori, 7. Februar. ex Prudentio Sandouali, cap. 2. & 3. Ludouicus Iacob, in Bibliotheca illustr. fœminar. ex aliis. Stangelius in imaginibus SS. Ordin. Benedicti, Grisius, de clericis Regularib. sect. 10. 6. 8.

S. Aldegundis, Virg. [d]] Truncini extra Gandauum, §. 4.
vbi Deo seruierat, anno 640. simul cum patre requiescit

quiescit in Abbatiali Ecclesia B. Mariæ Præmonstratens. Ordinis; iuxta Molanum in Additionib. ad Vsuard. & in indiculo SS. Belgij. VVionem sup. & lib. 4. Ligni vitæ, cap. 58. Baronium in notis. ad Roman. Martyrolog sub 30. Ianuar. Saussayum in Martyrologio Gallicano, hac die. Myræum, in Fastis Belgic. & Ferrarium in Catalogo Generali SS. ead. die. Simon. Martinum 30. Ianuar. Sanderum. in Agiologio Flandr. hac die.

§. 5. *B. Auaiæ.* [e] Ex monumentis Ecclesiæ Belunensis, & vita eius MS. illius dies festus, non absque incolarum, & vicinorum populorum confluentia, hac dio, celebratur; teste Ferrario, hac die, sup.

§. 6. *B. Helenæ, Virg.* [f] Claruit hæc religiosissima Virgo apud Monasterium de *Monticello*, prope Florentiam; vbi sanctissimam vitam ducens, & meritis cumulata quamplurimis, fœliciter obdormiuit in Domino, anno 1340. ibique apud Florentiam iacet. Translatis quippe omnibus sanctimonialibus ex eo Monasterio ad aliud nouum Florentiæ extructum, anno 1561. veteris nomen haud amisit; dictumque est Monasterium Monticelli, non iam propè, sed apud Florentiam. Agunt de ea Martyrolog. Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum. Marcus Vlyssiponens. part. 2. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 34. VVadinghus. Tom. 2. Annal. Minor. ann. 1261. §. 7. & ann. 1264. §. 5. item. Tom. 3. ad ann. 1320. §. 2. 3. 4. ex Mariano, lib. 4. cap. 5 Thielmans, Tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Tossinianus, lib. 1. Histor. Seraphic. in ea, quam *Helenam Pulciam* vocat.

§. 7. *Translatio S. Gemmæ, Virg Martyr.* [g] Hæc Christo ab infantia deuota, eidem pretiosum Virginitatis munus Diuinitùs afflata consecrauit. Indeque cùm eximia corporis pulchritudine floreret, quam mentis præcellæ dotes mirificè adornabant, à patre Catilio, viro consulari, Gallæciæ ac Lusitaniæ præside, ciue Braccarensi, & eius terræ Regulo, vt nuberet iuueni nobilissimo; modis omnibus tentata, sed frustra: iussu eius in carcerem coniecta, tamdiu virgis & tormentis cæsa est, vt in ipsis lanienis penè expirauerit: Cuius festum, apud Aquitaniam, in prioratu sui tituli solemniter celebratur, à Monasterio *Casa Dei*, in Aruernia, Diœcesis Claromontensis dependenti, ob sacras illius Reliquias ibidem asseruatas; vti scribit Saussayus, in supplemento Martyrologij Gallicani, hac die: cætera vide inferius ad 16. Augusti in die eius natali. Extat sanctæ Gemmæ olim Abbatia, nunc prioratus Fœminar. propè Drocas Carnotens. Diœces. & alius prioratus Virorum in Diœces. Suessionens. apud Galliam Christianam.

§. 8. *S. Ælyæ, Abbatiss.* [h] Florebat ann. 750. Apud Treuiros, quarta Abbatissa, ex libro Monasteriorum Germaniæ. VVion sup. Ferrarius item sup. hac die, & in noua Topographia sup. verb. *Treuiri.* Saussayus in supplemento Martyrologij Gallicani, eadem die. Yuanca, de viris illustrib. Ordin. Benedict. Brachium S. Helyadis seruatur Abbatisvillæ, apud sorores Griseas: iuxta Ignatium Ioseph, lib. 1. Histor. Ecclesi. Abbavillæ, cap. 6.

§. 9. *Memoria S. Dariæ, Martyr.* [i] De ea superius egimus ad 12. Iunij: verùm, cùm, ex alia supputatione. S. Nicander Martyrium subierit 17. Iunij, iuxta Martyrologium Romanum, & B. Daria, passa sit post triduum, scilicet 20. Iunij, ea propter Atiuæ, hac die, ipsa S Daria colitur, ex Tabulis Ecclesiæ Attinatis: & Ferrario, tum in noua Topographia, sup. verb. *Attina*, tum in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ac in SS. Italiæ.

§. 10. *Translatio S. Helenæ, Virg.* [l] Ita Saussayus, in Martyrologio Gallicano, hac die. at Petrus de natalib. sup. lib. 11. cap. vltim. §. 146. die sequenti.

§. 11. *Commemoratio S. Idæ, viduæ, Martyr.* [m] Sic Ferrarius sup. in Catalogo Generali Sanctorum, hac die: quam, inquit, sanctæ Vrsulæ matrem ferunt: sed perperam, cùm *Daria* nomine vocetur: infra, ad 21. Octob. Quare, loco, viduæ, Martyris, opinor fore legendum, viduæ, matronæ: quæquidem eatinè toto Belgio notissima. Sandero in Hagiologio Flandr. cuius corpus quiescit Gandaui in parœchiali Ecclesia S. Ioannis, quæ nunc est Cathedralis S. Bauonis.

§. 12. *Translatio S. Iduberga, Virg.* [n] Sacræ eius Reliquiæ translatæ sunt ex Anglia, Bergam sancti Winoci, Diœcesis Andomatensis, anno 1038. sub Drogone Morinorum Episcopo, simul cum corpore S Oswaldi Regis Angliæ, & iterum per Adamum Episcopum Morinens anno 1221. hac die; de quibus Molanus in Additionibus ad Vsuard. & in indiculo SS. Belgij, VVion. in Martyrologio Benedictin. quam putat eam esse, de qua sup. 21. Maij. Saussayus in Martyrolog. Gallican. Ferrarius in Catalog Generali SS. ead. die. Gononus in Actis S. Venantij Martyr. Eremitæ, lib. 4. vitar. patrum Occident. Porro sacrum ipsius S. Isbergæ corpus intra densiores Syluas in crypta Petro-Bergensi delitescens mansit intactum & inuisum prædonibus Normannis; Malbrancque. Tom. 2. de Morinis, lib 6. cap. 37. ann. 881. lib. 8. cap. 34. & 52. & in Scholiis, ibid. Sanderus in Hagiologio Flandr.

§. 13. *Repositio S. Florentiæ, Martyr.* [o] Ita Saussayus, in Martyrologio Gallicano, hac die, ibidem, Martyrio coronatæ.

§. 14. *Translatio S. Amalbergæ, viduæ.* [p] De huiusmodi celebritate scribunt, Molanus in indiculo SS. Belgij, Saussayus in supplemento Martyrolog. Gallicani, & Ferrarius, in Catalogo Generali Sanctor. hac die.

Commemoratio S. Florentiæ, Virg. [q] Memoratur à Molano, in Additionib. ad Vsuard. & Saussayo in Martyrologio Gallicano, hac die.

VNDECIMO CALENDAS IVLII.

ROMÆ, natalis Sanctæ [a] Demetriæ, Virginis; quæ sub Iuliano Apostata, Martyrio coronata est. Syracusis in Sicilia, Passio Sanctæ [b] Martiæ, Martyris. In Anglia, Commemoratio plurimarum Sanctarum [c] Martyrum, Virginum, ac mulierum quæ pro Religionis Catholicæ defensione sunt necatæ. Valentiæ in Hispania Tarraconensi, Beatæ [d] Catharinæ Texadæ, Carmelitanæ, quæ virtute abstinentiæ, dono orationis, & regulari obseruantia admodùm enituit. Hispali in Hispania, Beatæ [e] Leonoræ Gusmaniæ, Virginis Clarissæ: quæ Abbatissa electa, suæ alta prosapiæ despiciens, in maxima humilitate, paupertate, oratione, atque pœnitentia, vitam duxit admirandam. In Insubria, Beatæ Angelæ Brixianæ, institutricis Vrsulanæ sodalitatis: quæ à spiritu sancto edocta, summis virtutibus mirificè refulsit.

IVNII XXI.

§. 1. *Sancta Demetria, Virg. Martyr.* [a]] Nobili genere nata, Christiana fide nobilior fuit. Mortuis autem piis parentibus, bonis omnibus, vnà cum S. Bibiana, sorore sua, expolitur Apronianus vrbis prætor, pecuniis inhians, sorores persequitur, quas humana prorsus ope destitutas, Deo mirabiliter, qui dat escam esurientibus, enutriente, cùm viuaciores, vegetioresque conspexisset, vehementer est admiratus. Suadet nihilominus Apronianus, vt venerentur Deos Gentium, amissas id dopes, Imperatoris gratiam, præclarissimas nuptias consecuturæ. Si secus fecerint, minatur carceres, virgas, secures. At illæ, neque blanditiis, neque minis, à recta fide declinantes, paratæ potiùs mori, quàm fœdari moribus ethnicorum, prætoris impietatem constantissimè detestantur. Quare ipsa Demetria, oboculos Bibianæ, crudelissimè verberata, repentè corruens, obiit in Domino. De ea Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 4. Annal. Eccles. ad ann 362. Ferrarius de SS. Italiæ, ead die, Claudius Decret. in vera vidua, part. 2. vbi de S. Dafrosa, vidua Martyre 4 Ianuar Vincentius Beluacens lib. 40. specul. Historial. cap. 38. Petrus de natalib. lib. 5. Catalog Sanctor. cap. 135. Bergomas, lib. 9 supplementi Chronicar. ad ann. 364. hac di, sed lib. de claris mulieribus, cap. 134. die sequenti, cui adstipulatur Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. ex Gallesinio. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 2. Ecclesia 15. Schedel sexta mundi ætate, fol. 152. Gallonius de Virgin. Roman.

§. 2. *S. Martia, Martyr.* [b]] De ea Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, Wandelbertus, & Baronius ibid. in notis, hac die: Petrus de natalibus, lib. 11. sup. cap. vltim. §. 177. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Syracusa*, & in SS. Italiæ.

§. 3. *Commemoratio SS. Virg. &c. Martyr.* [c]] Inter has ab anno 1580. præfulsere, *Elisabetha Bartona*, Monialis, laude sanctitatis, ac Diuino prophetiæ spiritu maximè insignis, quæ ob id vulgò, *Sancta Cantiana* dicebatur: sententiam mortis tulit. *Maria Ardena*, similiter capitis est damnata: Aliæ verò in carcere, & vinculis detentæ, obierunt; aut in exilium actæ, summam egestatem perpeti non cohorruerunt, glorioso fine occumbentes: quarum nomina, palmas, ac victorias recenset. Bosius, Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 12. Quercetanus, lib. 20. Histor. Anglic. in Henrico 8. Rege, sub ann. 1534 & seq. decantat verò carmine. Iosephus Castalio sic.

Virtus nobilium qua noua Virginum,
Sese sydereis sedibus inserit? &c.

B. Catharina.] Valentiæ nata, illic apud Monasterium incarnationis, Carmelitani Ordinis, Religionis habitum sumpsit. Virago sanè, cœlesti spiritu omnigenæ virtutis clarissima, summa virtute patientiæ & abstinentiæ reluxit. assiduè solo pane & aqua contenta, plures quadragesimas ieiunauit: ter per quamlibet diem, sanguinolentis disciplinis corpus edomabat; orationi & contemplationi iugiter vacabat, in qua sæpè ecstasim passa, pluribus dignata est cœlestibus reuelationibus, excessit è sæculo, ann. 1541. sanctitatis odore vniuersum populum relinquens respersum: prout testatur Antonius Alegre, in paradiso Carmelitici decoris, statu 4. ætat. 17. post Christum, cap. 431. §. 4.

B. Leonora, Virg. [e]] Inter cæteras sanctissimæ vitæ Moniales, quæ Hispalis, in Monasterio S. Claræ, virtutibus atque religione floruerunt: longè emicuit hæc B. Leonora *Gusmania*, ex Ducum Methymnæ Sydoniæ familia originem trahens. Quæ sanguinis claritate resplenduit: ita quoque vitæ sanctimonia, atque nitore virtutum claruit. Cùm enim octennis vtroque parente orbata, temporalibus diuitiis afflueret, ac sub auunculi cuiusdam tutela diligentissimè constituta, & vnde. suæ ætatis annum attingens, ab eo maximè sollicitaretur, vt temporali sponso nuberet, nunquam eam in sententiam adduci potuit. Aiebat siquidem se Christo cœlesti sponso, à plurimis diebus nupsisse: nec posse, citra eius iniuriam, alteri desponsari. Cumque timeret ad temporales cogi nuptias, astu quodam religionem ingressa est. Finxit enim se maximo inuisendæ materteræ, (quæ tunc Monasterij S. Agnetis apud Hispalim agebat Abbatissam) desiderio teneri: quapropter ad illam ducta, dùm quasdam alias Moniales in Monasterij porta alloqui simulat, loci penetralia leui pede propinquis petiit, à quibus nullo pacto excludi potuit. Minitantibus verò præfato loco reditum, omnibus eius, tum sanguineis, tum quoque affinibus; ex Catholicorum Hispaniæ Regum, Ferdinandi atque Elisabethæ mandato, ad S. Claræ Monasterium, vt co- §. 5.

ram

ram Hispalensi Archiepiscopo, atque Regio ciuitatis gubernatore, mentis suæ propositum liberius aperiret, translata est. Quæ tamen in sententia persistens, liberè coram toto illo nobilissimo consessu fassa est, se indè nullo pacto, nisi in frusta diuellendam: insuper & addidit, vt se sui Christi sponsi dulcissimis alloquiis frui sinerent. Ab igitur tempore, tota illa necessariorum, atque sanguine coniunctorum, tempestas cessauit. Ingressa est itaque Religionem, cùm annum ageret 12. atque in ea per sexaginta & nouem annos, in maxima paupertate, profundissima humilitate, incredibili pœnitentia, atque continua oratione; per 28. annos subdita, sed per 41. Abbatissa, licet inuita, perseuerauit; ab anno, scilicet 1520. vsque ad ann. 1589. quo obijt. Cuius corpus, cùm 13. continuis mensibus, in quodam subterraneo sepulchro, humido, atque corrumpendis corporibus aptissimo, perseuerasset: nihilominus imputre omninò & incorruptum inuentum est, quod miraculo omnibus tributum est. Eade causa ad nobilius quoddam Mausolæum, sibi in choro à monialibus erectum, honorificè translatum est, vbi magna fidelium veneratione colitur. Agunt de ea Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud. Gonzaga, part. 4. Origin. Seraphic. Religion. in prædicto Monasterio S. Claræ Hispalensi, quod est 1. Prouinciæ Beticæ. Barrezzus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 29. VVadinghus. Tom. 2. Annal. Minor. ann. 1293. §. 9.

B. Angelæ. [f]] Fuit verò S. Vrsulæ sodalitas muliebris instituta ab ipsa Christi sponsa B. Angela, probante Gregorio 13. anno 1572. die 24. Nouemb. petentibus Cardinale, S. Carolo Borrhomæo, & Paulo-Leone, Episcopo Ferrariensi, sub patrocinio S. Vrsulæ, primiceriæ xi. millium Virg. & Martyr. vti testantur Gallia Christiana, in Archiepiscopis Burdegalens. in fin. Petrus à S. Romualdo, in Thesauro Chronologico, ad ann. Christi 1572. & alij recentiores. De huiusmodi instituto, vide Acta Ecclesiæ Mediolanens. sub S. Carolo Borrhumæo, Archiepiscopo. Grisium de Clericis Regularib. sect. 15. §. 18. & 19. & Albertum magnum in vitis SS. Britann. vbi de S. Vrsula, 11. Octobr. in fin. qui tamen omnia confundens: scribit primiceriam huiusce Congregationis fuisse. B. Angelam à Fulginio Virginem, circa ann. 1328. quod extra verum est: quando quidem ipsa B. Angela Fulginas, vidua extiterit, mortua ann. 1309. die 4. Ianuar. sup. obmitto extera historiæ atque Chronologiæ omnino repugnantia, ab eodem illic addita. Porro, Lutetia Monarcharum Galliarum Regia idem institutum suscipiens, Paulus V. suo Breui comprobauit, ann. 1611. die 23. Septemb. Vide vitam ejus Brixiæ typis mandatam, ann. 1600. apud Vincentium Sabbium. §. 6.

DECIMO CALENDAS IVLII.

IN Anglia, Passio plurium Sanctarum [a] fœminarum Martyrum; quas Diocletiani Imperatoris persecutio prouexit ad cœlos. In Monasterio Cluniacensi, Sanctæ [b] Consortiæ, Virginis: quæ Christo, in omni pietate adhærens, à cupiditate gloriæ immortalis, nusquam destitit, donec ea fœliciter potita sit. Mediolani, Beatæ [c] Iuliæ, Virginis Clarissæ: quæ Religionis studio ita exarsit, vt cæteras consocias ad totius perfectionis viam, suo exemplo vehementer accinxerit. Romæ, Beatæ [d] Altrudis, eximiæ sanctitatis fœminæ, Tertiariæ Franciscanæ; admirandis virtutibus conspicuæ. Aueiri in Territorio Connymbricensi, Beatæ [e] Isabellæ Ludouici, Virginis, Ordinis prædicatorum, mira sanctitate gloriosæ. Apud Bingium, Germaniæ Monasterium, Diœcesis Moguntinæ, Translatio Sanctæ [f] Hildegardis, Virginis. Apud Sithium, in Monasterio Sancti Bertini, Audomarensis Diœcesis, susceptio Corporis Sanctæ [g] Rotrudis, Virginis, ex Andrensi Angliæ Monasterio. In Frisia iuxta Groningam, Translatio Sanctæ [h] Therasiæ, vxoris Sancti VValtfridi, Martyris.

IVNII XXII.

§. 1. P*Assio SS. Fœminar. &c.* [a]] Tempore Diocletiani Imperatoris, circa ann. 299. persecutio crudelis Oceani littus transgressa, complures viros ac fœminas, fœlici morte damnauit: qui diuersis cruciatibus torti, & inaudita membrorum discerptione lacerati, animas ad supernæ ciuitatis gaudia, perfecto agone miserunt: ita Molanus, in Additionibus ad Vsuardum, hac die, post Bedam. libro 1. Histor. Ecclesiast. Anglor. cap. 6 & 7. Petrum de natalibus, lib. 5. Catalog. Sanctor. cap. 133. & alios in Actis S. Albani Martyris, ead. die.

§. 2. *S. Consortia, Virg.* [b]] De ea agunt hac die, Beda, Martyrologium Romanum, Baronius ibid. in notis. Molanus sup. Gallesinius, Maurolycus, Fœlix, in suis Martyrologiis. VVion in Martyrologio Benedictino. Ex Tabulis Cluniacens. Fuerunt *Consortia* & *Tullia*, duæ filiæ S. Eucherij iunioris, postea Lugdunensis Archiepiscopi, quarum meminit Ado ad 16. Calend. Decemb. Seuertius, & Saussayus ibid. in Martyrologio Gallicano. An autem B. Consortia, de qua agimus, eadem sit, condita postmodum in Cluniacensi Monasterio, Baronio hactenùs incompertum habetur sup. fuisse autem videtur, Ferrario in noua Topographia ad Martyrologium Roman.

verb. *Cluniacum.* Seuertio, Sauſſayo ſup. Simoni Martino, & aliis hac die. B. Tullia, parentes anteiuit ad gloriam, quibus & plura cœlitùs reuelauit: in his, D. Conſortiam, germanam ſuam in Virginitate Deo gratum famulatum vbi perſoluerit, ſimili laurea gloriæ ſecum inter Beatas Virgines petituram. Igitur S. Conſortia, à patre in ſpelunca concluſo ſibi permiſſa; iam nubilis ad nuptias ab Aurelio expetita, Christum ſponſum præelegit, hæc poſtulanti affata: Sponſum habeo Chriſtum, qui me non derelinquet, donec in ſuum thalamum introducat: itaque patre poſt Epiſcopatum Lugdunenſem defuncto, circa ann. 530. Xenodochium & Eccleſiam ex bonorum ſuorum parte ædificauit: quarum confirmationi, & ſtatus ſui tranquillitati conſultura, Clotharium, Francor. Regem adiit. Cæterùm, quod pulcherrima & ditiſſima eſſet, iterum ſollicitata de nuptiis: cùm acriùs vrgêretur, numen ſupplex precata eſt, ne ſerpens antiquus in ſe hac impetitione præualeret. Exaudiuit Chriſtus puellam, in neceſſitate clamantem, ſubmoto de medio effreni adoleſcente. Quo beneficio magis erga Chriſtum incenſa, in ipſius religioſo conſenuit obſequio: ac demùm coronata liliis puritatis, charitatiſque monilibus exornata, abiit in cœlum: quæ in territorio Aquenſi, paterno agro, ſepulturam accepit. At cùm Virginali è corpore magni erumperent Diuinæ glorificationis fulgores, exindè ad Cluniacenſ. cœnobium tranſlata eſt. Extat in Diœceſi Lugdunenſi, Eccleſia parœchialis ſub ſanctæ huius Virginis inuocatione, ad Bimilliare Occiduum ciuitatis, apud quam ex Prouinciæ viciniis frequens fit clientum deuotorum concurſus, pro ſanguinis fluxu comprimendo beatæ huius Virginis ſubſidium depoſcentium: Vide Seuertium, in Chronologica Hiſtoria Archiepiſcop. Lugdunenſ. ſub S. Eucherio 2. Archiepiſcopo 30. §. 2. & 3.

§. 3. *B. Iulia. Virg* [c]] Inter cæteras Virgines ſanctitate illuſtres, præfulſit in Monaſterio S. Vrſulæ Mediolani, cui per annos 30, B. Catharinæ Bononienſis, eiuſd. Ordinis, (de qua 9. Martij ſup.) frequenter appatuit, de rebus differens cœleſtibus: quæ ab ea audiuit arcana propria manu ſcripſit, in libro, quem penes ſe retinuit Cardinalis Paleottus, Archiepiſcopus Bononienſis. Memoratur in Martyrologio Franciſcano, hac die, Annotationib. ad illud. VVadingho. Tom. 6. Annal. Minor. ad ann. 1463. §. 136.

B. Altrudis. [d]] Cùm B. Virgo Margarita *Columna*, (de qua ad 30. Decemb.) Romam cum fratre ſuo Iacobo, Cardinale, abiiſſet, Apoſtolorum limina viſitatura, illicque percepiſſet hanc S. Fœminam ſub habitu S. Claræ, Deo, in propriis ædibus perfectiſſimè ſeruientem, eam inuiſit: & cum eadem per aliquot tempus remanſit, illi humillimè ſeruiens, & virtutes eius admirans: vti teſtantur Martyrologium Franciſcanum, hac die, Annotationes ad ipſum, VVadinghus. Tom. 1. ſup. ad ann. 1284. §. 8. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. & quotquot res geſtas ipſius B. Margaritæ à *Columna* recenſuerunt. §. 4.

B. Iſabella Ludouici. [e]] Vna fuit ex primis fundatricibus Monaſterij de Ieſu, apud Anteirum, quæ, hac die, etiam lætantibus viſibiliter Angelis, anno 1542. cœlum inuecta eſt: cuius virtutes commemorat Ioannes à ſancta Maria, part. 2. lib. 1. vitarum SS. Ordin. prædicat. ex Lopezio. Tom. 2. libro 3. cap. 9. ibid. §. 5.

Tranſlatio S. Hildegardis, Virg. [f]] Illius meminerunt, Maurolycus, Fœlix, VVion, ſup. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. Petrus de natalibus. lib. 5. cap. 139. ibid. hac die. Vide infra ad 17. Septemb. §. 6.

Suſcepiio Corporis S. Rotrudis, Virg [g]] De hac B. Ortrude, ſeu Rotrude, agunt Molanus in Additionibus ad Vſuardum, hac die, & in indiculo SS. Belgij. Galleſinius, & VVion ſup. Ferrarius, in noua Topographia ſup. verb. *Sithium*, & iterum ibidem in Additis, tumque in Catalogo Generali Sanctorum, hac die, Myræus in Faſtis: quibus videtur aduerſari Sauſſayus, in ſupplemento Martyrologij Gallicani, ead. die, hiſce verbis. *Giſna in Picardia, ſub Præſulatu Boniuenſi, ſanctæ Ortrudis, Virginis Deo charæ: cuius corpus ſacrum, ibidem religioſè conditum eſt*: niſi illuc poſtea fuerit tranſlatum totaliter: aut in parte. Vide Malbrancque. Tom. 2. de Morinis, lib. 5. cap. 33. 34. & lib. 8. cap. 70. §. 7

Tranſlatio S. Teraſiæ. [h]] Ita Molanus, in Additionibus ad Vſuardum, hac die: & in indiculo SS. Belgij. §. 8.

NONO CALENDAS IVLII.

ROMÆ, Sanctæ [a] Agrippinæ, Virginis & Martyris, ſub Valeriano Imperatore: cuius corpus in Siciliam Tranſlatum multis miraculis coruſcat. Nicomediæ, Commemoratio plurimarum Sanctarum [b] Martyrum: quæ in montibus & ſpeluncis, tempore Diocletiani latentes, pro Chriſti nomine, Martyrium læto animo ſubierunt. In Anglia, apud Benedictinum Elyenſe Monaſterium, Sanctæ [c] Ediltrudis Reginæ, & Virginis, filiæ Annæ Regis Orientalium Anglorum: quæ Abbatiſſa effecta, ſanctitate, & miraculis clara, migrauit ad Dominum: cuius corpus vndecim poſt annis inuentum eſt incorruptum. In Haſbania, apud Trudonis fanum, Leodinenſis agri oppidum, Tranſitus Sanctæ [d] Chriſtinæ, Virginis, moribus & vitæ integritate admirabilis. Ogniaci in Diœceſi Namurcenſi, Beatæ [e] Mariæ, viduæ Recluſæ, admirandæ ſanctitatis fœminæ, Ordinis Ciſtercienſis; quæ miraculis, reuelationibus, præclaris virtutibus, ac ſpiritu prophetico inſignis, ad cœleſtem patriam conſcendit. In Territorio Palentino, circa Tordeſillarium

pagum, Beatæ [f] Mariæ à Queto, Virginis, Clarissæ: quæ admiranda religione ac pietate pollens, sancto fine quieuit.

IVNII XXIII.

§. 1. *Sanctæ Agrippinæ Virginis & Martyr.* [a]] Virgo Romana extitit, virginitate & animi fortitudine decorata: quæ Deo ipso desponsata, alacri spiritu, ad martyriumcu currit, & propter amorem sponsi sui Christi. multis cruciatibus seipsam tradidit. Itaque virgis cæsa, vinculis, carceribus, & torturis afflicta, in tormentis ipsis animam Deo commendans, Martyr excessit. Eius sacrum corpus, Bassa, Paula & Agathonices clam susceptum ex vrbe Roma in Siciliam transtulerunt. Agunt de ea martyrologium Romanū hac die, Baronius, Ibid in notis. Molanus in additionibus ad vsuard Ferrarius in. SS. Italiæ, & in noua Topographia, ad martyrolog. Romanum. veb. *Sicelia.* Græci in Menologio, hac die, Gallonius de virginibus Roman.

§. 2. *Commemoratio S. S. Martyr.* [b]] Haud dubium est, inter illos Martyres, mulieres adfuisse complures: quarum meminit Martyrologium Roman. hac die, & Baronius Ibid. in notis. Quantum verò in Christianos sæuitum sit Nicomediæ, temporibus Diocletiani Imperatoris, qui illic diutius consedit: scribit Eusebius lib, 8. Histor. Ecclesiastic. cap. 1, 2. & seq. Item, Res gestæ SS. Indes & Domnæ apud Metaphrasten, die 16. Decemb.

§. 3. *S. Edilrudis Regina.* [c]] A nonnullis nominatur *Edildrudis. Edildrida, Edilrudis. Etheldreda, Ethrildrida, Ethrildrutha. Grlhruda, Anglicè, Audry.* Regi Angliæ Egfrido, in matrimonio iuncta; virgo tamen permanet, ac tandem ex eiusdem Regis consensu, ipsa Regali diademate contempto, in Coldingensi monasterio, Christo Regi immortali se consecrauit anno 672. quo in magna vixit austeritate vitæ. Postanhā verò sacris illis virginibus præfuit Abbatissa Elingensis, quas sanctissimis vitæ cœlestis exemplis & & monitis ad omnem sanctitatem informauit, vnaq; secum plurimas ad portum salutis æternæ fœliciter perduxit. Agunt de ea Beda Vsuardus, Ado, martyrologium Romanum. hac die, Baronius ibid. in notis. & Tom. 8. Annal. Ecclesf. ad annum 680. in annotationibus ad Vsuard. Galesinus, Maurolicus, Fœlix. in suis Martyrologiis. Ferrarius in noua Topographia. sup. verbi *Britannia maior.* & *Elge.* Wion in Martyrologiō Benedictino. ead. die Menardus Ibid. lib. 1. obseruationum ad illud. Sigebertus in chronic. ad annum 683. Marianus Scotus lib. 2. eod. anno Malmesburiensis. lib. 2. de Gestis Regum Anglor. cap 13. Wigormiensis, ad annum 672. 673. & 679. Arnulphus Cestrensis. ad annum 678. & 683 Westmonasteriensis anno 679. quo obiit. walsingham. an. 1589. Polydorus lib 4. Ioannes Capgrauius in legēda SS. Angliæ. Harpsfeldius. Histor. Anglic. Ecclesf. sæcul. 7. cap 84, Vincentius Beluacens. lib. 25. specul. Historial. cap. 32. Petrus de natalib. lib. 5. catalog Sanctor. cap 148. & lib 11. cap 7. Gononus lib. 1. vitar. patrum Occident. in ea Beda lib. 4. de Gestis Anglor. cap 19. & 20. Tritemius lib. 3 viror. Illustr. ordin. Benedictin cap. 128. Surius, Lippelous, Gazetus. Harçus, Doubletus & cæt. in vita eius. hac die, Eduardus Mahiew. Tom 1. Trophæor. Congregation. Anglican. ordin. Benedictin. ad natales SS. hac die. Schedel. sexta mundi ætate fol. 154. Simon Martinus. hac die. Bachotus in Fastis christianis. Steogelius in imaginibus ss. Ordin. Benedictin anno 690. Ordericus Vitalis lib. 1. Histor Ecclesf. pag. 364.

S. Christinæ virginis [d]] Hæc, cum Dei gratia, §. 4.
talia stupenda perpetrauit, vt captum prorsus humanum exuperent. In hac enim virgine Deus, qui in Sanctis glorificatur, planè mirabilis prędicatur. Obiit sanctitate & donis cælestibus plena, anno 1224. apud monasterium S. Catharinę ordin. Benedictini, iuxta S. Trudonem. anno 42. postquam ressuscitata fuerat à mortuis: viuens ac post obitum multis miraculis floruit: & post septennium, ex eius sepulchro mira odoris suauitas refunditur. Vitam & eius egregias virtutes ac operum insignia referunt Iacobus Victriacus S. R. E. Cardinalis, Episcopus Achonitanus: in vitæ B. Marię Ocgniacens. prologo: B. Thomas Cantipratanus: lib. 2. Apum. cap. 53. § 23. sed copiosius in vita eius quam descripsit: Vicentius Beluacens. sup. lib 30. cap 15. D. Antoniu. 3. part. chronic. Titul. 19. cap. 12. §. 1. Molanus in appendice ad Vsuard. Surius Renatus Benedictus & Saussayus hac die in martyrologio Gallicano. Baronius Tom. 12. sup. ad annum 1187. §. 10. Ferrarius sup. verb. *Trudensis Fanū.* & in Catalogo generali Sanctorū hac die, ex Fœlice, & wione sup. Cratepolius de Episcopis Germaniæ, Chapeauillus Tom. 2. Historiæ Leodiens. in annotationib. ad Ægidium Aureæ-vallis. de Epise Leodiensibus cap. 128. Gononus sup. lib. 5. in ea, Radæus part. 2 Viridarii. SS. cap. 3. Manriquez. Tom. 3. Annal. cistertiens. ad annum 1187. cap. 1. §. 4. Patria Brustemiensis erat, & quandoque vocatur etiam *christiana*, Bosius lib. 15. de signis Ecclesf. cap v.

B. Mariæ viduæ reclusa. [e]] Cognominatur B. §. 5.
Maria de *wilembrock*, siue de *Oigniez*: in Niuello Oppido, Leodiensis agri nata: quę cum primùm in matrimonio sanctissimè vixisset: vnà cum viro suo totam se fouendis pauperibus & leprosis dedit. Miro fuit consolationis dono prædita, orationis gratia insignis, lachrymarum fonte proflua, abstinentia ad mirabilis, spiritu prophetię ditata, reuelationibus & miraculis celebris: ob quæ post eius fœlicem obitum, (qui fuit anno 1213.) Franciscus Buisseretus Namurcensis Episcopus, ex sedis Apostolicę iussione, venerabile eius corpus è terra leuatum, thecęque argenteę inclusum, super altare Oigniaci collocauit: propriumque officiū sua in Ecclesia & Diœcesi, in illius cultum statuit. Vitam eius scripsit prefatus Iacobus Victriacus, Cardinalis. Surius, Ribadeneira. Hæreus Doubletus, & alii. hac die. Scribunt de ea. Vincentius Beluac. sup. cap 16. D. Antoninus sup. §. 2. & seq. Petrus de natalibus sup. lib. 5. cap. 143. Cantipratanus. lib. 1. Apum. cap. 9 §. 8. & lib. 2. cap. 54. §. 18 Coluenerius ibid. in notis. Molanus in addisionib. & annotationibus ad Vsuard. hac die: & in Indiculo SS. Belgii. Ferrarius in noua Topographia. sup. verb. *Oegnia.* & in catalogo generali Sanctor. Gononus & Maurolycus sup. Nyder. lib. 1. Formicarii. cap 5. Chapeauillus, Sanssayus. sup. Myręus in Fastis Belgic. eadem die. Bzouius Tom. 13. Annal Ecclesf ad annum 1213. §. 22. Odoricus Raynaldus. Ibid. §. 72. Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die, Barnabas de Montalbo. lib. 3. Chronic. Manriquez sup.

ad annum 1211. cap. 3. & in sua Laurea Euangelica. Chronica montis fortis ad annom 1213. Gallia christiana in Episcop. Namurcens. v. Bosius de signis Eccles. lib. xv. cap. 2. Tom 2. Simon Martinus. hac die.

§. 7. *B. Mariæ virginis clariss.* [f] Religione & singulari sanctitate claruit: quę cum intensissimè circa amaram Christi passionem, eiusque valorem, coram Crocifixo per aliquantulum temporis spatium, meditata fuisset, ac postmodum, in copiosissimas lachrymas, qood plurimi tanta sibi oblata gratia abuterentur, prorupisset, vocem quandã sibi dicentem audiuit: *Mensa quidem parata, atque pecunia in promptu est: quo igitur colligere voluerit, colligat.* Tandem sicut sanctè vixit, ita fœliciter obdormiuit in Domino apud Monasterium sanctæ claræ Tordesillarum, quod est i. Prouinciç Conceptionis in Hispania. De ea meminerunt Martyrolog. Franciscanum. hac die, Annotationes ad illud, Gonzaga. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. Barrezus part. 4. Chronic. Minor lib. 4. cap. 43. ad annum 1165. quo ipsa vixit. Wadinghus Tom 4. Annal. Minor. eod. anno §. 22. Valerius de BB. Fœminis eiusd. Ordin. lib. 4. cap 41.

OCTAVO CALENDAS IVLII.

CHRISTOLII in territorio Parisiensi, passio [a] sanctarum martyrum; quæ sub Agrippino præfecto, suo sanguine effuso pro Christi nomine, martyrij coronam sibi compararunt. In territorio Pictauiensi, natalis sanctarum, [b] Columbæ, Marernæ, & Picinæ, Virginum & marryrum. Augustoduni sanctæ [c] Anonymæ, Virginis: quæ puritate vitæ, virturum cultu, & meritis exornata insigniter refulsit. Romæ, Memoria sanctæ [d] Romulæ Virginis, Monialis Ordinis Benedictini, ingentis perfectionis: quæ à sancto Gregorio I. Papa laudata, & miraculis clara, migrauit ad Dominum, In Burgundia, Beatæ [e] Raingardæ viduæ, marris sancti Perri venerabilis, Abbatis Cluniacensis: fide pietate ac religione conspicuæ. Aquilæ in vestinis, Beatæ [f] Bonauenturę de Antredocho virginis clarissæ; quæ orationibus, vigiliis, & ieiuniis, iugiter intenta, miraculis etiam corruscauit.

IVNII XXIV.

§. 1. SAnctarũ martyrum passio. [a]] Sciendũ qoòd eo ipso die, quo SS. Agoardus & Aglibertus, cum suis martyrium compleuerunt, multi ex populo diuersi sexus, & ætatis, tam illustri eorum exemplo animati, pro Christi Iesu gloria, idem certamen intrepidè inierunt. De his mentionem faciunt: Viuardus Martyrologium Roman. hac die Baronius, Ibid. in notis Saussayus. In Martyrologio Gallicano. ead. die.

SS. Columba, & cas. virg. & martyr. [b]] Ita Ferra-
§. 2. rius in noua Topographia ad Martyrologiũ Rnman. verb. *Pictaui.* item in Catalogo generali sanctor. hac die, ex Maurolico & Fœlice in suis martyrologiis, Saussayus in suplemento Martyrologii Gallicani. ead. die. At Molanus in additionib. ad Vsuard. & idem Saussayus in Martyrologio Gallicano: hac die, sanctam Pecinnam virginem quidem referunt: sed non martyrem, illiusque solius meminerunt, quam verò Pictauienses die præcedenti celebrant: vti testatur ipse Saossayus ad calcem sui Martyrologii ex excerptis è sacris Pictauiensis Eccles. monimentis, in hunc modum. *S. Pecina* (vulgo sainte Pezaine) *celebris die 23. Iunii, in parochia sui nominis prope Niortium eiusdem Diœcesis: quo in vico est Castellana dynastia Episcopalis ditionis.*

† §. 3. *S. Anonyma virg.* [c]] Rem mirabilem, de ea sic refert S. Gregorius Turonens. de gloria confess. cap. 76. loquens de B. Simplicio Episcopo Heduensi. *Fuit autem de stirpe nobili valdè diues in opibus saculi: nobilissima coniugi sociatus. Hi sunt castissima, obtegente saculo, vita, soli Deo cognita, mortalibus autem ignota. Erant enim ambo iusti, & in eleemosinarum semina, ac vigiliarum tolerantium promptissimi. Interea propter illam, ut diximus, sacul dignitatem, Simplicius decedente Egemonio, à populis eligitur; sed à Deo, pro castitatis & sanctitatis gloria destinatur. Accepto quoque pontificatus Ordine Beata soror, qua prius fuerat non libidine, sed castitate viro coniuncta, non passa est à statu Pontificis submoueri: sed in illa puritatis castitate, qua prius viri castissimi thorum adibat, secura de conscientia mentis sancta, sciens se viri non posse ab incentiui ignis ardore: sed sana dæmonis inuidia contra sanctos Dei probrosa excitat bella: & que instinctu suo destruere non potuit, nititur verbis subdolis infamare. Quid plura: in illo Dominici natalis die commouentur ciues in scandalum, & ad beatam virginem rapido cursu concurrunt, dicentes: incredibile est, mulierem viro iunctam pollui non posse: sed nec vir poterit artubus mulieris iunctus, à coitu abstinere. Sic etenim Salomonis prouerbia proferunt: nemo, ait, tangens picem, mũdus poterit esse. Neque enim in sinu ignem quis gestans, non cremabitur. Ergo videmus vos vno in toro recũbere: & suspicari aliud non possumus, nisi quod misceamini simul. His commota Virgo sanctissima aggreditur Pontificem simili castitate pollentem, replicatisque coram omni populo sermonibus quos audierat, (arculam tunc plenam, vt assolet, pro iniuria hyemis cum carbonibus retinebat) vocat puellam, expansoque pallio prunas ardentes suscipit, & ferè hora vnius spatio tenens, Sacerdotem euocat, dicens: Accipe istiorem solito ignem, nequaquam tuis velaminibus nociturum, vt ostendant in nobis ha flamma extinctas flammas esse luxuria. Suscipiente vero Pontifice, nihil nocitum est velamen eius ab igne. Hoc miraculo populus, qui erat tunc incredulus credidit Deo: & inter septem dies, amplius quam mille homines sacri innouatione lauacri sunt*

renati. *Quos suscipiens Ecclesia gaudens: cælesti Regno per hos milites complenit.* Ex quo eadem referunt Saussayus in Martyrologio Gallicano. Surius & alij in actis ipsius S. Simplicii Episcopi hac die: Gallia Christiana & Seuertius in Episcopis Æduensib. Illud autem factum non est ad imitationem in exemplum: Lectulum enim à mulieribus separatum, iuxta ordinem institutionis Catholicæ. habere debent, contrarium canonum decreta non admittunt. vti rectè subinfert idem S. Gregorius Turonensis cap. 78. Ibid. Florebant circa ann. 345.

§. 4. *S. Romula, Virg* [d]] Huiusce Christi sponsæ meminerunt. Molanus in Appendice ad Vsuard. Wion. in Martyrologio Benedictino; Ferrarius in Catalogo generali sanctorum & in SS. Italiæ hac die, Fœlix in suo Martyrologio. Renatus Benedictus. Haræus Doubletus in vita eius, ead. die. Claruit circa an. 580. cætera, vide, infra ad 23. Iulij: quo Romæ dies natalis eius celebratur: Hodiernum autem festum agitur, vel propter illius translationem; aut memoriam aliquam nobis adhuc ignotam, ideoque à Petro de natalibus lib. 11. catalog. SS. cap. 109. reponitur inter Sancta quorum certus dies celebritatis ignoratur.

§. 5. *B. Bonauentura Virg.* [e]] Antredochus locus 4. leucis distat ab vrbe Aquilana, in Vestinis, vnde exorta erat; quæ ad prædicationem R. P. Onuphrij eiusdem prouinciæ Minoritæ, tantopere excitata est, vt protinùs, mũdo, & vanitatibus sæculi valedicens Christo Domino totam se consecrarit. Nam ex tunc magna cum assiduitate, ieiuniis, vigiliis, ac orationibus operam dabat: circulum ferreum ad nudam carnem, pro cingulo deferebat; quæ cum Christo sponso se deuouisset, renuit terrenum virum suscipere in maritum, licet ad id plurimùm à parentibus sollicitaretur. Hac de re, patriam, parentes, & domum deserens, cœlitus inspirata, Aquilam perrexit, vbi D. Benardini à Feltro exhortationibus, magis ac magis in suo proposito confirmata, Monasterium corporis Christi intra hanc vrbem ingreditur, & sanctissimè vitam virtutibus plenam transegit, ac miraculis claruit, ibidem sepulta; eaque de causa, tum apud reliquas moniales. Tum quoque apud vniuersos ciuitatis Amiternæ accolas in maxima habetur veneratione. Hanc commerant Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud; Marianus lib. 5. cap. 49. Cimarella lib. 4. cap. 44. Gonsaga part. 2. Origin. Seraph. Religion. in præfato Monasterio, quod est s. Prouinc. S. Benardini; Barrezus part. 4. chronic. Minor. lib. ·. cap. 53. ad an. 1514.) Tossinianus. liber 1. Histor. Seraphic. Valerius de SS. Fœmin. Ordinis Minor. lib 4. cap. 16. Wadinghus Tom. 5. Annal Minor. ad an. 1447. §. 9. & Tom. 6 ad an. 1475. §. 60. ac Tom. 7. ann. 1498. §. 5. Thielmans Tom. 3. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Iacobillus de SS. Folginatib. in vita B. Paulæ Fulginat, cuius exequiis ipsa interfuit B. Bonauentura anno 1470. Ianuar. 26.

B. Raingarda, vidua. [f]] post viri obitum monialis effecta, de proxima sua ad mortem vocatione, per visum edocta, Christi sacro corpore refici, & sacro oleo inungi, petiit; cunctisque in ea peractis officiis, placido fine transiuit ad Dominum; cuius egregias laudes enarrat. B. Petrus venerabilis, filius eius. lib. 4. Epistol. 16. 17. & 20. Quercetanus ibid. in notis apud Bibliothecam Cluniacens. Vacquerius in enchiridio benè morientium, hac die, ex Seueranno Grisius de Clericis Regularib. sect. 15 §. 7. Dandillius in vita eius. §. 6.

SEPTIMO CALENDAS IVLII.

ROMÆ Sanctæ[a] Luciæ, Virginis & Martyris: sub Diocletiano Imperatore Sibapoli in Syria, Sanctæ[b] Febroniæ, Virginis & Martyris: quæ in persecutione eiusdem Imperatoris, sub Lysimacho præside, ob fidẽ & pudicitiam seruandã, primo virgis cæsa, & equuleo torta, deinde pectinibus laniata, atque succensa, demum excussis dentibus, mammisque abscissis, capitis damnata, tot passionum ornata monilibus, migrauit ad sponsũ. Romæ Sanctarũ Virginum Atticæ & Artemiæ[c] sororũ Filiatum Illustrissimi Martyris, Sancti Gallicani, viri consularis ac Patricij. Leodij, ad Sanctum Martinum, Beatæ Euæ[d] Reclusæ, Ordinis Cistertiensis; cœlestibus reuelationibus, ac diuinis adornatæ charismatibus Acquiriæ, Brabantiæ Monasterio, eiusdem Ordinis, Diœcesis Antuerpiensis, transitus Beatæ[e] Machtildis, Virginis: vitæ innocentia, ac moribus Angelicis spectabilis. Pisauri, Beatæ[f] Magdalenæ de Tizon, Virginis, Clarissæ: eximiæ pietatis & charitatis in Deum ac proximum. Panormi in Sicilia, Beatæ Febroniæ[g] à Leone, Virginis, Ordinis Minimorum, patientia, & rerum cœlestium meditatione celebris.

IVNII XXV.

§. 1. *Sancta Lucia Virg. Martyr.* [a]] Hæc virgo Romana erat: quæ in captiuitatem ducta, & à violatione diuinitùs seruata; die noctuque vigiliis, orationibus, ac ieiuniis occupatur. Redux autem in domum, reuelatione diuina præmonita, ad martyrium, se parauit, quod sub Diocletiano Imperatore Romæ pertulit, atque gladio compleuit. Agunt de ea, Beda. Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die Baronius ibid in notis Vincentius Beluacensis lib. 12. specul Historial. cap. 97. D. Antonin. part. 1 chronic. titul. 8. cap. 1. §. 37. Gallonus de Virgin. Roman. Maurolycus & Gallesinius in suis Martyrologiis Petrus de Natalibus lib. 6. catalog. SS cap. 6. die præcedenti. Fœlix verò & Ferrarius in noua Topographia ad Romanum Martyrolog. verb. *Vrbinum*, & in catologo generali sanctor. ac in SS. Italiæ. hac die: sed Vrbini passam referunt.

§. 2. *S. Febronia, Virg. Martyr.* [b]] Monasterium extabat Sibapoli: à quinquaginta sanctimonialibus inhabitatum: quæ monasticæ vitæ studio seipsas exercebant: quibus præerat Abbatissa D. Brienna, de qua superius ad 15. Iunii egimus. Huic virgo adolescens aderat, benè apud illam educata, & exercitationis Monasticæ palæstram læta peragens: quæ Febronia vocabatur, Briennæque neptis erat. Eadem, pulchritudine & corporis statura valdè insignis & aspectu hilaris: ita ut venustas in ore ipsius effluescens, humano artificio depingi non posset. Porrò Briennæ multa sollicitudo erat: quo pacto Febroniam intactam seruaret, illam forma tam egregia prædictam videns. Interim. S. Febronia, non solum litteris & scientia exculta, sed & vitæ perfectionis igne exæstuans, ieiuniis, orationibus, & lachrymis intenta, super asseres, vel humi decubebat Totam se Deo committens. Fugientibus igitur aliis, præ timore inimicorum aduentantium, & in Christianos crudeliter debacchantium: ipsa intrepida stetit, dicens. Viuit Christus meus, cui desponsata sum, cui animam meam dedicaui: quòd non egrediar è loco isto, sed hic moriar, & hic sepeliar: Rogo vos, vt pro me Deum oretis, potens est enim ipse respicere humilitatem meam, & me infirmam corroborare, mihique patientiam concedere, vt omnibus seruis suis, qui verè ipsum dilexeront: &c. Itaque à satellitibus mox capta, & ad Tyrannum abducta, coram ipso manibus vincta & catenis etiam collo illigata, adstitit: & respuens matrimonium inire cum illo, Agonis certamen incœpit, ac gloriosè pro Christo confecit. De qua Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid in notis; & Tom. 3. Annal. Eccles. ad annum 311. Molanus in additionibus & annotationibus ad Vsuardum. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Sibapolis*, & in Catalogo generali Sanctorum. Græci etiam, hac die: Renatus Benedictus & Gazetus, in vita eius 23. Iunii, Saussayus in suplemento Martyrologii Gallicani, eadem die: Thomais Sanctimonialis, Metaphrastes, Lippomanus, Surius, in actis eius 15. Iunii. Pancirola, in thesauro Vrbis Romæ, Regione 4. Ecclesia 11 Ludouicus Iacob. in Bibliotecha Illustr. Fœminarom, post Franciscum Augustinum Della Chiesa in Theatro muliebri. Vacquerius in Enhiridio benè morientium. Eadem die, Mombritius, Tom. 1. & Foderetus in vita eius. Antonius Alegre, in Paradiso Carmelitici decoris, statu 1. ætate 5. post Christum, cap. 52. Martyrologium Siculum in Ecclesia autem Pactensi, apud Siciliam maximè colitur: itemque apud Monasterium Fontis Ebrardi, Diœcesis Pictauiens. in Gallia.

SS. Attica &c. Virg. Hæc cum Patre ad Christum §. 3.
conuersæ opera SS. Ioannis & Pauli fratrum, posteà Martyrum, tanto spiritus feruore repletæ sunt: vt seso simul, cum S. Constantia, Imperatoris Constantini magni filia, habitum religiosum induerint, apud Monasterium S. Agnetis, ab ipsa B. Constantia tunc extructum: vbi sanctissimè vitam Christo consecrarunt: Vide Gallonium De Virginibus Romanis. Pancirolam, in Thesauro Vrbis Romæ, Regione 2. Ecclesia 62. & Actus præfator. SS. Ioannis & Pauli, apud Surium, hac die.

B. Eua reclusa [d]] Hæc inter alia pietatis eius §. 4.
opera solemnitas sanctissimi Sacramenti extitit deuota cum S. Iuliana Prouectrix: Illius copiosè meminerunt: Saussayus, in Martyrologio Gallicano, hac die, Myræus in Fastis Belgicis. ad calcem, in Chronologia. Henriquez, lib. 1. Lilior. Cistertii, & in Menologio Cisterticuli, eadem die. Chapeauillus. Tom. 2. Histor. Leodiens. ad calcem. in Tractatu Historico de vera origine Festiuitatis corporis Domini. cap. 10. & seq. Gillemanus in Hagiologio Sanctorum. Bzouius, Tom. 13. Annal. Eccles. ad annum 1210. §. 16, Ioannes Diestemius Blærus in relatione institutionis Festiuitatis venerabilis Sacramenti: Franciscus Biuarius, lib. Fœminarum illustrium Cisterciens. in vita S. Iulianæ, Sacrarium Leodiense: Porrò eius sacrum Corpus Leodii de terra leuatur anno 1621.

B. Mathildis virg [e]] Hæc est illa iuuencula Mo- §. 5.
nialis, cui S. Virgo Lutgardes, post obitum, apparens, inuitauit ad gloriam capescendam, in cælo: quibus monitis vltrò annuens, intra nouem dies, ab eius fœlici transitu, defuncta est: ac in cælum migrauit. Ita B. Thomas Cantipratanus, lib. 3. vitæ ipsius S. Lutgardis. Virg. 16, Iunii, capite 5. apud Surium.

B. Magdalena Virg. [f]] Præclaras eius virtutes recenset, post alios wadinghus. Tom. 5. Annal. Mi- §. 6.
nor. ad annum 1444. §. 61. Martyrologium Franciscanum, hac die, annotationes ad illud.

B. Febronia virg. [g]] Habitum religionis Ordinis §. 7.
S, Francisci de Paula suscepit in Monasterio septem Angelorum, anno Christi 1533. Virgo extitit admodum spiritualis. & meditationi atque contemplationi rerum cælestium valdè dedita: ita vt dies noctesque in ea insumeret, & cibi ac somni, quem parcè & nonnisi sedens capiebat) penitùs obliuisceretur. Paralysi diutissimè laborans, patientissima fuit. Demùm meritis plena, ac bonis operibus coronata, migrauit in cælum, relicta posteris ingentis suæ sanctitatis fama: vide, post alios, Ludouicum Douy-Attichium, lib. 6. Histor, general. Ordin. Minimor. in vita eius: ex MSs. monimentis præfati Monasterij, & Lanouium, in Appendice 1. ad Chronicum generale Ordin. Minimor. & 4. hac die, & 25. Iulii.

SEXTO CALENDAS IVLII.

APVD Castrum Regale in Sicilia, sanctæ [a] Verenæ, Virginis & martyris. Eodem die sanctæ [b] Perseuerandæ, virginis. In Galliis, sanctæ [c] Afræ virginis, filiæ sanctæ Odæ viduæ. Basileæ, Dormitio Beatarum [d] Adelheydis, & Catharinæ de Mulberg, sororum virginum: quæ miris virtutib' decoratæ, Christo Domino sociatæ sunt. Trini in Gallia Cispadana, Beatę Archangelæ, [e] virginis Carmelitanæ, vita & miraculis insignis. In Plaia oppido Insulæ Tertiæ Lusitaniæ Beatæ Catharinæ de Ornelas, Clarissæ: quæ inibi extructo à se Monasterio, oratione, humilitate, & charitate summopere emicuit.

IVNII XXVI.

§. 1. *Sanctæ Verenæ virginis & mart.* [a]] Ita Ferrarius in catalogo generali Sanctorum, ex Siculo Martyrologio, hac die.

§. 2. *S. Perseuerandæ virg.* [b]] Memoratur ab Vsuard. & martyrologio Romano, hac die, Baronio. ibid in notis. Petro de Natalibus lib. 11. catalog Sanctor. cap vltim. §. 180. & Biuario. commentar. ad Dextri Chronicum sub anno 360. §. 6. ex quo vult Caracæ in Hispania vitam obiisse.

† §. 3. *S. Afra virg.* [c]] Soror seu Cognata extitit SS. Arnulphi Episcopi Metens. & Modoaldi ac Ferreoli Episcoporũ: vide Molanum in indiculo SS. Belgii, & Ferrarium in noua Topographia ad martyrolog. Roman verb. *Amanum.* Florebat circa anum 600.

† § 4. *BB. Adelheydis &c. virg.* [d]] Scribit de his Ioannes Nyder. lib. 2. Formicarii. cap. 1. & mira quædam de harum præludiis sanctitatis futuræ enarrat. Harum parentes fuere simplices plebei, & deuotione pleni, Ciuitatem Basiliensem inhabitantes: ambæ sorores, virginitatis nitorem seruauerunt illibatè. Catharina quidem vsque ad tertiam propè septennium: in quo fœliciter migrauit ad Dominum. Adelheys verò, quam tota ciuitas præfata habuit pro viuo Sanctuario, nonagenaria euasit, omnium virtutum & virginum spectaculum.

†§. 5. *B. Archangela virg.* [e]] Natione erat Itala, Patria Trinensis & monasterii eiusdem loci Sanctimonialis, Congregationis Mantuanæ decus. Virgo adeò gratissima. clara, conspicua sanctitate, anno 1561. cuius corpus Trini in suo monasterio honorificè sepultum, insigni veneratione colitur: miraculis eluxit viuens & moriens, propter quæ à sede Apostolica canonizatio eius procuratur: vti testantur Franciscus Boerlius congregationis Mantuanæ. Antonius Alegre in paradiso Carmelitici decoris, statu 4. ætate 17. post Christum, cap. 468. Petrus Thomas Saracenus part 2. menologii Carmelitarum. in Catalogo SS. Ordinis eiusdem, ex multis aliis.

B. Catharinæ clarissæ. [f]] Est in Oceano mari Insula, nomine Tertia, siue Asturum, nuncupata: & in ea *Plaia* oppidum, intra cuius mœnia perdeuota ac nobilis fœmina, B. *Catharina* monasterium sub titulo Deiparæ, siue Dominæ nostræ de *Luce*; suis sumptibus ædificandum curauit; quæ tandem monastico habitu induta, prima omnium in eo, imò & in vniuersa hac Insula solemne religionis votum emisit; cuius exemplum imitatæ, aliquot aliæ pientissimę ac nobiles eiusdem Insulæ fœminæ, habitum religionis induerunt, & secundum Regulam sanctæ virg. Claræ professæ sunt. Vixit hæc religiosissima fundatrix ibidem aliquot annis, in abstinentia, oratione, humilitate, charitate, ac in omni virtutum genere, magnus faciës progressus: quapropter è viuis sublata cum cœlesti sponso Iesu Christo regnare existimatur. Agunt de ea martyrologium Franciscanum, hac die. Annotationes ad illud, Gonzaga. in eo Monasterio quod est 18. Algarbiorum, Barrezzus. part. 4. chronic. Minor. lib. 2. cap. 14. ad annum 1520. Valerius de SS. Fœminis, ordin. Minor. lib. 4. cap 17. §. 6.

V. CALENDAS IVLII.

CATALAVNI, sanctę Pomæ [a] virginis, sororis sancti Memmii, primi eiusdem vrbis Episcopi, cuius sedula imitatrix facta, nec inferiori splendore refulgens meritorum, quæ signis cælestibus sunt declarata, fœliciter emigrauit. Romæ, Beatæ [b] Eutropiæ, optimæ matronæ, sancti Athanasii hospitæ, fide ac Religione celebris. Bergomi, sanctæ [c] Adeleydæ, Beati Lupi Ducis vxoris, pietate virtuteque cõspicuæ. In Territorio Veneto, Beatæ [d] Margaritæ, Venetæ, miraculis claræ. Areuali, in Territorio Abulensi, Beatæ [e] sanctiæ Martinez à Montaluo, viduæ Tertiariæ Franciscanæ, eiusdem loci monasterii Fundatricis: quæ nobili genere exorta, tanto spiritus feruore, pœnitentiam, humilitatemque amplexata est, vt totius perfectionis & sanctitatis, cæteris exemplum effecta sit.

IVNII XXVII.

§. 1. *Sancta Poma virg.* [a]] Dùm Roma In Galliam cum sancto Memmio venit, illo Catalaunis cruciatum rophæum inferente, virginitatis illa vexillum ibidem erexit, atque religionis christianæ initia suo exemplo fœliciter promouit. Deindè verò vbi Christi seruitio assiduè incumbens, cursum diuinitùs ordinatum percurrisset, virtutum pretiosis monilibus ornata, ad sponsum cœlestem euolauit, cuius purissimæ exuuiæ, in eadem theca, cum S. Memmii germani sui ossibus collocatæ, ibidem magna veneratione asseruantur: Agunt de ea Molanus in additionibus ad Vsuard. Canisius in suo martyrologio. Ferrarius, in catalogo generali sanctor. Saussayus in martyrologio Gallicano, hac die, Rapinæus in annal. Eccles. Diœces. & Episcopor. Catalaunens. Ex quibus & aliis codicibua Mss. vitam ipsius sanctæ virginis composuimus, & io lucem edidimus: quæ extat apud Friardum inter alias sanctorum vitas à nobis ad Ribadeneiram additas. anno 1630. & 1640 Parisiis apud *Pesiot*, Simon Martinus, in vita eius hac die,

§. 2. *B. Eutropia matron.* [b]) Illustrissima sanè extitit ista Heroina quippe quæ soror fuerit Constantini magni, mater verò Nepotiani: Hinc anno 340. Romæ magnum Athanasium hospitio recepit, & anno 3540. occisa in seditione facta: vocat eam (scribens ad Constantium Imperatorem) Beatam eius materteram, Iure meritoque à bonis operibus Eutropiam dictam. vide Baronium. tom. 3. Annal. Eccles. ad annnum 340. §. 6. & 350. §. 8.

§. 3. *S. Adleida* [c]] Ita Ferrarius. sop. hac die & in SS. Italiæ ex tabulis Bergomens. Eccles. de qua in officio eiusdem Ecclesię & in libro, qui Vinea Bergomensis inscribitur.

B. Margarita Veneta [d]) Monacha extitit S. Euphemiæ, de Maiorbio, floruitque miraculis anno 900. Ex Scardeonio. lib. 2. class. 6. Menardo in Appendice ad martyrologium Benedictinum & wione. ibid. lib. 3. ligni vitæ §. 4.

B. Sanctia Martinez vidua. [e]] Maxima humilitate ac vitæ perfectione ditata fuit: quæ Dei Ecclesiam ex asse institutura, monasterium B. Elisabeth, Areuali, ex propriis facultatibus sub anno 1440. ædificauit, atque honestis redditibus locupletauit. præterea, Franciscanarum Tertiariarum habitu de religioso more induta, cæteris aduentantibus iuuenculis religiosè viuendi norma facta est. Cuios sanè humilitas tanta extitit, & licet claris orta natalibus, & nobilissimo olim iuncta viro, non eruboerit aquam ex fonte haustam propriis humeris, per medium forum monasterio à se constructo inferre: porrò, carnia macerationi, exercitiis pœnitentiæ, orationibos atqoe obserationibus, & ieiuniis sic operam dedit, vt breui virtutum specimen euaserit. Cùm aotem sanctitatis haud pauca præbuisset indicia, à Domino vocata, fœliciter migrauit in cælum: cuius corpus humatum est apud Areualum, in pręfato eius monasterio, Hispanicè *De las Montalnas*. ob id nuncopato. Agunt de ea martyrologium Franciscanum hac die, annotationes ad illud. Gonzaga. part. 3. origin. Seraphi. Religion. in ipso monasterio good est 29. Prouinciæ Conception. in Hispania. Valerius lib. 4. de ss. Fœmin. Ordin. Minor cap. 31. Vvadingbus, Tom. 5. Annal. Minor. ad annum 1440. §. 45.

QVARTO CALENDAS IVLII.

ALEXANDRIÆ, in persecutione Seueri Imperatoris, Natalis sanctarum martyrum [a] Rhaidis Catechumenæ, Potamiœnæ, & Marcellæ eius matris: inter quas præcipuè enituit Potamiœna virgo, quæ primò immensos, innumerosque agones pro virginitate desudans, deindè etiam exquisita & inaudita tormenta pro fide perpessa, ad vltimum vnà cum matre, igne consumpta est. Ipersloti, in confinibus agri Amstelrodamensis, apud Batauos, Passio beatæ [b] Gertrudis, matronæ: quæ vterum gestans, vnà cum prole, pro fide catholica martyrium subiit. Eodem die, sanctæ [c] Vdegebæ, virginis inclusæ, ordinis Benedictini, virtutibus & miraculis insignis. In Germania prope Tolbiacum, siue Tulpetum, apud Houense monasterium, ordinis Cistertiensis, Beatæ [d] Gudæ, Conuersæ: quæ humilibus ministeriis se libentissimè exercens, cælestibus fauoribus meruit sublimari. Beluisii, in Territorio Placentino Hispanico, Beatæ [e] Franciscæ de Belen, virginis Clarissæ: abstinentia, humilitate & oratione celebris. Apud Hispaniam, in territorio Burgensi commemoratio sanctę Iulianæ virginis & martyris.

IVNII XXVIII.

§. 1. SAnctarum martyrum Rhaidis, &c. [a]] De his agunt, Beda, Vsuard. Ado, & martyrolog. Roman. hac die, Baronius, ibid. in notis & Tom. 2. Annal Eccles. ad annum 205. & tom 3. anno 310. Molanus in annotationibus ad Vsuard. ex Eusebio, lib 6. Histor. Eccles. cap. 4. & Ruffino. Ibid. cap. 3 4. 5. Nicephorus. ibid. lib. 5. cap. cap. 4. & 5. Petrus de Natalibus lib. 6. Catalog. sanctor. cap. 21. Nyder. lib. 4. Formicarii cap. 2. Surius Renatus Benedictus, Simon Martinus, &c. hac die in actis earum: inter quas notatur maximè, S. Potamiœnæ constantia: nec abs re, quandoquidem, præ aliis: pice feruenti per varia & diuersa corporis membra, ab imis pedibus vsque ad capitis verticem senśim ac pedetentim diffusa, generoso & excelso animo sustinuerit.

§. 2. *B. Gertrudis Martyr.* [b]] Gloriosum eius agonem refert Arnoldus Raylla, hac die, in Auctario ad Natales Sanctor. Belgii Molani: ex Opmeeri Martyrum Hollandic. lib. 6, Decad. 2. dùm anno Christi 1573. die Dominica, 28. Iunii, hora circiter sexta matutina, constanter patibulum ascendit, licet prægnans, vbi ab hæreticis Batauis laqueo strangulata, ad cælos euolauit.

§. 3. *S. Vdegeba Virg.* [c]] Fuit ex comitatu Spanheimensi honestis parentibus orlunda, in Villa *Creutzenachi*: quæ incredibili pulchritudine decorata, mundum fugiens, seipsam inclusit in cella: vbi multis annis, in magna austeritate corporis & sanctitate vixit, cuius fama multæ nobiles virgines allectæ, eius se magisterio subdiderunt, vsque ad duodenarium numerum, quæ per totum vitæ tempus inclusæ remanserunt. Porrò ipsa B. Vdegeba migrauit ad sponsum; hac die, anno 1197. multis tam in vita quam in morte, clara miraculis. Iuxta Trithemium, in Chronico Spanheimensi, & de viris Illustribus Benedictinis. Gononum, lib. 2. vitarum Patrum Occidentis. In ea.

B. Guda Conuersa. [d]] Chrysostomus Stella. in notationibus ad vitam B. Iosephi Steiu-veldiensis: & Henriquez in Menologio Cistertiensi. hac die, traduut hanc beatam sororem tantæ sanctitatis fuisse, vt ei in culina officium suum facienti, puer Iesus inuisibili specie, plerumque adfuerit, eamque adiuuerit

B. Francisca. [e]] Vna fuit ex primis fundatricibus §. 5.
monasterii Beluisiani, quod est 6. Prouinciæ Angelorum: vbi Vicaria extitit, & sancto fine quieuit. circa annum 1600. verè speculum pœnitentium apparuit: in qua abstinentia, humilitas, & silentium, tanquam in propria sede quiescerent: nusquam lecto decubuit, cilicium iugiter detulit, ieiunia regulæ in pane & aqua seruabat, eius oratio, continua erat & feruida: &c. Vide Martyrologium Franciscanum, hac die, annotationes ad illud. Daçam. part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 50. ex monimentis illius Prouinciæ.

Cõmemoratio S. Iuliana, Virg. Martyr. [f]] Illius
meminit Ferrarius in Catalogo generali sanctorum, §. 6.
hac die ex Flore SS. Hispaniæ, & Ioanne Marietta, lib. 4. de SS. Hispaniæ, cap 41. & 42. & Cardosius in Agiologio Lusitano, & Commentario ad illud. sub 16. Februar. Villegas & Maldonatus, in vita eius. Hæc eadem esse traditur quæ Nicomediç passa est: cuius corpus in Hispanias delatum, Santillanæ in Asturibus, (quæ Vrbs ab ipsa Virgine & Martyre nomen habet: quasi San Iuliana, in ora littorali, inter Victoriam & Ouetum, quasi media) maximè colitur. Tametsi primò Cumas, Vrbem Campanię asportatum, in Martyrologiu Romano legitur 16. Februar: Indèque Neapolim (vt apud Philippum Regg. lib. de Sanctis Regni Neapolitani habetur) translatum, in ęde S. Mariæ Ramatę, conditum: est: quod intelligendum venit, de aliquali eius portione, non autem de totali.

TERTIO CALENDAS IVLII.

IN Cypro, sanctæ [a] Mariæ, Matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus. In territorio Senonensi, sanctæ [b] Benedictæ, Virginis miraculis claræ. Ibidem sanctatum Virginum [c] Mustiolæ & Beatæ. In Lotharingia, cœnobio sancti Michaëlis, Diœcesis Virdunensis, sanctæ [d] Humbergæ, sororis sancti Theobaldi Præsbyteri & Eremitæ. Lutetiæ Parisiorum, [e] Beatæ Alizæ Burgottæ, Reclusæ Tertiariæ Franciscanæ, quæ rerum cœlestium contemplatione iugiter intenta, sancto fine quieuit. Vlmeti, in territorio Abulensi, Beatæ Vrracæ [f] Rodriguez Bezerræ, viduę, item Tertiariæ Minoritanæ, Fundatricis monasterii Crucis ibidem a se extructi; quę illustri nata prosapia & castimonia, humilitateque refulgens, cæteras quoque patientia, misericordia ac mansuetudine superabat. In pago Tauernensi, Memoria [g] sanctæ Mameziæ Virginis, miraculis gloriosę.

IVNII XXIX.

§. 1. SAncta Maria [a]) De ea. Act. Apostolorum cap. 12. ꝟ. 12. Itéque pluribus in actis S. Barnabæ Apostoli descriptis ab Alexandro Monacho, apud Sorium cap. 7. & Lippeluum, ad 11. Iunii. Martyrologium Romanum, hac die, Baronius. ibid. in notis. & Tom. 1 Aunal. Ecclef. ad annum Christi 34. §. 22. Ferrarius, in noua Topugraphia ad Martyrologium Romanum. verb. *Ciprus.*

§. 2. *S. Benedicta Virg.* [b]] Hæc per indefessum mortificationis studium, & complacendi affectum, eximiam mentis & corporis consecuta est puritatem: & cælestis gratiç irroratione fœcundata, sicut candidum lilium, in Ecclesiæ horto germinauit, suauissimosque efflauit cum spiritu, omnium virtutum ac meriturum odores: sed & miraculis etiam, post obitum gloriusa refulsit, Agunt de ea Vsnardus, Martyrologium Romanum, hac die. Barooins ibid. in notis. Saussayus in martyrologio Gallicano. Ferrarinaiu noua Tupographia. sup verb. *Senones* Trithem ius lib. 3. virorum Illustrium Ordinis S. Benedicti cap. 264. vbi agit de sancta Benedicta Abbatissa, cuios solemuitas agitur. 16. caleud. Decembris, quæ videtur Baronio ab hac esse diuersa, Petrus de Natalibus, lib. 11. Catalog. Sanctorum. cap. vltim. §. 181. refert eam pacificè obiisse: sine sanguinis effusione: quapropter errant Maurolicus & Fœlix, in suis Martyrologiis, illam Martyrem facientes, vti scite nutat Wion, in untis ad Martyrologium Benedictinum.

§ 3. *S. Mustiola &c. virg.* [c]] Illarum meminerunt Maurolycus, Fœlix, Saossayus & Ferrarius. suptum in Catalogo generali sanctorum, hac die.

§. 4. *S. Humberga* [d]] Ita Saussayus in suplemento Martyrologii Gallicani, & Ferrarius. in Catalogo. sop. hac die, ex munumentis Ecclesiæ uppidi S. Michaëlis: porrò bancarbitror extitisse vxorem Wamberti, viri pii & illustris Comitis Rentici, de quibus in actis S. Bertulphi, Abbatis Rentici, apud Surium Tom. 1. die 5. Februarij circa annũ 660.) *Humbergam* ab eo dictam.

§. 5. *B. Aliza Burgotta* [e]) Variatur uomen eios apod Authcres, vocatur quippe *Aleiba*, *Alexia*, & *Aliza*, Gallicè *Aliz-la Burgotte*: quæ in cæmeterio SS. Innocentium reclusa, Parisiis, postquam 40. annos circiter, in summa vitæ asperitate consumpsisset diuinis Charismatibus plena, à Rege honorata à populo laudibus affecta, piè & fœliciter obdormiuit in Domino, hac die, anno 1466. sepulturam nacta ibid. in Ecclesia parochiali ipsorum SS. Innocentium: cuius tumulum Ludouicus 11. Galliarum Rex Christianissimus exornauit versibus & ære, Iconemque æneã illi amplissimam, musiuo opere affabrè elaboratam, in habitu Religiosæ (vt cernitur) Tertii ordinis sancti Francisci posuit. Scripseruot de ea Saussayus, in Appeodice ad Martyrologium Gallicanum, Brulius lib. 3. Antiquitatum Parisiens. pag. 386. & 387. quam tamen ordinis sancti Augustini professam arbitratur, sed perperam cum nulla rei huiusce memoria extet, vel probari possit. Martyrologium Franciscan. hac die, & annotationes ad illud.

B. Vrraca vidua [f]] Ex Vlmeto oppidu oriuoda §. 5. erat quæ cùm ex charissimi morte, vidua atqoe diuitiis opulentissima relicta, Ecclesiam quadam die, ingressa esset, illudque es Euangelio andiuisset: *si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes & da pauperibus.* Tanqua ea sibi dicta fuissent, sic Christo Domino obtemperandum existimauit. Itaque plurimis ex propriis hæreditatibus, Hieronimitis Patribos conuentus *de Maiorada* dono datis, sufficientibus redditibus, pro curandis sustentandisqoe sex infirmis Vlmetensi Xenodocbio relictis: atque propria domu in monasterium enecta: insuper & catera re familiari diueodita, pecuniam ferè omnem pauperibus distribuit, atque sumpto Tertiariarũ Franciscanarum habitu, præfatam domum cum quinque ex fratre, tum ex sorore nepotibus, ac aliis tribus pedissequis, sub. aooo 1491. ingressa est, inibique sanctissimè vixit. Nam ea nil continentius, nihilque vigilantius erat. Patientia insuper, mansuetudine, misericordia, humilitate, ac propriarum manuum labore cæteras superabat. Tandem virtutibus cumulata, diem clausit extremum & in eodem monasterio sanctæ Crucis Vlmeti, à se extructo (quod est 33. Prouinc. Conceptionis in Hispania sepulta est. Memoratur à Martyrologiu Franciscano, hac die, annotationibus ad illud. Gonzaga. part. 3. urigin. Seraphic. religion. iu eodem monasterio. Valerio da SS. Fœmiois Ordin. Minor. lib. 4. cap. 30. Mariano lib. 6. Chronicor. strictior: obseruant. Reformat. cap. 24. Barrezzo. 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap 54. ad annum 1534. wadingho. Tum. 2 Annal. Minor. anno 1491. §. 83. Thielmans. Tom. 2. vitar. sanctorum Seraphici ordinis.

Memoria S. Mamesiæ virginis [g]) Pia deuotione § 6. colitur apud Morinos: cuius intercessio pestiferis per quàm salutaris, vrbem Taruannam, ab ortu, admodum illustrat. Vide Malbranchq. Tom. 1. de Morinis. lib. 2. cap. 15.

PRIDIE CALENDIS IVLII.

ROMÆ, sanctæ [a] Lucinæ, Apostolorum discipulæ: quæ facultatibus suis, sanctorum necessitatibus communicans, Christianos in carcere detentos visitabat, ac Martyrum sępulturæ inseruiebat, iuxta quos & in crypta à se constructa sepulta est. Ibidem sanctæ [b] Æmilianæ Martyris. Item Romæ [c] sanctæ Lucinæ, quæ pietatis operibus addicta, post multos pro Christo agones toleratos, in exiliũ acta vitæ cursum compleuit. Lucæ in Tuscia sanctæ alterius Lucinæ [d] viduæ matronæ pientissimæ, religione ac fide spectabilis: Lemouicis in Gallia, sanctæ [e] Susannæ

ſannæ optimæ fœminæ quæ à ſancto Martiali baptiſata, ſpirituque ſancto repleta, migrauit ad Chriſtum. Apud Orpium, in monaſterio ſancti Martini de monte, diœceſis Namurcenſis, ſanctæ [f] Adiliæ virginis, Abbatiſſæ, ordinis ſancti Benedicti, pietate ac munificentia in pauperes celebris. Salisburgi, in Bauaria, ſanctæ [g] Erentrudis, virginis, Abbatiſſæ eiuſdem ordinis, miraculis celebris. Martianis prope Duacum, in territorio Attrebacenſi, ſanctæ [h] Clotſendis virginis Abbatiſſæ Benedictini inſtituti; monaſtica obſeruantia ac virtutibus conſpicuæ. Septoniæ, in Anglia, in comitatu Dorceſtriæ, commemoratio ſanctæ [i] Algiuæ, Reginæ, Edmundi Angliæ Regis vxoris: piis operibus ac vitæ ſanctitate illuſtris. Duaci, in territorio Attrebatenſi, beatæ [l] Freſcendis ordinis Ciſtertienſis, patientia, & zelo religionis, ac perfectionis plenæ. Matellicæ, In Picœno, Beatæ [m] Mathiæ à Nazareis, virginis illuſtriſſimæ Clariſſæ, quæ facta Abbatiſſa, mitis virtutibus emicuit, ac miraculis copioſiſſimè in vita & poſt mortem illuxit.

IVNII XXX.

§. 1. SAncta Lucina [a]) De ea agont Beda, Vſuardus, Ado, martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom 1. Annal. Eccleſ. ad annũ 69. Molanus in annotationibus ad Vſuard. Petrus de natalibus lib. 6. Catalog. ſanctor.. cap. 27. Ferrarius ibid. hac die, & in SS Italiæ, mentio de ipſa habetur in actis. SS. martyrum, Proceſſi & Martiniani. 2. Iulii. Apud Sorium. Pancirola. In Theſauro vrbis Romæ. Regione 5. Eccleſ. 5. Gallon. de virg. Rom.

§. 2. S. Æmiliana Martyr. [b]] Ita Martyrologium Romanum, hac die, & Baroaius, ibid. in notis. Erat Romæ Titulus S. Æmilianæ, de quo, & ad 5. Ianuarii in Concilio Romano. 1. ſob Symmacho Pap. fit mentio, anno, 502.

§. 3. S. Lucina [c]] Sancti Piniani, Aſiæ Proconſulis, poſtea Martyris, Vxor extitit: Florebatqoc ad annũ 280. ſub Diocletiano & Maxentio Imperatoribus ac S. Marcello Papa & Martyre ſanctiſſimam vitam ducens: De qua agitur ſæpius, in Actis ipſius Papæ (à quo eius domus in Eccleſiam conſecrata eſt Romę, quæ ſub Sancti Marcelli nomine a fratribus Seruitis tenetur) ſub 16. Ianuarii & S Sebaſtiani. 20. Ianuarii, S. Anthimi 11. Maii. (à quo fuerat baptiſata vnà cum viro ſuo, SS. Marcellini & Petri 2. Iunii ſancti Cyriaci, octo Auguſt. & aliorum. Apud Suriũ, hiſce diebus. De ea, item Baronius, ſup. In notis, ad Martyrologium Romanum, hac die, & Tom. 2. Annal. Eccleſ. anno 286. 255. 184. & 302. & ac Tom. 3. anno 309. Ferrarius SS. de Italiæ. Pancirola, ſop. Gallonius de Matronis Roman. Sauſſayus in Catalogo Sanctorum ad calcem Martyrologii Gallicani: vixit ad annos 95. ſemper eleemoſinis, precibus, ieiuniis. hymnis & canticis vacans, in fide & caſtitate perſruerans. Lucilla etiam dicta.

§. 4. S Lucina Matrona [d]) Lucenſis Matrona extitit: quæ corpus ſancti Paulini 1. eiuſdem Epiſcopi, ſub Nerone occiſi, piè ſepeliuit: illicque hac die colitur. Teſte Ferrario, in Catalogo Sanctorum, ex actis paſſionis ipſius S. Paulini. Paucirola ſup.

§. 5. S Suſanna Matrona [e]) Hæc eſt nobiliſſima Matrona, quæ prius omnium hoſpitio excepit S. Martialem Epiſcopum ad eam vrbem venientem: qoæ ab eo edocta, baptiſata eſt ſimul cum filia, S Valeria virginr: & orans S. Epiſcopus pro eis Dominum, repletæ ſunt ambæ ſpiritu ſancto: B. autẽ Soſanna derelinquens hoc ærumnoſe ſæculum, ſuſcepta eſt ab Angelis, migrauit ad Chriſtom. ſepulta verò eſt, ac condita aromatibus à Beato Martiali, magna cum veneratione &c. circa annũ 70. Illius meminerunt Aurelianus Lemouicenſis Epiſcopus in actis Sancti Martialis Epiſcopi, apod Surium hac die, cap 12. & ſeq. Ordericus vitalis. libro. 2. Hiſtor. Eccleſ. pag. 450.

§. 6. S. Adiliæ Virg. [f]] Hæc à pueritia Diuino afflata ſpiritu mundo exulans, Chriſto dulciſſimo purarũm animarum ſponſo, ſuam virginitatem conſecrauit. Illicque vbi ſacro velamine fuerat amicta, edito ætatis ac ſanctitatis progreſſo, multis Sanctimonialibus profuit. Tanta charitate erga Pauperes flagrabat, vt hoſpitale pro eis ſubleuandis, extruxerit, vbi pietatis & benignitatis exercitationibus ita ſe addixit: vt tandem bonis operibus plena ad Deum migrauerit, mercedem receptura, ſignis mirabilibus poſtea refulgens. Claruit ſob Childerico Francorum Rege: ſcribunt de ea, Molanos in Additionibus ad Vſuard. & indiculo SS. Belgii, Galleſinius in ſuo Martyrologio, Miræus, in Faſtis Belgicis. Ferrarius in noua Topographia, ad Martyrologium Romaoum. verb. Orpium, & in Catalogo Sanctor. Wion. in Martyrologio Benedictino, hac die, Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, eadem die, & 6. Decemb. Simon Martinus, in vita eius.

§. 7. S. Erentrudis Virg. [g]] Francigena ex Regia ſtirpe extitit progenita: cuius ingenuitas nobiliorem eam reddidit.: nam vniuerſarum virtutom incrementis nitens procedere ab infantia, homilitatem, obedientiam, patientiam, caſtitatem, charitatem, & in boniš operibus perſeuerantiam, ſemper obſeruabat omni inſtantia. Primitùs enim Abbatiſſæ officium eadem ſacra Virgo religiosè adminiſtrabat in Francia: vbi ſubditas Virgines regebat cum omni ſuauitate & ſapientia: quia in domo Dei laborauit cum conſenſu & concordia maxima, nec vſura nec dolus, nec ibi colebatur auaritia, quamuis minuta: Sed omniom bonorum inimicus grauiter ferens ſanctarum mentium vnanimitatem ſuperſeminauit zizania, & præualuit iniquitas, & labor in medio earum & iniuſtitia. At verò virgo perfectiſſima, lurgia, diſcordias, & ſimultates, declinans cum ſancto Ruperto Saliſburgenſi Epiſcopo (cuius neptis erat) Noricorum venit in partes, & apod Iuuaniam (vulgò Salzbourg io Monaſterio, quod ipſe conſtruxit in proximo mon-

ſanctæ Dei genitricis Mariæ, conſtituit eam Matrem Virginum, vt doceret eas ſpiritales artes: illic igitur piè viuendo, orando, ieiunando, vigilando, ſenſus quoſque ſuos ab omni prauitate auertendo: in omnibus actibus ita compoſuit mores ſuos, vt cunctarum inſtantia virtutum, præcelleret ſubditas ſurores, vt ſtellas Luna minores. Floruit circa annum 590. ſcribunt de ea Cæſarius, in vita eius, apud Surium, hac die, quo illa migrauit in cælum. ex Tom. 6. Antiquarum Lection. Henrici Caniſii. Trithemius, lib 3. virorum illuſtrium Ordin. Benedictini cap. 206. Baronius. Tom 8. Annal. Eccleſ. ad annum 590. Ferrarius in noua Topographia. ſup. verb. *Salisburgum*, & in Catalogo generali Sanctorum, hac die, ex Calendario & tabulis Eccleſ. Saliſburgij, wion. Ludouicus Iacob in Bibliotheca illuſtr. fœminar. & Menardus in Martyrologio Benedictino, Camerarius lib. 3. de Scotorum pietate, & Sanctis Regni Scotiæ, cap. 4. eadem die, Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, ad 27. Martii. Vbi de præfato S. Ruperto. Simon Martinus. ibidem. Raderus. Tom. 1. Bauariæ ſanctæ, hac die, Yepes. in Annalibus Benedictinis. Dempſterus. lib. 5. Hiſtor. Eccleſ. Scotorum.

§. 8. *S. Clotſendis Virg. Abbatiſſa*[h]] Filia erat S. Rictrudis, poſt cuius obitum facta illius Monaſterii Moderatrix, moribus & virtutibus ſanctiſſimis, id direxit, circa annum 687. Molanus in additionibus ad Vſuard. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, & Ferrarius in Catalogo Sanctorum, hac die. Item in noua Topographia. ſup. verb. *Marciana*. VVion. ſup. Myræus in Faſtis Belgicis. Buzelinus. lib. 1. Gallo-Flandriæ, cap. 41. poſt Hucbaldum Monachum: & alius in geſtis S. Rictrudis, 12. Maij. ſup. Malbranch. Tom 1. de Morinis. lib. 2. cap. 57. & lib. 3. cap. 39.

§. 9. *S. Algiua Regina.*[i]] A quibuſdam. *Algina, Edgina, Elgiſa, & Elfgina*, dicitur, Edmundi, Angliæ Regis Vxor, Mater verò Eduuij, aliàs Eduuini, ac B. Eadgari, item Angliæ Regum: quæ Monaſterium Sanctimonialium, in eo oppido, Septoniæ, vulgo *Schafteſburia*, celeberrimum dotauit, bonis operibus ſemper intenta, pietate & dulcedine prædita, vt etiam reos, quos triſtis ſententia Iudicum palam damnauerat, ipſa occultè redimeret, pauperibus larga, afflictis compatiens, prophetali gratia exlitus adornata, miraculis glorioſa, in præfato Monaſterio, dùm vidua ad finem vitæ vergeret inter Sanctimoniales, quaſi vna ex illis extremos peregit annos. Claruit circa annum 966. Ita Malmeſburienſis de Geſtis Pontific. Anglorum, lib. 2. §. De Monaſteriis Diœceſ. Schirburnenſ. Item lib. 2. de Geſtis Regis Anglorum, cap 4. Continuator Bedæ, lib. 2. cap. 10. Rogerius Houedenus part. 1. Annal. ad annum 955. Vvigornienſis eodem anno, VVeſtmonaſterienſis, eodem anno, Polydorus lib. 5. Campdenus, in deſcriptione comitatus Dorceſtriæ. Oſburnus, in vita S. Dunſtani. Baronius Tom. 10. Annal. Eccleſ. ad annum 959. Harpsfeldius in Hiſtor. Eccleſ. Anglic. ſæcul. 10. cap. 9. Eduardus Maihew. Tom. 1. Trophæor. Congregation. Anglic. Ordin. Benedictini ad Natales SS. hac die.

B. Freſcendis.[l]] Celebris euaſit: quippè, quæ ſanctiſſimè vixerit, & poſt multos labores, peregrinationes & miſerias, quas Chriſti amore & religionis zelo inflammata patientiſſimè pertulit, in Pratenſi Cœnobio, nouiter à ſe ſuiſque ſociabus erecto, ſub Ciſtertienſium legibus vitæ ſuæ curſum, magna cum ſanctitatis opinione finierit. De ea agunt, liber MS. de origin. Cænobii Pratenſ. Myræus, in Chronico Ciſtertienſi, ad annum 1318. Buzelinus. ſup. lib. 1. cap. 39. & lib. 2. cap. 29. Sauſſayus, in Martyrologio Gallicano. hac die, & Henriquez, in Menologio Ciſtertienſi, eadem die. §. 10.

B. Matthia Virg.[m]] Ex Matellica oriunda fuit, §. 11.
ex illuſtri *Nazareorum* familia nata: quæ vt nuptias deuitaret, ad Monaſterium S. Mariæ Magdalenæ Clariſſarum, habitum indutura conuolauit, quod cum Abbatiſſa eius cognata, illi propter parentum timorem denegaſſet: illa protinus propriis manibus crines ſuos totundit: pretioſas veſtes abiecit, detritas vileſque cinericij coloris induit: Ecce modò furibundum Patrem aduenientem excepit: tamque efficacibus verbis demulcens ſedauit: vt tandem ſibi pacificum reddiderit ac ſolemniter ex eius aſſenſu Religionis profeſſionem emiſerit: cuius mox tanta fuit vitę ſanctitas, atque prudentia, vt excedente præfata Abbatiſſa, omnium Monialiũ vocis, licet inuita, ſibi in officio Abbatiſſæ ſuffecta fuerit, atque in eo munere virtutibus incomparabilibus emicuerit: necnon viuens ac mortua quamplurimis illuſtrata miraculis: nam claudos illuminauit, ſurdis auditum reſtituit, alioſque à diuerſis langoribus liberauit: cuius rei cauſa, Monaſterium præfatum in quo ſepulta iacet, prius ſub Titulo ſanctæ Marię Magdalenę: nunc de ſuo nomine præ ſe fert appellationem. Memoratur in Martyrologio Franciſcano, & annotationibus ad ipſum. Gonzaga in prædicto Monaſterio, quod eſt 10. Prouinc. Marchiæ. part. 2. Origin. Seraphic. Religion. Barrezzo. Part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 15. ad annum 1513. Valerio de SS. Fœminis, Ordin. eiuſd. lib. 4. cap. 14 VVadingus. Tom. 5. Annal. minor. ad annum 1407. §. 7.



IVLIVS

CALENDIS IVLII.



ROMÆ, Sanctarum[a] Liberiæ, Neonis, Agrippinæ, Ducis militiæ, coniugum. Rhemis, sanctæ Susannæ[b] Virginis Abbatissæ: mira Dei sapientia ac virtute castimoniæ insignis. Donononii, in Hannonia, Diœcesis Attrebatensis, iuxta Valencenas, Sanctæ[c] Reginæ viduæ: quæ sanctis operibus plena, ad vitæ cælestis gaudia perrexit. In Acquiria monasterio, ordinis Cisterciensis, diœcesis Antuerpiensis, beatæ[d] Elizabeth de Vans, Virginis: genere & vita ac spiritu prophetico nobilis. Mechliniæ, Depositio beatæ Clarissæ-Leonardi,[e] Virginis Beghinæ, vitæ perfectione, & virtutum amore spectabilis. Beatiæ, in Hispania, beatæ[f] Franciscæ à Peralta, Virginis Clarissæ: Religione ac miris virtutibus exornatæ.

IVLII PRIMA DIES.

ANNOTATIO.

§. 1. *Anctarum Liberiæ & cet.* [a]] Ita Ferrarius In Catalogo generali sanctorum, hac die ex Canisio, qui illas à SS. Apostolis Petro & Paulo conuersas scribit.

§. 2. S. *Susanna virg. Abbatissa* [b]) Miris laudibus extollitur à Flodoardo, lib. 1. Histor. Rhemens. cap. 24. apud Suriū. Simonem Martin., &c. in actis S. Theodorici, Abbatis. 1 Iulii. Qui cum virginitatis propositum seruare maximè præoptaret vrbem Rhemensem properè petens, hanc Christi. sponsam, illic Abbatissam, cælibis vitæ cultrice requisiuit: quippè quæ erat, virgo sobria, pudica: subque tutela B. Remigij Pontificis puellari præerat congregationi: fœmina virilis, animi virago profundi consilii, consiliatrix altioris ingenii: ad cuius piissimæ matris sinos mitissimos. Sanctus se contulit ipse Theodoricus, solo sternitur ante pedes spiritalis matris, eique prodit arcana soli Deo cognita sui cordis: erumpentibus lachrymis: gemito conturbatur, singulto concutitur, atque salubre consiliū sibi cum subsidio precum subnixè ferri precatur. Ad hanc compunctionis mœrorem deuotissimi iuuenis commota sunt viscera bemgnissimæ matris: flenti compatitur, lugentem consolatur, mœrentem lætificat & vt eum voti compotē faciat, Dominom pietatis exorat: &c. Florebat circa annom DXC: verè filia spiritualis præfati sancti Remigii ac tanti præsulis discipula, quem ad amussim imitari studebat.

S. *Regina vidua* [c]) Multis modis commendatur: §. 3. quippè, quæ fuit neptis Pipini Francor Regis, vxorq; B. Aldeberti Austrouandiæ Comitis, Fundatrix Donumens. monasterij & mater ss. virginum Ragenfredis & Auę, quæ illic primæ Abbatissę extiterunt. Itaque post viri pium obitum, sęculi nexibus prorsus soluta, diuinis sese obsequiis omnino addixit: vti testantur, Molanus in additionibus ad Vsuard. hac die & in indiculo ss. Belgij. Ferrarius sup. & in noua Topographia ad martyrologium Roman. verb. *Dononium*. Saussayus in martyrologio Gallicano, ead. die, & Myręus in Fastis Belgic. Menardus in martyrologio Benedictino. & lib. 2. obseruation. ad illud.

B. Elisabeth virg. [d]] Nobili Eburonum stirpe oriunda, à cunabulis ferè Christo deuotissima fuit. §. *Vans* pagus est vno circiter milliari distans ab vrbe Leodio: à quo ipsa cognomen sortita est Inuita cuidam militi desponsatur, sed virgo intacta per annum permansit, etiamsi in eodem lecto coniaceret Viro mortuo: egregiis virtutibus, & Prophetiæ spiritu dotata, raptibusque & cælestibus visionibus fuit etiā insignis Tandem cum multis virtutum splendoribus claruisset, vocata est ad thalamum sponsi cęlestis, hac die: sic B. Cantipratanus, lib. 3. vitę S. Lutgardis, cap. 16. apud Surium 16. Iunii. sup. Item lib. 2.

Apum, cap. 50. §. 4. v. & 6. Coluenerius ibid. in notis. & cap 54. §. 4. Nyder lib. 1. Formicarij. cap. v. Rayssa. in Auctario, ad natales ss. Belgii, Molani: Saussayus sup. Myreus in Chronic. Cistertiensi Gillemanus, in Hagiologio ss. Brabantię. Henriquez. in menologio Cistertiensi, hac die, Menardos in 2. Appendice ad martyrologium Benedictinum.

§. 5. *B. Clarissa, virg.* [e]] Hæc à pueritia, crescenteque ætate, maius etiam & perfectius Deo seruiendi desiderium concipiebat. Itaque anno ætatis suæ, 13 inuita licet matre, cœpit ad Dei cultum sese magis propensam ostendere. Quare cùm in Ecclesia Fratrum Minorum oraret attentius, perpetuæ castitatis voto sese Deo adstrinxit. Verùm ob sæculi malitiam, grauiter sibi timeret & perfectionis amore vehementer agitaretur, ad gloriosam Dei matrem, ardentissimis precibus confugit, ab ea intelligere desiderans, quodnam tandem vitæ genus perfectionis acquirendæ idoneum assumere deberet. A qua in somnis admonita Mechlinense Beghinagium ingressa est: Ibique sese totam ad pietatis & virtutum exercitia applicuit. Incredibile est quantas tentationes carnis præcipue, quantosque diaboli insultus, insidias & laqueos sustinuerit. Sanctè obiit, hac die, anno 1460. Rayssa teste, sup. ex part. 2. Nowalis sanctor. Brabantiæ.

B. Francisca virg. [f]] Beata fuit hæc illustris virgo: cuius Religio, vitæ, candor, atque sanctitas incredibiles fuere: quamque reliquæ sorores in cælis beari existimant. Floruit anno 1510 obiitque in monasterio S. Antonii, ad Beatianæ ciuitatis suburbium, quod est 4. Granatens. Prouinc. Agunt de ea martyrologium Franciscanum hac die. Annotationes ad ipsum. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in eod. Monasterio. Barrezzus. part. 4. Chronic. minor. lib. 2. cap. 14. ad annum 1514. Valerius lib. 4. de ss. Fœmin eiusd. Ordin. cap. 17. VVading. Tom 6. Annal: Minor. ad annum 1460. §. 63. §. 6.

SEXTO NONAS IVLII.

VISITATIO [a] sanctissimæ Virginis Deiparæ Mariæ ad Elisabeth. Constantinopoli, [b] Depositio stolæ eiusdem beatissimæ Virginis, in Blachernis. Eodem die, Sanctarum Martyrum [c] Martiæ & Simphorosæ, & aliarum ex familia earumdem, quæ omnes ad Campaniam, cùm Diocletiani Imperatoris persecutio deseuiret, martyrio coronatæ sunt. Turonis, Depositio sanctæ [d] Monegundis religiosæ fœminæ: quæ piis pœnitentiæ exercitiis dedita, signis admirandis enituit. In Germania, beatæ [e] Richæ Virginis, Ordinis Cluniacensis, Cladris Bohemiæ Monasterii alumnæ Salmanticæ, Beatæ [f] Agnetis, Virginis Clarissæ, nobilitate, pietate oratione atque vigiliis omninò insignis. Lyræ in Brabantia, Diœcæsis Machlinensis, apud Monasterium Nazareth, Ordinis [g] Cistertiens. Beatæ Mariæ conuersę Virginis: virtutum splendore, & sanguinis genere nobilis: ex cuius corpore mira odoris suauitas emanat. Item Translatio [h] Sanctæ Euphemiæ Virginis & Martyris, quando Lemno Insula sacrum eius corpus Constantinopolim delatum est, quod hinc Melitam ad Insulam demùm aduectum fuit. Binchii in Hannonia, diœcæsis Cameracensis, Translatio Sanctæ [i] Amalbergæ, viduę, Barcinone, in Catalaunia, Inuentio [l] corporis Sanctæ Eulaliæ: Virginis & martyris.

IVLII II.

§. 1. V*isitatio S. Virg. Mariæ* [a]] Hæc quidem solemnitas ab Vrbano 6. Papa & a Bonifacio 9. confirmata vel potius publicata est.: idque occasione vrgentis schismatis, ad quod componendum eiusdem D.i genitricis opem, Dei Ecclesia propensius (ea autem celebritate) statuit implorare anno Domini 1389. Memoratur à Martyrologio Romano, hac die. Baronio, ibid in notis, Molano in additionibus & annotationibus ad Vsuard. Saussayo in Martyrologio Gallicano Lippeloo Tom. 3. Exinde orta est, Anissii diœcesis Gebenens. Lugduni. &c. in Gallia, Congregatio Religiosarum S. Mariæ de visitatione, Authore D. Francisco *de Sales* Gebennensi Episcopo; sub initio anni 1610. & 1618. quæ posteà mirè fructificauit in odorem suauitatis: vide Grisium, De clericis Regular. section. xv. §. 20. & Coluenerium, eadem die in calendario virg.

Depositio Stolæ B. Virg Mariæ [b]] Ita Molanus in additionibus ad Vsuard. hac die, ex Zonara, Tom. 3. Histor. pag. 42. Raderus. part. 1. viridaril sanctor. Leo magnus Imperator in litore Templum Deiparæ excitauit; in eoque vestem hanc B. virgin. deposuit. Cedrenus anno 17. Leonis. Id accidisse scribit. Porro Nicephorus lib. xv. cap. 14. totã hanc de veste virg. historiam explicuit, eiusdemque cap. 14. vbi de Pulcheria agit, mentionem facit, vide Simeonem Metaphrastem ea de re, apud Surium die 15. Augusti. circa annum 460. & Coluenerium eo sup. §. 2.

SS. Mart. Martia. &c. [c]) De his agunt. Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman, hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom 2. Annal. Eccles ad annum 284. 285. & 303 Molanus in annotatiobus ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman verb. *Campania*, ex actis S. Sebastiani §. 3.

Martyris

ni Martyris: quæ referunt ad 20. Ianuarii. Surius & Lippelous. Tom. 1 cap 21. Pancirola in thesauro vrbis Romæ, Regione 2. Ecclesia 42. vbi quiescit S. Symphorosa, ex licentia viri.

§. 4. S. *Monegundis.* [d] Fuit primo vxorata. proles Carnotenæ vrbis, hinc ex licētia viri reclusa ac Sanctimonialis aliquot moniales collegit, quas magnis vitæ religiosæ exemplis, informauit, quibuscū fide integra, & oratione degebat, pane hordeaceo & aqua se sustentans, ac super mattas recūbens: qua de re virginis nomenclatura ab Vsuardo honoratur. Scripsit res eius præclaras, eximias virtutes, atque multiplicia miracula, S. Gregorius Turonensis in vita Sanctorum Patrum. cap 19. & de gloria Confessorum cap. 24. ex quo Surius, Lippelous, Renatus Benedictus, & alii hac die. Petrus de natalibus lib. xi. catalog. ss cap vltim, §. 187. Gouonus lib. 1. vitaru Patrum occident. in ea, Tritthemius lib. 3. virorum illustrium Benedictini ordini. cap. 83 Saussayus in martyrologio Gallicano, hac die; præterea Ado die præcedenti, sed Vsuardus ac Martyrologium Romanum hac die. Baronius ibid. in notis. Molanus in annotationibus ad Vsuard. Gallesinius & Maurolicus in suis martyrologiis. Miræus in Fastis. wion. in martyrologio Benedictino. Vetustissimum Patrum Benedictinor. S. Sauini monasterii de Leustania in montibus Pyrenæis, in agro T. . . iensi martyrol . . . MS. Vacquerius in Enchiridio benè morientium Apud Chimacum, gallice *Chimay*, Hannoniæ oppidum, diœces. Leodiens. extat Ecclesia Collegiata suo nomini sacra. Ferrarius sup. verb. *Turones.* Floruit circa annum 500. Simon Martinus hac die.

§. 5. S. *Richa virgin.* [e] Sic Menardus in martyrologio Benedictino, hac die, & lib. 1. obseruation. ad illud velata fuit à sancto Othone Episcopo Babēbergensi, & Pomeranorum Apostolo: vti constat, ex Anonymo, Authore vitæ ipsius. D. Othonis. lib. 2. cap. 6. apud Canisium. Tom, 2. Antiq. lection. Florebat, ad annum 1125.

§. 6. *B. Agnetis virginis.* [f] Feruida erat in oratione, in vigiliis sedula & diuino officio deuota: ab omnibus dilecta, omnibusque chara: euolauit in cælum anno 1483. hac die. vti habent martyrologiū Franciscanum & Annotationes ad ipsum. Gonzaga. part. . origin Seraphic. Religion. in monasterio Salmanticensi, quod est 1. Prouinciæ S. Iacobi, Barrezzus. part. 4. Chronic. Minor. lib, 2. cap. 9. ad annum 1453. loco 1183. & Valerius, De SS, Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 13. wadinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad annū 1238. §. 19. & Tom. 5. anno 1283. §. 5. Thielmans. tom. 2. vitar. SS. ordin. Seraphic.

B. Maria conuersa virgin [g]) Migrauit in cælum, anno 1608. iuxta Raissam, in Auctario ad natales SS. Belgii Molani, 29. Iulii, vbi de B. Beatrice priorissa in Nazareth. Henriquez in Menolog. Cisterciensi hac die. §. 7.

Translatio S. Euphemiæ, virg. martyr. [h]) Petrus de Natalibus sup. cap. vltim. 189. die sequenti, apud Constātinopolim: Alii autem, hac die, vti Saussayus in Supplemento Martyrologii Gallicani, & Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum ex Menologio Græcorum Huius corpus, cum capsa iussu impii Copronymi in mare proiectum & à nauigantibus repertum, in Lemno Insula est reconditum: donec Constantino Irenes filio Imperatore, Constantinopolim relatum fuit. Vide Baronium. Tom 9. Annal Eccles, ad annum 796. & Surium 11. Iulii. Bosium. tom. 2. de Signis Eccles. lib. 15. cap. 6. & 7. 8. 10. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ. Regione 2. Ecclesia 30. §. 8.

Translatio sanctæ Amalbergæ viduæ [i]} Peracta est huiusmodi solemnitas, anno 1409. cuius meminerunt, Molanus in Additionibus ad Vsuard. & in indiculo SS. Belgii, Wion sup. & Saussayus in Martyrologio Gallicano hac die. §. 9.

Inuentio corporis sanctæ Eulaliæ virg. & mart. [l]} Hanc commemorant Marietta, lib. 4. de SS. Hispanicis, Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, hac die, ex tabulis Ecclesiæ Barcinonens. De eius Corporis inuentione sic ait Truxillus in Thesauro Concionatorum, ad 12. Februar *Fuit autem occultatum per multos annos, donec tandem anno Domini 808, fuit reuelatum Episcopo Barcinonensi Frodoyno, vbinam sanctissimum Eulaliæ corpus esset, atque inde translatum fuit ad templum maximum, quod vocatum est de cruce: mansitque in sacrario, vsque ad annum Domini 1380. quo anno fuit translatum inde, ad sacellum quoddam insigne sub humo & ea causa constructum: Aderat autem ibi Iacobus Arragonum Rex, huius nominis primus cum filiis suis Principibus.* §. 1

QVINTO NONAS IVLII.

CLVSII, in Ethruria, sanctæ [a] Mustiolæ Virginis, Matronæ nobilissimæ, Martyris, quæ sub Aureliano Imperatore, diuersis atrocibusque suppliciis cruciata, coronam Martyrii promeruit. Alexandriæ, Sanctæ [b] Euphemiæ Virginis & Martyris. In Eischelo Diœcesis Constantiensis pago, Sanctarum [c] Wibrandis & Mechtundis, Virginum. Longi Campi, in Territorio Parisiensi, Beatæ [d] Ioānæ à Nauarra, Virginis Clarissæ: quæ Regias pro Christo Sponso spernens diuitias, monastica obseruantia, & virtutum splendore plurimum emicuit. Mantuæ, beatæ [e] Angelicæ, Virginis, item Clarissæ: genere, & virtute illustrissimæ. In India Orientali, Beatæ [f] Claræ Virginis Dominicanæ, filiæ Calaminæ Regis: quæ summis virtutibus, viam sibi parauit in cælum. Guadalfagiaræ in Castella, Beatæ [g] Mariæ Fernandez Coronel, viduæ, Monasterii eiusdem loci Fundatricis: quæ claro stemmate exorta, post viri obitum, Ordinem sanctæ Claræ ibidem assumpsit, & pietate, Religione, Castimonia atque vitæ sanctitate refulsit In Calensi Monasterio, Diœcesis Parisiensis, Memoria sanctæ [h] Bathildis Reginæ Franciæ.

IVLII III.

§. 1. S*Ancta Mustiola Martyr.* [a]] Claudii Imperatoris Consobrina fuit, insigni pietate Matrona, quæ cum resciuisset complures Christianos à Turgio Aureliani Imperatoris Vicario, in carcerem esse coniectas, noctis diligenter custodias adiit, ac ministris pretio delinitis intrò admissa, vinctorum pedes lauit, sauciosque vnxit, & singulis alimenta & vestes suppeditauit. Tantum tamque eximium charitatis lumen, cùm diu in mediis tenebris occultari non posset: statim per Torquatum quemdam Turgio innotuit. Quare eam ad se deduci iussit, quam conspicatus incredibili pulchritudine proditam, obstupuit; & verbis atque blanditiis, postea minis & verberibus, illius constantiam tentauit labefactare, sed frustra: cùm in fide Christi perseuerans, martyrium libenti animo subierit, plumbatis cæsa vsque ad mortem. Eius memoria recolitur apud Vsuard. & Martyrologium Romanum, hac die, Baronium ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad annum 275. Item Molanum in annotationibus ad Vsuard. Ferrarium in noua Topographia ad Martyrologium Romanum, verb. *Clusium*. Vincentium Beluacens. lib. 11. specul. Historial cap. 119. Petrum de natalibus lib. 6. Catalog. SS. cap. 48. Surium, Lippeloum, Renatum Benedictum, & alii in vita eius, hac die: Foderetum verò ibid. ad 23. Iulii. Vghellum, Tom. 3. Italiæ sacræ. in Episcopis Clusinis, sub initio, & sub 4. Episcopo.

§. 2. *S. Euphemia Virginis Martyr.* [b]] Ita Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, hac die, ex Martyrologio Canisii & actis S. Triphonis, ac sociorum, quibus passa est hodie, apud Martyrologiũ Romanum & Petrum de natalibus sup. lib. 11. cap. vltim. §. 188.

§. 3. *SS. VVilbrandus, &c.* [c]] Sic Molanus sup. hac die, in additionibus ad Vsuardum & VVion. in Martyrologio Benedictino.

§. 4. *B. Ioanna Virg.* [d]] Patrem habuit Philippum à Francia Comitem Ebroicens. ac Nauarræ Regem, Matrem verò Ioannam, Ludouici Hutini, Franciæ ac Nauarræ Regis filiam. Hæc igitur Regnum cæleste cuiuis terreno præponens, anno ætatis suæ 12. Christi autem 1337 in Monasterio S. Claræ, apud Longum Campum, Dei seruitium est aggressa, magno suo gaudio, magnaque omnium admiratione, (cùm prius renuntiasset promissioni, quam Pater suus fecerat, de matrimonio futuro inter se & Petrum Aragoniæ infantem, cuius litteræ extant. sub datum anno 1338. April 23.) illicque cœlibem vitam, ac propè cælestem agens non sine opinione sanctitatis obiit, hac die, anno 1387. De ea agunt martyrologium Franciscanum, hac die, annotationes ad illud. Rouillardus cap. 19. vitæ B. Isabellæ Virginis, sororis Sancti Ludouici 9. Francorũ Reg. Iacobus Charronus cap. 139. Histor. general. Galliæ. Brulius lib. 3. Antiq. Parisiens. pag. 1258. Pisanus, lib. 1. conformitat. fruct. 8. part. 4 in 2. excellentiæ Ordin. S. Claræ. Firmamentum trium Ordin. Minor. part. 1. Tract. de illustrioribus Fœminis huiusce Religion. Tossinianus, lib. 1. Histor. Seraphic. in 2. Ordine Minor. Platus de bono statu Religion. lib. 2. cap. 27. Bzouios. Tom. 13. Anal. Eccles. ad annum. 1241 §. 18 & Tom 14. anno. 1417. §. 14. Elezarius, lib. 2. Montis Oliueti. cap. 5. Valerius, lib. 4. de SS. Fœminis Ordin. Minor. cap. 13. Thielmanus, Tom 2. ibid. & alii recentiores.

B. Angelica Virg. [e]] Filia erat Lodouici Marchionis Mantuani Illustriss. quæ Clarissa effecta in Monasterio S. Paulæ, illic tot virtutibus refulsit, vt magna sanctitatis opinione obierit: in cuius funere, B. Bernardinus à Feltro, Minorum sydus & honor, concionem habuit, assumpto themate Eccles. 50. cap. 6. *Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis, &c.* Vide Donesmundum lib. 7. Histor. Mantuan. Martyrologium Franciscanum, hac die, annotationes ad ipsum, Wadinghum, Tom. 7. Annal. Minor. ad annum 1481. §. 13. quo è vita migrauit in cælum. §. 5.

B. Clara Virg. [d]] Patrem habuit Indiarum Orientalium Regem Maximum, quæ baptisata, & in timore Domini educata, incredibili pulchritudine corporis, ac morum probitate florebat. Exquisita à patre & regibus aliis, vt nuberet, negauit se alium in sponsum assumere, quàm Christum Dominum, cui fidem dederat, & virginitatem deuouerat. Vt autem Deo facilius inseruiret, fugæ sibi præsidium quæsiuit, & clam profecta, obuiam habet Gommattam, magnum fluuium sibi oppositum: sed oratione facta in duas se diuisit partes, & intrepida, facto signo crucis profunda fluminis plantis calcauit, & euasit: venit itaque ad Monasterium Bedenagli: ordinis S. Dominici: vbi sumpto habitu religioso de manu B. Imatæ Priorissæ, miris virtutibus sic ex tempore fulsit, vt in eius locum postea Priorissa successerit. Ieiunio quotidiano se exercebat: cuius aqua, potus, & herbæ coctæ, cibus: humi perpetuo cubans, somni parca erat, orationem colebat intensissimè, in qua quotidie extases & raptus patiebatur: cum 50. annos explesset in ordine Domino sanctissimè obdormiuit in Domino, relinquens post se miræ odoris fragrantiam: cuius anima visa est ab Angelis in cælum deduci. Eius festum solemniter colitur in India. hac die. iuxta raphicum Razzium, part 1. vitar. SS. ac BB. Ordinis Prædicat. *Zentedemarea*, lingua Indica nominata. Ioannes à sancta Maria, ibid. part 2. lib. 3. ex Æthyopia orta. §. 6.

B. Maria vidua [g]] Mortuo Marito, Ioanne à *Cerda*, viro illustrissimo, Monasterium S. Claræ. apud Guadalfigiaram à se extructum, anno 1310 & redditibus amplissimis locupletatum, anno 1312 ingressa, religionis habitum, ingenti pietate induit: ac miris virtutibus emicuit. Constat ipsam fuisse speciosissimam atque pulcherrimam, eaque de causa, à Rege Castellæ, Petro Crudeli, summopere concupitam atque persecutam. Cùmque nec suasionibus, nec precibus eum à se sollicitanda auertere posset, titione ex igne sublato, propriam faciem deformare contendit, vt vel sic manus Regis effugeret. Quo nihilominus in sententia persistente, ad huiusce loci Moniales se contulit, illasque rogauit, vt se viuam humarent, quandoquidem Regis dementia efferueret, nec prius cessatum foret, quàm optatis, licet indignissimis potiretur & præstare gloriosam mortem oppetere, quàm famam commaculare, Deumque offendere. Mirabile dictu! vir Hortulanus foueam, in qua ad tempus delituit, leui terra contegerat, quando tota superficies speciosissimo Petroselino, virentibus foliis conspersa fuit: Ita vt furibundus §. 7.

Rex

Rex post eam ingressus, totumque conuentum atque hortum diligentissimè scrutatus, nullo pacto eam ibi latentem inuenire potuerit. Quæ postea in ipso loco superstes, vitam Sanctissimè finiuit: sepulta in medio choro. cuius Corpus à 150. eoque amplius annis effossum, adeò tractabile, integrum, & incorruptum repertum est, ac si à paucissimis horis vita functa esset. Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. In. 2. & 3 Monasterijs. Prouinc. Beticę, Barrezzus. part. 4. Annal. Minor. lib. 2. cap. 12. Valerius, sup. cap. 15. Salazar, lib. 2. Chronic. Proninc. Castellæ. & lib. 5. cap. 30. VVadingbus. Tom. 3. sup. ann. 1312. §. 13. & Tom. 4. ann. 1375. §. 46.

§. 8. *Memoria. S. Bathildis Regin.* [h]] An. Christi 1631. hac die, facta est eaconsio. & apertio capsæ. S. Bathildis Reginæ. cuiusdam grauis occasionis necessitate, ad quarum sanctarum Reliquiarum contactum, sex moniales huiusce Regalis Abbatiæ à morbis extremis, mox miraculosè curatæ sunt & sanatæ: quo facto permotus Illustrissimus Ioan. Franciscus Gondyns, primus Parisiensis Archiepiscopus, tanti miraculi publicationem, sua authoritate comprobauit: memoriamq; illius cœlestis gratiæ celebrandam, ead. die, in Diuino officio, permisit: ita monimenta M. SS. eiusdem loci, & Simon Martinus, in flore sanctor. Tom. 1. hac die, in vita. ipsius, S. Bathild. Regin.

QVARTO NONAS IVLII.

SIRMII Sanctæ [a] Sebastiæ, Martyris. Apud Blanciacum, Artesiæ in Morinis oppidum, Depositio Sanctæ Berthæ, [b] Monasterij eiusdem loci fundatricis, & Abbatissæ primariæ, Ordinis Benedictini: signis & virtutibus celebris. Pisauri in Piceno, Sanctæ Mustiæ, [c] virginis. Conymbriæ in Lusitania, Sanctæ Elisabeth, [d] viduæ, Portugaliæ Reginæ; quæ pietate & oratione, patientia & charitate, atque castimonia insignis, nec non sub habitu tertij Ordinis Beati Francisci, humilitatis ac misericordiæ, & pœnitentiæ operibus iugiter intenta, miraculis in vita & post mortem claruit. Romanis in Delphinatu, Beatæ Simonæ, [e] de Mery: genere, & Virtutibus Illustrissimæ. Veronæ, [f] Inuentio Sanctarum Virginum Teureriæ, & Tuscæ. Eodem die, Translatio Sanctæ Landradæ, [g] Virginis, Abbatissæ.

IVLII IV.

§. 1. SAncta Sebastia, Martyr. [a]] Agunt de ea. Beda Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius, ibidem in notis. & Ferarius in noua Topographia ad Martyrolog Roman. verb. *Sirmium*.

§. 2. *S. Bertha, Abbatiss.* [b]] Primùm Sigefrido, Comiti Pontiuensi, nupta, ac Illustri piaque prole fœcunda; post eius obitum, sæculum aspernata, totam se cœlestis sponsi obsequijs addixit, proprioque in fundo, constructo illo Monasterio, ann. 682. semet, vera vt libertate donaretur, includens pijstudij socias. nonnullas ingenuas Virgines, ac matronas nobiles aggregauit. Quibus omni religionis & sanctitatis splendore, tramitem cœli ostendens, præfuit, ac denùm ad æterna gaudia migrauit; cuius Tumulum multis signis Deus illustrauit. Hæc ea Molano, in Additionibus ad Molanum, & in indiculo SS. Belgij, Saussayus in Martyrologio. Gallicano, hac die, VVion. in Martyrologio Benedictino; Myræo in. Fastis Belgic. Iperico in suo Chronico Bertinensi. Ferrario. sup. verb. *Blanciacum*. & in Catalogo generali sanctor. Gallia Christana in ea Abbatia. Simon Martinus, in vita eius ad 4. Iulij Malebrancus. Tom. 2. de Morinis lib. 3. cap. 30. & 41. item lib. 4. cap 18. 20. 23. 31. 36. 59. ac Tom. 2. lib. 6. cap. 28. 42. 43. lib 8. cap. 7. 32.

§. 3. S. *Mustia, Virg.* [c]] Ita Ferrarius, in Catalogo generali sanctor. hac die, ea Tabulis Ecclesiæ Pisauriensis: quæ illam, vti Patronam colit. Quidam eam confundunt cum S. Mustiola, sed perperam, vti notat Ferrarius, in SS. Italiæ, ipsa die.

S. Elisabetha, Vidua. [d]] Nascitur. ann. 1271. Patre, Petro Arragoniæ Rege, Matre verò Constantia, Regina Siciliæ; quæ à pueritia totius sanctitatis specimen dedit. Nam annos. 8. nata, cœpit Diuinum recitare officium, quod vsque ad finem vitæ ad amussim seruauit; sæpè Ieiunijs vacabat. egenis eleemosynas faciebat, pauperibus maximè compatiebator; interque Regales delitias enutrita, mundi tamen oblectamentis haud animum relaxabat. Vix ann. 11. attigerat, quando Dionysio, Regi Portugalliæ, desponsata est in vxorem, ann. 1282. quo in statu, spiritualia pietatis adiungens exercitia, ampliori spiritus feruore, sanctæ orationi intendebat: nocte dieque preces ad Deum fundebat, quas profluuijs lachrimarum irrigabat. Operi ac labori manuum nonnumquam, per tempus, otium dabat, vt exindè quidpiam ministerio Altaris, & cultus Diuini aptandum conficeret. Patientia enituit maxima, Regis sponsi sui deprauatos mores, æquo animo ferens, & prudentissimè in omnibus se habens. Quo mortuo ann. 1325. Protinùs habitum Ordinis. S. Claræ assumpsit. sed ab alijs prępedita, simplex coacta est tertij minorum institutum seruare: vt misericordiæ ac penitentiæ operibus liberius vacaret; quibus iugiter intenta, sancto fine quieuit in Domino, die Iouis, 4. Iulij. ann. 1336. ætatis suæ ann. 65. apud oppidum. *Estremos*. vulgò nuncupatum. At Alphonsus, Lusitaniæ Rex, piæ matris corpus Conymbriam transferendum curauit, ad Monasterium. S. Claræ, quod ipsamet con-

ſtruxerat: vbi quamplurimis coruſcat miraculis. Canoniſata eſt autem die 25. Maij. ann. 1625. De ea egerunt, quotquot res Minoritanas ſcripſerunt. Martyrologium Franciſcanum, hac die, Annotationnes ad illud, vbi Authores fermè omnes citati ſunt: quibus addendi. Ferrarius, ſup. in Noua Topographia, verb. *Conimbrica*. & in SS. Italiæ Rayſſa, in Auctario ad natales. SS. Belgij. Molani ſub. 19. Nouembris, Vacquerius, in Enchiridio benè morientium. hac die.

§. 5. *B. Simone de Meri* [e]) Nobiliſſimo fulgens Stemmate, vxor extitit Caroli de *Pictauia*, Domini de San-valerio, viri Illuſtriſſimi; pietate ac virtute præclariſſima: quæ veluti filia Ordinis Minorum ſpecialiſſima, tumulata eſt, (moriens ann. 1409. hac die.) In Eccleſia Conuentus Franciſcani, Romanenſis vrbis, in Delphinatu; vbi pia fidelium deuotione veneratur: Ita Necrologium Conuentus Trecenſ. Minorit. Quercetanus, in Hiſtoria Comitum Valentinorum, & Dominorum de San-valiero. cap. 11. ex inquiſitione, eodem loco facta, anno 1421.

§. 6. *Inuentio. SS. Teuteria &c.* [f]) Hæc ſolemnitas accidit ann. 1160. de qua Tabulæ Eccleſ. Veronenſ. Auguſtinus Valerius, Epiſcopus Cardinalis lib. de Sanctis Veronenſ. Eccleſiæ, Ferrarius, ſup. in Catalogo, hac die.

Tranſlatio. S. Landrada, Virg. [g]) Iſta fuit 3. Tranſlatio: cuius meminere. Trithemius. lib. 3. §. 7.
Virorum illuſtrium, Ordin. Benedictin. cap. 282. VVion. in Martyrologio Benedictino. hac die: De qua in vita ipſius. S. Landradæ Virg. apud Surium. die 8. Iulij in fine. Hæc habentur ex MS. Codice. *Anno Domini 1277. die Dominica, poſt feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli celebrauit venerabilis Philippus, Tornacenſis Epiſcopus, Tranſlationem corporis Beatæ Landradæ Virgin. in bacrheca, cui Tranſlationi interfuerunt venerabiles Archidiaconi, Magiſter Henricus de Muda, & Dominus Nicolaus, dictus Miſo; Dominus Ægidius, tunc Abbas. S. Martini Tornacenſis, & quam plures alij religioſi, & etiam ſeculares, videlicet, Dominus Radulphus de Niuella, Dominus Ioannes de Haxpœle, & Dominus Philippus, Frater eius. milites, & per multi alij, imò innumeri, tam nobiles, quàm ignobiles.*

TERTIO NONAS IVLII.

ROMÆ Sanctæ [a] Zoæ, Martyris, Vxoris Beati Nicoſtrati Martyris: quæ dùm ad confeſſionem Beati Petri oraret, ſub Diocletiano Imperatore, à perſecutoribus arctata, & in cuſtodiam obſcuriſſimam truſa, deindè collo, & capillis in arbore ſuſpenſa, adhibito ſubter horribili fumo, in confeſſione Domini emiſit Spiritum. Cyrene in Libya, Sanctæ [b] Cyrillæ, Martyris, quæ in perſecutione Diocletiani, ardentes carbones cùm Thure ſuper manum poſitos, diu tenuit, ne prunas excutiendo, thus obtuliſſe videretur; deindè ſæuiſſime, laniata, proprio ſanguine decorata migrauit ad ſponſum. In Sicilia Sanctæ Triphinæ, [c] Martyris. Tomis in Scythia, Sanctæ [d] Sedophæ, Martyris, Apud Septem pedanos in Picœno, Sanctæ Philomenæ, Virginis. Eodem die, Sanctæ [f] Modvvenæ, Virginis Abbatiſſæ, Ordinis Benedictini, quæ Hyberniam, Angliamque vitæ ſanctitate, & præclaris meritis ac miraculis inſigniter illuſtrauit. In Monaſterio Cameræ. Sanctæ Mariæ, in agro Bruxellenſi, Diœceſis Meclinienſis, Beatæ Marthæ, [g] Virginis Ciſtercienſis Ordinis: mira humilitate, patientia, & charitate exornatæ. In Mirabili monte, Sanctæ Marthæ, [h] matris Beati Symeonis. Toleti, Beatæ Mariæ [i] Suares, à Toleto, viduæ, Monaſterij. Sanctæ Eliſabeth eiuſdem vrbis fundatricis & Abbatiſſæ, Clariſſæ, cognomento pauperis; quæ natalibus & admirandis virtutibus refulgens, gloria etiam miraculorum emicuit.

IVLII V.

§. 1 SAncta Zoe, Martyr. [a]] Eius Acta habentur intexta Martyrio. S. Sebaſtiani. 20. Ianuarij apud Metaphraſtem, Surium, Lippeloum, Renatum Benedictum, & alios. De ea etiam, hac die, Beda, Vſuardus, Ado, Martyrologium Romanum Baronius, ibidem in Notis. & Tom. 2. Annal. Eccleſiæ ad ann. 286. Molanus. In Annotationib. ad Vſuardum, Vincentius Beluac. lib. 12. Specul. Hiſtorial. cap. 13. & ſeq. Petrus de Natalibus. lib. 6. Catalog. SS. cap. 55. D. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 4. & 5. Bachotus In Faſtis Chriſtianis, Pancirola. In Theſauro. Vrbis. Romæ. Regione. 2. Eccleſ. 42. S. Praxedis, vbi quieſcit. Schedel. ſexta mundi ætate fol. 216. Ferrarius, in SS. Italiæ.

§. 2. S. *Cyrilla Martyr.* [b]] Ita Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Ecclef. ad annum 280. ac Tom. 3. anno 310. Græci in Menolog. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum. verb. *Cyrene.* Thomas à Iesu lib. 1. Antiquit. Carmeli. cap. 14. Petrus Thomas Saracenus, part. 2. Menologii Carmelitici, in Catalogo SS. eiusdem ordinis, ex multis. Surius hac die.

§. 3. S. *Triphinæ Martyris* [c]] *Triphomena* nonnunquã nominatur. Agunt de ea Beda, & Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis. Ferrarius sup. verb. *Sicilia* & in SS. Italiæ: cuius corpus in Minoricensi Ciuitate apud Amalphim, (cuius est Tutelaris) asseruatur.

§. 4. S. *Sedophæ Martyris* [d]] Memoratur à Beda & Martyrologio Romano, hac die, Baronio ibid. in notis. & Ferrario, sup. verb. *Tomis in Scythia.*

§. 5. S. *Philomenæ Virginis* [e]] Oriunda erat ex nobili *Clauellensi* familia: illius meminerunt Martyrologium Romanum, hac die. Baronius. ibid. in notis. ac Ferrarius suprà. verb. *Septempeda.* & in SS. Italiæ: cuius sacrum corpus honorificè asseruatur & colitur apud Septempedanos, nunc San-Seuerinates, dictos, in Ecclesia Cathedrali S. Laurentii, quò Totilæ Regis Gothorum Tempore translatum fuit à S. Seuerino Episcopo.

§. 6. S. *Meduuenna Virg.* [f]] In Hybernia ortam, Regisque filiam fuisse affirmant: quæ cum pluribus annis sanctissimè conuersata esset, & ob pietatem insignesque virtutes ac miracula edita celeberrima euasisset, nonnullaque monasteria construxisset, ac sanctissimis disciplinis instituisset, ex Hybernia in Angliam migrauit: vbi à Regibus Adulpho, & Aluredo, honorificè suscepta, illic claruit, circa annum 850: cuius discipulæ fuerunt. SS. Osytha, & Editha, Virgines Regiæ. Eius gesta recensent copiosiùs, Ioannes Capgrauius in Legenda SS. Angl. Harpsfeldius in Histor. Eccles. Anglic. sæcul 9. cap. 13. & 14. Camdenus in descriptione Comitatus Warvvici & Stafordiæ. VVestmonasteriensis ad annum 870 & 1201. Polydorus lib. 5. Histor. Angl. Author vitæ S. Osithæ. Virg. & Martyr. apud Surium 7. Octob. Eduardus Mathevv. Tom 2. Trophæor. Congregation. Anglic. Ordinis Benedictin. ad Natales SS. hac die. Ferrarius in Catalogo generali SS. eadem die, ex Martyrologio Anglico & Fastis SS. Heriberti Rosvveyden, Menardus in Martyrologio Benedictino, hac die, & lib. 2. obseruation. ad illud. Bzouius Tom 13. Annal. eccles. ad annum 1201. §. 7 Camerarius eadem die, lib. 3. de Scotor. pietate & SS. Regni Scotiæ cap. 4.

§. 7. *B. Marthæ, Virg* [g]] Scribunt de ea Saussayus in Martyrologio Gallicano. Henriquez in Menologio Cistertiensi, hac die. Gilemanus in Hagiologio SS. Brabantin: & alii in vita B. Aleydis Virginis de Scarenbecka-11 Iunii, mira ex patientia in infirmitate seruiuit.

§. 8. S. *Marthæ, &c* [h]] Hæc ex Molano, in Additionibus ad Vsuardum post Menologium Græcorum, hac die.

§. 9. *B. Mariæ Suarez.* [i]] Traxit hæc B. mulier originem ex illustrissima gente Toletanorum : cuius Pater vocabatur Petrus Suarez *a Toleto,* mater verò Ioãna Gusmania, oppidi *Pinti* Domini temporales. Hi filiam adultam iam effectam oppidi Carpii temporali Domino, Gargiæ *Mendez,* à Soto maiore, matrimonio iunxerunt, in quo cum per integrum Septennium ob viri asperitatem, plures difficultates atque angustias perpessa fuisset, ex eiusdem viri consensu, paternos repetiit lares: quo paulò post moriente. Deo, atque charitatis operibus liberius vacare. cœpit. Itaque calceos exuta, atque vilissimis, cilicineisque vestimentis induta, matutinis horis, cum vna tantum sibi simili pedissequa: noctu intererat: ieiuniis, vigiliis, atque disciplinis, corpus affligebat, xenodochia vlcerosorum præcipuè, atque eorum, qui contagioso morbo infecti erant, summa cura frequentabat: imo & misericordiæ hospitali, cuius obsequio se omninò manciparat, quidquid patrimonii habuerat, id in pauperum infirmorumque vsum, consumendum liberalissimè erogauit: prætereo continua eius ieiunia, corporis afflictiones, cilicium ad carnem, feruentem orationem, summam humilitatem, inuictam patientiam, altissimam paupertatem, cæterasque eius virtutes, quibus summoperè claruit. Quæ diuino admonita oraculo, Toleti monasterium S. Elisabeth fundauit, illucque ingressa ãno 1477. ætatis verò suæ anno 40. professionem emisit: mirum! quam efficaciter de virtute in virtutem profecerit! meditatione Dominicæ passionis sũmè delectabatur. & à Christo sæpè visitationibus consolabatur, multa diuino afflatu prænosse meruit: signis ac miraculis in vita, in morte & post obitum emicuit: qui accidit anno 1506. seu 1507. in cuius transitu, suauissimus Angelorum concentus auditus est: & eius anima splendidissimo contecta amictu, cælum conscendere visa fuit, vna cum BB. Clara, & Elisabetha, corpus verò tractabile suauiterque redolens apparuit, & in eodem Asceterio a se extructo, honorificè tumulatum est à cæteris monialibus, quibus ipsa per 30. continuos annos præfuerat Abbatissa. Agunt de ea Martyrolog. Franciscanum hac die, annotationes ad illud. Marcus Vlyssiponensis. part. 3. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 13 14. 15. & 16. Gonzaga. part. 1. origin. Seraphic. Religion. in BB. Fœminis ordin. S. Claræ Item, part. 3. in præfato monasterio, quod est 1. Prouinc. Castel. Marietta lib. 19. Histor. Eccles. SS. Hispan. cap. 21 anno 1560. 3. Iulii. Valerius de SS. Fœminis ordin. Minor. lib. 5. cap. 43. 44. 45. & 46. ad annũ 1507. Salazar. lib. 5. Chronic. Prouinc. Castellæ. cap. 23. & seq. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiar. Galterius in tabula chronographic. sæcul 15. in sanctis viris, ex Coccio de signis Eccles. art. 11. Goussancourt. Tom 2. Martyrolog. Equit. Melitens. fol. 234. ad 10 Iunii. anno 1507. VVadinghus Tom. 7. Annal. Minor. ad annum 1477. §. 40. Bosius, Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 23.

PRIDIE NONAS IVLII.

IN Campania, sanctæ [a] Dominicæ Virginis & Martyris: quæ sub Diocletiano Imperatore, cùm fregisset Idola, ad Bestias damnata, sed ab illis nil læsa, demùm capite obtruncata, migrauit ad Dominum: cuius corpus Tropeæ in Calabria summa veneratione asseruatur. Eodem die, sanctæ [b] Luciæ Martyris: quæ natione Campana, à Rictiouaro tenta, & acriter cruciata, cumdem conuertit ad Christum, amboque simul martyrii coronam adepti sunt. In Gestello, Diocœsis Boloniensis pago, Passio sanctæ [c] Godolenæ Martyris. In Britannia maiore, Monasterio Eliensi, Depositio sanctæ [d] Sexburgæ viduæ Abbatissæ, Ordinis Benedictini: quæ Regiæ dignitati, ac deliciis, monasticam præferens humilitatem, & pœnitentiam, pro temporali in hoc mundo æternam in cælis meruit & accepit. Apud Monasterium Diezzen, in Bauaria, sanctæ [e] Mechtildis Virginis Abbatissæ, eiusdem Ordinis, vita & miraculis conspicuæ. Ferrariæ, Beatæ [f] Veronicæ, Virginis Tertiariæ Dominicæ: miris virtutibus celebris. Methymnæ-Campi, in Territorio Salmantino, Beatæ [g] Franciscæ à Bracamonte, Virginis Clarissæ: quæ admiranda sanctitate eluxit: & tempus sui obitus prænoscens, fœliciter ad Dominum migrauit. Bruxellis, in Territorio Machliniensi, Translatio sanctę [h] Gudilæ Virginis.

IVLII VI.

§. 1. SAncta Dominica Virg. Martyr. [a]] Hanc commemorant Martyrologium Romanum, hac die. Baronius. ibid. in notis, ac Tom. 2. Annal. Eccles. ad annum 303. Maurolicus & Gallesinius in suis Martyrologiis, Molanus in Additionibus ad Vsuardum. Ferrarius in noua Topographia, ad Martyrologiũ Romanum. verb. *Campania* & *Tropea*, cuius est Tutelaris, Simon Martinus hac die. & in SS. Italiæ, ex Hyeronimo Polystinensi Minorita.

§. 2. *Sancta Lucia Martyr.* [b]] Agunt de ea Martyrologium Romanum, hac die. Baronius. ibid. in notis. Græci in Menologio. Biuarius, Commentar. 2. ad Flauii Lucii Dextri pseudochronicon. sub anno 300. §. 3. Simon Martinus. hac die. Bacbotus in Fastis Christianis.

§. 3. *Sancta Godolena Martyr.* [c]] Hæc in Boloniensi Territorio, Pago, qui *Hondefort* dicitur, Patre Vifrido, matre verò Ogina, honoratis parentibus nata, generis sui nobilitatem, moribus & vitæ Sanctimonia præclarè illustrauit: cùm autem præter egregias animi dotes, rara corporis venustate polleret: à multis in coniugem expetita, tandem Bertulpho, viro nobilissimo, sed feroci, in matrimonium tradita, atque ab eo statim gratis odio habita, modis omnibus vexata est, adeo vt ad victus penuriam redigeretur, seruiq; imperio subderetur; qui contumeliis, irrisionibus, piam Dominã deheri instigatione, exagitabant. Quæ piis operib' intẽta, orationibusque assiduè vacabat, donec iussu perfidi mariti à seruis strãgulata est anno 1070. multis postea illustrata miraculis, ad eius sepulchrũ editis: cuius vitam luculenter præscripsit ad Rarbod. Episc. Nouiodunens., (qui corpus eius à terra seruauit, anno 1088. die 30. Iulii.) Drogo monachus apud Surium, Lippeloum: Foderetum, Haræum, Ribadeneiram, Renatum Benedictum, Doubletũ, &c. hac die, de qua & Molanus in additionibus & annotationibus ad Vsuardum ac in indiculo Sanctorum Belgii. Saussayus in Martyrologio Gallicano. Myræus in Fastis Belgicis. eadem die. Ferrarius in noua Topographia. suprà verb. *Bononia* ad mare Oceanom, item in Catalog. generali Sanctorum. Rinaldus part. 2. Liliorum Galliæ sanctæ, cap. 5. in ea. Malbrancq. Tom. 2. de Morinis. lib. 8 cap. 59. & 78. Simon Martinus, hac die. Sanderus in Hagiologio Flandriæ.

S. *Sexburga Abbatissa.* [d]] Sic Molanus in additionibus ad Vsoardum. Ferrarius in noua Topographia. suprà verb. *Elge*. & in Catalogo generali Sanctorum, hac die. Continuator Bedæ lib. 2. cap. 31. Beda libro 4. de Gestis Anglor. cap. 19. Malmesburiensis lib 2. de Gestis Regũ Anglurum, cap 11. & libro 4. de Pontificibus Anglorum §. de Episcopis Eliensibus. Florentius VVigorniensis anno 675. Ioannes Capgrauius, in Legenda Sanctorum Anglorum, Galesinius in suo Martyrologio. VVestmonasteriensis, ad annũ 676. Harpsfeldius, Histor. Eccles. Anglorum. sæcul. 7. cap. 5. 55. 18. & 14. VVion in Martyrologio Benedictino. Vincentius Beluacensis, lib. 25. specul. Historial cap. 52. Petrus de natalibus, libro 5. catalog. Sanctorum. cap. 142. Surius in vita sanctę Edilerudæ 23. Iunii. capite 5. & Robertus Bucklandus in vita eius. Eduardus Maihevv. Tom. 2. Trophæor, Congreg. Anglican. Ordinis Benedictini ad natales Sanctorum hac die. Ex quibus discimus illam Patrem babuisse Annam Anglorum Orientalium Regem: iunctam verò fuisse matrimonio. cum Earconberto, Cuius sorores extitere Sanctæ Etheldrida, Withburga, & Edilburga, Virgines: filię verò eius fuere SS. Earcongotes, & Ermenilda, Porrò in matrimonio ab omni fastu; & superbia mentis, aliena, nil ea moderatius ac submissius: benigna in pauperes. quos impensè suis facultatibus confouebat. Mortuo Rege marito, diu expetitam nacta libertatem, depositis Regiis ornamentis, §. 4.

mentis, in Eliensi monasterio, cui soror ipsius S. Etheldrida, quondam etiam Regina, præerat, habitum religiosum assumpsit, ac solemnibus votis emissis, Christo se consecrauit. Humilitate ac pietate excelluit: maximis interea vigiliis, ieiuniis & orationibus vacans: vndè sorore sancta Etheldrida migrante in cælom, vnanimi omnium consensu, in ministerium Abbatissæ assumpta est. Quo in regimine, mirum! Quot amplioris perfectionis ac sanctitatis progressus fecerit, &c.

§. 5. *S. Mechthildis Abbatissa.*[c]] Patre Bertholdo, Andecensi principe nata, à quo quingennis Deo dicata, mirabili animi constantia eidem semper adhæsit. Ita Menardus in Martyrologio Benedictino, hac die, & libro 2. obseruationum ad illud: ex vita eius per Engelhardum Abbatem Lanchainensem: apud Canisium Tom. 5. Antiq. Lection. 2. part. & Gaspare Bruchio, libro de monasteriis Germaniæ: vbi de cœnobio Oetilstensi in Suetia, cui etiam præfuit Abbatissa secunda. Floruit circa annum 1150. sub Federico 1. Imperatore, cui chara fuit: cuius vita virtutibus & miraculis plena est: obedientia, humilitate, parsimonia, paupertate, &c. clara. Ita post alios. Fasti Mariani ad 29. Martii, Raderus part. 1. Bauariæ sanctę.

§. 6 *Beata Veronica Virginis.* f] Habitum tertii ordinis Dominicani induit Ferrariæ, in monasterio, S. Catharinæ Martyris, quæ sic puritate ac candore animæ vixit: Vt vix venialis labis carie se inquinatam vnquam senserit: silentii, orationis, & obedientiæ amantissima extitit: vitæ exemplaris, & monasticæ obseruantiæ speculom fuit, ingentis amoris igne in Christum Dominum semper ardens, suspirabat ad eum: ac tandem, hac die. anno 1511. mundo valedicens, perrexit in cælum. Teste Seraphino Razzio. part. 2. vitarum SS. & BB. ordinis prædicat. Ioanne à sancta Maria, ibid. lib. 3. & Bosio Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 23. Michaële Pio. lib. 5. c. 97.

B. Francisca Virg. g] Floruit circa annum 1540. apud monasterium Metymnæ-Campi (quod est 10. Prouinc. Conceptionis in Hispania) ingenti vitæ sanctitate: quæ & ob eximias eius virtutes, certissimam sui obitus horam prænosse meruit: ibique tumulata iacet, cum singulari deuotione spiritum Deo reddidisset. Agunt de ea Gonzaga, part 3. sup. in præfato monasterio: Martyrologium Franciscanum hac die, Annotationes ad illud. Barrezus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 42. ad annum 1544. Valerius de SS. Fœminis eiusdem ordinis. lib. 4. cap. 36. Vadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1256. c. 48. §. 7.

Translatio S. Gudila Virg.[h]] Dicitur *Gudila* & *Gudula*, Bruxellensis Patrona: ita Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum hac die, ex tabulis Eccles. Bruxellens. Molanus in indiculo SS. Belgii. VVion. in Martyrologio Benedictino. Hæc post multa virtutum exercitia, sepelitur in Ham, Flandriæ loco: vndè tempore Caroli magni eleuata, transfertur in Morsellam, ob timorem Danorum, non absque signis admirandis: vbi Sanctimonialium monasterium instituitur. Posteà VVenemaro, bona Ecclesiastica inuadente, à Carolo Duce Lothariensi, transfertur Bruxellam, ad ædem S Gaugerici. Baronius Tom. 10. Annal Eccles. ad annum 978. Surius 8. Ianuar. in vita S. Gudilæ. § 8.

NONIS IVLII.

RHEGII in Calabria, sanctarum mulierum, [a] Fœlicitatis, Agneris, & Perpetuæ Martyrum, sub Nerone Imperatore. Eodem die, Passio sanctæ [b] Megalomartyris Ciriacæ. In Territorio Meldensi, Pharæ-monasterio, Ordinis Benedictini, Sanctæ [c] Edilburgę Virginis, Anglorum Regis filiæ, & Abbatissæ: vita monasticæ obseruantia ac virtutum laude celebris. Ibidem sanctæ [d] Earcongotæ, Benedictinæ Abbatissæ: quæ nec inferiori splendore refulgens meritorum, signis etiam cælestibus, gloria iam potiri declaratur. Florentiæ, Beatarum [e] Virginum Tertiariarum Franciscani Ordinis, Onuphriæ, Franciscæ, & Ioannæ: quæ summis virtutibus adornatæ, Christo sponso obuiam gloriosè processerunt. Trecis, Memoria sanctæ [f] Syriæ Virginis. Andaniæ, in Territorio Leodiensi, Translatio sanctæ [g] Beggæ viduæ.

IVLII VII.

§. 1. *SAnctarum Fœlicitatis Martyr, &c.*[a]) Sic Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Rhegium* Iulii, & in Catalogo generali sanctorum: hac die, ex tabulis Ecclesiæ Rheginę: & Dauide Rhomeo, in Catalogo Sanctorum Regni Neapolitani.

§. 2. *S. Cyriaca Martyr.*[b]] Memoratur à Molano in Additionibus ad Vsuardum hac die, post Menologium Græcorum.

§. 3. *S. Edilburga Virginis Abbatissa.*[c]] Hęc Annæ Anglorum Orientalium Regis filia amore cœlestis sponsi sceptra terrena, Regiosque thalamos spernens in Galliam traiecit, atque ad signatam Parthenonam sub S. Pharæ Abbatissæ disciplina, cum plerisque stemmatis quoque Regii puellis conuolauit: à qua diligenter in sanctitatis Theorematibus erudita, copiosos gratiæ latices imbibit, induitque perfectissimæ conuersationis mores. Quamobrem in vicē ipsius S. Pharæ glorificatæ suffecta, ita sacro in regimine se gessit, vt rediuiuum in se eius spiritum expresserit, omnibusque subditis totius exemplar sanctitatis fulserit circa annum 660: ex Martyrologio Romano hac die Baro-

nio, ibid. in notis, & Tom. 8. Annal. Ecclef. ad annum 680. Beda. lib. 3. de gestis Anglorum, cap. 8. Continuatur. Bedæ lib. 2. cap. 33. Malmesburiensi, lib. 2. de Gestis Regū Anglorum cap. 13. Vincentius Beluacens. lib. 25. specul. Historial. cap. 31. Trithemius, lib. 3. viror. illustrium ordin. Benedictin. cap. 73 Harpsfeldius. in histor. Ecclef. Anglor. fæcul. 7. cap. 5. & 17. Wion in Martyrologio Benedictino. 7. & 9. Iulii. & lib. 4. ligni vitæ. cap. 28. Saussayus in Martyrologio Gallicano, & in supplemento eiusdem ad 7. Decembris in S. Phara. & in Catalogo Sanctor. Surius. hac die, Augustinus. Carcat. infrà. Mosander hac die, Eduardus Mathew. tom 2. cógregation. Anglican. ordin. Benedictin. ad Natales Sanctor. Ferrarius, sup. in noua Topographia. verb. *Anglia*, & in Catalogo generali S S. 9. Iulii. Gallia Christiana, in Abbatiis. verb. *Phare monasterium.*

§. 4. *S. Earcongotha* [d]] Præfatæ, S. Edilburgæ, Abbatissæ, suæ matertetæ, eo in munere successit, anno 660. non minus dotibus gratiæ, quam præfecturæ, viæ insignis, ex Beda, Surio, Beluacensi, Harpsfeldio & Ferrario, sup. ac Saussayo, Mosandro, Trithemio. sup. cap. 66. Wigorniensi ad annum 640. VVestmonasteriensi & Baronio, eodem anno, Tom. 8. sup, VVion. ac Eduardus. supcà. hac die. Augustinus Carcat. cap. 43. vitæ S. Farç. 22. Februarii. Geisius de Clericis Regularibus, Sect. 10. §. 11.

§. 5. *BB. Onuphria, & c Virg.* [e]] Inter religiosas, quæ pietatis, virtutis, & regularis obseruantiæ atque vitæ perfectionis fama insignes extitere, Fulginii apud monasteriū S. Annæ (quod est 10 Prouinc. S. Francisci) hæ notantur præcipuæ B. *Onuphria*, olim Comitissa in Appiutio, & B. Francisca à *Burgaro*, ex Comitibus Marsicanis, cognominata *B. Angelina*; ac *B. Ioanna* ex Onuphriis Fulginatibus, discipulæ omnes ipsius *B. Angelinæ*, quæ postea, anno 1425. Florentiam proficiscentes, illic monasterium Sancti Onuphrii erexerunt: suis sanctis moribus instruxerunt: ac tandem sarcina corporis deposita, ibidem beatum vitę finem sortitę sunt. Vide Martyrologium Franciscanum hac die. Annotationes ad illud. Iacobillum de SS. Fulginatibus. in Beata Angelina 14. Iulii sub finem.

§. 6. *Memoria S. Syra, Virg* [f]] Ita Saussayus in supplemento Martyrologii Gallicani hac die. Ferrarius verò in Catalogo generali Sanctur. die præcedenti.

§. 7. *Translatio S. Begga vidua* [g]] Illius meminere Molanus in additionibus ad Vsuardum, VVion in Martyrologio Benedictino. Ferrarius in Catalogo & Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die.

OCTAVO IDVS IVLII.

IN Asia Minori, sanctæ [a] Priscillæ Vxoris sancti Aquilæ: de quibus in Actibus Apostolorum scribitur: qui in Sanctorum ministerio quotidiè fideliter laborantes, pleni bonis operibus in Domino quieuerunt. In Norvvegia, Passio sanctæ [b] Summinæ Virginis & Martyris, cum aliis pro Christo necatæ. In Polonia, apud Monasterium Glascouiense, ordinis Cistertiensis, Beatæ [c] Benedictæ Virginis & Martyris, quæ singulari sanctitatis opinione fulgens, fide Christi tandem immaniter ocisa, Martyrii palmam obtinuit. Burdigalæ, sanctæ [d] Benedictę, optimæ fœminæ, fide ac pietate præclatæ. In Belisia monasterio ordinis Benedictini, Leodiensis Diœcesis, sanctæ Landradæ [e] Virginis Abbatissæ: multarum prærogatiua virtutum renitentis. In Anglia apud Dereham in Comitatu, Norfolciæ, sanctæ [f] Vviteburgæ Virginis, Annæ Regis Anglorum filiæ: cuius mira sanctitas, & signorum claritas nunc vsque emicat. In Hispania apud Alcaudetam, Beticum oppidum, Beatæ [g] Mariæ spinosæ Virginis Clarissæ, in cuius fœlici transitu, suauissimus Angelorum concentus auditus est. Herbipoli in Franconia, Beatæ [h] Burgundæ, nobilis Matronæ: quæ vigiliis & orationibus vacans, sancto fine in cœlum migrauit.

IVLII VIII.

§. 1. S*ancta Priscilla* [a]] De his acta Apostolorum, cap. 18. item S. Paulus ad Romanos, cap. 16. & 1. ad Corinth. 16. ac 2. ad Timoth. cap. 4. licet pro *Priscilla*, *Prisca* aliquando ponatur. Rursus. Beda, Ado, Vsuardus, Martyrolog. Roman. hac die. Baronius ibid in notis ad 18. Ianuar. & 8. Iulii. Item Tom. 1. Annal. Ecclef. ad annū 47. §. 4. Anno. 51. §. 1. & 65. Anno. 52. §. 15. Anno 53. §. 35. Anno. 58. §. 55. B. Ioannes Chrysostomus Homil. in illa B. Pauli verba, *salutate Priscam & Aquilam*. Petrus de Natalibus, lib. 6. Catalog. SS. cap. 68. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum. verb. *Asia*, quorum corpora Turricelli habentur. Græci in Horologio ad 13. Februar. Martyres eos celebrant: quibus adstipulatur Biuarius in Commentar ad Pseudochronicum Flaui Lucii Dexeri. sub anno Christi 95. §. 4. Vide Pancirolam in Thesauru Vrbis Romæ. regione 9. Ecclesia 27.

§. 2. *S. Summina Virgin. Martyr.* [b]] Hyberna erat natione: teste Ferrario in Catalogo generali Sanctorum hac die, ex Martyrologio Canisii.

§. 3. *S. Benedicta Virgin. Martyr* [c]] Gloriosum eius agonem referunt Biuarius, in relatione SS. Poloniæ, & Henriquez. In Menologio Cistertiens. hac die.

S. Benedicta

§. 4. S. *Bruedillafœmina.* [d]] Hæc à S. Martiali, Aquitaniæ Apostolo Christi ad fidem conuersa, sacroque baptismate abluta, fidei zelo feruens, & charitate plena, religionis Christianæ prouectionem, multis laboribus procurauit: demumque pio excessu consummata, ad gloriam migrauit sempiternam, cuius memoria ibidem in veneratione habetur, potissimum in Ecclesia S. Seuerini, vbi speciali cultu veneratur. De qua scripserunt, Aurelianus, Episcopus Lemouicensis, in actis S. Martialis. apud Surium 30 Iulii. Saussayus in supplemento Martyrolog. Gallicani. hac die, Ferrarius in Catalogo SS. eadem die ex Tabulis Eccles. Burdigalens.

§. 5. S. *Landrada Virg. Abbatiss.* [e]] Virgo nobilissima extitit, quippè, quæ inclyta Francor. stirpe, ex Regiæ Domus Maioribus progenita, parentibus vnica, tantò illis charior fuit, quantò in illa ab indè à pueritia, maiora prudentiæ & virtutis indicia lucebant. Postquam verò exactis pueritiæ annis, parentes eam nuptui tradere vellent, illa tanta apud eos grauitate perorauit, vt ipsos penè genitores, de continentia & libello repudii admonuerit. Abhinc spretis omnibus, & vnius cellæ clausa angustiis, paradisi fruebatur latitudine: eodem solo orans & recubans, sicco pane & aqua, prouocans magis quàm restringens esuriem, Perpetuò à carnibus abstinuit. Tuncque B. Lamberto, Leodiensi Episcopo, ob tanta sanctitatis specimina, in notitiam venit, sed & sancto Villibrordo, Antistiti Traiecti inferioris, propter eximias pietatis dotes chara. eius hortatu monasterium sacrarum virginum propriis ex patrimonio sumptibus in saltu *Belsia*, construxit: ibi confluentium ad sa Virginum nobili sodalitio aggregato, magistra totius religionis egregia, eleemosyna profluens in pauperes, constantia pollens in aduersis, modestia in prosperis, iuge obsequium in omnes, impendens, Christi ancillas ad omnem Christianæ virtutis perfectionem prouexit, miraculis post obitum celebris. Claruit, anno 670. tempore Clodouei 2. Francorum Regis Vitam conscripserunt Theodoricus Abbas, Surius, Lippelous, Hareus, Dnubletus, Gononus, libro 2. vitar. patrum occident. hac die. De ea agunt Molanus in additionibus & annotationibus ad Vsuardum & in Indiculo SS. Belgii. Wion in Martyrologio Benedictino, & lib. 4. Ligni vitæ. cap. 28. Saussayus in Martyrologio Gallicano, Myreus lib. 1. Annal. Flandr. ad annum 980. quo ad S. Bauonis monasterium Gandense corpus eius fuit translatum, Myreus in Fastis Belgic. ex vetusto Gandensi Ms. Chronico, Ferrarius in Catalogo generali SS. hac die. Anselmus de Episcopis Leodiens. cap. 10. in S. Lamberto. Chapeauillus. ibid. in annotat. Tom. 1. Histor. Leodiens. San-Marthani. lib. 6. Histor. Domus Franc. cap. 11. ad annũ 760. Sanderus in Hagiolog. Fland.

S. VVitteburga Virg. [f]] Miris virtutibus decorata fuit, ac miraculis celebris. Eius sacrum corpus translatum anno 774. & 1026 toties visum est integrum, incorruptumque cum vestibus & omnibus partibus ac membris sanis & pulchris. Gotzelinus Morinẽsis, Monachus S. Bertini, vitam eius scripsit, De ea Molanus in additionibus & annotationibus ad Vsuard. hac die. Florentius Vvigorniensis anno 798. Malmesburiens. lib. 1. de Gestis Reg. Anglor. cap. 13. & lib. 4. de Pontificib. Anglor. sub fin. Bedæ Continuator, lib. 2, cap. 30. Ranulfus Cicestrens. lib. 5. cap. 28. Capgrauius in Legenda SS. Angliæ. Camdenus in descriptione Nurfolsiæ, Harpsfeldius in Historia Eccles. Anglic. sæcul. 7. cap. 15 17. 24. Vincentius Beloacens. lib. 25. specul. Historial. cap. 31. Wion in Martyrologio Benedictino. Eduardus Maihevv. Tom. 2. Trophæor. Congregation. Anglic. ordio Benedictin. ad Natales SS. hac die. Gononus lib. t. sup. Menardus. lib. 1. obseruation. ad Martyrologium Benedictin. Polydorus lib. 4. Histor. Anglor. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Elge.* Item in Catalogo SS. hac die & sequenti. §. 6.

B. Maria Spinosa Virg. [g]) Sanctissimè duxit vitam Alcaudetæ apud monasterium S. Claræ, anno 1510. inibique moriens sepulta est in illius Ecclesiæ choro: in cuius funere dulcissimus Angelorum concentus à circumstantibus sororibus monialibus est auditus. iuxta Martyrolog. Franciscan. hac die, annotationes ad illud, Gonzagã part. 3. origin. Seraphic. Religion. In eo monasterio, quod est 9. Prouinc. Granatens. Barrezzum part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap 14. ad annum 1514. Wadinghum Tom. 7. Annal. Minor. ad annum 1499. §. 40. §. 7.

B. Burgunda Matrona. [h]] Hæc illa Heroina est, quæ à principio Prædicationis SS. Kiliani, Herbipolensis Episcopi, & sociorum Martyrum, eis adhæsit, habens cellulam iuxta eorum oratorium, quo facilius Diuinis laudibus interesse valeret. Vbi intenta vigiliis, quæ facta fuerint in passione præfatorum Martyrum, hac die, diligenti studio inuestigauit: recedentibusque Carnificibus, linteolo fusum sanguinem Sanctorum collegit, ac terræ diligenter infodit, vigiliis & orationibus vacans: vbi Sanctorum corpora obruta nouerat: excolebatque locum veneratione qua poterat, licet silenter, ne deprehenderetur: talique modo corpora Sanctorum penè fuissent aliis ignota; nisi Beata Burgunda, in extremis posita, quibusdam fidelibus, vbi posita essent, reuelasset. Hæc ex actis SS. Chiliani & socior. 8. Iulii. apud Surium ex Canisio, Tom 4. Antiq. Lection, Baronio, Tom. 8. Annal. Eccles. ad annũ 689. §. 11. §. 8. †

SEPTIMO IDVS IVLII.

IN Ciuitate Thora, apud Lacum Velinum, Diœcesis Reatinæ, Passio sanctæ [a] Anatoliæ Virginis, sub Decio Imperatore: quæ postquam plurimos, per totam Piceni Prouinciam variis languoribus afflictos curasset, & in Christum credentes fecisset, iubente Faustiniano Iudice, diuersis pœnarum generibus vexata, cum ab immisso serpente liberata, sanctum Audacem, postea Martyrem, conuertisset ad fidem, nouissimè extensis manibus, orans, gladio transverberata est. In Anglia, Memoria sanctæ [b] Edilburgæ Reginæ: quæ in cœnobii Berchingii

Ordinis Benedictini, Deo dicata, miraculorum gloria, & vitæ sanctitate refulsit. Popleti, ad radices montis Prodensis, Tarraconensis Diœcesis, in Catalonia Beatæ [c] Leonoræ Virginis, Ordinis Cisterciensis, genere ac virtutibus illustrissimæ. Beatæ, in Hispania, beatæ [d] Catharinæ de Iesu, Virginis Clarissæ: cuius religio, vita, candor, atque sanctitas incredibiles prorsus fuere. Abulæ, In Hispania Tarraconensi, Monasterio sanctæ Annæ, Cisterciensis Ordinis, Beatæ [e] Petronillæ à Cruce, Virginis, quæ puritate vitæ, ac rigore monasticæ obseruantiæ, aliisque multis virtutum titulis adornata, transiuit ad gloriam. Apud Leodium, Translatio sanctæ [f] Odæ Viduæ.

IVLII IX.

§. 1. *Sancta Anatolia Virg. Martyr.* [a]) Soror extitit S. Victoriæ Virginis & Martyr. de qua infra ad 18. & 23. Decemb.) quam ad virginitaté seruandam addnxit, visione Angeli præmonitam: cum verò nubere vellet, Eugenius Paganus timens, ne bona ipsius confiscarentur, si publicè Christianam accusaret; egit cum Decio Imperatore, vt extra Vrbem Romam in exilium mitteretur ad prædia sua. Idipsú & B. Anatoliæ contigit, quæ Tito Aurelio, nobili Romano desponsata erat: ac postea pro Christi confessione sanguinem vltro fudit. Extat oppidum non obscurum Vmbriæ S. Anatoliæ nominatum. Vita ipsius descripta est à Gelasio 2. Papa, Surio, Lipeploo, Renato Benedicto, Ribadeneira, Simone Martino, &c. hac die. Hanc laudibus celebrat prosa & carmine, Adelmus Episcopus, libro de virginitate, Vintius Beluacens. lib. 11. specul. Historial. cap. 52. Petrus de Natalibus lib. 6. Catalog. Sanctor. cap. 73. Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanom hac die, Baronius ibid in notis. & Tom. 2. Annal. Eccles. ad annum 253. Molanus in annotationibus ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Thiora* & in SS. Italiæ, Biuarins in Cómentar. ad Pseudochronicon Flauij Lucij Dextri sub anno 255. §. 4. Gallonius de virg. Roman.

§. 2. *S. Edilburga Regina.* [b]) Vxor fuit Inæ Regis occidentalium Saxonum: quæ (marito Romam ad limina SS. Apostolor. Inuisenda profecto, illicque monasticam vitam amplectente) monasterium ingressa, ac professione emissa, de contemptu mundi peregregium specimen dedit, perpetuo se ergastulo mancipauit & sanctissimè vixit. Vide Baronium, Tom 9. Annal. Eccles. ad annum Christi 740. §. 14. quo florebat, Menardum. in Martyrologio Benedictino: VVion ibidem, & Ferrarium in Topograph. suprà verb. *Anglia* ex chorographia Britan. & in Catalog. generali Sanctorum. hac die.

†§. 3. *B. Leonora Virg.* [c]) In Ecclesia Cœnobii ordinis Cisterciensis apud Popletum requiescit illius sacrum corpus: filia erat illustris Petri, Vrgelitani Comitis, quæ post peractam vitam solitariam, iuxta Monblacum, multasque à Dæmone victorias comparatas; migratura ad cælum, quo manibus Sanctorum Angelorum deduci visa est, sepulturam elegit, hoc in loco superpositis sepulchro eius instrumentis ciliciniis & ferreis, quibus corpus dum vixit, macerabat, videatur Manriquez. Tom. 2. Annal. Cisterciens. ad annum 1553. cap. 18. §. 10.

B. Catharina Virg. [d]) Hæc ob regularem disciplinam, atque vitæ sanctitatem insigniter refulsit. Floruit circa annum 1520. apud monasterium S. Antonii, in Beatianæ ciuitatis suburbio constructum: vbi sepulta quiescit, magna cum veneratione. ex Martyrologio Franciscano, hac die, Annotationibus ad illud. Gonzaga. parte 3. originis Seraphic. Religionis. in eo Monasterio, quod est 4. Prouinciæ Granatensis. Barreazo. part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 14. Valerio lib. 4. de SS Fœminis eiusdem ordin. cap. 17 VVadingho. Tom. 6. Annal. Minor. ad annum 1460 §. 63. §. 4.

B. Petronilla Virg. [e]] Vixit circa annum 1608. verè sancta, rigoris incredibilis, & puritatis admirabilis, per 20. annos continuos, noctes integras in Ecclesia ducens insomnes, orationi intenta: Ferrea catena corpus suum strictissimè stringebat: à Dæmone Dei permissu, visibiliter importunè vexabatur, quem pia Virgo, mira animi fortitudine fugabat & contemnebat. Plura de ea narrant Michaël Vacquerius in vita B. Mariæ à Vela, part 1. cap. 18. Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die. §. 5.

Translatio S. Odæ viduæ. [f]] Solemniter peracta est, huiusmodi Translatio, anno 730. per S. Floribertum Leodiensem Episcopum: Quiescit Amanii in collegiata sui nominis Ecclesia, propè Huyum Leodiense oppidum: qua de re Molanus in Indiculo SS. Belgii. Vvion. in Martyrologio Benedictino, hac die. & Ferrarius ead. die, in Catalogo generali Sanctorum ac in noua Topographia, sup. verb. *Amanium*. Chapeauillus [g] Tom. 1. Histor. Leodiens. in annotationibus ad Anselmum de Episcop. Leodiens. cap. 10. Saussayus in supplemento Martyrologii Gallicani, hac die. §. 6.

SEXTO

SEXTO IDVS IVLII.

ROMÆ, Natalis ſanctarum virginum & Martyrum,[a] Ruffinæ & Secundę ſororum: quæ in perſecutione Valeriani, & Gallieni, tormentis ſubactæ, ad vltimum, altera gladio capite illiſo, altera cæſa ceruice, migrarunt in cælum: quarum corpora in Baſilica Lateranenſi, prope baptiſterium debito honore ſeruantur. Item Romæ, Paſſio ſanctæ[b] Fœlicitatis Martyris, quæ ſimul cum filiis eius ſeptem, martyrio coronata eſt. Veronæ, ſanctæ[c] Tuſciæ Virginis, Beati Proculi eiuſdem Vrbis Epiſcopi, ſororis, quæ Chriſto ſponſo, meritis præclara, obuiam proceſſit. In portu Gandauo, apud Blandinienſe ſancti Petri de monte monaſterium, Ordinis Benedictini, ſanctæ[d] Amalbergæ, Virginis, vita & virtutibus celebris. In Curte Beghinagij Herendatenſis, ad Netam Fluuium in Brabantia, Depoſitio Beatæ Mariæ[e] Van-lille Beghinæ, quæ fide, ſpe, charitate, animique demiſſione, & obedientia, atque in pauperes benignitate exornata, ad præmia cæleſtia euolauit. Beatiæ in Hiſpania, Beatæ[f] Catharinæ à ſancta Clara, Virginis Clariſſæ: cuius virtutes ſummæ fuere atque mirabiles. Barcinone in Catalaunia, Tranſlatio ſanctæ[g] Eulaliæ Virginis & Martyris. Apud Binchium, Diœceſis Cameracenſis, Tranſlatio ſanctæ[h] Amalbergæ viduæ.

IVLII X.

§. 1. SAnctarum Ruffinæ &c. Virg. Martyr.[a]] Hæ, Aſterij nobiliſſimi inter Romanos, ex Aurelia vxore ſuſceptæ, filiæ fuere: quarum virtus & caſtimonia, ac non vulgaria facinora, præcipuam meruere gloriam: quæ cum euaſiſſent in omni doctrina eruditiſſimæ, etiam Dei viui munere, ad veram Chriſtianorum philoſophiam ſeſe accinxerunt: & è veſtigio, Idolis omnibus ſpretis, ſacro baptiſmatis fonte ſunt renatæ, illicòque non ſolùm pudicitiam ipſam, ſed & virginitatem illibatam perpetuò in ſe ſeruare ſtatuerunt: quod vbi ſponſis (qui nuper à chriſtiana religione receſſerant) renunciatum fuiſſet, confeſtim eas nouo criminis genere, pro virginitate apud Donatum Vrbis Præfectum accuſarunt: Chriſtianas eſſe, a quo comprehenſæ continuò in vinculis & carceribus macerandæ contraditæ ſunt: ſicque agonem ſuum pro Chriſti gloria iuierunt. Extat Romæ, in Regione trans Tyberim, vetus memoria prædictarum Sanctarum: locus verò vbi ſunt paſſæ, via Aurelia, decimo ab Vrbe lapide, auctus eſt ſede Epiſcopali. Agunt de ipſis, Vſuardus, Ado, Martyrologium Romanum. hac die, Baronius ibid. in notis. & Tom. 2. Annal. Eccleſ. ad annum 260. Molanus in annotationibus ad Vſuardum, Ferrarius in SS. Italiæ & in noua Topographia ad Martyrologium Romanum. verb. *Roma*. & S. Adelmus Epiſcopus, libro de virginitate, Gallonus. de virgin. Roman. Acta martyrii harum SS. Virginum referunt Monbritius, Surius, Lippelous, Foderetus, Ribadeneira, Simon Martinus, &c. hac die. Petrus de Natalibus, lib. 6. Catalog. SS. cap. 78. Bergomas de claris mulieribus. p. 92. Vghellus. Tom. 1. Italiæ ſacræ, in Epiſcopis Silue candidæ, Portuenſib. ſiue S. Hyppoliti & SS. Ruffinæ & Secundæ. Bachotus in in faſtis Chriſtianis, Pancirola in Theſauro Vrbis Romæ, Regione 1. Eccleſ. 3 & Regione 8. Eccleſia 22. Ioannes Loret acta ipſarum verſibus Gallicis decantauit anno 1621. Pariſiis apud Ioannem Hulpeau.

SS. Fœlicitatis, &c. Martyr.[b]] Agunt de his Beda, Vſuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius. ibid. in notis. & Tom. 2. ſup. ad annum 178. Molanus, Ferrarius, Monbritius, Surius, Lippelous, Foderetus. ſup. Vincentius Belusceñſ. lib. 10. ſpecul. Hiſtorial. cap. 103. B. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 7. cap. 6. §. 6. poſt ſanctum Gregorium Papam. Homilia 3. in Euangel quam habuit in Eccleſia eiuſdem S. Fœlicitatis. Fulgoſus, lib. 5. memorabil. cap. 10. Doubletus in vita eius, ead. die, Schedel. ſexta mundi ætate fol. 114. §. 2.

S. Tuſcia Virg.[c]] Ita Ferrarius ſup. verb. *Verona* & in Catalogo Sanctorum & Sanctarum Italiæ, hac die ex tabulis Eccleſ. Veronenſ. Auguſtino Valerio, & Raphaele Bagata de SS. Eccleſiæ Veronenſ. Erat ſoror S. Proculi. Veronenſ. Epiſcopi 4. qui paſſus eſt in perſecutione Diocletiani Imperatoris 9. Decembris. §. 3.

S. Amalbergæ Virg.[d]] Ex Ardenna ſanguine Regis oriunda, conſilio S. Villibrordi Beliſiam venit inſtruenda, vbi S. Landrada præerat monaſterio quod extruxerat, quò ad tantam caſtitatis & religioſæ vitæ gloriam euaſit, vt veluti coelus Sanctimoniæ portentum à cunctis ſuſpiceretur. Tanta autem præſtabat pulchritudine, vt Carolus Martellus Princeps eam ſibi rapere ſponſam conaretur, ob idque reluctantis os brachii confregerit, Quare in ſancto propoſito permanſit Chriſto famulatura, Migrauit in cælum anno 772. ſepulta in Tempſeca, ſui iuris Villa, ad Skaldam; vbi ſui nominis honorem conſtructa Eccleſia. ſepulchrum eius oſtenditur: ſed corpus eius poſteà tranſlatum eſt Gandauum, anno 870. vbi piè colitur. De qua Martyrolog. Roman hac die, Baronius ibid. in notis. & Tom. 8. Annal. Eccleſ. ad annum 630. Galleſinius, Maurolic. Fœlix in ſuis Marty- §. 4.

rolog. Molanus in Additionibus & Annotationib. ad Vsuard. & in indiculo SS Belgii. Wion. in Martyrologio Benedictino. Saussayus in Martyrologio Gallicano. hac die. Theodoricus, Abbas. S. Trudonis, D. Rabodus; Renatus Benedictus & Simon Martinus in vita eius, ead. die. Trithemius lib. 5. viror. illustr. ordin. Benedictini. cap. 190. Meyerus lib. 1. Annal. Flandr. ad an. 772. Craesepolius de Episcopis Germaniæ. Myræus in Fastis. Ferrarius in Topographia sup. verb. *Gandauum* Vacqueri . in Enchiridio benè morientium, Sanderus in Agiologio Flandr.

5. *B Maria Beghina* [e]] Hæc oppido Diesthemio, honestis diuitibus parentibus orta, atque ab ineunte ætate timorem Dei mirabiliter præ oculis habuit. misericordiæque operibus dedita fuit. Quare cum 16. esset Annorum . Virginitatis votum emissum constanter seruatum, Herendaes Beghinæ stato assumpto, illius porrò fides, & animi virtus vel maximè in superandis, tollerandisque tentationibus enituit: vltra dolores innumeros, quos iugiter in suo corpore, ad imitationem passionis Christi, portauerat: & quibus tandem soluta, in cœlum migrauit, hac die anno 1451. iuxta Rayssam. in Auctario ad Natales. SS. Belgii Molani, ex Ancilla Maria.

6. *B Catharina Virg.* [f]] Beatis in Hispania nata est, & inter alias moniales sanctitate conspicuas enituit. Floruit apud Monasterium. Sancti Antonii in Beatianæ ciuitatis Suburbio extructum: quo ingenti virtutum numero adornata, diem clausit extremum, ob cuius vitæ odorem mirificum, à reliquis sororibus, vt beatorum agmini in cœlis sociata colitur. Memoratur à Martyrologio Franciscano, hac die Annotationib. ad illud. Gonzaga. part. 3. origin. Seraphic. Religion. quod est. 4. Prouinc. Granatens. Barrezzo. part. 4. Chronic. Minor. *in eo Monasterio* lib. 2. cap. 14. sub. ann. 1514. Valerius lib. 4. de SS. Fœminis. Ordin. eiusd. cap. 17. Wadinghus Tom. 6. Annal. Minor. ad ann. 146 . §. 65.

Translatio S. Eulaliæ Virg. Martyr. [g]) Celebrata est hæc solennitas ann. 1339. hac die, sacra pompa solemnique religione, sub maxima ara in sanctius sepulchrum translatum est: tempore comitiorum Regni: quibus aderant, & Archiep. Tarraconensis, cum reliquis Prouinciæ Episcopis; & Rex Arragonum cum cæteris principibus ac procerib. Hæc ex tabulis Eccles. Barcinonens. Flore sanctor. Ferrario. in Catalogo generali sanctor. hac die. Zurita lib. 3. Bzouio. Tom. 14. Annal. Eccles. ad ann 1309. §. 9. 7.

S. Amalberga vidua [h]] hæc Eleuatio, seu Translatio, hac die colitur: cuius sacrum corpus apud Laubiense Monasterium ordinis Benedictini extat sepultum: videatur Molanus in Additionib. ad Vsuard. Saussayus in Martyrolog. Gallicano. Ferrarius sup. in Topographia, verb *Binchium.* & in Catalog. generali. sancto. hac die. Ex Gallesinio . Crarapolio, & Vacquerio. sup. Myræo in Fastis Belgicis ead. die Doubleto & Simona Martino. 8.

QVINTO IDVS IVLII.

NICOPOLI in Armenia, Natalis sanctæ [a] Pelagiæ Martyris, quæ equuleo, vngulis, & testarum fragmentis, diebus quatuor cruciata martyr[illegible]impleuit sub Licinio Imperatore. In Africa, sanctæ [b] Maximæ, Martyris, vxoris Beati Maturiani, Martyris in persecutione Wandalica, sub Geiserico Rege. Constantinopoli, sanctæ [c] Galanduchæ, viduæ, Martyris: quæ sub Cosdroa, Persarum Rege, multa pro Christi nomine perpessa, ad vltimum, in oratione spiritum Deo reddidit. In Monte Gemmula, apud Atestinum Monasterio, Diœcesis Patauinæ, Beatæ [d] Beatricis, viduæ Ordinis Benedictini genere & virtutum splendore, Illustrissimæ. Palmæ, in te[illegible]orio Cordubensi, Beatæ [e] Mariæ à Iesu, Virginis Clarissæ; oratione, & multarum prærogatiua virtutum spectabilis. Eadem die, Inuentio corporis sanctæ [f] Euphemiæ Virginis, & Martyris. [illegible]cenomanis in Gallia, Translatio sanctæ [g] Scholasticæ Virginis, sororis sancti Benedicti Ab[illegible]atis.

IVLII XI.

1. S *Pelagia, Martyr.* [a]] Agunt de ea Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Petrus de natalib. lib. 5. Catalog. SS. cap. 85. Ferrarius in nouis Topographiis ad Martyrolog. Roman. verb *Nicopolis.* Simon Martinus hac die.

2. *S. Maxima, Martyr.* [b]) De eis scribunt Victor Vticens. lib. 1. Wandalicæ persecution. Gallesinius in Martylog. Ferrarius in Catologo generali. sanctor. hac die, Rayssa in Auctario ad Natales. SS. Belgii Molani. sub 9. Octob. sicque præsenti die recolitur memoria passionis Sanctæ Maximæ, infra verò 16. Octob. fœlix eiusdem obitus.

S. Galanducha Vidua Martyr. [c]] Varie denominatur *Galanduela* & *Golinducha*, *Maria postea cognominata* hanc plurimi [illegible]xtollunt laudibus. Menologium Græc h[illegible]c die, Euagrius l[illegible]. 6. cap. 20. Nicephorus lib. 8. cap. 25 Theop[illegible]actus Simocata. lib. [illegible]. cap 1[illegible]. Raderus part. 1. Viridarii auctor ad 13. Iuli: Persis hæc erat patria, Babyloniæ nata, & Magorum familia, primario autem ex[illegible]enatu in matrimonium [illegible]ta; ad Ch[illegible]isti fidem, ex viso quodam cœlesti est adducta. Quare & à coniuge suo Archim[illegible]go, & à C[illegible]roi [illegible]ersarum Rege in custodiam, quam *Lethea* appellabant, adducitur, in qua totum [illegible] versata, cum à Christo 3.

auelli

aucllinon posset, in antrum, vbi Draco stabulabat, conijcitur, cum quo qoadrimestre morata, illum adeò cicuraoit, vti in eum qoietem captura, caput reclinaret, atque Dei munere, neque famem vllam sentiret. Hinc postea extracta, Cosroe filio sistitur ad quæstionem, lorisque secatur, in quo supplicio, papilla illi rupta est. Coniecta dein per caput in culeum cinere viuo plenum, & conclusa in angulum abiicitor, ex quo tamen illæsa euasit, inde in ganea, seu lupanari prostibuli loco exponitur, ad quam cum multi impurorum irrumperent, illam tamen non repererunt. Ducta ad supplicium, ab Aogelo erepta est: miracula infinita, & prodigia mirifica edidit, moltas etiam res arcanas indicauit: tum sancta Martyr, Hierosolymam profecta, vbi sanctis locis cum veneratione cultis, reuertitur Constantinopolim seu Hierapolim, quo rebus mortalibus relictis, ad immortalem illam vitam concessit, ex Stephano Hierapolitano Episcopo, & aliis sup. Bosio. lib. 15. de signis Ecclesi. Dei, cap. 5. Tom. 2.

§. 4. *B. Beatricis vidua.* [d] Aldobrandini, olim Marchioois Estensis filia, matrimonio iuncta est Andrææ, Hungariæ Regi, ad quem ab Azooe, Marchione patruu, iogenti & cum magnifico apparatu missa est, anno 1235. sed eodem anno Rege Andrea mortuo, grauidam se sentiens, cum Priuigni crudelitatem vereretur, sumpto virili habitu, delusisque custodibus, cum Friderici Imperatoris oratoribus in Germaniam elapsa, filium Stephanum nomine, enixa est. Tum reuersa in patriam, ac mundi vanitatibus valedicens, monasticam vitam professa est Gemmulæ, haud longè ab Atestino, io humilitate, sanctimonia, & virtutibus Domino famulata, anno 1259. vti habeot monachas Paduanus, lib. 1. Chronic. an. 1235. VVion. lib. 4. ligni vitæ. cap. 14. Odoricus Raynaldus, Tom. 13. Annal. Eccles. ad annum Christi 1235. §. 27. Bernardinus Scardeoous, lib. 3. Patauin. Histor. Class. 14. Lucas Castellinus, in Catalogo Sanctorum canonisatorum.

§. 5. *B. Maria Virg. Clarissa* [e] Deuotissima extitit, sicque orationi, feruente spiritus sancti gratia, vacabat, vt tota in Iesu Christi amorem difflueret: à quo vicissim, cum à sanctissima matre eius, visitationibus & apparitionibus consolabatur. Cuius dilectione attracta, abiit in cælum anno 1605. corpus relinquens apud monasterium Palmense, quod est 3. Prouinciæ Angelorom. Vide Martyrologium Franciscanum, hac die. Annotationes ad ipsum. Doçam part. 4. Chrooic. Ordin. Minorum libro 4. cap. 50.

§. 6. *Inuentio corporis S. Euphemia Virg. Mart.* [f] Cùm Irene & filius eius Constantinus Imperator, collapsam restituerent religionem, & pia Augusta, zelo diuino incitata S. Euphemiæ templum Constantinopoli instaurasset, de sacris eius reliquiis satagebat, & & erat sollicita: quas olim impius Copronymus dispersérat, & in alium mare proiecerat: sed cœlitùs cum fuissent à quibusdam nautis repertæ, & saluatæ à naufragio, ad Lemnum Insulam eas deportarunt: Ibique remanserunt: quousque Anastasius Comes, Constatinopolim necessitate coactus veniens, id renuntiauit: qood vbi præfatis Imperatrici & filio eius Constantino ac S. Tarasio, Patriarchæ innotuit, rem admirati, quæ erat præter opioioné, laudibus, hymnisque Deo emissis, magno sont affecti gaudio: & scapha quamprimum expedita, ablegarunt præfatum Comitem, suæ dignitati restitutum, donatumque muneribus, & insignes quosdam clericos ex Templo sanctæ Euphemiæ: vt ex Lemno Insula sacras adferrent huiusmodi reliquias. Quas cum accepissent, qui ad eas missi fuerant, tulerūt Constātinopolim, tota ciuitate & Imperatrice, ac sanctissimo Patriarcha Tarasio egressis obuiam: cum eis ergo obuiam processissent, & complexi essent ea, qua par est glorificatione, illas deposuerunt in eios Templo, & in ea arca (vndè impius Copronymus abstulerat) anno 796. Ita Constantinus Episcopus Tii, oratione de inuentione reliquiarum S. Euphemiæ. Apud Metaphrastem, Surium, Renatum Benedictum, &c. hac die. Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, ex Martyrologio Gallesinii. Eadem die. Bosius, sup. cap. 6. 10. es Euagrio. lib. 2. & Nicephuro, lib. 15. cap. 3. & lib. 18. cap. 31.

§. 7 *Translatio S. Scholastica Virg.* [g] Sacrum eius corpus es Cassinensi cœnobio, ad partes Cœnomanicas allatum est, quando corpus fratris eius S Benedicti translatum fuit eodem tempore ad Floriacum cœnobium, Aurelianensis Diœcesis, anno 660. Qua de re Vsuardus hac die. Molanus in Additionibus & annotationibus ad Vsuardum Ferrarius in Topographia sup. verb. *Mons Cassinus* Saussayus in Martyrologio Gallicano. eadem die, ac VVion. io Martyrolo. Benedictin. Rhegino, lib 1. Chronic. sub anno 612. Sigebertus in Chronico ad annum 651. Vincentius Beluacensis, libro 23. special Historial. capite 112. Petrus de Natalibus; lib 6. Catalog Sanctor. cap. 81. D. Antoninus. part 2. Chronic. Titol. 13. cap. 6. §. 31. Vvestmunasteriensis, ad annum 681. post Adualdum, de translatione corporis S. Benedicti & S. Scholasticæ in Gallias, apud Ioannem à Bosco, in Bibliotheca Floriacensi. Simon Martinus, hac die. Schedel, sexta mundi ætate, fol. 158. Saussayus in Annalibus Aurelianens. sed & Beraldus Cœnomanens. Episcopus, illud sacrum corpus maxima cum pompa & solemnitate reposuit in Ecclesia à se extructa: vbi & monasterium amplissimum construxit in honorem ipsius: quo multæ Virgines aggregatæ Christo inseruirent, sub Regula S. Benedicti: & extunc ipsa S. Scholastica. velut patrona & Tutelaris Vrbis Cœnomanensis est, exculta, magna cum populi pietate, ac deuotione. Monasterio aotem illò funditus à Danis euerso, sacra eios ossa translata sunt ab Hugone 1. Comite Cœnomanensi, in ædem collegiatam S. Petri de Curia, vbi honorificè asseruantur. Iuxta Coruaisierum, in Episcopis Cœnomanensib. 12. pag. 141. & seq. Item Episcop. 26. pag. 313. & Episcop. 29. pag. 328. & Bondonnetum ibidem pag. 330 & seq.

QVARTO IDVS IVLII.

APVD Leontinos, in Sicilia, Sanctæ [a] Epiphanæ, Martyris, quæ sub Decio Imperatore, & Tertyllo Præside, vberibus præcisis, reddidit Spiritum. Carthagine, Sanctæ [b] Dagilæ, Martyris, Matronæ Illustrissimæ, sub Hunnerico Rege Ariano fustibus & flagellis crudeliter mactatæ. Cracouiæ in Polonia, Beatæ [c] Heduigis: Reginæ, quæ pietate erga cultum diuinum, misericordia in pauperes, amore in Christum Dominum, ac miraculis refulsit. Fulginii in Vmbria, Beatæ [d] Lucidæ, Virginis Tertiariæ Franciscanæ, bonorum operum odore referræ. Toleti, Translatio Sanctæ Marcianæ [e] Virginis & Martyris. In Territorio Trecensi, commemoratio Sanctæ [f] Euroniæ, Virginis.

IVLII XII.

§. 1. *Sanctæ Epiphanæ Martyr.* [a]] Huius Agon descriptus habetur in actis SS. Martyrum Leontinorum, Adelphii & socior. 10. maii. De ea item Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Romanum. verb. *Hydruntum* & *Leontini*. ex libro SS. Regni Neapolitani, Eius sacrum corpus seruatur. Hydrunti in Salentinis. Passa est autem non sub Decio & Valeriano Imperatore, vti mendosè legitur, quod scitè obseruat Ferrarius in SS. Italiæ ad 12. Maii.

§. 2. *S Dagilæ Martyr.* [b]] Vxor erat cuiusdam Cellaritæ Regis (qui temporibus Genserici Regnantis, anno 450. multoties iam Confessor extiterat) matrona nobilis ac delicata, quæ flagellis & fustibus omninò debilitata, crudeli exilio arido, & inuio relegatur: vbi nullus hominum, fortè consolationis gratia veniendi haberet accessum: sicque relinquens cum gaudio domum, maritum simul & filios, libenter & læta supplicium pertulit: iuxta Vincentium Beluacens. lib. 10. specul. Historial. cap. 92 ex victore Vticensi lib. 4. de persecutione Wandalica in Aphrica.

§. 3. *B. Heduigis Reginæ* [c]] Fuit autem singulari pietate & vitæ sanctimonia prædita, ab omni fastu, leuitate, & iracundia aliena. Ocij, iuxta ac alienorum à suo sexu atque dignitate negotiorum fugiens, tempus omne suum, vel diuino cultui, vel lectioni eorum, quæ ad pietatem moresque formandos pertinerent, vel deindè audiendis & leuandis viduarum, pupillorum, & aliorum miserabilium hominum querimoniis impertiebat, Quadragesimæ & Aduentus Domini diebus, aspero ieiunio, & cilicio corpus domabat. Facultates suas amplissimas in vsus egentium, in cultum diuinum, & in publicas vtilitates liberaliter expendebat, delitias, pompas, & ostensionem diuitiarum ita contempsit, vt eas omninò reiiceret. Ecclesias & sacras ædes, monasteria suis expensis ædificauit, dotauit ac reparauit Basilicis: vestes sacras, pretiosissimas atque ditissimas liberaliter contulit. Aliquando cum elemosynam pauperibus in orario vestis ferentem Ladislaus Rex Maritus offendisset, & ecquid ferret interrogasset, curiosiùsque retecta ora indagasset, pro pane & obsonio, Rosas & alios flores aspexit. Obiit hac die, anno 1399. Elisabetham Bonifaciam primo partu enixa: sepulta Cracouiæ, in læua parte Basilicæ Cathedralis ante aram maiorem: ad cuius tumulum miracula fuere postea edita. Vti referunt monimenta & traditiones Eccles. Cracouiens. Cromerus, libro 15. Histor. Polonor. Michouius lib. 41. rerū Polonicar. cap. 41. Bzouius. Tom. 15. Annal. Eccles. ad annum 1399. §. 11.

B. Lucidæ Virg. Tertiaria. [d]] Patria Romana erat, quæ regulari obseruantia, & bonitate non ordinaria floruit in monasterio S. Agnetis Fulginij (quod est 9. Prouinc. S. Francisci) sub cura B. Margaritæ *Dominici*, passionis autē Christi sic delectabatur memoria, vt cœlitùs obtinuerit, dolorem plagarum Saluatoris in manibus sentire: ita Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud. Iacobillus de SS. Fulginatibus in vita præfatæ B. Margaritæ. VVadinhus, Tom. 5. Annal. Minorum, ad annum Christi 144. §. 24. §. 4.

Translatio S. Marcianæ Virg. Mart. [e]] Agitur de ipsa S. Marciana, hac die in Martyrologio Roman. Baronio ibid in notis: Breuiario Toletano, Ferrario, in noua Topographia, sup. verb. *Toletum*, quiquidē dies est Translationis ex Mauritania Cæsariensi, vbi passa fuerat. 9. Ianuar. vti rectè obseruat, Baronius sup. & Simon Martinus: cui perperam aduersatur Biuarius in suo Pseudochronico Flauii Lucii Dextri, sub anno 155. contendens martyrio coronatam fuisse Toleti. §. 5.

Commemoratio S. Euroniæ Virg. [f]] Soror erat S. Apri Tullensis Episcopi, vulgò *saint Evre*, honestis parentibus nata, in pago Tranquillo, gallicè *Trancault* nouem leucis ab Vrbe Trecensi dissito: de ea agitur in Breuiario Trecensi, hac die. Des-guerroys, in sanctitate Christiana secul. 5. ad annum Christi 420. *Apronia* etiam vocata. §. 6.

TERTIO

TERTIO IDVS IVLII.

IN Insula Chio, Sanctæ[a] Myropis, Martyris: quæ sub Decio Imperatore, & Numeriano Præside, vectibus contusa, migrauit ad Dominum. Tergesti in Istria, Sanctæ[b] Iustinæ Virginis & Martyris, sub Diocletiano Imperatore. Sutrii in Tuscia, passio Sanctæ[c] Fortunatæ, Virginis & Martyris. In pago Beluacensi Sanctarum[d] Brigittæ & Mauræ, Virginum & Martyrum. Eboraci in Anglia, Beatæ Margaretæ[e] Clitheroæ, Martyris: quæ ob Catholicæ Religionis cultum, ab hæreticis lapidibus obruta, victrix ad cælos euolauit. In Japponio, Beatæ[f] Maxentiæ, Martyris, quę abscissis ceruicibus pro Christo triumphauit. In Insula Taneto, Cantuariensis Diœcesis, Sanctæ[g] Mildradæ, Virginis Abbatissæ, ordinis Benedictini, virtutibus & miraculis celebris. Apud Scholam Aruerniæ vicum, Diœcesis Claromontensis, in Cœnobio Sanctorum Geruasii & Prothasii, Beatæ[h] Petronillæ, eiusdem Monasterii Fundatricis, & primæ Antistitæ, Ordinis Præmonstratensis: quę ingenti vitæ sanctitate, cæteris illuxit, ante & post obitum gloria miraculorum clara. In Lusitania, monasterio Sancti Dionysii de Ordiuelas, Ordinis Cistertiensis, Beatę[i] Mariæ Virginis, filiæ Dionysii Regis: quæ alta sui generis, omnesque mundi vanitates paruipendens, in sanctitate & iustitia, cum Christo sponso ambulauit. Sanrareni, in Territorio Vlyssiponensi, Beatæ[l] Mariæ à plagis, Virginis Clarissæ, quæ nobilissima exorta prosapia, moribus sanctissimis, & vita immaculata admodum emicuit. In Æduis prope Alexiam, Eleuatio Sanctæ[m] Reginæ Virginis & Martyris. Polonii in Pannonia, Translatio Beatæ[n] Margaretæ Virginis Regiæ, Ordinis Dominicani, quæ humilitate ac pietate Christum sponsum sibi elegit in perpetuum. Leodii Susceptio reliquiarum Sanctæ[o] Margaritæ, Virginis & Martyris. Minore in Picœntibus propè Amalphim Vrbem, Translatio Sanctæ[p] Trophimæ Virginis & Martyris.

IVLII XIII.

§. 1. SAncta *Myropis, Martyris* [a]] Hanc commemorant Martyrolog. Roman hac die, Baronius ibid. in notis, Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Chios* Gręci quoque eadem die & 4. Decemb. Metaphrastes, Surius ad 5. Februar. in actis S. Isidori Martyr. cuius corpus ipsa asportauit & sepeliuit. Renatus Benedictus, &c.

§. 2. *S. Iustina Virg Martyr.* [b]] Ex tabulis Ecclesiæ Tergestinæ: Nicolaus Manzolus in Historia Istriæ, in Actis S. Iustinæ. Ferrarius in Catalogo generali Sanctor. hac die & in SS Italiæ, passa est anno 289.

§. 3. *S. Fortunata Virg. Mart* [c]] Ita Ferrarius, sup. hac die, ex tabulis Ecclesiæ Sutrinæ.

§. 4. *SS. Brigitta. &c. Virg & Mart.* [d]] Filiæ erant Regis Scotorū, vno eodémque die natæ, anno 731 in quarum ortu, fames & pestilentia, quę ferè totam illam Scotiæ terram, longo tempore vexauerat, finem accepisse dicitur. Exacta antè infantia, cœperunt se omninò Diuino seruitio mācipare. Maura ieiuniis & orationibus vacans, Ecclesiæ frequentabat limina: Brigitta, misericordiæ operibus & eleemosynis iugiter intenta. Nec his contētæ, suam Deo virginitatē consecrarunt: ac Rege earum, Patre mortuo, Romā deuotionis ergò proficiscuntur ad SS Apostol limina inuisenda. Quibus expletis, cùm redirent in Galliam, transirentque Bellouacense territorium, in loco qui *Ballagniacus* dicitur, à prædonibus, multis iniuriis, pro Christo & castitate seruanda, affectæ, gladiis eorum trucidatæ sunt. Indè labentibus multis annis, crebrescente earum fama, cùm Regina Franciæ, earū corpora ad monasterium, quod *Calla* dicitur, transferre vellet, plaustra in loco, qui & nunc Crux sancta Mauræ dicitur, ita immobilia permansere, vt à deuota Regina, Diuinitùs admonita, & procerum, qui tum Reginæ aderant cōsilio, in proxima Ecclesia, quæ Nogent ad Virgines dicitur, collocari iussa sint. Hæc ex breuiario Beluacensi hac die: quo festiuitas earū celebratur. Gonono, lib. 4. vitar Patrum occident. in eis. Louueto lib. 2. Histor. & Antiquitatum Beluacens. cap. 6. §. 15. & 16.

S. Margarita Mart. [e]] Hæc Mattona, Ciuis erat Eboracensis, quæ quòd hospitio exceperat, fouerátque Præsbyteros, persecutorio æstu feruente, lapidibus obruta, vel potius ponderibus oppressa, martyrii palmam consecuta est. Eboraci, hac die anno 1585. vti habent Thomas R. in notis ad Martyr. Angliæ & Ioannes Molanus Corcagiensis in Epitome. t. de Martyribus Angliæ c. 174. §. 5.

B. Maxentia. Mart. [f]] In *Regno de Bungo*, apud Japponium, propter fidem Christi capta, primo nuda inclusa sacco, deindè hinc educta, capite truncata est, & corpus eius combustū hac die. anno 1614. vti refert Nicolaus Trigaltius lib. 5. Histor. Mart. Iapon. cap. 12. Michaël autē vir suus igne com bustus. §. 6.

S. *Mildrada Virg. Abbatiss.* [g]) Diuersimodè reperitur nuncupata. *Meldruda. Mildrada*, *Mildreda & Milthrida*. Meruatdi Angliæ Regis filia: quæ monasticam vitam professa, primò fuit Sanctimonia- §. 7.

lis in Cœnobio Calensi, in Gallia, Diœcesis Parisiens. indè reuocata à Domnena Matre, præfecta est à S. Theodoro Cantuariensi Archiepiscopo, monasterio, quod in Insula Cantii, Thaneto, conditum est, vbi reliquum vitæ traduxit, ac sepulta est. Cuius sacræ reliquiæ Dauentriam postea in Transiselana Belgii Prouincia, Translatæ; in Cathedrali S. Libuini Ecclesia sunt honorificè repositæ. Florebat anno 680. Scribunt de ea Continuator Bedæ, libro 2. de Gestis Anglor. cap. 33. Vincentius Beluacensis. lib 25. sup cap. 33. Petrus de Natalib. sup. lib. 11. cap. 68. Harpsfeldius in Histor. Ecclef. Anglor. sæcul. 7. cap. 10. VVion in Martyrolog. Benedictino, hac die & lib. 4. cap. 28. ligni vitæ. Molanus in additionib. ad Vsuardum ead. die, & Indiculo SS. Belgii. Saussayus in Martyrolog. Gallicano. Myræus in Fastis Belgic. Ferrarius in Catalogo SS. hac die. & in Topographia sup. verb. *Cantuaria.* & alii, quos citat Eduardus Maihew Tom. 2 Trophæor. Congregation. Anglic. Ordin. Benedictin. ad Natales Sanctorum, hac die.

§. 8. *B. Petronilla Abbatissa*[h]] Vxor erat S. Gilberti; cuius suasu, eo accensa est pietatis æstu, vt simul calcato sæculi fastu, & amore, se suaque Christo pœnitus dedicarint, sic igitur facultates dispertiendas decreuerunt: vt partem alteram subleuandæ mendicorum ægestati, alteram duobus extruendis Præmonstratensis instituti monasteriis impenderent. Parthenona itaque ædificata, circa annum 1150 ad Scholam Aruerniæ. sub inuocatione SS. Martyrum, Geruasii & Prothasii, B. Petronilla, amicta sacro velamine, primam illius curam suscepit, ea probitate & suauitate morum, ac religionis obseruantia: vt nobiles quasque puellas a mundi illecebris reuocaret, alliceretque ad sanctæ vitæ institutum. Suffragabatur matri B. Pontia, filia, Virgo haud impari sanctitate: ipsique post fœlicia funera successit. Iuxta Ioannem Chrysostomum stellam, in Natalibus SS. Præmonstratens. Ordin. hac die. Saussayum in Martyrologio Gallican. Octob. 3. Ioan. *le Paige*, libro 1. Bibliothec. Præmonstratens. cap. 18. & lib. 2. in vita B. Gilberti Abbatis eiusdem ordin. ex Chronico Roberti Antissiodorens. & codice MS. eiusdem loci.

§. 9. *B. Maria Virg. Cisterciens.*[i]] Spretis mundi vanitatibus & illecebris, regiaque domo paterna, Christum sibi elegit: cui in monasterio S. Dionysii anno 1320. (quod pater eius Dionysius, Lusitaniæ Rex in Ordiuellas construxerat) flagranti desiderio adhæsit: vbi inoffenso pede, per viam mandatorum Dei progrediens, multis bonorũ operum insignibus, humilitate, videlicet, paupertate & obedientia effulsit. De ea Hériquez in Menolog Cisterciensi, hac die. Barnabas de Montalbo. Tom. 1. Chronic. lib. 2. cap. 35. Stephanus Cyprius in Basilico Phylacterio. Philippus Seguinus, in Catalogo SS Ordin. Cisterciens. in ea.

§. 10. *B. Maria Virg. Clarissa.*] Filia extitit illustrissimi Marchionis Villæ Regiæ. quæ fide, spe, charitate, ac denique omni virtutum genere, & sanctitate refulsit: vti referunt Martyrolog Franciscan. hac die. annotation. ad illud. Gonzaga. part. 3. origin. Seraphic. religion. in Monasterio Santareni, quod est 5. Prouinc. Portugalliæ, vbi sepulta iacet. Barezzus, part. 4. Chronic. Minor. lib 4. cap. 35. ad an 1565. Valerius de SS. Fœmin. eiusd. ordin. lib. 4. cap. 40. wadinghus Tom 1. Annal. Minor. ad an. 1559. § 18.

§. 11. *Eleuatio S. Reginæ Virg. Mart.*[n]) Glorioso agone occubuit ac sepulta est propè Alexiã, quo in loco erecta fuit capella. & altare constructũ ab Antiquo, in vineis Episcopat. Eduens. & hac die, exindè trãslata in Alexiam pagũ, & in eius honorẽ extructa Ecclesia cernitur iam ab ãno 410: quæ mutata est in nobile monasterium Benedictinũ, cui S. Wibradus, vulgò *VVarè* Abbas, Fundator Flauiniacensis multa largitus est suo testamento, anno 710. postea tamen vnitũ fuit Abbatiæ ipsi Flauiniacẽsi. in præfata autem S. Reginæ Capella celebratur hodie festiuitas magna cũ pietate ac concursu populorum Teste Georgio *Viole* in vita S. Regin. Virg. Mart. cap 14. & 21 ex actis S. Germani Antissiodorens. Episcopi, & aliis monimentis r vide sup. ad 21. Martii ex Gallis, Christiana, sub Iona. 39. Episcopo Eduensi.

§. 12. *B. Margareta Virg.*[n]] De ea Crispinus & Laxius in Histor. Hungar. Ferrarius in Catalogo generali SS. hac die, ex tabulis Eccles. Strigoniens. seu Ternauiens. Bzouius Tom. 13. Annal Eccles. ad annũ 1170 §. 17: Ipsam Vesprini decessisse è vita anno 1 70 die 28. Ianuar. constat ex præfatis, eod. die 28 Ianuar. Non autẽ anno 1271. 18. Ianoar. vti perperã scribit Razzius part 2. vitar. SS Ordin Prædicator. in ea: cuius corpus Posonii. (vulgò *Presburg.*) seruatur in monasterio S. Mariæ: iuxta Ferrarium. sup. vbi postea fuit translatum hac die.

§. 13. *Susceptio reliq. S. Margarita Virg. Mart.*[o]] Memoratur à Molano in additionibus ad Vsuard. Saussayo in Martyrolog Gallican. hac die. Audomari habet Ecclesiam Parochialem, in qua coluntur eius Reliquiæ. Vide Malbrancq. Tom. 2. de Morinis, lib. 8. cap. 68. sub anno 1070.

§. 14. *Translatio S. Trophimæ Virg.*[p]) Ita Ferrarius sup. ex tabulis illius Eccles.: vbi præcipuo honore, vti Vrbis patrona recolitur, quæ etiam Triphonia dicitur.

PRIDIE IDVS IVLII.

IN Belgio, Sanctarum[a] Deppæ & Polychroniæ, Martyrum. Aicuriæ in Hasbania, Diœcesis Leodiensis, Sanctæ[b] Ragenuflæ Virginis: quæ stemmate claro progenita, Christique amore incensa, spretis mundi delitiis, & gloria, totã in Diuina exequẽda sese dedit: nec inferiori splendore refulsit meritorum, quæ signis cœlestibus declarata, ipsam in tumulo Beatissimã prodiderũt. Apud Sãdecense Poloniæ Monasteriũ, Beatæ Chunegundis, Virginis Clarissæ: quæ priùs Boleslao pudico Poloniæ Duci, despõsata, cum eo annos quadraginta immaculata Thoro, in perpetua castitate transegit: & viro orbata, atque monasticã vitam professa, sanctimonia, & miraculis stupẽdis coruscauit. Beluisii in territorio Placentino Hispanico,

Beatæ

Beatæ[d] Catharinæ à Magdalena, Virginis autem Clarissæ: quæ huius loci prima electa Abbatissa, charitate, oratione & silentio emicuit. Pontesiæ in VVilcassino Diœcesis Rothomagensis, Depositio Sanctæ[e] Hildeburgis matronæ, eximiæ pietatis ac religionis fœminæ. In Iubeto Castro Diœcesis Veronensis, Sanctæ[f] Tuscanæ, viduæ Ordinis Hierosolymitani, quæ bonis operibus intenta, signis etiam admirandis innotuit.

IVLII XIIII.

§. 1. S*anctarum Deppa, &c. Martyr.*[a] Prioris corpus Tornaci, in Domo probationis: posterioris, Dionanti, asseruatur, in collegiis societatis Iesu. vti scribit Myræus in Fastis Belgicis, hac die, & Rayssa in Auctario ad Natales sanctorum Belgii Molani sub 13. Iulii.

§. 2. *S. Ragenulpha Virg.*[b]] Hæc inclyta stirpe progenita, neptis erat. S. Gertrudis: nascitur autem in Hasbania, villa *Brumbasia*, quæ à tenera ætate Christi succensa amore, eidem intemeratum suæ virginitatis florem consecrauit: Cùmque Ebroinus adolescens nobilis, eam ad connubium postularet, & parentes renoentem cogerent, instante die nuptiarum, vnà cum aucillula præmissis precibus feruentibus ad vicini nemoris latibula confugit. Moxque à sponso cœlesti vocata, ad Angelorum consortium, quorum puritatem studuerat imitari, fœliciter euolauit: cuius sanctitatem plurimis miraculis Deus testatus est, ob quorum splendorem, ædificata est, ad eius sepulchrũ à propriis eius parentibus. Ecclesia S. Petri Aicuriæ siue Eincuriæ, in Gallica Brabantia. Exindè autem sacrum eius corpus anno 1456. Louauium translatũ est, ad S. Iacobi Basilicam. Scribunt de eà Sigebertus in Chronico ad annum 643. quo floruit, Molanus in additionibus ad Vsuardum hac die, & in indiculo SS. Belgii, Saussayus in Martyrologio Gallicano, & Ferrarius in Catalogo generali sanctorum eadem die. Myræus in Fastis Belgic. ac Chapeauillus, Tom. 1. Histor. Leodiens. in annotationibus ad Harigerũ de Episcopis Leodiensibus, cap. 48. Simon Martinus hac die.

§. 3. *B. Chunegundis Virg.*[c]] Obiit anno 1292 alliis anno 1294. hac die; variè reperitur vocitata *Chunegunda, vel Chunegundes*: item Kinga *vel Zinga*, S. Elisabeth Hungaræ neptis germana, Belæ Regis Vngariæ filia, vxor verò Boleslai *Pudici*, Poloniæ Ducis supremi: quo mortuo anno 1279. mox vna cum sorore Yolenta distractis, & in vsus egenorum distributis cunctis facultatibus suis, Clarissarum instituto sese addixit: & veterem Sandeciam, ne quicquam refragantibus & renitentibus proceribus commigrauit: ibique reliquum vitę tempus, in monasterio à se, & viro suo condito sanctissimè peregit. Claruit spiritu prophetiæ, ac tot tantisque miraculis, vt in Romana curia, de eius canonisatione seriùs ageretur; interruptum tamen negotium, ob variam orbis vicissitudinem, sed rursum renouatum anno 1628 sub Vrbano VIII. Agunt de ea Martyrologium Franciscanum hac die. Annotationes ad illud. Marianus lib. 3. cap. 10. Gonzaga. part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in BB. Fœminis Ordin. Mino. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic Ordinis. Platus libro 2. de bono statu Religiosorum. cap. 17. Chopinus de sacra politia, lib. 2. Titul. 3. §. 21 Tossinianus lib. 1. Histor. Seraphic. Elzearius, lib. 2. sacri montis Oliueti cap. 5. Cromerus lib. 9. rerum Polonorum, ad annum 1279. & 1291. Bzouius Tom. 13. Annal. Eccles. ad annum 1279. §. 9. Salazar. lib. 5. Chronicor. Prouinc. Castellæ cap. 20. Matthias de Michouia in Histor. Polonic. Saruictos lib. 6. Annal. Iodocus lib. vetustor. Polonor. Ioannes Dlugoskius, lib. de vita & miraculis ipsius. Gononus. in Chronico Deiparæ SS sæcul. 13. ad annũ 1323. Wadinghus, Tom. 2. Annal. Minor. ad annũ 1279. §. 6. anno 1287. §. 5. anno 1292. §. 12. & Tom. 3. anno 1333. §. 25.

B. Catharina Virg.[d] Prima extitit Abbatissa monasterii Beluisiani, (quod est 6. Prouinc. Angelor.) illudque annis 17. rexit admirabili cum exemplo totius sanctitatis & virtutis: multis illustrata reuelationibus à Deo, eiusque matre sibi collatis. Erat quippè ingenti charitate, oratione & silentio decorata: tantaque deuotione ferebatur erga passionem Dominicam, vt præ lachrymarum profluuiis, oculorum lumen amiserit, quod tamen decem post annos, cœlitus sibi restitutum est. Obiit hac die, sanctissimè, cuius anima in specie columbæ visa est in cælum conscendere. Ita Martyrologium Franciscanum, hac die, & annotationes ad ipsum: Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 30. ad annum 600 quo floruit ex monimentis illius monasterii. §. 4.

S. *Hildeburgis matrona.*[e]] Claruit tempore Philippi 1. Francor. Regis ex illustri orta prosapia, Patre videlicet Heruæo, matre verò Beatrice Castri Galliardonis, in Carnotensi agro: Dinastis: quæ desponsata Roberto ab Ibrayo, Equiti, ac illius loci Domino, tres liberos genuit, post cuius obitum, extructa cellula iuxta Abbatiam S. Martini Pontæsiæ, reliquum vitæ sanctissimè transegit: vbi tandem sepulta complura edidit miracula. Ita Louuetus lib. 2. Historiarum & Antiquitatum Beluacens. capite 2, §. 16. §. 5.

S. *Tuscana vidua.*[f]] Agunt de ea Ferrarius in SS. Italiæ, & in Catalogo generali Sanctor. hac die. ac in noua Topographia ad Martyrologium Romanum. verb. *Verona* ex Tabulis Ecclesiæ Veronens. Bzouius, Tom. 14. Annal. Eccles. ad annum 1343. §. 27. cuius vitam descripserunt Celsus Maphęus, Canonicus Veronensis & Raphael Bagata, lib. de SS. Ecclesiæ Veronens. Hæc Iubeti pago Veronensi quondam claro ab ipsa Vrbe 7. lapide posito, honestis nata parentibus, à teneris annis ita pudicitiam adamauit, vt diu ne matrimonio iungeretur repugnarit, virumque nisi coacta receperit, quo in statu vitam quasi cœlibem duxit. Quare viro defuncto, venditis omnibus, pretioque in pauperes erogato, se totam Christo dedicauit. Cuius pudicitiæ hostis generis humani insidiari non destitit. Nam tres adolescentes nimia illius pulchritudine capti, per fenestram domus, dùm vnus post alium, ad eam violandam ascendissent intrassentque, repentè à dæmonio interempti sunt: qui mox fusit ad Deum pro ipsis precibus, rediuiui §. 6.

ſurrexerunt, ſaniores effecti. at B. Tuſcana eo domicilio relicto, ad cœnobium S. Sepulchri, religionis Hieroſolymitanæ, vt inibi Deo inſeruiret, perrexit, ac veſtem religioſam induit: paupertatéque ſic coluit, vt mendicare haud erubeſceret, ab omni prorſus humana conuerſatione abhorrens. Dies noctéſque ferè integras vigiliis, orationibus & meditationibus inſumebat, ſingulis diebus, exceptis Dominicis, pane & aqua ieiunabat. moriens, hanc vocem de cælo audiuit *Veni ſponſa Christi Tuſcana, accipe coronam quam tibi Dominus præparauit in æternum*: qua in voce expirauit hac die, anno 1343. multis clara miraculis: cuius ſepulchrum magna populi frequentia veneratur in Eccleſia ſepulcri: quo Epiſcopus ob illius frequentia miracula tranſtulit ex Xenodochio, vbi tumulata quieſcebat: *Tuſca* etiam dicitur.

IDIBVS IVLII.

IN portu Romano, Natalis Sanctarum [a] Zozimæ & Bonoſæ, ſororum, Martyrum. Carthagine, Sanctarum [b] Iuſtæ & Iuliæ Martyrum: quæ poſitæ ſunt in Baſilica Fauſti. Herbipoli in Germania, Sanctæ [c] Reginſvvindæ, Virginis. quæ magno ſpiritu gratiæ & virtutis plena, cœleſtia petiuit. Polleſvorti, in comitatu VVarvvicenſi, Sanctæ [d] Eadgithæ, Virginis Abbatiſſę, ordinis Benedictini: cuius ſanctitatem inſignia miracula teſtantur. Valentiæ, in Hiſpania Tarraconenſi, monaſterio ſanctæ Mariæ de gratia, Ordinis Ciſtertienſis, Depoſitio Beatæ [e] Tereſæ Reginæ, illius loci Fundatricis: quæ inibi aſſumpto Religionis habitu, ſanctiſſimè vixit, variis poſt mortem miraculis illuſtris. Alenconii, Diœceſis Sagienſis, Beatæ [f] Agnetis Viottæ Virginis Clariſſæ: vitæ integritate ac religione celebris. Apud Caſtrum Culminum maiorum in montibus Marianis, Diœceſis Hiſpalenſis, Beatæ [g] Catharinæ de Porta, eiuſdem Ordinis Abbatiſſæ: multarum virtutum prærogatiua ſpectabilis. Maclouiopoli in Britannia, Armorica beatæ Eſther [h] Virginis, fide & innocentia conſpicuę. Seguntiæ in Hiſpania Tarraconenſi, Tranſlatio ſanctæ [i] Liberatæ Virginis & Martyris. Panormi, Inuentio Corporis ſanctæ [l] Roſaliæ Virginis.

IVLII XV.

§. 1. SAnctarum Zozimæ, &c. Martyr. [a]) Paſſæ ſunt ſub Aureliano Imperatore, quarum meminerunt Beda, Vſuardus, Ado, Martyrologium Romanum hac die, Baronius ibid. in notis, Petrus de natalibus, lib. 11. catalog. Sanctor. cap. vltimo §. 194. Ferrarius in Sanctis Italiæ, in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb *Portus Romanus*. Romæ extat Eccleſia S. Bonoſæ trans Tyberim poſita, Simon Martinus hac die. Pancirola in Theſauro Vrbis Romæ, Regione 8. Eccleſia 25. Gallonius de Virginibus Romanis.

§. 2. *SS. Iuliæ &c., Martyr.* [b]] Agunt de ipſis iidem, Beda, Vſuardus, Ado, Martyrologium Romanum hac die. Baronius ibid. Petrus de Natalibus, lib. 6. ſup. cap. 103. Ferrarius ſup. verb. *Carthago*. Simon Martinus. ſup.

§. 3. S. *Reginſvvinda Virg.* [c]] Memoratur à Molano in Additionibus ad Vſuardum hac die, Ferrario, in Catalogo generali Sanctorum eadem die, poſt Bruſchiũ in tabulis Epiſcopor. Herbipolenſ. ſub. 7.

§. 4. S. *Eadgitha Virg. Abbatiſſ.* [d]] *Edgatham*, *Eadgitham*, & *Editham*, idem eſſe nomen volunt. Hæc igitur regio ſanguine nata, mundo renuncians, vitam duxit monaſticam ſanctitate plenam, migrauit in cælum, anno 925. De qua Gotzelinus Morinenſis, in vita eius. Wion in Martyrologio Benedictino, hac die, & lib. 4. ligni vitæ, cap. 14. Molanus in Appendice ad Vſuardum. Ferrarius ſup. in Catalogo ex Martyrologio Anglic. Sauſſayus in Appendice ad Martyrologium Gallicanum, Malmeſburienſis libro 4. de Geſtis Regũ Anglor. cap. 1. & lib. 2. cap. 5. VVeſtmonaſterienſis anno 901. & 925. Ioannes Capgrauius in legenda SS. Angl. Harpsfeldius in Hiſtoria Eccleſ. Angl. ſæcul. 9. cap. 13. & lib. 10. cap. 11. Eduardus Mainevv. Tom. 2. Trophæor. Congregation. Anglic. ordin. Benedictini ad natales Sanctorum, hac die.

B. Tereſa Regina [e]] Præclaro fine viam ſibi parauit in cælum, cuius ſacrum corpus etiamnum magno populi concurſu colitur: vbi cæci, claudi, febribus, aliiſque morbis laborantes, integræ ſanitati reſtituuntur. Geſta eius eximia ſcripſerunt, Martinus de Viciana, lib 1. Chronic. Valentiæ, Gaſpar Eſcolanus, ibid. Zamalloa Garriuay, lib. 3. Compendii Hiſtor. cap. 6. Ioannes Aluarus de origine Monaſteriorum ordin. Ciſtertienſ. in corona Arragoniæ. Manriquez lib. 3. Laureæ Euangelic. Diſc. 7. Bernardus de Montalbo, in Chronic. Ciſtertienſ. Henriquez in corona ſacra Ciſtertienſi, & in Menologio eiuſdem ordinis hac die. §. 5.

B. Agnetis Virg. [f]] Hæc tertium Seraphici Patris S. Franciſci ordinem primitùs: ſed poſtmodum primam S. Claræ Virginis regulam, profeſſa eſt: quæ plurimas, eaſque glorioſas de Sathana victorias retulit, & demùm non abſque ſanctitatis nota, diem clauſit extremum, apud monaſterium ſanctæ Claræ Alenconii. §. 6.

Alenconii. Cuius denique corpus licet humidissimo loco tomulatum, post 12. annos integrum omninò, incorruptum atque suauissima fragrantia respersum fuit inuentum. Videatur Martyrologium Franciscanum. hac die, annotationes ad illud: Gana aga, part. 3. origin. Seraphic. Religion. in prædicto monasterio, quod est 6 Prouinc. Franc. Parisiens. Barrezus part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 81 sub anno 1520. de Sillis in cap. 11. Regul. tertii ordin. Minor. Valerius de SS. Fœminis eiusdem ordin. lib. 4. cap. 19. Vvadinghus Tom. 7. Annal. Minor. ad annum. 1497. ℞. 19.

§. 7. *B. Catharina Abbatiss.* [g] Huius præ cæteris, sanctitate illustribus, celebratur memoria: virtutibus, regimine, ac cælestibus visionibus insignis. Iuxta Martyrologium Franciscanum, hac die, annotationes ad illud. MSS. monimẽta præfati monasterii Culminum, quod est 2. Prouinciæ S. Michaëlis in Hispania. Wadinghom. Tom. 6. sup. ad annum 1466. §. 20.

§. 8. *B. Esther Virg.* [h] Puella cum esset intimis ex præcordiis religionis catholicæ moribus dedita, ab ambobus parentibus hæresi Caluinista infectis, ad defectionem vrgeretur: ne eorum technis & impetitionibus, ad eorum impios nutus declinaret. mortem à vitæ largitore, cui puros carnis artus, & cordis affectus dedicauerat, precibus suis impetrauit, hac die, anno 1620 Ad cuius expirantis cubile Angelorum cantus auditus est. At nihilominus purum eius corpus, à parentibus suis, hæretico rito, in communi humo sepultum, Christo sponso, suæ virgunculæ fidem vindicante, non diu post, die 8. Septemb. sequentis solemni triumpho, ab Episcopo Maclouiẽsi Cleroque, sacrum ad locum est translatum: ibique cùm reconderetur ritu catholico, miram spirauit fragrantiam, Ita referunt Saussayus in supplemento Martyrologii Gallicani, hac die, & Galterius in tabula Chronographica, in Appendice, sæcul. 17. vbi de sanctis & illustribus viris. Hilarion à Costa, Tom. 2. de viris & elogiis illustr. Heroinæ, Tom 1. part. 4.

Translatio S. Liberata. Virg. Martyr. [i] In Ecclesia Seguntina habetur in maximo honore B. Liberata, quæ mutato aliquantulum vocabulo, nominari solet *S. Librata*, cuius sacrum corpus, post multos annos à suo martyrio, Simon Seguntinus Episcopus, inclusit in argentea quadam arca, collocauitque in eminenti loco, præcipiens vt ab omnibus coleretur, & in veneratione haberetur. Deindè illustris Fridericus à Portugallo, tunc Seguntinus, ac demùm Cæsar Augustanus Episcopus, sub huius Virginis nomine, Regale sacellum construxit: vbi sacrũ corpus mira fragrantia, arca argentea, lapidea intrò inclusa, hac die, anno 1517. editis miraculis honorificè translata est, concorrentibus vndique populis, vt eidem Translationi interessent, & vt indulgentiam plenariam à variis Pontificibus concessam, consequerentur. Hæc ex tabulis, & Breuiario Ecclesiæ Segontinæ. Trugillo. Tom. 1. Thesauri Concionator. ad 18. Ianuar. Ferrario, in Catalogo generali SS. hac die, & Biuario in Commentario, ad Pseudochronicon. Flauii Lucii Dextri. sub anno Christi 138. §. 6.

Inuentio sanctæ Rosaliæ Virg. [l] Cùm Panormitana Ciuitas Pestifera lue admodum premeretur, anno 1624 hac die, summo Dei beneficio, corpus hocce S. Virginis inuentum est. apud montem peregrinum iuxta præfatam Vrbem, & defossum, allatum est in Capellam Archiepiscopalem, tum anno sequenti 1625. die 15 Iunii. publica ac solemnissima pompa deductum ad Ecclesiam Metropolitam: & repositum in Capella noua illi dicata: inclusum intra capsam argenteam, pondo trium millium marcarum: ob memoriam, pestis tunc sedatæ, precibus ipsius Virginis: qua de re extat Diploma Vrbani 8. anno 1629. quo concedit huiusmodi inuentionem hac die celebrari. Teste Girardo, in Epitome vitæ & inuentionis S. Rosaliæ Virginis, Simone Martino, ibid. § 9.

DECIMO SEPTIMO CALENDAS AVGVSTI.

SANTIS, Hannoniæ pago, Diœcesis Cameracensis, Natalis sanctæ [a] Raineldis, Virginis & Martyris, sororis Beatæ Gudilæ Virginis: quæ cum Grimoaldo Subdiacono, & Gondulpho familiari, ab Hunnis Barbaris, pro fide Christi, palmam martyrii accepit. Romæ, sanctæ [b] Agnellæ, viduæ, genere & virtutibus. nobilissimæ. In Scotia, sanctæ [c] Macræ, Virginis Regiæ: quæ cunctis pro Christo abdicatis, soli illi placere studuit. In oppido Marckdorff. Constantiensis Diœcesis, Beatæ [d] Bramidanulæ Virginis, quæ singulare exemplum puritatis, patientiæ, fortitudinis, & perseuerantiæ reliquit. Mediolani, Beatæ Mariæ Mediolanensis Virginis Clarissæ, in oculis suis admodùm humilis, & Christo sponso amabilis.

IVLII XVI.

§. 1. SAncta Raineldis Virg. Martyr. [a] Illustribus piisque parentibus, in Castro siue oppido Condatensi super Scaldam fluuium, patre VVitgero, Comite: matre verò Amalberga progenita: ea vitæ integritate à primis annis enituit, vt ingentem omnium de se excitaret admirationem Incredibile enim est memoratu, quanta se inedia affecerit, quàm assiduis ieiuniis & orationibus corpusculum suum macerarit: quo Christi spiritu integrè frui posset. Cilicio carnem edomans asperrimo, vilique & modica alimonia sustentans, pane scilicet hordeaceo, & aquæ simplicis hausta: nudis etiam plantis incedens: humi cubationibus assiduis ferè tota nocte ad preces prostrationibus dùm carnem extenuaret, spiritum roborabat, vegetioremque reddebat in Dei obeundo strennè famulatu. Cuius impensiùs exequendo desiderio æstuans, cum

sorore sua D. Gudila, Leobiense cœnobium adiit, vt in eo se totam, sub seuerioris disciplinæ ac obedientiæ instituto, Christo consecraret: cuius Monasterii fores ipsi Diuinitùs reseratæ sunt. Dehinc, vt melioris certaminis cursum conficeret, accepta à monasterii præfecto, & fratribus benedictione. Hierosolymam profecta est: vbi biennio, singula quæque loca, non sine fructu perlustrauit: Euolutoque septennio pretiosissimis aucta Reliquiis Sanctorum, domum reuersa est, cunctisque loci eius indigenis,, summa cum exultatione excepta: deinceps (recepto à sancto Auberto Episcopo Cameracensi, velamine sacro) ita vitam instituit, vt rebus terrenis conculcatis, solis cælestibus, incredibili ardore insisteret: & miraculis ac virtutibus præfulgeret: vbi posteà ab irruentibus infidelibus, Gallias deuastantibus, martyrio circa annum 690. est coronata, ante altare S. Quintini Martyris, capitis detruncatione. Cuius sacrum Corpus anno 806. (aliis 860 ceu 866.) è terra leuatum, honorificentius reconditum fuit, in Theca argentea, præsentibus confinium Diœcesum tribus Episcopis. Agunt de ea Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis. Molanus in additionibus ad Vsuard. & in Indiculo SS. Belgii. Wion in Martyrolog. Benedictino. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Santa*. Myræus in Fastis Belgicis. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die. Surius, Simon Martinus, Doubletus, Hareus, Lippelous, Ribadeneira, & alii in vita eius, eadem die, Vacquerius in Enchiridio benè morientium. Plura etiam de ea in Actis sanctæ Gudulæ, 8 Ianuar. apud Surium, Lippoleum, & alios Bachotus in Fastis christianis, anno 660. Diuæus, lib. 1. Rerum Brabantin. cap. 3. & lib. 3.

S. Agnella vidua [b]] Hanc laudibus celebrat B.
†.§.2. Ennodius, Ticinensis Episcopus, lib. 12. Epistol. 5. hisce verbis. *Gratum mihi est ad magnitudinem* vestrã litterarum munera promulgare: quia & generi & conscientiæ vestræ non tam exhibetur honor iste, quàm redditur: iustum est, vt religiosi homo propositi, sanctam viduam, & nobilem veneretur Ingenuus. Ago Deo meo gratias, quia bonus opinionis vestræ ad nos odor emanauit: illic vsque ad consommationem vitæ fructus tribuat, qui bonam radicem in hac sæculi conuersatione plantauit. Benè fecisti, Domina Agnella, mundi istius blandimenta respuere. & dùm celsiora sequeris, etiam quæ potuerunt venire à legitimis remediis non habere: scis non solùm veniam quærere, sed coronam, gaudeant, de medicina languentes, prope est, vt proximus sit integritati. cui conceditur, vt fœliciter dediscat illecebras. ergo Domina mi salutationis gratiam, honorificentiamque persoluens, rogo, vt pro me Amico, & parente tuo Apostolorum liminibus non desinas supplicare, vt merear seruare, *quod prædico, & quod in aliis extollo, ipse non negligam*. Clarebat circa annum 500.

S. Macra, Virg. [c]] Filia erat Regis Scotiæ & S. §. 3.
Guthagonii soror. Vide Veremundi Historiam. & Camerarium lib. 3. de Scotorum pietate & SS. Regni Scotiæ, cap. 4. hac die.

B. Bramidanula Virg. [d]] Virgo extitit pulcher- †§.4.
rima, quæ vltra modum sollicitata ab amicis & parentibus vt nuberet: cum percepisset se minimè tueri contra horum insultus, ad sponsum suum Christum Dominum statim orationibus intensissimis confugit: & eidem suam pudicitiam, vt illęsa seruaretur commendans, ab eo obtinuit, vt ex tunc, ex hac vita migraret: Teste Ioanne Nyder. lib. 4. Formicarii, cap. 4. Bzouio. Tom. 16. Annal. Eccles. ad annũ Christi 1455. §. 64.

B. Maria Virg. Clarissa. [e]) Mira vitæ perfectione §. 5.
erat exornata: cui vti sorori humillimæ, apparuit in culinæ ministerio Christus Infantulus, qui illi multa dona impertiuit. Memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die. Annotationibus ad illud. V Vadingho. Tom 5. Annal. Minor. ad annum 1448. §. 43. ex MSS monimentis Monasterii de Vedano, quod est 1. Prouinciæ Mediolanens.

SEXTO DECIMO CALENDAS AVGVSTI.

CARTAGINE, Natalis Sanctarum Martyrum [a] Iauuariæ, Generosæ, Bessiæ, Donatæ, & Secundæ: quæ Iussu Saturnini Præfecti, post primam Christi confessionem, in carcerem missæ, & in ligno confixæ, deindè gladio decollatæ sunt. Antiochiæ Pisidiæ, Natalis Sanctæ [b] Marinæ, Virginis & Martyris: quæ immanissimis tormentis pro Christo perpessis, peruenit ad palmam. Constantinopoli, Sanctæ Theodotæ [c] Martyris, quæ sub Leone Iconoclasta, egregium certamen pro defensione Catholicæ veritatis gloriosè peregit. Venetiis, Sanctæ Marinæ [d] Virginis: quæ mira patientia, humilitate atque fide emicuit. In Dania veneratio Sanctæ [e] Florentiæ, Discipulæ Beati Hilarii Episcopi, magna virtute & ingenti spiritus feruore spectabilis. Mediolani Sanctæ [f] Marcellinæ, Virginis, sororis Beati Ambrosii Episcopi: quæ Romæ in Basilica Diui Petri à Liberio Papa velum Consecrationis accepit: cuius etiam sanctitatem, idem Beatus Ambrosius scriptis suis testatam facit. Alexandriæ, Memoria Sanctæ [g] Theodoræ: quæ aliquando lapsa, sed facti pœnitens, mirabilem ac sanctissimam vitam duxit, Monialis facta. Barcinone in Cathalonia, Beatæ [h] Constantiæ, viduæ, Arragoniæ Reginæ: quæ vita Clarissarum Monastica assumpta, perfectissimè Christo est famulata. Monachii in Bauaria, apud Ridleriam, Tertiariarum Franciscanarum Monasteriũ, beatæ [i] Magdalenæ Rottenburgæ viduæ: humilitate, charitate & oratione extatica sublimis.

IVLII XVII.

§. 1. SAnctarum Ianuaria &c. Mart. [a]] Agonem cōmpleuerunt sub Seuero Imperat. : quarum Reliquiæ Romã translatæ sunt : atque recōditę in titulo Pammachis, in Ecclesiã scilicet SS. Ioannis & Pauli. De his agunt Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & tom. 2. Annal. Eccles. ad annum. 202. Molanus in annotationibus ad Vsuardum. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog Roman. verb. Carthago. Petrus de Natalibus, lib. 6. Catalog SS. cap. 110. Pancirola in Thesauro Vrbis Romæ, Regione 5. Ecclesia 32.

§. 2. S. Marina Virg & Mart. [b]] Ex Pisidiæ vico ad Antiochiam, oriunda. Ædesii Sacerdotis Idolorum nata vnica fuit, quam Pater defuncta matre, nutrici cuidam educandam commisit. Duodecennis Christianis sacris a quibusdam Vicanis ibidem initiata fuit : porrò sextodecimo anno martyrii desiderio flagrans, certamen aggredi, & perficere cupiebat : quam Olybrius Præses ad se adductam, in vincula conjecit : & post dies aliquot ad tribunal stantem intus, ob præstantem eius formam admiratione defixus, rogat nomen & conditionem. Recusantem verò abiurare Christum, iussit Præses extentam virgis adeò immaniter lacerari, vt terram sanguis inundaret : dein suspensam carpi & laniari. Hinc in custodiam retrusa, mox ingens terræ motus totum concussit carcerem, vndè Draco prorepens formidabile reptando stridorem excitauit : flammaque illam cingere & inuoluere videbatur. Tunc illa toto corpore perhorrescens se in preces dedit atque terrificum illud monstrum mox in atri canis formam mutatum, sancta virgo pilis arreptum, tamdiu pertudit, quoad penitus edomaretur. dehinc in aliam protracta quæstionem facibus ardentibus vstulatur & in vas aqua plenum per caput immittitur : quibus in tormentis multos ad fidem Christi perduxit : quibus ceruices sectæ, Præses etiam his concitatus Marinam securi percussit. Ex Menologio, Horologio, & Anthologio Græcorum, hac die, Baronio in notis ad Martyrologium Roman. eadem die. Radero. part. 1. Viridarii Sanctor. Ferrario, in noua Topographia, sup. verb. Antiochia Pisidia, & in Catalogo generali SS. eadem die : hanc & alii Margaritam appellant : de qua infrà, ad 20. Iulii : quo apud Latinos festum eius agitur.

§. 3. S. Theodota Martyr. [c]] Ob cultum sanctarum Imaginum iussu Leonis Imperatoris Iconomachi, gladio percussa, vnà cum aliis religiosis fœminis martyrium consummauit, Iuxta Martyrologium Romanum. hac die. Baronium in notis ad illud. & Tom. 4. Annal. Eccles. ad annum 726. §. 12. Ferrarium sup. in noua Topographia. verb Constantinopolis. Arnoldum Hauensem in speculo hæreticæ crudelitatis cap. 29. ex Græcorum Menologio ; vocatur Theodosia ab Othone Frisingensi lib. 5. Chronic. cap. 18. *Inter cæteros (inquit) passa fuit Virgo Christi Theodosia: cuius vsque hodie maxima in Vrbe regia manet memoria & veneratio. In Ecclesia enim Sanctimonialium, integro corpore humata seruatur, omnibusque aduenientibus, tanquam cælestis medica, inter manus Virginum deportata adhibetur : ac tanquam pro bono omine quoscunque calcando grauem se præbuerit, habetur. Quod & nuper, dum Hierosolymitana expeditio, sub Conrado Romanorum, Ludouico Francorum, Regibus ; nos cum multis aliis experti sumus.*

S. Marina Virg. [d]] De Translatione eius agunt hac die Martyrologium Roman. Baronius, ibid in notis. Ferrarius, sup in noua Topographia. verb. Venetia. Iuxta alios, natalis illius est, vti scribunt, Petrus de Natalibus lib. 6. sup. cap. 108 Michael Bucchingerus in Historia Eccles. vbi de Catalogo summorum Pontific. sub Paschali 2. Pap. ibi. Ferrarius in Catalogo generali SS. hac die. & 1. Septemb. Saussayus in Martyrologio Gallicano. Renatus Benedictus, in vita eius, hac die in Additis. Antonius Allegre in Paradiso Carmelitici decoris, sta:u 3. ætate 6. post Christum, cap. 10. anno 442. Ipsa est autem, quę colitur Parisiis, & Scauii in Sicilia, ex Martyrologio Siculo. De qua lib. 1. vitar. Patr. cap. 14. cætera, vide infrà ad 1. Septemb. vbi de ipsius translatione. §. 4.

S. Florentia, [e]] Ita Ferrarius in Catalogo generali Sanctor. hac die, ex Martyrologio Canisii, fortè ob aliqualem sacrarum Reliquiarum illic aduectarũ portionem : seu patrata ab ea ibi miracula, vel propter beneficia illi Patriæ præstita : nam fœlix ipsius ad Deum transitus, Pictauis accidit 1. Decemb. vti inferius suo loco dicturi sumus. §. 5.

Marcellina Virg. [f]] Quanti autem meriti eam fecerit S. Ambrosius satis accipitur ex initio libri 3. de Virginibus. Item, sermone habito in funere fratris sui S. Satyri, & lib. 5. Epistol. 3. ac lib. 6. Epistol. 47. ad Siagrium. Superuixit autem S. Marcellina, post obitum S. Ambrosii, anno 39-. degens in domo paterna, vnà cum aliis SS. Virginibus : quæ quidem adhuc extat, non longè à Capitolio, apud forum Piscarium. Vide Martyrologium Romanum hac die. Baronium ibid in notis. & Tom. 4. Annal. Eccles. ad annum. 367. §. 4. anno. 369. §. 39. an. 377 §. 12 383. Bergomatem de claris mulieribus capite. 130. ad annum. 411. quo meritis multis insignis, post deuictum huius sæculi cursum, Mediolani vitæ finem fecit. Molanum in additionibus & annotationibus ad Vsuardum, eadem die. Ferrarium sup. in noua Topographia. verb. Mediolanum. & in SS. Italiæ, Grisium de Clericis regularibus sect. 10. §. 3. & 4. Simon Martinus, hac die. Pancirolam, suprà Regione. 10. Ecclesia 3. Gallonum de Virginibus Romanis. § 6.

S. Theodora. [g]] Memoria illius apud nonnullos, hac die, agitur : De qua Maurolicus in suo Martyrologio, Ferrarius in Catalogo generali Sanctor. eadem die. Iacobus de Voragine : & Petrus de Natalibus lib. 6. sup. cap. 109. in vita eius. Vide infra, ad 11. Septemb. in die Natali eius. §. 7.

B. Constantia vidua. [h]) Hæc serenissima Heroina, filia fuit Manfredi, Nothi, seu filii Naturalis Federici 2. Imperatoris : quæ desponsata Petro, Arragoniæ Regi, mater fuit S. Elisabethæ, Reginę Lusitaniæ. De qua sup. ad 4. Iulii. Marito autem è viuis sublato, an. postea 1285. habitũ S. Claræ, assumpsit, an. 1290 atque in eo vixit, obiitque sanctissimè, ãno Christi 1301. De qua egerũt Martyrolog. Franciscan. hac die, Annotationes ad illud, Pisanus lib. 5. conformit. fruct 8. part. 4. Tossinianus, lib. 1. Histor. Seraphic. Gonzaga, 1. part. Origin. Seraphic. Religion. in BB. Fœminis. 2. ac 3. huiusce Ordinis, Barrezzus, part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 10. § 8.

Algeziza in Arbore Epylogica totius Ordinis Seraphicj. de Sillis io cap. 1. Regul. Tertiarior. Fraociscan. Valerios. lib. 4. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap. 33. Vadinghus. Tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1281. §. 17. anno. 1290. §. 22. & 23. Item Tom. 3 ad annum 1301. §. 6. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic Ordio. ex Zurita. part. 1. lib. 5. cap. 3. & 39. & Mariana lib. 15. Histor. Hispan. cap. 1.

B. Magdalena vidua. [i]] In monasterio studuit velut vltimæ ancillæ personam sumere, partes infimas †§. 9. agere, & humillima quæque & abiectissima, velut purgamentum domus exequi & obire : quæ modestiæ, sedulitatis & demissionis documenta semper alta mente retinuit. Hæc propterea votis precibusque vacabat. Enim verò, quod ipsi per diem negotia eripiebant : hoc noctu diuinarum rerum studio compensabat : sæpè etiam rerom cœlestium cogitationibus immersa, repentè diu Diuino spiritu bausta à sensibus abibat : Imò & corpore à terra sublevata stabat in aere suspensa : tandem Deo & charitate plena, sanctè obiit anno 1554. Hanc pluribus commemorat, Raderus, in Bauaria pia. pag. 96. & seq.

QVINTODECIMO CALENDAS AVGVSTI.

TYBVRE, Sanctæ [a] Symphorosæ, vxoris Beati Getulii, Martyris, cum septem filiis suis: quorum mater sub Adriano Principe, ob insuperabilem constantiam, primò palmis diu cæsa, deindè crinibus suspensa, nouissimè saxo alligata, in flumen præcipata est. Carthagine Sanctæ [b] Gundenis, Virginis : quæ iussu Ruffini Proconsulis, ob Christi confessionem, quater, diuersis temporibus, equulei extensione vexata, & vngularum horrenda laceratione cruciata, carceris squalore diu afflicta, nouissimè gladio cæsa est. Gallœciæ, in Hispania, Sanctæ [c] Marinæ Virginis & Martyris. In Africa, Natalis Sanctarum [d] Virginum, aliarumque mulierum, Martyrum : quæ sub Hunnerico Rege Arriano, cæde, inedia, aliisque tormentis cruciatæ, simul cum Sancto Eugenio Carthaginensi Episcopo, martyrii gloriam adeptæ sunt. In Carnotensi Pago, Beatæ [e] Scarabergæ Virginis, Beati Rhemigii Rhemensis Episcopi, neptis : quæ in assiduo contemptu, & rerum cælestium meditatione, vitam mirabilem consummauit. Apud Dalgarnoth, in Scotia, Sanctæ [f] Thennæ, Beati Kentigerni, matris, miraculis claræ. Ailesburiæ in Comitatu Buckinghamiæ, Sanctarum [g] Virginum Eadburgæ & Eadithæ sororum Ordinis Benedictini : quæ miræ sanctitatis odorem vbique sparserunt. Marquerræ, prope Insulam, in Flandria, Diœcesis Attrebatensis, Beatæ Berthæ, huiusce loci primæ Abbatissæ, Ordinis Cistertiensis : quæ monastica obseruantia, & præcipuarum virtutum splendore, refulsit. Apud Mortarium, Insubriæ oppidum, Beatæ [i] Hyppolytæ à Malegnagno Virginis Clarissæ : euius sanctitas summa fuit Apud Huiense ad Molam oppidum, Diœcesis Leodiensis, Translatio Sanctæ Odiliæ Virginis & Martyris.

IVLII XVIII.

§. 1. SAnctarum Symphorosæ, &c. Mart. [a]] De his agũt Beda & Ado, 27. Iunii : at Vsuardus & Martyrologium Roman hac die, Baronius ibid in notis. & Tom 1. Annal. Ecclesi. ad annum 138. & 175. Westmonasteriensis ad annũ. 132. Decretus. part 2. veræ vidoæ. Bergomas de claris molieribus, cap. 79. & lib. 8. supplement. Chronic. ad annũ Christi 121. Ferrarins in noua Topographia ad Martyrologium Romanum. verb. *Tibur* & in SS. Italiæ. Eorum acta referunt Monbritius. Tom. 1. Petrus de Natalibos, lib 6. Catalog. Sanctor. cap. 12. Surius. Foderetus, Ribadeneira, &c. Simon Martinus, Vicelius. hac die, Mentio habetur de S. Symphorosa, in Actis S. Getulii Martyris. sub fin. apud Surium, Lippeloum, &c. 10. Iunii. Horum Reliquiæ à Stephano Papa Romam Translatæ, Inuentæ fuerunt in Diaconia S. Angeli in Foro Piscario, Pio 4 Summo Pontifice.

S. Gundenis, Virg Mart.] Hanc commemorant, §. 2. Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. sup. ad an. Christi 205. Ferrarius sup. In Noua Topographia verb. *Carthago* & Vincentius Beluacens. lib. 13. Specul. Historial. cap. 42. Biuarius autem vult, sed mendosè, passam fuisse in Hispania, in Commentario ad Flauii Lucii Dextri Pseudochronicon sub anno 208. §. 2. Petrus de Natalibus, sup. cap. 112. Simon Martinus, hac die.

S Marinæ Virg. & Mart. [c]) Memoratur à Mar- †§. 3. tyrologio Romano hac die. Baronio, ibid. in notis. Ferrario in noua Topographia. sup. verb. *Gallæcia.* Rosvveydo lib. 1. de vitis patrum. cap. 34. in notis, ad vitam S. Marinæ Virginis, de qua die præcedenti, plura

Plura de hac S. Marina Hispana habes Sanctor. & in Thesauro Concionatorum, die sequenti. Atque Binario sup. ad ann. 138. §. 5. ex Breuiario Palentino: quàm vult, sed perperam, eandem esse, cum illa S. Margarita Virg. & Martyre: toto orbe celeberrima, de qua infra ad 20. Iulij.

SS. *Virgines Mart.* [d]] Inter eas claruit *Theucaria*,
§. 4. incendio cremata. Scribunt de ipsis. Victor Vticensis lib. persecution. Wandalic. D. Gregorius Turonens. lib. 5. Histor. Francor. cap. 3. VVandelbertus lib. 2. & 3. Vincentius Beluacens. lib. 20 specul Historial. cap. 96. D. Antoninus, part 2. Chronic. Titul. 11. cap. 10. §. 1. & seq. circa annum 484. Lippelous, Tom. 3. Baronius. Tom. 6. Annal. Eccles. ad ann. 495.

§. 5. S. *Scaraberga, Virgin.* [e]] Parentes primo habuit gentiles, sed postea ad Christi fidem conuersos per S. Rhemigium, Rhemensem Episcopum. Virgo quippe erat Rhemensis nobilis & deuota, quam Rex Francorum Clodouæus Protochristianus in vxorem tradidit. S. Arnulpho, viro nobilissimo; quosquidem coniuges S. Remigius ad Virginitatis obseruantiam induait. Igitur S. Scarsberga inito cum viro, religioso fœdere de seruanda integritate; ipse S. Arnulphus, Angelico monitu, per Testamentum, omnia sua vxori relinquens, eam eidem Sancto Remigio commendauit: sicque ad Apostolorum limina, deuota peregrinatione, cunctis spretis honoribus ac opibus perrexit: tum in Galliam rediens, atque Turones adueniens vt S. Martini sepulchrum veneraretur, cùm orbata Ecclesia Præsule, de eligendo Episcopo à proceribus tractaretur. Angelico indicio mox Pontifex designatus, huius Cathedræ inuitus regimen subijt. Verum audito postea S. Rhemigij obitu, vt eius Tumulum coleret, Remos adijt, sponsamque ipsam S. Scarabergam velo Virginitatis amiciens, Christo sponso superno consecrauit. Hinc excitatos Virginia propinquorum in Dei famulum furor; qui eumdem de S. Remigij oratorio exeuntem. Impetentes, impiè trucidarunt. Moriens autem iussit sponsæ castissimæ atque charissimæ, vt Turones ad sedem propriam corpus suum deferri procuraret: id pia Virgo cùm satageret, medio in itinere, sacrum cadauer Diuino nutu fixum hæsit, eo in loco, qui Syluæ Aquilinæ Agellus in tractu Carnotensi, (nunc ab eius nomine S. Arnulphus dicitur) vbi conditus, miraculis inclaruit. Ipsa verò S. Scaraberga, cellulam inibi extruait, vitamque religiosam ac solitariam amplexata, in omni perfectione ad obitum vsque perseuerans, ad cœleste consortium meruit fœliciter peruenire, hac die. Scribunt de ea Sigebertus in Chronico ad an. 513. Acta vitæ S. Arnulphi, Turonens. Archiepiscopi. Apud Petrum de Natalib. sup cap. 113. Ioannem à Bosco. In Bibliotheca Floriacensi Saussayum in Martyrologio Gallicano, hac die, & in Catalog. Sanct. in ea.

S. *Thenna.* [f]] Ita Ferrarius in Catalogo Generali
§. 6. Sanctor. hac die, ex Breuiario Scotico. Regius in Calendario; Hunterus lib. de Sanctis Scotiæ: Camerarius lib. 1. de pietate, & Sanctis Regni Scotiæ cap. 4. hac die. Dicitur *Thameta*. Alijs *Thenna*. Lothi Pictorum Regis filia, vxor autem Eugenij III. Scotorum Regis vxor, mater verò S. Kentigerni, Archiepiscopi Glascuensis: & in Glottiana præsertim Scotiæ Prouincia celeberrima: quæ in medijs licet collocata delitijs, assidua tamen abstinentia, crebris ieiuniis, diuturnisque vigiliis, tenellum corpus subdere animæ non destitit. Proxima morti cùm esset, dixisse fertur. Domine Iesu, Regnum, quod à te accepi, tui causa deserui (post mortem enim mariti, omni se cura Regni abdicauit, & se totam rebus Diuinis contemplandis dederat) colloca me, quæso, in Regno tuo. circa ann. 570.

SS. Eadburga, &c. Virg. [g]] Ex Erewaldo Patre, §. 7.
viro potentissimo, progenito mundo, à quibusdam religiosis persuasæ, valedixerunt, & suscepto religionis velo, sanctitatis opinione, ad miracula vsque inclaruere, circa ann. 610 Ita Campdenus in Descriptione Comitatus Buckinghamiæ. Mausolycus & Wion in suis Martyrolog. Chorographia Britanniæ pag. 302. & 419. Wion lib. 4. Ligni vitæ cap. 28. Ferrarius in Catalog. Generali Sanctor. hac die, Eduardus Maihew. Tom. 2. Trophæor. Congregation. Anglic. Ordin Benedictin. ad Natales Sanctor. ead. die.

B. Bertha, Abbatiss. [h]] Nuncupabatur Bertha de §. 8.
Marbais, non minus virtute quàm genere nobilis. Erat ei cum Ioanna Flandriæ Comitissa, arctissima sanguinis necessitudo, & priusquam religionis se votis constringeret, cum Regulo Moulembasij nuptias contraxerat. Via Acquiriæ in Vallonica Brabantia habitum Ordinis Cisterciensis induerat, cùm paucis mensibus, ad summa virtutum insigni studio contendit, quod non omninò delituit. Nam, cùm Ioanna præfata, Flandrensis Princeps, Marguettense Monasterium, sesquimilliari ab Insula vrbe dissitum conderet: deque adhibenda cœtui Monialium Antistita, nonnihil esset sollicita, præ cæteris B. Bertham ei præficiendam indicauit: quo familiam sibi commissam ad comparanda virtutum decora, suo vehementer exemplo accenderet. Illic autem sanctissimè obijt, anno 1247. cùm circiter 20. annis præfuisset. Anno verò 1619. nomen eius sacris Diptycis insertum est mandato D. Ioannis Dauvini, Namurcensis Episcopi. Vide, post Monimenta MSS. Abbatiæ Marchetens. Cantipratanum lib. 2. Apum cap. 54 § 4. & Henriquez in Menologio Cistercien, hac die. Rayssium in Auctario ad Natales SS. Belgij Molani: & in Calendario SS. Belgij, Buzelinum lib. 1. Gallo-Flandriæ, cap. 15. & lib 6. Annal. Gallo-Flandr. Saussayum in Martyrologio Gallicano, hac die.

B. Hippolyte, Virgin. [i]] Vixit circa ann. 1530. vir- § 9.
tute ac zelo Regularis obseruantiæ clara; quæ & sancto fine quieuit Mortarij apud Monasterium S. Claræ, (quod est 15. Prouinc. Mediolanens.) vbi sepulta iacet. Teste Gonzaga ibid. part. 3. Origin Seraphic. Religion. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 10, Valerio de BB. Fœminis eiusd. Ordinis lib. 1. cap. 13. Wadingho Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1430. §. 51. Martyrologio Franciscano, hac die. & Annotatationib ad ipsum.

Translatio S. Odiliæ, Virgin. Martyr. [l]] Memora- §. 10.
tur à Molano in Additionib. ad Vsuard. & in indiculo SS. Belgij his verbis. *S. Odilia Virgo, de numero vndecim millium, dixit in visione, Ioanni de Eppa, conuerso, Parisijs, in Conuentu Fratrum S. Crucis: Surge Frater: Coloniæ iuxta S. Gereonis Ecclesiam, in viridario Arnulphi, inuenies ossa mea sub piro in marmoreo sarcophago, quæ in primarium S. Crucis cænobium, iuxta oppidum Huyense, volo transferri. Conuersus à Priore Coloniam missus, cùm thesaurum cœlestem inuenisset a Sifredo Archiepiscopo nuntiauit: qui corpus Odiliæ eleuauit, & in capsulam ligneam reuerenter reposuit. Deinde prædictus Conuersus, capsam, cum literis gestorum, clam à Colonia digrediens. Huyum transtulit ad Ecclesiam Fratrum S. Crucis. In ipsa autem Translatione. &*

in loco sua Translationis, crebris miraculis coruscauit. Dies Translationis celebratur 18. *Iulij*. Hæc ille: eoi adstipulantur. Baronius ad 5. Septemb in notis ad Martyrolog. Roman. in fin. Canisius in suo Martyrologio. Chapeauillus Tom. 2. Histor. Leodiens. in Annotation. ad Ioan. Hocsemium de Episcop. Leodiens. cap. 14. ex Chronico Gemblacensi, Brustemio, &c. Myræus in Fastis Belgic. hac die, non. 1286. Ferrarios, in Catalog. Sanctor. Saussayus sup. Odoricus Raynaldus, Tom. 14. Annal. Eccles. ad ann. 1285. §. 85.

QVARTO DECIMO CALENDAS AVGVSTI.

HISPALI in Hispania, Passio Sanctarum Virginum [a] Iustæ & Ruffinæ; quæ à Præside Diogeniano comprehensæ, primò equulei extensione, & vngularum laniatione vexatæ, post carceres, inedia, & varijs torsionibus afflictæ; tandem Iusta in carcere spiritum exhalauit; Ruffinæ verò ceruix in confessione Domini confracta est. Cordubæ, Sanctæ [b] Aureæ, Virginis, Ordinis Benedictini, quæ aliquando lapsa, sed facti pœnitens, iterato certamine, hostem effuso sanguine superauit. In Cappadocia Sanctæ [c] Macrinæ Iunioris: Virginis, Sororis Sanctorum, Basilij Magni, & Gregorij Nysseni: quæ Montis Didymi Abbatissæ officio fungens, mira vitæ perfectione, & sapientia eluxit. Gebennæ, in Gallia, Beatæ [d] Anonymæ, Virginis, Clarissæ. In Flinensi Monasterio, Ordinis Cistertiensis, propè Duacum, Diœcesis Atrebatensis, Beatæ [e] Margaritæ, viduæ, magnæ sanctitatis fœminæ. Ferrariæ, Beatæ [f] Constantiæ Virginis, Ordinis Dominicani; humilitate & charitate spectabilis.

IVLII XIX.

§. 1. S*Anctarum Iusta, &c. Virgin. Martyr.* [a]] Hæ sanctissimæ Virgines, Martyrij lauream adeptæ sunt sub Diocletiano Imperatore: eo quod veneris Idolum noluerint adorare, nec ei aliquid offerre: imo illud deturpauerint, proiecerint, ac confregerint. Christo, soli Deo ac vero, eum honorem deberi contendentes. Corpus S. Iustinæ in puteum, à Sabino Episcopo exindè sublatum, sepulturæ traditum est. S. Ruffinæ verò corpus combustum, ab eodem Sabino Pontifice, ossa sunt collecta, & cum ipsius S. Iustæ Reliquijs, Hispali sepolta sunt. Agunt de ipsis. Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Breuiaria, Toletanum, & Hispalense: Vincentius Beluacensis lib. 13. specul. Historial. cap. 34. Petrus de Natalib. lib. 6. Catalog. Sanctor. cap. 117. Ioannes Maldonatus, Surius, Lipomanus, flos Sanctor. Hispan. Trugillus in Thesauro Concionator. Renatus Benedictus, &c. Simon Martinus, in vita earum, hac die. Morales, lib. 10. cap. 16. Marietta, lib. 4. cap. 11. Biuarius in Commentario ad Pseudochronicon Flauij Lucij Dextri. sub ann. 286. in fine. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Hispalis*. In Catalogo SS. ad 17. Iulij. Arnulphus lib. 6. Comitior. General. cœlo cap. 12. & Haræus, Doubletus, verò 18. Iunij.

§. 2. S. *Aureæ, Virgin. Martyr.* [b]] Huius gloriosum certamen describit S. Eulogius lib. 3. Memorial. Sanctor. capit. 17. ex quo discimus: ibidem fuisse nobili prosapia natam, necnon SS. Adulphi & Ioannis, Martyrum Sororem; quæ à tempore Agonis eorum, deuotionis præmio fungebatur (cùm reuelatis sacræ religionis studijs, in cœnobio Cuteclariensi, quod antiquitùs Sanctæ & Gloriosæ Virginis Mariæ nomine dedicatum est, commaneret per annos fermè triginta & amplius) cunctis fidei suæ notitiam donans; nec vllis adumbrata pauoribus, conuersationem Christianismi sui patulo gerebat congressu. Tandem à fallaci amico accusata, & coram præside adducta, tormentorum horrore perterrita, contabuit: & excidit: sed paulo post generosè præsidem aggrediens, & impauida coram eo Christum confitens, iugulum vltro præbuit, anno 856. His adstipulantur. Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis Ferrarius sup. in noua Topographia, verb. *Corduba*. Flos SS. Hispaniæ. Morales lib. 14. Chronic. Hispan. cap. 25. Wion in Martyrologio Benedictino: Gallesinius in suo Martyrologio Benedictino: Gallesinius, in suo Martyrolog. Surius, hac die.

S. *Macrinæ, Virgin.* [c]] Matrem, patremque habuit genere & sanctitate illustres, quæ ab ineunte ætate, virtuti, & studijs sacris valdè addicta fuit: ingenio pollebat, & corporis forma ac venustate, sic præstabat, vt ne pictorum quidem manus, eius decorem assequerentur: & quantumuis celaretur puellæ pulchritudo, laterè tamen non potuit. Expedita ideo à multis, desponsatur, licet inuita, vni adolescenti honestissimo: quo mox è viuis sublato, nuptijs infectis: respuit planè secondum inire coniugium: & soli Christo, sibi sponso, placere omnino in posterum decreuit. Rara fuit eius pietas & obseruantia in Matrem: & vicissim matris erga filiam singularis affectus. §. 3. Basilium Magnum, Fratrem suum, ad studium perfectionis incitauit: in aduersis, Macrinæ planè mascula virtus apparuit: persuadet matri, vt petat Monasterium (quæ circa ann. 369. in cœlum migrauit) vbi & ipsa se concluserat: quò cùm accessisset. D. Gregorius Nyssenus, sororem visitaturus, reperit illam valdè iam ægrotantem: sed mira prorsus decubatione. Neque verò in lecto, aut strato quopiam, sed humi

humi quiescebat, subiecta sacco tabula, & altera caput eius sustinente tabula, quæ puluinaris loco, insigni figura, collum eius subibat, & ceruicem ipsius in se decore recipiebat: declinans autem ad mortem, præcationem Deo omninò piam ac deuotam fecit; qua expleta, oculis, & ori, ac cordi crucis signum apposuit: sicque placido vultu animam Christo tradidit anno 378. hac die. Iuxta Martyrologium Roman. Baronius ibid. in notis: item Tom. 4. Annal. Eccles. ad ann. 369. §. 62. & 63. anno 378. §. 45. 46. & 47. cuius præclarissima gesta referunt S. Gregorius Nyssenus, Epistola ad Olympium, & libro de Anima. Lipomanus, Surius, Foderetus, Renatus Benedictus, Ribadeneira, Simon Martinus, & alij, hac die, Memoratur à Molano in Additionibus & Annotationib. ad Vsuard. Ferrario in noua Topographia sup. verb. *Cappadocia*. Antonius Alegre, in Paradiso Carmelitici decoris, statu 2. ætat. 5. post Christum, cap. 117. Vaquerius. in Enchiridio benè morientium, ead. die. Ludouicus Iacob in Bibliotheca Illustr. Fœminar. Post lib. 7. de vita & verbis Seniorum. Tractatu de vero Spirito. Apud Rosweydum Grisios de Clericis Regularib. sect. 10. §. 2. Bosius Tom. 2. de Signis Eccles. lib. 15. cap. 7.

§. 4. *B. Anonyma, Virgin.* [d]] Ætate, vitæque sanctitate exornata decessit, circa ann. 1500. cuius meminerunt, Martyrologium Franciscanum, hac die. Annotationes ad ipsum. Foderetus in Descriptione Monasterij Anessiacensis, Diœces. Gebennens. In Prouincia S. Bonauenturæ.

B. Margarita, vidua. [e]] Briennij Comitis filia erat, §. 5.
ex Regio Cypri sanguine orta, & quondam Theodorici, *Benera* Dynastæ, vxor; quæ post viri obitum, sese totam Christi obsequio consecrauit: Monasticoque velamine ea in Abbatia assumpto, admirandæ sanctitatis signa edidit: migrauit ad Dominum anno 1275. Hæc ex Buzelino lib. 1. Gallo-Flandriæ cap. 42. Saussayo in Martyrologio Gallicano; & Henriquez in Menologio Cistertiensi, hac die.

B. Constantia, Virgin. [f]] Floruit Ferrariæ apud
Monasterium S. Catharinæ Martyr. Maxima humi- §. 6. †
litate & charitate abundabat: quæ cunctis subijciebatur, vltroque aliorum placitis parebat: cùm autem soror esset laïca, expeditis, quæ erant sui officii, alias consocias in operibus suis ex animo subleuabat; quo peracto cellam petebat, vbi orationi, rerumque cœlestium meditationi operam dabat: hisque piis exercitiis animo vires addebat. Tandem multis grauissimis doloribus vexata, sensit se morti vicinam: quare vocato ad se priore Conuentus Ordinis Prædicatorum eiusdem vrbis Ferrariens. ei prædixit intra annū è viuis abiturum: quod & euenit: deindè Deo commendans animam suam, vidit SS. Dominicum, Thomam Aquinatem, Vincentium Ferrerium; &c. sibi occurrentes: in quorum societate fœliciter expirauit Iuxta Seraphinum Razzium, part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordin. Prædicator. in ea.

TERTIO DECIMO CALENDAS AVGVSTI.

ANTIOCHIÆ, Passio Sanctæ [a] Margaritæ, Virginis & Martyris, toto orbe celebris. In Territorio Ausciensi, Natalis Sanctæ [b] Meræ, Virginis & Martyris: quæ pro testificatione Diuinæ veritatis, & firmo sanctitatis colendæ proposito, ibidem mactata, victima Deo grata, moriendo vitæ æternæ aditum penetrauit. Damasci, Sanctarum [c] Martyrum Cassiæ & Paulæ: quæ in fidei constanti confessione, extremo affectæ supplicio, Illustre Martyrium consummarunt. In Lusitania, Sanctæ [d] Wilgefortis, Virginis & Martyris; quæ pro Christiana fide, ac pudicitia decertans, in cruce gloriosum meruit obtinere triumphum. Treuiris, Sanctæ [e] Seueræ, Virginis, Monasterij Sancti Symphoriani Abbatissæ Primæ, Ordinis Benedictini: genere & fama sanctitatis Illustris. In Pago Boloniensi, Beatæ [f] Bertranæ, Abbatissæ, eiusdem Ordinis; quæ sanctissima conuersatione, & vita exemplari præfulsit. In Anglia, Sanctæ [g] Ethelvidæ, Reginæ, multarum prærogatiua virtutum insignis. Apud Monasterium Syluæ-Benedictæ, Ordinis Cistertiensis, Diœcesis Aniciensis, Beatæ [h] Margaritæ, Virginis, Anglicæ, virtutum decore, & miraculorum splendore præclaræ. In Valle-Ducis, iuxta Bruxellam, Beatæ item [i] Margaritæ, Virginis, Tertiariæ Ordinis Dominicani; vitæ Innocentia, & bonorum operitis gloriosæ. Volaterræ in Hethruria, Beatæ [l] Andreæ de Bandinis, Virginis, Clarissæ. Eodem die, Translatio, Beatæ [m] Gentæ, Primæ Abbatissæ Vallis-Floridæ, Ordinis Cistertiensis, in Brabantia. Metis Translatio Sanctæ [n] Clodesindis, Virginis Abbatissæ.

IVLII XX.

§. 1. S*ancta Margarita, Virgin. Martyr.* [a]] Hanc & *Marinam* vocatam ab aliis, maximè Græcia, nouimus; de qua superios ad 17. Iulii, apud eos festum agitur, cuius historia cunctorum manibus teritur; à Latinisque, hac die, celebratur. Ita Martyrologium Roman. & Baronius ibid. in notis. Item Tom. 5. Annal. Eccl. ad an. 351. Molanus in Additionibus & Annotationib. ad Vsuard. Metaphrastes, Lippomanus, Surius, Lippelous, Renatus Benedictus; Doubletus Viccelius, Haræus 17. Iulii. Alphanus, Salernitanus Primus Archiepiscopus, carmen in eius laudem cecinit. Schedel sexta mundi ætate fol. 126. de Voragine, Foderetus, Ribadeneira, Simon Martinus, & alii. in vita eius. Vincentius Beluacens. lib. 13. Specul. Historial. cap. 27. & seq. D. Antoninus part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 40. Petrus de Natalib. lib. 6. Catalog. Sanctor. 120. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Antiochia* Bergomas de claris mulierib. cap. 105. Rosweydus in notis ad vitam S. Marinæ, Virgin. lib. 1. de vitis Patrum cap. 24. Baptista Mantuanus: Hieronymus Vida, Albensis Episcopus: Bonadus Sant. lib. 3. Monod. 31. & alii non pauci. Præter Bedam, & Adonem 17. Iunii, seu verius 17. Iulii. Hæc autem, non solùm sanctitatis, ob hoc Illustre Martyrium, decus adepta est, quinimo præ cæteris Virginibus sanctis, parturientium aduocata præcipua, tanquam mater est habita; eique Templa, & altaria, atque Sacella, & sacra officia, ex instituto Ecclesiæ publico sunt constituta, ab antiquo, in occidente, sicut & in oriente. Huius etiam gloriosæ Virginis, Christi athletæ, delata in Gallias ex Antiochia, aliquot sacra pignora; cultum eius in nonnullas Regni Christianissimi Ecclesias, innexerunt. Maximè verò natalis eius celebris est Lutetiæ Parisiorum in Abbatiali Ecclesia S. Germani Pratensis, vbi illius *Zona* veneranda, magno honore seruatur, atque honoratur, non sine Diuinæ munificentiæ testificatione. Illic etiam, anno 1608. Regina, Maria Medicæa, Vxor Henrici 4. Gallorum Regis, dedit imaginem S. Margaritæ argenteam, pulchram & magnam, pondere 37. Marcar. in qua includitur *Mentum* eiusd. Virginis: de *capite* illius portio habetur etiam Lutetiæ. in Monasterio Virgin. S. Claræ. de *Aue Maria*, & Syluanecti, in æde, S. Reguli, ac Bruxellæ, in Suburbana Ecclesia Andeclacensi Collegiata: *pes* quoque & ossicula quædam eiusdem, in Ecclesia Cathedrali Trecensi: Tum consimiles asseruantur Reliquiæ, in æde nostra S. Margaritæ, prope Gisortium, Diœces. Rothomagens. apud Abbatis-villam, Diœces. Ambianens. in Ecclesiis Parœchialib. & aliis. Ex Brulio lib. 2. Antiq. Parisiens. in Abbatia S. Germani Pratens. Saussayo in Martyrologio Gallicano sub 5. Maij, & 20. Iulij, ac in Appendice ad illud. Iaulnco. de vita & miraculis S. Reguli, Syluanectens. Episcopi pag. 201. Ignatius Ioseph. lib. 1. Histor. Eccles. Abbatis-villæ, cap. 26. 28. 36. 54. 61. &c. Ecclesia Cathedralis Montis-Flasconis ei consecrata est: vbi sacrum corpus conditur. Ita Vghellus Tom. 1. Italiæ Sacræ in Episcopis Montis-Flascon. Pancirola. in Thesauro vrbis Romæ Regione 8. Ecclesia 21. quæ est S. Margaritæ.

§. 2. *S. Mera Virgin. Martyr.* [b]] Colitur potissimùm in Territorio Lectoriensi, vbi dicatam ædem habet, & oppidulum. Cùmque passa sit die 1. Martij, tamen quòd ea dies sacræ Quadragesimæ, vt plerumque primordijs iucundis occupetur, quo vberiori celebritate fulgeat, eius festiuitas in hanc diem protelatur. Iuxta Ferrarium. in Catalogo Gener. Sanctor. Saussayum, in Supplemento Martyrologij Gallicani, & Calendarium Eccles. Lectorens. & Auscicns. hac die.

SS. Cassia & 1. Martyr. [c]] Agunt de ipsis. Beda, Vsuardus, Ado, & Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. Petrus de Natalib. sup. lib. 11. cap. vltim. §. 107. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Damascus*. §. 3.

S. *Wilgefortis Virg. Mart.* [d]] Ita Martyrologium Roman. hac die: Baronius ibid. in notis. Molanus in Additionib. ad Vsuard. Ferrarius sup. verb. *Lusitania*. Quæ quidem Barba sibi ex templo ac miraculosè excrescente tutata est castitatem aduersum Amasium procum. Biuarius, in Commentario ad Flauij Lucii Dextri Pseudochronicô, sub an. 138. §. 6. quo sibi persuasum habet (sed perperam) eamdem esse cum Sancta *Liberata*, Virgine & Martyre: de qua sup. ad 18. Ianuar. Bidermanus. lib. 2. Epygrammat. 57. Ioannes Tomayo. in Martyrolog. Hispano sub. Februar. 20. meminere. §. 4.

S. *Seuera, Virg. Abbatiss.* [e]] Hanc commemorant Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis. Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vsuard. Tritbemius lib. 3. viror. Illustr. Ordinis Benedictini, cap. 156. Ferrarius in noua Topographia, sup. verb. *Treueris*. VVion. in Martyrologio Benedictino. Franciscus de Rosieres. Tom. 5. Stemmat. Lotharing. Histor. cap. 47. Maurolycus in suo Martyrologio. Saussayus. in Martyrologio Gallicano, hac die; plura de ea In vita S. Modoaldi Treuirensis Archiepiscopi. Apud Surium, & Lippeloum, 12. Maij. Renatus, Benedictus, & in vita S. Seueræ Virg. ead. die. Quæquidem patre nata est Arnaldo, Austrasiæ Duce, matre verò Ods, Sueuiæ Ducissa: fuitque circa ann. 660. Abbatissa prima, Monasterij S. Symphoriani, apud Treuiros. Stephanum audiamus. Abbatem Leodiensem lib. 1. vitæ Præfati S. Modoaldi, cap. 13. & 14. apud Surium ita loquentem. §. 5.

Super ripam Mosellæ, oratorium in honorem B. Symphoriani Martyris extruxit, opere quidem exiguum, & artificiosi Schematis decore minus ambitiosum: sed, quod nobilius est, clarissimis virtutum gemmis, ac pulcherrimis Virginei candoris Margaritis, multò splendidius ac spectabilius, quàm fuerit illud famosissimum Salomonis Templum, auro & argento, ac tot mirificis politum argumentis. Ibi quippe congregationem Sanctarum Virginum, tanquam dulcisonos adolescentularum choros, in nuptijs Christi & Ecclesiæ iugiter laudes canentium, instituit. De quibus sponsam in laudibus sponsi, videtur illud in canticis dicere: Oleum effusum nomen tuum, ideò adolescentulæ dilexerunt te. Quibus etiam ad regularis rigorem disciplinæ seruandum, sororem suam præfecit, nomine Seueram, quæ secundum nominis sui præsagium & conuenientiam, digna præsidentis animi seueritate copulam carnis, opes, gloriam, & cuncta, quæ peritura nouerat, cum ipsa sui nobilitate &

corporis

corporis specie, quæ vermibus exaranda erat, paruipendenda esse dijudicans, virginitatem suam Christo illibatam obtulerat. In cuius fide & amore virgineam aciem, quam sponso collegerat, tam materna pietate, quàm magistra seueritate confirmans, omnem eis Sanctæ institutionis diligentiam exhibebat. Nihil illius seueritate iucundius, nihil iucunditate seuerius, lætitia illius tristis, tristitia suauis. inculta vestis, oculi demissi, caput inclinatum, incessus grauis, cibus tenuis, ita sanè, vt cùm omnia Deo digna faceret, nihil tamen dignum se fecisse crederet; comitesque suas plus exemplis doceret, quàm verbis, nec deerat ei venerandi fratris sui assidua consolatio, qui in modum æris candentis, ardens desiderio, sonans verbo, per scintillas sacræ exhortationis, animum Virginis ad amorem Dei fortius accenderet, & vt aiunt, oleum camino adderet. Benedictum & Scholasticam crederes: idem desiderium, non impar studium, eandem erga Dei cultum deuotionem in istis videres. Illum non Magistrum, sed discipulum putares; Istam non Dominam, sed ancillam humilem æstimares: nisi quod eò magis ille seruus, hæc ancilla Christi esset, quòd vterque subiectis non dominari, sed ministrare videtur. Quorum dignam fidei & laboris remunerationem, quia iam tempus est enarrare, prudentissimæ Virginis vocationem: sicut tempore præcessit, ita nostra præcedere narratione faciamus.

Quæ dum vocem sponsi vocantis audiret, & dicentis. Veni de libano sponsa mea, veni de libano, veni, coronaberis: ista nihil morata, pio respondit affectu: ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Statimque secuta vocantem, cum lampade accensa, & ornata oleo optimè nitentis conscientiæ, digno est cum honore ab eo excepta, & in illum æthereum thalamum cum multa sanctorum exultatione, introducta, in quo tandem, quod diu optauerat, fœliciter collocata, inter dulcissimos dilecti sibi sponsi requiescit amplexus, &c.
Cui successit S. Adela, de qua infra ad 24. Decemb. illic autem sepultus est ipse S. Modoaldus: quo Monasterio postea euerso, transfertur in S. Paulini Ecclesiam.

§. 6. *S. Bertrana, Abbatiss.* [f] Neptis extitit S. VVlmari, Abbatis; qui eam, propter eius vitæ eminentem probitatem præfecit Abbatissam, Monasterio à se extructo, circa ann. 680. eandem præfecit Abbatissam, Monasterio à se extructo, circa ann 680. eandem instruens, quomodo concredito sibi sanctimonialium gregi curam gerere debeat, ne ab inuisibili lupo fidelium caulas circumcursitante, aliquæ suffocentur, sed per maternas eius exhortationes, in fide, castitate, ac omni opere bono confirmentur. Memoratur in Actis ipsius S. VVlmari apud Surium, hac die cap. 9. Saussayum in Martyrologio Gallicano, ead. die: & in Catalogo Sanctorum. VVion lib. 5. Ligni vitæ, in Appendice, ad Martyrol. Benedictin.

§. 7. *S. Ethelwida, Regina.* [g] Vixit circa ann. Christi 904. De qua VVestmonasteriensis, eod. anno VVion lib. 4. sup. cap. 15. & Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. ex Martyrolog. Anglic.

§. 8. *B. Margarita, Virgin.* [h] Sacristæ munus eo in Monasterio exercebat: cuius meminerunt. Saussayus in Martyrologio Gallicano; Gallia Christiana. in Abbatijs, Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die: Calendarium SS. ac BB. eiusdem Ordin. Missale vetus inter Sanctos Ordinis Cisterciens. Philippus Sequinus in compendio SS. eiusdem Ordinis, in ea.

§. 9. *B. Margarita, Virgin. Tertiariar.* [i] De *Geriunnes*, cognominabatur, Patria Bruxellensis, tanta animæ puritate enituit, vt B. Segennum, Iprensem, qui illi fuit à confessionibus, suæ immaculatæ mentis candore, in admirationem persæpè induxerit: quippè, quæ meritorum dignitate, nusquam superabundanti cœlica gratia, mortiferum scelus admisit; sed semper ieiunijs, orationibus, sacrisque Passionis Dominicæ meditationibus. vacasse, integerrimæ vitæ splendore adornatam fuisse constat: quæque anno ætatis suæ 21. virtutibus, & bonorum operum fructibus plena, migrauit ad Dominum, circa ann. Domini 1237. vti referunt. B. Cantipratanus, in vita eius & lib. 2. Apum cap. 48. ex B. Zeghero, Hyacinthus Choquetius in SS. Belg. Ordin. Dominican. Rayssa in Auctario ad Natales SS. Belgij Molani. Saussayus sup. & Myræus in Fastis Belgicis, hac die. Ioannes à Sancta Maria, Tom. 2. lib. 1. vitar. SS. Ordin. Prædicat. Sanderus in Hagiologio Flandr. Ioannes Gallemanus, in vita eius.

§. 10. *B. Andrea, Virgin.* [l] Vita & virtutibus claruit in Monasterio Clarissarum Volaterræ, quod est 1. Prouinciæ Tusciæ. Memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die, & Annotationibus ad illud. Gonzaga part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in eod. Monasterio. Barezzo part. 4. Chronicar. Minor. lib. 4. cap. 30. ad ann. 1563.

§. 11. *Translatio B. Gentæ, Abbatiss.* [m] Ad superias quoque transijt sedes ipsa Christi sponsa: cuius ad testandam sanctitatem, triduò antequam moreretur, visus est globus lucidissimi splendoris, ante fenestram eius refulgens; de qua superius ad 23. Martij egimus: sicque nunc esset eiusdem Translatio, vel Eleuatio: qua de re videantur, Saussayus. in Martyrologio Gallicano, & Menardus, in Martyrologio Benedictino, hac die, & lib. 2. Obseruation. ad illud. Myræus in Chronic. Cisterciens. ex Grammayo in sua Brabantia.

§. 12. *Translatio S. Cyndesindis, Virgin Abbatiss.* [n] Wion in Adiunctis ad Martyrolog. Benedictin. Saussayus in Supplemento Martyrolog. Gallicani. & Ferrarius in Catalogo Generali SS. hac die. Item in noua Topograph. sup. verb. *Metis.* 23. Iulij. Vide infra ad 25. Iulij ex Meurissio.

DVODECIMO CALENDAS AVGVSTI.

TRECIS, Sanctæ [a] Iuliæ, Virginis & Martyris, vnà cum sociis Papyra, Iusta, Iucunda & Apamia; quæ omnes, datis pro Christo ceruicibus, ad cœlos, euolarunt. Romæ, Sanctæ [b] Praxedis, Virginis, quæ in omni castitate & lege Diuina erudita, vigiliis, & orationibus, atque ieiuniis assiduè vacans, quieuit in Christo, sepultaque est, iuxta sororem suam Pudentianam, via Salaria. Ibidem, Sanctæ [c] Barbaræ, Matronæ pientissimæ, genere, scientia, castimonia, ac vitæ perfectione illustris. Fulginii in Vmbria, Beatæ [d] Gabrielæ à Perusio, Virginis Clarissæ: dono orationis atque contemplationis admodùm emicantis. Florentiæ, Beatæ [e] Bartholomeæ Martinæ: Ordinis Dominicani: patientia, regulari disciplina, & miro spiritus feruore, celebris. In Hannonia apud Cellense Monasterium, Diœcesis Cameracensis; Translatio Sanctæ [f] Leocadiæ, Virginis & Martyris Toletanæ, ex Suessionibus.

IVLII XXI.

§. 1. *Sancta Iulia, Virgin. Martyr.* [a]] E Trecis oriunda erat; non minus religione, ac moribus castissimis, quàm rara corporis fama præcellens. Quare à Claudio copiarum militarium Duce primum in coniugium expetita: magna virtutis & fidei efficacia, eum ipsum cum nonnullis eius commilitonibus pertraxit, ad Christum. Quòd cùm id resciuisset Aurelianus Imperator, furore succensus in Virginem, iussit illam extra vrbis mœnia decollari: Claudium verò præfatum, vnà cum alijs, qui salutaribus Virginis monitis baptisma susceperant, securi quoque plecti, in eodem loco. Sacrum verò corpus S. Iuliæ, cum capite S. Claudij, postea in Ecclesiam B. Mariæ Virg. Iotrensis Monasterij, in agro Meldensi, translatum, honorificè veneratur; non sine Diuinæ virtuti & gratiæ insignijs. vti habent. Vsuardus, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. In notis. Molanus in Additionib. ad Vsuard. Petrus de Natalib. lib. 11. Catalog. Sanctor. cap. vltim. §. 199. Camusatus in Antiquitatib. Tricassinis. Surius, Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die: Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Trecæ*. & Des-Guerroys. in sanctitate Christiana sæcul. 3. ad ann. 275 §. 18. & seq. Simon Martinus, hac die.

§. 2. *S. Praxedis, Virgin.* [b]] Hæc à Patre, S. Pudente (qui à D. Paulo Apostolo edoctus fuerat) instructa in fide Catholica, virtuti ac vitæ perfectioni addictissima fuit: atque post parentis transitum, omne patrimonium suum simul cum sorore sua S. Pudentiana, in sustentatione pauperum, & Christi Sanctorum, erogauit. inde post innumera pietatis opera, post multorum Martyrum sepulturas; migrauit ad Dominum, coronam iustitiæ recepturа; de qua Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Ecclef. ad an. 164. Molanus in Annotationib. ad Vsuardum, Gallonius de Virginib. Roman. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Roma* & in SS. Italiæ. Mombritius, Surius, Vicelius, Doubletus, Haræus, Simon Martinus, de Voragine, Lippelous, Foderetus, Ribadeneira, &c. in Actis Ss. Pudentianæ 19. Maij & Praxedis 21. Iulij. Vincentius Beluacensis lib. 10. specul. Historial. cap. 106. D. Antoninus part. 1. Chronic. Titul. 6. cap. 17. §. 6. Petrus de Natalib. sup. cap. 21. Bergomas de Claris Mulierib. cap. 80. & lib. 8. Supplemento Chronicar. ad ann. Christi 155. Pancirola. In Thesauro vrbis Romæ Regione 1. Ecclesia 42. Schedel sexta mundi ætate fol. 114.

§. 3. *S. Barbara, Matrona.* [c]] Hanc multis collaudat B. Ennodius, Ticinensis Episcopus: eo quòd casta esset, luxuque carens lib. 9. Epistol. 11. ac pientissima, lib. 10. Epistol. 3. & 14. & exemplar virtutum epistol. 7. lib. 12. *Iam si matronarum delectat additio, habetis Dominam Barbaram, Romani florem generis qua testimonio vultus patefaciat lucem sanguinis & saporis, in qua intemeratis & verecundam seueritatem, & de bono actionis confidentem verecundiam, sermonem naturali & artificio simplicitate conditum: vt nec lepos deuenustet alloquij, nec doctis splendor fœminarum vigescat affatibus; in qua sic in naturam traxit honestatis diligentia, vt si vel mentiri velit, non possit errore. sonat pudicam lingua dulcedinem, nec mentis nubilum tecto sereni sermonis operitur. hoc est. pectoris quod loquela. des veniam fœminarum diadema præsumenti, quod eius inuideo quieti. Velim illam omnibus Italiæ partibus innotationem præferri, vt quæ non acquiescunt monitis, formarentur exemplis.* circa ann. 500. vide Gallonium de Virgin. Roman.

§. 4. *B. Gabriela, Virgin.* [d]] Bonitatis multùm eminentis, altissimoque contemplationis spiritu extitit sublimata: quo sæpè visa est eleuata ac subleuata in aëre, rapta & absorpta in Deum. Illius meminerunt Martyrolog. Francisc. hac die, Annotationes ad illud. Iacobillus de Ss. Fulginat. in vita B. Margaritæ Fulginatis, 13. Iunij. Wadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad an. 1440. §. 14. & Tom. 6. an 1472. §. 60.

§. 5. *B. Bartholomea.* [e]] Floruit sæcul. 16. Florentiæ, in Monasterio S. Catharinæ Senensis Ord. Prædic. Filia erat Ludouici Martini, vbi nomen cùm dedisset, deuota, feruida, & religiosa obseruantia insignis euasit. Mortificationi carnis autem sic studuit, vt semper ad mensam iuxta se adferret absinthium, incensum, aliasque herbas amaritudine plenas; vt cùm quidpiam ad manducandum sumeret, simul cum eis permixtim comederet. Porro diuturna infirmitate detenta, mira patientia enituit: quæ vicina morti, Christi visitatione dignata est: sicque fœliciter euolauit in cœlum. Iuxta Razzium part. 2. vitar. Ss. ac Bd. Ord. Prædicat. in ea & Bosium Tom. 1. de Signis Eccles. lib. 12. cap. 13.

Translatio

§. 6. *Translatio S. Leocadia. Virgin. Martyr.* [t]] Memoratur à Molano, in Additionib. ad Vsuard. Saussayo sup. & Ferrario in Catalogo Generali SS. hac die. Ioanne Tamayo, in Martyrologio Hispano, sub 26. April. anno 901. Comite Flandriæ Procurante. Ex Luitprando & Iuliano in Chronico. Vide sup. ad 17. Ianuar. vbi Typographorum incuria, positum est, Baionam Toleto fuisse aduectum; quo d extra verum est: nam Toleto Ouetum, Oueto Suessionem, tum exindè in Hannoniam ad cellam S. Gisleni corpus Virginis, fuisse Translatum constat ex Luitprando, & Iuliano. Vti superius ad 6. Iunij annotauimus, & fusius ea dare, à nobis agendum erit, cùm de Rebus Neustriacis Ecclesiasticis, prope diem edendis, sermo aderit, de Episcopis Baiocensib.

VNDECIMO CALENDAS AVGVSTI.

APVD Massiliam, Natalis Sanctæ [a] Mariæ Magdalenæ, Sororis Sancti Lazari, & Sanctæ Marthæ, Virginis: quæ vnxit pedes Domini, & de qua idem Dominus eiecit septem Dæmonia: quæque ipsum Saluatorem à mortuis Resurgentem prima videre meruit; post cuius Ascensionem, nauigio in Galliam delata diuinitùs, illic sancto fine quieuit. Philippis Sanctæ [b] Sintyches, cuius Beatus Paulus Apostolus meminit. Eodem die, Passio Sanctæ [c] Levinæ, Virginis & Martyris: de qua inferiùs nono Calendas Augusti, festiuitas potissimùm agitur. In Territorio Barcinonensi, Sanctarum Virginum & Martyrum, [d] Iulianæ & Sempronianæ. In Anglia, Sanctæ [e] Wilfredæ Reginæ & Abbatissæ, Ordinis Benedictini: quæ induta pro Regali Chlamyde, vili Schemate, Monastica in humilitate, abstinentia, perpetuaque Christi seruiture, ac sui assiduo contemptu, vitam admirabilem consummauit. Belusii in Territorio Placentino Hispanico, Beatæ [f] Magdalenæ à Sepulchro, Virginis Abbatissæ Clarissæ: quæ oratione, pœnitentia, & patientia insignis, Prophetiæ dono ac miraculis claruit. Eodem die, Commemoratio Sanctæ [g] Veronæ, Virginis & Martyris. Venetiis in Monasterio Sancti Blasii de Catoldo, Inuentio ac Translatio Sanctæ [h] Iulianæ, Virginis, Abbatissæ.

IVLII XXII.

§. 1. S*ancta Maria Magdalena.* [a]] Huius Beatissimæ Pœnitentia, Christo dilectæ, & Apostolis coæquandæ, Festum præcipua deuotione seruatum est à Gallis: nec abs re; quandoquidem in dispersione discipulorum Christi, post eius ascensionem in cœlum, quæ contingit post necem S. Stephani Protomartyris Hierosolymis à Iudæis pulsa, cum fratre D. Lazaro, S. Maximino, B. Martha, sorore, Marcella pedissequa, & alijs, nauique sine remigio in certum periculum imposita, Phocensem in Prouinciam cœlitùs deducta, Massiliam appulit: mox intima regionis penetrans, in locum solitarium secessit, vbi admirabili sanctitate Domino famulata est, ac fæliciter obijt: cuius reliquiæ, & sepulchrum adhuc inibi prostant: caputque eius integrum patenter cernitur, ac veneratur, pia Regum, Principum, & aliorum fidelium deuotione; vti præsens gratanter conspexi, anno 1620. & 1642. Quod, cùm vetus traditio, tum etiam antiqui Manuscripti codices edocent, attestanturque quique probati authores. Agunt quippe de ea Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum. hac die. Baronius ibidem in notis, & Tom. 1. Annal. Eccles. ad ann. Christi 35. Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vsuard. Græci etiam in Menologio. Sigebertus in Chronico ad ann. 741. Vincentius Beluacens. lib. 9. specul. Historial. cap. 91. & seq. Petrus de Natalib. lib. 6. Catalog. Sanctor. cap. 124. D. Antoninus part. 1 Chronic. Titul. 6. cap. 19. Bergomas de claris Mulierib. cap. 72. & lib 8. Supplementi Chronicar. ad ann. Christi 70 Syluester Prietas, in Aurea Rosa, in Expositione Euangelij Feriæ 5. infra Octauas Paschæ. Mantuanus in sacris diebus. De Voragine, Surius, Lippelous, Reoatus Benedictus, Foderetus, Ribadeneira. Gazetus, Vicelius, Schedel, Haræus, Doublettus, Villegas. Simon Martinus, & alij. hac die, in vita eius. Trugillus in Thesauro Concionator. S. Vincentius Ferrarius sermon. de SS. Magdalena & Martha. Ioannes Ruyardus Homelia de S. Magdalena. Carthusianus ibid. serm. 2. Eckins ibid. Homil. 3. Ioannes Raulinus serm. 5. de S. Martha. Vualdus de veritate contritionis fol. 17. & seq. Valladicrus Tom. 1. Stromat. sacror. de Pœnitentia & vita Sanctor. serm. 8. qui est, de S. Magdalena. Coiffetellus in Tabella Pœnitentiæ, B. Magdalenæ, Discursu 7. Ambrosius Specra, Carmelita, serm. 37. Quadragesimæ. Le Gault. ibid. Concion. 35. Cornelius à Lapide. in Acta Apostolor. fol. 2. in Chronotaxi Actuum Apostolor. ann. Christi 35. item cap. 2. vers. 4. & cap. 8. vers. 1. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Massilia.* Galterius, in Tabula Chronographic. sæcul. 1. Antonius Alegre in Paradiso Carmelitici decoris, statu 2. ætat. 2. post Christum cap. 20. anno 76. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, & Tom. 1. de Mysticis Galliæ Scriptorib. ex multis alijs. Bachotus in Fastis Christianis. de Rosieres. Tom. 1. Stemmat. Lotharing Histor. capital. 24. & alij propè infiniti Authores probati: vt meritò pudeat hæc ipsa cauillantes vel impunè obloquentes.

S. Sintyches. [b]] De qua D. Paulus ad Philippenses 4. item, Ado, Vsuardus, Beda, Martyrologium §. 2.

Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, Petrus de Natalib. lib. 6. sup. cap. 155. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Philippi*.

§. 3. *S. Lewina, Virgin. Martyr.* [c]] Ita Molanus in indiculo SS. Belgij Saussayus in Supplemento Martyrologij Gallicani; Myræus in Fastis Belgic. & Ferrarius in Catalogo Sanctor. hac die, cætera vide infra ad 14. Iulij. Sanderus in Hagiologio Flandr. De eius miraculis extat liber Drogonis Episcopi Morinensis.

§. 4. *SS. Iuliana, &c. Virgin. Martyr.* [d]] Scribit de his Ferrarius sup. hac die, & 27. Iulij ex Tabulis Ecclesi. Barcinonens. quarum corpora in oppido S. Cucuphatis asseruantur.

§. 5. *S. Wilfreda, Abbatissa, Regina.* [e]] Ex Martyrologio Anglic. Ferrarius sup. hac die: Acta S. Edithæ, Virgin, claruit circa ann. 980. De ea iterum infra ad 14. Septemb.

§. 6. *B. Magdalena, Virgin.* [f]] Vna fuit ex primis fundatricibus Monasterij Beluisiani (quod est 6. Prouinciæ Angelor.) vbi totius virtutis, & Pœnitentiæ signa dedit: ieiunabat quasi omni tempore, solo pane & aqua cum paucis fructibus reficiebatur, semper discalceata incessit: nec per annos viginti in camera lecto cubauit. Omnibus festis sextis ferijs totius anni, & quolibet die Aduentus & Quadragesimæ, Pœnitentias publicas explebat in refectorio coram sororum communitate: verba otiosa omninò refugiebat, sanctæ orationis amantissima erat: tribulationes carnis patienter sustinuit, Dæmonisque tentationes strenuè superauit. Eius patientia insigniter emicuit, cùm per duos annos decubuit infirma; quibus expletis, mondo valedixit, cœlumque inuecta est, hac die, anno 1604. Vide Martyrolog. Franciscan. ead. die, Annotationes ad ipsum, Daçam part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 50.

Commemoratio S. Verona, Virgin Martyr. [g]] Memoratur apud Camerarium hac die, lib. 3. de Scotor. pietate, & Sanctis Regni Scotiæ cap. 4. Erat autem Socia S. Vrsulæ, Virgin. Martyr. §. 7.

Translatio Sancta Iuliana, Virgin. Abbatiss. [h]] Ex §. 8
Wione in Martyrologio Benedictino, Ferrario sup. hac die, & Tabulis Monialium S. Blasij de Caselo: Venetijs, in Iudaica. Bernardinus Scardeonius, lib. 2. Ecclesiæ Patauinæ, classe 6. Quæquidem hac die, contigit anno 1290. reperta est integra, & incorrupta: multis exindè miraculis illustris, maximè circa capitis dolore afflictos, quo in vita dirè grauabatur.

DECIMO CALENDAS AVGVSTI.

ROMÆ, Sanctæ [a] Primitiuæ, Virginis & Martyris. Ibidem, Sanctarum Virginum [b] Romulæ, Redemptæ, & Herundinis: de quibus Sanctus Gregorius Papa. Vibe veteri, Beatæ [c] Ioannæ, Virginis, Tertii Ordinis Dominicani innocentiæ, puritatis, patientiæ & orationis laude celebris, necnon signis admirandis conspicuæ. Item Romæ, Transitus Sanctæ [d] Brigittæ, viduæ, ex Tertio Ordine Minorum; quæ Regio sanguine clara, virtutibus & meritis extitit illustrior: ac demùm spiritu Prophetico & multis maximisque miraculis exornata, à Bonifacio Nono Sanctarum numero est adscripta. In Hollandia, Dormitio Beatæ [e] Brigidæ, Virginis, Ordinis Prædicatorum; quæ carnem ieiuniis, & durissimis modis spiritui subiiciens, Christi Passionem iugiter recolebat, atque cœlestia petebat. In Flinensi Monasterio, Ordinis Cistertiensis, propè Duacum, Diœcesis Attrebatensis, Commemoratio Beatæ [f] Iaquelinæ de Lalains, Abbatissæ; quæ ex illustri orta prosapia, copiosioribus virtutum radiis, & perfectionis, ac sanctitatis insigniis, cunctis sibi subditis mirabiliter illuxit. Algesiræ, in Diœcesi Valentina Hispaniæ, Inuentio Sanctarum Virginum Martyrum, [g] Gratiæ & Mariæ, eiusdem Ordinis.

IVLII XXIII.

§. 1. S*ancta Primitiua, Virgin. Martyr.* [a]] Memoratur in Martyrologio Romano, hac die, Baronio ibid. in notis. Petro de Natalibus lib. 11. Catalog. SS. §. 200. cap. vltim. Ferrario in SS. Italiæ, eadem die.

§. 2. *SS. Romula, &c. Virgin.* [b]] Agunt de his Martyrologium Romanum, hac die, Baronios ibid. in notis, item Tom. 7. Annal. Ecclesi. ad ann 581. §. 8. & Tom. 8. ad ann. 592. Molanus in Appendice ad Vsuard. Petrus de Natalibus lib. 12. sup. cap. 109. Wion in Martyrologio Benedictino ad 7. Martii & 23. Iulii, Surius hac die, ex D. Gregorio I. Magno lib. 4. Dialogor. cap. 15. & Homil. 40. in Euangelia. *Eodem tempore* (inquit) *quo Monasterium petij, Anus quædam, Redempta nomine, in sanctimonali habitu constituta, in vrbe hac, iuxta B. Mariæ semper Virginis Ecclesiam manebat. Hæc illius Herundinis discipula fuerat, quæ magnis virtutibus pollens, super Prænestinos montes vitam eremiticam duxisse ferebatur. Huic duæ in eodem habitu discipulæ adhærebant: vna nomine Romula, & altera, quæ nunc adhuc superest, quam quidem facie scio, sed nomine nescio. Tres itaque hæ in vno habitaculo commorantes, morum quidem diuitiis plenam, sed tamen rebus pauperem vitam ducebant. Hæc autem, quam præfatus sum, Romula, aliam quam prædixi condiscipulam, magnis vitæ meritis, antcibat. Erat quippe miræ patientiæ, summæ obedientiæ, custos oris sui ad silentium, studiosa valde ad continuæ orationis vsum. Sed quia plerumque, hi, quos iam perfectos homines æstimant, adhuc in oculis summi opificis, aliquid imperfectionis habent; sicut sæpe imperiti homines, needum perfectè sculpta sigilla conspicimus, & iam quasi perfecta laudamus, quæ adhuc artifex considerat, &*

limat

limat; laudari iam audit, & tamen ea tendere meliorando non desinit. Hæc, quam prædiximus Romula, ea, quam Græco vocabulo, paralysim medici vocant, molestia corporali percussa est: multisque annis in lectulo decumbens, pœne omnium iacebat membrorum officio destituta, nec tamen hæc eadem eius mentem ad impatientiam flagella perduxerant. Nam ipsa ei detrimenta membrorum facta fuerant incrementa virtutum; quia tantò solicitiùs ad vsum orationis excreuerat, quantò & aliud quodlibet agere nequaquam valebat. Nocte igitur quadam eandem Redemptam, quam præfatus sum (quæ vtrasque discipulas suas filiarum loco nutrierat) vocauit dicens; Mater veni. Quæ mox cum alia eius condiscipula surrexit, sicut vtrisque referentibus, & multis res eadem claruit, & ego quoque in eodem tempore audiui. Cùmque noctis medio lectulo iacentis assisterent, subitò cælitus lux emissa, omne illius cellulæ spatium impleuit, & splendor tantæ claritatis emicuit vt corda assistentium inæstimabili pauore perstringeret, atque (vt post ipsæ referebant) omne eis corpus obrigesceret, & in stupore subito remanerent. Cœpit nempe, quasi cuiusdam magnæ multitudinis ingredientis sonitus audiri, ostium cellulæ concuti, ac si ingredientium turba premeretur, atque (vt dicebant) intrantium multitudinem sentiebant: sed nimietate timoris & luminis, nil videre poterant, quia earum oculos & pauor depresserat, & ipsa tanti luminis claritas reuerberabat, quam lucem protinùs miri odoris est fragrantia subsecuta; ita vt earum animum, quia lux emissa terruerat, odoris suauitas refoueret. Sed cùm vim claritatis illius ferre non possent, cœpit eadem Romula, assistentem & trementem Redemptam, suorum morum Magistram, blanda voce consolari, dicens: noli timere Mater, non morior modò. Cùmque hoc crebrò diceret, paulatim lux, quæ fuerat emissa, subtracta est: sed is, qui subsecutus est, odor remansit, sicque dies secundus & tertius transiit, vt adspersa fragrantia odoris remaneret. Nocte igitur quarta, eandem Magistram suam vocauit: qua veniente, viaticum petiit, & accepit. Necdum verò eadem Redempta vel alia eius discipula à lectulo iacentis discesserat, & ecce subitò in platea, ante cellulæ eius Ostium, duo chori psallentium constiterunt; & sicut dicebant, sexus ex vocibus discreuisse, psalmodiæ cantus dicebant viri, & fœminæ respondebant. Cumque ante fores cellulæ exhiberentur cœlestes exequiæ, sancta illa anima carne soluta est. Quæ ad cœlum ducta quantò choro psallentium altius ascendebant, tantò cœpit psalmodia lenius audiri, quousque & eiusdem psalmodiæ sonitus, & odoris suauitas elongata finirentur, &c. Bosius Tom. 2. de Signis Eccles. lib. 15. cap. 5. Simon Martinus, hac die, Gallonius de Virginib. Roman. Ferrarius sup.

§. 3 *B. Ioanna, Virgin.*[c]] Oriunda erat ex villa Carnauiola nuncupata, Diœcesis vrbe Vetanæ: pulcherrima facie extitit. Sed moribus venustior: quæ castimoniam ita adamauit, vt pro huiuscemodi conuersatione, ieiuniis, vigiliis, lachrymis, & orationibus, carnem edomans, Christo sponso placere contenderet. Ea cùm à parentibus aufugisset: S. Dominici habitum inter sorores Tertii Ordinis indota, adeò vehementem in modum, Dei amore arsit, vt in oratione posita, etiam Hyberno tempore, depositis vestibus in sudorem eliqueretur. Quotiescumque Passionis Dominicæ memoriæ incideret, toties in extasim rapiebatur. Spiritu Prophetico dotata, miracula, quæ post mortem factura erat, prædixit. Viuens, orationis suffragio, multis ægrotis sanitatem impetrauit. Panis in eius gremio, in rosas & alios flores, conuerti visus est. Iniurias & contumelias plurimas patienter sustinebat & pro inimicis preces effundebat: 41. annum nata migrauit in cœlum anno 1306. suauissima fragrantia ex corpore defunctæ diffusa, hac die. Apud vrbem veterem sepulta, multis gloriosa apparuit. Post aliquantum temporis, sepultura effossa, integerrimo corpore, odorem insolitum spirante reperta est; caput eius manna cœlesti respersum fuit; ex quo, & ex pedibus oleum ad instar balsami pretiosi scaturiebat. Vestimenta autem, quæ latus eius tegebant sanguine rubicundo tincta fuere: vide Pium lib. 1. de virib. Illustrib. Ordin. Prædicator, cap. 256. Seraphinum Razzium part. 2. de vitis SS & BB. Ordin. Dominicani. Bzouium Tom. 14. Annal. Eccles. ad ann. 1306. §. 18. ex Iacobo Scalza, in legenda vitæ eius latina. Bosio Tom. 2. de Signis Eccles. lib. 15. cap. 5. Ferdinandum à Castello part. 1. vitar. SS. Ordin. Prædic. cap. 15. Ioannem à Sancta Maria ibid. part. 2. lib. 1. ex aliis.

S Brigitta, vidua.[d]] Illustrissimisque orta nata- §. 4
libus; ab ineunte ætate virtuti operam nauauit. Adulta nupsit, licet inuita, Vlfo, Nericiæ Principi; cum quo sanctissimè vixit. Eo autem orbata, totam se dedit pietatis exercitiis. Nam prostrata nudis genibus in terra pernoctabat in oratione, ciborum parsimoniæ studebat; disciplinis, cilicio, & ieiuniis, corpus domabat, castimoniam summè colebat, paupertatem amplexata, cuncta egenis, inopia laborantibus dilargita est. Perfectionem sic adamabat, vt & nouum Ordinem, suo nomine insignitum fundarit; in quo & ipsa professionem emisit. Terram Sanctam, limina SS. Apostolorum Petri & Pauli, aliaque diuersa loca, pro sua pietate visitauit: quo tempore multis Diuinis Reuelationibus fuit illustrata, quas postea adidit in lucem. Romam reuersa Beatæ vitæ cursum expleuit, hac die, anno 1373. quæ vt Seraphici Patris S. Francisci filia, voluit, iussitque, vt corpus suum in Ecclesiam S. Laurentii Panis-Pernæ, (quod est Monasterium S Claræ) humaretur: quod tamen anno elapso, exindè translatum est in Suetiam, nihil ibi ex eo remanente, nisi altera ex illius scapulis. Quamplurimis à Deo nobilitata est miraculis, tum in vita, & post mortem: tum in eius Translatione. Hanc Bonifacius IX. Pont. Max. adscripsit in Sanctarum numerum. Vitam eius conscripserunt. Iacobus Lincolniensis Episcopus, Surius, Ribadeneira, Gazetus, Haræus, Lippelous, Renatus Benedictus, Doublettus, Decretus part. 1. veræ viduæ &c. hac die. De ea agunt. Martyrologium Roman. ead. die. Baronius ibid. in notis. Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vsuard. Martyrologium Franciscanum, & Annotationes ad illud. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog Roman. verb. *Suetia* & *Wastha*. Bachotus in Fastis Christianis, hac die. Marcus Vlyssiponensis part. 2. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 31. Gonzaga part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in prædicto Munasterio, quod est 4. Prouinciæ Romanæ, D. Antonin. part. 3. Chronic. Titul. 24, cap. 11. Lasiardus Epitom. Histor. Vniuersal. lib. 3. cap. 266. Coccius ad ann. 1360. Palmerius an. 1368. Genebrardus in Ioanne 21. & Vrbano V. Bzouius Tom. 14. sup. ad ann. 1361. §. 7. 1370. §. 2. & 1373. §. 10. Sabellicus ænead. 9. lib. 9. Platina in Vrbano V. Galterius in Tabula Chronographic. sæcul. 14. VVadinghus Tom. 3. Annal. Minor. ad ann. 1368. §. 10. & Tom. 4. ann. 1391. §. 6. Bucchingerus in Historia Eccles. sub Vrbano V. Pap. 201. Albertus Crantsius lib. 9. Metropol. Saxon cap. 48. & 51. Volaterranus lib. 21. Antropolog. Bergomas de claris Mulierib. cap. 139 & lib. 14. Supplement. Chronic. ad ann. Christi 1367. Myræus in Fastis Belgic. & lib. 2.

de Origin. Monasticis cap 23. Rayssa in Auctario ad Natales SS. Belgii Molani, hac die, ex plurib. Grisius de Clericis Regularib. section 15. §. 13. Schedel sexta mundi ætate fol. 235.

§. 5. *B. Brigida, Virgin.* [e] Amor, quem in Christum ferebat, adeò pectus eius vulnerauerat, vt iugi patientis, & è cruce pendentis, sponsi meditatione & commiseratione exardescens, quæ ille pro salute mundi tulerat, animo assiduè perlustraret; fleret, & adoraret; stigmataque Christi in emortua eius carne apparerent. Iuxta Choquetium in Sanctis Belgicis Ordinis Prædicator. in vita eius. Myræum in Belgic. ex D. Antonino Senensi in Chronico ad ann. 1390. Rayssam sup. hac die, & sub. 16. Martis, Grisium, de Clericis Regularib. sect. 15. §. 13.

§. 6. *B. Iacquelina, Abbatiss.* [f] Vigesima secunda extitit loci illius Abbatissa: ex illustri *Lalaynorum* familia progressa. Pietate, charitate, patientia, & insigni animi demissione conspicua: cuius præclaras animi dotes, ac virtutes breui elogio complectuntur, Buzelinus lib. 5. Gallo-Flandriæ cap. vltimo, & Henriquez in Menologio Cistertiens. hac die.

§. 7. *Inuentio SS. Gratia, &c. Virgin. Martyr.* [g] Hæc earum vltima, est, cuius, hac die, colitur memoria, quæ accidit anno 1599. de qua Henriquez sup. Barnabas de Montalbo lib. 4. Chronic. cap. 51. Manriquez. Tom 3. Annal. Cistertiens. anno 1180. cap. 5. §. 6. vbi multa ac præclara recensentur miracula, quæ tunc in ipsa sacrarum reliquiarum inuentione acciderunt: quæ omnia à Ioanne de Ribera, Patriarcha Antiocheno, qui Ecclesiæ Valentinæ præerat, præuio diligenti examine, fuerunt approbata. At longè olim Diuinitùs eadem SS. corpora fuerunt reperta, temporibus Iacobi, Regis Aragoniæ, & Valentiæ; cùm in ipso agro, vbi Martyrio fuerant affectæ, iacerent: quò sacello extructo ab eod. Rege, & Conuentu postea ædificato Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, inibi summo honore coluntur.

NONO CALENDAS AVGVSTI.

TYRI in Tuscia, apud Lacum Wlsinum, Sanctæ [a] Christinæ, Virginis & Martyris: quæ in Christum credens, cùm patris idola aurea & argentea comminuisset, ac pauperibus erogasset, eius iussu verberibus dilaniata, aliisque suppliciis dirissimè cruciata, & cum magno saxi pondere in lacum proiecta, sed ab Angelo liberata; deinde sub alio iudice, patris sui successore, acerbiora tormenta constanter perferens: nouissimè à Iuliano præside, post fornacem ardentem, vbi quinque diebus illæsa permansit; post serpentes Christi virtute superatos, abscissione linguæ, & sagittarum infixione, Martyrii sui cursum impleuit. In Lycia, Sanctarum Martyrum, [b] Nicetæ & Aquilinæ; quæ Beati Christophori prædicatione, ad Christum conuersæ, Martyrii palmam capitis obtruncatione sumpserunt. In Anglia, Natalis Sanctæ [c] Leuinæ, Virginis & Martyris: quæ sanguine fuso, gaudia cœli sibi comparauit. In Agro Albiensi, Sanctæ [d] Segolinæ, Virginis, Abbatissæ, Benedictinæ; quæ cæteris Virginibus præluxit ad vitam cœlestem. In Saxonia, Monasterio Gaudersheimensi, Sanctæ [e] Gerburgis, eiusdem Ordinis Abbatissæ: genere, virtutibus, & miraculis insignis. Aillonii in Territorio Saguntino, Beatæ [f] Annæ ab Angelis, Virginis Clarissæ: quæ eiusdem loci prima Abbatissa existens, maxima virtute, & regulari disciplina resplenduit. Cordubæ, Beatæ [g] Franciscæ de Hernas, Virginis eiusdem Ordinis. In Veromanduis, Diœcesis Nouiodmensis. Translatio Sanctæ [h] Pecinæ, Virginis. Bergomi, Inuentio Sanctæ [i] Eusebiæ, Virginis. Apud Fanum Trudonis in Hasbania, Leodiensis, Memoria Beatæ [l] Christinæ, cognomento, mirabilis.

IVLII XXIV.

§. 1. SAncta *Christina, Virgin. Martyr.* [a] Laudes eius carmine & soluta oratione retulit Alphanus, Primus Salernitanus Archiepiscopus. Agunt de ipsa. Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum. hac die, Baronius ibid. in notis. Molanus in Annotation. ad Vsuard. Græci in Menologio, Vincentius Beluacens. lib. 12. Specul. Historial. cap. 86. Petrus de Natal. lib. 6. Catalog. SS. cap. 130. D. Antoninus part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 17. Monbritius, Sorius, Lippelous, Renatus Benedictus, Foderetus, de Vorsgine, Ribadeneira, Simon Martinus, Doubletus, Hareus, &c in vita eius, hac die, post Adelhelmum Episcopum, de laude Virginitat. Bergomas de claris Mulierib. cap. 103. Rayssa in Auctario ad Natales SS Belgii Molani, Saussayus in Martyrol Gallicano, hac die. Schedel sexta mundi ætate fol. 127. Ferrarius in SS. Italiæ; passa est anno ætatis suæ 11. sæculo tertio: cuius sacræ Reliquiæ, exindè translatæ fuerunt in Echam Flandriæ Parœchiam, à qua translatæ Beueriam, in oratorio S. Petri, honorificentius sunt collocatæ: vbi Ecclesia & Monasterium, seu prioratus in eius honorem extructus, quæ est præpositura à Vedastina Abbatia dependens, & vnum milliare à Bethunia Artesiæ oppido distat. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Regione

4 Ecclesia

4. Ecclesia 11. cuius sacrum corpus Panormitani se habere contendunt ab ann. 1160.

§. 2. *SS. Nicetæ &c. Martyr.*[b]] Hæ itaque ad Deum conuersæ, per S. Christophorum, cùm in fanum ductæ fuissent, vt idola adorarent; protinus Dæmonum simulachra irridentes, Zonas in caput iouis iniiciunt, confringunt, ac pedibus conculcant: cuius rei causa, grauissimis affectæ cruciamentis, ad extremum capite punitæ sunt. De eis agunt Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. 154. Vincentius Beluacens. lib. 13. sup. cap. 25. Petrus de Natalib. lib. 6. sup. cap. 131. D. Antoninus sup. Titul. 8. §. 41. Acta Sancti Christophori Martyr apud Surium, Lippeloum &c. 25. Iulii. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Lycia* post præfationem Ambrosianam. Trugillus in Thesauro Concionator. Simon Martinus, hac die.

†§. 3. *S. Lewina, Virgin Martyr.*[c]] Hæc multis decorata virtutibus, floruit sub Euberto, Anglorum Rege; quæ postmodum sub, eiusdem Regis tempore, Martyrio est coronata; Archipræsule Cantuariensi viuente, nomine Theodoro, ann. 685. cuius sacrum corpus, exinde Translatum est in Belgium an. 1058. & circumportatum per vicos & castella Flandriæ, fulgens quamplurimis miraculis; quæ duobus libris, Drogo, Morinensis Episcopus, posteritati consignauit: tum demum allatum est, ac susceptum Bergis ad Winoci Monasterium, die 5. Augusti, natalis quippe dies eius incidit in Festum S. Mariæ Magdalenæ 22. Iulii: quapropter transponitur, in hunc diem 24. Iulii, vti obseruant. Molanus in indiculo Ss. Belgii & in Additionib. ad Vsuard. ac Saussayus in Martyrologio Gallicano 24. Iulii & 5. August. item in eiusdem Supplemento ad 21. Iulii, ac Myræus in Fastis Belgic. ead. die. Meyerus in Commentariis de Flandria. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. ex Martyrologiis Canisii & Gallesinii.

§. 4. S. *Segolina, Virgin. Abbatiss.*[d]] Vocatur B. *Segelena*, *Segolena*, & *Segolina*. Neptis S. Goerici Metensis Episcopi. circa ann. 660. quæ anno ætatis 12. Gisbaldo cuidam nupta, at. Dei gratia, à iugo maritali (ad Agni cœlestis vt perueniret nuptias) maturè erepta, in loco *Troglaru*, nuncupato, Monasterium suis ex facultatibus ædificauit, adlectisque in societatem pluribus ingenuis puellis; sic exemplis ac documentis prælnxit, vt sub eius ductu, eam ad castimoniæ & pietatis perfectionem conscenderent, quà & Ecclesiæ augebant decorem, & sibi aditum parabant ad supernam gloriam, ad quam prior omnium properauit B. Segolena. Colitur etiam ipsa Claromonte Aruernorum. in Ecclesia Monastica Rubiacensi, vbi altare habet suæ commemorationi sacrum. Hæc ex Saussayo, in supplemento Martyrologij Gallicani, hac die. & in Appendice eiusd. Ferrarius sup. ex Canisio. Meurisseus lib. 2. Histor. Episcopor. Metens. in S Agiulpho 26 Episcopo & S. Goerico 10. Episcopo ex Codic. MS. Metens. Sauaro, lib. 2. Origin. Claromontan §. 9.

§. 5. *S. Gerburga, Abbatiss.*[e]] Filia extitit. Ludolphi, Saxonum Ducis: & Abbatissa 2. iiiina Monasterij (succedens sorori suæ Halmodi) quod sanctissimè rexit. 24. annis, multis in vita & post mortem clara miraculis. Illius meminerunt Menardus in Martyrologio Benedictino, hac die, & lib. 1. Obseruation. ad illud. Ex Trithemio in Chronica Hirsaugiensi, ad ann. 854. Surius in Actis S. Bernwardi, Episcopi Hildesheimensis 20. Nouemb. cap. 12.

B. Anna ab Angelis, Virgin.[f]] Prouinciæ Castellæ fuit alumna, vnaque ex illis, tribus religiosissimis sororibus extitit, quas Villenicus Marchio, Apostolicæ innixus Authoritati, ex Turrigiano Monasterio Conceptionistico, adduxit in Monasterium Conceptionis Beatæ Mariæ Aillonij à se extructum, anno 1547. vt confluentibus illic iuuenculis præessent, atque salutis monita darent. Itaque B. Anna, inter eas principem obtinens locum, prima huiusce domus creata fuit Abbatissa; quæ religione & sanctitate insignis, fœtus nobilissimos Christo sponso edidit: ibique meritis præclara obdormiuit in Domino. De qua. Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Præfato Aillonensi Monasterio, quod est vigesimũ quartũ Prouinciæ Conceptionis in Hispan. Barrezzus part. 4. Chronicorum Minorum libro tertio, capite quinquagesimo septimo. Valerius libro quarto de Sanctis Fœminis eiusdem Ordinis capite 36. & 38. §. 6.

B. Francisca, Virgin.[g]] Egregia virtute floruit, vsque ad ann. 1560. quo piè, & magna sanctimoniæ opinione, ex hac vita decessit, apud Monasterium Cordubense, S. Elisabeth de Angelis, quod est 8. Prouinciæ Granatensis iuxta Manuscripta Monimenta, Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum, & Wadinghum Tom. 7, Annal. Minor. ad ann. 1435. §. 54. §. 7.

Translatio S. Pecinæ, Virgin.[h]] Fuit S. Pecina, origina Hispana, Christianis sacris ab infantia instituta, habuitque sorores duas, *Columbam & Marginam*, seu *Maternam*: vt germanitate, sic fide domesticaque disciplina sibi concordes. Quæ vt puriores ab illectamentis mundi, vni Deo inseruirent, secreto se claustro omnes abdiderunt: admissis in contubernium puellis, quas idem spiritus, ardorque pietatis incitassent. Quarum vitæ ratio & sanctitas, vbi peruasisset, ad Oliuerium Regulum, Christianos exosum ritus, missis lictoribus, sibi, vt quàmprimùm illæ sisterentur, imperauit. *Columba* interim afflatu cœlesti præsagiente imminentem tempestatem. Erat ad Oliuerium longa & impedita via, quam nullo tamen viatico, nullaque vectura, Virgines imbecilles emetirentur. Hanc autem, cùm sorores illæ, secutæque puellæ peragrarent, *Pecina*, longiori, vt credimus, inedia corpus depascente, prostratis fatigatione viribus, ac tandem vitali spiritu omni euanescente, animam illo itinere ad cœlos transmisit: cuius Reliquias humo superstites puellæ commendarunt. Has autem Reliquias: siue Childebertus, Rex Francor. eas ab Hispanijs in Gallias, cum alijs permultis, asportarit, seu quouis alio casu; in agrum illæ Pictauiensem deuectæ sint; Niortio tandem, vbi miraculis maximis erant commendatæ; Hugo Magnus detulit San-Quintinum, eo prælio, quod aduersus Comitem Andegauensem gestum est anno 1090. & in Ecclesiam induxit, quæ etiamnum Virginis nomen obtinet; quarum aduentus illic celebratur, die vigesima quarta Iulij, vti habet Claudius Hemeræus, libro secundo Augustæ Veromanduorum Illustratæ ad annum 1090. ex Legendarijs Manuscriptis, Ecclesiæ ipsius San-Quintinæ. Dies autem natalis est 24. Iunij sup. §. 8.

Inuentio S. Eusebiæ, Virgin.[i]] Ita Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, hac die, ex Marty- §. 9. Martyrologii Gallesinii, post calendarium, & Annales vrbis Bergomens. quæ quidem inuentio contigit, anno 1401. sub Franc. Episcopo Bergomat.

§. 10. *Memoria B. Christinæ, Mirabilis.* [i] Abiit die 13. Iunii ann. circiter 1224. ad sponsi superni desideratum conspectum ipsa Christi famula; de qua, quæ stupenda referuntur, sic humanam mentem concutiunt, vt diuinæ simul gratiæ magnitudinem incutiant, adorandam: stigmata in corpore deferens. Sed hodierna die ideo recolitur eius memoria; quòd cùm eo loco annis septem quieuisset, inde ad vicum Milensem haud procul dissitum, vnà cum monialium collegio, anno ferè 1232. translata sit. Qua de re Dionysius Carthusianus serm 6. de Eucharistia: Cantipratanus & Surius in vita eius. Barnabas de Montalbo Tom 1. Chronic. lib. 5. cap. 25. Calendarium Gallicum Ss. Cisterciens. Sausiayus in Martyrolog. Gallican. Ferrarius sup. Myræus in Fastis, hac die. Manriquez in suo Calendario. Rayssa in Auctario ad Natales Ss. Belgii Molani sub 16. Martii.

OCTAVO CALENDAS AVGVSTI.

GAZÆ in Palæstina, Sanctæ [a] Valentinæ, Virginis & Martyris: quæ sub Firmiliano præside, in persecutione Maximini Imperatoris, ad aram, vt immolaret, adducta, cùm eam calcibus euertisset, dirissimè cruciata, vnà cum socia Virgine in ignem coniecta, eucurrit ad sponsum. Constantinopoli, veneratio Sanctæ [b] Olympiadis, Virginis viduæ Martyris: quæ temporibus Honorii, & Arcadii Imperatorum, insignis virtute habita, à Sancto Ioanne Chrysostomo præclaris laudibus afficitur. Metis, Sanctæ [c] Clodesindis Virginis, Abbatissæ, Ordinis Benedictini; quæ totius perfectionis specimen facta, signis ac miraculis admodum resplenduit. In Germania, Sanctæ [d] VValpurgis, Virginis, Reclusæ; oratione, & rerum cœlestium contemplatione spectabilis. In Lusitania apud Monasterium Sancti Dionysii de Odiuellis, Diœcesis Vlyssiponensis, Ordinis Cistertiensis, Beatæ [e] Philippæ Virginis Regiæ, quæ multiplici scientia, & admiranda vitæ sanctitate emicuit. Villæ Comitis in Territorio Bracarensi, Beatæ [f] Guiomaris à Sancto Antonio, Virginis Clarissæ: multis virtutibus adornatæ. In Thebayde, Memoria Sanctæ [g] Eufraxiæ, viduæ; quæ plena fœnoribus gratiæ, operibus iustitiæ, & meritis gloriæ, ad præmium euolauit in cœlum. In Hispania Tarraconensi, Translatio Sanctæ [h] Eurosiæ, Virginis & Martyris.

IVLII XXV.

§. 1. SAncta Valentina, Virgin. Martyr. &c. [a] De his meminit Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, ac Tom. 3. Annal. Eccles. ad an. 307. §. 17. ex Eusebio lib. 8. Eccles. Histor. cap. 18. Molanus in Additionib. ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. *Palæstina.* Simon Martinus, hac die.

§. 2. *S. Olympiadis, Virgin. viduæ.* [b] Illustrissima extitit, genere, virtute, ac pietate: cuius celebris memoria habetur in menologio Græcorum, hac die, iisce verbis. *S. Olympiadis, quæ fuit sub Imperatore Theodosio, Archadio & Honorio, filiis, Anysii secundi Comitis filia, neptis Ablauii præfecti, sponsa paulisper Nepridii, qui fuit ex numero præfectorum. Cùm autem adhuc esset virgo, eius viro ante copulam sublato, & virgo simul & vidua remansit: omne tempus transigens in ieiuniis & orationibus, & pauperum beneficentia. Itaque omnes opes suas, in curam Christi sacerdotum exhausit, præsertim in S. Ioannem Chrysostomum, quem præcipue honorabat.* Cui adstipulantur, Molanus in Additionibus ad Vsuardum, & Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, hac die, cætera, Infra ad 17. Decemb.

§. 3. *S. Clodesindis, Virgin. Abbatiss.* [c] Variè reperitur nuncupata. *Clodesindes, Clodevida, Clodesuinda, Clossindes: Glodesindes, & Glosindes.* Quæ temporibus Chilperici & Childeberti, Francor. Regum floruit in Gallia: parentibus illustribus nata, videlicet Vintro, Duce Clarissimo, & matre Gudila, non impari generis nobilitate. Ab ineunte ætate, multa virtutum dote insignis, multisque de se castitatis exempla præbitura, vita & moribus clara enituit, ac virginitatem suam Christo sponso consecrauit. Inuita tamen in matrimonium datur, sed mox vir suus à Rege euocatus, & in carcerem coniectus, postea capite plexus est. Læta igitur ac victrix de corruptione, integra virgo relicta ad secundas respuit omninò conuolare nuptias. Propterea Metim aufugiens, intra Ecclesiam Cathedralem S. Stephani Protomartyris, se abdidit. Interim parentes eam persequuntur fugientem, sed Diuinis recreata alimentis, omnia contempsit. Quin & ei cœlitùs à Deo per Angelum sacrum velamen imponitur: & ita cessat omnis molestia. Exindè, ad S. *Rothildem*, amitam suam, magnæ probitatis fama insignem, & apud Treuiros propter Religionis obseruantiam celeberrimam, se contulit. Ibi verò pro modo conuersationis tempore, non multo exacto, cunctis bonorum morum studiis, ad cœlestis disciplinæ, & æqui ac honesti præscriptum plenissimè imbuta, vrbem, propter Diuina patrocinia ipsi amicam, Metim repetiit, atque illic quamprimum vitæ arctioris institutum, cui iam pridem sanctus eius spiritus toto pectore inhiabat, ancillarum grege collecto centum videlicet Virginum. Magno studio

ſtadio complexa eſt. Conſtructo illic à ſe Monaſterio in ſolo patrimoniali, prima ſic præfuit Abbatiſſa, vt immaculato calle, illas præiret in exemplum. Denique, cùm Monaſterium illud ſanctiſſimè annis 7. rexiſſet, ætatis ſuæ anno 50. anno Christi 615. migrauit in cælum, miraculis quamplurimis nobilitata, ob quæ, de nomine eius fuit poſtea cognominatum cœnobium. Porro, Drogo 40. Metenſis Epiſcopus, circa ann. 835. ab humo leuauit corpus ipſius Virginis, & in theca argentea incluſit 20. vel 23. Iulij: & hinc fortaſſe Tranſlatio eius agitur. Quando anno 951. Adelbero 48. Epiſcopus Metenſ. theca pretioſiſſima illud ipſum corpus incluſit: quæ ſolemnitas pluribus miraculis eſt illuſtrata. Scribunt de ea, Ado, Molanus in Additionib. ad Vſuard. & Annotationibus Wion in Martyrologio Benedictino; Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, hac die. & in ſupplemento ad 20. Iulij. Sigebertus in Chronic in ann. 615. Vincentius Beloacenſ. lib. 23. ſpecul. Hiſtorial. cap. 8. Trithemius lib. 3. viror. Illuſtr. Ordin. Benedictin. cap. 291 Surius, Iacobus Tigeotius, Renatus Benedictus, & alij. in vita eius, hac die. Ferrarius ſup. ex Tabulis Metenſ. & in noua Topographia, ſup. verb. *Metis* Menardus lib. 1. Obſeruation. ad Martyrolog. Benedictin Meuriſſæus lib. 2. Hiſtor. Epiſcopor. Metenſ. ſub Pappolo 18. Epiſcopo, item lib. 3. ſub Drogone 40 & Adalberone 1. Epiſcopo 45. ex Chronico MS. Epiſcopor. Metenſ. Gallia Chriſtiana in Abbatijs, Simon Martinus ſup.

§. 4. S. *VValpurgis, Virgin.* [d]] Inter Virgines ſacras, inſignes, ac nobiles, quæ S. Vdegebæ, ſodalitati nomen dederunt; clatuit non minore vitæ ſanctitate hæc ipſa Beata VValpurges, Virgo; quæ, hac die, fœlicis curſus expleto ſtadio tranſiit ad ſupernæ Beatitudinis brauium; vti teſtantur, Gononus lib. 2. vitar. Patrum Occident. in ea. Trithemius de vitis Illuſtr. Ordin. Benedictin. VVion, & alii.

§. 5. *B. Philippa, Virgin.* [e]] Patrem habuit Petrum, Luſitaniæ Principem; Matrem, Eliſabetham, infantem Arragoniæ, fratres verò, Ferdinandum, Regem Cypri, & Petrum, electum Regem Arragoniæ & Nauarræ. Studio litterarum addictiſſima fuit, & linguæ latinæ haud vulgariter perita; varia opuſcula edidit. In his, verſionem B Laurentii Iuſtiniani, ex Latino in Luſitanum; ſed & vitæ etiam ſanctitate inſigniter floruit: teſte Barnaba de Montalbo, Tom. 1. Chronic. Ciſtercienſ. lib. 2. cap. 35. & Henriquez in Menologio Ciſtercienſi, hac die, & in Laurea Ciſtercienſ. cap. 12. §. 9. Cardoſo in Agiologio Luſitano: & Commentario ad illud 11. Februarii, ex multis aliis. Ludouicus Iacob. in Bibliotheca Illuſtr. Fœminar.

B. Gnomaris, Virgin. [f]] Huius vita & mores omninò fuere mirabiles: cæteriſque ſororibus ad exemplum haud modicum profuit: obdormiſſe in Chriſto, maxima cum ſanctitati fama: Referunt Martyrologium Franciſcanum, hac die. Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monaſterio S. Claræ Villæcomitis, quod eſt 14. Prouinciæ Portugall. Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap 40. ad ann. 1565. Valerius lib. 4. de SS. Fœmin. eiuſd. Ordin. cap. 41. VVadinghus Tom. 3. Annal. Minor. ad ann. 1318. §. 46. §. 6.

Memoria S. Eufraxia, vidua. [g]] Ita Molanus in Additionib. ad Vſuard. ex Menologio Græcor. Acta S. Euphraſiæ, Virgin. Martii 13 cuius mater extitit. §. 7. Mulier fuit ex Imperiali proſapia trahens originem, Religioſa, & timens Dominum nimis, Eccleſiæ vacans, & offerens Deo preces cum lachrymis. Hæc multos in opere Dei fecit idoneos, multaſque oblationes in Eccleſiis & ſanctuariis offerebat. Vehementer eam diligebat Imperator & Auguſta, præcipuè, quòd ex eorum genere erat, necnon & moribus compoſita, honeſta, & valdè religioſa: quæ & poſt filiam vnicam natam, continentiam pariter cum Antigono, viro ſuo, promiſit Deo: ſed anno elapſo, moritur piè ipſe Antigonus, cum quo duobus tantum annis & tribus menſib vixit: nam vno anno ea conſtituto ab alterutro abſtinentes, ſicut fratres vixerunt. Cùm autem adhuc iuuencula eſſet, Imperatricis ſuaſu, actum eſt de ſecundis nuptiis: quibus omninò contradixit: clamque ſimul cum filia Ægyptum petiit, & interiorem Thebaydem penetrauit: vbi Monaſteriis plura de ſuis redditibus contulit & erogauit: illicque cum filia, vixit ſanctiſſimè, ac mortua eſt. Memoratur ab aliis, & quotquot de S. Euphraſia, Virgin. ſcripſerunt ad 13. Martii. Dorotheus, part. 2. veræ viduæ.

Tranſlatio S. Eurosia, Virgin. Mart. [h]] De ea Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Tabulis Eccleſiæ Iaccenſis: vbi eius corpus in eo Templo maiore aſſeruatur, quod Corduba, vbi paſſa erat, Iaccam allatum, hac die, vt arbitror, locum dedit Tranſlationis iſtius memoriæ. §. 8.

SEPTIMO CALENDAS AVGVSTI.

DORMITIO Sanctæ [a] Annæ, Matris Beatiſſimæ Virginis, genitricis Dei Mariæ. Romæ, via Latina, Sanctæ [b] Exuperiæ, vxoris Sancti Olympii, Tribuni, Martyris; quæ vnà cum eo, ignibus combuſta, Martyrii palmam adepta eſt. Ibidem, Romæ, Sanctæ [c] Paraſceues, Virginis & Martyris, ſub Antonino Imperatore. Apud Abetium Salentinorum, Sanctarum [d] Herinæ & Veneræ, Virginum & Martyrum, quæ ſub Licinio Imperatore paſſæ ſunt. Auriæ in Hiſpania Tarraconenſi, Sanctæ [e] Euphemiæ, Virginis & Martyris. In Dicliuenno, Flandriæ Pago, Diœceſis Gandauenſis, propè Teneramundam, Sanctæ [f] Chriſtinæ, Virginis, filiæ Anglorum Regis, vitæ ſanctitate inſignis. Carpi in Inſubria, Beatæ [g] Camillæ Picæ, Virginis, Clariſſæ; quæ Illuſtriſſimo nata genere, vitæ ſanctitatem miraculis quamplurimis comprobauit. Lyræ, in Brabantia, Diœceſis Mechli-

niensis, apud Monasterium Nazarenum, Ordinis Cistertiensis; Beatæ [h] Annæ Bosmans, Virginis, Conuersæ, admirandæ perfectionis, & pietatis religiosæ. Blesis in Territorio Carnotensi, Transitus Beatæ [i] Claudiæ, Reginæ Franciæ, vitæ Innocentia & puritate mentis Illustrissimæ. Patauii in Monasterio Sanctæ Iustinæ, Translatio Sanctæ [l] Fœlicitatis, Virginis.

IVLII XXVI.

§. 1. S*ancta Anna.* [a]] De ea Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Molanus in Additionib. & Aonotationib. ad Vsuard. Petrus de Natalib. lib. 6. Catalog. Sanctor. cap. 139. Græci autem in Meoologio pridie huius diei; Thesaurus Concionator. Mantuanus in sacris dieb. Surius, Lippelous, Haræos, Simon Martinus. Vicelius, Ribadeneira, &c. hac die. Foderetus in vita eius 28. Iulii. Io Constitutionibus Emanuelis Imperat. Ponitur inter eas solemnitates, quibus vacandum est, Religionis gratia. Constat quippe ex Baronio, sup. & in Apparatu ad Tom. 1. Annal. Ecclef. Molano sup. & aliis, tam in Orientali, quàm in Occidentali Ecclesia peruetustum fuisse S. Annæ cultum; quem Gregorius 13. Diuino afflatus spiritu, Apostolicis datis litteris anno 1584. Calendis Maii. sui Pontificatus anno 12. firmauit, auxitque. Sacrum eius corpus Aptæ-Iuliæ VVlgiensium sub Metropoli Aquensi, iam pridem conditum, magnoperè illic à fidelibus colitor io Ecclesia Cathedrali, da suo nomine gloriosa. Illius verò caput Carouti io Augustissima, toroque orbe percelebri Basilica Cathedrali Sanctissimæ Virginis Deiparæ Mariæ; ex dono Ludouici Blesiensium Comitis, repositum, honorificè asseruatur. Summa etiam piatate, ipsa colitur Rothomagi, Arelate, Parisiis, &c. apud ædes Metropoles, vbi sacræ eius habentur Reliquiæ. Qua de re Consule Nostradamum in Historia Prouinciæ. Saxium in Pontificio Arelatensi, Roulliardum in Parthenia Carnotensi cap. 8. §. 4. Galliam Christianam in Episcopis Aptens. & Lingonens. 89. Dadræum & Taillepied. in Rothomagens. Archiepiscop. Saussayum in Martyrologio Gallicano, & Supplemento eiusd. hac die. Bachotos in Fastis.

§. 2. S. *Exuperia, Martyr.* [b]] Agunt de ea Vsuardus, & Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Ecclef. ad ann. 260. Petrus de Natalib. sup. cap. 144. Res gestæ eius descriptæ habentur. In Actis S. Stephani Papæ. Apud Metaphrastem, Lipomanum, Surium, Lippeloum, &c. 2. August. à cap. 7. vsqu. 11. Gallonium de Virginib. Roman. Ferrarium de SS. Italiæ, hac die.

§. 3. S. *Parasceues, Virgin. Martyr.* [c]] Ita Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & in Ss. Italiæ, hac die, & sequenti, ex Menologio & Anthologio Græcorum. atque Horologio: quam volunt passam esse temporibus Antonini Imperator. Romanamque genere fuisse tradunt. Baronius in notis ad Martyrologium Roman. sub 20. Martij. Theodorus Balsamoo in 63. Canon. Trulli. Molanus verò ad 24. Iulij in Additionib. & Aonotationib. ad Vsuard.

§. 4. *SS Herma, &c. Virgin. Martyr.* [d]] Sic Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Aletum*, ex Monimentis Ecclesiæ Aletinæ. De S. *Venera*, hac etiam die, idem Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & in Ss. Italiæ. Quæ cùm passæ sint supra 5. Maij, putamus harum Translationem hodiè recoli.

S. *Euphemia, Virgin. Martyr.* [e]] Hæc ex Tabulis §. 5
Ecclesiæ Auriensis in Gallæcia, coius sacrum corpus ano. 253. translatum fuisse scribit Marietta lib. 3. de Sanctis Hispan. 7. August. Ferrarius, hac die. sup. in Catalogo Ss. Biuarius in Commentar. ad Flauij Lucij Dextri Pseudochronicon sub ann. 138. §. 6. quo Martyrio coronata est.

S. *Christiana, Virgin.* [f]] Fuit hæc præclara Heroi- §. 6.
oa Virgo, Regis Anglorum Migranimi filia vnica; quæ cùm adhuc inanium Deorum cultui dedita esset, illam omnipotens Deus, oculis misericordiæ aspiciens, de cœlo illi Angelum sub specie pauperis transmisit, qui eam Catechisauit, atque in Christi nomine Baptisari præcepit; cuius etiam ductu, Dickeluennam Flandriæ pagum peruenit, vbi sanctissimam vitam exegit. Hæc ex Molano in Additionib. ad Vsuard. & in indiculo Ss. Belgij Canisio in Martyrologio. Myræo in Fastis Belgicis Saussayo in Martyrologio Gallicano, Ferrario io Catalogo Generali Sanctor. hac die. & in Additis ad Topographiam. sup. verb. *Teneramunda*. Daoide Lindano, lib. 2. Teneramundæ cap. 2. Simone Martino, hac die. Sandero in Hagiologio Flandr.

B. Camilla Pica, Virgin. [g]] Illustrissimi Gilberti §. 7.
Pici, seu, *Pij*, à Sabaudia Carpensis Principis extitis filia, quæ impetratis ab Innocentio VIII. Papa, Apostolicis litteris, anno Christi 1484. ex consilio B. Patris Stephani, *Galli*, Franciscani Ordinis, Monasterium S. Claræ, ax obueniente sibi pinguissima hæreditate, Carpi erigendum curauit: euocatisque ex sacro Corporis Christi Cremonensis Cœnobio, sex monialibus 4. Iulij anno 1500. huic sæculo, eiusque illecebris prius valedicto, ipsum vnà cum illis ingressa est: atque communem regulam, viuendique modum solemniter professa: quod reliquum vitæ sibi fuit, sanctissimè transegit. Cùmque plura edidisset miracula, corpus eius honestissimo loco reconditur; & ab omnibus monialibus & sæcolaribus, singulari honore colitur. Vti referunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud, Gonzaga, part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in prædicto Monasterio Carpensi, quod est 15. Prouinc. Bononiens. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap 13. Daça ibid. cap. 31. lib. 1. Wadinghus Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. 1490. §. 33.

B. Anna Conuersa. [h]] Insigni vitæ sanctitate ador- §. 8.
nata, hodiè migrauit in cœlum; ad cuius transitum auditus est gratissimum Angelorum concentus anno Christi 1600. iuxta Rayssam in Auctario ad natales Ss. Belgij Molani. Saussayum, in Martyrologio Gallicano, & Henriquez in Menologio Cistertiensi, hac die.

B. Claudia, Regina. [i]] Nascitur anno Christi §. 9.
1499. filia primogenita, Ludouici 12. Regis Franc. Ducis Britan. ac Mediolanens. &c. quæ nupsit ann. 1514. Maii 18. Francisco, Duci Engolismensi. postea Regi Franc. anno 1515. quæ sic Christo ab ineunte

ætate

ætate adhæsit, vt lethaliter nusquam eum offenderit: pientissima namque erat & omni bonitate repleta, in vita sanctissima, & post obitum ann. 1524. hac die, miraculis clara: vti testatur Nicolaus Gillius in Chronica Franc. sub Francisco 1. Reg. Ioannes Bouchetus in Annal. Aquitan. Belcarius lib. 18. Commentar. Rerum Gallicar. §. 9. Hilarion de Costa lib. 1. Histor. Catholic. & part. 1. Elogior. Dominar. Illustr. in vita eius item in Elogijs Delphinor. Franc. in Delphino Wiemensi, 15. Francisco, primogenito Francisci 1. Reg. pag. 72. 73. & 75. ex Ferona Iacobus Charronus, in Histor. Generali Franc. &c.

Translatio S. Fœlicitatis, Virgin.[d]] Ex Tabulis illius Monasterij: Wion in Martyrologio Benedictino, Ferrarius sup. in Catalog. Sanctor hac die. Alia est igitur ab illa Translatione, cuius meminimus sup. ad 14. Martij.

SEXTO CALENDAS AVGVSTI.

NOLÆ in Campania, Sanctarum [a] Martyrum Iuliæ & Iucundæ. Cordubæ in Hispania, Sanctarum [b] Nataliæ & Liliosæ, Martyrum in persecutione Arabica. Constantinopoli, Beatæ [c] Anthusæ, Virginis; quæ sub Constantino Copronymo, ob cultum Sanctarum Imaginum, verberibus cæsa, & exilio relegata, quieuit in Domino. Eumeniæ in Phrygia Magna, Asiæ Prouinciæ, Natalis Sanctæ [d] Anthusæ Virginis, Constantini Copronymi filiæ; virtutibus & meritis præclaræ. In Scotia, Sanctæ [e] Pumiciæ, Virginis. Aquilæ in Vestinis, Beatæ [f] Iacobæ Aquilanæ, Virginis Clarissæ: quæ silentio, oratione, signisque admirandis illuxit.

IVLII XXVII.

§. 1. SAnctarum Iulia, &c. Martyr.[a]] De ijs Beda, & Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Nola*. & in SS. Italiæ.

§. 2. *SS. Natalia, &c. Martyr.*[b]] Priorem scribunt honestis parentibus etsi paganis ortam, rebus inclytam, moribus comptam, specieque pulcherrimam; quæ cùm præcipuo venustatis habitu extrinsecus decoraretur, præstantiùs tamen introrsus spirituali enitebat decore, quo vitæ sanctitate, varietateque amicta virtutum, Christo Regi placitum exhibebat famulatum. Hæc namque puella patre, adhuc infans, orbata est; cuius genitrix alium virum docens, qui fidem Christi occultè retinebat, coniugem impietatis errore extirpans, priuignam Christo assignare studuit, eamque ex Sacramento baptismatis *Sabigothonem*, (alij *Nataliam*) appellans, quæ gestaret animo firmiori pietatis religionem. Ætate autem grandæua, nupsit S. Fœlici, Natalibus, at rebus illustri, Christiano: cum quo vixit castissimè ac sanctissimè. Altera, nempe *Liliosa*, vxor extitit B. Aurelij, cum, quo & pari vitæ sanctitate, in viam mandatorum Dei cucurrerunt: Vigilijs, ieiunijs, & orationi iugiter intendentes ac eleemosynis: qui omnes, hac die. Martyrium pro Christo libentissimè subierunt. Vti testantur S. Eulogius lib. 2. Memorial. Sanctor. cap. 10. Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 10 Annal. Ecclef. ad ann. 852. Surius ead. die. Ferrarius sup. verb. *Corduba*. At Vsuardus & Molanus 27. August. vide inibi.

†§. 3. *B. Anthusa, Virgin.*[c]] Tempore, quo Constantinus Caballinus Græcor. Imperator, persecutionem aduersus Sanctas imagines, & earum cultores mouebat; erat ipsa Virgo, quæ Anachoreticam diu exercuerat vitam. Cognita autem, quòd coleret venerandas imagines, cogebatur negare cultum earum. Cùm autem acquiescere nollet, dirè percussa fuit. At postea Imperatoris vxori parere non valenti prædicens duos filios eam genituram, masculum alterum; alteram, fœminam, à tormentis eximitur, & erga eam Regina sic affecta fuit, vt eam loco matris haberet, & filiam, quam peperit, eius nomine *Anthusam* nuncuparet. Demùm verò ipsa in pace quieuit. Vti referunt Græci in Menologio, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 9. Annal. Eccles. ad ann. 775. §. 6. Ferrarius sup. verb. *Constantinopolis*. Gononus in vitis insignium Eremitar. Orientis in ea. Simon Martinus, hac die.

S. Anthusa, Virgin.[d]] Illius meminit Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Menologio Græcor. fuit enim à parentibus, moribus longè dissimilis. In qua Dei manifestata est sapientia, cùm ex putrido illo stercore sciuit aurum colligere, gemmamque seligere quàm pretiosissimam, S. Anthusam hanc, Copronymi filiam, egregia sanctitate conspicuam, de qua in tanta scriptorum penuria, satis hic tibi sit reddidisse, quæ in Menologio Basilij Imper. descripta habentur, his verbis die 17. April. S. Anthusæ *Constantini Caballini Imperatoris filia memoria*. Hic titulus. Pergit verò: S. *Anthusa Constantini quidem Caballini fuit filia. Cùm autem, vt viro copularetur, ab illo cogeretur, non acquieuit. Sed post illius obitum nacta libertatem, omnes suas dispersit diuitias: & has quidem dans pauperibus, has autem in Ecclesiarum, & Monasteriorum impendens ædificia, porro reliquas, in captiuorum redemptionem; suas autem aureas vestes in Ecclesiarum ornamenta. Fuit autem multorum mater orphanorum: Expositos enim suscipiens, infantes educabat, & instruebat; & hos quidem morientes Deo transmittebat, hos autem viuentes ad senum curam mittebat, & fœminas tondens, inducebat in Monasteria. Frequenter autem à pessima Irene cognata, vt cùm illius filio ac pariter secum regnaret, instigata, minimè consensit: sed à S. Tharasio, monacha in Eumenia cœnobio facta, ad Dominum migrauit.* Hactenus S. Anthusæ Elogium, addit Baronius, Tom. 9. sup. ad ann. 775. §. 4. & 5. quod Anniuersaria die, ex sacro rito, in Ecclesia legi publicè consueuit: vt ingens planè miraculum videretur: ex Monachorum persecutore nasci filiam, quæ erigeret Monasteria, atque ipsa monialis pariter efficeretur. Grisius de Clericis Regularib. sect. 15. §. 5. §. 4. †

S. Pumicia, Virgin.[e]] Memoratur à Camerario §. 5. †

lib. de Scotorum pietate, & sanctis Regni Scotiæ, cap. 4. hac die, Dempsterus, & alii, de Rebus Scoticis.

§. 6. *B. Iacoba, Virgin.* [f]] Socia fuit, B. Antoniæ à *Florentia*, Virgin. Floruitque circa ann. 1480. in Monasterio Corporis Christi, ciuitatis Aquilanæ in Aprutio: silentio, obedientia, oratione, & vitæ sanctitate clara, ibidem Spiritum Deo reddidit, atque honorifico tumulo condita, est; vbi miraculorum gloria celebratur; quare, tum apud reliquas moniales, tum quoque apud vniuersos Amiternæ ciuitatis populos, in maxima veneratione habetur. Vti habent Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud, Tossinianus lib. 2. Histor. Seraphic. Gonzaga part. 2. Orig. Seraph. Relig. in dicto Monasterio, quod est 1. Prou. S. Bernard. Barezaus part. 4. Chron. Mino. lib. 2. cap. 13. sed latius Marcus Vlyssiponens. part. 3. Chronic. lib. 7. cap. 15. ad 1490. Bzouius Tom. 18. Annal. Eccles. ad ann. 1488. §. 15. quo obiit. Valerius lib. 2. de SS. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 41. Iacobillus de SS. Fulginatib. in B. Paula Fulginate 2. Ianuar. Wadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1447. §. 90. & Tom. 6. ann. 1472. §. 60. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

QVINTO CALENDAS AVGVSTI.

LOCRIS In Calabria, Sanctæ [a] Veneræ, Virginis & Martyris. Apud Fiscanense Monasterium, in Rothomagensi Diœcesi, Ordinis Benedictini, Sanctarum [b] Virginum & Martyrum; quæ à Danis Paganis, ob assertionem pietatis & pudicitiæ constantiam, cæsæ sunt. Apud Tabanense cœnobium in Territorio Cordubensi, Beatæ [c] Montesiæ Virginis. In Pago Basiliensi, prope oppidum Columbariense, Beatæ [d] Annæ, Virginis, eximiæ orationis & puritatis. Venetiis, Beatæ [e] Mariæ Venetæ, Tertii Ordinis Dominicani, quæ vigiliis, ieiuniis, aliisque pœnitentiæ operibus addicta, ad Brauium vitæ æternæ gloriosa peruenit. Neapoli in Campania, Depositio Beatæ [f] Sanciæ, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, & Maioricarum Reginæ: quæ inclyti Regis Roberti relicta, cuncta pro Christo contemnens, Regulam Clarissarum professa est, in Monasterio ibidem à se extructo: vbi in maxima paupertate & humilitate, cæterarumque virtutum praxi, vitæ cursum fœliciter consummauit.

IVLII XXVIII.

§. 1. SAncta Venera, Virgin. Martyr. [a]] Sic Ferrarius in SS. Italiæ, & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Locri*, & in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Tabulis Eccles. Hieracens. quæ proprias recitat in eius officio lectiones. Item, Chronicon Calabriæ, Maurolycus verò ad diem 26. Iulii qui nonnulla minùs vera de ea scribit.

†§. 2. *SS. Virgin. Martyr.* [b]] Agunt de eis Saussayus in Appendice ad Martyrologium Gallicanum. Menardus in 2. Appendice ad Martyrologium Benedict. ex lib. MS. Abbatiæ Fiscanens.

†§. 3. *B. Montesia, Virgin.* [c]] Filia erat *Montesis*, amici S. Nataliæ, seu Sabigothonis, de qua die præcedenti. Illius meminit S. Eulogius lib. 2. Memorialis Sanctor. cap. 10. apud Surium 27. Iulii, in Actis SS. Nataliæ & Liliosæ, cap. 10. in hunc modum. *Beata vero Sabigotho, nonnullis ante passionem diebus, dùm sola domo resideret, Christumque ob perfectionem Martyrii sui, questibus obsecraretur; subito astare sibi mira pulchritudinis Virginem cernit, Angelico vegetatam decore, primum, vt putabatur, adolescentia florem gerentem, Cui cùm illa diceret: Tu qui es filia? & si è vicino accedis, causas tui aduentus edissere. Protinùs spectabilis, Virgo, soboles, inquit, amici vestri Montesis sum, quàm tu mundialibus ærumnis scis olim exemptam, quamque eadem hora qua supremis vexabatur angustijs, priusquam visitares, reperisti exanimem. Et cùm te ego saeculo penè eliminata non nouissem, ipso tamen obitus mei momento, quæ esses Domino reuelante agnoui; & nunc eo mittente, præmia nuntiatrix palmæ tuæ accessi. Instat namque iam vobis tempus exequendæ victoriæ, adsunt dies publice profitendi fidem Catholicam, hostemque repellendi teterrimum, quibus sedatis lisibus, cœlorum penetralia vos coronandos adsument, perpetua deinceps pace fruituros. Igitur sermans cor suum venerabilis fœmina, secumque meditans eloquium adsistentis, confestim reuoluta memoria, rem gestam agnoscit & priusquam grates Euangelizanti sibi puella referret, labitur à conspectu eius illa virginalis species, ætheris nuntia, & præco sui Martyrij. Fit læta tali præconio: animatur cœlesti oraculo; & tantò spe firmiori ad prælium excitatur, quantò sese patratæ actionis veritate cernit informari.*

§. 4. † *B. Anna, Virg.* [d]] Infra leucam, extra oppidum Columbariense, in loco, qui *Wile* dicitur, apud Castrum, nobili genere nascitur. Fuit autem puella, à iuuentute, Deo deuota, & gratiosa apud homines, pauperibus misericordissima; cui summæ delitiæ erant, audire de Diuinis loqui, & de verbis Euangelicis sermocinari; virginitatis propositum impensè diligens. Cùm autem esset annorum 15. multi illam in sponsam exoptabant: cui venustas corporis, & generis nobilitas, ac diuitiarum copia accedebant. Verùm omnia hæc pro Christo despiciens, obtinuit à Deo, vt salua virginitate, migraret in cœlum ad sponsum suum Christum: quod euenit eo die, quo nuptijs erat copulanda. Cùmque mortua, indumentis proprijs exuta, funeralibus indui debuit, inuenta est tenera virgo, in genibus callos, velut Camelus, contraxisse duros, ex genuflexionibus habitis in orationibus crebris: &c. Vide Formicarium Ioannis Nyder, lib. 4. cap. 4. Bzouium Tom. 16. Annal. Eccles. ad ann. 1435. §. 64. quo abijt in cœlum.

B. Maria,

§. 5. *B. Maria Veneta.* [e]] Venetijs ex nobili *Storiona* familia traxit originem, & adulta facta, nupsit cuidam viro clarissimo; quo ad bellum eunte, cœpit frequentius Ecclesiam inuisere, concionesque B. Thomæ Senensis, Ordinis Prædicator, ex animo audire: tum ab his, vanitatem mundi contemnere, & spiritualia consectari edocta, in principio conuersionis, confessione, quam generalem vocant, totius vitæ peccamina expiauit, deindè in superiori parte ædium secretius cubiculum ingressa, vestes & alia ad lasciuiam lenociniumque composita dilacerauit, mox totam se diuino cultui addixit: habitum tertij Ordinis Dominicani primòm occultè sub veste exteriori gestans, ac paulò post eumdem in Basilica SS. Ioannis & Pauli publicè induta, eamque religionem amplexa. Ab ea hora cilicium asperrimum, & ferream catenam nudo in corpore gestauit, carnes numquam esitauit, ieiunia ieiunijs continuauit, noctes ferè integras in oratione & contemplatione insomnes vigilauit: à concionibus audiendis nunquam abesse sustinuit, & lectioni sacrorum librorum studiosè incubuit. Ex frequentia procumbendi in genua, callos contraxit, Sacramentorum vsum ferè quotidianum habuit; proximorum amantissima, omnia in pauperes distribuit, nec nisi pauca vitæ prorogandæ sibi reseruauit. Contumelias & iniurias grauissimas ab aliquibus passa iucundo animo & vultu tolerauit, & in aduersarios quam poterat beneficentiam exercuit, proque persequutoribus Deum impensè flagitauit. Castitatem summè adamauit. Modestia, humilitate, & cæteris virtutibus gradum sibi ad sanctitatem ingentem fecit. Sepulturam nacta est, hac die, in cœnobio Sacratissimæ Eucharistiæ, apud Venetias anno 1339. Iuxta Bzouium Tom. 14 Annal. Eccles. §. 35. ex Michaële Pio lib. 2. de Fœmin. Illustr. Ordin. S. Dominici, & alijs auctorib. Seraphinus Razzius autem, part. 2. vitar. SS. ac BB. eiusd. Ordin. vult eam obijsse, ann. 1399. Ioannes à Sancta Maria ibid. lib. 2. Gauastonius lib. 2. cap. 37.

B. Sancia, Regina. [f]] Vxor fuit Roberti 1. Regis Neapolitani, Siciliæ, &c. fratris S. Ludouici, Tolosani Episcopi: quæ anno ab obitu ipsius Regis expleto, mundo optans emori, habitum Religionis S. Claræ suscepit anno 1343. de manu Reuerendiss. Patris Fortanerij, Vessalij, Galli, Generalis totius Ordinis Minor. & ob feruorem paupertatis, in Monasterio S. Crucis, Neapoli, sub prima, & arctiori Regula Sororum Clarissarum, elegit Domino famulari in perpetuum. Tantumque humilitatis exemplum insequuta est: quod proprium nomen, titulumque Reginæ dimiserit, suppresseritque: nuncupanda in posterum simpliciter ac nudè, soror Clara, ancillaque sororum S. Claræ: quo in loco maxima vitæ sanctitate insigniter refulsit: ieiunijs, silentio, orationi, alijsque pijs operibus Domino purè, fideliter deseruiens; & moriens anno 1345. iuxta summum altare tumulata est. Agunt de ea Martyrologium Franciscanum, hac die. Annotationes ad ipsum. Pisanus, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 4. D. Antonin. part. 3. Histor. Titul. 24. cap. 9. §. 17. Volaterranus lib. 21. Antropolog. Titul. de Eremitis. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in BB. Monial. lib. 1. Ordin. Minor. & in Monasterijs Corporis Christi S. Mariæ Magdalenæ, & S. Mariæ Ægyptiacæ Neapoli item part. 2. in Conuentu S. Crucis, quod est 1. Prouinciæ Terræ laboris. Platus lib. 2. de Bono status Religios. cap. 77. Elzearius lib. 2. Sacri Montis Oliueti cap. 5. Grauina in *voce Turturis* part. 2. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 15. 17. 24. & 49. Salazar lib. 1. Chronic. Prouinc. Castellæ cap. 31. & 51. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. & alij quamplurimi. §. 6.

QVARTO CALENDAS AVGVSTI.

TARASCI In Gallia Narbonensi, Sanctæ [a] Marthæ, Virginis, Hospitæ Saluatoris, & Sororis Beatæ Mariæ Magdalenæ, ac Sancti Lazari: cum quibus post Christi Ascensionem, Diuino nutu, commigrans in Gallias, Prouinciam Phocensem incoluit, vbi vitæ Regularis prima dedit specimina: & post piorum laborum perfectum cumulum gloriosa transiit in cœlum. Romæ, Sanctarum [b] Lucillæ & Floræ, Virginum & Martyrum: quæ sub Gallieno Imperatore illustre Martyrium obierunt. Item, Romæ, via Portuensi, Sanctæ [c] Beatricis, Martyris, temporibus Diocletiani Imperatoris: quæ in confessione Christi, præfocata est in carcere. Aquis Sextiis, Sanctæ [d] Marcellæ, Ancillæ Beatæ Marthæ, Virginis. In ciuitate Mamiensi, Sanctæ [e] Seraphinæ. Lyræ in Brabantia, Diœcesis Machliniensis, apud Monasterium Nazarenum, Ordinis Cistertiensis, Natalis Beatæ [f] Beatricis Priorissæ, Virginis: eximia animi puritate, ac morum sanctimonia spectabilis: quæ Spiritu Prophetico, Reuelationibus cœlestibus, ac miraculis à Christo sponso (quem vnicè dilexerat) meruit honorari. Alhambræ, in Diœcesi Terulensi, apud Regnum Toletanum, Beatæ [g] item Beatricis. Auxoniæ in Burgundia Beatarum [h] Annæ, & Collettæ, Virginum Clarissarum: quæ vitæ sanctitate claruerunt.

IVLII XXIX.

§. 1. SAncta Martha, Virgin.[a]] Hanc luculenter commemorant, Euangelistæ, Lucas, 10. & Ioannes 10. ac 12. Vsuardus, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. & Tom. 1. Annal. Ecclef. ad an. 31. §. 74. & ann. 35. §. 5. Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Mantuanus in sacris diebus, Saussayus in Martyrologio Gallicano. Vincentius Beluacenf. lib. 9. Specul. Historial. cap. 92. & seq. Petrus de Natalib. lib. 6. Catalog. SS. cap. 31. de Voragine, Mombritius, Vicelius, Doubletus, Haræus, Foderetus, Ribadeneyra, Renatus Benedictus, &c. in vita eius, hac die. S. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 6. cap. 19. & 20. Gaguinus lib. 3. de Reb. gestis Francor. Bergomas de claris mulierib. cap. 71. Trugillus Tom. 3. Thesauri Concionat. Bonad. Sanson. lib. 2. Monod. 26. Galterius sæcul. 1. Tabulæ Chronographic. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Tarascum*. Antonius Alegre, in Paradiso Carmelitici decoris statu 2. ætat. 2. post Christum, cap. 19. ann. 76. ex multis alijs. Constat autem ad eius sepulchrum, Galliæ Regem Clodouæum, Protochristianum, esse curatum, & incolumitati restitutum; aliaque complura miracula inibi fieri solita. Bachotus in Fastis Christianis: Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Regione 7. Ecclesia 19.

§. 2. *SS. Lucilla, &c. Virgin. Martyr.*[b]] Extat de eis sermo 20. B. Petri Damiani. Illarum meminere Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Ecclef. ad ann. 261. Molanus in Additionib. ad Vsuard. Petrus de Natalib. sup. cap. 157. Gallonius infra. Ferrarius in SS. Italiæ. Has passas esse sub Gallieno Imperatore, Petrus Galesinius in suo Martyrologio etiam profitetur. Des-Guerroys in sanctitate Christiana sæcul. 3. ad ann. 262. §. 1. 2. & seq. qui addit §. 7. harum capita asseruari in Monasterio Dominæ nostræ de Capella, ad Plancas, Diœcef. Trecenf. Ordin. Præmonstratenf. anno verò 861. Ioannes Aretinus Episcopus corpora earumdem ab hostiis Tyberinis transtulit Aretium, teste Baronio sup. & Vghello in Italia sacra: vbi de Episcopis Aretinis.

§. 3. *S. Beatricis, Martyr.*[c]] De ea agunt, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Ecclef. ad ann. 84. & 302. Vincentius Beluacenf. lib. 12. sup. cap. 83. Petrus de Natalib. sup. cap. 154. Ribadeneira, hac die. Ferrarius sup. verb. *Roma* & in SS. Italiæ. Huius agonem continent Acta S. Anthimi Martyr. apud Surium, Lippeloum, ac Monbritium 11. Maij. Sacrum eius corpus Leo II. Papa recondidit in Ecclesia, quam extruxit in vrbe, iuxta S. Bibianam. Vti legitur in libro de Roman. Pontif. Gallonius de Virgin. Roman. Simon Martinus, hac die. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Regione 1. Ecclesia 45. Schedel sexta mundi ætate fol. 19.

§. 4. *S. Marcella.*[d]] Hæc S. Martham Virgin. è Palæstina in Galliam secuta, tamdiu fideli obsequio iuuit, quo vsque illa Beata Tarasci est defuncta. Tum enim cùm fortè in patriam S. Marcella remearet, in Illyrico, Diuina vocatio anticipata, fœlici efflatu spiritum, remisit ad Dominum. At hinc corpus eius in Gallias relatum, Aquis Sextijs, ponè tumulum S. Maximini, cuius discipula fuerat, omni cum honore collocatum, memoriam eiusdem ibid. reddidit perpetuo cultu conspicuam. iuxta Petrum de Natalib. sup. cap. 152. Ferrarium in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Maurolyco; Saussayum in Supplemento Martyrologij Gallicani, ead. die. S. Antoninus sup. Alegre sup. cap. 21. anno 86. de ea, in vita S. Maximini Episcopi, & S. Marthæ, Virgin. Græci ipsam S. Marcellam Martyrem cum Synthico, & Epaphra, apud Rhætiarium in Mysia referunt, vti habent Cabillonensis, & Ferrarius sup. in Topographia, verb. *Rhætiaria*. Cœteros omitto, qui de S. Martha Virgio scripserunt: vide Ludouicum Iacob in Bibliotheca Illustr. Fœminar.

S. Seraphina.[e]] Memoratur in Martyrologio Romano, hac die. Baronio ibid. in notis. Molano in Additionib. ad Vsuard. Ferrario sup. in Topographias verb. *Mamia*. Armeniæ Minor. C. Arch. Simon Martinus, hac die. §. 5.

B. Beatrix. Virgin.[f]] In oppido Tilleo Montensi ad Getam flumen Ducatus Brabantiæ, parentibus pijs & opulentis, nata, primò in Beghinarum Collegio tradita fuit, vt educaretur. Deindè ad Monasterium Vallis-Floridæ, habitum religionis accepit: tum postea totam se Monasticæ disciplinæ, ieiunijs, orationibus, ac durissimis quibusque pœnitentiæ operibus dedit; à Patre eius Bartholomæo, fundato Monasterio de Nazareth, illic omnium prima fit priorissa, vbi Diuino magis amore, quàm morbo corrupta, obijt, hac die, anno 1268. sic Rayssa in Auctario ad Natales SS. Belgij: post Ioan. *d'Assignies*, Abbatem Niuellensem, in vita ipsius; & Gillemannum in Hagiologio SS. Brabantiæ. Saussayus verò in Martyrologio Gallicano ad 27. Iulii. Menardus in Martyrologio Benedictino, & lib. 2. Obseruation. ad illud. Myræus in Chron. Cistercienf. Henriquez in Menologio Cistercienf. 28. Februar. & 29. Iulii. §. 6.

B. Beatrix.[g]] Ita Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Monumentis, & vita eiusd. edita: cuius Translatio, hac die, ex Pauli 5. concessione anno 1606. celebratur ex lib. sacræ congregation. Rituum.

B. Anna, &c. Virgin.[h]] Prima vocabatur Anna de *Bessey*, nobili genere nata; altera Coletta *doysseles* quæ mira vitæ sanctitate vixerunt, sub reformatione B. Colettæ, Virgin. Vide Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Foderetum in descriptione Monasterii Auxoniensis, Prouinciæ Burgundiæ. §. 7.

TERTIO CALENDAS AVGVSTI.

TVBVRBI Lucernariæ in Africa, Sanctarum Virginum & Martyrum, [a] Maximæ, Donatillæ, & Secundæ: quarum duæ primæ, sorores, in persecutione Valeriani, aceto & felle potatæ, deindè plagis acerrimis cæsæ & equulei extensione eruciatæ, craticulis etiam exustæ, & calce perfricatæ, postmodùm eum Secunda Virgine duodecim annorum, ad bestias simul proiectæ, sed ab his intactæ, nouissimè gladio iugulatæ sunt. Cæsareæ in Cappadocia, Sanctæ [b] Iulitræ, Martyris: quæ bona sua à quodam potente sibi vsurpata, in iudicio repetens, cùm ille exceptionem daret, quòd, vt Christiana, non deberet audiri: mox à iudice iussa est thus Idolis offerre, vt posset audiri: quod illa constanter recusans, in ignem coniecta, spiritum Deo reddidit: corpus autem à flamma remansit illæsum, eius præclaras laudes Sanctus Basilius Magnus, egregio encomio celebrauit. Hierosolymis, Sanctæ [c] Mariæ, Virginis, Abbatissæ: miræ virtutis ac perfectionis. Apud Summontorianum Monasterium Benedictinum, in Territorio Augustano Beatæ [d] VViltrudis, Virginis, Abbatissæ; genere, sanctimonia, & miraculis illustris. Tibuti, Beatæ [e] Euangelistæ à Sublacu, Virginis Clarissæ; humilitate & sufferentia insignis. Schedui in Suetia, Beatæ [f] Helenæ, viduæ Illustrissimæ: quæ ob vitæ summam sanctimoniam, & miraculorum operationem, ab Alexandro III. Papa relata est inter sanctos.

IVLII XXX.

§. 1. S*Anctarum Maximæ, &c. Virgin. Martyr.* [a]] De his Beda, Vsuardus, Ado, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. ad ann. Christi 262. Vincentius Beluacens. lib. 11. Specul. Historial. cap. 85. Petrus de Natalib lib. 6. Catalog. Sanctor. cap. 119. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Tuburbus* Surius, Lippelous, Simon Martinus &c. hac die.

§. 2. *S. Iulitta, Martyr.* [b]] Memoratur in Martyrologio Romano, hac die, Baronio ibid. in notis Ferrarius sup. verb. *Cæsarea Cappadociæ.* Itemque Græci in Menologio. Extat de eadem luculenta oratio S. Basilij: vbi eius diei celebratione, hæc ait: Hunc diem vobis indiximus celebriter agendum; &c. De eius verò sepulchro, hæc habet: Corpus autem honore præcipuo venerabile asseruauit, affinibus & cognatis incolume, nec vlla sui parte læsum; quod sanè in ornatissimo primarij Templi vrbis totius vestibulo conditum loci, quidem affert venerabilem sanctimoniam; nec minùs, qui eo loci conueniunt, efficit sanctiores, &c. Sequitur narrare de fonte, qui ibid. cùm illuc perlatum est Martyris sacrum corpus, diuino miraculo è terra mox erupit. S. Iuliam illam vocat, Simon Martinus sup.

†§. 3. *S. Mariæ, Virgin. Abbatiss.* [c]] Præfuit Monasterio à Sancta Helena Imperatrice erecto in monte Caluariæ; cuius virtus, & sanctimoniæ claritudo, adeò capiebat intuentes, vt multa ab omnibus veneratione haberetur. Illius meminerunt Ruffinus lib. 10. Histor. Eccles. cap. 8. Theodoretus lib. 2 tripartitæ Histor. cap. 28. Paleonydorus lib. 1. In Trimeresto cap. 4 Coria lib 7. Dilucidation. Ordin. Carmelitar. cap. 20. Antonius Alegre in Paradiso Carmelit. decoris statu 2. ætat. 4. post Christum cap. 33. sub ann. 334. Ludouicus Iacob in Bibliotheca Illustr. Fœminar.

B. Wiltrudis, Virgin. Abbatiss. [d]] Ex Comitum Taurensium originem duxit: quæ à primæua flore suæ iuuentutis, modum bonæ indolis vertebat in opus summæ diuinitatis: ab omni labe mundanæ delectationis continens, animum cœlestibus disciplinis consolidabat, morum claritatem vitæ perornabat castitatis: cœlestis sponsi promereri thalamum cupiens, & Sanctarum Virginum adipisci consortium, die nocteque profusis lachrymis exorabat: quod tandem obtinuit, dum parentibus mortuis, Ortulphi comitis fratris sui pedibus prouoluta, Virgo Sacra, pro desiderio posita est: cuius licentia recedens, ac deinceps condito cœnobio, Religionis habitum induit, Virgines consociatas aggregauit, quibus sanctissimè præfuit, ac moriens, an. 109:. Illic sepulta, cœpit coruscare miraculis. Ita Bruschius de Monasterijs German. Raderus Tom. 3. Bauariæ Sanctæ pag. 135. ex Hundio, & MSS. Monimentis. §. 4. †

B. Euangelistæ, Virgin. [e]] Religiosissima soror extitit, Monasterij S. Laurentij Panis-Pernæ in vrbe Roma, alumna: quæ exindè, vnà cum alijs Virginibus est educta, vt Monasterio Tyburtino initium daret, circa ann. Christi 1543. vbi vitæ sanctitate pollens, SS. Laurentij atque Hyppoliti, Martyrum, præsentia, plurimisque Diuinis immissionibus, ob profundissimam humilitatem, maximamque patientiam, atque alias, quas summè coluit, virtutes, dignari meruit. Vide Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad ipsum. Gonzagam part 2. Origin. Seraphic. Religion. in huiusmodi Monasterio Tyburtino, S. Claræ, quod est 11. Prouinc. Romanæ. §. 5. †

B. Helenæ, viduæ. [f]] Agunt de ea Molanus in Ad-

ditionibus ad Vsuard. & Canisius in suo Martyrologio, hac die. Ferrarius autem in Catalogo Generali Sanctorum ex nonnullis Calendarijs', die sequenti. De ea scribunt Annales Suetici; Adam Bremensis, Ioannes Magnus lib. 19. Histor. Sueticæ cap. 7. vbi illam ab Alexandro III. Pap. in sanctos relatam fuisse apparet: anno scilicet 1164. vti refert Baronius Tom. 12. Annal. Eccles. eod. anno. item Appendix ad Præfatum Ioan. Magnum lib. 4. ad ann. 1164. Manriquez Tom. 2. Annal. Cistertiens. ad anu. Christi 1164. cap. 6. §. 8. Lucas Castellinus in Catalogo SS. Canonisator.

PRIDIE CALENDAS AVGVSTI.

APVD Regnum Bungo in Iapponia, Beatæ [a] Anonymæ, pro Christo Martyrio coronatæ. In Anglia, Sanctæ [b] Heinæ, Virginis Benedictinæ; quæ summæ Religionis studio, iugiter cogitauit, vt esset sancta corpore & spiritu. Apud Monasterium Elpedianum, Beatæ [c] Anonymæ, senioris sanctimonialis: eximiæ pietatis ac virtutis. In Bello-Pratensi, Ordinis Cistertiensis, Monasterio, haud procul à Gerardi monte, in Flandria, Diœcesis Machliniensis, Beatæ [d] Mariæ Chastillon, Virginis: diuina contemplatione, atque dotibus nitidæ puritatis, & miræ deuotionis conspicuæ. Beluisij in Territorio Placentino Hispanico, Beatæ [e] Ioannæ à Præsentatione, Virginis, Clarissæ: quæ humilitate, pœnitentia & obedientia, viam sibi parauit in cœlum. Vlmeti in Territorio Abulensi, Beatæ [f] Agnetis Bigerræ, Virginis Tertiariæ Franciscanæ.

IVLII XXXI.

† §. 1. BEata *Anonyma, Martyr.* [a]] Vxor erat, Iordanis, viri pientissimi, ac postea Martyris in Funai ciuitate an. 1589. Regis iussu Bungensis, in Iapponiæ Imperio 5. Calendas Augusti. Nec multo post ipsius Regis Consiliarii huic præclaræ fœminæ, duobusque eius filijs, qui supererant, intulere mortem, quam constanti virtute pro Christo, læti subiere. Vide Vasconcellum in descriptione Regni Lusitani. De Martyrib. Iapponijs §. 7.

†§. 2. *S. Heina, Virgin.* [b]] De hac sanctimoniali Angla, multa sanctitatis signa narrantur à Beda lib. 4. Histor. Angl. cap. 23. & Menardo, in Appendice ad Martyrologium Benedictin.

†§. 3. *B. Anonyma.* [c]] Vixit sub Magisterio S. Gertrudis Abbatissæ, (de qua infra ad 12. Nouemb.) circa ann. 1300. cuius anima post mortem, niueis, roseisque indumentis ornata, in sinu sponsi sui Christi visa est sedere. Menardus in 1. Appendice ad Martyrolog. Benedictinum, ex lib. 5. insinuation. Diuinæ pietatis cap. 9.

§. 4. *B. Maria, Virgin.* [d]] Hæc multis admodùm virtutib. refulsit: obseruationi regularum, orationi ac meditationi: præsertim infantiæ Saluatoris Christi tota dedita: reliquum vitæ tempus in magna transegit sanctitate: vixit ann. 1577. ex Monimentis. Raysa in Auctario ad natales SS. Belgij Molani. Saussayo in Martyrolog. Gallicanu. Henriquez in Menologio Cistertiensi, hac die.

B. Ioanna, Virgin. [e]] Humilitatis & pœnitentiæ amantissima extitit: cilicium quippe semper detulit §. 5.
ad carnem, panis & aqua iugis erat eius refectio. Quæ cùm vna dierum in Ecclesia missam piè audiret, & concioni interesse auidè peroptaret; superioris obedientia eam compulit in coquinam pergere, vbi loci distantia, & murorum intercapedine disiuncta, missam, concionemque Diuina virtute, perfectè audiuit. Teste Daça sup. lib 4. cap. 50. ad ann 1600 ex Monimentis Monasterij Beluisiani, quod est 6. Prouinciæ Angelor. Martyrologio. Franciscano, hac die, Annotationibus, ad illud.

B. Agnetis, Virgin. [f]] Clarissima euasit: quæ §. 6.
dùm viueret, orationibus, lachrymis, & charitatis operibus iugiter intendens, migrauit ad astra ann. 1606. vide idem Martyrolog. Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. VVadinghum Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. 1491. §. 83. post MSS. Monimenta Monasterij S. Crucis Sororum tertij Ordin. Minor. Vlmetens. quod est 33. Prouinciæ Conceptionis in Hispania.

AVGVSTVS



AVGVSTVS

CALENDIS AVGVSTI.



NTIOCHIÆ, Paſſio Sanctæ[a] Salomonæ, Matris ſeptem Fratrum Machabæorum: quæ ſub Anthiocho Epiphane Rege, vnà cum filiis Martyrio coronata eſt. Romæ, Natalis Sanctarum[b] Virginum Fidei, Spei, & Charitatis, quæ ſub Adriano Principe, Martyrii palmam ſunt aſſecutæ. Apud Foroconium, Aprutij in Veſtinis, Sanctæ[c] Iuſtæ, Virginis & Martyris: quæ ſub Maximiano Imperatore, Conſtantiſſimmè pro Chriſti fide decertauit vſque ad mortem. In Campania, Sanctæ[d] Helenæ, Matronæ, Martyris. Veronæ, Sanctæ[e] Mariæ, cognomento, Conſolatricis Virginis: Beati Annonis eiuſdem Vrbis Epiſcopi ſororis: quæ ieiuniis & orationibus vacans, ſignis nunc vſque admirandis emicat. Nouariæ, Beatæ[f] Concordiæ, Virginis Clariſſæ, miraculis claræ. Bambergæ, Tranſlatio Sanctæ[g] Chunegundis, Auguſtæ Virginis.

AVGVSTI PRIMA DIES.

ANNOTATIO.

§. 1.  *Ancta Salomona Martyris*[a]] Illuſtre eius certamen, pro legis Dei tutela, legitur 2. Machabæor. cap. 7. Hinc non tantum Latini, ſed & Græci, hac eadem die agunt de his Machabæis, quos Sancti Patres ſummis laudibus ſunt proſequuti. horum teſſeram reperire licet apud Molanum in Annotationibus ad Vſuardum, Baronium, in notis ad Martyrologium Roman. Galliam Chriſtianam & Ioannem à Boſco in Archiepiſcop. Viennenſ. Allobrog. ac Surium, hac die, & Pancirolam, in Theſauro Vrbis Romæ. Regione 1. Eccleſia 38. Vt meritò pudeat Claudium *Decretum*, ſcripſiſſe, Eccleſiam, minimè hanc viduam albo Sanctarum, quas veneratur, annumeraſſe: part. 2. veræ viduæ, pag. 223. Ecquid ineptius, ne dicam amplius? Audiat Eccleſiam ipſam in ſuo Romano Martyrologio, hac die. Legat SS. Patres Orthodoxos & Catholicos DD. Gregorium Nazianzenum: Auguſtinum, Leonem magnum, Chryſoſtomum, Gaudentium, &c. Et nil eò certius reperiet: nempè huiuſmodi fœminam eſſe ab omnibus ſanctam proclamatam.

§. 2. *SS. Fides, &c. Virg. Mart.*[b]] Primò blanditiis, deindè minis Iudex illas conatur in ſuam ſententiam allicere: cui hæ ſorores conſtantiſſimè reſponderunt: ſe in Chriſtum credere, nec tormenta quæuis pauere: idola autem Deorum inania ſimulacra contemnere, ac ſpernere. Prior annum agebat duodecimum: altera duobus annis minor erat, tertia autem nouem annorum ætatem attigerat. Igitur prior nimirum S. Fides cæditur virgis acerrimè, deindè exſcinduntur eius vbera, ex quibus pro ſanguine fluebant riui lactis: tum in ignem coniecta, ſed nil læſa: in ſartaginem pice accenſam & bitumine iniicitur: in cuius ſtans medio, conſtanti animo Deum inuocans, videbatur veluti in roſcido prato & molli herba, ſancta requieſcere, ad vltimum capite plectitur. Beata Spes crudis neruis cæditur, poſtea in fornacem ardentem deiecta, ignis eam non contingit: iubet Iudex illam ligno ſuſpendi, & ferreis laniari vngulis, ac tandem ei caput abſcinditur. S. Charitas dirè omni ex parte extenditur loris: tum in paratum ſibi rogum, Tortores præueniens, in mediamque flammam inſiliuit, ex quo intacta egreſſa, præcipit Iudex eius membra transfigi terebris: tum demum ceruicibus amputatis euolauit ſimul cum aliis ſororibus in cœlum. Agunt de eis Vſuardus, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius, ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccleſ. ad annum 122. Molanus in Annotationibus ad Vſuardum. Græci in Menologio, Metaphraſtes, Surius, Lipomanus, Lippelous, Mombritius, Renatus Benedictus, Simon Martinus, &c. in actis

earum, hac die. Vincentius Beluacens. lib. 30. specul. Histor. cap. 84. & 85. Petrus de Natalibus, lib. 7. Catalog. SS. cap. 7. D. Antoninus part. 2. Chronic. Titul. 7. cap. 5. §. 5. Breuiarium mediolanense. Vacquerius in Enchiridio benè morientium, eadem die. Des. Guerroys, in sanctitate Christiana, sæcol. 2. ad annum 122. §. 1. & 2. & seq. addens harum trium capita honorificè asseruari in monasterio Virgin. Bellancuriç, Diœcesis Trecens. Ordin. Cisterciensis: corpora autem earumdem, teste Saussayo, in Corollario ad Martyrologium Gallican. hac die) in Ecclesia S. Mariæ de Vizano, in agro Caturcensi, argenteis inclusa loculis, digna veneratione coluntur. Pancirola in Thesauro Vrbis Romæ, Regione 4. Ecclesia 5. Schedel. sexta mundi ætate fol. 112.

§. 3. *S. Iusta Virgin. Martyr.* [c]] Hæc S. Florentini, Sipontini Ciuis & Martyris (de quo 25. Iulii) filia passa est ad montem offidiũ Forconiom: vti Acta eius habent: cuius corpus exindè, Bazani apud Aquilam, cum corpore S. Vmbrosiæ, & aliorum SS. Martyrum requiescit. Ita Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum hac die, & in additis ad nouam Topographiam Martyrolog. Roman. verb. *Aquila* (ex Maurolico, & tabulis Ecclesiæ Aquilanæ, quę illius natalem colit, (hac die) ac in Sanctis Italiæ.

§. 4. *S. Helena martyr.* [d]] Illius meminerunt Saussayus in supplemento Gallicani Martyrolog. & Ferrarius sup. in Catalogo SS. hac die ex calendario Gallico.

§. 5. *S. Maria Consolatricis Virgin.* [e]] Hæc olim Veronæ claris Natalibus orta, ab ineunte ætate, virginitatem Deo consecrauit, in matrimonium, à plerisque nobilium expetita, nuptiales thalamos despexit, sed orationibus, vigiliis, ieiuniisque addicta virgineam puritatem, pietatis operibus exornauit: quæ ob frequentia, sua interuentione, apud Deum, cœlitùs obtenta beneficia, à populo *Consolatrix* est nuncupata: itaque cum reliquum vitæ in consuetis virtutum exercitiis exegisset, Calendis Augusti, in cœlum emigrauit, à Sancto Annone, fratre eius, Veronensi Episcopo, sacris procurata, & sepulturæ tradita, cuius corpus postea, anno 1520. Theobaldus eiusdem Vrbis Episcopus in templum recens illi extructum intulit, & in area marmorea recondidit. De qua Petrus de Natalibus, sup. cap. 8. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Verona.* & in SS. Italiæ, Bzouius. Tom. 14. Annal. Eccles. ad annum 1510 §. 28. ex libro Augustini Valerii Episcopi Veronens. & Cardinalis de Sanctis Ecclesiæ Veronens. Simon Martinus 9. Augusti in actis SS. Firmi & Rustici Martyrum.

B. Concordia Virgin. [f]] Dormitionem mortis accepit, Nouariæ apud Monasterium S. Claræ, quod est 8. Prouinciæ Mediolanens. Hæc autem ingenti sanctitate fuit prædita, & miraculis, tum in vita, tum quoque in morte claruit: vide Martyrologium Franciscanum, hac die. Annotationes ad illud. Gonzaga. part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in eo Monasterio. Daçam part. 4. Chronic. Minor. libro 5. cap. 38. & Wadinghum. Tom. 6. Annal. Minor. ad annum 1455. §. 120. §. 6.

Translatio S. Chunegundis Virgin. Augusta [g]] §. 7. Copiose de ea superius egimus ad 3 Martii quo iuxta veriorem probatorum Authorum [illegible] vita excedens, cœlum inuecta est: quæ postea ab Innocentio 3. Canonisata, Sanctorum albo eam adscripsit: in eius corporis translatione, quod multis miraculis claruit, plurimi Archiepiscoporum atque Episcoporum interfuere. De qua Chronica Augustana, Siffridus Presbiter libro 1. Epitom. anno 1201. Compilatio Chronologica, sub anno 1211 Bzouius. Tom 13. Annal. Eccles ad annum 1202. §. 22. Odoricus Raynaldus. ibid. ad annum 1200. §. 44. Iacobus Gretzerus, de Diuis Bambergensibus. Bergomas, Baronius, VVion, &c. sup. ad 3. Martij. Idem VVion. lib. 4. ligni vitæ. cap 3. Mauroliclus Fœlix in suis Martyrologiis, hac die. Decretus, part 2. veræ viduæ.

QVARTO NONAS AVGVSTI.

NICEÆ in Bithynia, Passio Sanctæ [a] Theodotæ: quam Nicetius Consularis Bithyniæ, ob Christi Confessionem, fecit igne consumi. Tagastæ, in Africa, Natalis Sanctæ [b] Perpetuæ Virginis, Viduæ, Beati Augustini sororis: quæ ob summam eius prudentiam ac virtutem, præfecta Virginum Monasterio, vitæ Sanctimonia, & regulari obseruantia cunctis illuxit. Mediolani, Beatæ [c] Angelæ, Gabrielæ Virginis Clarissæ: patientia & vitæ perfectione spectabilis. Martianis, in Hannonia, Diœcesis Attrebatensis, Repositio corporis Sanctæ [d] Rictrudis Abbatissæ. Eodem die, Consecratio Basilicæ Sanctæ [e] Mariæ de Portiuncula, seu de Angelis prope, Assisium, in Vmbria, in qua Seraphicus Pater sanctus Franciscus obtinuit à Deo, Beatissimæ semper Virginis Mariæ, Deiparæ precibus, maximam, eamque plenariam Indulgentiam, hac die, in perpetuum à fidelibus populis lucrandam.

AVGVSTI II.

§. 1. SAncta Theodota Martyr. [a]] Matrona extitit, cùm corporis animique admiranda pulchritudine ornatissima, tum religione & fide, in Deum præstantissima, e Ciuitate Nicæa Bithyniæ oriunda. Quæ propter constantissimam Christi Confessionem, simul cum tribus liberis, in fornacem ardentem iniecta,

lęta

læta migrauit in cœlũ, in cuius honorem nobile templum erexit Iustinianus in Suburbiis Cõstãtinopolit. teste Procopio, lib. 1 de ædificiis præfati Imperator. Agunt de ea Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal Ecclesi. ad annum Christi 303. Vincentius Beluacens. lib. 12. speculi Historial. cap. 65. Petrus de natalibus lib 7. Catalog. SS. cap. 14. Monbritius, Surius cap. 19. Lippelous, &c. in actis S. Anastasiæ Martyris ad 25. Decembris, Ferrarius in Catalogo Sanctor & in noua Topographia ad Martyrologium Roman verb *Nicæa* hac die, & Vacquerius in Enchiridio benè morientium. At Metaphrastes, & Græci in Menologio ad 29. iulii. Simon Martinus hac die. *Theodoram* vocans. Decretus part. 2. veræ viduæ.

§. 2. S. *Perpetua Virgin Vidua*[b]] Iuncta matrimonio, eo in statu integritatem seruauit, & vidua facta, præposita fuit Monasterio Ancillarum Dei apud Tagastam, Deo seruiens multo tempore, in omni castitate religione, & vitę sanctitate, miraculis clara. Ita S. Augustinus Epistol. 109. Possidonius cap. 26. vitæ D. Augustin. Hieronymus Seripandus in Epitome Chronic. Ordin. Augustian. Simplicianus, part. 1. Histor. eiusdem Ordin. in vita S. Augustini, & part. 2. in vita SS. Monicę & Perpetuæ, Marcus Antoninus Sabellicus, in Rapsodia, vocat eam Virginem, illamque refert inter SS. istius Ordin. colitur festum de ea in Vmbria, die hac 2. Augusti. Grisius de clericis Regolaribus. sect. 10. §. 6.

§. 3. *B. Gabriela Virgin.*[c]] Huic perfectissimę sanctæ Claræ sectatrici persecutiones & molestias sibi illatas fastidienti Christus crucem baiulans apparuit, persuasitque vt illas suam patienter perferret. Agit de ea Martyrologium Franciscanum hac die. Annotationes ad illud. V Vadinghus. Tom. 5. Annal. Minor. ad annum 1448. §. 43. ex monumentis mss. Monasterii de *Vedano* quod est 1. Prouinciæ Mediolanens.

§. 4. *Repositio S. Rictrud. Abbatiss.*[d]] Illius meminerunt Gallia Christiana, in Archiepiscopo 51. Remensi, Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, & Bozelinus lib. 1. Gallo-Flandriæ, cap. 41. ex Authore Anonymo lib. 2. miracul. S. Rictrudis, capite 33. in hunc modum. *Vasculo igitur, cum magno auri & argenti apparatu, consummato, D Henricus, venerabilis Remorum Archiepiscopus venerat in Flandriam. Hic 4. Nonas Augusti, anno verbi Incarnati 1164. Archiepiscopatus autem sui tertio, ad nos diuertit: & annuens Ioannis Abbatis, & totius Ecclesiæ precibus, sic eodem die, B. Rictrudis Reliquias, manibus suis, de veteri vasculo assumptas, in nouum, cum tremore & reuerentia collocauit. Aderant clerici, virorum ac mulierum infinita multitudo: alii sequentes ipsum, vtpote virum tantæ dignitatis, & Ludouici Regis Francorum Germanum fratrem: Alii vt illam sacri corporis Translationem præsentes intuerentur: sed & Andreas, Attrebatensis Episcopus, cum clero suo, & vicinis Abbatibus, ad hunc diem festum occurrere festinans: cum quibus celebri monachorum astante conuentu, per omnia, vt decuit, solemniter & deuotè res est acta* Completa est autem hæc celebritas præsentibus Abbatibus, Martino S. Vedasti, Folcone Hasnoniensi, Vvaltero Bergensi, Balduino Yprensi, & Henrico S. Quintini Beluacens.

§. 5. *Consecratio Basilicæ S. Mariæ, &c.* Hæc est prima Minoritarum sedes. Hic cum primis sociis sedem fixit S. Franciscus; in eaque non parum Ordo suus profecit, Eam omnes per vniuersum orbem dispersi Franciscani, tum ob Antiquitatẽ, tum ob eximiam ingentium fratrũ qui in ea vixerunt, Sanctimoniam primæuam fatentur, & summo dignam honore venerantur. Eam magnoperè coluit D. Franciscus, in eaque post conuersionem quascumque moras pertraxit, & diem clausit extremum, ac moriens nihil aliud sollicitius fratribus commendauit, Varias autem sortita est nomenclaturas. Aliquando *S. Maria Assisii* appellatur: à frequenti visitatione & fauore B. Mariæ Virginis in ea factis: Assisij verò, à loco: vnico etenim milliari ab ea Vrbe distat. Nonnunquam *S. Maria Angelorum*, siue *de Angelis* nuncupatur, ob nimiam eorum cum Patriarcha S. Francisco, & sociis eius familiaritatem ac protectionem. Quandoque etiam *Portiuncula* nominatur: tum, quod vir Dei, nil aliud se appetiuisse, aut desiderasse multoties dixerit, præter illam terræ Portiunculam, tum ob alias rationes, quas latius explicant S. Bonauent. Legenda Gregor. 9. Pisan. & alii res Minoritanas prosequuti.

Verùm, quis huius sanctæ domus prærogatiuas referre valeret? in ea namque Seraphicus Pater S. Franciscus, suauissimo Christi Saluatori nostri, eiusque purissimæ matris colloquio sæpius dignatus est perfrui: præcipuè verò, quando summam illam maximamque cunctorum Indulgentiam plenariam, omnibus ipsam ritè dispositèque accedentibus ab ipsomet Christo Domino, (opera eiusdem piissimæ Deiparæ Virginis) impetrauit anno 1215. circa mensem Octobris: ea tamen lege, vt eius Vicarium (qui tunc Perosiæ morabatur) scilicet Honorium 3. Pap. adiret, ab eoque, suo nomine, præfatam Indulgentiam peteret: quod vir sanctus mox opere compleuit, & summus Pontifex piis eius votis benignè annuit. In his autem omnibus non fuerat adhuc dies destinatus, in quo fideles participes esse possent tanti beneficii. Expectauit vir sanctus, vt qui tantarum erat Author gratiarum, ipse esset & dispensator, & quo die eas vellet distribui, palam manifestaret, vti accidit anno 1221. mense Ianuario, dum ab Angelis inuitatus, hanc sacram ædem, media nocte ingressus est. Illic etenim videns Christum Dominum, cum Virgine Matre, & multa Angelorum frequentia stantem: procidit in terram, humiliter adorans, & petens sibi diem indici, quo Indulgentia à se concessa locrari posset: cui Christus respondit, *Volo sit dies illa, in qua Petrus Apostolus meus fuit à vinculis absolutus*, igitur altera die D. Franciscus Romam perrexit, & summo Pontifici Honorio 3. cuncta per ordinem retulit, ipsum obnixè deprecans, quatenus confirmare dignaretur, eam Indulgentię diem lucrandæ, quam sibi Christus determinauerat. Acquieuit tandem Pontifex: scripsitque ad Episcopos Assisiatens. Perusinum, Tudertinum, Spoletanum: Fulginatens. Nocerinum & Eugubinum, vt ad Calendas Augusti omnes ad prædictam ædem conuenirent, quam ritu consecrationis dedicarent: & solemniter Indulgentiam hanc plenariam & perpetuam publicarent lucrandam, quolibet anno à Vesperis primæ diei mensis Augusti, vsque ad Vesperas secundæ diei, dummodò contriti & confessi, ædem visitando intrarent. Ita rem hanc commemorant omnia antiqua Chronica Ordin. Minor. Pisanus, S. Antoninus. D. Bernardinus Senens. B. Brigitta, Martyrologium Roman. Venetiis impressũ anno 1509. & 1566. Franciscus Maurolicus, Ioannes Molanus in suis Martyrologiis. Item Martyrolog Franciscan. hac die, & Annotationes ad illud: vbi latè & copiosè ac dilucidè Authores referuntur omnes, & quicquid circa hæc expostulari possit. §. 6.

TERTIO NONAS AVGVSTI.

PHILIPPIS, in Macedonia, Sanctę, Lydiæ, purpurariæ, quæ prædicante ibidem Sancto Paulo Apostolo, prima omnium credidit Euangelio. Beroæ, in Syria, Sanctarum mulierum [b] Maranæ & Cyræ, quæ mirandis virtutibus excelluerunt. Apud Croylandense Angliæ Monasterium, Ordinis Benedictini, Commemoratio Sanctæ [c] Etheldrithæ, Virginis reclusæ, Offæ Merciorum Regis filiæ: rerum cælestium contemplatione, & ingenti vitæ Sanctimonia celebris. Bellalcazari in Territorio Cordubensi, Beatæ [d] Catharinæ à Sancto Gabriele Virginis Clarissæ: quæ post multiplicata religiosæ vitæ exempla, & virtutum merita accumulata, ad præmia in cælum euolauit. Florentię, Beatę [e] Laurentiæ Lorini, Virginis Dominicanæ: simplicitate, innocentia vitæ & patientia spectabilis. In Auernis Translatio Sanctæ [f] Flaminæ, Virginis & Martyris. Messanæ in Sicilia, Translatio Sanctę [g] Flauiæ, virginis & Martyris.

AVGVSTI III.

§. 1. *Sancta Lydia Purpuraria.* [a]] De ea Acta Apostolorum, cap. 16. Martyrologium Roman. hac die. Baronius, ibid in notis, & Tom. 1. Annal. Eccles. ad annum 51. D. Epiphanius. Hæres. 80. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Philippi.* Sic autem habetur act. 16. vers. 14. & seq. *Et quadam mulier, nomine Lydia Purpuraria, Ciuitatis Thyatirenorum, colens Deum, audiuit: cuius Dominus aperuit cor intendere his, quæ dicebantur à Paulo. Cum autem baptisata esset, & domus eius, deprecata est, dicens: si iudicastis me fidelem Domino esse, introite in domum meam, & manete: & coegit nos, &c.* ad quam rursus sanctus Paulus reuersus est post egressionem è carcere. Simon Martinus, hac die.

§. 2. SS. *Marana &c.* [b]] Memorantur in Martyrologio Roman. hac die. Baronius, ibid. in notis, & Ferrarius. sup. verb. *Berrhœa*, eadem die. At menæa Græca de his, ad 28. Februar. Harum præclaras res gestas, vt testis oculatus litteris consignauit, Theodoretus Episcopus Cyrrhensis, in Philotheo, siue Theophilo, cap 29. apud Rosweydum, lib. 9. de vitis Patrum, in notis, ibid. Ex quibus discimus, eas tolerantiæ certaminibus omnes alias sui sexus fœminas vicisse. His Patria quidem erat Berrhœa, patriæ autem genus insigne, educatio autem generi conueniens, sed his omnibus contemptis, cum exiguum quemdam locum ante Vrbem comprehendissent, & intra eum fuissent, luto & lapidibus ostium obstruxere: cùmque nec domum vel tugurium haberent, sub dio sua sponte vitam egerunt, in maxima rerum omnium penuria, velo contectæ oblongo, vigiliis, abstinentiis, ieiuniis, orationibus, & meditationibus, ac peregrinationibus addictæ, cum magna sanctitatis fama. ad annum 450.

§. 3. *S. Etheldritha Virgin.* [c]] Dicta etiam reperitur, *Alfreda*, seu *Alfrida*: quæ terreno sponso recusato, Christo se consecrauit, & sumpto religioso habitu, ac professione emissa: quæ prius *Alfreda* dicebatur, deinceps in honorem S. Etheldrithæ, vocata est *Etheldrida*: seipsamque, pro Christi sponsi sui amore, in australi parte Ecclesiæ Monasterii Croylandensis, contra maius altare, in quadam cella recludens, vitam duxit sanctissimam ab anno 795. ac demùm corona Virginitatis, & bonorum operum mercede, donata est in cælis, post obitum. Scribunt de ea Capgrauius in Legenda SS. Anglor. Polydorus, libro 4. Histor. Ingulphus in Historia Abbatiæ Croylandens. Harpsfeldius in Histor. Eccles. Anglic. sæcul. 8. cap. 20. Wion. lib. 4. ligni vitæ, cap. 28. Stephanus Lusigniac. corona 4. cap. 9. Menardus in Martyrologio Benedictin. die sequenti, & lib. 2. obseruation. ad illud. Gononus, lib. 1. vitar. Patrum Occident. in vita eius. Eduardus Maihew. Tom. 2. Trophæor. Congregation. Anglic. Benedictinæ ad natales Sanctor. hac die.

B. Catharina Virgin. [d]] Miro feruebat amore in Deum: à quo vicissim tantoperè diligebatur, vt sæpius in oratione extasim passa, eleuaretur quoque à terra in altum. Floruit sanctitate apud Monasterium S. Claræ de columna, Bellalcazaris, quod est 1. Prouinciæ Angelorum. Iuxta Martyrolog. Franciscan. hac die, Annotation. ad illud, Daçam. part. 4. Chronic. Minor. libro 3. cap. 77. ex MSs. monimentis eiusdem loci. §. 4.

B. Laurentia Virgin. [e]] Anno 1561. die 17. Augusti habitum Dominicanum induit Florentiæ, in Monasterio S. Catharinæ Senens. quo virtutum præcipuarum exemplar, maximè autem obedientię, constantiæ, puritatis, simplicitatis, & patientiæ in graui infirmitate: qua tandem sanctissime decessit è vita, hac die, anno 1564. Teste Seraphino Razzio. part. 1. vitar. SS. ac BB. Ordin. Prædicator. Ioannes à sancta Maria ibid. part. 2. lib. 1. ibid. & Bosio Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 23. §. 5.

Translatio S. Flamina Virg. Martyr. [f]] Ita Saussayus in Martyrologio Gallicano. hac die, post Sauaronem lib. origin. Claromontan. §. 19. ex MS. Codice. §. 6.

Translatio S. Flauia Virgin. Martyr. [g]] Contigit huiusmodi inuentio, ac Translatio. hac die, an. 1588. quam copiosè describit Arnoldus VVion. in Martyrologio Benedictino, ex quo Ferrarius, in Catalogo generali SS. eadem die. Soror erat S. Placidi Martyris de quo 5. Octobris. §. 7.

PRIDIE

PRIDIE NONAS AVGVSTI.

IN Perside, [a] Sanctarum Martyrum Iæ, & sociarum: quæ sub. Sapore Rege, diuersis pœnis afflictæ, martyrium subierunt. Romæ, Sanctæ [b] Perpetuæ, quæ à Beato Petro Apostolo baptisata, Nazarium filium & Africanum virum, ad fidem Christi perduxit, & multa Sanctorum corpora Martyrum sepeliuit, ac tandem bonorum operum meritis cumulata, migrauit ad Dominum. Bononiæ, Beatæ [c] Cæciliæ, Virginis: quæ à Sancto Dominico edocta, & sui Ordinis habitum induta, miro spiritus feruore exarsit. Mantuæ, Beatæ [d] Paulæ de Monte Alto, Virginis Clarissæ, sanctitate & signis admirandis gloriosæ. Furnis, Iprensis Diœcesis, Translatio Sanctæ [e] VValburgæ, Virginis. Tuscaniæ, in Ethruria, commemoratio Sanctæ [f] Iustinæ Virginis & Martyris.

AVGVSTI IIII.

§. 1. S*Anctarum Mart. Iæ & sociar.* [a]] Has commmemorant Græci in eorum Menologio, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius, ibid. in notis. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Persis.* Huius nomine. S. Iæ Templum vetustate penè collapsum restituit Iustinianus Imperator; Teste Procopio, lib. 1. ædificior. eiusd. Imperator.

§. 2. *S. Perpetua* [b]] De ea tabulæ Ecclesʃ. Mediolanensʃ. Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. & Tom. Annal. Ecclesʃ. ad annum Christi 69. D. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 6. cap. 27. Narrantur res eius gestæ in Actis SS. Nazarii & Celsi, apud Monbritium, Surium, Lippeloum. &c. ad 28. Iulii, & 19. Iunii. Simon Martinus, hac die. Vidua dicitur, cuius corpus Mediolani esse creditur, inquit Ferrarius de SS. Italiæ. hac die.

†§. 3. *B. Cæcilia Virgin.* [c]] Patria Romana erat, præsensque interfuit, quando Vir sanctus Dominicus, Neapoleonem, Stephani, Cardinalis, Nepotem, apud S. Sixtum, Romæ suscitauit à mortuis: quapropter ipsum S. Patrem peculiari venerabatur deuotione: illius meminit vt testis oculatus Theodoricus de Appoldia, lib. 3. vitæ S. Dominici, Ordin. Prædicat. Institutor. cap. 7. *Soror Cæcilia* (inquit) *cum esset annorum septemdecim, prima è manibus S. Dominici habitum Ordinis accepit: eaque Bononiam translata, vt illic S. Agnetis Monasterium instauraret, ibid. etiamnum viuit, in senectute bona, & summa vita sanctitate* cui adstipulantur Seraphinus Razzius. part. 2. de vitis SS. ac BB. Ord. Prædicat. Sampayus in stemmate Ord. Prædicat. mortua anno 1290.

§. 4. *B. Paula Virg.* [d]] Huius præclaræ Heroinæ meminerunt Martyrolog. Franciscan. hac die. Annotationes ad ipsum: Gonzaga part. 2. origin. Seraphic. Religion. in Monasterio S. Luciæ Ordin. S. Claræ, Mantuæ, quod est 11. Prouinc. S. Antonii in Italia. Daça. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 31. Valerius. lib. 4. de SS. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 17. VVadinghus. Tom. 4. Annal. Minor. ad annum 1380. §. 31. quæ dùm viueret, omni pietate, omniquc sanctitate prædita, hac die obiit, anno 1514. miraculis refulgens.

§. 5. *Translatio S. VValburgæ Virgin.* [e]] Eleuata est & Sanctis adscripta, circa an. 870. per Otgarum, seu Odegerum Eystetensem Episcop. consensu Adriani 2. summi Pontif. & ex *Heydenheim*, vbi prima præfuerat Abbatissa, ad Eystetense Monasterium Transtulit: vbi adhuc hodie, ex eius corpore oleum, in subiectum argenteum vas miraculosè defluit, quod multis grauibus morbis medetur. Et hæc fuit 1. Translatio, de qua sup. 1. Maii. Porro, pars altera reliquiar. eiusdem sanctæ, exindè allata est, anno 870. per Baldoinum Ferreum, Flandriæ Comitem, & magno cum honore Furnis reposita, instituto ad id Monasterio Ordin. S. Benedicti, quod nunc est Canonic. Collegium. Hæc ex Molano, in Additionib. ad Vsuard. hac die, & in indiculo SS. Belgii, Surio, Lippeloo, ad 1. Maii. Saussayo in Martyrolog. Gallicana. 1. & 2. Maii, ac 4. Augusti quo peracta est, Furnis ista, 2. Translatio: nam de ea fuisse plures Translationes fatetur Eduardus Maihew sup. ad 1. Maii. Attamen Arnoldus VVion. in Martyrologio Benedict. ex Meyero, lib. 4. Annal. Fland. contendit huiusmodi Translationem fuisse factam, 1. Maii, anno 1109. citatque Molanum, qui tamen ea de re tacet: quapropter vltro postea fassus est peractam esse, hac die, in eod. suo Martyrolog. Molani sententiam secutus, Sanderus in Hagiologio Flandr. sic & Ferrarius ead. die, in Catalog. SS. & in additis ad Topographiam sup. verb. *Furna* Malbrancq. Tom. 1. de Morinis, lib. 4. cap. 60. & Tom. 2. lib. 6. cap. 23. & libro 8. cap. 80. ad annum 1089. quo hæc vltima facta est.

§. 6. *S. Iustina Martyr.* [f]] Hac die, ab Ecclesia Tuscaniensi, reliquias eius habente, colitur; Teste Ferrario in Catalogo generali Sanctor.

NONIS AVGVSTI.

ROMÆ in Exquilijs, Dedicatio Basilicæ Sanctæ [a] Mariæ ad Niues. Augustæ Vindelicorum, Natalis Sanctæ [b] Afræ, Martyris; quæ cùm esset pagana, per doctrinam Sancti Narcissi Episcopi, ad Christum conuersa, & cum omni domo sua baptisata, pro confessione Christi, igni tradita est. Eodem die, Sanctæ [c] Nonnæ, Matris Beati Gregorij Nazianzeni: fide, pietate, ac meritis præclaræ. Lubeci, in ora sinus Balthici, Memoria Sanctæ [d] Hildæ, Abbatissæ Benedictinæ; quæ die ac nocte Deo iugiter deseruiens, spiritum emisit ad cœlos. In Germania, Commemoratio Beatæ [e] Hildegundis Virginis Cistertiensis Ordinis. Podii-Bonitii in Hethruria, Beatæ [f] Bonnæ, viduæ, Tertiariæ Franciscanæ: quæ sanctis operibus vacans, fœliciter obdormiuit in Domino, atque miraculis claruit. Panormi in Sicilia, Beatæ [g] Marinæ à Sancto Georgio, Ordinis Minimorum; multis virtutibus & ingenti spiritus feruore conspicuæ.

AVGVSTI. V.

§. 1. *Dedicatio S. Mariæ ad Niues.* [a]] De ea solemnitate, eiusque institutionis causa, habetur mentio apud Martyrologium Roman. hac die, Baronium ibid. (Id autem euenit an. Christi 367.) Breuiarium Romanum & Molanum in Additionib. ad Vsuard. Petrum de Natalib. lib. 7. Catalog. SS. cap. 21. Lippelonm Tom. 3. ex Ioanne Maldonato. Renatum Benedictum, Ribadeneiram, &c. hac die. Sed peramplius Beyerlinck Tom. 2. Calendarij Virginis Mariæ.

§. 2. *S. Afra, Martyr.* [b]] Hæc S. Hilariæ, Martyris (de qua infra ad 12. August.) filia, Imperante Diocletiano Rhetiæ, in ciuitate Augustana, pro Christo, Martyrium constantissimè pertulit. Genere Cypria fuit, & veneris Deæ cultui dedita; sed cùm S. Narcissus inopinatò ad eam diuertisset, hospitalitatis causa, ab eo edocta, & conuersa, in Christum credidit, ac baptisata est. Postea verò extremo apposita supplicio, ob Christi fidem, & ad stipitem ligata, vt comburcretur, eleuans oculos ad cœlum, sic cùm lachrymis, orabat: *Domine Deus omnipotens, Iesu Christe, qui venisti vocare, non iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, cuius promissio vera est dicere, qua hora conuersus fuerit peccator à suis iniquitatibus, eadem hora te non rememoraturum peccatorum eius: accipe igitur in hac hora passionis meæ, pœnitentiam, & me per hunc ignem temporalem, qui corpori meo paratus est, ab illo igne aterno libera, qui animam & corpus simul exurit.* Igne quidem præfocata emisit Spiritum: sed corpus eius inuentum est integrum, & à Sancta Hilaria, matre eius sublatum, secundo ab vrbe milliario tumulatum est pro vt S. Vldaricus, Augustanus Episcopus ex reuelatione ipsius didicit: illicque Ecclesia. In eius honorem ædificata est. Agunt de ea, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die. Beda, die 7. Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. & Tom. 2. Annal. Eccles ad ann. 303. ac Tom. 10. ann. 955. Otho Frisingens. lib. 3. Chronic. cap. 45. Schedel sexta mundi ætate fol. 125. Vincentius Beluacens. lib. 7. Specul. Historiali. cap. 28. Petrus de Natalib. lib. 7. Catalog. SS. cap. 28. D. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 5. §. 18. Bergomas, de claris mulierib. cap. 112. Marcus Welserus, Surius, Lippelous, Vicelius, Villegas, Renatus Benedictus, de Voragine, &c. in vita eius, hac die, Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Augusta Rhetia.* in Catalogo Generali SS. hac die. Raderus Tom. 1. Bauariæ Sanctæ. Vide Acta S. Vldarici, Episcopi Augustani. Apud Surium 4. Iulij cap. 13. Vacquerius in Enchiridio benè morientium, hac die. Venantius Fortunatus lib. 4. vitæ S. Martini Episcopi contra omnium sententiam eam appellat Virginem. Non me latet, apud Ezechielem Prophetam cap. 33. vers. 12. legi, *in quacumque die conuersus peccator ab impietate sua, &c.* ipsa autem S. Afra, apud Surium §. 10. testatur non solùm in *quocumque die*: sed etiam, in quacumque *Hora*: sic D. Augustinus lib. meditation. cap. 5. item de vera & falsa pœnitentia cap. 17. Ioannes 8. Papa, Epistol. ad Episcopos sub Ludouici Regis Regnum constitutos, Apud Baronium Tom. 10. Annal. ad ann. 878. §. 34. Author. Chronic. Minor. part. 2. lib. 4. cap. 36. Poza lib. 3. Mortis Sanctæ cap. 5. Initio & alij.

§. 3. *S. Nonna.* [c]] Agunt de ea Martyrologiom Roman. hac die, Baronius ibid. In notis, & Tom. Annal. Eccles. ad ann. 362. §. 66. Ferrarius in noua Topographia sup. verb *Nazianzum.* Græci etiam in Menologio sed præcipuè S. Gregorius Nazianzenus, eius filius In oratione habita in funere patris sui: item in funere S. Cæsarij, fratris: & in obitu S. Gorgoniæ, Sororis. Itemque in carmine de Rebus suis; & de vita sua ad populum Constantinopolitanum. Acclamatur quippe, viræ fidei & pietatis magistra, cum Sara comparata, in propinquos liberalis, in pauperes munifica; eoius ingens spes, singularis pietas, nunquam cùm hæreticis comedit, Religionis dissidium non ferens; à Gentilium consuetudine abhorrens: filium ante ortum Deo consecrat: cuius in aduersis constantia magna, in fide sinceritas; & in patientia sedulitas. Quodnam orationis eius tempus: ecquis locus eam latuit? (nihil enim toto die erat, ad quod prius impelleretur) imnuo verò, quænam vnquam parem spem habuit fore, vt simul atque aliquid petiisset, statim, quod peteret, consequeretur? Quænam Sacerdotum manum vultumque ita verita est? Aut omne

Philosophiæ

Philoſophiæ genus coluit? Quænam ieiuniis & vigiliis carnem magis attenuauit.: aut diurnis ac nocturnis pſalmodiis columnæ inſter ſeipſam affixit? Quænam Virginitatem maiore in admiratione habuit, quamuis connubii vinculum ſuſtinens? Quænam Orphanis ac Viduis maiori præſidio fuit? Quænam lugentibus calamitates æque ſubleuauit? &c. eiuſmodi elogia quæ ſparſim legi poſſunt iis locis nuper à nobis citatis.

§. 4. *S. Hilda Abbatiſſa.* [e]] Dies Natalis eius agitur. Infra ad 17. Nouemb. hac die autem fit de ea commemoratio ſolemnis Lubeci in Holſatia teſte Ferrario ſup. in additis ad nouam Topographiam, verb. *Lubeca* & in Catalogo generali Sanctor. ex Martyrolog. Canisii & Trithemio, lib. 3. viror. illuſtr. Ordin. Benedict. cap. 121. fuitque Abbatiſſa *Streanheſaken*, in Anglia apud Dunelmum.

§. 5. *Hildegundis Virgin.* [f]] Iam de ea egimus, ſup. 20. April. nunc autem celebratur ipſius memoria ex Cæſario, lib. 4. miraculor. ſui temporis, cap. 50. Barnaba de Montalbo. Tom. 1. Chronic. Ciſtercienſ. Henriquez. in Menologio Ciſtercienſi hac die, & Manriquez Tom. 3. Annal. Ciſtercienſ. ad annum 1188. cap. 6. §. 12.

§ 6. *B. Benna vidua* [f]] Vxor fuit B. Lucheſii Tertiarii Franciſcani, cum quo ſanctiſſimè vixit: certabant inuicem de virtute acquirenda, donec fœlici exitu, eadem die curſum vitæ conſummarunt 28. Aprilis, circa annum 1242. ſimulque ſepulti ſunt in conuentu fratrum Minor. Montis Imperialis propè Podium Bonitium, in Tuſcia, vbi miraculis quamplurimis vterque claruit. Poſtea verò anno 1157. B. Bonæ Reliquiæ per quoſdam Alemannos indè ſublatæ, in Germaniam ſunt aſportatæ, occupato per Florentinos eo caſtro, quod ſuſpectum habebant: ſolumque remanſit in præfato Minoritico aſceterio, brachium ipſius, quod piè inibi aſſeruatur. De ea agunt Martyrologium Franciſcan. hac die, Annotationes ad illud. ex Mariano, lib. 2. cap. 23. Vlyſſiponenſi part. 1. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 25. & part. 2. lib. 2 cap. 50. & 51. Gonzaga. part. 1. origin. Seraphic. Religion. in BB Fœmin. Tertii Ordin. Bzouio Tom. 18. Annal. Eccleſ. ad annum 1494. §. 42. VVadingho. Tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1221. §. 14. & 15. item anno 1242. §. 12. ac Tom. 2. anno 1257. §. 8. & aliis.

§ 7. *B. Marinæ.* [h]] Prius Ordinis Benedictini alumna extiterat apud Cœnobium S. Ioannis Rillonis, ex quo, authoritate Archiepiſcopi Panormitani, extracta vnà cum aliis initium dedit, fundauitque in Vrbe Monaſterium nouum Virginum Ordinis S. Franciſci de Paula, ſub Titulo ſeptem Angelorum aſſumpto iſtius Inſtituti habitu, anno 1532 in quo ſic ſanctè vixit, vt nullo tempore labe peccati mortalis ſe inquinatam vnquam ſenſerit: virtutibus quamplurimis animam ſuam, vt Chriſto ſponſo placeret, exornauit: charitate, humilitate, patientia, ſed maximè oratione & pœnitentia refulgebat Corpus verò cilicio ac diſciplinis & operibus mortificationis exercebat, necnon infirmitatibus quibus per 40. annos afflicta fuit, illud ſua patientia ſpiritui ſubiiciebat: quouſque animam Deo reddidit, hac die anno 1595. iuxta Ludouicum Dony-Attichium, lib. 6. Hiſtor. general. Ordin. Minimor. in ea, ex multis illius loci MSs monimentis.

OCTAVO IDVS AVGVSTI.

ROMÆ, Beatæ [a] Stephaniæ, matronæ clariſſimæ vita & virtutibus inſignis. Apud Biburgum Bauariæ Abuſinæ oppidum, Diœceſis Ratiſponenſis, Beatæ [b] Berthæ Biburgenſis Abbatiſſę Ordinis Benedictini, quæ collectis meritorum vberrimis manipulis, ad cœli gaudia feſtina concurrit. In Brabantia Beatæ [c] Anonymæ recluſæ, vitæ auſteritate, ac dono orationis & abſtinentiæ celebris. Bononię, Beatæ [d] Paulæ Brunettæ ordinis Dominicani ſanctimonialis, puritate, animi candore, & pietate laudabilis. Bellalcazari, in Territorio Cordubenſi, Beatæ Franciſcæ à ſancta Clara, Abbatiſſæ Clariſſæ: humilitate, & patientia ſpectabilis.

AVGVSTI VI.

§. 1 BEata Stephaniæ [a]] Hæc eſt illa celeberrima matrona, ſanctis moribus viduitatis &, generis ſplendore, quam mirificè laudat B. Ennodius Ticinenſis Epiſcopus circa annum 500. lib. 10. Epiſtol. 4. & lib. 11. Epiſtol. 20. & 23. ad eam ſcribens, illiusque adhuc meminit lib. 9. Epiſtol. 10. & lib. 12. Epiſtol. 7. *In hunc modum, iam ſi matronam delectat addita, habetis Dominam Barbaram, Romani florem generis, &c. Eſt illic etiam Stephania, ſplendidiſſimum Catholicæ lumen Eccleſiæ, cuius Natales ita maiore luce fuſcantur, ſi mores intelligas, ac ſi facem mundi oculus ſol obumbret, ſi ingenua conuerſationis radios ſeponas plus eius ſanguine nil lucebit.*

§. 2 *Beata Berthæ,* [b]] Obiit, cœlumque inuecta eſt, anno 1151. De qua Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, hac die, ex tabulis & monumentis Eccleſiæ Biburgenſis, Ioannes Auentinus in Annalibus Boior. Raderus Tomo primo Bauariæ ſanctæ, In ea.

§. 3 *Beata Anonymæ recluſa.* [c]] Filia fuit viri pauperrimi: & cum puella nodum ſeptennis eſſet, miro interius feruore ſpiritus trahebatur: ſed & ope B. Virginis Deiparæ legere accuratè didicit. Quod vt viderunt honeſtæ ac diuites matronæ ipſius parochiæ, emerunt puellæ Pſalterium: & ſubſequenti tempore, cùm eam in Chriſti alacrem cernerent &

Tract. 1. de illustrib. Fœmin. eiusdem Ordin. Pingonius in arbore Gentilitia Sabaudiæ domus, num. 199. Foderetus in descriptione Monasterii Clarissar. Euianiacens. pag. 86 & 87. & seq. Abbauillæus Capucinus in Historia Chronolog. vitæ vitæ B. Colectæ Virgin. stato 5. lib. 5. cap. 18. Ioseph de pisa, part 3. Histor. Arrusican. cancip. in Ludouico Benedicto 18. Principe, pag 130.

§. 4. *Translatio S. Euphemiæ Virgin. Martyr.* [e]] Post multa annorum curricula, anno videlicet 1153. in loco vbi S. Euphemia passa ac sepulta fuerat, innocens puella pastoritiam exercens artem, vidit inter sata manum S. Euphemiæ. annulo pulcherrimo exornatam quo apprehenso, subitò loquelam amisit; sed ad Patrem suum cum rediret, & signis vtcumque quid sibi accidisset innueret: itum est ad manum Virginis, & restituuntur simul annulus & loquela. Audita est autem vox de cælo: *Hic iacet corpus S. Euphemiæ cura* igitur statim vt hinc educatur & sepeliatur in Ecclesia S. Marinæ, quæ in proximo erat. Obsecutus ille voci Angeli quæ sibi iussa fuerant exequitur inde verò quod aliis cælitùs fuerat denegatum, Petrus Seguinus, Auriensis Episcopus, impetrauit precibus magnis & ieiuniis, & in suam Ecclesiam Cathedralem corpus S. Euphemiæ transtulit, atque in capella quadam ad maioris dexteram sita, in deaurato sarcophago, sub Crate ferrea collocauit: cum hac Epigraphe. *S. Euphemia Virgo Martyr.* celebratur eius Translationis festum, hac die: vt testantur Ioannes Marieta lib. 2. de SS. Hispan. Ferrarius in Catalog. generali SS. ead. die Trugillus in Thesauro Concionator. sub 16. Septemb. Biuarius in Commentar. ad Flauii Lucii Dextri Pseudochronicon. sub anno 118. § 7. cuius historiam ipse Petrus Seguinus, & Alphonsus, eius Successor, litteris commendarunt posteritati & in lectionib. Breuiarii proprii recensetur, cum multis aliis miraculis.

Inuentio ac Translatio B. Mafaldæ Regin. [f]] Peracta est huiusmodi solemnitas anno 1617. hac die, ex mandato Philippi 2. Regis Hispaniarum per illustrissimum D. Martinum - Alphonsum *Mexia* Lamecensem Episcopum, vti scribunt Antonius Vasconcellus in Sancio 1. Lusitanor. Rege & in descriptione Regni Lusitani, vbi de fœmin. sanctitate illustribus §. 9. & Henriquez in Menologio Cistertiens. hac die visebatur quippe integrum eius corpus, cùm tamen nullo fuisset vnguentariæ artis subsidio delibutum: facies carne sic viuido ac florido, ac si ead. ipsa hora viuere desiisset. Aliquot in partibus corporis nil carnis, sed ossium tantummodo aliquid apparebat. Igitur occluso itidem loculo, quam potuit fieri maxima fidelium pompa sanctissimæ Reginæ corpus in commodiorem locũ translatum est. Neque verò pauca diuinæ virtutis, & Reginæ sanctitatis miracula, præsente Episc. patrata sunt: quæ omnia ibidem sua testiumque autoritate confirmata, ad Catholicum Regem remisit. &c. §. 5.

SEXTO IDVS AVGVSTI.

IN Anglia Passio, Beatæ [a] Gertrudis, Marchionissæ Oxoniensis, Martyris: quæ ab Hæreticis ob Catholicæ Religionis constantiam, necata est. Treuiris, Sanctæ [b] Agapæ Virginis. Apud Lothariam, in Brabantiæ partibus, Beatæ [c] Anonymæ Ordinis Cistertiensis, quæ plena diuinis charismatibus, iam cæli gaudia prægustabat. Pliniaci, in Territorio Vesuntino, Beatæ [d] Claudiæ à Corceyo Virginis Clarissæ, primæ illius Monasterii Abbatissæ: multarum prærogatiua virtutum celebris. In Aruernia, Beatæ [e] Adelthidis viduæ, quæ pro Christo pauper effecta, Thesaurum non deficientem sibi parauit in cælis. Tarasci, in Gallia Narbonensi, Translatio capitis Sanctæ [f] Marthæ Virginis, sororis Beatæ Mariæ Magdalenæ.

AVGVSTI VIII.

§. 1. BEata *Gertrudis Martyris* [a]] De hac illustri Heroina scribunt Arnoldus Hauensius in speculo hæreticæ crudelitatis cap. 24. Bosius Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 22. Hilarion à Costa lib. 1. Histor. Catholic. sæcul. 16 pag. 170.

§. 2. *S. Agapæ Virgin.* [b] Ita Petrus de Natalibus libro 11. Catalog. SS. cap. vltim. §. 211. & Molanus in Additionib. ad Vsuard. hac die: excepto quod Treuirim minimè apponunt: eam autem quieuisse in pace asserit ipse Exquilinus, quam tamen facit Martyr. Saussayus in supplemento Martyrolog. Gallicaui ijs verbis *Treuiris Natalis S. Agapæ Virginis & Martyris sub Maximiano laureata:* post Ferrarium in Catalogo generali Sanctor. hac die, ex Maurolico & Gallesinio, Virginem illam fuisse asserentibus.

§. 3. *B. Anonymæ Sanctimonialis* [c]] Apud Lothariam, vulgò *Lotreich* quæ pars est Brabantiæ, vitam duxit admirandam, hæc nobilissima mulier, postea Sanctimonialis Ordinis Cistertiens. cuius meminit B. Thomas Cantipratanus, tùm lib. 3. vitæ B Mariæ Ogniacens. cap. 16. tùmque lib. 2. Apum cap. 41. §. 3. *In Brabantia partibus* (inquit) *Monialem vidi, quæ vbi aliquid de iucunditate æterna, & cælestibus gaudiis audiebat, rapiebatur in spiritu: & cùm ad horam paululùm quieuisset, incandescebat vultu & clausis oculis, tam miris vocibus iubilum emittebat, vt nullum melos* §. 5 *musicum posset eius dulcedini comparari. Et quidem sonus nulla articulata voce penitus promebatur. sed inter pectus & guttur harmonia illa mirabilis resonabat.* Colvenerius ibid. in notis.

B Claudiæ Virgin. [d]] Comes & socia intima fuerat §. 4. beatæ Colettæ, Virginis, a qua instituta est prima Abbatissa Monasterii Polniacensis circa annum 1420 quod maxima prudentia & admirabili vitæ sanctitate

§. 2. SS. *Mariæ Patriciæ &c. Martyr.* [b]] Agunt de his Menologium Græcor. & Martyrologium Roman. hac.die. Baronius, ibid. in notis, & Tom. 9. Annal Eccleſ. ad annum 726. §. 13. Ferrarius in noua Topographia ad Roman. Martyrolog. verb. *Conſtantinopolis* Arnoldus Hauenſius in ſpeculo hæretic. crudelitatis, cap. 19. Raderus in aula ſancta. hac die, poſt S. Ioannem Damaſcenum.

§. 3. *S. Flauia Domitilla matrona.* [c]] Vxor fuit. S. Flauii Clementis Conſulis, poſtea Martyris, iuſſu Domitiani Imperatoris, illius verò Imperator. Neptis: quam ipſe Pandatariam, in Puteolano ſinu, Inſulam, Chriſtianæ religionis cauſa relegauit: vbi ærumnis confecta, ſanctiſſimè quieuit in Domino Vti teſtantur Dio Caſſius in Domitiano. Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. ſub 7. Maii, & Tom. 1. Annal. Eccleſ. ad an. 9.. §. 4. Gallonius de Virginib. Romanis.

§. 4. *S. Luliæ Virgin.* [d]) Hæc cum eſſet ancilla, à vana conuerſatione ſæculi, ad Dominum conuerſa eſt. & cœnobium Virginum ingreſſa, diſcipula extitit S. Gertrudis de *Oeſten* (de qua ſup. ad 6. Ianuar.) admiranda virtutum varietate decorata: quæ inſuper Deo deuota & ſpiritu ſancto plena, multa prædixit. De qua Rayſſi in auctario ad Natales SS. Belgii Molani, poſt Surium. Tom. 1. in vita S. Gertrudis Virginis præfatæ, cap. 2. & 6. Bzouium. Tom. 14. Annal. Eccleſ. ibid. ad annum 1340 §. 25. & ſeq. Griſius de Clericis regularibus ſect. 15. §. 12.

B. Vtracæ Abbatiſſ. [e]] Ex nobili familia de *Sarmiento* oriunda Religioni monaſticæ omninò addicta, & virtutibus omnibus adornata, regularis diſciplinæ verè ſpeculum euaſit: ſanctiſque moribus, cunctis ſibi ſubditis inſigniter refulſit, vide Philippum Seguinum lib. 1. Sanctor. Ordin. Ciſtercienſ. cap. 129. in ea. Henriquez in Menologio Ciſtercienſ. hac dic. §. 5.

B. Annæ Virgin. [f]] Socia fuit B. Agnetis *à Deo*, Abbatiſſæ: quæ ſimul ex Inſula Lignorum (Hiſpanicè *Madera* vocatur) Vlyſſiponem profectæ ſunt, vt inibi Monaſterium nouiter extructum, atque Virgini Deiparæ, Vulgò Dominæ noſtræ de *Spe*, dicatum regerent, moribuſque optimis inſtruerent anno 1536. Conſtat autem B. Annam à *Conceptione*, nobilem quidem fuiſſe Natalibus, ſed multò nobiliorem virtutibus: quæ licet in ipſa iuuenta, nempe anno ſuæ ætatis 28 deceſſerit, fœliciſſimum tamen ſeniorum curſum conſummauit. Vniuerſa ſiquidem eius actio quoad ſibi vita Comes fuit: perpetua oratio. abſtinentia ac denique pœnitentia extitit. Illius meminerunt Martyrolog. Franciſcan. hac die. Gonzaga part. 3. ſup. io præfato Monaſterio de *Spe*, quod eſt 2. Prouinciæ Portugall. Barrezus part. 4. Chronic Minor. lib 1. cap. 60 Valerius, lib. 4. de BB. Fœminis eiuſdem Ordin. cap. 12. §. 6.

QVARTO IDVS AVGVSTI.

BERGOMI, Sanctæ [a] Aſteriæ Virginis & Martyris, in perſecutione Diocletiani & Maximiani Imperatorum. Carthagine, ſanctarum [b] Virginum & Martyrum, Baſſæ, Paulæ, & Agathonicæ: quæ duplicem lauream ſunt adeptæ. Bituricis, Sanctæ [c] Euphraſiæ Virginis, primæ Abbatiſſæ Monaſterii ſancti Laurentii Ordinis Benedictini, Regum Francorum alto ſtemmate & virtutum Sanctimonia illuſtriſſimæ. Piſtorii, Beatæ [d] Thianæ de Imbarcatis Virginis, tertii Ordinis Seruitarum, quæ iugi carnis maceratione, & exercitio perfectionis viam ſibi parauit in cœlum. Mediolani, Beatæ [e] Lauræ fœlicis de Saulis, Virginis Clariſſæ: quæ religione, pietate & monaſticis Inſtitutis floruit.

AVGVSTI X.

§. 1. SAnctæ *Aſteriæ Virg. Martyr.* [a]] Deea Martyrologium Roman. hac die Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccleſ. ad annum 303. Galeſinus, ex tabulis Eccleſiæ Bergomenſ. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Bergomum*. At Bergomi, die ſequenti, vti vult idem Ferrarius in SS. Italiæ, & in Catalogo generali Sanctor. à quo *Heſteria* nominatur, ſocia S. Gratæ Virg. & Martyr. de qua ſup. 1. Maii. ex Annal. Vrbis Bergomenſis. Corpus S Aſteriæ diu ſub ara S. Alexandri Martyr. manſit, donec à Roberto Bongo Epiſcopo Bergomat. in SS. Proiecti, Ioannis & Iacobi ſepulchrum tranſlatum eſt.

§. 2. *SS. Baſſæ, &c. Virg. Martyr.* [b]] Agunt de his Græci in Menologio ad diem 23. Iunii, vbi referunt quod cùm Romam profectæ adeſſent nobili martyrio S. Virginis Agrippinæ ſub Diocletiano agonizauit, corpus eius clam ſuſceptum, in Siciliam tranſtulerunt, vbi multis poſtmodum claruit miraculis. Indè tamen in Africam transfretantes ipſæ quoque cùm eſſent Carthagine, martyrii palmas adeptæ ſunt: vti referunt Martyrologium Romanum, hac die. Baronius ibid. in notis.. & Ferrarius ſup. in noua Topographia. verb. *Carthago* in Africa, non autem in Hiſpania, vti perperam habet Biuarius Commentar. in Flauii Lucii Dextri ad Pſeudochronicon. ad annum 308. §. 5.

B. Euphraſiæ Virg. Abbatiſſ. [c]] Hæc Virgo regia prima extitit Abbatiſſa, Parthenonæ S. Laurentii, quam in Vrbe Bituricenſi, in eius gratiam fundauit, pius eius genitor S. Carolus magnus, Imperator: auxit verò B. Ludouicus Pius Rex & Imperator, filius ipſius, ita Sauſſayus in Appendice ad Martyrologium Gallicanum. Gallia Chriſtiana in Bituricenſi 40. Archiepiſcopo, & in Abbatiis, poſt Aymonium, lib. 5. de Geſtis Francor. cap. 8. San-marthani, lib. 7. Hiſtor. Domus Franc. cap. 2. §. 3.

B. Thianæ Virg. [d]] Pictorienſis erat Patria, in §. 4.

Tuſcia: quę poſtquam diutiſſimè in arctiori vitæ conſuetudine Virgo pemanſiſſet, anno 1393. deceſſit è vita, & cum cilicio ac ferreo cingulo quod in vtroque femore, ex diuturno vſu, infra carnem ſe abdiderat, non ſine magna ſororum admiratione, dùm eius corpus curarent, reperta fuit: quis non miraretur in tenero Virgineoque corpore, huiuſmodi innocentię ac ſanctitatis ſigna? Vide Archangelum Gianium part. 1. Annal. Seruitar. centur. 2. lib. 3. cap. 15 ex monumentis pii viri Nicolai de Piſtorio.

B. Laura Fœlicis Virgin. Hęc omni genere virtutum prędita, floruit apud monaſterium de Ieſu, Mediolani, (quod eſt a. Prouinciæ Mediolanenſ.) quæ carnis ergaſtulo ſoluta, anno 1585. ad aſtra migrauit, ibique ſepulta eſt, ſic martyrologium Franciſcan. hac die, & Annotationes ad illud. Gonzaga, part.. 2. Origin. Seraphic. Religion. In eodem Monaſterio, Barrezaus part. 4. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 47. Wadinghus Tom. 6. Annal. Minor. ad annum 1456. §. 260.

TERTIO IDVS AVGV TI.

APVD Ebroicam Ciuitatem, Natalis Sanctæ Euticiæ, Martyris, Matris Sancti Taurini Epiſcopi: quæ pro Chriſti nomine ſub Licinio eiuſdem Vrbis Præfecto, ſanguinem fudit. Ibidem Sanctæ Leonillæ, Martyris. Romæ Sanctæ Suſannæ Virginis, quæ cùm eſſet nobili proſapia orta & beati Caii ſummi pontificis neptis, martyrii palmam, tempore Diocletiani, capitis obtruncatione promeruit. Amaſeę. Sanctarum Niceæ & Aquilinæ Martyrum. Tuderti Sanctæ Dignæ Virginis. Arelate, memoria Sanctæ Ruſticulæ, Virginis Abbatiſſæ præclarę. Eodem die Sanctę Gertrudis Virginis recluſæ, vita & rerum cęleſtium contemplatione inſignis.

AVGVSTI XI.

S*ancta Euticia Martyr.* [a]) Sex annis antequam S. Taurinus Ebroicas aduenisſet, matrem eius Euticiam, piiſſimam Chriſti cultricem, Licinius illius
§. 8. Vrbis Præfectus propter Chriſti confeſſionem occidi iuſſerat: cuius corpus ibid, poſtea S. Taurinus eius filius re cognita honorificè ſepeliuit, in oratorio à ſe eſtructo, circa annum Chriſti 100. Ordericus vitalis, lib. 5. Eccleſ. Hiſtor. ad annum 1080. pag. 256. Beluacenſ. lib. 10. ſpecul. Hiſtorial. cap. 76. & 78. D. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 7. cap. 5. §. 2. Sauſſayus in Martyrologio Gallican. hac die.

S. Leonilla Martyr. [b]] Vxor erat præfati Licinii apud eamdem Ebroicam Vrbem Præfecti, quæ ſimul cum eo conuerſa ad Chriſtum, per ipſum S. Tauri-
§. 2. num Epiſc. poſtea pro Chriſti nomine, ambo gloriæ coronam ſunt adepti, ita Vincentius Beluacenſ. ſup. cap. 76. 77. & 78. D. Antoninus ſup. Petrus de Natalib. lib. 7. Catalog. Sanctor. cap. 50.

S. Suſanna Virg. Martyr. [c]] Eximia corporis & animi pulchritudine pollebat, necnon artium aut vulgarium cognitione excellēter erat inſtructa, quam
§. 3. Diocletianus Imperator, filio ſuo adoptiuo Galerio Maximiano, Cæſari, propter raram quæ in Virg. relucebat prudentiam, coniugē poſtulabat. Quod cùm conſtanter recuſaſſet, & chriſtianæ religionis nomine detenta fuiſſet: ad vltimum gladio necatur: cuius ſacrum corpus collegit Serena Auguſta noctu, & manibus ſuis curauit linteo & aromatibus inuolui ac conditum in arenario, in crypta apud S. Alexandrum 3. Idus Auguſti ſepeliuit. Velum autem quo ſacrum cruorem deterſit, apud ſe in theca argentea retinuit, & diu noctuque furtiuis orationibus ſedula ibid. incubuit, Hæc referunt Beda, Vſuardus, Ado, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius ibid. in notis & Tom. 2. Annal. eccleſ. ad an. Chriſti 294. Molanus in Additionibus & Annotationibus ad Vſuard. Ferrarius in SS. Italiæ & in noua Topographia ad Martyrolog Roman. verb. *Roma*. Bergomas lib. 8. ſupplementi Chronic. ad an. Chriſti 305. Monbritius, Surius, Lippelous, Foderetus, Simon Martinus, Renatus Benedictus, Ribadeneira & alii hac die, in vita eius, Petrus de Natalib. ſup. cap. 49. Romæ titulus S. Suſannæ in Quirinali hactenus perſeuerat, (cuius mentio habetur in Conſilio 1. Romano, & Gregorio in Regeſto lib. 9 Epiſtol. 11. qui & ſacrarum Virgin. Monaſterio S. Bernardi auctus ab eminentiſſimo Cardinali Hieronymo Ruſtioucceio, reſtitutus ornatuſque eſt. Eius ſacrum corpus dono accepit à Paulo 5. Papa, Dominus, Dux Aliucurius, Ambaſciator Regis Franc. quod Roma Lugdunum allatum dedit PP. Ieſuitis anno. 1611. die 10 Febr. Vti ſcribit Iaulnayus de vita & miracul. S Reguli, ſub Epiſc. 5. Syluanectenſ. pag. 13. Pancirola in theſauro Vrbis Romæ Regione 5. Eccleſia 2. Schedel 6. mundi ætate fol. 127. Gallonius de Virgin. Roman.

S. Digna Virg. [d]) Memoratur in Martyrologio Romano, hac die, Baronio ibid. in notis Ferrarius ſup. in noua Topographia verb. *Tudertum* (ex tabulis Eccleſ. Tudertinæ) & in SS. Italiæ, cuius corpus extat in baſilica ſancti Fortunati.

S. Ruſticula Virg. [e]) Ita Sauſſayus in ſupplemento Martyrologii Gallicani, hac die: quapropter de ea commmenorationem fieri ob beneficia cœlitùs, ad eius intercesſionē, accepta: vel tranſlationē celebrari, cùm inferius ad 16. Auguſti dies Natalis ipſius agatur. §. 5.

S. Gertrudis Virg. [f]) Præclara ſanctitate emicuit inter alias inſignes ac nobiles Virg. quę ſub diſcipulatu B. Vdegebæ vitā duxerunt admirandam: & hac die ex hoc ſæcul. properauit ad immarceſſibilem vitæ æternæ coronā. Vti ſcribit Gononus lib. 2. vitar. Patrum Occident. in ea, poſt Trithemium de viris illuſtribus Ordin. Benedict. VVion. &c.

SS Nicea, &c. Martyr. [d]) In perſecutione Ma- §. 9.
ximini Imperat. S. Rufino cum Cæſidio filio in carcere concluſo. Niceæ & Aquilinæ meretricum ac ſagarum machinas fraudis admouit, ipſe Auguſtus ex-

pugnaturus Martyrum tolerantiam, sed vix intrauerant, cum cœlestis afflatu odoris, luceque perfusæ positis illecebrarum armis, vinctisque ipsis deditionem fecerunt à quibus fidei edoctæ mysteria etiam sacro baptismate lustratæ sunt. quæ cum Proconsuli Andreæ reuersæ ex fide narrarent atque Idolatriam, flagitiosamque vitam execrarentur: quod Proconsulem, adeò pupugit, vt ira percitus eas minis adigeret ad sacrificandum, renuentes verberibus dilaniaret, diuinitus pristinæ redditas sanitati, Amaseæ capite mulctaret: quarum reliquiæ in ecclesia Transaquensi in Diœcesi Marsicana honorificè asseruantur: iuxta Vghellum, Tom. 1. Italiæ sacræ, in Episc. Marsor. sub S. Rufino 1. Episc. & Martyre. sup.

PRIDIE IDVS AVGVSTI.

AVGVSTÆ Vindelicorum, Sanctæ [a] Hilariæ, Martyris, Matris Beatæ Afræ, Martyris: quæ cùm ad illius sepulchrum excubaret, ibidem, pro fide Christi, à persecutoribus igni tradita est, cum Digna, Euprepia, & Eunomia, Ancillis suis. Passæ sunt etiam eodem die, in præfata vrbe, Nummia, Iuliana, Diomeda, Leonida, Agape, Euria, Fausta, cum alijs pluribus. Faleriæ in Tuscia, Passio Sanctæ [b] Fœlicissimæ, Virginis: cuius, pro fidei confessione, os lapidibus primò contusum est, dehinc gladio percussa, optatam Martyrii palmam suscepit. Romæ Sanctæ [c] Artemiæ, Virginis & Martyris, sub Maximiano Imperatore, eius fratre. In Territorio Meldensi, Iotro Monasterio, Sanctæ [d] Aguilberræ, Virginis, Abbatissæ, Ordinis Benedictini: quæ Illustri Regum sanguine procreata, perfectione vitæ: eximia puritate, ac copiosis virtutum radiis, clarior euasit. Apud Monasterium Montis Sanctæ VValburgis, propè Coloniam, Ordinis Cisterciensis, Beatæ [e] Vdeuoltæ, Virginis, Innocentissimæ vitæ, ac variis Charismatum donis insignitæ. Assisii in vmbria, Sanctæ [f] Claræ, Virginis, Abbatissæ: toto orbe celeberrimæ: quæ à Seraphico Patre Sancto Francisco edocta, habitum religionis induit, primaque planta pauperum Dominarum, ac Virginum Ordinis Minorum extitit: & Ordinem de suo nomine, Clarissarum, postea nuncuparum inchoauit ac instituit: quam vita & miraculis illustrem Alexander Quartus in numerum Sanctarum Virginum retulit. Palmæ in Territorio Cordubensi, Beatæ [g] Mariæ à Porto-Cariero Virginis Clarissæ: quæ Illustrissima exorta prosapia, sanctitatis & virtutis singulare exemplar euasit. Castriloci apud Montes in Hannonia, Diœcesis Cameracensis, Translatio, Sanctæ [h] Waldetrudis, Viduæ. In Lusitania, Loruanio Monasterio, Secundo lapide à Conymbria, Ordinis Cisterciensis, Inuentio Corporis Beatæ [i] Teresæ, Reginæ Legionensis.

AVGVSTI XII.

§. 1. SAncta Hilaria, Martyr. [a]] Hæc à Sancto Narcisso, Episcopo & Martyre, edocta, & ad Christum conuersa, cum cæteris Baptisata est: ac Martyrio coronata. Agunt de his, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius in notis ibid. & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 303. Vincentius Beluacens. lib. 12. specul Historial. cap. 131. & seq. Petrus de Natalib. lib. 7. Catalog SS. cap. 54. D. Antoninus part. . Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 18. Bergomas de claris mulierib cap. 111. in fin. & lib. 8. Supplement. Chronic. ad ann. Christi 05. Ferrarins in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Augusta Rhetia*. At in Catalogo Generali SS. de eis agit die 14. August. ex Tabulis Eccles. Augustanæ. Plura de ipsis in Actis S. Afræ, Martyr apud Marcum Welserum, Surium, Renatum Benedictum Simonem Martinum, Vicelium, & alios ad 5. August. Schedel sexta mundi ætate fol. 125.

S. Fœlicissima, Virgin. Martyr. [b]] Memoratur apud Vsuardum, Martyrologium Romanum, hac die, Baronium ibid. in notis. Petrum de Natalib. lib. 10. sup cap. 130 §. 213. Galesinium in suo Martyrolog. Ferrarium in SS. Italiæ. & in noua Topograph. sup. verb. *Falaris*. Sacrum eius corpus condigno honore asseruatur in Ecclesia Cathedrali Ciuitatis Castellanæ in Ethruria Faleriæ proxima. ex quibus reijcitur, Biuarius, in Commentar. ad Flauij Lucij Dextri Pseudochronicon, sub. ann. 2.0. §. 2. illam volens, sed perperam, Martyrium subijsse in Lusitania. §. 2.

S. Artemia, Virgin. Martyr. [c]] Filia erat Diocletiani Imperator. & Serenæ, Augustæ; quam S. Cyriacus Martyr. baptisauerat: post mortem ipsius Diocletiani, cùm Maximianos filius eius in Imperiom fuisset sublimatus, Christianos dirè persequutus est, Artemiamque sororem suam, gladio in Christi confessione necari fecit: quæ iuxta matrem & consobri- §. 3.

IDIBVS AVGVSTI.

ROMÆ, Passio Beatæ [a] Concordiæ, Sancti Hyppoliti Martyris nutricis; quæ ante ipsum plumbatis cæsa, migrauit ad Dominum. Burgis in Hispania, Sanctarum [b] Centollæ, Virginis, & Helenæ, viduæ, Martyrum, in persecutione Diocletiani Imperatoris. Pictauis, Sanctæ [c] Radegundis, Reginæ Franciæ, Virginis, Abbatissæ: cuius vita virtutibus & miraculis claruit. In Aldenbergensi Monasterio, Ordinis Præmonstratensis, Diœcesis Treuirensis, Beatæ [d] Gertrudis, Virginis, filiæ Sanctæ Elisabethæ Hungaræ; quæ pietatis ac Religionis clarum exemplar enituit. Nouariæ, Beatæ [e] Margaritæ Torniellæ, Virginis, Clarissæ: miraculis illustris. Vlmeti in Territorio Abulensi, Beatæ [f] Catharinæ de Quadia, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ, quæ ingenti cum spiritus feruore, ac pœnitentiæ operibus, Domino famulari meruit. In Chotiessouiensi Bohemiæ Monasterio, Pragensis Diœcesis, Beatæ [g] Woyzlauæ, viduæ, Ordinis Præmonstratensis, magnæ sanctitatis Religiosæ. Antissiodori, Commemoratio Sanctæ [a] Syriæ, Virginis.

AVGVSTI XIII.

§. 1. BEatæ Concordiæ, Martyr. [a]] De his, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius ibid. in notis; & Tom. 2. Annal. Eccles. ad an. 255. Vincentius Beluacens. lib. 11. specul. Historial. cap. 95. Petrus de Natalib. lib. 7. Catalog. Sanctor. cap. 56. Bergomas lib. 8. Supplement. Chronic. ad ann. 263. Acta SS. Laurentij & Hyppolyti 10. August. cap. 24. apud Surium, Lippeloum, &c. Schedel sexta mundi ætate fol. 121. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Regione 2. Ecclesia 14. item Regione 3. Ecclesia 1.

§. 2. SS. Centolla, &c. [b]] Feruut S. Centollam Toleti ortam, Patre Regulo fuisse, inde Sariam Cantabriæ profectam, sub Eglisio præside, in ipsu Iberi confluente passam fuisse. B. Helenam, viduam extitisse, quæ à S. Centolla Virgine, conuersa est ad fidem, & cum ea pariter Martyrium subiuit. Ipsarum autem sacra pignora, post longa sæcula, translata fuere, tempore Alphonsi, 10. cognomento Sapientis, in Ecclesiam Burgensem; quæ festum earumdem celebrat 13. die Augusti qua etiam die, de eis agit Martyrologium Roman. Baronius ibid. in notis. Ferrarius, in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. Burgi, plura de iisdem habent Breuiarium Burgense, Ioannes Maldonatus, Vasæus in Chronica Hispaniæ. Villegas in Flore Sanctor. Hispan. Trugillus Tom. 3. Thesauri Concionator. Morales lib. 1[illegible] cap. 17. & alij, apud Biuarium in Commentar. 2. ad Flauij Lucij Dextri Pseudochronicon sub ann. Christi 300. §. 15. Appendix Harxi.

§. 3. S. Radegundis, Regin. Virgin. Abbatiss. [c]] Hæc Berthario Thuringiæ Rege nata, euersoque non diu post Thuringiæ Regno à Clothario Francorum Rege in Galliam abducta est honestè educanda adhuc vix decennis: quam & in Veromandensem transmisit ciuitatem, indè ad Atheias villam. In tam tenera ætate nil tamen puerile aut ludicrum affectabat: non corporis ornatu, nec auricidis [illegible]: sed precibus ac pijs humilitatis & charitatis officijs delectabatur. Ob quas egregiæ venustati coniunctas dotes, ab ipso Clothario in vxorem accepta, ita ei hæsit, vt tamen a cœlestis sponsi placitis & famulatu omninò penderet; Martyrij cupida, atque vitæ religiosæ appetens, à viro non semel separationem poposcit. Quam cùm impetrare non posset, sub pretiosis & delicatis vestibus, vile & asperum cilicium gessit: quo carnis motus sic compressit, vt tandem (iuuante Deo) planè excuteret: abstinentia erat incredibili, ieiunioque satiebatur & lachrymis. Porrò visceribus plena misericordiæ, in pauperes & calamitosos maximam curam congessit, omni qua poterat ope, eis solatia præstans, donec tandem Deo pijs eius votis aspirante, discessum ab aula impetrauit. Nam cùm Rex animaduerteret, suæ sponsæ Virginitatis integræ propositum; eius precibus permotus eamdem intactam reseruauerat Virginem: tuncque ipsa à Rege dimissa, Consilium quod in regia premere cogebatur liberè aperuit: & palam præponere cæpit Christum marito, Monasterium Regno. Nouioduni primùm, vbi amputatis crinibus, depositoque Regio ornatu, sacro velamine amicta fuit à Beato Medardo, notæ sanctitatis Episcopo: deindè Chinoni, postremo Pictauis. In cœnobio à se constructo, in honorem S. Crucis, sub S. Cæsarij Regula, vitæ religiosæ institutum amplexa, atque gloriosè persequuta est: suoque exemplo, ad propositi sancti cultum innumerabiles penè virgines pertraxit: quibus ob clara Diuinæ gratiæ testimonia, omnium efflagitatione, præfecta, potius ministrauit, quàm præfuit.

In officijs siquidem humilitatis & charitatis assiduè versabatur; suisque actibus, cùm nec vilissima §. 4. officia respueret, ad harum studium virtutum cæteras prouocabat; vt quæ se ignobilem existimaret, nisi nobilitaretur ipsa ministerij vilitate. Porrò, in carnis maceratione, rigidissima, totam hebdomadam, excepto die Dominico, ieiunabat, pane hordeaceo, modicaque aqua vitam sustentans. Corpus cilicio tectum cathena ferrea constringebat; sorores perpetuis monitis, ad Diuini sponsi fidele obsequium, & cœlestis patriæ desiderium hortabatur. *Agite* (inquiebat) *mecum in hoc sæculo, vnde gaudeamus in futuro. Plena fide seruiamus Domino. Quæramus eum in timore, in cordis simplicitate, in corporis puritate: vt quæ repromisit sinceris mentibus, gaudia mereamur consequi.* Tandem

hac die ann. 587. seu 590. migrauit in cœlum: cuius corpus D. Gregorius, Turonensis Archiepiscopus, proprijs manibus sepeliuit: multisque miraculis ante & post obitum extitit clarissima. Agunt de ea ipse B. Gregorius Turonens. lib. 9. Histor. Francor. cap. 2. & lib. de Gloria Confess. cap. 106. Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. & Tom. 7. Annal. Eccles. ad ann Christi 727. & seq. Venantius Fortunatus, Bandonina Monialis, Surius, Mombritius, Renatus Benedictus, Ribadeneira, Foderetus, Doubletus, &c. in vita eius. Aymonius lib. 2. de Gestis Francor. cap. 11. Sigebertus in Chronic an. 557. Vincentius Beluacens. lib. 21. sup cap. 78. 79. 80. 85. & seq. Petrus de Natalib. sup. cap. 60. D. Antoninus part. 2. Chronic. Titul. 11. cap. 3. 5. 9. & Titul. 12. cap. 8. 6. 3 & 4. Bergomas de claris mulierib cap. 150. Nyder lib. 1. Formicarij cap. 5. Conenerius ibid. in notis Trithemius lib. 3. viror. Illustr. Benedictin. cap. 30. Gallesinius, Maurolycus, & Fœlix in suis Martyrologij. Molanus, in notis ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Pictaui.* VVion lib. 4. Ligni vitæ cap. 14. & in Martyrologio Benedictino. Menardus lib. 1. Obseruation. ad illud. Saussayus in Martyrolog. Gallicano. Belforestius lib. 1. Annal. Franc cap. 14. & 16. Sanmarthani lib. 3. Histor. Domus Franc. cap. 8. Grisius de Clericis Regularib. sect. 10. §. 9. Schedel sexta mundi ætate fol. 148. Ludouicus Iacob. in Bibliotheca Illustr. fœminar. & alij.

§. 6. *B. Gertrudis, Virgin.* [d]] Ab ipsa infantia, per Matrem S. Elisabeth Tertij Ordin. Sancti Francisci alumnam, hoc in loco Deo oblata; eidem postmodum, magna sanctitate & religione præfuit; collectoque in conscientiæ vase Diuinæ gratiæ oleo, accensa, ornataque bonorum operum lampade, Christo sponso suo obuiam iuit, Sanctæ Matris non degener filia. Teste Ioanne Chrysostomo stella, in Natalib. SS. Ordin. Præmonstratens. hac die. Ioanne *le Paige*, lib. 1. Bibliothecæ Præmonstratens. cap. 18. & lib. 2. in vita eius. Myræus in Chronico eiusd. Ordin. Post Monumenta eiusdem Monasterij.

B. Margarita, Virgin. [e]] Summa vitæ sanctitate §. 6. & miraculis illuxit Nouariæ, in Monasterio S. Claræ (quod est 8. Prouinciæ Mediolanens.) vbi honorifice quiescit. Vide Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud. Gonzagam, part. 2. Originis Seraphic. Religion in ipso Monasterio, Dazam part. 4. Chron. Minor. lib. 1. cap. 31. VVadinghum Tom. 6. Annal. Minor. ad ann. Christi 1455. §. 120.

B. Catharina, Virgin. [f]] Præ reliquis pietate clarïs, decessit in Monasterio S. Crucis, Sororum Tertij Ordin. Franciscani Vlmeti oppidi an. 1594. Pœnitentia, varijsque cruciandi corporis modis admirabilis. Ita Martyrologium Franciscan. hac die, & Annotationes ad ipsum, ex MSS. Monimentis Prouinciæ Conceptionis Virgin. in Hispania, & Præfati Monasterij, quod est 31. eiusd. Prouinc. Wadinghus, Tom. 7. sup. ad ann. 1491. §. 88.

B. Vojzlana, Vidua. [g]] Præfati Monasterij, simul §. 7. cum B. Hrosnata. Martyre, fratre suo, fundatrix, & religiosa extitit; quippè, quæ marito, vrbis Cracouiensis præfecto, orbata, inter dicatas Deo Virgines, vita huius suæ reliquum Christo pijssimè consecrauerit. Iuxta Ioan. Chrysostomum stellam sup hac die, & Ioannem *le Paige*, sup. in vita eius, & vita fratris sui prædicti, ac Myræum sup. & Pontanum lib. 4. Bohemiæ Piæ.

Memoria S. Syria, Virgin. [h]] Dies natalis ipsius §. 8. agitur sup. 8. Iunij: at in Breuiario Ecclesiæ Antissiodorensis, de ea, fit, hac die, memoria, eam ob causam illic allatam: & à Gonono lib. 4. vitar. Patrum Occident. in vita ipsius obseruatam. Sciendum itaque, quòd corpus ipsius S. Syriæ Virginis sepultum fuit in parte Occidentali cellulæ, quam ipsa sibi construxerat, super corpus S. Sauiniani. e indèque anno 1461. die 13. Mensis Augusti, aperta fuit capsa dictæ S. Syriæ Virginis, in qua quidem reperta fuerunt caput & ossa illius Virginis.

DECIMO NONO CALENDAS SEPTEMBRIS.

NICIÆ in Bithynia, Passio Sanctæ [a] Cyrillæ, Virginis & Martyris. Romæ Sanctæ [b] Gregoriæ Virginis, vitæ perfectionis venerandæ. Iapponis, Sanctarum [c] Ygoaræ, & Letheriæ, Sororum Virginum quæ charitate in pauperes succensæ, & pijs virtutum exercitiis claruerunt. In Monasterio Gradefesiensi, in Regno Legionis, Hispaniæ, non longè ab vrbe Regia, Beatæ [d] Anonymæ, Virginis, Ordinis Cisterciensis. Syracusis, apud Monasterium Montis Virginis, Sanctæ [e] Seraphinæ Caietanæ, Abbatissæ, Monastica obseruantia insignis. Item, Beatæ [f] Vrsulæ à Conceptione, Virginis Clarissæ. In Ægina Insula, Sanctæ [g] Athanasiæ, viduæ, & Abbatissæ; vitæ regulari, & gratia miraculorum illustris.

AVGVSTI XIV.

§. 1. *Sancta Cyrilla, Virgin. Martyr.* [a]] Illam commemorat Eminentissimus Cardinalis Baronius Tom. 3. Annal. Ecclef. ad an. Christi 331. §. 18. eo Encomio. *Niceæ quoque in Bithynia, Cyrilla, Virgo, sub Prisciliano Præside, perdifficile certamen subiens, superatis tormentis, victrix coronam accepit.*

§. 2. *S. Gregoria, Virgin.* [b]] Illius meminit S. Gregorius Magnus, Papa lib. 3. Dialogor. cap. 14. in hunc modum. *Prioribus quoque Gothorum temporibus fuit iuxta Spoletanam vrbem, vir vitæ venerabilis, Isaac nomine, qui vsque ad extrema penè Gothorum tempora peruenit: quem nostrum multi nouerunt, & maximè sacra Virgo Gregoria, (quæ nunc in hac Romana vrbe, iuxta Ecclesiam B. Mariæ semper Virginis habitat:) quæ dum adolescentiæ suæ tempore, constitutis iam nuptijs, in Ecclesiam fugisset, & sanctimonialis vitæ conuersatio-*

nem

nem quæreret, ab eodem viro defensa. atque ad eum, quem desiderabat habitum, Domino protegente, perducta est, quæ, quia sponsum fugit in terra habere sponsum meruit in cœlo. Agit de ea Simon Martinus, in Floribus Sanctæ solitudinis part. 2. in vita Præfati B. Isaaci 11. April.

†§. 3. *SS. Tgoara, &c. Virgin.* [c]] B. Ebho, Abbas S. Petri viui Senonensis, ac postea ibid. Archiepiscopus, Antecessoris, scilicet, Gerici ex fratre nepos fuit: vterque Tornodori, in Diœcesi Lingomensi comes: quiquidem D. Ebho sanctè obijt ann. 750. sepulturam nactus apud S. Petrum. Duas istas sorores habuit quæ fratris pietatem æmulatæ, cœlibes in Christi famulatu consenuerunt, distributis Ecclesijs & pauperibus facultatibus suis; ex quarum fœnore sibi aditum ad æterna tabernacula aperuerunt; vitæque functæ, iuxta fratrem, quem in cœlo comitantur, sepultæ fuerunt debito cum honore, apud Senonas. Ita Saussayus in Martyrologio Gallicano, sub 27. August. vbi de S. Ebbone Episcopo, & in Catalogo Sanctor. in eis.

†§. 4. *B. Anonyma, Virgin.* [d]] Iacet in capitulo istius Monasterij hæc B. Anonyma, neptis Terasiæ, Fundatricis, primæque Abbatissæ huiusce domus, circa ann. 1180. ibid. professa; quæ ingenti opinione sanctitatis, dùm vixit, florens, hodiè etiam fertur incorrupta permanere. Vti scribit Manriquez Tom. 2. Annal. Cistertiens. ad ann. 1168. cap. 9. §. 8.

†§. 5. *S. Seraphina, Abbatiss.* [e]] Memoratur ab Octauio Caietano in idea operis de Sanctis Siculis, & Manardo in Appendice 2. ad Martyrolog. Benedict.

§. 6. *B. Vrsula, Virgin.* [f]] Illius meminerunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in BB. Fœminis 2. ac 3. Ordin. Minor. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciscani

§. 7. *S. Athanasia, vidua, Abbatiss.*] Pijs, & Deum timentibus parentibus orta in Peloponensi apud Insulam Æginam commorantibus: septennis psalterium didicit, & Diuinis litteris prompto animo operam nauabat: cœpitque vitæ huius vanitatem odio habere. Cùmque sibi proposuisset ad Monasticam institutionem se conferre; præter eius voluntatem, viro datur in matrimonium: quo mox orbata, cogitur ad alteras transire nuptias. Quo in statu, Diuinis lectionibus, & pijs operibus vacabat: sed & mansuetudine ornata singulari, cordis humilitate sanctissimè fulgebat. Pauperibus & egenis abundè subueniebat; cuius suasu, maritus eius factus est tandem Monachus: ipsa verò se totam Deo dicauit: & cùm alias mulieres valdè religiosas inuenisset, quæ & idem propositum habebant, & spiritu ipso ardentes erant, illis concordi animo adhærens, quamprimum ex huius mundi confessione se remouit, habitum mutauit, & religionis ipsa detonsa, professionem emisit: ac paulò post omnibus illis Abbatissa præfecta est. Humilima omnium tunc euasit: cuius abstinentia erat, vt paululum panis & aquæ post nonæ horæ tempus gustaret: lectus eius, lapis, aut pauimentum: dono lachrymarum potita, diu noctuque preces irrigabat: vestis intus aspera: nullos omninò fructus vnquam, vt carnem affligeret, gustauit. Patientia, & lenitate animi, ac mansuetudine, omnes superabat. Miraculis in vita & post obitum claruit. Florebat circa ann. 860. De ea agunt Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 10. Annal. Eccles. ad ann. Christi 860. Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vsuard. Wion in Martyrologio Benedictino. Ferrarius in nona Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Ægina.* Metaphrastes, Surius, Renatus Benedictus, & alij. In vita eius, hac die. Græci etiam in Menologio. Vacquerius in Enchiridio benè morientium, ead. die. & Simon Martinus, item Decretus part. 2. veræ viduæ.

DECIMO-OCTAVO CALENDAS SEPTEMBRIS.

ASSVMPTIO Sanctissimæ [a] Dei Genitricis semper Virginis, Mariæ. In Anglia, Sanctæ [b] Margaritæ, Priorissæ. Toleti in Monasterio Sancti Clementis, Beatæ [c] Mariæ Virginis, Ordinis Cistertiensis, quæ moribus præcipuis atque virtutibus decorata, admirandis præcedentibus visionibus, eadem die & hora, qua Angelorum Regina, cœlos conscendit, & ipsa ad superna euolauit. Apud oppidum Veaz, in Hispania, Beatæ [d] Euphrasiæ Rodericæ, Virginis Tertiariæ Franciscanæ meritis, & gratia cœlesti insignis. In Saxonia, Memoria Beatæ [e] Mechtildis, Virginis, Ordinis Benedictini, ingenti vitæ sanctitate, & diuinis charismatibus conspicuæ. Drepani in Sicilia, Beatæ [f] Cæciliæ de Faccio, Virginis Tertiariæ, Ordinis Minimorum, pietate ac charitatis exercitiis spectabilis.

AVGVSTI XV.

§. 1. ASsumptio *S. Virgin. Mariæ.* [a]] De hac celeberrima solemnitate, non solùm Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum & Gallicanum, & cæteri latinorum, hac die, agunt; sed & Græci in Menologio, atque Sancti & Orthodoxi Patres: quos adducunt, & citant, Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Baronius in notis ad Martyrologium Roman. & Tom. 1. Annal. Eccles. ad ann. Christi 48. Ioannes Benedicti, in Epistola liminari ad summam peccatorum; Poyreus in Triplici Corona Virgin. Mariæ Deiparæ, & alij.

S. Margarita, Priorissa. [b]] Ita Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Martyrologio Anglico, & Westmonasteriens. ad an. 1257. quo floruit. §. 2.

B. Maria, Virgin. [c]] Suis orationibus obtinuit à Deo, vt ex hac vita migraret, eisdem die & hora: qua §. 3.

S. Virgo Maria Deipara, cœlos gloriosa ascendit: ideo cum horologium audisset, ait: iam migrandi tempus exoptatum aduenit, tali hora, Gloriosissima Cœli Regina, super choros Angelorum exaltata, sed æthera regna conscendit; Dominam igitur, iam ancilla sequatur. Quibus dictis, mira vultus iucunditate, & mentis suauitate, omnibus valedicens, purissimum Spiritum Deo reddidit; vti referunt. Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die, Bruarius lib. Mulier. Illustr. Ordin. Cisterciens. Vacquerius in Enchiridio Benè Morientium ead. die.

§. 4. *B. Eufrasia, Virgin.* [d] Eius gesta pietate redundantia commemorant Martyrolog. Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum. Blasius Lagbina, in suo memoriali, & Marianus lib. 6. Chronicor. strictior. Obseruant. Reformator. cap. 16. Thielmans Tom. 2. de vitis SS. Seraphic. Ordinis. Floruit sanctitate circa ann. 1560. in Monasterio Immaculatæ Conceptionis Virgin. Weenli quod est 10. Prouinciæ Carthaginens. in Hispania.

Memoria B. Mechtildis, Virgin. [e] Illius meminit Menardus in Martyrologio Benedict. hac die, & 9. Nouemb ac lib. 2. Obseruation. ad illud. Fuit discipula S. Gertrudis, Monasterij Elpediani in Saxonia Abbatissæ, ex lib. 5. insinuationum Diuinæ pietatis cap. 8. §. 5.

B. Cæcilia, Virgin. [f] Ex Panormitana vrbe oriunda erat, parentibus Mauris, sed honestis ac pijs nata, tertium Ordinem S. Francisci de Paula vltrò præ deuotione sumens, subito, conualuit, ex infirmitate, qua detinebatur. Afflictos consolabatur & molestos, detractores audacter corrigebat, dissidentium paci studebat; abstinentia, ieiunio, vigilijs & orationibus iugiter intendebat: demùm, cùm Drepanum perrexisset, deuotionis causa, erga Virginem Deiparam, sanctè hac die, obijt, anno 1571. sepulta in Conuentu Dominæ nostræ de consolatione. Iuxta relationem. Chappoti lib. 3. vitæ S. Francisci de Paula cap. 5. & Ludouici Dony-Attichij lib. 7. Histor. General. Ordin. Minimor. in ea. §. 6.

DECIMO-SEPTIMO CALENDAS SEPTEMBRIS.

APVD Santonas, Sanctæ [a] Gemmæ, Virginis & Martyris: quæ Christi fide armata, strenuè constanterque tormenta vicit, & victoriæ palmam reportauit. Pictauis, Sanctæ [b] Triasiæ, Virginis, Reclusæ; Beati Hilarij Episcopi discipulæ. Arelate, Sanctæ [c] Rusticulæ, Virginis, Abbatissæ; quæ genere ac pietate illustris, virtutum etiam omnium sibi copiam fecit, miraculisque claruit. In Pratensi Monasterio, Ordinis Cistertiensis, propè Duacum, Diœcesis Attrebatensis, Beatarum [d] Fulcedis, Sanctæ & Rueffellæ, Virginum. Genuæ in Monasterio Sancti Thomæ, Sanctæ [e] Limbaniæ Virginis, vita & virtutibus insignis. Toleti, Depositio Beatæ [f] Beatricis à Sylua, Virginis, Ordinis Conceptionis Immaculatæ Deiparæ, fundatricis, meritis & ingenti vitæ perfectione, celebris. Romæ, Sanctæ [g] Serenæ, Augustæ, vxoris quondam Diocletiani Imperatoris; fide, ac piis operibus exornata, ad Christum perrexit in cœlum. Trauiniaci in Polonia, tertio milliari ab Vratislauia, Eleuatio Corporis Beatæ [h] Hedwigis, Ducissæ Poloniæ, Ordinis Cistertiensis.

AVGVSTI XV.

§. 1. S*Ancta Gemma, Virgin. Martyr.* [a] Summo loco in Lusitania nata (vti superius annotauimus ad 10. Iunij) & Christi fide illustris, oro eiusdem assertione, & virginitatis, quam cœlesti ipsi sponso deuouerat tutela, agonem acerrimum sustinuit; nam vt nuberet, modis omnibus tentata, sed frustra, in carcerem est coniecta, tum, virgis & tormentis diu sic cæsa, ac diuexata fuit, vt in ipsis lanienis penè expirauerit: exindè in ignem proiecta, sed nil læsa, ad vltimum, capite plexa est: neque regna ad palmam properans, in triumpho cœlesti Beatarum Virginum choris, ob victoriæ præmium associata, magnis resplenduit partæ sibi æternæ gloriæ insignijs. In cuius venerationem, piè propensus Guido 1. Dux Aquitaniæ, & Pictauiensis Comes, nobile Asceterium construxit in Episcopatu Santonensi, quod pignoribus eius decorauit pretiosis, ipsiusque Titulo insigniuit glorioso. Scribunt de ea. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. 20. Iunij & 16. Augusti Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, & in Supplemento eiusd. ad 20. Iunij. Trugillus in Thesauro Concionatorum ad 18. Ianuarij & 22. Maij vbi de SS. Liberata, & Quiteria, sororibus eius, Virginib. & Martyrib. Breuiarium Monasterii Casæ Dei: Gononus lib. 3. de vitis Patrum Occident. in notis ad vitam S. Quiteriæ prædictæ. Biuarius in Commentar. ad Flauii Lucii Dextri Pseudochronicon, sub ann. Christi 139. §. 6. ex Chronico Iuliani, & aliis. Vltra præfatum Prioratum S. Gemmæ dicatum, in Territorio Santonensi, extat alius S. Gemmæ Prioratus, in Diœcesi Suessionensi, immediatè subditus Prioratui S. Martini à Campis, Parisiens. apud Bibliothecam Cloniacens. pag. 1721. item Ecclesia Parœchialis de *Sens*, cuius ipsa est patrona, Diœces. Parisiens. vbi legenda eius MS. habetur. Cardosus in Agiologio Lusitano ad 18. Ianuar.

S. Triasia, Virgin. [b] Hæc à S. Hilario edocta, abiectis sæculi pompis & deliciis, Virginitatem suam Regi æterno Christo consecrauit; atque in cellula sese toto vitæ decursu continuit. Postquam autem præclaris omnium virtutum ornamentis dotata consenuit, in religiosa statione, purum Deo spiritum reddidit; §. 2.

magnisque

magnifique meritorum clarificationibus, post fœlicem excessum insignita est: iuxta Sanssayum. in Martyrologio Gallicano hac die.

§. 3. *S. Rusticula, Virg. Abbatiss.* [c]] Oriunda extitit apud Vasionantes ex nobilissima *Maritorum* familia: quæ à iuuentute, religionis cupiditate, ad Monasterium Arelatense profecta, Liliolæ Abbatissæ instituenda traditur; sub cuius disciplina, tot charitatis, humilitatis, prudentiæ, patientiæ, & benignitatis signa, in omnes edidit, vt defuncta Lilliola, in Abbatissam sit electa. Quo sumpto munere, talem se omni sollicitudine ac sanctimonia præstitit, vt cunctis esset in exemplum. Nam orationibus, & diuinæ legis meditationibus assiduè intenta, vigilijs & ieiunijs, sic addicta erat; vt cæteris quiescentibus in cellulis, ipsa in Ecclesia excubaret, & tertio tantum quoque die cibum sumeret. Nihil quoad Dei cultum, & sororum curam spectaret, vnquam prætermisit. Tandem septuagenario maior, migrauit ad Dominum, multis miraculis illustris: qua de re Ferrarius in catalogo Generali sanctor. & Saussayus, in Martyrologio Gallicano, hac die.

§. 4. *BB. Fulcedis, &c. Virg.* [d]] Hæ sorores illud ipsum Monasterium inchoarunt, atque ibidem in Dei obsequio castissimè persistentes, religiosæ vitæ tramitem in omni pietate & timore Domini, fœliciter consummarunt, magna cum opinione sanctitatis. Florebant ad an. 1210. & 1220. Memorantur à Buzelino lib. 5. Gallo Flandriæ cap. 19. Henriquez. In Menologio Cisterciensi. & Saussayo sup. hac die.

§. 5. *S. Lambertus, Virg.* [e]] Ita Ferrarius In SS. Italiæ & in catalogo Generali Sanctor. hac die, ex tabulis illius Monasterij, vbi vixit ac condita est; colitur que officio Ecclesiastico, à sacra Rituum congregatione approbato, sub Paulo 5. Papa anno 1609. pridie nonas Martij.

§. 6. *B. Beatricis, Virg.* [f]] Hac die, decessit è vita, an. 1490. ætatis suæ ann. 60. moribunda quippe votum solemne Religionis in manibus Fratr. Minor. emisit, apud quos & sepulturam nacta est; horum que regimini consodales sese commiserunt, & in S. Claræ Regulam (sed sub Conceptionis habitu) transierunt. Eius egregia facta commemorant. Martyrologium Franciscanum hac die, Annotationes ad illud, Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in Conceptionistar. Soror. Origine. Item part. 3. in Prouincia Castellæ Monasterio 25. Marianus lib. 1 cap. 8. 9. & 10. Marcos Vlyssiponensis part. 3. chronic. Minor. lib. 6. cap. 11. Salazar lib. 8. chronich. Prouinc. Castellæ. cap. 1. 2. & 3. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Vasconcellus in Anacephalensi actor. Reg. Lusitaniæ. §. de sacris Virginib. Lusitan. numer. 56. Costæus In Elogijs Fœminar. Illustr. parte. 1. pag. 181. in ea. Brisenus in Apparatu Historico ad vitam Ioan. Scoti §. 13. numer. 15. Henriquez In Menologio Cisterciensi, hac die, Myræus. In Originib. Monasticis, & alij non pauci, à Ludouico Iacob. citati in Bibliotheca Illustr. Fœminar.

S. *Serenæ, Augustæ* [g]] A sancto Cyriaco martyre conuersa est & baptisata, quia filiam eius Artemiam à Demonio liberauerat. Quæ cernens diram christianorum persecutionem, quam vir eius Diocletianus Imperator exercebat, videns quoque S. Susannam nuptem eius passam; & alia mala, quæ fierant: dolore cruciata, & febre correpta, in confessione Domini, migrauit ad Christum: sepolta à Christianis iuxta corpus eiusdem S. Susannæ in crypta. Agunt de ea Martyrologium Roman Beda, Vsuardus, Ado, Hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 295. Petrus de Natalib. libr. 7. Catalog. Sanctor. cap. 69. Gallonius de matronis Roman. Memoratur etiam, In Actis S. Marcelli Papæ & Martyr. 16 Ianuar. item SS. Cyriaci, & socior. Martyr. 8. August. S. Susannæ Virg. Mart. 11. August. & aliorum Martyr. apud Surium, & alios probos Authores. Simon Martinus de ea, hac die. Pancirola. In thesauro vrbis Romæ Regione 3. Ecclesia. 2. & Regione 4. Ecclesia. 5. §. 7.

Eleuatio S. Hedwigis. [h]] De ea sic habet Surius ex actis ipsius ad calcem vitæ eius die 15. Octob. *Translatum est autem sacrum corpus eius anno 1268. 16. Calend. Septemb. Quo die, aperto sepulcro eius, odor mirificus omnium nares compleuit, animosque stupore & gaudio affecit. Ossa autem sacri corporis cum eleuarentur consumptis carnibus, & membrorum compage soluta, tres digiti sinistræ manus eius inuenti sunt prorsus integri & incorrupti; & intra illos exigua imago beatissimæ matris Dei, quam illa viuens crebro apud se ferre solebat, & cum ea tumulata fuerat; quòd moriens adeò eam digitis istis strinxerat, vt commode inde auelli non posset. Cerebrum quoque capitis eius, quod fere vigenti quinque annis humatum fuerat, inuentum est recentissimum, & diuina virtute mirabiliter conseruatum. Liquor etiam purus & clarus, instar olei oliuarum, suauissimi mirandique odoris e capite erumpebat, sindones & pannos, quibus illud inuoluebatur, madefaciens; perinde ac si e flumine extracti essent.* His astipulantur Calendarium Sanctor. Ordinis Cisterciens. Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die: Simon Martinus, & alij. in vita eius. Bosius Tom. 2. de signis Eccles. lib. 15. cap. 10. §. 8.

SEXTO-DECIMO CALENDAS SEPTEMBRIS.

PTOLEMAIDE in Palæstina, passio Sanctæ [a] Iulianæ Virginis, quæ simul cum fratre suo Sancto Paulo, sub Valeriano, martyrii coronam adepta est. In Arnsterio Monasterio Ordinis Præmonstratensis, Diœcesis Treuirensis, Beatæ [b] Gudæ, Comitissæ, eiusdem Ecclesiæ Fundatricis & conuersæ; virtute abstinennentiæ & orationis Illustris. Apud Montem-Falconem in Vmbria, Beatæ [c] Claræ Virginis, eiusdem loci incolæ: quæ ob eximia illius merita, Abbatissa electa, sanctissimè præfuit, & spiritu prophetico, dono scientiæ, ac miraculorum gloria renitens, ad Christum sponsum migrauit in cœlum. Areuali In Territorio Abulensi,

Beatæ [d] Mariæ Pimentes, Virginis, Clarissæ; generis prosapia, & virtutum prærogatiua nobilissimæ. Catanæ in Sicilia, Translatio, Sanctæ [e] Agathæ Virginis, & Martyris. Placentiæ, Translatio, Sanctæ [f] Iustinæ, Virginis & Martyris.

AVGVSTI XVII.

§. 1. *Sancta Iuliana, Virgin. Martyr.* [a]] Hæc Signo Crucis frontem terens omnia tormenta superauit: quàm primo colaphis cæsa, suspensaque torquetur, nec ipsa dolores sentit: mittitur in lebetem, pice feruentem, & igne accensam; sed pix frigescit, in aquam mutata; in ignitas ferreas sedes imponitur; & nil læditur; iussa est proindè in carcerem detrudi, atque ligna quædam maximi ponderis in eius ceruicem imponi, pedes etiam compedibus ligari, catenis manus deuinciri, & ferreos clauos sterni, vt illis configeretur, neque Christianorum aliquem permitti ad eam ingredi, ne cibus afferretur. Sed circa mediam noctem, Angelus Domini ad eam accedens, à vinculis illam absoluit, & cœna Diuinitùs adest præparata. Rursus in ligno suspenditur, vt cruciaretur, sed nil patiebatur: conclusa iterum in carcere simul viperis, serpentibus, &c. non læditur: ducitur in lupanar; quam Angelus tutatus est, mittitur in foueam ardentem igne, nec vritur: nec accensas faces in os eius immissas sentit: tandem capitali sententia, Martyrio est coronata. Vnà cum fratre suo S. Paulo. Agunt de eis. Martyrolog. Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 260. & 275. Molanus in Additionib. ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Ptolemais.* Vaquerius in Enchiridio beoè Morientium. Græci in Menologio Metaphrastes, Lipomanus, Surius, Lippelous, &c. hac die, in Actis eorum. Renatus Benedictus ibid & Simon Martinus.

§. 2. *B. Guda, Comitissa.* [b]] Hæc B. Ludouici, Comitis Arnsteinij, dio infœcunda coniux; anno 1140. ex mutuo consensu, vir Monachus, illa sanctimonialis efficitur. Dùmque se, & sua æternis Dei mancipauit obsequijs, sterilem Deus habitare fecit in domo, multorum spiritualium matrem filiorum lætantem. Carne tandem abstinentijs salubriter attrita, psalmisque & hymnis iugiter intenta, fœliciter migrauit ad Christum. Hæc ex Ioanne Chrysostomo stella, in Natalib. Sanctor. Ordin. Præmonstratens. hac die. Christophoro Bromerio, in Syderibus SS. viror Illustr. Ioanne le *Paige*, lib. 1. Bibliothec. Præmonstrat. cap. 18. & lib. 1. in vita Præfati B. Ludouici Comitis.

§. 3. *B. Clara, Virgin.* [c]] Sanctissimè vixit, obijt, ac sepulta est in eo Monasterio, tunc Tertii Ordin. Minor. cuius nonnumquam fuerat Abbatissa, diem clausit extremum ann. 1308. ætatis suæ 40. anno. Vitam illius virtutibus ex miraculis plenam describunt, Marianus Florentinus lib. 3. cap. 15 & lib. 5 cap 11. Marcus Vlyssiponensis part. 2. chronic. Minor. lib. 5. cap. 40. & seq. Piergilius, Achilles Ægidius, & Aug. Antolinez ac Foderetus. De ea agunt Martyrologium Franciscanum hac die, Annotation. ad illud. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in BB. Fœmin. 2. & 3. Ordin. Minor. Ioannes de Torrez in practicis Exortationib. super Regulam Tertiarior. in BB. huiusce instituti, Michael de Mediolano in Compendio SS. Ordin. Minor Thrismans Tom. 2. vitarum SS. Seraphic. Ordin. Salazar. lib. 6. chronic. Prouinc. Castellæ. cap. 23. Cherubinus de Spoleto Sermon. 90. de Trinitate B. Bernardinus de Feltro, Serm. de S. Francisco. B. Bernardinus de Bustis. Serm. 15. Sabbathi post Dominicam 1. Quadragesim. part. 3. post med. Itèm part. 2. *Rosarii* Quadragesimal. serm. 27. part. 2. qui addit: *In cuius corde inuentus est sculptus crucifixus, cum omnibus mysteriis passionis, & tres parua pilæ, in eius pectore repertæ sunt, quarum vna tantum ponderat, quantum duæ, & quantum omnes tres simul: & non plus omnes ponderant tres simul, quam vna sola: per quod significatur, quod ipsa habuit continuam memoriam passionis Christi, & perfectam fidem vnitatis diuinæ essentiæ, & æqualitatis trium personarum Diuinarum, quæ omnia propriis oculis aspexi*, cæteros omitto Authores de ead. loquentes apud VVandinghum Tom. 3. Annal. Minor. ad an. 1308. §. 67. & seq. Item Tom. 7. ad ann. 1491. §. 61. & seq. Bosius Tom. 2. de signis Eccles. lib. 15. cap. 3. Ferrarius, de SS. Italiæ.

B. Maria, Virg. [d]] Virgo nobilissima extitit, quæ summa integritate, & zelo religionis, quinquies Abbatissæ munus exercuit, vitamque planè ac cœlestem in terris peregit. Vid. Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. VVadinghum Tom. 7. sup. ad ann. Christi 1496. § 28. ex MSS. Monimentis Monasterii oppidi Arcuali, quod est 6. Prouinciæ Conceptionis Virg. in Hispan. §. 4.

Translatio S. Agathæ, Virgin. Martyr. [e]] Sic Maurolycus, hac die, in suo Martyrolog. & Ferrarius In catalogo Generali Sanctor. ead. die. §. 5.

Translatio S. Iustinæ, Virgin. Martyr. [f]] Ferrarius Ibid hac die ex Tabulis Ecclesiæ Placentinæ, cuius illa est patrona; Translatio quippe ex vrbe Roma, Placentiam facta traditur. §. 6.

QVINTO-DECIMO CALENDAS SEPTEMBRIS.

MYRÆ In Lycia, Sanctæ [a] Iulianæ, Martyris; quæ magnifico inclyti certaminis trophæo, Martyrium consummauit. Tuscanæ in Hethruria, Sanctæ [b] Agapis, Virginis & Martyris. Romæ, via Lauicana, Sanctæ [c] Helenæ, Matris Constantini Magni, Piissimi Imperatoris; qui primus Ecclesiæ tuendæ atque amplificandæ exemplum cæteris principibus præbuit. Gebennæ in Gallia, Beatæ [d] Claudiæ Mensæ, Virginis, Clarissæ, primæ eius loci Abbatissæ: vita & miraculis clarissimæ. Ferrariæ, Beatæ [e] Paulæ Spessani, Virginis, Dominicanæ, puritatis, animi candoris, humilitatis & orationis amantissimæ. Montibus in Hannonia, Diœcesis Cameracensis, Reseratio Sacrarum [f] Reliquiarum Sanctæ Waldetrudis, Viduæ.

AVGVSTI XVIII.

§. 1. *Sancta Iuliana, Martyr.* [a]] De ea Græci in Menologio, & Martyrolog. Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Myra.*

§. 2. *S. Agapis, Virgin. Martyr.* [b]] Ita Ferrarius in Catalogo Generali SS. hac die, (ex Tabulis Eccles. Tuscanensis) ac in SS. Italiæ: quiquidem dubitat, An eadem sit cum alia S. Agape Interamnæ sup. 15. Februar.

§. 3. *S. Helena, Augusta.* [c]] Pietatis, Religionis, & virtutis præclarum sydus extitit; cuius mira liberalitas & beneficentia in omnes atque eximia in pauperes humanitas; Nam quæ pauperibus, omnibus rebus nudatis, omnique spe & auxilio, destitutis dispertierit, vix enumerari possunt; quippe in alios grandem pecuniarum vim conferre, alijs corporis tegumenta prolixè & largiter suppeditare; vinculis eripere alios, alios tum laboribus in metallis effodiendis afflictatos, tum fraude & iniuria oppressos liberare, denique ab exilio alios in patriam reuocare dignata est: Templa vbique vel extruit, aut adornat. Terram sanctam piè visitat, crucem Domini perquirit, inuenit, adorat, exornatque apud Hierosolymam, Virgines ibidem Deo sacratas inuitat ad prandium, & tanta eas deuotione prosequitur, vt indignum crederet, si ea in refectione famulorum vteretur officijs. Sed ipsa manibus suis, famulæ habitu succincta, cibum apponeret, poculum porrigeret, aquam manibus infunderet &c. Romam reuersa, quod sibi reliquum fuit tempus, sanctissimè egit; piijs operibus, & charitatis exercitijs iugiter vacans, decessit è vita. hac die, ætate grandæua; Agunt de ea Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. ead. die. Baronius ibid. in notis, & To. 2. Annal. Eccles. ad an. Christi 326 Mulanus in Annotatio ad Vsuard. Græci autem in Menolog. ad 20. Iunij. Res eius præclarè gestas conscribunt, Eusebius lib. 3. vitæ Constantini Mag. cap. 41. 41. & seq. Ruffinus lib. 1. Histor. cap. 7. & 8. Cassiodorus lib. 2. Tripartit. Histor. cap. 18. Theodoretus lib. 1. cap 18. Seuerus lib 2. Histor. Paulinus Epistol. 11. ad Seuerum; Socrates lib. 1. cap. 11. & 13. Sozomenus lib. 1. cap. 18. & lib. 2. cap. 1. Nicephorus lib. 8 cap. 30. Suidas. In Historicis verb. *Vestales;* Petrus de Natalibus lib. 7. Catalog. SS. cap. 73. Bergomas lib. 9. Supplement. Chronic. ad ann. 319. & de claris mulierib. cap. 114 Surius, Foderetus, Ribadeneira, Renatus Benedictus, Doubletus, Simon Martinus, & alij recentiores in vita eius, hac die. Pancirula in Thesauro vrbis. Romæ Region. 13. Eccles. 2. Schedel sexta mundi ætate fol. 130. Guillelmus Æisingrenius in Catalogo Testium veritatis. Decretus part. 2. veræ viduæ, Iulius Cæsar Capacius, Carolus Pintus; Ioannes Perez, Paulus de Ribera, Hercules Filogenius, Franciscus Augustinus d'Ella Chiesa, & Ludouicus Iacob. de Illustr. Fœminis.

B. Claudia Meancea, Virgin. [d]] Prius Monasterij Surregiensis erat alumna, ex quo fuit Translata ad nouum Gebennense Monasterium, anno 1477. & vltima Aprilis, in Festo Ascensionis Domini, electa est in primam eius loci Abbatissam; vbi vitæ sanctitate, & gloria miraculorom floruit; ita Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud, Foderetus in Descriptione Monasterij Virgin. Clarissarum Aniciacensis Prouinciæ Burgundiæ. §. 4.

B. Paula, Virgin. [e]] Hac die ann. 1509. migrauit in cœlum, Monasterij S. Catharinæ Virgin. & Martyr. Ferrariæ cùm esset incola; quo iuuenis admodum vitam Religiosam professa, excelluit tamen spiritus feruore, parata ad omnia agenda: relucebant siquidem in ea puritas maxima, & candor animi; feruentissima, assiduaque intererat Diuino officio, die noctuque: in qua complura à Deo excepit beneficia, virtutes, & dona: iuxta Seraphinum Razzium part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordinis Prædicator. Ioannes à Sancta Maria ibid. lib. 3. Bosium Tom. 1. de Signis Eccles. lib. 12. cap. 23. §. 5.

Reseratio Reliquiar. S. VValdetrudis, Vid. [f]] Peracta est hæc solemnitas, in Ecclesia Collegiata ipsius S. Waldetrudis, cuius est Tutelaris; per Petrum, Albanensem Episcopum, S. R. E. Cardinalem, Apostolicæ sedis Legatum, & Nicolaum, Episcopum Cameracensem, ad petitionem Margaritæ, Flandriæ & Hannoniæ Comitissæ. In qua ostensione, caput à corpore seiunctum, fidelium deuotioni est exhibitum percolendum. Vide Saussayum, in Martyrologio Gallicano, hac die. §. 6.

QVARTO DECIMO CALENDAS SEPTEMBRIS.

IN Palæstina, Sanctæ [a] Theclæ, Martyris; quæ in persecutione Diocletiani Imperatoris, feris exposita, earumque dentibus laniata, transiuit ad sponsum. In Territorio Parisiensi, Sanctæ [b] Crescentiæ, Virginis; quam miraculorum gloria exornat. In Hispania, Sanctæ [c] Benedictæ, Abbatissæ, Ordinis Benedictini. Apud Longum-Campum, Diœcesis Parisiensis Monasterium, Beatarum Sororum, [d] Ioannæ & Margaritæ, Virginum Clarissarum; quæ eminentem generis nobilitatem vitæ sanctitate, & summis virtutibus superarunt. In Lotharingia, Beatæ [e] Aleydis, Viduæ, Pœnitentis, Ducissæ Lotharingiæ; quæ fructus dignos Pœnitentiæ faciens, viam sibi parauit in cœlum. Panormi in Sicilia, Translatio Sanctæ [f] Nymphæ, Virginis & Martyris.

AVGVSTI XIX.

§. 1. *SAncta Thecla, Martyr.* [a]] Memoratur apud Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 1. Annal. Eccles. ad an. 303. §. 85. Ferrarium. in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Palæstina.* Ex Eusebio lib. 8. Histor. Eccles. cap. 23. passa est autem anno 2. persecutionis Diocletiani.

† §. 2. *S. Crescentiæ, Virgin.* [b]] Illios meminit S. Gregorius Turonens. De Gloria Confess. cap. 105. *Tumulus* (inquit) *erat in vico Parisiorum, haud procul à loco, in quo, vt aiunt, vetustissima Ecclesia nuncupatur, nullo opertus tegmine; ibique in lapide habebatur scriptum: Hic requiescit Crescentia sacrata.* Deindè, narrat miracula ad eius sepulchrum edita.

§. 3. *B. Benedicta, Abbatissa.* [c]] De ea agunt Morales. de Reb. Hispanic. lib. 6. cap. 8. Menardus in Appendic. ad Martyrolog. Benedictin.

§. 4. *BB. Ioanna, &c. Virgin.* [d]] Filiæ erant Potentissimi Gothofredi, Brabantiæ Ducis, obieruntque die Dominica, ann. Christi 1337. apud Monasterium Longicampi: de quibus, Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Præfato Monasterio, quod est 8 Prouinciæ Franciæ. Roulliardus cap. 19. B. Isabellæ, Virgin. Sororis S. Ludouici 9. Reg. Franc. Quercetanos lib. 1. Histor. Genealogic. Domos Drocens. cap 3. in fin. Brulius lib. 3. Antiquitat. Paris. in eod. Monasterio. VVadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1260. §. 60.

B. Aleydis, Virgin. [e]] Crediderim S. Bernardum,
† §. 5. Claraualensem Abbatem, in suo itinere, per Alsatiam, huiusmodi Lotharingiæ Ducissam, ab eo esse à vanitatibus suis conuersam; insignem sanè fœminam, nec minus in statu peccatricis singularem, quàm pœnitentis; atque à Viperis septem liberatam, ex visione eiusdem S. Bernardi, ad denotandam conuersionis eius plenitudinem. Extant Epistolæ inter alias D. Bernardi ad hanc matronam, sed in quibus familiaritas relucet, & memoria acceptorum beneficiorum, conuersionis vestigium haud vix appareat. Constat autem ex tempore eamdem fuisse Aleydem Imperatoris Lotharij Sororem, Simonis coniugem, quæ illi Mathæum genuit, in Ducatu Lotharingiæ successurum. Qualiter autem eadem Ducissa, in sanctitate & iustitia perseuerans, viro Dei in delitijs habita fuerit; quem & ergastulo corpóris solutum, cœlos ascendentem videre meruit, eòque magis in bono confirmari, filia patrem, discipula magistrum, per labores ad gloriam sequutura, discitur ex multis. Qua de re, S. Bernardus Epistol. 119. Merlonus in notis ad eam Epistolam, Guillelmus Abbas lib. 1. vitæ S. Bernardi Abbatis cap. 14. & lib. 3. cap. 28. Bernardus Brito lib. 3. cap. 10. Henriquez lib. 1. Fascicul. Cisterciens. distinct. 4. cap. 44. Manriquez Tom. 1. Annal. Cistercienſ. ad ann. Christi 1131. cap. 2. §. 5. 6. 7 8. & ann. 1139. cap. 8. §. 7. item Tom. 2. ann. 1153. cap. 7. §. 9.

Translatio S. Nymphæ, Virgin. Martyr. [f]] Ita Fer-
rarius in Catalogo Generali Sanctor hac die, ex Ta- §. 6.
bulis Eccles. Panormitanæ: quæ illam loco patronæ veneratur 10. Nouemb.

TERTIO-DECIMO CALENDAS SEPTEMBRIS.

ALORICÆ in Hiſpania Tarraconenſi, Diœceſis Valentinæ, Paſſio Sanctarum Duarum Sororum [a] Gratiæ & Mariæ, Martyrum, Ordinis Ciſtercienſis; quæ cum fratre earum, Sancto Bernardo Monacho, paſſæ ſunt. Eodem die, Sanctæ [b] Adelheidis, Virginis, Recluſæ; cœleſtium meditatione, & iugi oratione celebris. Fulginij Beatæ [c] Angelinæ Antonij à Spoleto, Virginis, Clariſſæ: quæ ſilentii, orationis, & patientiæ, aliarumque virtutum ſpecimen ſingulare euaſit. Ferrariæ, apud Monaſterium Sanctæ Catharinæ, Ordinis Dominicani, Beatæ [d] Perpetuæ Iadry. Prioriſſæ; Regulari obſeruantia, & ſpiritus feruore conſpicuæ. Balneis in Romandiola, Commemoratio Beatæ [e] Ioannæ, Ordinis Camaldulenſis: eximia vitæ ſanctitate ſpectabilis.

AVGVSTI XX.

§. 1. *Sanctarum Gratiæ, &c. Martyr.* [a]] Martyrio coronata eſt à Mauris, circa ann. Chriſti 1180. ita Tabulæ Monaſterij Alorcenſis, ceu, Alcirenſis, vulgò, *Alzira*, vel *Algezira*. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. hac die, Henriquez autem in Menologio Ciſtercienſi. ad 23. Auguſti. At Manriquez Tom. 3. Annal. Ciſtercienſ. ad ann. 1180. cap. 4. §. 3. 6. &c. item cap. 5. §. 3. & ſeq. Scribit, de die illius Martyrij nil certi haberi. Item lib. 3. Sanctoral. Ciſtercienſ. Epiſtol. 1. §. 1. Petrus Calzolarius, in Hiſtoria Monaſtica. Iornada 5. Robertus Ruſca, in ſuo Compendio, Titulo Cellarij S. Ordinis Ciſtercienſ. Barnabas de Montalbo Tom. 1. Chronic. lib. 4. cap. 53. Petrus Ricordatus in Hiſtoria Monaſtica. Flos Sanctorum. Menardus in Martyrologio Benedictino, hac die, & lib. 2. Obſeruation. ad illud. Petrus Antonius Beuter part. 1. Chronic. Hiſpan. cap. 33. 35. Marietta, lib. 2. de SS. Hiſpan. part. 1. Wion in Appendice, ad Martyrolog. Benedictin. Littera B. Martinus de Viciana part. 3. Hiſtor. Valentiæ Titul. de *Algezira villa*. Ioannes Vincentius de SS. Cataloniæ lib. 2. Ioannes Aluarus de Originib. Monaſterior. Ordin. Ciſtercienſ. in Corona Arragoniæ, titol. de *Poplета*. Henriquez lib. 2. Faſcicul. diſtinct. 6.

§. 2. *S. Adelheidis, Virgin.* [b]] Fama ſanctitatis B. Vdegebæ longè lateque peruolante, qua nobiles & inſignes virgines, eius ſe magiſterio ſubdiderunt: inter eas non minori ſanctitate pollebat hæc B. Adelheides, Virgo ſacra, quæ & ipſamet die euolauit in cœlum; iuxta Trithemium, de viris Illuſtrib. Ordin. Benedictin. Wion, & alios, apud Gononum lib. 2. vitar. Patrum Occidentis in ea.

§. 3. *B. Angelinæ Antonij, Virgin.* [c]] Floruit hæc nobilis Virgo Spoletana, apud Monaſterium S. Luciæ Fulginij (quod eſt 7. Prouinciæ S. Franciſci) in omni bonitate & vita exemplari. Silentij manſitiſſima cuſtos extitit; trium, aut quatuor horarum ſpatio ſomnum exoluebat, tum noctis reſiduum in oratione expendebat. Futura mirabiliter prædicebat: ingentes tentationes & perſecutiones dæmonum, ipſam viſibiliter flagellantium, diu, patienterque ſuſtinuit, ac ſuperauit; alijs etiam infirmitatibus haud modicis detenta fuit, ſed cœlitùs ſemper conſolata, ſemel ex integro ſanata à Sancta Virgine Deipara, SS. Ioanne Apoſtolo & Euangeliſta; B. Maria Magdalena, & D. Clara Virgine; quæ eam docuit, quomodo velum & ſcapulare eſſet deferendum. Tandem plena dierum ac virtutum, ad cœlum euolauit, circa ann. 1490. in cuius fœlici tranſitu, ſibi obuiam habuit complures animas pœnis purgatorij adhuc obnoxias; quæ illi gratias agebant, de tot, tantiſque bonis operibus, quibus apud Deum nunc vſque eas iuuarat. Agunt de ea Martyrolog. Franciſcanum, hac die, Annotationes ad ipſum; Iacobillus de SS. Fulginatib. ad diem 22. Iulij, vbi de alijs perfectæ vitæ ſanctimonialib. Præfati Monaſterij, Wadinghus Tom. 7. Annal. Minor. ad an. 1490. §. 8.

B. Perpetuæ, Prioriſſæ. [d]] Ingenti vitæ ſanctitate, §. 4. & optimis moribus, atque feruenti ſpiritu excellebat: cuius prætioſa mors, ex ſtella præcedente per Angelum deſignata fuit: teſte Seraphino Razzio, part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordin. Prædicat. in ea. Florebat ad ann. 1500. Ioannes à Sancta Maria ibid. lib. 3. ex Michaële Pio lib. 3. §. 95.

Commemoratio B. Ioannæ. [e]] Natalis eius celebra- §. 5. tur ſub 16. Ianuar. hac verò die, Tranſlatio eiuſdem, ſi credimus Ferrario, in Catalogo Generali Sanctor. ex Martyrologio Monaſtico; at non ita eſt: cum agatur ſolùm memoria eius, ob patriam, ſuis precibus, à morbo Epydimiæ liberatam; cuius meminerunt latè ac disertè Auguſtinus Florentinus part. 2. Hiſtor. Camaldulenſ. lib. 3. cap. 20. & Arnoldus Wion, in Martyrologio Benedictino: ex veteri inſcriptione, apud illius Sacellum, ibid. in eius honorem extructum

DVODECIMO CALENDAS SEPTEMBRIS.

ROMÆ, in agro Verano, Sanctæ [a] Cyriacæ, Viduæ, & Martyris: quæ in persecutione Valeriani, cùm se, suaque omnia, in Sanctorum ministeria impendisset, demùm pro Christo Martyrium subiens, vitam quoque ipsam libenter impendit. Edessæ in Syria, Sanctorum Martyrum, [b] Bassæ, & Filiorum eius, Theogonii, Agapii, & Fidelis, quos in persecutione Maximiani, pia mater cohortans, Martyrio coronatos præmisit ad palmam, & truncato capite gaudens secuta est cum victoria. Apud Villetum Monasterium, Diœcesis Lingonensis, Sanctæ [c] Humbelinæ, Sanctimonialium Ordinis Cistertiensis Primiceriæ, necnon Sancti Bernardi Abbatis Sororis: cuius hortatu, ad brauium vitæ cœlestis euocata, miro perfectionis profectu emicuit, & sanctò fine quieuit. Florentiæ, Beatæ [d] Villanæ Nazarenæ; Tertii Ordinis Dominicani; quæ virtutum exercitio, patientia, ieiuniis, orationibus, amore in pauperes, & aliis pœnitentiæ operibus claruit. Cassaliæ in Territorio Hispalensi, Beatæ [e] Anonymæ, Virginis Clarissæ, pietate, charitate, & monastica obseruantia insignis.

IVLII XXI.

§. 1. *Sanctæ Cyriaca, Vidua, Martyr.* [a]] Hæc est, ad quam S. Laurentius Martyr, venit, perquirens Christianos absconditos, in quos Ecclesiæ Thesauros dispergeret. *Veniens autem in Calium montem inuenit ibi quandam viduam, quæ fuerat cum viro suo annis vndecim, in viduitate autem permanserat annis triginta duobus. Ea in domo sua multos habebat Christianos, & Presbyteros, & Clericos absconsos, & noctu venit ad eam. Id cùm audisset. B. Laurentius, tulit vestes & thesauros & noctu venit ad eam. Dicebatur autem Cyriaca; cœpitque B. Laurentius omnium Christianorum pedes lauare. Cyriaca, autem mittens se ad pedes eius, dixit, per Christum te coniuro, vt manus tuas impoñas capiti meo. Multas enim patior capitis infirmitates. B. Laurentius cùm dixisset; in nomine Domini Iesu Christi, Filij Dei Omnipotentis, pono manum meam super caput tuum; edito signo Christi imposuit capiti eius manum suam; & manibus eius linteum, quo extergebat pedes sanctorum, & mox omnis dolor capitis discessit ab illa.* Ita Surius ex S. Ambrosio, in Actis S. Laurentij Martyr. 10. Augusti cap. 10. cuius sacrum corpus B. Iustinus Presbyter, & S. Hippolytus, cum abluissent, in prædio ipsius B. Cyriacæ, via Tiburtina, deposuerunt illud in Crypta, in agro Verano ibid. cap. 22. porrò ipsa B. Cyriaca tamdiu scorpionibus cæsa est, atque plumbatis, vsque dùm spiritum exhalaret. Memoratur in Martyrologio Romano, hac die. Baronio ibid. in notis. Molano in Additionibus ad Vsuardum. Huius corpus Translatum est à Sergio 2. Pap. in Titulum Equitij teste Baronio sup. & Tom. 10. Annal. Ecclesi. ad ano. 847. §. 3. ex Anastasio. Vide Pancirolam in Thesauro vrbis Romæ Ecclesiar. Regione 1. & Ferrarium de SS. Italiæ, hac die.

§. 2. *SS. Bassa, &c. Martyr.* [b]] Agunt de his Menologium Græcor. & Martyrolog. Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Ecclesi. ad ann. Christi 304. Molanus sup. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Romano. verb. *Edessa.* Simon Martinus hac die.

§. 3. *S. Humbelina.* [c]] Hæc diuitijs & naturæ dotibus affluens, à fratre Ducissæ Lotharingiæ ducitur in vxorem; sicque nupta & sæculo dedita, cùm in delitijs & vanitatibus periclitaretur, tandem aliquando inspirauit ei Deus, vt fratres suos visitaret. Igitur Claram-Vallem venit ann. 1122. cum superbo apparatu, ob cuius nimium fastum, ab ipsis repulsam passa, tota in lachrymis resoluta compungitur, & S. Bernardi monitis in aliam mutatur. Biennio integro, in sæculo, vitam visa est, eremiticam ducere, instans vigilijs, ieiunijs, & orationibus, ab omni prorsus vanitate aliena effecta. Tandem facultate à viro suo obtenta, religionem intrare sibi permittitur, apud Villetum, seu, Iullcium, fœminarum Cistertiensium Monasterium; vbi Angelicam vitam potiùs quàm humanam professa est ann. 1124. ad quam S. Bernardus, librum scripsit. *De modo bene viuendi* Nam virtutum egregiarum sic ad amussim culmen insectata est, vt cæteras virgines consocias, pleno spiritu religionis inflammaret. Quæ dùm suprema vitæ ageret, præ gaudio exultans, canebat: *Lætata sum, in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.* Qua in voce, Spiritum emisit, anno Christi 1141. ætatis suæ anno 50. relicto cubiculo suauissimo odore referto Pauloque post obitum S. Bernardo, Pio fratri, qui funus eius curauerat, gloriosis vestibus amicta, & mira claritate circumfusa apparuit. Facile crederem illam esse B. *Hemelianam*, Belliscuriæ veneratam, vbi forsitan, cum Ascelina fuerat asportata. Dicitur autem *Virgo*: quia Deo sacrata: nisi aliorum authorum probata authoritas me remoueret. De ea quippè infra ad 27. Octob. Agunt de Præsenti S Humbelina; Acta S Bernardi Abbat. apud Surium 10. August. lib. 1. vitæ eius cap. 4. 6. & seq D. Antoninus part. 1. Chron. Titul. 17. cap. 5. §. 2. Menardus in Martyrol. Benedict. hac die, lib. 2. Obseruat. ad illud. Saussayus in Martyrol. Gallic. ead. die, Angelus Manriquez in Sanctor. Cistertiens. lib. 2. discurs. 6. item Tom. 1. Annal. Cistert. ad an. Christi 1113. cap. 1. an. 1117. cap. 3. § 11. an. 1122. cap. 5. ao. 1141. cap 4. item Tom. 3. ad an. 1195. cap. 1. §. 9. Antonius d'Yeppes centuria 7. Chron. Benedict Ioannes Alonsus, lib 1. cap. 10 Christophorus de Perales lib. 1 cap. 23. Barnabas de Montalbo Tom. 1. Chron. Cistert. lib. 3. cap.

cap. 23. Robertus Rusca in compendio viror. illustrium Ordin. Cistertiens. in ea. Brito. ibid. lib. 4. cap. 5. 6. Anonymus Gallus ibid. lib. 1. cap. 26. Henriquez lib. 1. Lilior. Cistertiens. distinct. 1. cap. 3. 5. & in Menologio Cistertiensi hac die. Myræus in suo Calendario die sequenti. Valerius, in Enchiridio benè morientium, & Fuga sæculi.

†§.4. *B. Villana, Tertiar. Dominican.* [d]] Florentiæ, piis Parentibus nascitur: quæ à pueritio sic virtuti corporisque edomationi addicta fuit, vt iam cilicio, abstinentia, disciplinis, & furtiuis orationibus delectaretur: solo pro lecto vtebatur, &c. verùm postea nupta viro, cœpit paulatim deflecti ad vana: quam ex misericordia respiciens Deus, permisit, vt dùm quadam vice, vanitatibus plus æquo intenderet, & se in speculo contemplare vellet, cernit ex insperatò, non se ita comptam, & adornatam: sed merè Diabolo simillimam: quæris, mutuoque accipit alia specula: sed quoties se inspicit, toties Diabolo deformiorem se cernit: hac re tam insolita, omnino exterrita, capillaturam despicit, vestes abiicit pretiosas, ornamenta deponit, vana omnia spernit & simplici habitu contecta: & humili gradu ad Ecclesiam perrecta, confessionem generalem facit, conuertit se ad Christum, à quo misericordiam postulans, prorumpit in lachrymas, deflens prioris vitæ institutum mox cilicium sumit, vigiliis, ieiuniis & orationibus. pœnitentiæque operibus vacat: & sic ingenti spiritus feruore repletur: quòd sæpe extasim & raptus pateretur: sæpius etiam visionibus diuinis consolabatur: & charitate in pauperes exardescebat; necnon prophetię dono plena, futura prædicebat, & patientiæ virtute fulgebat: cùm sanctam efflauit animam, corpus totam cameram repleuit odore suauissimo, & sicut dùm viueret tertium sancti Dominici ordinem susceperat: sic in morte rogauit, obtinuitque vt in habitu eiusdem ordinis sepeliretur, apud ecclesiam S. Marię Nouæ, ita Seraphinus Razzius. part. 2. vitar. Sanctor. ac BB. Ordin. Prædicator in ea, Florebat sæcul. 15. Ioannes à sancta Maria, ibid. lib. 3.

B. Anonyma Virg. [e]] Vt puella hæc Clarissarum §. 5.
ordinem ingressa est, mirificè in omni virtute, obseruantia regulari, atque sanctitate profecit. Vide Martyrolog. Franciscan. hac die. Annotationes ad illud. Gonzagma, part. 3. Grigin. Seraphic Relig. in Conuentu S. Hieronymi Cassaliensi, qui est 8 Prouinc. Angelor. Barrezzum, part 4. Minor. Chronic. lib. 3. cap. 47. sub annu 1546.

VNDECIMO CALENDAS SEPTEMBRIS.

TARSI, Sanctæ, Anthusæ, Nobilis fœminæ Martyris. Apud Brigense Monasterium ordinis Benedictini, Diœcesis Meldensis, Beatæ [b] Quilisindæ, Virginis, dono scientiæ & prophetiæ adornatæ. Apud Alciacum, Monasterium Diœcesis Morinensis, Sanctæ Sicchedis [c] Virginis primariæ Abbatissæ: quæ de virtute in virtutem proficiens, peruenit [d] ad sanctam Sion cœlestem. Alanquerii, in Territorio Vlissiponensi, Beatæ [d] Mariæ, ab Assumptione Virginis Clarissæ: quæ humilitate, paupertate & charitate conspicua, rerum etiam supernarum contemplationi maximè dedita erat. In Casiella apud oppidum de Cannis, propè Calceatensem Vrbem, Diœcesis Calaguritanæ, Commemoratio Beatæ [e] Armezanę Virginis Abbatissæ, ordinis Cistertiensis; vitæ monasticæ obseruantia ac sanctitate spectabilis. Cortonii Beatę [f] Hadrianæ, tertiariæ Franciscanæ, multarum prærogatiua virtutum celebris.

AVGVSTI XXII.

§. 1. *SAncta Anthusa Martyr.* [a]] Baptisata fuit à sancto Athanasio Episcopo, cum quo & duobus eius seruis, martyrium passa est sub Valeriano Imperatore, prout testantur Græci in Menologio, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. In notis. & Tom. 2. Annal. Eccles. ad annum 269. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Tarsus.* Simon Martinus, hac die.

†§. 2. *S. Quilisinda Virg.* [b]] Discipula extitit S. Burgundo-foræ, seu Pharæ Abbatissę, quæ obitum suum Diuinitùs præsciuit: & quamuis hactenus rudis, integrum tamen Pentateuchum, Euangelia & Epistolas D. Pauli memoriter recitauit, prophetiæ spiritu donata, sub horam obitus vidit multas Sanctimoniales sui cœnobii, in cælum translatas, statimque post eius fœlicem transitum, audita est Angelorum symphonia: ex Iona in vita S. Burgundoforę, Abbatissæ, cap. 7. apud Surium 3. April. Menardus in 2. Appendice, ad Martyrolog. Benedictin. Augustinus Carcat. in vita dictæ S. Pharæ, cap. 25.

S. Sicchedis Virgin. Abbatiss. [c]] Filia erat Adasquari, §. 3.
Alchiaci Toparchæ, & Aucgliæ, præclaro Francorum stemmate illustris: sicque S. Austrebertħæ Virginis Abbatissæ, neptis extitit ipsa D. Sicchedes, quæ supra nubiles annos matura, virtutum omnium euasit quoddam Myrothecium; quin penè ab ortu eam Christus suam fecit. In vtroque parente vberiora pietatis accepit alimenta: siquidem nil ferè ad prouectiorem vsque ætatem instillari illi potuit, quam litterarum & virginitatis studium, ideoque ex SS. Præsulum Audomari & Bertini sententia, parentes potestatem fecere natę, quod luberet, vitę genus diligendi. Cum autem Adasquarus in suo Alciaco præsidio, insigne sacrarium S. Virgini Deiparæ struxisset, solaque ac summa cupido Virginem incesseret, se Virginum choris deuouendi, ædes adiunxit monasticas an. 673. quo Sanctimonialium illic coacto cœtu salutari, filiæ præsentia frui sibi daretur,

Quere in Parthenio Templo, pretioso compto, vestiiumque muricè reiecto, mirabili velum & habitum religiosum ardore suscepit, cui adfuit cœlitùs datus S Siluinus Episcopus Tolosanus, ab Ebroini, maiori domus Francor. Machinationibus exagitatus, qui in S. Sicchedis Monasterii regimen deligitur. Hoc vnum quippe efflagitabat S. Sicchedes flos Virginum amœnissimus, vt sacræ eius ferulæ se totam cum sodalibus subiiceret. Non obscuris indiciis, breui perspexit D. Siluinus animum magnæ Sanctimoniæ capacem, & qui summæ perfectionis lineamenta imbiberet: vti spei respondit euentus. Tum demum moriente ipso Siluino, funus eius curauit B. Sicchedes, atque in sua Abbatiali Ecclesia tumulauit: cuius sepulchrum honorificentissimè struxit & adornauit, anno 715. qua de re Leutwith. eiusdem loci Abbatissa in Ms. Codic. Monumenta Bertina, & Malbrancq. Tom. 1. de Morinis, lib. 2. cap. 48. lib. 4. cap. 11. 54. 19. & 57.

§. 4. *B. Maria Clarissa Virg.* [d]] Humilis erat, & charitate flagrans: contemplationi vacabat paupertatis amantissima sectatrix, ac tandem omni virtute fulgebat. Agunt de ea Martyrologium Franciscan. hac die Annotationes ad illud. Gonzaga. part 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio Conceptionis Beatæ Mariæ Virgin Alanquerii, quod est 4. Prouinciæ Portugalliæ: cuius & vna ex Fundatricibus fuit. Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 39. ad annum 1568. Valerius de Sanctis Fœmin. Ordinis Minor. lib. 4. cap. 40.

B. Armezana Virg. Abbatiss.] Floruit hoc cœnobium sanctissimis monialibus: sed præcipuè duabus istis Abbatissis BB. *Armezana* & *Vrraca*, tertia & quarta: clara vtraque sanguine progenita: prior successit Todę anno 1212. qua per 30. annos gubernante, magna cum laude, atque ingenti opinione sanctitatis, migrante ad superos; huic *Vrraca* suffecta est. De qua supra ad 7. Iunii. Vide Mauriquez, Tom. 2. Annalium Cisterciens. ad annum 1169. capite. 6. §. 10. §. 5.

B. Hadriana, Tertiar. [f]] Soror erat B. Margaritæ à Cortona, quam & pro viribus studuit imitari; plenaque virtutibus illuxit, migrans ad Dominum. Cùm enim Indulgentiam plenariam. Apud Assisium, in die festo Portiunculæ 2. Augusti, lucraretur, & ex turbarum compressione, maximè læsa fuisset, reuersa Cortonium, paulò post, ex dolore laterum, spiritum exhalauit. Vide Martyrologium Franciscanum 11. Aug. Annotationes ad illud, de Sillis in cap. 8. Regul. Tertij Ordin. Minor. à quo & *Andreana*, mendosè nominatur. Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. Christi 1297. §. 19. ex vetustis Codicib. & antiquis Ordinis Monimentis, Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 6.

DECIMO CALENDAS SEPTEMBRIS,

ANTIOCHIÆ, Natalis Sanctæ [a] Fructuosæ Martyris, quæ præclarissimo confessionis honore coronata est. AEgeæ in Cilicia, Passio sanctarum [b] Martyrum Donuinæ & T[illegible]nillæ, sub Diocletiano Imperatore, quæ post acerba tormenta Victores cum Christo triumpharunt. Apud Summontorium in superiore Boicæ parte, Beatæ [c] Richildis Virginis, solitudine, oratione & signis admirandis celebris. Fulginii in Vmbria Beatæ [d] Fœlicis Virginis Clarissæ: genere ac virtute illustris. Soncini in Lombardia, Beatæ [e] Luchinæ tertiariæ Dominicanæ, miræ abstinentiæ, orationis extaticæ, ac spiritus prophetici, Fœminæ. Limæ in India occidentali, Beatæ [f] Rosæ, à sancta Maria, Virginis tertiariæ Dominicanæ, singulari vitæ sanctimonia, & miraculis gloriosæ. Apud Buleneuriam, Monasterium, ordinis Cisterciensis, in Territorio Trecensi, Translatio Sanctæ [g] Ascelinæ Virginis.

AVGVSTI XXIII.

§. 1. *Sancta Fructuosa Martyris.* [a]] Hanc commemorant Beda, Vsuardus, Ado, & Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Petrus de Natalibus, lib. 7. Catalog. Sanctor. cap. 100.

§. 2. *SS. Donnina &c. Martyr.* [b]] Agunt de ea Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad annum 258. aliis 285. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Romanum. verb. *Agea* & *Laranda* Surius, hac die ex Ms. Codice, cui vetusta Martyrologia adstipulantur. Ex quibus dicimus priorem inter verbera expirasse; alteram verò nobilem viduam, primo alapis faciem eius esse contusam, deindè prostratam pedibusque ligatam, fortiter excruciatam: tum suspensam capillis, cæsam in facie, ac postea denudatam & capite rasam, demum ad quatuor palos extensam, verberibus laniatam atque carbonibus super ventrem eius impositis exustam, inuictum Christo spiritum reddidisse.

B. Richildis Virg. [c]] In Monasterio Virginum extra sodalitatem vixit circa annum 1100. Modico clausa domicilio, vitam eremiticam ducens: vbi præclara Virgo fœliciter in Christo obiit, sepulturam nacta ibid. sub altari SS. Apostolorum Petri & Pauli, hac die, vbi maximè colitur: nec pauca supplicabundo per Virginem populo beneficia porriguntur: quando frequens ad cineres illius, & venerabundus procumbit, vota soluit, anathemata suspendit, curati memorantur ægri, omnisque generis vitia corporum correcta cernuntur. Qua de re Raderus part. 2. Bauariæ §. 3.

s. Bauariæ ſanctæ ex MSs Summontorianis & Brulcbiu, de Monaſteriis Germaniæ, Auentino & cætera.

§. 4. *B. Fœlicis Virgin.* [d]] Ex familia *Onuphriorum*, apud Fulginium notiſſima, erat progenita: quæ ſingulari cum obſeruantia, & ſanctitatis fama, vixit ac obiit circa annum 1470. in Monaſterio S. Annæ Fulginij, quod eſt 10. Prouinc. S. Franciſci. Vide Martyrologium Franciſcan. hac die, annotationes ad illud, Iacobillum de SS. Fulginatibus in vita B. Angelinæ *Corbara* [e] ad 24. Iulii.

§. 5. *B. Luchinæ Tertiar.* [e]] Hæc in domo parentum puella, mira puritate [e] ſimplicitate & deuotione vixit. Adultior facta, quantum venuſtate excellebat, tantum extincta priſtina deuotione, vanitatibus ſæculi incumbebat. Matrimonio iuncta eiſdem adhuc mundi illecebris addicta erat, donec B. Matthæi *Carreri* Dominicani concionibus percullſa, vitam in melius commutanit tertii ordinis S. Dominici ſtatum aſſumpſit, viuendique ſtrictiſſimam iniit rationem. Nam ex tunc pretioſis veſtibus abiectis, communes ac vulgares induit habitus, cilicium aſperrimum nudæ carni impoſuit, ferrea, nodoſa, duplicataque cathena renes ſtrinxit, præter hanc cinctu coriaceo latiore, ferreis clauis ad iuſtar pectinum, quibus lanæ vel pelles carminautur, armato, nudam ſeipſam cinxit: carnium æſum ſibi perpetuò interdixit, nec niſi leguminibus & herbis vitam tolerauit: ieiunia ieiuniis, ſolo pane & aqua contenta continuauit, lecti Mollitiem declinans, duroque ſcabello caput reclinans, breuiſſimum ſonum captabat, funibus ferratis, noctibus ſingulis, vſque ad ſanguinis effuſionem, corpus flagellabat, inter hæc precibus & meditationibus intenta, Roſarii ſanctæ Virginis ſacra myſteria attentiùs conſiderabat, cultuique eiuſdem Reginæ Angelorum impenſius vacabat. Orationi ita dedita erat, vt ſæpe in ea raptus & extaſes haberet: nec propterea, rerum dumeſticárum curam aut negligebat vel obmittebat, quin potius eas omnes ſolerter ac demiſſa humilitate obibat, præter hæc in operibus miſericordiæ ſpiritualibus, iuxta & temporalibus exercendis aſſidua erat, præcipuè ægros animi & corporis, quacunque potuit ratiune recreabat, ſolabatur, iuuabat, cunctis benigna, mitis, pia, affabilis & patientiſſima. Innumeri ad eam viſendam accurrentes: ex quibus plurimus valetudini priſtinæ, oratione ſola reſtituit: aliis futura prędixit: plurimaque miracula ad communem aliorum ſalutem perpetrauit ante & poſt fœlicem eius obitum. Decennio puſt aperto illius ſepulchro, Soncini, apud Dominicanos ſuauiſſimum odorem ex eius curpore præſentes perſenſere. Scribunt de ea Michael Pius libro 3. de viris Illuſtribus Ordin. Prædicatur. Seraphinus Razzius. part. 2. de vitis SS. ac BB. eiuſdem Ordinis, Bzunius Tom. 18 Aunalium Eccleſ. ad annum Chriſti 1485. §. 22. quo obiit Menſe Auguſto. Boſins, Tom. 2. de ſignis Eccleſiæ, libro 15. cap. 2. & 5. Ioannes à ſancta Maria, part 2. lib. 1. vitar. SS. ac BB. Ordin. Prædicator.

§. 6. *B. Roſa Tertiaria.* [f]] Naſcitur Limæ, ceu Ciuitate Regum, in India Occidentali, anno 1586. ex parentibus Chriſtianis, prius in Baptiſmo *Iſabella*, deindè *Roſa* nuncupata: Quingennis effecta, votum emiſit de virginitate conſeruanda, Chriſtoque conſecranda, quam & vſque ad mortem illibatum cuſtodiuit: quapropter mortificationi & pœnitentiæ operibus omnino ſe addixit, Tertio Ordini Dominicanu nomen dedit, cum prius habitum ſancti Franciſci induiſſet: diu noctuque orationi & inclinationibus ac proſtrationibus vacabat, in qua illuſtrationibus Diuinis ſæpe dignabatur: ſolitudine, & ſilentio delectabatur, ſacramenta Eccleſiaſtica frequenter ſuſcipiebat, humilitate, patientia & charitate in proximum abundabat. Lachrymis, ieiuniis, diſciplinis, cilicio, cathenis ſerreis, & aliis pœnis corpus edumabat. Hac die, anno 1617. migrauit in cœlum. Cuius corpus ſepultum eſt Limæ in Eccleſia Fratrum Prædicatorum: eius funeri interfuit Archiepiſcopus cum ſua Eccleſia Cathedrali & infinita populi multitudine, vbi claret miraculis. Vide Ioannem à ſancta Maria, part. 2. vitar. Sanctorom Ordinis Prædicat lib. 3.

§. 7. *Tranſlatio S. Aſcelinæ Virgin.* [g]] Huius ſacræ reliquiæ apud ipſum Monaſterium, condigno honore aſſeruantur in decoro Lipſanodochio, iuxta Sauſſayũ um in Martyrologio Gallicano, Menardum in Martyrologio Benedictino hac die, & lib. 2. obſeruationum ad illud, quo huiuſmodi ſolemnitas celebratur: cùm Monachi Bullencuriani curpus eius ex Polengero Aſceterio ſibi ſollicitarunt: ſuper cuius Manſuleum altare proſtat extructum, vbi magnus per annos ſingulus concurſus populi habetur, ac veneratur. Vide Camuſatum in Originib. Trecenſ.

NONO CALENDAS SEPTEMBRIS.

APVD Oſtia Tyberina, Sanctæ [a] Aureæ Virginis & Martyris: quæ ſaxo ad collum alligato, in mare demerſa eſt, cuius corpus ad littus eiectum, Beatus Nonnus ſepeliuit. In Anglia, Commemoratio plurimarum Sanctimonialium [b] Martyrum, quæ per vniuerſam Angliam, variis in Monaſteriis, à Danis, ſæuiſſimis paganis, & chriſtianæ religionis infenſiſſimis hoſtibus, diuerſis mortis generibus crudeliſſimè interemptæ ſunt. Apud Montem Puſſium in Germania, Beatæ [c] Tudechæ, ordinis Ciſtertienſis, primariæ illius loci Antiſtitæ: quæ in ſumma corporis paupertate, & ſpiritus puritate, vitam tranſegit. In Anglia Sanctæ [d] Alyciæ Prioriſſæ. Villæcomitis, in Territorio Bracarenſi Beatæ [e] Mariæ à ſepulchro, Virginis Clariſſæ: multarum prærogatiua virturum inſignis. Popiglioni in territorio Piſtorienſi, Beatæ [f] Mariæ, Virginis tertiariæ Dominicanæ: ſanctis moribus, & meritis præclaræ.

AVGVSTI XXIV.

§. 1. *Sancta Aurea Virgin. Martyr.* [a]] Passa est tempore Alexandri Imperator. sub Vlpiano Præfecto: ita acta eius MSS. ex quibus martyrologium Romanum hac die. Baronius ibid. in notis, Gallonius de Virginib. Roman. Ferrarius de SS. Italiæ, & in noua Topographia ad Martyrolog. Romanum. verb. *Ostia*, cuius corpus ibid. requiescit: cui & Ecclesia Cathedralis Hostiensis dicata est: teste Vghello, in *Italia sacra*, vbi de Episcopis Hostiens. Molanus de ea in notis ad Vsuard. ad 22. August. Simon Martin. hac die. Pancir. in thesaur Vrb. Rom. Region. 11. Eccles. 20.

§. 2. *SS. Martyr. Sanctimonial.* [b]] Huiusmodi clades cœpit ab anno Christi 793 vsque ad annum Christi 879. qua de re leguntur Henricus Huntindoniens. in prologo lib. 5. Histor. Anglor. Rogerius Houedenus, part. 1. Annal. Anglor. ad annum 793. VVestmonasteriensis, anno 795. & 8,8. Malmeburiensis, lib. 1. de Gestis Reg. Anglorum. cap. 3. & lib. 3. de Pontificibus Anglor. §. de Episcopis Lindisfarnensibus, Ingulphus in Historia Abbatiæ Croylandens. Asserus de gestis Alfredi Regis Anglor. Harpsfeldius sæcul. 9. Histor. Anglic. Eccles. cap. 2. & seq. Anonymus libri de Antiquitatibus Britannic. Simon Dunelmensis, ab anno 793. & alii apud Eduard. Maihew. Tom. 2. Trophæor. Congregation. Anglic. Ordin. Benedictin. ad Natales Sanctor. hac die, ex quibus discimus hos scelestos & impios viros, in Virgines, puellas ac Sanctimoniales præcipuè exarsisse, nullumque barbaræ immanitatis genus contra eas exercere prætermisisse.

§. 3. *S. Tudecha Abbatiss.* [c]] Fœmina extitit sanctissima, quæque suo exemplo, & pia conuersatione, multas Virgines è fluctibus sæculi eripuit, Christoque castarum animarum sponso coniunxit, vitam rigidissimam in eremo, per 5. annos egit: quibus variis fuit laboribus, difficultatibus, ac omnium rerum indigentia, afflicta: sed superans in eo, qui non derelinquit sperantes in se, vsque ad annum 1252. perseuerauit, quo ex hac vita fœliciter migrauit: illius meminerunt Bruschius in Chronologia Monasteriorum Germaniæ: Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die

S. Alicia Priorissa. [d]] Ita Ferrarius in Catalog. generali SS. hac die, ex Anglican. Martyrolog. & VVestmonasteriensi, ad annum 1270. quo floruit. §. 4.

B. Maria Virg. Clariss. [e]] Inter eas Religiosas, quæ in Monasterio S. Claræ Villæ-Comitis, maxima cum sanctitatis fama, in Domino obdormiere, hæc principatum obtinet, cuius vita atque mores omninò fuere mirabiles. Memoratur in Martyrolog. Franciscano hac die, Annotationibus ad ipsum. Gonzaga. part. 3. Origin Seraphic. Religion. in eo Monasterio, quod est 14. Prouinc. Portugall Barrezo, part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 40. ad annum 1566. Vadingho Tom. 3. Annal. Minor. ad annum Christi 1318. §. 46. Valerio de SS. Fœminis eiusdem Ord. lib. 4. cap. 41. Cardoso in Agiologio Lusitano 21. Ianuar. & Commentar. ad illud. §. 5.

B. Maria Tertiar. [f]] Honestis parentibus nata, in pago Pistoriensis Diœcesis, vulgò *Popiglio* grandior effecta, tertii Ordin Prædicator. habitum sumpsit, spiritualibusque exercitiis ex tunc se mancipauit, die ac nocte ieiunio & orationi iugiter vacans: solitudine & silentio delectabatur: mira etiam patientia in aduersis, & infirmitatibus prædita erat: spiritu prophetico plena erat, quo plura prædicebat futura: miraculis in vita & post mortem clara. Obiit hac die, anno Christi 1575. ætatis suæ anno 75. iuxta Seraphinum Razzium part. 2. de vitis SS. ac BB. Ordin, Prædicat. in ea. Ioannes à sancta Maria ibid. lib. 2. §. 6.

OCTAVO CALENDAS SEPTEMBRIS.

APVD Coldingense, ordinis Benedictini Monasterium, in Northumbria Angliæ Prouincia, sanctarum [a] Virginum & Martyrum, Ebbæ Abbatissæ, & Reliquarum eiusdem loci Monialium: quæ mira constantia, & ingenti spiritus feruore, pro castitate seruanda & religione tuenda, decertantes, Victores ad cælos euolarunt. Neapoli, sanctæ [b] Patriciæ Virginis. Apud Monasterium Humolariense, iuxta Quintinopolim, in Veromanduis, Diœcesis, Nouiodunensis Sanctę [c] Hunegundis Virginis, Abbatissæ Benedictinæ, quę magno perfectionis zelo, & signorum virtute resplenduit. Coldinghamię, Natalis Sanctæ [d] Ebbæ Virginis Abbatissæ, eiusdem ordinis sororis sancti Osvvaldi Regis Angliæ & Martyris, quæ tanta sanctitatis gloria refulsit, vt hac commota vndique pietatis amantes, ad eam, ceu ad animatum totius religionis speculum concurrerent, quas in portum salutis vexit saluas. Eodem die, Transitus sanctæ [e] Alueræ Virginis. Fulginii in Vmbria, Beatę [f] Franciscæ ab Andræa, Virginis Clarissæ: quæ Diuinis Charismatibus impinguata, Christo sponso iugiter adhæsit, fœliciterque congaudet. Florentiæ, Beatæ [g] Catharinæ de Pazzis, Virginis eiusdem Instituti, eximia

eximia perfectione ac virtute conspicuæ. Lubecæ in ora sinus Balthici, Translatio sanctę [h] Hildæ Abbatissæ. Bergomi Translatio, sanctæ [i] Gratæ Virginis viduæ.

AVGVSTI XXV.

§. 1. *SAnctarum Ebbæ, &c. Martyr.* [a]] Passæ sunt circa annum 870. ab hostibus paganis Angliam inuadentibus. Constat autem ipsam sanctam Ebbam, eiusque sodales Virgines omnes, ne illis hostes abuterentur, tunc nonaculis seipsas, nasi abscissione, cum labij inferioris vsque ad dentes mutilatione, deturpasse: quo horrendo spectaculo exterritis, & in furor mactis milites eas crudelissimè trucidarunt. Qua de re Beda lib. 4. Histor. Angl. cap. 19. Matthæus Westmonasteriensis, anno 870. ex quo Baronius eod. anno. Tom. 10. Annal. Ecclesf. Polidorus libro 4. Histor. Anglor. Camdenus in descriptione Scotiæ. §. de Marchia. Author libri de antiquitatibus Britannic. In Celnotho. Harpsfeldius, sæcul. 9. Histor. Ecclesf. Anglic. cap. 14. Stows in Annal. Angl. ad annum 870. Martyrologium Anglic. Ferrarius in Catalog. generali SS. hac die, Wion lib. 4 Ligni vitæ, cap. 18 Eduardus Maihew. Tom. 2. Trophæor. Congregation. Anglic. Ordin. Benedict. ad SS. Natales 2. April. & 25. Augosti Camerarius lib. 3. de Scotor. pietate & SS. Regni Scotiæ. cap. 4. eisd. diebus. Menardus in Martyrolog. Benedict. 24. August. & lib. 2. obseruation. ad illud. Raderus, parte 2. Viridarii Sanctor. cap. 5. §. 3. in fin. Stengelius in imaginibus SS. Ordin. Benedict.

§. 2. *S. Patricia Virgin.* [b]] Constante Constantini magni filio nascitur, Constantinopolique educatur, sed postea vna cum nutrice & famulabus, Constantinopoli Italiam veniens, veneratura limina Apostolorum, Neapoli in Campania diem clausit extremum, multisque miraculis eius est sanctitas declarata: cuius celebris est memoria Neapoli. Vide Martyrologium Romanum hac die, Baronium ibid. in notis.

§. 3. *S. Hunegundis Virg. Abbatiss.* [c]] Hæc orta *Lambaidis Domicellis*, binis milliaribus ab Augusta Veromanduorum, & S. Eligii, Nouiodunensis Episc. magisterio, cum B. Aurea cæterisque Virginibus ad pietatem erudita, desponsata esset Eudaldo, posthabitis tamen carnalibus nuptiis, cælestes amplexa, & Romæ à summo Pontifice velata, Tum Monasterij Huniolariensis, ad ipsos penè muros Augustæ, facta religiosa, anno 650. postea autem Abbatissa, in ea singulari Sanctimonia castitateque vixit, Natalemque Veromanduum, Balsamis & Nardis eximiarum virtutum repleuit: carnemque iugiter macerans crebris ieiuniis & vigiliis spiritum Deo coniunctum semper habuit. Diebus festis solo pane & aqua parcissima contenta, reliquis pane, cineribus permixto, & herbarum arborumque pastu, defessum fouebat corpusculum, vicina morti non defuerunt illi solatia Angelorum: & sumpto extremæ Vnctionis oleo, & sacro Eucharistiæ viatico: conuersa ad dilectum sponsum aiebat cum ardentissimo amore. *Adsum ego Christe, ancilla tua, venio obsecro, Rex piissime, & me benignè suscipe.* Scripsit eius vitam Bernerus Abbas Humolariensis, Doubletus, Simon Martinus, Surius, Renatus Benedictus &c. hac die. Agunt de ea Molanus in Additionibus ad Vsuard Saussayus in Martyrolog. Gallican. VVion in Martyrolog Benedict. Ferrarius in Catalogo generali SS. Vacquegius in Enchiridio bene morientium, hac eadem die. Hæmereus in Augusta Veromanduorum illustrata, sub anno 650. Gallia Christiana in Episcop. Nouiodunens. sub S. Eligio Episc. Grisius de Clericis regularibus, sect. 10. §. 13.

S. Ebbe Virg. Abbatiss. [d]] A primis annis, veræ pietatis gustum quemdam haurire, mundi oblectamenta, cæteraque à Deo auocamenta diligenter respuere cœpit: cumque eam magna ambitione Scotorum Rex Aidanus vxorem sibi asciscere tentaret: illa se Christo meliori sponso, consecrare desiderans, à Finano Lindisfarnensi Episc. velata est, voluntariam paupertatem præferens diuitiis atque regalib. pompis circa annum 655. sicque in Monasterio Coldinghamio (Coludi Vrbs est) a se extructo, totius regularis disciplinæ egregiam Magistram se præbuit: ex cuius schola prodiit S. Etheldritha, Elyensis Abbatissa. Denique B. Ebba post plures annos in monastica obseruantia sanctissimè exactos, ad cœlestem Patriam fœliciter transiit, hac die. Scribunt de ea Beda lib. 4. cap. 19. & 25. Item in vita S. Cuthberti cap. 10. Wigorniens. ad an. 672. VVestmonasteriens. an. 679. Polydorus lib. 4. sup. Harpsfeldius sup. sæcul. 7. capite 24. 37. Capgrauius in Legenda SS. Angl. Camdenus sup. in Comitatu Dunelmensi, Eduard. Mathew, sup. hac die. Camerarius sup. ead. die, Ferrarius in Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Egit* Menardus in Martyrologio Benedictino ad 30. August. & lib. 2. obseruation. ad illud. §. 4.

S. Alnera Virgin. [e]] Ita hac die ex vetustissimo Monasterii PP. Benedictinor. S. Sabini, seu Sauini de Lebitania, in montibus pyrenæis, in agro Tarbiensi, Martyrolog. MS. ab hinc circiter 500. an. exarato, in Pergameno: extat ad Calcem Martyrologij Gallicani, per Saussayum. §. 5.

B. Francisca Virg. [f]] Perusina erat, & in virtutum genere perfecta Sanctimonialis: in omni loco, omnique tempore, semper orabat, nec exercitium aliquod, vel tumultus animam suam à dilecto Christo separabat, à quo multis reficiebatur consolationibus, & Diuinis reuelationibus dignabatur. Tempus mortis suæ cum ab Angelo didicisset sancto fine quieuit anno 1468. sepulta in Monasterio S. Luciæ Fulginii, quod est 7. Prouinciæ S. Francisci: sic Martyrolog Franciscan. hac die, & annotationes ad illud. Iacobillus de SS. Fulginatib. sub 22. Iulij. VVadinghus Tom. 6. Annal. Minor. ad an. 1468. §. 12. §. 6.

B. Catharina Virg. [g]] Dilecta Discipula extitit B. Philippæ à Medicea (de qua inferius ad 8. Decemb.) Florentiæ in Monasterio de Monticellis: cui et morienti an. 1488. piè adfuit: hincque sequenti, ad defunctæ feretrum orans pro sanitate impetranda, sensit sibi quinque fistularum loca (quibus diu vexabatur) contingi & confestim sanari. Eo autem beneficio adeò obstricta, immutata est, vt deinceps nudis pedibus incederet, super asseres, vel sarmenta dormiret, orationibus sanctisque exercitationibus assiduè vacaret. Ea Martyrologio Franciscan. hac die, annotationibus ad ipsum: Mariano, VVadingho & aliis id ipsum attestantibus, in Gestis præfatæ Beatæ Philippæ. §. 7.

Translatio S. Hildæ Abbatiss. [h]] Die 3. huiusce §. 8.

mensis acta est de ea commemoratio, nunc autem de aliqua illius translatione agitur: cuius festum apud Rosariorum Factores maximè celebre habetur, hac die, ita Ferrarius in Catalog. generali SS. Nam dies eius Natalis 17. Nouembris colitur.

Translatio S. Gratæ Virg. Viduæ. [h]] Orbata Virgo Marito, pietati impensè se dedit, ac sanctitati officioque Ecclesiastico approbatu Romæ, illic colitur: iuxta Ferrarium hac die. sup. ex tabulis Eccles. Bergomens. & in SS. Italiæ. §. 8.

DECIMO CALENDAS SEPTEMBRIS.

COENOMANIS, Sanctæ [a] Tenestinæ Virginis Abbatissæ, monastica obseruantia, & multarum prærogatiua virtutum conspicuæ. In Anglia, Sanctæ [b] Panduuinæ, Virginis. Marciniaci Lugdunensis Diœcesis, Beatæ [c] Alberteæ Virginis Benedictinæ: multæ religionis ac mortificationis. Florentiæ, in Monasterio sancti Ioannis Euangelistæ, Depositio Sanctæ [d] Margaritæ Virginis, Abbatissæ Ordinis Vallis-vmbrosæ, [e] miraculis claræ. Alanquerii, in Territorio Vlyssiponensi, Beatæ Achatiæ à passione Virginis; Clarissæ: humilitate & charitate, celebris. In Territorio Lemouicensi, Sanctæ [f] Pelagiæ viduæ, Matris S. Aredii Abbatis, valdè religiosæ fœminæ & signis admirandis illustris.

AVGVSTI XXVI.

§. 1. SAnctæ Tenestinæ Virgin. Abbatiss. [a]] Trenestina Ceti in hac dicitur Christi famula, quæ à S. Innocentio episcopo eiusdem vrbis, sacro velamine amicta, in Monasterio S. Iuliani Pratensi inter muros & amnem, ab eo ædificatu, cum puellis Deo deuotis, ope Ipsius S. Innocentii, & B. Domnoli eius successoris sustentata, vitam egit prorsus cœlestem: quousque immaculato tramite, decursa suæ conuersationis palæstra, spiritum emisit in cælum. Eius corpus deindè Floriacum, ceu iuxta alios, Maleacum delatum est, ybi decenti cultu asseruatur, festoque proprio Beata ipsius memoria honoratur: ex cuius reliquiis, Manasses Aurelianensis Episcopus particulam decerpsit, intulitque in Monasterium Curiæ Dei, ad perennem venerationem. Iuxta Ferrarium in Catalog. generali SS. ex tabulis Abbatiæ Floriacens. & Saussayum in Martyrolog. Gallican. hac die. Galliam Christianam, in episc. Cænomanens. Carolum Saussayum in Annal. ecclesi Aurelian. lib. 4. cap. 7. §. 102. apud quem Aldericus episcop. 23 Cœnomanens. eius ossa venerâter exhumauit circa annum 835. Hildebertus verò Episc. 35. eiusdem sedis, capsa argentea auro illita, ea contexit Bononnetus ibid. pag. 170. Ioannem à Bosco, in Bibliotheca Floriacensi, Simonem Martin. hac die & Cornaisierum in Histor. episc. Cœnomanens. pag. 141. & seq.

§. 2. *S. Panduuinæ Virg.* [b]] Vixit circa annum 904. ex Martyrolog. Anglico, hac die. Ferrarius sup. & Ioannes Capgrauius in Catalogo SS. Britanniæ.

§. 3. *B. Albertæ Virgin.* [c]] Hæc est cui in somnis apparuit, vir Dei Gaufredus, Prior antea Marciniacensium, vti scribit B. Petrus Cluniacensis Abbas lib. 1. miracul. cap. 26.

§. 4. *B. Margaritæ Virg.* [d]] Fuit Patria Fauentina, discipula S. Humilitatis, primæ illius Monasterii Abbatissæ, cui in regimine successit, migrauit à sæculo anno Christi 1330 & in Monasterio S. Saluii, non longè à Florentia iuxta Magistram suam sepulta est. Ita Tabulæ Vallis-vmbrosæ. Wion in Martyrolog. Benedict. Ferrarius sup. hac die, & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Florentia.*

§. 5. *B. Achatiæ Virg.*] Hæc sponsa Christi humilima fuit, paupertatis amantissima, charitate flagrans contemplationi admodum dedita, ac tandem omni virtute prædita, Fidelium animas defunctorum commendatissimas habuit, dùm viueret, proque eis perpetuò Dominum exorabat: quare cùm ad cœmeterium tumulanda deferretur, auditum fuit à sororibus murmur, tanquam persoluentium defunctorum officium, viuebat anno 1565. Moritur autem in Monasterio Conceptionis B. Mariæ Virgin. quod est 4. Prouinc. Portugall. Memoratur in Martyrologio Franciscan. hac die, annotation. ac illud Gonzaga. part. 3. Origin Seraphic. Religion. in eo Monasterio Barrezzo, part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 39. & Valerio lib 4. de SS. Femin. eiusdem Ordinis, capite 40.

S. Pelagiæ viduæ. [f]] Præclarum ejus elogium describit S. Gregor. Turonens. de gloria Confessor. cap. 104. hisce verbis. *Pelagia verò genitrix B. Aredii, cuius supra meminimus, valdè religiosa. Cùm vrgeretur febribus, & esset in transitu, petiit filium, dicens: Quæso, fili dulcissime, ne me ante diem 4. sepeliatis: vt venientes famuli famulæ-ue, omnes videant corpusculum meum: nec vllus frustretur ab exequiis meis, de his quos studiosissime enutriui: Et hæc dicens emisit spiritum; ablута iuxta morem, collocatur in feretro. atque in Ecclesiam deportatur. Quarto verò die, priusquam sepeliretur, tantus odor suauitatis efflagrauit à corpore, vt omnes admirarentur, De nocte verò globus ignis magnus apparuit, qui ab oriente consurgens, ac per cœli circulum currens, super ecclesiam stetit, in qua corpus defunctæ iacebat. Ex hoc autem ita cunctam ædem subitus splendor obtexit vt putarent se diem medium contemplari. Et statim Energumeni multi exclamarunt, dicentes: quia Martinus venit ad transitum Pelagiæ, succedente verò Dominica die. postquam sepulta est, posuerunt cereum ad caput eius, dicentes; Paruum est nobis cera, & iam nox prolixior habetur, cum ad matutinum consurgimus, tunc accendatur cereus iste, & clauso ostio abierunt. Expleto autem somno, ingressi Basilicam, inuenerunt cereum ardentem, quem exstinctum reliquerant. sed & sanitates infirmorum sæpius aguntur ad huius religiosæ sepulchrum,* Hæc ille, ex quo S. Odo Abbas, Cluniacens. §. 6.

2. Tract.

2. Tract. quod B. Martinus par dicitur Apostolis circa finem. Extat in Bibliotheca Cluniacensi pag. 128. Quercetanus ibid. in notis & Saussayus in Catalogo generali Sanctor.. Florebat circa annum 560. Acta item *S.* Aredii Abbatis apud Surium die 25. Augusti.

SEXTO CALENDAS SEPTEMBRIS.

IN Sicilia apud Leontinos, sanctæ [a] Euthaliæ Virginis & Martyris: quæ cum esset christiana, à fratre suo Sermilliano, gladio cæsa migrauit ad sponsum. Eodem die, Passio sanctæ [b] Anthusæ iunioris; quæ ob Christi fidem, in puteum mersa, martyrium sumpsit. Tomis, in Ponto sanctæ [c] Manneæ, Martyris: quæ vnà cum ipso post tormenta superata, ad astra migrauit. In Germania prope Tolbiacum, apud Houenense Monasterium, Ordinis Cistertiensis, Beatæ [d] Elisabeth, Virginis Abbatissæ: quæ per austeræ pœnitentiæ rigorem, & indefessum mortificationis studium, eximiam mentis & corporis consecuta est puritatem, atque cælestis gratiæ gaudium æternum. Bellalcazari, in Territorio Cordubensi, Beatæ [e] Mariæ à sancto Antonio Virginis Clarissæ: quæ dono orationis extaticæ: lachrymarum exornata, cum Christo consolatur in gloria. In Picœno, apud Septempedanos, sanctę [f] Margaritæ viduæ. Nanceii in Territorio Tullensi, Beatæ [g] Margaritæ à Bauaria: quæ alta suæ Regiæ prosapiæ, summis virtutibus exornauit. Toleti, Beatæ [h] Beatricis de Ribera, tertii Ordinis Minimorum: quę pietatis ac pœnitentiæ exercitiis intenta, maxima deuotione, feruentissimoque amore ferebatur in sacro-sanctam Eucharistiam. Cordubæ in Hispania, Commemoratio sanctarum [i] Martyrum Nathaliæ & Liliosæ.

AVGVSTI XXVII.

§. 1. SAnctæ *Euthalia Virgin. Martyr.* [a]] De ea agunt Græci in Menologio & Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Leontini* & in SS. Italiæ

§. 2. *S. Anthusa Iunior. Martyr.* [b]] Iunior dicta est, respectu senioris (quæ passa est in persecutione Valeriani, de qua superius ad 22. Augusti) Agunt de ipsa Græci in Menologio, & Martyrolog. Roman. hac die Baronius, ibid. in notis.

§. 3. *S. Mannea Mart.* [c]] Martyriũ adepta est vnà, cum SS. Marcellino, viro suo Tribuno, & filiis eius: quorum meminerunt Beda, Vsuardus, Ado, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Ferrarius In noua Topographia sup. verb. *Tomis in Ponto.* à quo *Manna* dicitur: quæ & *Mammea* Vocatur à Petro de Natalibus lib. 11. Catalog. Sanctor. capite vltim. §. 226.

§. 4. *B. Elisabeth Virgin. Abbatiss.* [d]] Illius meminerunt Cæsarius lib. 5. illustrium miraculor. cap. 44. Ioannes Chrysostomus stella in notis ad vitam B Ioseph Canonici Stein-weldensis Ordin. Præmunstratens. cap. 39. & seq. apud Ioanem le Paige lib. 2. Bibliotech. Præmunstratens. Henriquez In Menologio Cistertiensi, hac die, qua in cœlum migrauit, circa annum 1218. & 15. Octob. vbi de alia B Elisabetha. Manriquez Tom. 3. Annal. Cistertiens. ad annum 1208. cap. 8. 6. 7.

§. 5. *B. Mariæ Virgin. Clariss.* [e]] Tanto spiritus feruore passionem meditabatur Dominicam, vt per horas, imò & totam per noctem, brachiis in modum crucis extensis staret in oratione; deindè rapta in extasim, subleuabatur in altùm, quasi in cœlum conscendens per aerem. Dono etiam lachrymarum fluens. facie tota adusta erat, ex profluuiis lachrymarum ab oculis vbertim defluentium: vti testantur Martyrol. Franciscan. hac die, Annotationes ad ipsum. Daça. part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 77. ad annum 1575. quo vixit apud Bellalcazaris Monasterium; quod est. 1. Prouinc. Angelor. vbi requiescit.

S. Margarita vidua. [f]] Migrauit ad Dominum anno 1395. multis illustrata miraculis, ita martyrologium Romanum, hac die, Baronius, ibid in notis, Ferrarius in SS. Italiæ, & in noua Topographia, sup. verb. *Septempeda* ex Annal. Seuerinat. Bzouius, Tom 15. Annal. Eccles. ad annum Christi 1395. §. 8. Decretus, part. 2. veræ viduæ, Hæc Septempedæ (quæ Ciuitas nunc S. Seuerinus appellatur) obscuro quidem loco nata, at fide & charitate clara, cum 15. annum ageret, gregem pascens, Christo, peregrini specie stipem poscenti, panem, qui sibi in diem datus erat, concessit; qui statim multa ibidem odoris fragrantia relicta disparuit. Margarita domum reuersa, cum Mater panem in arca non esse affirmaret, illa confidenter ad arcam accedens, panem ingentem candidum & suauissimum inuenit, qui familiæ & viciniæ distributus satis fuit. Coacta virum accipere, ex eo filiam concepit. Defuncto viro, pietatis officia ardentius colere cœpit, vitam austeram degens, sarmenta illi lectus erant, puluinar, lapis, cibus §. 9.

& potus, simplex panis & aqua: nudis pedibus, etiam hyeme incedebat, vnica veste contenta, Romam peregrinatione suscepta, loca sancta inuisit: Sacram Eucharistium frequentissimè sumebat, primo quoque diluculo, ad Ecclesiam pergens, sacro Missæ Sacrificio attenta, preces deuotissimè fundebat; reliquum diei visitandis ægrotis, quibus inseruiebat, & labori manuum, ex quo pauperibus eleemosynas tribueret, insumebat. supra ciliciom chorda crassiore adeò constringebatur, vt ex sanguine sanies efficeretur. Sepulta iacet in æde. S. Dominici: ad cuius Tumulum ægroti & dæmoniaci curantur: cuius Septempedani authoritate Apostolica, hac die, natalem eius celebrant.

B. Margarita, Vidua. [g]] Hæc Roberto Palatino Rheni, Principe Boiorum, imperatore orta, Carolo 2. Lotharingiæ Duci, nupsit: quæ Religiosorum maximè Carthusianorum consuetudine delectata, tantopere profecit, vt prioris vanitatis fumum à se tandem abiecerit, vitæque Sanctissimæ exempla emiserit: vt testantur. Franciscus Rosierius. de Stemmat. Lotharing. Tom. 3. Histor. capital. 82. pag. 304. Raderus. Tom. 3. Bauariæ sanctæ. pag. 162. Adolphus, Vicarius Carthusiæ *Treuirensis*, *qui illi fuerat. S. Sacris: & cuius vitam ipse conscripsit, Hæc signanter commemorat. Tandem breui tempore est facta tantæ sanctitatis: quòd non putabatur eidem in sanctitate similis, vel comparabilis, inter omnes in partibus illis: cuiuscunque etiam essent status, sexus, Religionis, vel conditionis: quod etiam probant valdè multa facta sancta mirabilia: quæ Iesus publicè operatus est per illam, ex sua singulari gratia & misericordia in vita sua: de quibus testimonium potest ferre euidentissimum totus Lotharingiæ Ducatus, non solum, suique mariti Dominia vicina, aliena, adiacentia, tam aduersariorum: quàm amicorum; &c.* Quæ deinde sigillatim, exponit ac deducit fideliter stylo sincerò. Migrauit in cœlum, hac die, anno 1434.

§. 8.

Nancei in æde. S. Georgii honorificè condita.

§. 9.

B. Beatricis, Tertiar. [h]] Toleti, honestis parentibus genita, & matrimonio iuncta, mira patientia, 20. annorum spatio, probata est: viro viduata, anno 1613. vitam duxit in exercitiis deuotionis ac pietatis ieiuniis, orationibus eleemosynis, &c. vacans. porrò anno 1614. Tertii Ordinis institutum Sancti Francisci de Paula assumpsit: quo ex tempore, vitam Quadragesimalem semper seruauit, sæpius, pane solo & aqua ac leguminibus simplicibus refecta, Orationi & contemplationi, sacræque Eucharistiæ Susceptioni per amplius se dedit: ita vt, semel cùm adesset vnica hostia; pro duobus suppliciter petentibus sacra communione refici: ipsa visibiliter in duas partes cœlitùs frangi æquales, visa sit: quarum vna porrecta est ipsi Beatrici, & altera, cuidam personæ, ibidem astanti data pro qua tamen tota consecrata fuerat, Sanctissimè moritur, hac die, anno 1659. Sepulturam nacta in Conuentu patrum Minimor. sancti Bartholomæi *de la Vega* Magna populi frequentia, ac pietate. Hanc commemorant Lucas de Montoya, lib. 4. Chronic. general. Ordin. Minimor. Franciscus Victon. cap. 27. vitę B. Gratię. 17. Iannar. sup. Ludouicus Dony-Attichius, lib. 7. Historię General. Ordin. Minimor. in ea. Ioannes Tamayo, in Martyrolog. Hispano. ad. 2. April. Lanouius in Chronico. Generali Ordin. Minimor. & in Appendice. 4. ad illud. hac die.

§. 10.

Commemoratio SS. Natalia, &c. Martyr. [i]] De eis superius egimus. ad. 27. Iulii At Vsuardus, Maurolicus, Gallesinius. in suis Martyrologiis; Petrus de natalibus, lib. 7. Catalog. SS. cap. 123. Ferrarius in Catalogo generali SS. hac die,) Renatus Benedictus autem die pręcedenti) ac Saussayus in Martyrologio Gallicano, cuius caput Carolo Caluo regnante, ex Hispania in Galliam allatum, in Sacrario Abbatię. S. Germani pratensis, Lutetię asseruatur; anno. 858. 20. Octobr. quo die, ibid. hęc Translatio celebratur, iuxta Brul. lib. 2. Antiq. Parisiens. in ea Abbatia.

QVINTO CALENDAS SEPTEMBRIS.

COLONIÆ, Natalis sanctæ Agnetis, Virginis & Martyris: cuius in Anglia pro Christo trucidatæ, preciosæ exuuiæ, ad hanc aduectæ vrbem, reuerenter ibidem asseruantur. Eischelli in Heluetia, Diœcesis Constantiensis, Veneratio, sanctarum [b] Cunegundis, Mechtundis, & Vvibrandis, Virginum & Martyrum: quas sanctæ Virgines, Christina & Aurelia secutæ sunt ad Coronam. Buchouiæ in Sueuiâ, Diœcesis Moguntinæ prope Biberacum: sanctæ [c] Ædelendis, Abbatissæ, Benedictinæ; quæ ad decoramentum virtutis & religiosæ familiæ assumpta, expleto fœlicis Regiminis decursu, ad æternam laborum requiem euocata est. In Territorio Placentino Hispanico, Beatæ [d] Isabellæ à sancto Francisco, Virginis, Clarissæ, quæ miris decorata virtutibus, ad cœlestia gaudia læta perrexit. Apud Blangiacum Artesiæ, in Morinis Monasterium, sanctæ [e] Emmæ, Reginæ, Angliæ filiæ sanctæ Bertrudæ.

AVGVSTI XXVIII.

§. 1. *Sancta Agnetis Virgin.* [a]] Passa est in Anglia circa annom 383. vitam eius composuit Alexander Essibiensis, teste Pitseo de Illustrib. Britan. scriptoribus ætat. 13. numer. 319. Agunt de ea Saussayus in supplemento Martyrologii Gallicani, & Ferrarius in Catalogo generali Sanctor. hac die, ex tabulis Ecclesiæ Coloniens. Martyrologio Anglicano, & Trophæis Eccles. Anglican.

§. 2. *SS. Cunegundis &c. Virg. Martyr.* [b]] De his Ferrarius in Catalogo generali Sanctor. hac die & in additis ad nouam Topographiam Martyrolog. Roman. verb. *Constantia.* citans Molanum in additionibus ad Vsuard. Quidam, vti ipse Molanus & Ferrarius, eas tantummodo Virgines appellant: sed alii easd. Virgin. & Martyres faciunt S. Vrsulæ socias, quibus SS. *Christianam* & *Aureliam*, addunt ita Epitome Historiæ Basiliensis cap. 6. Sebastiani Brantvrstisii, & Hermannus Fleien in martyrio S. Vrsulæ & sociar. Virg. ad calcem Tom. 4. Lippeloi: Camerarius lib. 3. de Scotorum pietate & sanctis Regni Scotiæ. cap. 4. ad 10. Iulii & 15. Octob. voluntque S. *Christianam*, seu *Christinam*, tumulatam esse Basileæ, sanctam verò *Aureliam* Argentinæ. Porrò de ipsius S. *Christinæ* reliquiis nonnihil habetur Siluanecti in æde S. Reguli, teste Faulnayo in vita & miraculis ipsius Sancti. Reguli Episcopi Syluanectens. pag. 202. ea quo forsan translata est simul cum aliis 16. Iunii an. 1503. vel 1504. apud Molanum eodem die.

§. 3. *S. Adelindis Abbatiss.* [c]] Nupsit Othoni Comiti Tragendino, & Caldariensi, sic Molanus in additionibus ad Vsuard. hac die, Ferrarius in Catalogo generali & in noua Topographia, verb *Fulda.* Menardus in Martyrolog. Benedictino ead. die. Bruschius in Buchouiano Parthenone, seu amplissimo canonissarum Collegio, cuius fuit fundatrix, quando mortuo viro valedicens pompis sæcularibus, eidem prima præfuit Abbatissa sanctissimè rexit ac obiit, hac die, sub anno 928. Hermannus Contractus ad annum 910. Vide Raderum part. 2. Bauariæ sanctæ in ea: quæ propter insignem vitæ ac morum innocentiam, plurimum emicuit.

B. Isabella Virgin. [d]] Magna hæc pollebat humilitate & abstinentia, tantoque patiendi desiderio tenebatur, vt loco tunicæ, saga elatis palmarum contecta vteretur, cuius asperitate, veluti scalpro sauciata, carnem ad cariem inducebat, cibum cinere adspergebat, antequam sumeret: feruebat ad orationem, in qua multis consolabatur cœlestibus blanditiis ac reuelationibus. Obiit sanctissimè apud Monasterium Belusianum, quod est 6. Prouinciæ Angelorum. Vti referunt Martyrologium Franciscanum hac die: Annotationes ad illud. Daça parte 4. Chronic. Minorum lib. 4. cap. 50. ad annum Christi circiter 1600. quo claruit. §. 4.

S. Emma Regina [e]] Hæc intra Monasterii limi- §. 5.
tes Blangiacensis, Laico habitu nondum posito accuratius educabatur cum D. Bertha, eius matre sanctissima, illius Parthenonæ Antistita, quando circa annum 692. Swaradino Anglo-Saxonum Regi data est in vxorē, at paulò post per Theidæ famulæ incantamenta miserè ancillatur, & dirè vexatur: quapropter mittit S. Bertha Legatos, qui filiam reducāt: sed febri emoritur in naui, cui S. Bertha claustro egressa obuiam procedit cum Sanctimonialibus: iubetque detegi feretrum: & ad matris conspectum oculos aperit B. Emma, quo in loco postea extructum est sacrarium, hincque deducta in Ecclesiam Abbatialem Blangiacam condigno honore sepulta est. Qua de re, Acta MSS Blangiacens. Abbatiæ & Mallebrancq Tom. 1. de Morinis lib. 2. cap. 48. & 57. Item libro 4. cap. 33. & 36.

QVARTO CALENDAS SEPTEMBRIS.

ROMÆ, Sanctæ [a] Candidæ Virginis & Martyris: cuius corpus Paschalis primus Papa in Ecclesiam sanctæ Praxedis transtulit. Item Romæ, in Monte Auentino, Natalis sanctæ [b] Sabinæ Martyris: quæ sub Hadriano Imperatore, gladio percussa martyrii palmam adepta est. Perusiæ [c] sanctæ Anonymæ, vxoris sancti Euthymii, Romani, quæ vnà cum viro suo, & Crescentio filio Diocletiani persecutionem fugiens, ibi quieuit in Domino. Apud Smyrnam, Natalis sanctæ [d] Basillæ. Veronohutheni in Territorio Moguntino, sanctæ [e] Veronæ Virginis Regiæ, & Abbatissæ Benedictinæ: genere & vitæ Sanctimonia clarissimæ, In Polonia, apud Trebniacense Monasterium, tertio milliario ab Vratislauio, Cistertiensis Ordinis, Beatæ [f] Aleydis, Virginis quæ Christum cunctis sæculi delitiis, ac sui stemmatis Regiis honoribus, præponens, & carnem spiritui subiiciens, virtutibus & miraculis coruscauit. Toleti, Beatæ [g] Mariæ Gonsaluæ, Virginis tertiariæ Franciscanæ: quæ genere, oratione, pœnitentia, aliisque præcipuis virtutibus illustris, sancto fine obdormiuit. In pago Triecassino,

ciæ Castellæ. cap. 18. & 19. Florebat ad an. 1515.

§. 8. *Translatio S. Sabinæ, Virg.* [h]] Natione Græca, ex Samo ciuitate, in insula maris Ægei pro Christi amore, laboriosissima peregrinatione suscepta, patriam, & parentes dereliquit, & cœlesti edocta oraculo, vt fratrem suum. S Sauinianum quæreret) ad iter agendum se accinxit. Romam autem veniens, & mulieri cuidam religiosæ, nomine Iustinæ adhærens, pariter cum ea orationi vacabat: cuius tandem exhortationibus, Sabina ipsa ab Eusebio Papa baptisata, in Virginitate permansit: & dùm in vrbe esset, cæci & debiles, ac claudi, eius orationibus sanati sunt. Quæ iterum in somnis Diuinitùs admonita, vt cœptum iter prosequeretur, vrbemque Trecas pergeret: quo tandem adueniens, & audiens fratrem suum. S. Sauinianum, paulò ante, Aureliani iussu, pro Christo capite truncatum; illa vt hæc audiuit, mox ad Sepulturam illius in orationem prostrata, Spiritum Deo fœliciter emisit: & iuxta Fratrem suum sepulta est: in pago Rilliacensi, in Suburbio Trecensi, ad Occidentem: quod propterea de suo nomine vocatur. Vbi posteà Ragnegisilus Trecensis Episcopus in suo fundo ei ædē extruxit, in quo & sepeliri voluit. Exindè autem. S. Frobertus, Fondator ac primus Abbas Sancti Petri Insulæ Germanicæ, seu Monasterij Cellensis, Diœcesis Trecensis, circa an. 670 acceptum Corpus S. Sabinæ transtulit in suum cœnobium: vbi honnorificè etiamnum seruatur, suprà Altare repositum; cuius rei gratia, Theobaldus Campaniæ Comes, posteà, pia liberalitate, dono dedit huic Abbatiæ, præfatum Suburbium Trecense, cùm æde Parochiali. S. Sauinæ. Anno Christi 1071. Agunt de ea Vsuardus, Martyrologium Romanum hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 3. Annal. Eccles. ad an. 310. Petrus de Natalibus sup. lib. 7. cap. 134. Ferrarius in noua Topograph. Top. verb. *Trecæ.* Mombritius, Surius, Renatus Benedictus, &c. in vita eius ex Breuiario Trecensi: & Camuzato, in Antiquitat. Tricassinis, an. 313. *Des Guerroys.* in Sanctitate Christiana. Sæcul. 4. ad an. 310. Vacquerius in Enchiridio benè Morientium. hac die. & Simon Martynus.

Commemoratio. S. Elisabeth. Thaumaturga [i]] Ita Ferrarius in Catalogo generali Sanctor. hac die, ex §. 9. Græcorum Menologio, & Anthologio, seu Breuiario Romæ excuso, sub Clemente. 8. & Iacobo de Voragine. in ea.

Translatio. S Ethelredæ, Virg Regin. [l]] Eius Corpus illibatum, post obitum permanens, futuræ in- §. 10. corruptionis speciem prætendit; dum inuiolatis cute & carne, flexibilibus articulis, vitali quodam tepore, speciem dormientis meditatur. De ea scribunt, Wion. lib. 4. ligni vitæ. cap. 14. Camerarius, lib. 3. de Scotorum pietate & Sanctis Regni Scotiæ. cap. 4. ad 22. April. Alexander Barcleius, in vita eius. Ferrarius in Catalogo generali Sanctor hac die, ex Martyrologio Scotico, & Breuiario propriæ Region. præter alios omnes citatos Auctores. sup. ad. 23. Iunij. in Natali eius.

TERTIO CALENDAS SEPTEMBRIS.

ROMÆ, Sanctæ [a] Gaudentiæ, Virginis & Martyris, cùm aliis tribus. Adrumeti in Africa, Sanctæ [b] Theclæ, vxoris Sancti Bonifacii, qui Beatorum duodecim filiorum Martyrum parentes fuerunt. Coloniæ ad sanctos Machabæos. sanctæ [c] Sigillindis, Virginis & Martyris. In Gallia Dormitio Beatæ Ingobergæ, Francorum Reginæ: quæ piis operibus se exercens, & spiritualibus studiis incumbens, Christo per omnia placere contendit: & viscera misericordiæ cunctis benignissimè expandit; pro multiplici fœnore à Domino mercedem in cœlis æternam acceptura. Gemetici in Territorio Rothomagensi Sanctæ, [e] Ameltrudæ Virginis Gloriosæ. Volaterræ in Hethruria, Beatæ [f] Domicillæ de Falconinis, Virginis, Clarissæ, meritis & Virtutibus insignis.

AVGVSTI XXX.

§. 1. SAnct. *Gaudentia, Virg. Martyr.* [a]] Ita Beda, Vsuardus, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, quibus adstipulantur vetera Manuscripta: Attamen, virgo tantum dicitur, non Martyr, ab ipso Vsuardo sup. & Petro de Natalib. lib. 11. Catalog Sanctor. cap. vltim §. 232.

§. 2. *S. Thecla, &c.* [b]] Memorantur in Martyrologio Romano, hac die, Baronio, ibid. in notis. & Tom. 2. Annal. Eccles. ad an. 260. Ferrario, in noua Topographia ad Martyrologium Roman. Verb. *Adrumetum.* Plura de his Martyribus habentur in Actis. SS. Duodecim Fratrum Martyr. 1. Septemb. quæ Alfanus, Salernitanus Episcopus carmine Heroico decantauit, & Mosander, Tom. 7. Surii, ac Lippelous. Tom. 3. ead. die, conscripserunt.

S. Sigillindis. Virg Martyr. [c]] Sic Saussayus, In Sup- §. 3. plemento Martyrologii Gallicani, hac die.

B. Ingoberga. Regin. [d]] Chariberti Regis quondam §. 4. relicta, migrauit à sæculo, anno 593. Childeberti Regis Francor. anno 14. Heroïna valdè cordata, timens Deum, ac vita religiosa prædita, maximè pia; Vigiliis & orationibus atque eleemosynis non ignaua; quæ nonnulla Ecclesiis Turonensi, & S. Martini, ac Cœnomanens. delegauit & debita sibi, scripto suo cunctis dimisit libera: quam S. Gregorius Turonensis iuuit tunc consilio ab ea accersitus; ac post paucos menses, subitanea ægritudine fatigata, moritur an. vitæ suæ septuagesimo, Teste ipsomet D. Gregorio Turonensi, lib. 9. Histor. Francor. cap. 27. quem sequuntur Baronius, Tom. 8. Annal. Eccles. ad an.

Christi 593. §. 87. Sanmarthani lib. 3. Domus Franciæ. cap. 9.

§. 5. [e] *B. Amelrudis Virg.* [e]] Anno 876. Rullo Dux Normanorum, ora Sequanæ fluminis ingressus stante ad votum vento Gemeticum venit; videnſque ſancti Petri Monasterium Monachilis habitationis domib. adornatum, ſanctumque reputans eſſe locum, morari illic distulit: ſed vltra flumen ad capellam S. Vedasti naues applicuit, corpuſque ſacrũ Virginis Ameltrudę, quod ſecum ex Britannia aſportauerat, ſuper Altare S. Vedasti poſuit: quæ capella hactenus, illius Virginis nomen retinet, diciturque ille locus, ad S. Ameltrudam, ab Incolis: ita Dudo lib. 2. de moribus & actis Normanor. in Rollone Duce, Guillelmus Gemeticensis, lib. 2 Historiæ Normanor. cap. 9. Gabriel à Molino, lib. 1. ibid. Sommario 3. §. 5. præfatus autem locus corrupto vulgari vocatur *Emendreuille*.

S. Domicilla Virgin. [f]] Floruit ſanctitate apud Monasterium Clarissarum, Volaterræ, quod eſt. 1. Prouinciæ Tusciæ: De ea Martyrologium Franciſc hac die, annotationes ad illud. Gonzaga part. 2. origin. Seraphic. Religion. In eo Monasterio. Barrezus part. 4. Chronicor. Minor. lib. 4. capite 30. ad annum. 1562. §. 6.

PRIDIE CALENDAS SEPTEMBRIS.

SYRACVSIS, in Sicilia, Natalis ſanctæ [a] Deodatæ, Martyris: quæ cum Diis litare nollet, plumbatis cæſa, ad vltimum decollata eſt. Cæſareæ in Cappadocia, ſanctarum [b] Ruffinæ & Ammiæ, quarũ Prior ſancti Mamantis Martyris, parens extitit, quem in carcere peperit, & altera educauit. Abulæ in Hiſpania Tarraconenſi, Commemoratio ſanctarum [c] Sabinæ & Chriſtetæ, Martyrum. Folkſtonii in Cantio, Angliæ Regione, Depoſitio ſanctæ [d] Eanſvvidæ Virginis Abbatiſſæ Benedictinæ, Eadbaldi Cantij Regis filię: quæ mundi gloria ac diuitiis ſpretis, gaudia cœli ſibi comparauit. Vindogladiæ in comitatu Doreeſtriæ, ſanctæ [e] Cuthburgis Virginis, Reginæ Northumbrorum in Anglia, deindè Monaſterii VViburnenſis, eiuſdem Ordinis Fundatricis & Abbatiſſæ, miro virtutum ornatu vixit, & ad Chriſtum ſponſum læta proceſſit. Apud Dunelmum in VVinburnenſi Northumbriæ Monaſterio, ſanctæ [f] Chineſvvindæ, Reginæ, Regulari obſeruantia inſignis. Apud Longum Campum, in Territorio Pariſienſi, Beatæ [g] Eliſabethæ Virginis Clariſſæ, ſororis ſancti Ludouici noni Galliarum Regis: quæ poſtpoſitis huius ſæculi oblectamentis, Chriſto ſponſo in humilitate & paupertate inſeruire maluit: à quo crebris miraculis, ante & poſt obitum glorificata eſt in terris, regnans cum ipſo in cælis. Gandaui in Flandria, Monaſterio Ordinis Ciſtercienſis, Beatæ [h] Gertrudis de Pottellis Virginis Abbatiſſæ de Biloka: cuius conuerſio extitit admiranda, & conuerſatio Angelica. Minoriſæ, in Caralonia, Diœceſis Vicenſis, Translatio ſanctæ [i] Agnetis Martyris. In Bobio Liguriæ Monaſterio, Tranſlatio ſanctarum [l] Virginum Monialium, Petronillæ, Suniuergæ, Rotradę & cæterarum. Item Depoſitio venerandæ [m] Zonæ, ſanctiſſimę Deiparæ Virginis Mariæ, in anniuerſario die Dedicationis Templi in Chalcopratiis.

AVGVSTI XXXI.

§. 1. *SAncta Deodata Martyris* [a]] Vxor erat S. Fantij, cum quo martyrium glorioſo fine obtinuit. Mater etiam extitit S. Fantini Confeſſoris: qua de re, Petrus de Natalibus lib. 6. Catalog. Sanctor. capite 160. & Molanus in additionibus ad Vſuard. 31. Iulii. vbi de ipſo S Fantino Confeſſor. Ferrarius autem in Catalogo generali Sanctor. hac die, de ipſa ſancta vt Deodata, ex tabulis Eccleſiæ Siracuſanæ, quæ eam Ciuem ſuam colit.

§. 2. *SS. Ruffina &c.* [b]] Hæc nupſit S. Theodoro: religione quidem ambo fideles, genere autem inſignes, vt qui orti eſſent ex Patriciis apud Paphlagoniam, & qui non ſolum in filiis, ſed etiam in omnibus quæ erant ſui generis, conſeruarent nobilitatem. Religionis ergo accuſati, mittuntur in Cappadociæ Cæſaream ad Fauſtum Præſidem: qui ſtatim coniicit eos in carcerem: vbi Orationé ad Chriſtum fuſa, Theodorus fœliciter obit in vinculis Coniux autem eius. S. Ruffina ſi grauida cùm eſſet, non ferens afflictionem carceris, cùm ipſa quoque intempeſtiuè peperiſſet filium, vt potè magna illa afflictio effeciſſet, vt pareret præter naturam, diſtrahebatur

hebatur multis ac varijs animi perturbationibus, eam grauiter angebat, mors mariti, premebant grauissime de infante sollicitudines, & præsidis crudelitas efficiebat, vt extrema timeret & contremisceret: & tamen à nullo horum vincebatur. Sed Deo quidem infantem commendat & dedicat ipsa autem assidens Mariti reliquijs, & partim quidem miserabiliter deflens solitudinem, partim autem non sustinens coniugem relictam esse superstitem, in lachrymis & suspirijs, Orationem fudit ad Deum vt se eriperet de tantis malis, & ad se vocaret: quæ voti compos facta, mox Spiritum exhalauit. Ea ergo beatum illud ad Deum iter ingrediente, solus infans iacebat viuus inter parentum Reliquias. Protinus autem quædam Diuina visio, in habitu & figurà adolescentis apparet. B. Ammiæ, mulieri Claræ, & genere & opibus, neque minus pietate ac Religione, eisque iubet, vt petat quidem à præside Corpora Sanctorum, qui dormierunt in carcere, tollat autem infantem quoque, qui iacet inter eos, & eum sibi adoptet in filium, & magnam eius curam gerat. Illà verò (carebat enim liberis & erat Vidua) sicut ei mandatum est; ad præsidem citò accedens, habuit eum facilè annuentem eius petitioni; quamobrem cùm & Sanctorum Corpora, & Infantem exportasset: illa quidem splendidè simul & magnificè in suo horto sepelit: infantem autem, S Mamantem, sibi educat in filium, & non secùs, ac si ipsa eum peperisset, eùm alebat, & erudiebat, atque adeò maiorem quàm si fuisset Mater eius, curam gerebat. &c. circa an. 270. Agunt de ijs. Græci in Menologio. Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. & Tom. 2. Annal. Eccles. ad an. 270. Ferrarius. in noua Topographia ad Martyrolog. Rom. verb. *Cæsarea Cappadocia*. Vaquerius in Enchiridio benè Morientium 17. Augusti. Plura de illis in Actis. S. Mamantis Martyr. apud. Metaphrastem. Surium,
§. 3. Lippellum. &c. 17. August.

Commemoratio. SS. Sabinæ, &c. Martyr. [c]] Illic, vt vrbis Patronæ, cum Octaua, coluntur: ex Tabulis Ecclesiæ Abulens. Et Ferrario in Catalogo. SS. sup. hac die. Sed potius est Translatio. qua de re. infra ad 17. Octob.

§. 4. *S. Eansvvida. Virg. Abbatiss.* [d]] Ab Infantia pompis sæcularibus renuntians, Deo seruire studuit, pretiosa quæque mundi calcauit, & ad vitam Regni cœlestis, tota virtute, sanctam amplexata Doctrinam, iugi desiderio suspirauit, Sanctimonialisque vitæ Regulam sumpsit apud Monasterium Folchstoniense in territorio Cantuariensi; vbi summis laboribus, abstinentia, vigilijs, & austeritate vitæ sese exercuit, atque sanctissimè Abbatissa præfuit. an: 640. Miraculis etiam exornata. Scribunt de ea. Wion. in Martyrologio Benedictino. hac die, & lib. 4. Ligni vitæ. cap. 28. Martyrologium Anglicum. Molanus in Additionib. ad Vsuard. Capgrauius, in Legenda. SS. Angl. Harpsfeldius. Sæcul. 7 Histor. Eccles. Angl. cap. 10. Chorographia Britanniæ. fol. 264. Ferrarius. in Catalog. SS. sup. hac die, & in noua Topographia. sup. Verb. *Anglia*. Eduardus Maihew. Tom. 5. Trophæor. Congregation. Angelican. Or-
§. 5. din. Benedictin. ad Natales. SS. hac die.

S. Cuthburgis, Virg. Regin. [e]] Ipsa est, quæ ædificauit Monasterium Winburnense, an. 757. in quo se ipsam concludens, mira Dei virtute. mundum delusit, & ingenti vitæ perfectione Religionis habitu suscepto, claruit, & sanctissimè Abbatissa præfuit. Agunt de ea Martyrologium Benedictinum, Molanus sup. Ferrarius, Capgrauius, Eduardus Maihew; & VVion. sup. cap. 14. Harpsfeldius. sup. Sæcul 8. cap. 12. Menardus in Martyrol. Benedict. hac die. Malmesburiensis. lib. 3. de gestis Reg. Anglor. cap. 2. Rodulphus in vita. S. Liobæ. Huntindoniensis. lib 4. anno 26. Inæ Regis. VVigorniensis. an. 718. Camdenus in descriptione Comitatus Dorcestriæ, an. 713. Westmonasteriensis anno. Christi. 720. 727. & 901. Missale & Breuiarium Sarisburicose. Lucas Castellinus in Catalogo SS. Canonisator.

S. Chisbesvvinda, Regina] Peodæ Regis filia fuit,
& Ofredo Northumbriæ Regi nupsit: anno autem §. 6.
Christi 750. Monasterium ingressa, vixit sanctissimè. Ita VVestmonasteriensis, anno 705. Chorographia Britanniæ. fol. 148. VVion. lib. 4. Ligni vitæ. cap. 14. Martyrologium Anglic. Ferrarius sup. hac die.

B. Isabella, Virg [g]] Illustribus, pijsque parentibus
nata est videlicet, Ludouico. 8. Franc. Rege Chri- §. 7.
stianissimo & Blaucha, Castellæ Reginæ, anno. 1220. Quæ tantopere Christi amore succensa extitit, vt ab infantia Christo Virginitatem suam deuouerit: & extructo Monasterio Longi-Campi, sub auspicijs. S. Ludouici 9. Reg. Fratris sui, inibi vitam duxerit sanctissimam, vsque ad an. 1269. quo obijt, propter frequentiam Miraculorum eius, Beata declarata est à Leone. Papa X. qui & Adriano Boysisio, Gallo, Tituli. S. Sabinæ Cardinali, in Gallia Legato Apostolico, iniunxit, vt de hac. B. Virgine, Officium componeret, decantandum in die Festo ipsius, vti patet ex Bulla Pontificia, sub Datum Romæ apud. S Petrum. anno 1520. die 11. Ianuar. Quamuis autem Spiritum Deo reddiderit die. 23. Februar. in hanc tamen diem translata est eius solemnitas: tum ratione Quadragesimæ, quæ sæpè eo tempore adueniens, impediret illius Octauam; tum ob commodiorem opportunitatem de ea, mense Augusto, Festum agendi, vnà cum Fratris sui. S. Ludouici Regis Solemnitate. De eâ Martyrologium. Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Saussayus in Martyrolog. Gallicano. Ionuillæus. in vita. S. Ludouici Reg. Cantipratanus. lib. 2. Apum, cap. 29. Coluenerius ibid. in notis. Parisius de gestis Anglor. sub. Henrico. 3. ad an. 1251. Nangius, Gillius, Belsorestus, Æmilius, Tillius, &c. in Ludouico. 8. & 9. Reg. Franc. Roulliardus in vita eius ex Agnete de Harricuria, Abbatissa longi Campi, nec non Domestica ipsius. Omitto innumeros alios à nobis citatos. in prælatis nostris notis ad Martyrolog. Franciscan.

B. Gertrudis, Virg Abbatiss. [h]] Lachrymabatur, §. 8.
quod ipsa à parentibus, sæculo destinata foret: neque Virginitatem suam, quàm Christo consecrare desiderabat illibatam custodire permitteretur: quo vsque cœlitùs illi prouisum fuit. De ea, monumenta illius Monasterij, cui præfuit. 13. Abbatissa electa anno Christi. 1400. Antonius Sanderus. in Hagiologio Flandriæ, Myræus in Chronico Cisterciensi, Henriquez in Menologio eiusd. Ordin. hac die. Manriquez. Tom. 4. Annal. Cistertiens. Vaquerius in Iuga sæculi.

Translatio S. Agnetis Martyris [i]] Locus vulgò §. 9.
Manresa dicitur: quo hæc Translatio peracta est. teste Ferrario, sup. hac die.

Translatio SS. Petronillæ &c. Virg. [l]] Celebra- §. 10
ta est anno 1481 Episcopo Bobiensi, & toto clero, vnà cum populo præsentibus hac die, ex tabulis. eiusdem Abbatiæ, Martyrolog Benedictin. Vvion ibid. & Ferrario sup.

Depositio Zonæ Virg. [m]] Ita Molanus in additionibus & annotationibus ad Vsuard. hac die: cuius rei seriem conscripsit Metaphrastes ex Encomiis sancti Germani Archiepiscopi Constantinopolitani & Euthimii Monachi, apud Surium 15. & 31. Augusti. Nicephorus lib. 14. cap. 23. Bergomas de claris mulieribus fol. 11. Raderus part. 1. Viridarii Sanctor. & alii, vbi recitatur quomodo Archadius Theodosii magni filius venerandam hanc sanctissimę Dei Matris, Virginis Mariæ Zonam, Hierosolymis, quo eam vsque diem ibi cum pretiosa veste, à Fœminea Virgine Iudæa seruata erat, Constantinopolim delatam, in splendido scrinio, quod sanctam appellauit arculam, reposuit, hac die, circa annum 400. miraculis deinceps illustratam. Qua de re: Vide Colueneriom in Calendario Virginis hac die, postea verò in Galliam illata, conseruatur Lochis, Turonensis Diœcesis, in Ecclesia Collegiata Beatæ Mariæ, quæ anno 1389. piè visitauit beata Maria de Sylleno, vti habetur in Inquisitione vitæ ac miraculorum eius.





SEPTEMBER

CALENDIS SEPTEMBRIS.



HIEROSOLIMIS, Beatæ [a] Annæ Prophetissæ, cuius sanctitatem sermo Euangelicus prodit. Heracleæ, sanctarum [b] quadraginta Virginum, quas sanctus Ammon Diaconus erudiuit in fide, & sub Licinio Tyranno, ad Martyrii gloriam secum perduxit. In Territorio Constantiensi ad aquas duras, sanctæ Verenæ [c] Virginis. Venusiæ, in Apulia, Beatæ [d] Agnetis Abbatissæ, Benedictinæ, quæ expleto fœlici regimine euocata est ad præmium. Venetiis apud Monasterium sancti Blasii de Catoldo nuncupati, in Iudaica, Depositio sanctæ [e] Iulianæ Virginis, primæ Abbatissæ eiusdem Ordinis, quæ ibidem congregato Virginum Collegio, illis mirabiliter præfulsit, & regulari disciplina, & vitę exemplaris sanctimonia. Alearazii, in Territorio Toletano, Beatæ [f] Catharinæ Aluarez Virginis Clarissæ: virtute orationis & humilitatis conspicuæ. Apud Sardiniam in Insula Sulcitana, Commemoratio sanctæ [g] Rosæ, Matris sancti Antiochi. Eodem die, Translatio sanctæ [h] Hedwigis, Ducissę poloniæ, ordinis Cistertiensis. Venetiis, Translatio sanctæ [i] Marinæ, Virginis. Item Commemoratio superbenedictę Deigenitricis Virginis Mariæ, in Masinis, Louanii solemnitas Recolectionis Festorum eiusdem Beatissimæ semper Virginis Deigenitricis Mariæ.

SEPTEMBRIS PRIMA DIES.

ANNOTATIO.

§. 1. BEata Anna Prophetissa. [a]] Hanc commemorant Lucas euangelista, capite 2. Itemque Sanctus Ambrosius ibid. & lib. viduis, D. Hieronymus, Epistol. ac. ac Furiam, de viduitate seruanda. S. Cyrulus, Catechef. 10. Tum etiam Beda, Vsuard. Ado, Martyrolog. Romanom, hac die, Baronios. ibid. in notis, & Tom. 1. Annal. Ecclef. ad anoum Christi 1. Petrus de Natalib. lib. 8. Catalog SS. cap. 16. Aspencæus lib sacrarum Heroidum, Titul. *Anna Simeoni* Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Hierosolyma*. Græci autem in Menologio ad 28. August. Simon Martinus, hac die, Decretus part. 2. veræ viduæ, in ea. Et alii complures apud Ludouicum Iacob in Bibliotheca illustr. fœminarum.

SS. 40. Virg. Martyr. [b]] Illarum meminerunt, Martyrolog. Roman. hac, die, Baronius ibid. in §. 2. notis, & Tom. 3. Annal. Ecclef. ad annum Christi 316. Molanus in additionibus ad Vsuard. Ferrarius sup. verb. *Heraclea*.

S. Verena Virg. [c]] De ea Beda, Vsuardus, Ado, §. 3. Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis. Ferrarius sup. verb. *Constantia*, & in Catalogo generali Sanctor. hac die: quæ tamen in Diœcesi Constantiensi, vti Virgo & Martyr, celebratur

ritu Duplici : quamque Camerarius. lib. 3. de Scotorum pietate, & Sanctis Regni scotiæ. cap. 4. ad 22. Iulij. facit socram. S. Vrsulæ.

B. Agnetis, Abbatiss. [d]] Migrauit in cœlum. an.
§. 5. 1241. cuius Corpus requiescit in Ecclesia suo nomini dicata : provt scribunt, Ferrarius. sup. in noua Topographia, verb. *Venusia*. & Menardus in Appendice ad Martyrolog. Benedictini ex monumentis Italiæ.

§. 6. *S. Iuliana, Abbatiss.* [e]] Hæc Mantuæ, comitum Ripensium, illustri genere nata, clarioribus refulsit virtutis radiis, quæ ad Deum perrexit, hac die, an. 1262. vti testantur, Vvion in Martyrologio Benedictino. Scardonius. lib. 2. Histor, Patauinæ. Classe 6. Ioannes Bonifacius. lib. 6. Histor. Taruisinæ. fol. 293. Ferrarius, sup. in noua Topograph, verb. *Venetia*. & in Catalogo generali Sanctor. hac die, præter proprij Monasterij. Monimenta. Ioannes Baptista pigna. lib. 2. Histor. Principum Atestinor. anno. 1226.

B. Catharina Virg. [f]] Summa humilitate, chari-
§. 7. tate, & Oratione prædita : obiit Alcarizii. in Monasterio. S. Mariæ Magdalenæ, quod est. 8. Prouinciæ Carthaginens. Iuxta, Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum, Gonzagam. part. 3. Origin. Saraphic. Religion. Vvadingum. Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. Christi. 1486. §. 84.

Commemoratio. S. Rosa vidua. [g]] Martyrium subiit. S. Antiochus sub Hadriano Imperatore : ex Fara lib. de Reb. Sardois. Huius Mater extitit, de qua Ferrarius. in Catalog. generali Sanctor. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Calaritanæ, cui Sulcitana iuncta est, villa Ecclesiæ dicta.

Translatio. Hedvvigis. Duciss. [h]] Notatur huius- §. 8.
modi Translatio, hæc die, anno 1268. apud Vvionem in Martyrolog. Benedictin. eadem die. 1. Septemb.

Translatio. S. Marina. Virg. [i]] Colitur Parisijs in §. 9.
propria Ecclesia, quæ est eiusdem vrbis Parœchialis, ante ann. 1298. ex Saussayo. in supplemento Martyrologij Gallicani, hac die; Brulio lib. 1. Antiquitat. Parisiens. in ea Ecclesia. Eius natalis, die 17. Iulii, veneris celebratur, licet, ea die, in Martyrologio Romano, illius Translatio adnotetur; de ea igitur pluribus Petrus de Natalibus. lib. 6. Catalog. Sanctor. cap. 108. vbi, hac die, de Achaia allatam refert : cui adstipulantur, Maurolicus, Gallesinius, in suis Martyrologijs, & Ferrarius in Catalogo. *sup. hac die, ac Simon Martinus. sup. ad 18. Iunij, qui hanc Translationem anno 1113 factam scribunt.*

Commemoratio. S. Virg. Maria, &c. [l]] Ita Molanus.
in Additionib. ad Vsuard. hac die : ex Græcis. Co- §. 10.
piosius Coluenerius in Calendario Virg. eo die, eo quod Græci tunc annum incipiunt, ideoque Processionem illic agebant solemnem in honorem. S. Virg. Mariæ.

Solemnitas Recollectionis Festor. B. Mariæ Virg. [m]] §. 11.
Agitur huiusmodi Festiuitas Dominica die prima mensis Septemb. Louanij. in Basilica S. Petri, cum totius vrbis lætitia. Teste Molano. in Additionib. sup. hac die. Iusto lipsio. in suo Louanio. lib. 1. cap. 4. & 5. & alijs à Coluenerio adductis in Calendario Virgin. eo quod Victoria celebris contra Normanos Louanij obtenta fuit ipso die, anno 891. quæ causam dedit huiusmodi solemnitati.

QVARTO NONAS SEPTEMBRIS.

ROMÆ, Sanctæ Maximæ Virginis & Martyris; quæ vna cum Sancto Ansano, Christum confessa, in persecutione Diocletiani, dùm fustibus cæditur, reddidit Spiritum, Eodem die Passio Sanctæ [b] Calistæ Martyris. Apud Louanium in Brabantia, Diœcesis Mechliniensis, Beatæ [c] Margaretulæ, Virginis, Ordinis Cistertiensis, cuius Sanctitatem Angelorum concentus, Diuinus Splendor, & crebra ad eius Tumulum patrata miracula comprobarunt. Conchæ in Territorio Giennensi Beatæ [d] Mentiæ Velez de cœlis Virginis, Clarissæ, miræ perfectionis decore spectabilis, Tolosæ, Transitus. Beatæ [f] Mariæ à Iesu, viduæ, fundatricis Monasterii, ita Catharinæ Senensis Ordinis. Dominicani : quæ Christus copiosis Charismatibus Cælestibus decorauit. Verruculi in Æmylia, Diœcesis Ariminensis, Beatæ [e] Blondæ, viduæ, Tertiariæ, Ordinis seruitarum : quæ charitate ad proximum, & amore in Deum flagrans, vitam sanctissimam duxit, miraculisque claruit. Vltraiecti, [g] Translatio Sanctæ Agnetis, Virginis & Martyris. Viterbii, [h] Translatio sanctæ Fœlicissimæ, Virginis & Martyris Dononii non procul à Valencenis, Diœcesis Attrabatensis, Eleuatio Corporis Sanctę Ragenfredis Virginis.

SEPTEMBRIS II.

§. 1. SAnctæ Maximæ Virgin. Martyr.[a]] Meminit illius, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius, ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad annum 303. De ea agitur in actis S. Ansani Mart. 1. Decemb. quem de sacro fonte leuauerat: eratque ipsa Virgo de Territorio Tonagritano oriunda, apud Petrum de Natalib. lib. 1. catalog. Sanctor. capite 14. Simon Martinus, hac die & Ferrarius de SS. Italiæ.

§. 2. S. Calixta Martyr.[b]] Memoratur in Martyrolog. Roman. hac die, Græci etiam hanc commemorant in Menologio ead. die: ut Molanus in additionibus ad Vsuard. die præcedenti.

§. 3. B. Margaretula Virgin. Martyr.[c]] Cùm itineri præcincta esset, vt sacrum religionis habitum assumeret apud Villariense Monasterium, ab impiis grassatoribus, qui noctu domum irruentes, Ipsius parentes eiusd. voti consortes necauerant, trucidata, martyrii coronam percepit an. 1225. Quiescit Louanii in ædicula lapidea, quæ Templo adhæret S. Petri Apostoli, teste Saussayo in Martyrolog. Gallican. hac die, post Myræum in Fastis Belgicis ex Cæsario Dialogo 6. cap. 34. rem totam copiosè describente, Manriquez lib. 3. Laureæ Euangelicæ disc. 7. §. 13. & Tom 3. Annal. Cisterciens. ad annum. 1223. cap. 6. Henriquez in Menolog. eiusd. ordin. hac die.

§. 4. B. Mentia Virgin.[d]] A variis periculis mirabiliter erepta: tum demùm in ejus morte, auditi sunt concentus Angelici, & Monasterii campana nullo monente personuit. Qua de re Martyrolog. Franciscan. hac die, annotationes ad illud. Wadinghus, Tom. 5. Annal. Minor. ad annum 1450. §. 42. post MSs monimenta eiusd. loci.

§. 5. B. Blonda vidua.] Verruculi honestis parentibus è Fusca familia ortum duxit. Decertabant in ea, vitæ honestas, elegantia formæ & morum probitas. viro ac filio immaniter ab inimicis occisis, scelus tam nefarium ipsis, ex Christi amore condonauit, patienterque tulit tanti facinoris piaculum. Exindè vidua facta, habitum tertii ordin. assumpsit, cumque obsequiis B. V. Deiparæ eo, in statu, diu perseuerasset & corpus suum flagellis, cilicio, ieiuniis, ac vigiliis edomasset, eo perfectionis & Sanctimoniæ peruenit, vt etiam viuens miracula ederet. Migrante in cælum, hac die, anno 1411, corpus eius humatum est in æde Seruitarum eiusdem oppidi. Gesta eius præclara referunt Michael Pocciantius. in Chronic. istius ordin. Thomas Veronens. in flore Sanctor. Archangelus Gianius part. 1. Annal. Seruitar. Centuria 2. lib. 4. cap. 13.

B. Maria à Iesu vidua.[f]] Eius summas virtutes latè percurrit Ioannes à sancta Maria part. 2. vitar. Sanctor. ac Beatorum Ordin. Prædicator. Obiit, hac die, anno 1616. §. 6.

Translatio S. Agnetis Virg. Martyr.[g]] Celeberrimæ huiusce Christi sponsæ corpus sacrum, diu post eius passionem, Roma in Gallias allatum cum corpore S. Pontiani Martyris apud Traiectum à Baldrico ipsius loci 15. Episcopo repositum fuit in Ecclesia Cathedrali, anno 966. sub Othone primo Imperatore: Ita Molanus in additionib. ad Vsuard. & in indiculo SS. Belgii. Saussayus in Martyrolog. Gallicano, hac die. Gallia Christiana in Archiepisc. Vltraiectenis: cuius brachium argento vestitum & auro collocauit in Monasterio Marciniaco ad Ligerim Virginum, ordin. S. Benedicti à se fundato, sanctus Hugo Cluniacens. Abbas, circa an. 1090. Teste Hildeberto Episc. Cœnomanens. in vita ipsius D. Hugonis apud Surium 29. April. cap. 9. §. 7.

Translatio S. Fœlicissimæ Virgin. Martyr.[h]] Ita Ferrarius in Catalog. generali SS. hac die, ex tabulis Ecclesiæ S. Sixti Viterbii. §. 8.

Eleuatio S. Ragenfredis Virgin.[i]] Sic Molanus in additionib ad Vsuard. & in indiculo SS. Belgii. VVion. in Martyrologio Benedict. & Saussayus sup. hac die. §. 9.

TERTIO NONAS SEPTEMBRIS.

ROMÆ, sanctæ[a] Seraphiæ Virginis, quæ sub Hadriano Principe, cum esset tradita duobus lasciuis iuuenibus, & minimè potuisset illudi, nec postmodum ardentibus facibus, iussu Berilli Iudicis fustibus cæsa, dehinc gladio decollata est. Passa est autem quarto Calendas Augusti, & à Beata Sabina in suo monumento, iuxta aream Vindiciani sepulta; sed memoria ipsius Martyris hac die, celebrior habetur, quando ambarum Sarcophagum ibi compositum & ornatum fuit, & locus orationis condignè dicatus. Corinthi, Natalis sanctæ[b] Phœbes, cuius meminit Beatus Apostolus Paulus ad Romanos scribens. Aquileiæ sanctarum[c] Virginum & Martyrum Euphemiæ, Dorotheæ, Teclæ & Erasmæ: quæ sub Nerone post multa supplicia, gladio cæsæ sunt, & à sancto Hermagora sepultæ. Nicomediæ, passio sanctæ[d] Basilissæ Virginis & Martyris, quæ annos nouem nata, cum in persecutione Diocletiani, sub Alexandro Præside, verbera, ignes ac bestias, Diuina virtute superasset, in oratione spiritum Deo reddidit. In Germania, prope Tolbiacum, apud Houenense Ordinis Cistertiensis Monasterium, Beatæ[e] Euphemiæ Virginis: quæ cum miros in perfectione monastica progressus

fecisset, meritis plena discessit è vita. Ourenii, in Lusitania, apud Conuentum Scalabitanum, Depositio Beatæ [f] Terasiæ, multarum virtutum prærogatiua insignis. In Hispania, apud Monasterium Ciuitaxense Beatæ [g] Hadabonæ Virginis Clarissæ: quæ charitate, oratione, omnique genere perfectionis clara, miraculis continuis elucet. Panormi in Sicilia veneratio, sanctæ [h] Nymphæ Virginis. Salisburgi, in Bauaria, translatio sanctæ [i] Erentrudis Abbatissæ Benedictinæ.

SEPTEMBRIS III.

§. 1. S*Ancta Seraphia Virgin. Martyr.* [a]] Cum terribilis persecutionis dies Christianis innotuisset, multi etiam per orbem terrarum pro Christo cæderentur sancta Virgo Seraphia apud oppidum Vindinense in domo illustrissimæ sanctæ Sabinæ morabatur, cum esset Ciuis Anthiochena. Effecit autem hortationibus suis, vt sancta Sabina crederet in Dominum Iesum, cresceretque in fide & sancta conuersatione: postea autem B. Seraphia à Præside Beryllo accersita; & de sua religione interrogata: cum mira constantia respondisset ad brauium martyrii cucurrit, ac consequuta est. De qua Beda, Vsuardus, Ado, Martyrolog. Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 1. Annal. Ecclesi. ad an. 115. Molanus in additionibus ad Vsuard. ex actis S. Sabinæ, sup. ad 29. Augusti apud Surium, Lippeloum, Renatum Benedictum &c. ibid. & hac die. Petrus de Natalibus lib. 8 Catalog. Sanctor. cap. 30. Vincentius Beluacens. lib. 10. specul Historial. cap. 80. D. Antoninus parte 1. Chronic. Titul. 7. cap. 5. § 6. Bergomas de claris mulieribus cap. 76. & lib. 8. supplementi, Chronic. ad an. Christi 120. Vacquerius in Enchiridio benè morientium. Vicelius eadem die, & Simon Martinus. Schedel autem 4. Calend. August. in registro mundi, sexta mundi ætate, fol. 112. Ferrarius de SS. Italiæ, hac die.

§. 2. S. *Phœbes.* [b]] De ea S. Paulus ad Romanos, cap. 16. Itemque Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid, in notis. Petrus de Natalib. sup. cap. 31. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Corinthus.*

§. 3. SS: *Euphemia &c. Virg. Martyr.* [c]] Agunt de his Martyrolog. Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, post vetera MSS. Ex quibus Molanus in additionibus ad Vsuard. Gallesinius hac die. Ferrarius. sup. verb. *Aquileia*: licet in tabulis Ecclesiæ Aquileiens. agatur 19. Septemb. vti obseruant Baronius, sup. & Ferrarius de SS. Italiæ & in Catalog. generali SS. eadem die., ex quibus Petrus de Natalibus supr. cap. 59. & Hieronymus Rubeus lib. 1. Histor. Rauennat. (plura de iisdem in actis S. Hermagoræ 12. Iulii) Venetiis autem hac die, & Rauennæ, vbi corpus S. Euphemiæ sororis S. Dorotheæ quiescit.

§. 4. *S Basilissa Virg. & Mart.* [d]] Memoratur à Græcis in Menologio, & Martyrologio Roman. hac die, Baronio ibid. in notis. & Tom. 2. Annal. Eccles. ad an. 309. Ferrario in noua Topographia sup: verb. *Nicomedia* Simone Martino hac die.

§. 5. *B. Euphemia Virg.* [e]] Varias fortesque tentationes perpessa est à Dæmone, vt à sancto proposito deficeret, sed diuino munita præsidio, victrix semper euasit, Christo sponso fidelis existens, per omnia illi placens ac deseruiens. Scribunt de ea Cæsarius lib. 5. illustr. miracul. sui temporis cap. 24. Manriquez in Laurea Euangelica lib. 3. disc. 7. §. 7. Barnabas de Montalbo, Tom. 1. Chronic. Ordinis Cisterciens. lib. 2, cap. 4. & lib. 5. cap. 2. Calendarium Gallic. hac die, Henriquez in Menologio Cisterciens. eadem die. Chrysostomus stella, in notis ad vitam B. Ioseph. Præmonstratens. Canonici. in Germania. An verò ea fuerit secunda Abbatissa huiusce loci: cuius meminit idem Cæsarius lib. 8. cap. 86 circa id tempus defuncta, *Euphemia* nomine, de qua & Manriquez, Tom. 3. Annal. Cisterciens sub an. 1188. cap. 7, §. 11. tunc puella adhuc me latet.

B. Terasiæ. [f]] Anno 1260. obiit ipsa Christi famula, conditione quidem infima sed meritis ac virtutibus sublimis: quam licet paupertas ad herilem famulatum deiecerit, tamen sanctitas ad excelsum solium euexit: canistrum panibus fartum manibus deferebat, vt pauperibus erogaret: in herumque incurrens, & ab eo quid ferret, interrogata, rosis illud plenum esse respondit. Ille lintheum remouens, rosas reperit illis vernantiores, & odore suauiores, quæ in hortis conseruntur: hac die, quo in cœlum conscendit, festum eius solemniter celebratur Ourenii, in Templo misericordiæ sacellum habet, cui pro ara est sanctissimæ fœminæ sepulchrum, quod à multis, illius caput argento repositum osculantibus inuisitur ob aurium medicinam, quibus potissimum opitulatur, Ita Vasconcellus in descriptione Regni Lusitani: vbi de aliquot Lusitanis fœminis, sanctitate nobilibus. §. 6.

B. Hadabona Virg. [g]] Admiranda vitæ sanctitate fulsit viuens, & mortua, infirmis præsto adest: nam hausta ex eius sepulchro terra, ad pellendam febrem quatriduanam vtiliter medetur: vti referunt Martyrolog. Francisc. hac die, annotation. ad illud. Gonzaga part. 3. origin. Seraphic, Religion. in Monasterio S. Claræ Vrbis Ciuitaxens. Hispanicè, *Ciudad Rodrigo*, quod est 1. Prouinc. S. Michaelis, Barrezzus part. 4. chronic. Minor, lib. 2. cap. 13. sub an. 1530. VVadinghus, Tom. 1. Annal. Minor. ad an. 1540. § 58. Valerius de SS. Fœmin eiusd. ordin. libro 4. capite 16. §. 7.

Veneratio S. Nymphæ Virg. [h]] Ita Ferrarius de SS. Italiæ & in catalogo generali SS. hac die, ex tabulis Eccles. Panormitanæ, in qua vti patrona ciuitatis, magna celebritate colitur. Fuit autem S. Mamiliani Episcopi Panormitani discipula & comes, alii 23 huiusce mensis. infra.

Translatio S. Erentrudis Virg [i]] De ea Martyrologium Benedict. wion ibid. calendarium Salisburgens Eccles Ferrarius. sup. hac die.

PRIDIE

PRIDIE NONAS SEPTEMRIS.

ROMÆ [a] ſanctæ Theopiſtis, Virginis & Martyris. Cæſareæ in Palæſtina, veneratio ſanctæ [b] Theodoſiæ Virginis & Martyris, ſub Diocletiano Imperatore. Apud Hierapolim, Phrygiæ ſanctę [c] Herminæ Martyris, filiæ ſancti Philippi, Diſcipuli Domini, ſub Traiano principe. Coloniæ ſanctæ [d] Irmingardis, Virginis Benedictinæ, genere & virtutibus illuſtris. Panormi in Sicilia, ſanctæ Roſaleæ [e] Virginis ſolitariæ, miraculis celebris. Viterbii ſanctæ [f] Roſæ Virginis tertii ordinis Fraciſcani, quæ humilitatis & pietatis operibus, ſpiritu prophetico ſignisque admirandis enituit. Raconiſii in agro Pedemontano, Beatæ [g] Catharinę Raconiſſæ Virginis tertiariæ Dominicanæ: quæ dono orationis, prophetiæ, & miraculorum copioſè refulſit. Neapoli in Campania, ſanctæ [h] Candidę: quæ ſancto Petro ad eam Vrbem venienti prima occurrit, atque ab eo baptiſata, poſtea ſancto fine quieuit. Ibidem ſanctæ [i] Candidæ iunioris, miraculis claræ. In Territorio Monaſterienſi, ſupra Lippiam Fluuium, Depoſitio Beatæ [k] Idæ viduę, magnę ſanctitatis fœminæ, ordinis Benedictini. Panormi, in Sicilia, Beatæ [l] Stephanæ à Seraphino, ordinis ſancti Franciſci de Paula,, humilitate, vitæ auſteritate & abſtinentia celebris.

SEPTEMBRIS IV

§. 1. SAncta Theopiſtis Virg. Mart. [a]] Ita Ferrarius in Catalogo generali Sanctor. hac die, ex tabulis Ecelcſiæ ſancti Martini in Montibus vbi colitur, & reliquiæ habentur. De quibus ſup. 17. Februar.

§. 2. Sancta Theodoſia Virg. Mart. [b]] Ex calendario Genebrardi idem Ferrarius ſup. hac die, cui videtur eadem cum ſancta Theodoſia Tyria, de qua 2. April. ſupra.

§. 3. S. Hermina Mart. [c]] Deea Græci in Menologio, & Ferrarius ſup. hac die.

§. 4. S. Irmingardis Virg. [d]] Comitis Zutphaniæ filia cùm eſſet, mundi fallacis illecebris deſpectis purum carnis ac ſpiritus holocauſtum Deo ſe obtulit: cœlibi vitæ & conſpicuæ macerationi addicta. Agunt de ea Molanus in additionib. ad Vſuard. Sauſſayus in ſupplemento Martyrolog. Gallican. Wion in Martyrolog. Benedict. Ferrarius ſup. Myræus in Faſtis Belg. Cratepolius lib. de Epiſc. Germanię Eduardus Winhemius in ſacrario Colonienſi hac die.

§. 5. S. Roſalea Virg. [e]] Regia proſapia Caroli Magni Imperator. exorta, regio Normanorum ſanguine nata, aulam virginitatis amore auerſata, in peregrini montis ſpecu, Angelo ductore, anachoreſim egit: quæ vt ſanctè vixit, ita fœliciter obiit circa annum Chriſti 1160. vitam cum duxiſſet ſolitariam in antro nemoris S. Stephani apud Binonam oppidum. Illam nunc ſibi patronā Panormitani, à peſte eius interceſſione liberati delegerunt: maximè ab eo tempore, quo ſacrum eius corpus inuentum ac defoſſum, repertum eſt omninò incorruptum, anno 1624. die 15. Iulii, miracul. nobilitatum: vti conſtat ex tabulis & monumentis Ecclеſ. Panormitanæ, illam hac die Eccleſiaſt. officio venerantis. Ferrario ſup. ac Simone Martino, ead. die, in vita eius: porro orationem de laudibus ſanctæ Roſaliæ recitauit graui ſtylo, Aurelius *Porpora.*

S. Roſa Virg. [f]] Hanc commemorant. Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, Marcus Vlyſſiponenſis part. 1. Chronic. Minor. libro 9. cap. 25 Gonzaga part. 1. origin. *Seraphic.* Religion. in BB. Fœmin. Tertiariis Franciſc. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Brenius in Martyrologio poëtico, Ferrarius in ſup. & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Viterbium*, VVadinghus Tom 2. Annal. Minorum. ad annum 1251. Bzouius Tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1253 Odoricus ibid. Tom. 14. ad an. 1252. §. 7. Thielmans, Tom. 2 & 3. vitar. SS. Seraphic. ordin. Martyrolog. Franciſc. hac die, & alii complures ibid. in notis ad illud citati Authores. Migrauit in cœlum anno 1251. ceu 1252. & hac die ſacrum eius corpus à primo ſepulchro celebriter eſt tranſlatum ab Alexandro 4. Papa ad ędem Sanctimonialium Damianarum, quæ ea de re, Eccleſia S. Roſæ cognominatur: vbi authoritate Apoſtolica feſtum ipſius, cum officio Eccleſiaſtico, ſolemniter agitur. Nec abs re, quandoquidem, ſic mundi ſpretis illecebris Chriſto ſponſo adhæſit; vt corpus ſuum, vigiliis, ieiuniis ac diſciplinis edomaret, cibumque ſibi ſubſtractum pauperibus ex charitate præberet: quæ in Viſione à ſanctiſſima V. Deipara admonita vt habitum fratrum Minor. induta, filio ſuo deſeruiret, cæleſtibus protinus monitis parens, officia pietatis maiore animi ardore in dies exercuit, & viciſſim à Deo exornata miraculis claruit. §. 6.

B. Catharina Virg. [g]] Raconiſii naſcitur in Pedemontano agro, anno 1486. ab ineunte ætate, virginitatem ſuam Chriſto ſponſo conſecrauit, viciſſimque Chriſtus in forma pulcherrimi infantis eam ſibi annulo ſubarrauit: exindè miro amoris feruore in Deum exarſit ad proximū, ita vt rogaret dilectum Chriſtum Dominum in ſe totius vniuerſi refundere pœnam pro cunctis peccatis; dùmmodò per ſuam piiſſimam §. 7.

mi ericordiam & acerbissimam passionem peccatoribus veniam daret: martyrii etiam desiderio stupensè flagrauit: in Afflictionibus & infirmitatibus patientissima, in aduersis fortis & constans, in humilitate nulli secunda orationi tantoperè incumbebat. vt sæpè raptus & extases pateretur: multis visionibus & cælestibus apparitionibus dignata est: tum spiritu prophetico, & miraculorum gloria admodum fuit exornata, tertii ordinis S. Dominici habitu assumpto egregiis virtutibus refulsit. Sanctissimè hac die obiit an. 1547. die Dominica: cuius sacrum corpus suauem exhalauit odorem. Eius præclara merita describunt copiosissimè R. P. Petrus Martyr de Garescio: & Seraphinus Razzius in vita eius parte. 2. vitar. SS. ac BB. ordin Prædicator. Ioannes Franciscus Picus Comes Mirandolanus. Ibid. Bosius Tom. 1. de signis Ecclesiæ lib. 12. capite 23. & libro 15. capite quinto. Tom. 2.

§. 7. S. *Candida* [h]] Hæc senior vixit Nerone Imperante: cuius meminere Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis. Ferrarius de Sanctis Italiæ, & in noua Typographia sup. verb. *Neapolis*. Plura de eadem in vita S. Aprenus Episc. Neapolitani à Paulo Regio edita 3. August. item libro 2. de SS. Regni Neapolitani, Simon Martinus hac die.

§. 8. *S. Candida Iunior.* [i]] Agunt de ea martyrologium Romaum hac die. Baronius ibid. & Tom. 9. Annal. Eccles. ad annum Christi 715. §. 5. Ferrarius sup. claruit temporibus Martiani, seu Mauritii Imperatoris, vt apparet ex veteri inscriptione sepulchro eius marmoreo scripta, in Ecclesia S. Andreæ ad nidum posita; Rayssa in Auctario [?] Natales Sanctor. Belgii Molani sub 19. Nouemb. ex Surio in vita S. Idæ coniugatæ.

S. *Ida vidua.* [k]] Floruit sub Carolo magno Imperator.
§. 9. Comitis cuiusdam vnica filia, quæ nutu Imperatoris nupsit Egberto, ipsius præfecto militiæ, viro potentissimo. Erat quippe Virgo prudentissima, insigni venustate corporis & moribus optimis composita, nec minori pietate ac deuotione plena: quæ assensu sponsi, Basilicam extruxit iuxta Luppiam Flumen (prout ab Angelo fuerat sibi intimatum) in pago Dreni, vbi marito defuncto, totum amorem suum in Christum transtulit, deditque operam, vt cunctis ornata virtutibus eius oculis quam maximè placeret, cuius amore incredibili ardebat. Pauperes fouebat, orationi instanter vacabat, humilitatem silentiumque sectabatur: quam post fœlicem obitum, signis admirandis Deus decorauit: vti referunt Martyrologium Benedictin. hac die, wion ibid. Molanus in additionibus ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Monasterium* & in Catalogo Sanctor. hac die. Cratepolius sup. Vffingus, Monachus wersinensis S. Ludgeri, Surius, Hareus, Lippelous, ac Mosander in vita eius eadem die, Decietus parte 2. veræ viduæ.

B. Stephana à Seraphino [l]] Habitum ordin. sancti §. 10.
Francisci de Paula sumpsit in Monasterii 7. Angelor. apud Panormum, eodem ann. quo fundatum est 1532. laica professione, humilitate & vitæ austeritate insignis: vigiliis, cilicio ac disciplinis corpus castigans, sæpè in ieiuniis, pane & aqua contenta erat: Feria 5. 6. & sabbatho, Hebdomadis sanctæ nil cibi sumebat, nisi parum felis in memoriam Dominicæ passionis: nudipes & excalceata semper incessit, demum meritis plena ad gaudia cœlestia perrexit anno 1586. Memoratur à Ludouico Dony-attichio. lib. Histor. general. ordin. Minimor. ex MSS. monimentis Siciliæ & Panormitani Monasterii. Lanouio in Chronico generali eiusdem ordin. sub anno 1586. §. 9. & in appendice 4. ad illud hac die.

NONIS SEPTEMBRIS,

CONYMBRICÆ, in Lusitania, sanctæ [a] Columbæ, Virginis & Martyris: quæ pro fidei ac castitatis defensione, iugulum præbuit. Toleti, sanctæ [b] Obduliæ Virginis: quæ Dei spiritu & virtute plena, fœlici sorte vitam mercata est sempiternam. Barcinone in Hispania Tarraconensi, sanctæ [c] Madruynæ, Monasterii Sancti Petri Abbatissæ Benedictinæ, virtute constantiæ, castimoniæ & patientiæ insignis. Romæ, Beatæ [d] Margaritæ Sulmonensis Virginis Abbatissæ Clarissæ; quæ monastica obseruantia floruit, & pluribus donis ac cælestibus imbuta gratiis, vsque ad supremum orationis, contemplationisque apicem peruenit. In Polonia, sanctæ [e] Iudith Reginæ, & multorum fœtu meritorum illustrissimæ. Tornodori in Territorio Lingonensi, Beatæ [f] Margaritæ à Burgundia, Reginæ Siciliæ, viduæ: quæ plenis virtutum manipulis gloriosè cumulata, cælestem aulam ingredi meruit. Apud Laudunum Clauatum, Eleuatio sanctæ [g] Probæ Virginis,

SEPTEMBRIS V.

§. 1. SAncta *Columba Virg. Martyr.* [a]] Patriam habuit oppidum, quod vulgò dicimus *Lamas dOrelham*, spectat verò ad Iudicialem Conuentum Vimarani, vnde metu Mahometanorum, qui tunc Lusitaniam occuparant sese proripuit, Virginis cædes non longè à Conymbrica edita fuit, vbi nostra adhuc ætate paruum visitur sacellum, quod Virginis retinet integram memoriam, einsque in primis ob propugnatam Castimoniam, martyrium testatur honestissimum: teste Vasconcello in descriptione Regni Lusitani.

tani. De Martyribus Lusitanis §. 20.

§. 2. S. *Obdulia Virg.* [b]] Memoratur in Martyrolog. Roman. hac die. Baronio ibid, in notis, in Breuiario Toletano, & Ferrario, in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Toletum* ex flore Sanctor. & Thesauro Concionator. Clarebat ad an. 645.

§. 3. S. *Madrume Abbatiss.*] Floruit an. 906. Mauris Barcinonem populantibus captiua ducta est ab eis in Insulam Balearium Maioricam. Erat ei quidam propinquus mercator, qui de eius solutione cum ea egit: die præstituta S. Madruyna euasit è carcere, fugitque ad nauim sui propinqui: sed Maurus, qui eam custodiebat, elapsam persecutus est. Mercator periculum videns, eam in sacco lanæ pleno abscondit: Maurus existimans eam in saccis esse absconditam, omnes saccos pugione oblongo terebrauit, eique tria aut quatuor vulnera infixit, quæ constanti animo tulit; & ita eluso Mauro, liberata, ad suum monasterium rediit. Curam Abbatialem sibi restitutam recusauit: vt se ad fœlicem mortem tranquillius compararet: quæ paucis diebus obiit, ob vulnera sibi à Mauro illata, quæ recrudescebant. Vide Antonium D'yeppes in Chronic. Benedictin. centur. 2. Menardum in appendice ad martyrolog. Benedictin.

§. 4 B. *Margarita Virg. Abbatiss.* [d]] Hæc illustris Virgo, ex Sulmone Pelignorum Ciuitate, apud Abrutios oriunda, nascitur anno 1395. Patre Francisco Filiolo, matre Gemma, quæ S. Claræ institutum postea professa, simul cum filia sanctissima euasit: cuius meminimus sup. ad 24. April. A teneris annis Deo dicata, traditur educanda B. Alexandrinæ Clarissæ, eius consanguineæ (de qua sup. ad 3. April.) in Monasterio S. Claræ Sulmonensi: vbi absque longa præmeditatione habitum suscepit. Tanta pietate annos transegit puellares, vt reliquis puellis esset exemplo, omnibus sororibus admirationi, præsertim in iis meditandis, quæ pro nobis Christus passus est. Vberes in oratione fundebat lachrymas, quæ super manus cadentes, rigida hyeme, in frigida illa regione congelatæ, dum virguncula immobilis in oratione longo tempore persisteret, totidem vniones ac gemmæ videbantur. Tredecim sic vixit annis, donec exorta magna seditione in Vrbe, exulare opportuit, cum matre & prædicta B. Alexandrina, aliisque consanguineis: quæ post aliqualem moram in Vrbe Aquilana, Dei monitu perrexerunt Fulgineum in Valle Spoletana: vbi an. 1415. constructo ea communibus facultatibus Monasteriolo S. Luciæ dicato sub habitu ac secunda regula S. Virginis Claræ (quam Vrbanistam vocant) sanctissimè vixit, eique vt prima Abbatissa laudabiliter præfuit, quod à pietate & virtute inhabitantium celeberrimum euasit. Sanè variis donis & gratiis à Christo sponso decorata, sæpe extaticos patiebatur raptus: ac tandem, cum diu in summa virtutum laude se exercuisset, vitæ sanctitate conspicua, fœlix in cœlum cucurrit ad sponsum, anno 1452. hac die. cuius sacrum corpus Romæ iacet, vti referunt Martyrologium Fransiscanum, hac die, annotationes ad illud, Marcus Vlyssiponensis, parte 3. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 40. & lib. 3. capite 33. Tossianus lib. 3. Histor. Seraphic. in BB. Fœminis ordin. Minor. Valerius ibid lib. 2. cap. 32. Gonzaga part. 1. origin. Seraphic. Religion. in Monasteriis primis Prouinc. S. Francisci & Romanæ. Iacobillus de SS. Fulginatibus hac die. Wadinghus, Tom. 4. Annal. Minor. ad an. 1395. §. 1. & Tom. 5. ad an. 1425. §. 23. & anno 1449. §. 30. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. ordinis.

S. *Iudith Regina* [e]] Anno 1017. hæc ipsa sanctissima Heroina, coniux Boleslai Poloniæ Regis cùm esset, & adiutrix ad pietatem propagandam, ex hac vita summo omnium dolore decessit, cum superis in æternum regnatura: ita Baronius, Tom 11. Annal. Ecclesiæ ad annum Christi 1017. §. vltim. ex Longino, qui & res ab ea præclarè gestas recenset. §. 5.

B. *Margarita Regina vidua.* [f]] Comitissa extitit Tornodoren. filia autem inclyti Principis D. Odonis, Comitis Niuernensis, filii Hogonis 4. Ducis Burgundiæ: quæ nupsit Carolo 1. Regi vtriusque Siciliæ, Hierusalem, &c. fratri S. Ludouici Regis Franciæ, ex qua nullos suscepit ille liberos, moriens anno 1285. orbata ergo Marito, rediit in Galliam, Tornodorumque incoluit. vbi extructo prope Xenodochium S. Mariæ, *nostre Dame de Fotenilles*, domicilio, moram deinceps fixit, reliquum vitæ expendens pietatis operibus & charitatis exercitiis, sedulò intenta pauperum subministrationi propter Christum. Fuit namque istius Hospitalis non solum Fundatrix, & de propriis bonis dotatrix: sed & humilitatis speculum, charitatis refugium, puritatis vestigium, & insigne christianæ professionis specimen dedit: quæ tandem magna cum fama sanctitatis, in cœlum abiit, hac die anno 1308. sepulturam nacta, in choro illius Ecclesiæ eiusdem Hospitalis sub magnifico tumulo. Illam cômemorant continuator Nangii, Gallia Christiana in 67. Episcopo Lingonensi, Tilliua in suis memorial. Franc. 2, sub Ludouico 8. Rege in stirpe 5. Andegauensi, Sanmarthani, Tom. 2. Histor. Genealogic. Domus Franciæ lib. 10. cap. 1. & lib. 18. cap. 10. l'Abbe in Diurnali Historico, hac die: Alii verò, non Tornodori sed Trinochii, vulgò *Tournus*, assignant, vti Nicolaus Ægidius in Annal. Franciæ sub Philip. pulchro Rege ad 1400. Petrus à S. Iuliano in Antiquitatibus Tournusii sub fin. Andræas Quercetanus lib. 6. Antiquit. Vrbium &c. Galliæ cap 10. §. 6.

Eleuatio S. Probæ Virg. [g]] Anno Domini 1231. hac die leuatum fuit corpus S. Probæ Virginis, solemniter, per Anselmum Laudunensem Episc.: de qua festiuitate fit mentio, vti superius annotauimus ad 18. April. Porro de præsenti celebritate agunt Molanus in annotationib. ad Vsuard. & Saussayus in Martyrolog. Gallicano. & Ferrarius in Catalogo generali SS. hac die. 5. Septembris: ex Petro Canisio in suo Martyrologio. §. 7.

SEPTIMO IDVS SEPTEMBRIS.

ALEXIAE in Territorio Augustodunensi, sanctæ [a] Reginæ Virginis & Martyris; quæ Maximiano Imperatore sub Proconsule Olybrio, carceris, equulei, ac lampadarum perpessa supplicia, demùm capitali sententia damnata, migrauit ad sponsum. In Hannonia, Malbodio Monasterio Diœcesis Cameracensis, sanctæ [b] Madelbertæ Virginis Abbatissæ Benedictinæ: quæ genere ac monastica obseruantia, virtutumque laude maximè floruit. Apud Limningense, Monasterium Cantuariensis Diœcesis, sanctæ [c] Ethelburgæ Reginæ viduæ, Abbatissæ eiusdem Ordinis, quæ à sancto Honorio Archiepiscopo, Deo consecrata, plurimis refulsit virtutibus, & sanctissimè decessit è vita. In Territorio Albiensi, sanctæ [d] Charissimæ Virginis: quæ animi, puræque mentis candore, necnon Diuinis operationibus enituit. Frisingæ, in Bauaria, sanctæ [e] Reginæ Virginis præclaræ. Ambiani, Beatæ [f] Mariæ à Borbonio, Virginis Clarissæ: quæ regio sanguine nata, ingenti vitæ Sanctimonia refulsit.. Vallis-Arragi in Hispania, Beatę [g] Aldonsæ Pantoxiæ, Virginis quæ Tertianarum Abbatissa existens Franciscanarum, cœlestibus adornata charismatibus, sancto fine quieuit. In Scotia, Commemoratio sanctæ [h] Christinæ Virginis. Teneramundæ in agro Gandauensi, Translatio sanctæ [i] Christianæ Virginis.

SEPTEMBRIS VII.

§. 1. *Sanctæ Regin. Virg Martyr.* [a]] Orta duxit ex Alexia, vulgo *Alisia* oppido Burgundiæ, quæ cum esset annorum 15. ignorante Patre, latenter in Christum credidit, & baptismũ suscepit atque virginitatẽ suam Deo Consecrauit. Qood cum resciuisset Olybrius Proconsul, eam ad se adductam, & Christum fidei constantia confitentem, nec diis sacrificare volentem, iussit æquuleo leuari, virgis diutius cædi, & vngulis lacerari, quæ cum omnia superasset, in carcerem retruditur: sed cruce aurea ad cœlum vsque pertingente, atque columba cœlesti super crucem stante, & ad eam aduolante reficitur & confortatur. E carcere educta, candentibus laminis inflammatur, mox iu vase aquæ frigidæ demersa, iterumque horribilem in modum cruciata, statim terræ motu facto vincula eius direpta sunt: & colomba prior de cælo descendens, coronam gemmatam capiti eius imposuit, voxque Diuinitùs lapsa ad eam ad cælestia inuitauit: vbi capite abscisso, cunctis videntibus, comitantibusque Angelis, properauit anno 253. cuius corpus Alisiæ sepultum est. Agunt de ea Beda, Vsuardus, Ado, Martyrolog. Roman. hac die. Baronius ibid. In notis. Molanus iu additionibus ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum. verb. *Augustodunum*. Saussayus in Martyrologio Gallicano hac die. Vincentius Beluacens. libro 13, specul. Historial. cap. 29, & 30. Petrus de Natalib. lib. 8. Catalog. SS. cap. 47. D. Antoninus parte 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 40. Monbritius, Foderetus, Andræas à Vallo, Georgius Viola, Simon Martinus &c. in vita eius, Ludouicus Iacob. ex codice MS. Breuiarii Flauiniacens. *Melusia*, S. Reginæ dicebatur, quæ suppresso nomine proprio, vulgò *Regina*, appellatur: ex vetustissimo Monasterii Patrum Benedictinor. S. Sauini de Leuitania in montibus Pyrenæis, in agro Tarbiensi, Martyrologio MS. extat ad calcem Martyrologii Gallicani Saussaii Bachotus in Fastis Christianis. Genebrard. in Chronographia, Guido in Sanctilogio fol. 13. Quercetanus lib. 6. Antiquitum. Vrbium &c. Galliarmu cap. 6.

S. Madelberta Virg. Abbatiss. [b]] *Magdelberta* §. 2. etiã nuncupata est: quæ spiritus S. luce perfusa, cùm à teneris annis, virginalis integritatis florem Domino consecrasset, in omni virtute & gratia, hoc in Monasterio floruit: deindè abeunte ad superos, S. Aldetrude, loci illius Abbatissa anno 675. eius sorore, huic ob decora religiosæ mentis suffecta, in omni pietate annis nouem præfuit: tum demum an. 684. pretiosa morte ad Dominum perrexit, in æde sacra Malbodii primum sepulturam nacta est, ac deindè Leodium transuecta, in Cathedralis Eccles. sacrario recondita honorificè quiescit: cuius sacræ reliquiæ anno 1489. April. 14. apertæ & visitatæ fuerunt. Scribunt de ea Molanus in additionibus ad Vsuard. & in indiculo SS. Belgii. Saussayus & Ferrarius supra. verbo, *Leodium* & *Malbodium* Item in Catalogo generali Sanctor. eadem die. Myræus in Fastis Belgicis hac die & 9. April. Wion. in Martyrologio Benedictin. Franciscus de Rosieres Tom. 4. Semmat. Lotharing. Fol. 255. Anselmus de Episc. Leodiens. cap. 30. in S. Florlbert. Chapeauillus Tom. 1. Histor. Leodiens. ibid. in annotationibus, & Tom. 3. in notis ad Suffridum de Episcopis Leodiens. cap. 45. Surius in actis Sanctæ Aldegondis Virg. 3. Ianuar. Simon Martinus, ibid.

S. Ethelburga, Regin. vidua, Abbatiss. [c]] De ea, §. 3. Martyrologium Anglican. & Ferrarius. in Catalogo generali. SS. hac die. Robertus Buck Landius. in vita eius, Harpsfeldius. sæcul. 7. Histor. Eccles. An-

gliæ. cap 10. Eduardus Mahievv. Tom. 3. Trophæor. congregation. Anglican. Benedictin. ad. 13. Decemb vbi de S. Edburga, eius ſorore. Capgrauius. in vita. S. Honorii. Archiepiſcopi. Cantuarits. Author. libri, de Antiquitatib. Britann. ibid. Baronius Tom. 8. Annal. Eccleſ. ad an 625, 633. & 672. §. 8 quo obiit. item de ea, in vita Edunini, Regis Northumbriç, eius mariti; ac in vitis Ethelberthi, & Fadberti, Regum Cantiorum.

§. 4. *S. Chariſſima, Virg* [d]] Hęc nobilitate generis, ac vitæ Monaſticæ obſeruantia, celebris, tiduano Angelorum obſequio, ante mortem honorata, gaudens, migrauit ad ſponſum. Huius Beatę cœlitis vitam miraculis plenam, litteris, mandaſſe traditur. S Sulpitius. Confeſſor. iuxta Sauſſayum in ſupplemento Martyrologii Gallicani, hac die.

§. 5. *S. Regina, Virg.* [e]] Ita Tabulę Eccleſ. Friſingens, & Calendarium Germanicum, ac Ferrarius. ſup. hac die: quæ omninò alia eſt à ſupra dicta; itemque ab illa, quę eſt 1. Iulii. ſup.

B. Maria, Virg. Abbatiſſ. [f]] Filia extitit Iacobi,
§. 6. Siciliæ Regis filia; B. Coletę nedum contemporanea, verùm etiam Angelicę eius conuerſationis pia extitit ęmulatrix: cuius meminerunt. Martyrologium Franciſcanum. hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga. part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in Monſterio Ambianenſi: quod eſt 12. Prouinc. Franciç Vvadinghus Tom 5. Annal. Minor. ad an. Chriſti. 1445. §. 37.

Aldonza, Virg. [g]] Magnis virtutibus decorata §. 7.
exceſſit è vita an. 1566. poſt Sacramenta pie ſuſcepta: cuius corpus, poſt elapſum ſexennium, omninò integrum, incorruptum, atque ſuauiſſimè redolens apparuit. De qua ſcripſerunt Martyrolog. Franciſcanum. hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga. ſup. in 20. Prouinciç. S. Gabrielis. Blaſius Laghina in ſuo memoriali, & Marianus. lib. 6 Chronic. ſtrictior. obſeruant. Reformat. cap. 22. Thielmans. Tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Commemoratio. S. Chriſtinæ, Virg. [h]] Ferrarius ſup. §. 8.
in Catalog. SS. hac die. ex Martyrologio Anglico & Scotico. Mathæus Pariſius. ad an. 1010. &c. Polydorus. lib. 9. rerum Angliear. Camerarius. lib, 3. cap. 4. de Scotor. pietate & SS. Regni Scotiæ. ad. 3. Martii. Buchananus hæreticus. lib. 7. Rerum Scoticar. vbi de Malcolumbo Rege 86. agit. Hæc S. Margaritæ Reginæ ſoror fuit. Vide infrà ad 5. Decemb.

Tranſlatio. S. Chriſtianæ, Virg. [i]] Ex Dicliuenno §. 9.
Flandriæ pago, Tranſlatum eſt ſacrum corpus eius ad vicinam ciuitatem Teneramundam; teſte ipſo Molano, ſupra. & Sauſſayo, in Martyrologio Gallicano, hac die, Caniſio & Ferrario. ſup. Dauide Lindano, lib. 2. cap. 2. Teneramundæ.

SEXTO IDVS SEPTEMBRIS.

Natiuitas [a] Beatiſſimæ ſemper Virginis, genitricis Dei Mariæ. In pago Lingonenſi, paſſio ſanctæ [b] Belinæ, Virginis & Martyris Namurci, obdormiuit, Beatæ [c] Vdæ, Recluſę, Ordinis Ciſtertienſis, multarum virtutum titulis, & dono Contemplationis, ac multis Reuelationibus illuſtris. Apud Marciniacenſe Monaſterium, Ordinis Benedictini, Lugdunenſis Diœceſis; B. [d] Giſlæ, genere, fide, ac pietate inſignis. Piſauri in Picœno, Beatæ [e] Seraphinæ à Columna, viduæ: quæ illuſtriſſima nata proſapia, habitum Clariſſarum induit, & facta Abbatiſſa ſanctiſſimè vixit, ac obiit. Paterni in Territorio Coſentino, Calabriæ inferioris, Beatæ [f] Hieronymæ, Virginis, Tertiariæ Ordinis Minimorum: oratione, mortificatione, & pœnitentiæ operibus ſpectabilis. Valenriæ Beatæ [g] Vrſulæ Aguir. Virginis, Tertiariæ Dominicanæ, virtutibus, Spiritu Prophetico & miraculis, exornatæ.

SEPTEMBRIS VIII.

§. 1. NAtiuitas Beatiſſ. [a]] De ea Martyrologium Romanum, & Menologium Græcor. hac die. Conſtat quippe hanc ſolemnitatem eſſe antiquam: & tam Latinos, quàm Græcos, eadem animi pietate, concordique ſtudio ac religione permotos, eadem die celebrandam eſſe duxiſſe. Rationem autem eius ſolemnitatis agendæ. S Bernardus ſcribit, Sermon. 4. ſuper *Salue Regina*. De iuſſis quibuſdam Diuinitùs oſtenſis, cuidam religioſo viro, de hoc celebrando die natali; agit Petrus de natalib. lib. 8 Catalog. Sanctor. cap. 51. in fine & alii. Vide Baronium in notis ad Martyrolog. Roman. & I. Benedicti. in Epiſtola liminari, ad ſummam peccatorum. ac Poireum in Triplici corona Virgin. Mariæ.

§ 2. S. *Belinæ, Virgin. Martyr.*] [b] Hæc propter fidem caſtitatis, ab impuro homine, cognomento *de Dracey*, Domino Lendreuillæ. (qui vicus eſt circa mille paſſus diſtans, *à Moris*, Abbatia Ciſtertienſis Ordinis) pudicitia ſæpè fruſtra tentata, tandẽ ab eo; quod Virgo ſtuprum pati noluerit, capite truncata, ac Sponſo Virginum Chriſto, victoriæ laurea coronatur: cuius Athletæ glorioſæ triumphale caput in præfato Monaſterio de *Moris*, vicino, loco eius agonis, religioſè ſeruatur, ita Sauſſayus. in ſupplemento Martyrolog. Gallic. hac die, Manriquez Tom. 1. Annal. Ciſtertiens. ad an. 1153. cap. 17. §. 5. Poſt Nicolaum Camuſatum in Originib. Trecens. vbi de cœnobio Morenſi.

B. Vdæ, Recluſæ [c]] Scribunt de ea. Chronicon. §. 3.
Villarienſe. Cæſarius. lib. 9. illuſtr. Miraculor. ſui

æui. cap. 31. Henriquez in Menologio Cistertiensi. & Saussayus. in Martyrolohio Gallicano. hac die.

§. 4. *B. Gisla,* [a]] Copulata fuerat Centullo, Comiti Bearni; à qua fuit separata, cùm cognatus eius esset, per sententiam. B. Gregorii. 7. Pap. & in Monasterium præfatum deducta: vbi singulari vitæ conuersatione, & spiritus feruore, ac fide in Deum, cunctis illuxit: in cuius virtute, Hugo, tunc Lugdunensis Archiepiscopus, & Apostolicæ sedis Legatus, fusis ad Deum precibus. ignem cuncta pessundantem, & incendio concremantem, fugauit, compescuit, & deiecit ab ipso Monasterio, vti testantur. idem B. Gregorius. 7. lib. 6. Regest. Epistol. 20. Petrus venerabilis. lib. 1. Miraculor. cap. 22. Baronius. Tom. 11. Annal. Eccles. ad an. 1094. Petrus de Marta, lib. 4 Histor. Bearnens. cap. 12. 13. 14. Qui opinatur, illic munus Abbatissæ obiisse.

B. Seraphina, Vidua, Abbatiss. [c]] Ex nobilissima
§. 5. *Columna* familia Originem trahens, Alexandro hanc Pisauri Domino olim temporali nupsit: cuius infamé, liberioremque vitam cùm illa grauius carperet, eius odium incurrit, atque post plurima vitæ propriæ superata discrimina. Monasterium Corporis Christi, Pisauri, ingredi ab eodem compulsa est. in quo cùm aliquandiu, in habitu sæculari, honestissimo tamen, conuersata fuisset, religionis tandem schema induens; in eo per. 18. annos continuos sanctissimè vixit, & Abbatissa facta, haud minori prudentia domum rexit. Quamobrem ex hac vita migrans, maximum sui desiderium maximamque sanctitatis opinionem cæteris sororibus reliquit. Eius simul atque. B. sororis Fœlicis corpus, ex Sacristia ad Bina Mausolæa ex marmore in arcum, ad vtrumque chori latus, affabrè ædificata, propriisque sumptibus absoluta, transferri curarunt, illustrissimi Guidobaldus, eiusque legitima vxor, Victoria *Farnesia* vrbini pientissimi Duces. Agunt de ea Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Marcus Vlyssiponens. part. 3. Chronic. Minor. lib. 6. cap 39. sub an 1483. Gonzaga part. 2. Origin. Seraph. Religion. in præfato Monasterio, quod est, 13. Prouinc. Marchiæ. Tossinianus. lib. 1. Histor. Seraphic. Iacobillus de SS. Fulginatib. sub. 22. Iulii. Ferrarius: in Catalogo generali sanctor. hac die. Marianus. lib. 5. cap. 43. Cimarellus. part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 16. Algezira in Arbore epilogica totius Ordin. Franciscan. Vuadinghus. Tom. 5. Annal. Minor. ad an. 1412. §. 6. 1444. §. 59. & Tom. 7 ad an. 1478. §. 57. & seq. quo abiit in cœlum. Thirlmans Tom. 1. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 6.

B. Hieronyma, Virg. [f]] Neptis extitit. B. Pauli, socii. Sancti Francisci de Paula, a quo dùm duodecimum annum ageret ætatis, Ordinem Tertium Minimorum suscepit: quo ex tempore Virginitatem suam Christo sponso consecrauit: & cunctis virtutibus exercendis animum dedit: ita vt perfectionis, orationis, mortificationis, ac pœnitentiæ, speculum euaserit: quæ triginta duorum annorum facta, post confessionem generalem expletam, & sacram Eucharistiæ refectionem, in solemnitate Festiuitatis B. Virginis Deiparæ, intra Oratorium conclusa, in oratione genu flexa, Spiritum reddidit. circa an. 1515. Scribunt de ea. Ludouicus Dony Attichius. part. 2. Histor. general. Ordin. Minimor. in ea. lib. 7. & Lucas de Montoya. lib. 4. Chronic. general. eiusd. Ordin. in vita dicti. B. Pauli *de Paterna*. Lanouius. in Chronico generali Ordin. Minimor. ad an. 1525. §. 7.
& in Appendice 4. ad illud. sub. 19. Februar.

B. Vrsula, Virg. [g]] Hac die. an. 1608. Migrauit in cœlum, sepulta apud Monasterium patrum Dominicanor. cuius vitam propè admirandam, virtutes & miracula describunt Ioannes Ganaston. lib. 2. Vitar. SS. tertii. Ordin. prædicat. cap. 85. Ioannes à sancta Maria, part. 2. Vitar. SS. Ordin. eiusd. lib. 3.

QVINTO IDVS SEPTEMBRIS.

APud San Dionysianum, Regale cœnobium, in territorio Parisiensi, natalis sanctæ [a] Osmannæ, Virginis: quæ Regio exorta sanguine, claruit & vitæ meritis, atque miraculis. Treuiris, Monasterio Horreo, depositio sanctæ [b] Anastasiæ, Virginis, Abbatissæ Benedictinæ; ingenti vitæ sanctitate adornatæ: in Anglia, sanctæ [c] Vvelfredæ, Virginis, Abbatissæ, eiusdem ordinis: quæ contempto sæculo, conculcato Diabolo, singulare subditis exemplum pietatis, patientiæ, fortitudinis, & perseuerantiæ reliquit. Salisburgi in Noricis, sanctæ [d] Cunigundis, Virginis: quæ humilitatis cultrix præcipuæ, ac sanctitatis extitit custos eximiæ. In Lusitania, Arouca Monasterio, Ordinis Cistertiensis, Beatæ [e] Violentiæ de castro, Virginis, Abbatissæ, dono lachrymarum, & meditatione in passionem Dominicam spectabilis, ad cuius Tumulum ægri sospitatem referunt optatam. Octoduri in castella veteri, Beatæ [f] Mariæ à Turribus, Virginis, Clarissæ: quæ per annos quadraginta duos Abbatissa existens, tanta claruit sanctitate, vt ad solum chordæ eius, (qua præcingebatur) contactum, Dæmoniaci liberarentur. Valissoleti. Beatæ Sabinæ, Ordinis Sancti Dominici: eximia humilitate, obedientia, & recollectione insignis.

SEPTEMBRIS IX.

§ 1. SAncta Osmanna Virg. [a]] Hæc Regum Hyberniæ clara proles, fidei lumine ferè à cunabulis illustrata, sanctæ Virginitatis voto sese deuinxit. At formæ venustate conspicua, cum à parentibus Principis Ethnici tradenda esset connubio, clam se Christi amore subduxit: relictaque patria & opibus, regnoque terræ contempto, cum *Aechtena* ancilla, in Britanniam Armoricam, nauigio se committens, transmeauit. Appulsa Biducium, quæ S. Brioci vrbs est, Episcopum adiit: mentisque puræ prodit, vt suffragetur sibi, consilia. A quo plenius edocta, quæ Christi sunt, cum pedissequa Diuino lauacro expiata; & deposito prisco nomine, (nam *Argariargua* antea vocabatur) Osmannæ vocabulum accepit. Hinc cellulæ inclusa, tanto spiritus feruore, Domino seruiuit: vt nihil, nisi quæ ei placita sunt cogitaret. Tandem cùm ætatis florem in omni castimonia, ieiuniis, orationibus; sanctis meditationibus exegisset, fœlix in cœlum migrauit, signis admirandis præclara. Cuius sacrum corpus: sub Danica incursione ad Iotrense Monasterium, in Citeriorem Galliam allatum, deindè apud Abbatiam Regalem S. Dionysii reconditum fuit, in argenteo feretro, auro illito, à duobus Episcopis Aduensi & Leonensi [vti superius notauimus ad. 1. April.] vti referunt Iacobus Doubletus. lib. 1. Antiquit. Abbati. S. Donysii in Francia. cap. 42. & *in Templo Beator. hac die, in vita eius* Brulius. lib. 4. Antiquitat. Parisiens. in ead. Abbatia. Saussayus. in Gallic. Martyrologio. hac die, & 22. Nouemb. tumque in supplemento eiusdem Martyrologii, & Simon Martinus, hac die. post Breuiarium Abbatiæ. S. Dionysii, Beluacensem, Guidonem in Sanctoral. hac die. pag. 76. codic. 113. 876. Abbatiæ S. Victor. Parisiens. Memoratur vir nobilissimus in Prouincia Cœnomanensi: circa an. 1000. Gaufridus à sancta Osmana; apud Coruaisierum. in Episcopo 26. Cœnomanens. pag. 327.

§. 2. *S. Anastasia, Virg. Abbatiss.* [b]] Tertia. seu. Quinta extitit huiusmodi Monasterii Abbatissa, quæ indefesso studio, vsque ad vitæ consummationem, Christo placere contendit: partaque multiplici gratiæ sobole, egregios manipulos iustitiæ reportans, fœliciter abiit in cœlum anno. 760. ita Vvion. in Martyrolog. Benedictin. Trithemius. lib. 3. viror. illustr. Ordin. Benedictini. cap. 204. Cratepolius lib. de Episcopis Germaniæ. Ferrarius. in noua Topographia ad Martyrolog. Romanum. verb. *Treuiris.* & in Catalogo generali sanctor. hac die, ex libro Monasterior. German. Saussayus. in Martyrologio Gallican. ead. die, Bosius, de signis Eccles. Tom. 2. lib. 22. cap. 3.

S. Vvelfreda, Virg. Abbatiss. [c]] Ita Ferrarius in §. 3. Catalogo. sup. ex Martyrolog. Anglic. & Fastis Heriberti Rosvveyden. Roberto BucKlandio. in vita eius: qui illam circa an. Christi 905. vixisse testatur.

S. Cunigundis, Virg. [d]] Sic Ferrarius. in noua To- §. 4. pographia. sup. verb. *Salisburgum.* & in Catalogo generali. sanctor. hac die, ex Calendario Salisburgens. videtur autem dies Translationis eius esse.

B Violantia, Virg. Abbatiss. [e]] Huius vitam scripsit §. 5. Bernardus de Brito. lib. 6 Annal. Cisterciens. cap. 36. Henriquez. in Menologio Cisterciensi, hac die, quæ ab ipso exordio conuersionis, vsque ad fœlicem vitæ consummationem, indefesso studio, Diuinis laudibus interfuit; vbi proprios defectus, & proximorum crimina, continuis lachrymarum imbribus deplorabat, & saluatoris nostri durissimam passionem, assidua contemplatione recolebat.

B. *Mariæ, Virg Abbatiss.* [f]] Nonnunquam *Marina* §. 6. vocatur, Monasterii, S. Claræ Salmanticensis alumna; quæ exinde educta, 40. annis continuis, strenuam in Octodurensi Clarissarum Monasterio, Abbatissam egit; adeòque Dæmonibus, ob eius sanctitatem, formidabilis fuit, vt illorum plures ad contactum eius chordæ, qua præcingebatur, à possessis exierint. Floruit an. 1515. sepultaque iacet in sacello cœnobii S. Claræ Taurinæ vrbis, iuxta Gonzagam part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in 1. & 3. Monasteriis Prouinciæ S. Iacobi At Barrezzus lib. 2. cap. 14. part. 4. Chronic. Minor. ponit illius sacrum corpus Salmanticæ humatum esse, sic & Valerius. de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 17. Vvadinghus. Tom. 5. Annal. Minor. ad an. 1258. §. 19. Vide Martyrologium FrancKcan. hac die, & Annotationes ad illud.

B Sabina, [g]] Conuersa erat professione, in monaste- §. 7. rio S. Catharinæ. Ordin. S. Dominici: quæ oratione, humilitate, atque præsentia Dei iugiter pollens, sancto fine quieuit, anno 1530 iuxta Lopetium. part. 3. lib. 3. cap. 46. Ioannem à Sancta Maria. part. 2. Vitar. SS. Ordin. prædicat. lib. 3.

Translatio SS. Berlendis, &c. Virg. [h]] Trigesimo §. 8. anno post obitum illius, sacrum eius corpus est de terra eleuatum, per Aubertium, Cameracensem Episcopum: & vnàcum aliis duabus, hac die, Translatæ sunt venerabiles earum Reliquiæ; teste Molano in Additionib. ad Vsuardum & in indiculo. SS. Belgii. Saussayo. in Martyrologio Gallicano, Wione, in Martyrologio Benedictino, & Ferrario, in Catalogo, sup. ead. die.

QVARTO IDVS SEPTEMBRIS.

IN Affrica, passio sanctarum [a] Virginum & Martyrum: quæ sub Valeriano & Gallieno, exurgente persecutionis rabie, coronatæ: palmas victrices reportarunt. In Bythinia, sanctarum, [b] Virginum Menodoræ, Metrodoræ, & Nymphodoræ sororum? quæ sub Maximiano imperator, & Frontone præside, Martyrii gloriam, adeptæ sunt. Eodem die, sanctæ [c] Odiliæ, Virginis & Martyris. Constantinopoli, sanctæ [d] Pulcheriæ, Augustæ Virginis: Religione, fide, ac pietate insignis. Insulæ

Flandrorum, in Belgio, Beatæ [e] Mariæ Insulensis, Virginis, spectatæ virturis ac sanctimoniæ. Venetiis, Beatæ [f] Beatricis, a Rayneriis, Clarissæ; genere & gratia, miraculorum illustris.

SEPTEMBRIS X.

§. 1. SS. *Virg. Martyr.* [a]] Harum gloriosum certamen commemorat. S. Cyprianus lib. 3. Epistol. 25. passæ sunt etenim cum Nemesiano, & alijs. de quibus hac die Martyrologium Roman. sub an. 260. ita namque eos alloquitur præfatus D. Cyprianus apud Surium. hac die. cùm essent ad metalla damnati. *Denique exemplum vestrum secuta multiplex plebis portio: confessa est vobiscum pariter, & pariter coronata est: connexa vobis vinculo fortissima charitatis, & à præpositis suis, nec carcere nec metallo separata. Cuius numero nec virgines desunt. quibus ad Sexagenarium fructum centenus accessit, quasque ad cælestem, coronam gloria geminata prouexit: In pueris quoque virtus maior ætate, annos suos confessionis laude transcendit, vt Martyrij vestri beatum gregem & sexus & ætas omnis ornaret.*

§. 2. SS. *Menodora, &c. Virg. Martyr.* [b]] Pariter viuentes, iucundum exhibebant cunctis spectaculum, & per speciem corporis (erant enim facie pulcherrimæ) nobilitas spiritus sensim eis relucebat; fugiebant tamen hominum consuetudinem, & desiderabant solitudinem. Propter Christum ergo, relicta, quæ eas tulerat, patria, veniunt in quendam tumulum, non procul à Pythijs terminis, & temperanter in eo viuebant, & in omni alia virtutis exercitatione studiosæ erant & diligentes. Cùm autem procedente tempore admisissent omnem gratiam Diuini spiritus; bonis resplendebant operibus & miraculis, & copia gratiarum: & ideo citò euadunt manifestæ, & multi ad eas confluebant, qui non solum liberabantur à morbis, & à malis spiritib. sed fiebant etiam diuites salute animæ & salute. Quæ cùm peruenissent ad aures Frontanis præsidis, misit, qui eas ad se adduceret: quarum prior, B. Menodora, cum constanter grauiter Christum confessa esset, iussa est cædi à quatuor lictoribus, sic crudeliter, vt ossa apparerent & intestina, nec tamen vllum dolorem sensit: quæ fusa oratione ad Christum. Spiritum emisit. Metrodora autem lampadibus aduritur, & ferreis vectibus vniuersum corpus eius conteritur: postremò Nymphodora ferreis vngulis discerpitur, & vectibus item ferreis contunditur: sicque migrarunt in cœlum: quamplurimis postea illustratæ miraculis. Templum autem, quo sepulturam nactæ sunt, à Christianis erectum, in hodiernum vsque diem innumeris decoratur virtutibus, quæ ipsas piè inuocantibus præstantur: vti videre est apud Metaphrastem. Lipomanum Surium, Lippeloum, &c. hac die. Menologium Græcorum, Martyrologium Roman. ead. die, Baronium ibid. in notis, & Tom. 3. Annal. eccles. ad an. Christi. 311. Molanum in Additionib. ad Vsuard. Ferrarium. in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Bithynia*. Vaquerium in Enchiridio benè morientium. ead. die. Simon. Martinum.

§. 3. *S. Odilia, Virg. Martyr.*] Socia fuit. S. Vrsulæ: vti scribit Camerarius lib. 3. de Scotorum pietate, & sanctis Regni Scotiæ, cap. 4. hac die, ex Calendario German. alijs.

§. 4. *S. Pulcheria. Augusta, Virg.* [d]] Eodem Titulo sanctitatis & Virginitatis eam celebrant Græci hac die, in Menologio, & Latini omnes, atque Martyrologium Romanum. Baronius ibid. in notis & Tom. 5. Annal. Eccles. ad an. 415. item. Tom. 6. ad an. 446. vsque 453. quo in cœlum migrauit. annos. quinquaginta quatuor nata, de eadem sæpe Acta Synodi Chalcedonens. vbi noua Helena, munimen Orthodoxorum, gloria Ecclesiarum, custos Catholicę fidei, pia, Orthodoxa, fidei alumna, digna imperio, amatrix Christi, &c. à cunctis patribus est acclamata; mirum in modum commendatur in Epistolis. S. Leonis Papæ, præsertim Epistola 59. sic & S. Cyrillus Alexandrinus. lib. de Recta fide, nec solùm præsidium Ecclesiæ fuit & perfugium, multum laborans, pro Synodis, Ephesina prima: & Chalcedonensi: sed & Magistra morum extitit, atque exemplar virtutum; Diuini quippe spiritus instinctu in omnibus regebatur: hæredes, ex asse instituit pauperes; Xenodochia, cœmeteria, Templa extruxit, quæque magnificentissimis donis & redditibus dotauit. Hæc & alia innumera illius Elogia, & præclara Encomia, atque eximia facinora, copiosè, luculenterque describunt Thomas Bozius. in vita eius. & Tom. 5 de signis Eccles. lib. 8. cap. 7. Raderus. in viridario sanctor. apud Aulam sanctam & Canisious ibid. Tom. primo. cap. 7 lib. 5. Grizius de Clericis Regularib. sect. 10. §. 7. & Ludouicus Iacob. in Bibliotheca illustr. fœminar. ex multis alijs.

§. 5. *B. Mariæ Insulensis, Virg.* [e]] Virtutis ac sanctimoniæ fama longè latèque celebris euasit, quam. B. Elisabetha de *Spaelbech*, insulæ Flandrorum commorántem sæpè in spiritu vidit: quamque Rex Franciæ. cùm inuisisset, sacellum ei pulcherrimum, exstruendum curauit. Florebat ad an. 1304. teste Rayssa. in Auctario ad natales, SS. Belgii. Molani. sub 19. Nouembr. & alijs.

§. 6. *B. Beatricis.* [f]] Dùm Eubœa, Ægei maris (vulgò Nigropons) insula, ab immanissimis Turcis expugnaretur, nobilissimæ duæ fœminæ eius incolæ, quarum alteri Polisena *Premarina*, alteri verò Beatrix à *Raynerius*, nomen erat, se Deo, ad Religionis ingressum, si eam calamitatem euadentes, & Christianorum plagas incolumes traijcere possent, ex voto obligarunt. Ereptæ itaque à tanta rabie, atque Venetijs remigio mirabiliter applicitæ: quod piè vouerant, religiosè exequi curarunt. fundationi Monasterij sepulchri Clarissarum initium dantes. Vbi ipsa præfata B. Beatrix soror, miraculis omninò claruit: vti referunt Martyrolog. Franciscanum hac die. Annotationes ad illud Gonzaga. part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in eo Monasterio, quod est. 13. Prouinc. S. Antonij Italiæ. Vadinghus. Tom. 7. Annal. Minor. ad an. Christi. 1449. §. 38.

TERTIO IDVS SEPTEMBRIS.

Tiguri in Constanriensi Diœcesi, natalis, sanctæ Regulæ, [a] martyris: quæ cum fratre suó, sancto Fœlice, passa est, sub Maximidno Imperatore Alexandriæ, sanctæ Theodoræ; [b] quæ cùm incautè deliquisset, facti pœnitens, mira abstinentia & patientia, in habitu sancto incognita perseuerauit vsque ad mortem. Vvintershouiæ in Hasbania, diœcesis Leodiensis, sanctæ Vincianæ, [c] Virginis: morum nitore, zelo disciplinæ, & exemplis diuinæ conuersationis, admirandæ. Cinguli in Picœno: sanctæ [d] Sperandiæ, Virginis eximiæ virtutis ac perfectionis. Mediolani, beatæ [e] Dorotheæ Lissoniæ, Virginis Clarissæ, quam miraculorum gloria post mortem exornat. Laudæ in Insubria ad abduam flumen, beatæ [f] Luretiæ Cademustæ, Virginis Tertiariæ Dominicanæ, patientia, vitæ puritate & spiritu prophetico spectabilis. Apud Quiciensem ciuitatem, in Polonia. Transitus beatæ Dorotheæ, viduæ, Pruthenę: quæ pœnitentiæ operibus dedita, oratione, spiritu prophetico, & signis admirandis illuxit. Lutetiæ Parisiorum, beatæ [g] Mariæ à Draco, viduæ, ex tertio ordine Minimorum pietate, religione, ac miro spiritus feruore conspicuæ.

SEPTEMBRIS XI.

§ 1. S. *Regula, Martyr* [a]] Ita Molanus in additionibus ad Vsuardum, & Ferrarius in catalogo generali Sanctor. hac die, ex Canisio, & tabulis Eccles. Constantiens. Breuiario Curiensi, Nauclero, Hermanno contracto, in chronic: &c. ex quibus discimus, quòd S. Fœlix Thebæus, cum Regula sorore, sæuitiam Maximiani Imperatoris fugiens, hic comprehensus, simul cum sorore, martyrii gloria coronatus sit, quorum gloriosum certamen recenset Notkerus hác die, in suo martyrologio.

§ 2. *S. Theodora*, [b]] Ex Alexandria oriunda, fœmina, vt moribus castissimis, & insigni prudentiæ opinione ornatissima, ita viro suo eximiè chara fuit. Cùm insidiaretur eius pudicitiæ quidam iuuenis, detestabilis mulier (cuius opera ad id vsus est) eam pellit in ruinam. Sed vix perpetrato facinore, cùm absterſa caligine, splendor veritatis ad mentem rediret, acerrimo doloris sensu compuncta, cruciari animo, & amara admodum duci pœnitentia cœpit: sicque doloris sui impatiens, virili sumpto habitu, fuga salutem quæsiuit, virorumque petit monasterium. Vbi obedientia, patientia, abstinentia, & longa corporis animique afflictatione, exercitata & incognita, sanctissimè vitam finiuit. Florebat circa ann. 480. Agunt de ea Græci in Menologio. Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. Necephorus lib. 17. cap. 5. Metaphrastes, Renatus Benedictus, Fodereus, Simon Martinus, Lippomanus, Surius, Lippelous, ead. die. Petrus de natalibus lib. 6. catalog. sanctor. cap. 109. Molanius. In additionibus ad Vsuard. Antonius Alegre in paradiso Carmelitici decoris, statu 3. ætat. 6. post Christum cap. 14. ad ann. 490. Bichotius in fastis Christianis.

§ 3. *S. Vinciana, Virg.* [c]] Romæ patris orta natalibus, Virgo ab ineunte æuo integerrima, quæ blandimenta mundi respuens, à Roma hunc vsque locum dilecti fratris S. Landoaldi, Archipresbyteri aliorumque sociorum eius, secuta est vestigio, circa ann. 653. Christianæ religionis propagandæ causa; vbi tandem plena bonis operibus, Deo spiritum reddidit ann. 643. sepulta in Vvintershouens. vico Hasbaniæ: ex quo post annos 337. ad Ecclesiam S. Bauonis, Gandensis, translata est ab Vvomaro, Abbate; idque concedente, Ioanne Romano Pontifice: Nodgero, Leodiensi Episcopo, & Othone 2. Imperator. Horum meminerunt: Nodgerus, Episcopus Leodiens. lib. 1. vitæ S. Landoaldi. cap. 3. & 7. item lib. 2. cap. 9. apud Surium martij 19. Chappeauillus tom. 1. Histor. Leodiens. in notis ad ad Harigerum cap. 49. Molanus in additionibus ad Vsuardum & in indiculo SS. Belgij. Saussayus in Martyrologio Gallicano. Mytæus in Fastis Belgicis ad 19. martij & 1. Septembris Ferrarius sup. hac die. Sanderus in Hagiologio Flandriæ.

S. Sperandia, Virg. [d]] Sic Ferrarius sup. hac die: at in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Cingulum* die 1. Septemb. ex tabulis Eccles. Cingulanæ, & ex eius vita typis excusa: Festiuitas tamen illius non hac die, qua obiit, sed Dominica 1. Septemb. Cinguli celebrari consueuit. § 4.

B. Dorothea, Virg. [e]] E Modœtia, oriunda erat, atque ... r liquas probatæ vitæ Moniales, monasterii D Bernardini, Mediolanensis. Quod est 4. Prou ... Mediolanens.) longè emicuit; cuius vita ita Deo grata extitit, vt certam sui transitus horam prænosse meruerit, & miraculis post mortem claruerit; memoratur à Martyrologio Franciscano, hac die, Annotationibus ad ipsum, Gonzaga, part. 2. Orig. Seraphic. Religion. in eo Monasterio. Vvindingho tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1447. §. 92. § 5.

§. 5. *B. Lucretia, Virg.* [f]] Speculum miræ patientiæ extitit, per spatium 45. annorum lecto ægra decumbens: vitæ puritate ac sanctimonia conspicua: necnon prophetiæ dono, ac signis admirandis præclara: obiit ætatis suæ anno 67. Christi vero 1545. cuius corpus summo totius vrbis concursu honorificè tumulatum est apud Ecclesiam Fratrum Prædicator. cuius tertij Ordinis tesseram gerebat. Iuxta Seraphinum Razzium part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordinis Prædic. Ioannem à sancta Maria ibid. part. 2. lib. 1. & Bosium Tom. 2. de signis Eccl l. 12. c. 25.

§. 6. *B. Dorothea, Viduæ* [g]] Nascitur anno Christi 1334 in Villa Mootono, Insulæ maioris Quicienſis, Diœcesis Pomeraniæ, in Prussia, parentibus ac diuitibus, pietate in Deum, & liberalitate in egenos claris. Ab his optimè educata, septimo ætatis anno, magna futuræ sanctitatis signa dedit. In illa ætate, licet modico valde cibo semper vteretur, sabbathinos tamen dies, ad honorem Deiparæ Virginis, quam toto vitæ suæ tempore, speciali cultu venerabatur, panem & aquam semel tantum comedens ac bibens, ad extremam vsque senectutem, obseruauit. In matrimonium a parentibus tradita, nil ex pristinu deuotionis feruore remisit: nam confessionis, & Eucharistæ sæpius frequentabat Sacramenta. Ex Passionis Dominicæ consideratione, corpus disciplinis, tribulis, gelu, frigore, diuersisque modis edomabat. Marito orbata, orationi amplius vacabat; peregrinas Visitationes longinquas, pietatis ergo, ad Aquisgranum, ad limina Apostolorum, inde Coloniam, assumpsit: plurimas afflictiones ex infirmitate, & aduersitatem ex persecutione hostis humani generis (quem suis orationibus semper vincebat) forti animo pertulit: aspera hyeme sola tenui tunica & humili palliolo induebatur; nuda terra, orationum contemplationumque ei locus, eademque breuis somni, quietisque idque lapide capiti supposito, erat, matutinis horis & missæ sacrificio, semper in templo aderat; reliquum temporis à meridie, vel in oratione, pro viuis & mortuis, vel in visitandis Ecclesiis, vel in obsequio languentium, in Xenodochiis insumebat. Sæpe in extasim rapiebatur, à terra eleuata: & Visitationibus Christi Domini, & sanctissimæ Virginis Matris, atque Angelorum fruebatur. Tandem liberius securiusque Deo seruire cupiens, disposita prius familia, facultates suas in opera pietatis erogauit, & in ædiculam, quam instar sacelli ad Ecclesiam maiorem Quicienſis ciuitatis sibi construxerat, terrena omnia contemnens, & cœlestibus inhians, ingressa, sponte ibidem se occludi fecit: ex qua per fenestram patebat illi prospectus in Ecclesiam: vbi vitæ sanctimonia, spiritu prophetico clara & miraculis gloriosa decessit, hac die ann. 1399. Hæc ex monimentis Ecclesiæ Marieburgensis: & vita eius Craconiæ edita, ann. 1609. Authoritate Archiepiscopi Gnesnensis. Bzouio tom. 15. Annal. Eccles. ad ano. 1399. §. 12.

§. 7. *B. Mariæ, Viduæ.* [h]] Nobilis erat fœmina Parisiensis, vxor Domini Iacobi *Aurilloti*, Regii in Parlamentu Parisiensi Consiliarii: quæ totius honestatis ac virtutis speculum facta, altioris perfectionis radios vbique emisit. Mirabili quippe charitate afflictis Regiæ vrbis ciuibus, per miserrima tempora, opem præstitit eximiam; raptibus supernis dotata, & iam candidata æternitatis, meritisque fœta, ad cœlum euolauit, in consortium S. Francisci de Paula, cuius tertium Ordinem piè assumpserat: ætatis suæ anno 45. Christi verò 1590. hac die, sepulta apud Patres Minimos Nigeoni, in Capella S. Sepulchri. De ea scribunt. Saussayus in Martyrologiu Gallicano, hac die, Ludouicus Dony-Attichius part. 2. Histor. General. Minimor. lib. 7. in fin. Iacobus Brulius lib. 4. Antiquitat. Parisiens. in eo conuentu Minimor. iuxta Lutetiam. Hilarius à costa tom. 2. vitar. seu elogior. illustr. Heroinar. part. 7. pag. 693. post Antonium Stephanum in vita eius. Lauonius in Chron. gen. eiusd. Ord. ad an. 1590, §. 5. & in Appendice 4. ad illud, hac die. Ludou. Iacob. in Bibliotheca illustr. Fœmin.

PRIDIE IDVS SEPTEMBRIS.

Apud Iapponiam in Regno Bungo: natalis Beatæ [a] Anonymæ, Virginis, & Martyris. In Ægypto, sanctæ [b] Bonæ, Virginis: quæ inter ipsa teneræ ætatis primordia, se vas futurum electionis, non obscuris indiciis, quæ sanctitatis spirabant, gratiam præmonstrauit, & vsque in finem opere compleuit. Apud Romaricum, Vogesi montis in Lotharingia, Monasterium, Diœcesis Tullensis, depositio sanctæ [c] Perpetuæ, Virginis, Abbatissæ, Benedictinæ; quæ quasi oliua fructifera in domo Dei, copiosissimos pietatis ac Religionis fructus attulit in tempore suo: subque illius vmbra, fœlicia perfectionis germina efflorueruut. In Anglia, sanctæ [d] Quenburgæ, Virginis, sororis sanctæ Cuthburgæ Virginis Abbatissæ, eiusdem Ordinis: quæ amore cœlestis gratiæ flagrans, quidquid in diuinis lectionibus capere poterat, instantissimè transferebat ad effectum sanctæ operationis. Beluisii, in territorio Placentino Hispanico, Beatæ [e] Annæ ab Assumptione, Virginis, Clarissæ: quæ assidua oratione, & Dominicæ Passionis memoria emicuit. Apud Monasterium de Arroyo, Ordinis Cistertiensis, Palentinæ Diœcesis, Beatæ [f] Mariæ, Viduæ quæ ex sanctissima

vita egregios meritorium manipulos reportans, fœliciter migrauit ad Christum. In Anglia commemoratio sanctæ [h] Eanswidæ, Virginis Abbatissæ. Benedictinæ. Setvvalli in territorio Vlissiponensi, [h] Translatio sanctæ Auctæ, Virginis & Martyris.

SEPTEMBRIS XII.

§. 1. B. *Anonyma, Virg. Martyr.* [a]] In vrbe Funai, Regni de Bungo apud Iapponium, circa ann. 1577, Puella hęc homini Christianis infensissimo ancillabatur, qui sæpiùs Christi famulæ interminabatur, ne crucem inuiseret: cuius mulier miro afficiebatur desiderio, & sæpiùs religionis ergò inuisebat. Illam herus obseruabat sedulò, nec minus illa suo studio seruiebat; donec cùm rediret aliquando domum religiosè crucem venerata, terribilem in se districto gladio herum, offendit cuius ictibus vltrò deuota, gloriosum Martyrii decus comparauit: inquit Vasconcellus, in descriptione Regni Lusitani: vbi de Martyrib. Iapponiis §. 6.

§. 2. S. *Bona, Virg.* [b]] Nascitur ex parentibus infidelibus, Regali ex genere oriundis; quæ adhuc cathecumena, Christo ab infantia suam dicauit virginitatem; fugiensque sæculares blanditias, in propinquum Virginum monasterium se recepit. vbi iam ætatem annorum duodecim cùm attigisset, baptismo abluta, & sacro velamine adornata, consecratur Domino, habitumque Religionis de manu Abbatissæ suscepit. Perseuerauit autem in multa sanctitate, & omni sacræ regula disciplinæ. Hac die in cœlum migrauit; cuius corpus mox lux *cælestis* circundedit, & ex ipsa odor mirabilis flagrauit. Hæc apud Latinos *Bona* apud suos Ægyptios *Cordemunda* vocatur: vti scribunt. Petrus de Natalib lib. 8. catalog. Sanctor. cap. 71. Baronius in notis ad Martyrolog. Roman sub 24. April Ribadeneira in vita eius. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Ægyptus*, & in catalogo generali Sanctor. hac die, ex Maurolyco. Et tabulis Eccles. Taruisinæ, vbi colitur.

§. 3. *S. Perpetua, Virg. Abbatiss.* [c]] Hæc nobili nata stemmate, Deo à teneris annis, eo in monasterio oblata, multiplici decore sanctitatis enituit. Quæ cœlesti sponso facta dilecta, post castissimæ vitæ excursum, multa filiarum spiritualium sobole fœcunda, & meritis omnis virtutis affluens, ad nuptias cælestes læta euolauit. Teste Saussayo in supplemento Martyrologij Galliic. hac die, & Menardo in Martyrologio Benedictino. ead. die Itemque lib. 2. obseruation. ad illud, ex monimentis illius loci.

§. 4. *S. Quenburga, Virg.* [d]] Nuncupatur etiam quandoque, *Cneburgh*, *Kineburga* & *Quinburga*. Vitam duxit religiosam, cum B. sorore *Cuthburga* Abbatissa; cui & successit in regimine & vitæ sanctitate. Vti referunt Malmesburiensis, lib. 1. de Gestis Reg. Anglor. cap. 2. Wigorniensis ad ann. 718. Vvestmonasteriensis ad ann. 720. & 727. Huntindoniensis lib. 4. anno 26. Inæ Regis Anglor. Ferrarius in catalog. Sanctor. hac die, & Eduardus Maihew. Tom. 2. Trophæor. Congregation. Anglic. Ordin. Benedictin. ad natales Sanctorum eadem die: soror erat Inæ Regis Saxonum occidentalium, in Anglia

§. 5. *B. Anna, Virg.*] Non minus cognita est sanctitas ac virtus beatæ huius religiosæ; erat quippe admodùm pauper, charitate plena, & ingenti humilitate adornata. Orationi autem continuæ sic addicta fuit: vt post matutinas, nusqnam è choro discesserit. Passioni Dominicæ extitit deuotissima: in cuius memoriam omnibus sextis feriis, ieiunium in pane & aqua setuabat. Semel reperta fuit in die Parasceues super crucem ligneam extensa, & in lachrymas tota penè conuersa: sicque diuini amoris ac passionis Christi gladio transuerberata, vt videretur mox animam agere, & expirare. Iacet in monasterio S. Claræ Beluisij, quod est 6. Prouinc. Angelor. Teste Martyrologio Franciscano, hac die. Annotationibus ad illud. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 50. ad annum 1600. quo florebat.

§. 6. *B. Maria, Vidua.* [f]] Fuit soror B. Menciæ Abbatissæ eiusdem Monasterij, de qua sup. ad 14. Iunij: quæ vidua facta, & Deo purius in castitate cupiens seruire monasterio præfato se tradidit, hominum consortium, omninò declinatura; vbi consummata in virtutum gratia, beatum Domino spiritum reddidit: iuxta Philippum Seguinum. lib. 3. Sanctor. Ordin. Cisterciensis. cap. 89. in ea. Et Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die.

S. Eansuuida. [g]] Ita Ferrarius in Catalogo Sanctor. hac die, ex Martyrologio Anglic.

§. 7. *Translatio S. Annæ Virg. Martyr.* [h]] Vna fuit 11. mill. Virginib. quæ cum S. Vrsula, palmam consequntæ sunt gloriosam: cuius corpus asseruatur, in monasterio matris Dei Clarissarum: de qua hac die festum illic agitur, teste Cardoso in Agiologio Lusitano, commentario ad 7. Februar. littera D. in quo Monasterio claruerunt complures Religiosæ vitæ sanctitate pollentes: inter quas illuxit B Magdalena Torelha, mortua anno 1525. 11, Ianuar. ex eodem Cardoso sup.

IDIBUS SEPTEMBRIS.

APVD Ioppen in Palæstina ; sanctæ a Tabithæ , matronæ , optimæ , fœminæ ; quam Lucas Euangelista in Actibus Apostolorum commemorat. In Brigensi Monasterio Benedictino , Diœcesis Meldensis , Beatæ b Leudebertæ , Virginis : quæ tot refulsit diuinæ virtutis inditæ radiis , vt ab hinc honore sanctitatis meruerit haberi eius memoria. Ibidem Beatæ c Landebertæ, Virginis, Benedictinæ : cuius fœlicem ad Deum transitum conciues Angeli medulis vocibus celebrant. Laudæ , Beatæ d Veronicæ , Sommariæ , Virginis Clarissæ : quæ vitæ regularis feruens obseruantia , sancto fine quieuit. Mutinæ in Æmylia , Beatæ e Margaritæ Fontanæ Tertiariæ Dominicanæ , vitæ innocentia, & pœnitentiæ operibus renitens , cuius sepulchrum etiamnum Dœmones perhorrescunt. Item Beatæ e Angelæ de Arena , Virginis Carmelitanæ ; quæ Religionis ac pietatis studio incensa , multis meritis gloriosa in cœlum conscendit. Perusiæ , Monasterio Annuntiatæ , Ordinis Seruitarum , Beatæ f Simonæ , Viduæ , Comitissæ , quæ insigni vitæ perfectione spectabilis euasit.

SEPTEMBRIS XII.

§. 1. S. *Tabitha , Matrona* a) Fœmina extitit sanctissima ; cuius elogium habetur Act. 9. 10. 36. & seq. in hunc modum. *In Ioppe autem fuit quadam discipula , nomine Tabitha, qua interpratata , dicitur Dorcas ; hæc erat plena operibus bonis , & eleemosynis , quas faciebat. Factum est autem in diebus illis , vt infirmata, moreretur : quam cùm lauissent posuerunt eam in cœnaculo. Cum autem propè esset Lydda ab Ioppe , , discipuli audientes , quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum , rogantes : ne prigriteris venire vsque ad nos. Exurgens autem Petrus venit cum illis ; & cùm aduenisset , duxerunt illum in cœnaculum ; & circumsteterunt illum omnes vidua flentes & ostendentes & tunicas & vestes , quas faciebat illis Dorcas. Eiectis omnibus foras ; Petrus ponens genua , orauit , & conuersus ad corpus , dixit : Tabitha surge : at illa aperuit oculos suos. Et viso Petro , resedit. Dans autem illi manum , erexit eam : & cùm vocasset sanctos & viduas , assignauit eam viuam. Notum autem factum est per vniuersam Ioppen, & crediderunt multi in Domino.* Hæc eadem sed fusiori sermone , carmine decantauit Claudius Espencæus libro sacrarum Heroidum Titulo. *Tabitha Petro.* Illius meminit Baronius Tomo primo Annal. Ecclesiæ ad annum Christi 40. parag. 18.

§. 2. *B. Leudeberta , Virgin.* b] Sub sanctæ Burgundoforæ Magisterio sanctimonialis fuit: quæ cùm esset in extremis , visiones & apparitiones sancti Petri Apostoli dignata est. Ita enim refert Augustinus Carcat , in vita sanctæ Pharę capite trigesimo septimo ex Iona Abbate , in vita sanctæ Burgundoforæ capite octauo apud Bedam Tomo tertio & Surium Tomo quarto ad tertium Aprilis *Aliam Virginem* (inquit) *eiusdem Monasterij , Lendebertam nomine , monitis salubribus, ac cœlestis prosapia documentis , Beata Mater Burgundofora non cessauit assiduè manere , vel pramunire. Hæc dum per aliquod spatium temporis vitam egisset honesta conuersationis ; in somnis admonita est , ne à Reuerenda sua matris monitis aliquomodo demaret , quæ citò à superis segreganda esset. Nec distulit diu promissi largitor muneris donum , quod pollicitus erat accumulare , correptaque Virginem ægritudine soluere dignatus est a corporea mole ; cumque iam extremos , tam mater , quàm sodales rependere astarent honores , subitò post longum silentium, vocem depromit , dicens : Qua hora gloriose Apostolorum Princeps Petre vn vt eamus ? Sororibus itaque quid diceret nosse volentibus , ait : Non videtis patronum vestrum , Apostolorum Principem Petrum inter vos astare , & me de hac vita ducere velle ? Vix hac dicere licuit , læto omnes circumspectat vultu , extremosque dimisit habitus. Superas linquens auras , ad aterna vita gaudia est prouecta. Nam ideo rerum sator post longa silentia in hanc vocem flebilem promouere linguam permisit : vt alias ad eius vita exempla prouocaret , & tantorum munerum copiis superis demonstraret ; quibus sub hac luce ; in suo timore , vel amore migrantes ditare non desinit.*

§. 3. *S. Landeberta, Virg.* c] Sub S. Burgundoforæ magisterio Sanctimonialis fuit, quæ cùm esset in extremis, nubes densa rutilo fulgore lectum eius operuit, & auditæ sunt voces Angelorum canentium: *Cantemus Domino gloriosè enim honorificatus est: &c.* Ex Iona in vita sanctæ Burgundoforæ, Virg. Abbatiss. 3. April. apud Surium cap. 10. Menardus in Appendice ad Martyrolog. Benedictin. Augustinus Carcat. cap. 38. vitæ S. Fatæ.

§. 4. *B. Veronica Virg.* d] Hæc sanctissima Virg. longè emicuit inter alias sorores Monasterii S. Claræ Laudæ, quod est Prouinc. Mediolan. ita vt sæpius cum Christo sponso colloqui meruerit. Vide Martyrolog. Franciscan. hac die. & annotation. ad illud. Gonzagam part. 2. in eo Monasterio, Wadinghum Tom. 6. Annal. Minor. ad an. Christi 1459. §. 61.

§. 5. *B. Margarita Terniar.* e] Mutinæ nata est anno 440. die 5. Maii. ex Patre Alexandro Fontano, matre vero Francisca Moraina, adulta facta tertii ordin. Dominicani instituto nomen dedit, & pietati ac deuotioni, vigiliis, orationi, aliisque virtutum exercitiis addicta fuit, super paleas aut asseres, somnum capiebat, A Dæmonibus multis modis diuexata, hos omnes sua humilitate deuinciebat atque signo crucis superabat, tandem cum annorum esset 74. animi candore & corporis puritate exornata sanctissimè decessit è vita hac die anno 1513. cuius in obitu, reperta est aspero cilicio induta, & graui catena ferrea præcincta: sepulta apud Dominicanos eiusdem Vrbis, ad cuius tumulum dæmoniaci liberantur, & multis signis admirandis viuens ac mortua emicuit. Seraphinus Razzius part 2. vitar. SS. ac BB. ordin. Prædicator. in ea Ioannes à sancta Maria part. 2. lib. ibid. ex multis MSs. monimentis. Busius lib: 12. de signis Eccles. cap. 21.

§. 6. *B. Angela Virg.* f] vitæ sanctitate refulsit: quæ cùm vitæ monasticæ affectu æstuaret in somnis scalá à terra vsque ad cœlos pertingentem aspexit, cuius vertici duo aderant, carmelitano habitu amicti, ad eam sic sunt locuti: si vis ad cœlum ascendere, induere Carmeli vestibus, & per huiusce gradus scalæ tibi propositæ conscendens, astra secura tenebis: statimque illud opere compleuit, per eam de virtute in virtutem progrediens, vsque ad an. 1536. quo fœliciter in cælum abiit, teste Antonio Alegre, in paradiso Carmelitici decoris, statu 4. ætat. 17. post Christum cap. 458. ex Episcopo Alguerensi, Thoma à Iesu, Maurolyco &c.

§. 7. *Symona vidua.* g] Florebat anno 1430. Comitissa S. Angeli in vado, tantæ perfectionis & Sanctimoniæ, vt defuncto viro, totam sese, post susceptum religionis habitum, pietatis & charitatis officiis dederit. Nam diuenditis omnibus, & in pauperes distributis. Perusii in Augusto domicilio, collectis nonnullis pauperibus virginibus vitam quasi cœlibem & pauperem ducere instituit. Ex qua demùm coalescens numerus ille paupercularum fœminar., nomen *Domina Symona*, longo tempore seruauit, donec in prædictum Monasterium cessit. In oppido quoque eiusdem de Vado, & Spoleti extant Monasteria sub eodem erecta. Vide Archangelum Gianum, parte 1. Annal. Seruitar. centur. 2. lib. 5. capite. 13. ex monumentis MSS.

DECIMOOCTAVO CALENDAS OCTOBRIS.

ROMÆ, passio sanctæ a Salustiæ, vxoris sancti Cerealis, militis: quos sanctus Cornelius, Papa & Martyr in fide instruxerat, quæ simul cum eo, capite plexa est in persecutione Decii. Apud Calabriam in Ciuitate sancti Marci, sanctæ b Dominatæ, quæ vna cum tribus filiis, pro Christi confessione martyrii coronam promeruit. Aillonii in Territorio Saguntino, Beatæ c Mariæ à sancto Paulo Virginis, Clarissæ: pietatis & charitatis ad proximos incredibilis. Vimarani, Diœcesis Braccarensis in Lusitania, Beatæ d Beatricis Perez, genere, virtute & sanctitate vitæ illustrissimæ. Wiltoniæ in Anglia commemoratio sanctæ e VVilfridæ Abbatissæ Benedictinæ, vitæ meritis conspicuæ. Genuæ transitus Beatæ f Catharinæ à Flisco viduæ, nobilitate prosapiæ, patientia, oratione extatica, humilitate & charitate mirabilis. Bruxellę in Brabantia, Mechliniensis Diœcesis, translatio sanctæ g Gudilæ Virginis. Apud Mareolum, in Territorio Attrebatensi Monasterium, Eleuatio sanctę h Bertiliæ Virginis.

SEPTEMBRIS XIV.

§. 1. *S. Salustia Martyr.* a] De ea Vsuardus ad 16. Septemb. sed Ado & Martyrol. Rom. hac die, 14. eiusdem Mensis, Baronius ibid in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad annum 155. Itemque acta martyrii S. Cornelii Pap. apud Surium, Lippeloum, ipsumque Baronium cap. 2. in hunc modum. *Tunc Cerealis, cuius cura Cornelius custodiebatur rogauit. B. Papam, vt veniret in domum suam, atque visitaret vxorem suam qua anno 15. iacebat paralytica (erat illi nomen Salustia) ingressus est Cornelius in domum Cerealis, cum 2. Presbyteris & vno clerico lectore. Dedit autem hanc orationem, Beatissimus Papa, dicens: Domine*

Domine Deus Creator omnium visibilium & inuisibilium, qui dignatus es ad nos peccatores venire, vt nos saluos faceres, tu erige Allisam hanc famulam tuam, & dona ei misericordiam tuam sicut cæco nato dedisti lumen hanc, ad cognoscendam gloriam tuam. Et tenens manum Salustiæ erexit eam, dicens, in nomine Iesu Christi Nazareni surge, & sta super pedes tuos. Quæ protinus surrexit, clamans, & dicens: Verè Christus est Deus, & Dei Filius. Et dixit tunc Cornelio per Christum te coniuro, baptisa me. Et currens impleuit vas aqua, & attulit ei. Viso tanto miraculo, milites quoque qui erant cum Cereali, omnes se ad Cornelij Papæ pedes posuerunt, timentes, atque petentes se quoque baptisari velle. Cornelius videns Dei manum in his omnibus, baptisauit eos, & obtulit pro eis sacrificium laudis, & sic participati sunt omnes corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi. Audiuit hæc omnia Imperator, & mittens tenuit omnes, qui erant ex domo Cerealis cum militibus baptisatis: qui simul cum Beato Cornelio ducti sunt ad sacrificandum, &c. Renuentes autem omnes necati sunt atque decollati, & cum eis Cerealis, cum vxore sua B. Salustia.

§. 2. *S. Domniata, Martyr.* [b]] Ita Ferrarius de SS. Italiæ, & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Argentanum.* Et in catalogo generali Sanctor. hac die, ex tabulis illius Eccles. à qua vti patrona præcipua colitur. Hieronymus Marafiotos lib. 4. Chronic. Calabriæ, Paulus Regios & Dauid Rhom. in catalog. SS. Regni Neapolitan. Argentani in Aprutiis requiescit.

§. 3. *B. Maria, Virg. Clariss.* c] Claruit anno 1540. Cuius in Deum pietas, atque ad proximos charitas, incredibiles fuere: sanctissimè obiit in Monasterio Conceptio. B. Mariæ Virg. Aillonij quod est 24. Prouinc. Conception. in Hispania: prout testantur Gonzaga ibid. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. Barteaaus part. 4 Chronic. Minor. lib. 3. cap. 41. Valerius. De sanctis Fœmin. Ordin. Minor, libro 4. capite 36. & 38 Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud.

§. 4. *B. Beatrix.* d] Illi se comitem adiunxit Beatrix, Nonij Aluari, Pereriæ Comitis stabilis filia, & Alphonsi à Ioanne primo Rege Lusitaniæ editi vxor; cuius ossa in cœnobio Diui Francisci ad Guimaranium condita, plurimos habent cultores, ob Febrium depulsionem: teste Vasconcello. in descriptione Regni Lusitani. Titul. De Lusitaniis Fœminis sanctitate nobilib. paragrapho sexto.

§. 5. *Vulfrida, Abbatiss.* e] Dicta est etiam *Vulfrida*: quæ per vim ab Eadgaro, Angliæ Rege, oppressa, & è manibus eios erepta, Vultoniam se contulit; vbi habitum Religionis suscepit à sancto Ethelualdo Episcopo; inde exemplis ac virtutibus proficiens, Virginibus mater spiritualis præfecta est; ac tandem cursum vitæ sanctissimæ exacto, obiit post annum 984. Ita Campdenus. in Descriptione Vuiltoniæ; Osbernus in vita S. Dunstani, cap. 39. Anonymus in vita S. Edithæ. Virgin. 16. Septemb. Author. vitæ S. Eduardi. Reg. Angl. cuius Translationi ipsa interfuit. Apud Surium 18. Martij. Malmesburiensis lib. 2. de Pontificib. Anglor. Hoouedenus part. 1. Annal. ad an. 964. & Vuestmonasteriensis, ad ann. 963. Ranulphus Cicestriensis, in Histor. Angl. & Polydorus ibid. lib. 6. Vuigorniensis & Harpsfeldius sæcul. 10. Histor Eccles. Angl. cap. 10. Menard. in Martyrologio Benedictino, die præcedenti, & lib. 2. obseruation. ad illud, Eduardus Maihevv. Tom. 3. Trophæorum. Congregationis Anglicæ, Ordin. Benedictin. ad natales sanctorum, hac die.

§. 6. *B. Catharina, Vidua.* f] Nobili Fliscorum gente, Genuæ, ortum duxit, patre, Iacobo Flisco, viro illustrissimo, Neapolitani Regni prorege strenuissimo 1. à pueritia, annum 8. agens, spretis mundi illecebris, ac sæculi deliciis, pœnitentiæ operibus animum dedit; humi cubans, super paleas, ligno capiti suo, pro ceruicali supposito: preces genuflexa fundebat, coram imagine Saluatoris flagellati: cuius passione, miro dolore, mens eius afficiebatur. Eximia vitæ simplicitate prædita, parentibus vltrò parebat: & virtutis sitibunda admodùm euasit. Facta autem annorum duodecim, orationis donum cœlitùs accepit; exindeque flammas diuini amoris in se, pio feruore excitauit: sicque apud se inualuit, vt anno sequenti, omnibus modis vitam monasticam amplecti tentauerit apud Alceterium. B. Mariæ Virgin. de Gratiis: quo frustrata, coactaque, ex voluntate parentum nupsit, viro nobilissimo Iuliano Adorno; quo in statu, patientia eius, vt aurum in fornace probata, ipsum tandem maritum, multis pro eo profusis ad Deum lachrymis Christo lucrata est: sumpto Tertiariorum Franciscanorum habitu, in quo ipse decessit. Vidua facta, amplioribus radiis perfectionis: admirandæ sanctimoniæ & charitatis, refulsit: ita vt Deum speciatim rogaret, vt omnes omnibus malis pœnas debitas ipsi attribueret, eosque à peccatis expiatos in suam gratiam reciperet. Tota semper erat in cœlestium meditatione, sæpiùs ab omni membrorum functione abiungebatur, totaque recto in modum supplicis corpore obrigescebat, mente in cœlum subuecta: fuit incredibili patientia & humilitate: quadragesimas ferè totas, absque vllo cibo transigebat; tandem cùm vitam duxisset in pœnitentiis maximis, exstasis & extases sæpius passa, in orationibus continuis, & longa arduaque infirmitate patientissimè tolerata, ac frequenti augustissimæ Eucharistiæ susceptione confortata; fœliciter obdormiuit in Domino, hac die, anno 15 0. cuius sacrum corpus tumulatum est in maiori Xenodochio Genuensi 18. Octobris quod ægris inseruiens multis annis, complura præstiterat charitatis obsequia: posteà verò defossum, & integrum repertum, reconditum iacet ibidem intra sepulchrum magnificè extructum. Vita eius, Italico idiomate, Florentiæ edita est anno 1568 & 1580. cum nonnullis opusculis à se compositis: quæ postea Gallica reddita sunt per Reuerendos Patres Carthusianos Burgi-Fontani: Agunt de ea. Fœdericus Borrhomæus libro primo de Christianæ mentis iucunditate, capite sexto. Bosius Tomo 1. de signis Eccles. libro 12. capite 23.

Galterius in *Tabula Chronographica* sæcul. 16, in SS. & Illustrib. viris, ex Coccio. Claudius Robertus in additione ad Galliam Christianam sub Archiepiscopis Genuensib: Obizio & Ioanne. Poyræus, Tract. 1. triplicis coronæ Virgin. Mariæ. cap. 11. §. 2 num. 3. Hilarion à costa. in elogiis Illustrior. Herpinæ. part. 2. in ea. Vaquerius in Enchiridio bene morientium. Petrus à sancto Romualdo. Tom. 1. Thesauri Chronologic. sub anno Christi 1510. & 1563. Ludocus Iacob. in Bibliotheca fœminar. illustr scientia & doctrina. Franciscus de Sales de amore Dei in prolog. Item lib. 2. cap. 11. lib. 6. cap. 14 lib. 7 cap. 3 lib. 8. cap. 9. lib. 10. cap. 5.

§. 7. *Translatio S. Gudilæ.* [g] Illius meminerunt Molanus, in Additionibus ad Vsuardum. & Saussayus in Martyrologio Gallicano, tum in supplemento eiusdem. Martyrologium Benedictinum. Ac Ferrarius in catalog. generali Sanctor. hac die, post Surium. in vita eius ad 8. Ianuar. capite vigesimo-septimo. Diximus superius ad 6. Iulij corpus sanctæ Gudilæ fuisse ad ædem sancti Gaugerici asportatum. *Illic, non sine magna veneratione quieuit vsque ad tempora Comitis Baldrici, nepotis Caroli Ducis, anno Incarnationis Dominicæ 1047. Indictione decimo-quinta, Damaso Apostolicæ sedi præsidente Summo Pontifice, Henrico tertio regnante, dedicatum est in monte Bruxellæ, Templum 16. Calendas Decembris, ad laudem nostri Redemptoris, in honore sancti Michaelis Archangeli, à Gerardo Cameracensi Episcopo. Lambertus verò, qui & Baldricus Comes, Henrico fratri succedens, cuius præsentia tunc cuncta exstiterunt illic ordinata, eadem die illud corpus sanctissimum de Ecclesia sancti Gaugerici, cum Episcopo, cæterisque sacris ordinibus leuauit, atque cum summo honore in Ecclesia S. Michaelis reposuit:* &c. Hæc apud Surium: ex quibus haud parua oritur difficultas. Nam illic apposita est dies 16. Nouembris quo hæc euenerunt: Renatus Benedictus in vita sanctæ Gudilæ: assignat 1. Decembris. Myræus verò in Codice donationum piarum capite quadragesimo octauo, vbi Diploma recitat, nullum diem commemorat: & tamen præfati Authores factum asserunt, hac die, Septembris 14. Molanus, Saussayus, Ferrarius, atque Martyrolog. Benedictin.

Eleuatio S. Berthilia, Virg. [h] Peracta est hæc solemnitas, iubente Gerardo 2. Attrebatensi Episcopo. circa ann. 1081. seu 1085. hac die, iuxta Chronicon Cameracense libro secundo, Molanum in Additionibus ad Vsuardum, & in indiculo SS. Belgii. Miræum in Fastis Belgicis. Et Saussayum in Martyrologio Gallicano. Non autem, die 24. Huiusce mensis, vti mendosè legunt Vvion in notis ad Martyrologium Benedictinum tertio Ianuarij & Ferrarius ibidem in catalogo generali Sanctorum. Vti patet ex eodem, hac die quatuordecimo Septembris celebrata est per sex Abbates, in absentia præfati Gerardi Cameracensis & Attrebatensis Episcopi: vide Simonem Martinum in vita sanctæ Berthillæ, libro quarto Flor. sanctæ solitudinis, hac die. §. 8.

DECIMO-SEPTIMO CALENDAS OCTOBRIS.

MArcianopoli in Thracia, sanctæ [a] Melitinæ, Martyris: quæ sub Antonino Imperatore, & Antiocho præside, ad gentilium phana, semel & iterum ducta, cùm Idola semper corruerent, suspensa & laniata, ac demùm capite plexa est. Tulli Leucorum, sanctæ [b] Aproniæ Virginis, sororis sancti Apri eiusdem vrbis Episcopi: qui ob singularem, quam in ea suspexit mentis puritatem, ac in Christum amorem, præcipuo amore complexus est. Mediolani, Beatæ [b] Perpetuæ, Virginis Clarissæ: oratione extatica, & diuinis charismatibus exornatæ. In Gallia, sanctæ [d] Eutropiæ. Viduæ, summæ pietatis ac virtutis fœminæ. In Anglia memoria sanctæ [e] Chineburgæ, Reginæ, monasterii Dormundcastri Abbatissæ Benedictinæ: quæ ibidem induta pro Regali Chlamide, vili schemate, monastica in humilitate, abstinentia, perpetuaque Christi seruitute, vitam admirabilem consummauit. In Saxonia, depositio Beatæ [f] Anonymæ, sanctimonialis, discipulæ sanctæ Gertrudis: rerum cœlestium contemplationi addictissimæ & operationi. Biturgiæ in Vmbria Beatæ [g] Euphrosynæ, Viduæ Tertiariæ Franciscanæ: quæ humilitatis sectatrix facta insignis: Spiritu prophetico meruit à Domino sublimari.

SEPTEMBRIS XV.

§. 1. S. *Melisina*, *Martyr.* [a]] Memoratur in Martyrolog. Romano, hac die, Baronio ibid. In notis, & Tom. 2. Annal. Eccleſ. ad ann. Christi 154. Ferrario in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Marcianopolis.* De eadem Græcorum Tabulæ: quarum aliæ, hac die, aliæ verò, ſequenti, vti in eorum Menologio Bachotus in Faſtis Chriſtianis, hac die.

§. 2. *S. Apronia*, *Virgin*. [b]] Soror extitit ſancti Apri, eius ſedis 7. Epiſcopi: quam ipſe Chriſto Virginem deſponſauit: & ſancto fine quieuit: cuius ſacrum caput eum corpore: in Tullenſi cathedrali Eccleſia, aſſeruatur, cultu congruo adornatum. Ita Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, hac die, florebat circa ann. 410.

§. 3. *B. Perpetua*, *Virgin.* [c]] Viſa eſt ſæpè in extaſim rapi; & aliquando ab Angelo floribus coronari: qua de re, Martyrologium Franciſcanum, hac die, Annotationes ad illud. Wadinghus. Tom. 5. Annal. Minor. ad annum Chriſti 1448. parag. 43. ex monimentis MSS. Monaſterij ſanctæ Claræ de Vedano: quod eſt 1. Prouinc. Mediolanenſ.

§. 4. *S. Eutropia*, *Vidua*, [d]] De ea Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, Sydonius Appollinaris lib. 6. Epiſtol. 2. ad Pragmatium Sauſſayus verò in Martyrologio Gallicano ad 26. Septemb. Apud Claromontem Aruernorum. Matrona extitit, ſuo æuo, ſingularis exempli decore ſpectabilis. Parcimonia & humanitate in ipſa certantibus, non minùs ſe ieiuniis: quàm cibis pauperes paſcebat; & in Chriſti cultu peruigil, ſola in ſe compellebat peccata dormire. Ad extremum multis afflictionibus impetita, patientiæ, charitatis & miſericordiæ operibus inſignis, in ſpiritali animæ ſerenitate conquieuit, ad cœloſque migrauit fœliciter. De ea item Molanus in Appendice ad Vſuardum. Ferrarius in noua Topographia. ſup. verb. *Gallia*, hac die, Decretus, part. 2. veræ viduæ.

S. Chineburga, *Regina*, *Abbatiſſ.* [e]] Hæc Northumbriæ Regno, à ſe abdicato, ſimul cum viro, habitum Ordinis Benedictini induit, circa 706. quo in ſtatu ſanctiſſimam vitam duxerunt. Illius meminerunt. Martyrologium Anglicum. Chrographia Britanniæ fol. 176. & 398. Vvion. lib. 4. Ligni vitæ cap. 14. Ferrarius in catalogo generali Sanctor hac die, & Robertus Bucklandius. In vita ejus. De qua habetur hac die, memoria, forſitan alicuius Tranſlationis, nam dies illius natalis agitur, ſup. ad 6. Martij, quo in fata conceſſit. §. 5.

B. Anonyma. [f]] Hanc commemorat Menardus in Martyrologio Benedictino, hac die. §. 6.

B. Euphroſyna, *vidua.* [g]] Dicta etiam reperitur, *Amphraſyna* & *Euphraſia*; quæ mortuo marito, monaſterium Tertiariarum apud Burgum S. ſepulchri ingreſſa tanto ſpiritus feruore, virtuti ac perfectioni operam dedit; vt breui totius vitæ monaſticæ normam ſibi compararit. Obiit circiter ann. 1484. Agunt de ea Martyrologium Franciſcanum, hac die, Annotationes ad ipſum. Vlyſſiponenſis part. 3. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 3. Marianus lib. 5. cap. 43. Valerius de ſanctis Fœminis Ordin. Minor. lib. 2. cap. 35. Bzouius Tom. 18 Annal. Eccleſ. ad ann 1484. §. 18. Vvadinghus. Tom. 7. ſup. ad ann. 1484. §. 39. 40. 41. Thielmanſ. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. de ſillis in cap. 1. Regul. Tertij. Ordin. Minor. §. 7.

SEXTO-DECIMO CALENDAS OCTOBRIS.

CHalcedone, Natalis ſanctæ [a] Euphemiæ, Virginis & Martyris ſub Diocletiano Imperatore & Priſco proconſule, carceres, verbera, argumenta rotarum, ignes, pondera lapidum, beſtias, plagas virgarum, ſerras acutas, ſartagines ignitas, pro Chriſto ſuperauit: ſed rurſus in theatrum ad beſtias ducta, cùm oraſſet ad Dominum, vt iam Spiritum ſuum ſuſciperet, vna ex his morſum ſancto corpori infigente, cæteris pedes eius lambentibus, immaculatum Spiritum Deo reddidit. Arimini, ſanctæ [b] Innocentiæ, Virginis & Martyris, ſub eodem Imperatore. Sutrii in Hethruria paſſio ſanctæ [c] Dulciſſimæ Virginis & Martyris. Vincentiæ, Sanctarum Virginum & Martyrum, Euphemiæ [d] & Innocentiæ, Sanctorum Leontii & Carpophori ſororum: ſub Diocletiano Imperatore. Heracleæ in Thracia, ſanctæ [e] Sebaſtianæ, Martyris: quæ à Beato Paulo Apoſtolo ad Chriſti fidem perducta, ſub Domitiano Imperatore & Sergio Præſide, variis modis tentata, gladio tandem cæſa eſt. Romæ, ſanctæ [f] Luciæ Martyris, nobilis matronæ; quam Diocletianus Imperator, pœnis grauiſſimis afflictam, diuque tortam, tandem poſt laudabilem Martyrii victoriam, gladio animaduerti præcepit. In Bohemia, ſanctæ [g] Ludmillæ Duciſſæ, Martyris. Vviltoniæ in Anglia, ſanctæ [h] Edithæ, Virginis, Edgari Anglorum Regis

filiæ; quæ in Monasterio Benedictino à teneris annis Deo dicata, sæculum hoc ignarauit potiùs, quàm reliquit. In Alsatia Territorii Argentinensis, depositio sanctæ [i] Aimberthæ, Virginis eiusdem Ordinis: quæ non minùs sanctis moribus, quàm mentis ac corporis puritate, Christo sponso, complacere iugiter studuit. Albazeti, in territorio Carthagiensi, Beatæ [l] Mariæ à Fonte, Tertiariæ Franciscanæ, feruidissimo pœnitentiæ & abstinentiæ zelo plenæ.

SEPTEMBRIS XVI.

§. 1. S. *Euphemia, Virg. Martyr.* [a]] Hæc illustribus, spilis & honestis parentibus orta est, quæ & corporis pulchritudine, & virtutis specie, & ætatis flore, ac generis claritate, inter alios relucebat veluti stella splendissima. Comprehensa igitur, ob christianæ fidei religionem moltipliciter est vexata, sed multò fœlicius victrix effecta, ad cœlos euolauit. De ea aguut Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis & Tom. 3. Annal. Ecclef. ad ann. 311. & Tom. 6. ann. 451. Molanus in Annotationibus ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Chalcedon*. Bachotus in Fastis. Græci autem in Menologio, ad 11. Iulij Olim verò 25. Octob. Eius acta ediderunt Metaphrastes, Lipomauus, Surius, Lippelous, de Voragine, Doubletus, Monbritius Renatus Benedictus, Foderetus, Ribadeneira &c. hac die, Euagrius lib. 2. cap. 3. Vinclntius Beluacensis. lib. 12. specul. Historial. cap 77. & 78. Petrus de natalib. lib. 8. catalog. Sanctor. cap. 84. D. Antoninus part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 16. Bergomas de claris mulierib. cap. 106. & lib. 8. Supplement. Chronic. ad ann. Christi 305. & Vaquerius. in Enchiridio beuè morientium, hac die. Chalcedone, in eius Basilica, celebrata est sacro-sancta Synodus Oecumenica Chalcedonensis, an. 451. Portio Reliquiarum eius insignis non ita diu à Magistro, Equitibusque Melitensibus, Sorbonici Gymnasij Parisiensis Doctoribus concessa, illicque per Legatum specialem, stipatum spectabili Equitum comitatu allata, magna veneratione suscepta est, atque in æde sacra illius collegij reposita; ann. 1606. die 28. Decemb. Iuxta Iacobum Brullium. lib. 2. Antiquitat. Paris. in præfato Collegio: & Andream Saussayum in Martyrolog. Gallic. hac die, Schedel sexta mundi ætate. fol. 125. Paschalis versibus laudes eius decantauit.

§. 2. *S. Innocentia, Virg. Martyr.* [b]] Ita Ferrarius de SS. Italia & in catalogo generali Sanctor. hac die, ex Martyrologio Constantij, & Fœlicis: cui Tabulæ Ecclesij Ariminensis adstipulantur. Eiusdem vrbis Ariminensis est patrona, in qua illius Natalis cum octaua celebratur; cuius corpus ibidem requiescit in Ecclesia Cathedrali, vide Bergamatem lib. 6. Supplementi Chronic. in ea urbe.

§. 3. *S. Dulcissima, Virg. & Martyr.* [c]] Ex tabulis Ecclesiæ Sutrinæ; quæ corpus illius habet; illiusque Natalem, hac die, celebrat. Ferrario. sup. ead. die in catalogo SS.

§. 4. *SS, Euphemia, &c. Virg. Martyr,* [d]] Sic Ferrarius sup. & de SS. Italiæ, hac die, & 21. Septemb. ex Tabulis Ecclesię Vincentinæ; quarum corpora anno 1558. reperta, ac in Basilica Cathedrali recondita, cùm miraculis refulgerent, Vincentiæ venerationi esse cœperunt.

§. 5. *S. Sebastiana, Martyr.* [e]] Græci de ea agunt, in Menologio & Martyrologium Rom. Baronius ibid. in notis Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Heraclea* Simon Martinus, hac die.

§. 6. S. *Lucia, Martyr.* [f]] Fuit autem nobilis in vrbe Roma, & annis 36 manserat in viduitate, vixitque vsque ad ann. 75. quo à filio Euprepio apud Diocletianum accusata, quod Christiana esset, plurimis diuexata est tormentis. Nam nodosis fustibus diutissimè cædi iussit: sed ecce terræmotus subitò factus est, & templum Iouis ita subrutum, vt nec lapis super lapidem ædificij remanserit. Tunc Diocletianus, ollam æneam adduci fecit, eamque pice & plumbo iussit impleri, igneque succendi, & in eam S. Luciam demergi: vbi Christi famula psallens, triduo mansit nil læsa: indè educta, iussit vt onerata ferro & plumbo per ciuitatis plateas duceretur, tum ceruices eius fustibus contundi ad vltimum: cùm 75. Martyres essent occisi, qui tot visis miraculis in Christum crediderant, & ipsa capite truncata, ad præmia æterna gloriosa migrauit. Vti referunt. Beda, Vsuardus: Ado, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid in notis & tom. 2. Annal. Ecclef. ad 303. Molanus in Annotation. ad Vsuard. Græci autem in Menologio die sequenti. Eius Acta recitant. Vincentius Beluacens. sup. cap. 39. & seq. Petrus de Natalib. cap 85. D. Antoninus §. 37. Bergomas cap. 107. in fine Monbritius, Surius, Lippelous, Renatus, Benedictus Ribadeneira. &c. hac die, Pancirola. in thesauro vrbis Romæ, Regione 2. Ecclesia 40. & Regione 5. Ecclesia 1. ac Regione 11. Ecclesia 1. Ferrarius de SS. Italiæ. Romæ alij, Lucæ asseruari volunt. Cuius sacrum corpus, Decretus part. 2. veræ viduæ,

§. 7. *S. Ludmilla, Martyr.* [g]] Prius idolis dedita, sed postea simul cum viro Boriuorio Bohemiæ Principe ad Christum conuersa pro Deo, cœpit templa extruere non pauca, & cultum Diuinum magno Religionis zelo propagare: tum vt totaliter se piis operibus daret, abdicat se vnà cum marito principatu: cui succedens Vratislaus, filius eius, & vxorem ducens infidelem, nomine Drahomiram; quæ ira & odio exardescens, in christianum nomen, & in socrum suam, sicarios destinat ad eam opprimendam: à quibus noctu capta, & peplo capitis sui illaqueata, post orationem Christo fusam, saxo alliso capite intermitur, hac die. anno 912. scribunt de ea. Ioannes Dubrauius: lib 4. Histor. Bohem. numer. 11. 13. 14. 15. Æneas Syluius cap. 15 Histor. Bohemiæ. Nicolaus Salius & Surius, hac die, Ferrarius. in noua Topographia sup. verb. *Tetina* & in catalogo generali Sanctor. ead. die, ex Martyrolog. Canisij, & tabulis Eccl. Pragensis. Vbi corpus eius honorificè conditũ est à S. Venceslao Duce nepote, magnamque habet venerationem. Plura de ea habes in actis S. Venceslai, Ducis Bohemor. nepotis eius 28. Septemb. cap. 12. 2. 4. & 9. apud Surium & Bartholdum Pontanum lib. 4. Bohem. Piæ de sanctis patronis Bohem. Arnol. l. 2. a. commio generał. cœlo. cap. 8. Doubletus in vita

eius & Mosander ibid. & Haræus Bosius Tom. 2. de signis Eccl. lib. 28. cap. 3.

§. 8. S. *Edutha Virg.* [h]] Matrem habuit S. Vulfrudem Reginam, postea Abbatissam, de qua sup. ad 14. Septemb. sub cuius cura relicta, in eodem Monasterio Vviltoniensi religiosam vestem induit, & litterarum ac virtutum splendore claruit. Sororibus quidem Martham, Christo verò Mariam se exhibebat. Erga omnes officiosam se ministeriis impendendis præbebat, Hospites omnes in Christi visceribus complectebatur, ita abstinentiæ dedita, ac si epulis interesset, ita ad epulas accedens, vt à frugalitatis studio non recederet, terrenos fauores deuitans, morbidis ac humana ope destitutis sese impendebat: liberisque regiis leprosos ante ferebat: & quantò quisque videbatur morbis deformior, tantò illa propensiori animi commiseratione erga illum humanior & ad inseruiendum promptior erat. Rectè ea dici poterat cæcorum oculus, debilium adminiculum, indigentium vestis & alimonia, desolatorũ omnium solamen, Cilicio asperrimo ad nudam carnem vtebatur, interim nitidis vestibus extrinsecus induta humilitate sic delectabatur, vt munus Abbatissæ semper constanter respuerit acceptare: & regnum etiam Angliæ vltro sibi oblatum à proceribus recusauerit assumere. Obiit, hac die anno Christi 984. suæ ætatis 23. quam S. Dunstanus Cantuariens. Archiepisc. sepeliuit in Basilica S. Dionysii ab illa, dùm viueret extructa. Agunt de ea Martyrolog. Roman. hac die. Baronius ibid. in notis & Tom. 10 Annal Ecclef. ad an. 984. Molanus in additionibus ad Vsuard. Gallesinius in suo Martyrologio, Ferrarius in noua Topographia. sup. verb *Anglia* & *Vviltonia*. Eius res gestas & post obitum miracula descripserunt Surius, Lippelous, Fo-deretus, Renatus Benedictus, Simon Martinus, Ribadeneira &c. hac die. Petrus de Natalibus sup. lib. 51. capite 70. Florentius Wigorniensis ad an. 964. Polydorus lib. 6. Histor. Angl. Continuator Bedæ. lib. 5. cap. 33. Vvestmonasteriensis ad annum 963. Malmesburiensis lib. 5. de Pontificib. Anglor. & lib 2. de Gestis Reg. Anglor. cap. 13. Capgrauius in Legenda SS. Ang. Harpsfeldius sæcul. 10. Historiæ. Eccles. Anglic. cap. 10. Vincentius Beluacens. libr. 25. sap. cap. 31. wion in Martyrolog. Benedictino, hac die. Cempdenus in descriptione comitatus Staffordiæ Eduardus Maihew Tom. 2. Trophæor. congregat. Anglic. ordin Benedictio ad Natales Sanctor. die 15. Iulii. Radulphus lib. 7. cap. [illegible]. Polichronic. Plura de eadem in actis S. Eduardi Regis 18. Martii. & S. Dunstani 19. Maii.

§. 9. S. *Embertha Virg.* [i]] Hæc Argentorati puros Christo famulatus exoluit, functaque perfectæ sanctitatis officiis, animam ornatam meritorum monilibus, transmisit ad nuptiarum Agni fruitionem. Ita Molanus in notis ad Vsuardum, Saussayus in supplemento Martyrolog. Gallicani, & Ferrarius in Catalogo generali SS. hac die, ex Canisio.

§. 10. B. *Maria Tertiar* [l]] Floruit circa annum 1545. in Monasterio corporis Christi Villæ nouæ infantium, in quo Nouitiarum Magistra & superior multis an. extitit: in Cœnobio Albazeti, vbi sanctissimè obdormiuit in Domino: præclaras eius actiones recitant Martyrologium Franciscanum hac die, annotation. ad illud. Blasius Laghina in suo Memoriali, Marianus lib. Chronic. strictior obseruant. Refor. capite 14. Thielmans, Tom. 2. vitarum Sanctorum Seraphic. ordin.

QVINTO-DECIMO CALENDAS SEPTEMBRIS.

IN Phrygia, sanctæ [a] Ariadnæ, Martyris, sub Hadriano Imperatore. Eodem die, sanctæ [b] Agatocliæ ancillæ cuiusdam mulieris infidelis: quæ longo tempore, verberibus, aliisque ærumnis, ab ea vexata, vt Christum negaret: oblata demùm Iudici & sæuius laniata, cum in confessione fidei persisteret, excisa lingua, in ignem proiecta est. Cordubæ, sanctæ [c] Columbæ Virginis & Martyris; quæ omnibus virtutibus mirificè exculta, Christi sponsi, quem vnicè coluit desiderio exardescens gaudenti animo datis pro eo ceruicibus, martyrium subiit. Romæ sanctæ [d] Theodoræ, Matronæ; quæ in persecutione Diocletiani sanctis Martyribus sedulò ministrabat. Apud Bingiam in Diœcesi Maguntinensi, sanctæ, Hildegardis, Virginis Abbatissæ Benedictinæ; quæ tempore sancti Bernardi Abbatis, odorem suæ sanctitatis latè sparsit, reuelationibus, spiritu prophetico, & vitæ sanctitate celeberrima. Barcinone, Beatarum [f] Agnetis Perandæ, Abbatissæ, & Claræ eius neptis, Virginum Clarissarum. Orpii in Gallo-Brabantia, Diœcesis Namurcensis, Beatæ [g] Alpaydis pœnitentis. Trecis Translatio sanctæ [h] Hoyldis Virginis. Lætiis in Hannonia, Territorii Cameracensis, Eleuatio [i] corporis sanctæ Hiltrudis Virginis.

SEPTEMBRIS XVII.

§. 1. *S. Ariadne Mart.* [a]] Hanc commemorant Græci in Menologio, & Martyrolog. Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad an. 140. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Phrygia* Simon Martinus hac die.

§. 2. *S. Agatoclia Mart.* [b]] Agunt de ea item Græci & Martyrolog. Roman. hac die, Baronius ibid. in notis & Simon Martinus Contendit, Franciscus Biuarius in Comment. ad Peudochronicon Flauii Lucii Dextri sub anno Christi 94. §. 5. Octogessæ in Hispania. sub Domitiano suum confecisse Martyrium, nullum aliud testimonium, vel probationem adducens: qua de re iudicent cordati Lectores.

§. 3. *S. Columba Virg. Mart.* [c]] Fuit natione Cordubensis, quæ nuptiis carnalibus reiectis, ad Tabanense Monasterium confugit, sub cura S. Elisabeth Abbatissæ, sororis suæ. Ibi sancta Virgo terrenis se exuens hæret cœlestibus, & mentem ad studium scripturarum conuertens, fit admodum eruditior, inuestigandi, ac differendi sententiarum obscura. Crescit B. Virginis sanctimonia & latè diffusa cœnobii fama, etiam procul sitarum ad se Vrbium discursus inuitat, quo talium exemplorum magisteriis imbuerentur. Hæc autem Virgo interim præcellit meritis, & gratia honestatis omnibus præit. In conuersatione laudabilis, in humilitate sublimis, in castitate perfecta, in charitate firma in exorando attenta, ad obediendum apta, ad miserandum clemens, ad indulgendum facilis, ad prædicandum diserta, ad instruendum prompta: orationi vacat contemplationi intendit, ac solitudine & silentio fouens reclusa manet. His quoque virtutibus clarens, cunctarum in se prouocabat affectum, omnibus norma speculumque perfectionis ac sanctitatis existens. Quin & ad martyrium peruenire anhelans, quibusdam etiam reuelationibus ad id frequenter impulsa, dirupto latibulo, tyrannum adiit. cui & dat suæ catholicæ fidei professionem: quæ idcirco ante fores palatii iugulata est; hac die an. 853. cuius corpus in alueum proiectum, post sextum diem illæsum & integrum repertum, quorumdam solertia Monachorum allatum est, & in Basilica sanctæ Eulaliæ Virg. & Mart. apud vicum *Fragellas* honorificè tumulatum. Scripsit eius martyriũ à Mauris illatum, S. Eulogius lib. 3. Memorialis Sanctor. cap. 10. apud Surium hac die. Memoratur in Martyrolog. Roman. eadem die. Baronio ibid. in notis, & Tom. 10. ad an. 853. Annal. Eccles. Ferrario in noua Topographia. sup. verb. *Corduba* VVion in Martyrolog. Benedict. Gallesinio &c. hac die. De ea agitur à Seguntinis & Portugallis, 8. Ianuar. à Cauriensibus 3. April. ab aliis vltima Decemb. ob deperditis tunc Cordubensis Eccles. tabulis: quod postea clarius redditum est, vti obseruant. Ambrosius Moral. in scholiis ad D. Eulogium sup. & lib. 14. Chronic. Hispan. capite 21. & Baronius sup. Grisius de Clericis regularibus. sect. 15. §. 5.

§. 4. *S. Theodora Matrona.* [d]] Hæc pia ac nobilis fœmina colitur in Martyrolog Roman. hac die. Baronio ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Eccles. ad an. 303. Item memoratur in actis SS. Abundii & Abundantii Martyr. 16. Septembr. tempora Imperatoris Diocletiani, cuius corpus Soracte requiescit. Alii volunt alio tempore vixisse: vti constat ex Adone, & Surio ac Petro de Natalibus lib. 4. Catalog. Sanctor. cap. 118. Maii 3. in actis S. Alexandri Pap. & Mart. qui eam baptisauit simul cum sancto Hermete, Martyre, fratre eius, cuius corpus sepeliuit: item in actis S. Hermetis 28. August. lib 7. cap. 129 qui quidem passus est an. 121. sicque ex errore, alia esset S. Theodora de qua sup. 1. April. quem errorem deprehendit Baronius sup. Vide Gallonium de Virginib. Roman. & Ferrarium de SS. Italiæ.

S. Hildegardis Virg. Abbatiss. [e]] Parentibus tam generis claritate, & diuitiarum affluentia, quam sanctitatis opinione, celeberrimis, in citerioris Galliæ partibus orta est. Ab ineunte ætate Christi moribus imbuta, profitetur sub habitu monastico in Abbatia montis S. Disibodi, ordinis Benedictini, vbi egregiè profecit. quæ tamen continuis ferè afflicta ægritudinibus, mirabili modo illustrabatur, necnon Diuinis reuelationibus solabatur: interim multis virginibus nobilibus ad eam venientibus demonstratur illi, per spiritum locus, vbi Naha fluuius in Rhenum confluit, *Mons sancti Roberti dictus*, eaque cœlitùs assignatur, pro habitatione non longè à Bingio oppido. Igitur Monasterio ordin. Cisterciens. illic extructo, sanctissimè præfuit, virtutibus spiritu prophetico, & miraculis maximis adornata, in cœlum migrauit an. ætatis suæ 82. De ea Martyrolog. Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 12. Annal. Eccles. ad annum Christi 1160. Molanus in additionibus & annotationib. ad Vsuard.. Vvion in Martyrolog Benedict. & libro 5. Ligni vitæ. cap. 88. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Bingium*. Ioannes Sarisbariensis libro 1. Epistol. 171 Vincentius Beluacens. lib. 27. specul. Histor. cap. 83. Petrus de Natalibus lib. 5. sup. cap. 139. Cratepolius de Episc. Germaniæ. Renatus Benedictus, Doubletus, Surius, Lippelous, Haræus, Gononus lib. 2. vitar. patrum Occident. & alii in vita eius, Barnabas de Montealbo, Tom. 1. Annal. Cisterciens. lib. 2. cap. 40. Thrithemius lib. 2. viror. illustr. ordin. Benedictin. cap. 119. & lib. 3. cap. 334. ad 18. Septembris. Item in Chronica Hirsaugiensi & Spanheimensi, ad annum 1148. & 1150. chedel sexta mundi ætate, fol. 201. Ludouicus Iacob in Bibliotheca illustr. fœminar., & alii ab eo citati. Genebrard. in Chronographia, Saussayus in Catalogo Sanctor. ad Martyrolog. Gallican. Henriquez in liliis Cisterciensibus lib. 1. distinct. 7. & Menologio Cisterciensi hac die. Manriquez Tom. 1. Annal. Cisterciens. ad an. 110. cap. 2. §. 9. Item Tom. 2. ad an. 1146. cap 8. ad an 1148. cap. 5. anno 1155. cap. 4. anno 1160. cap. 2. an. 1168. cap. 7. an. 1192. cap. 5. Odoricus Raynaldus, Tom. 13. Annal. Eccles. ad an. 1237. §. 59. & 1243. §. 39. Grisius de Clericis Regularib. sect. 15. §. 9. Stengelius in imaginib. SS. ordin. Benedict. §. 5.

BB. Agnetis &c. Virg. Abbatiss. [f]] Prior neptis erat S. Claræ Assisiat. & altera huiusce Agnetis etiam neptis ambæ discipulæ & consanguineæ ipsius sanctæ Claræ Assisiat. Virg. quæ eas misit, vt Virginum collegia in Hispania adunarent: vndè Barcinonem appulsæ, illic Monasterium extruxerunt. an. 1133. opera ac beneficentia Antistitum huiusce Vrbis & Iacobi 1. Arragonens. Regis, cui Abbatissa præfuit ipsa Agnes, vltra annos 47. moritur autem hac die, an. Christi 1181. quæ tantum in obitu & post mortem §. 6.

miraculis

miraculis gloriosè splenduit: quantum dum vixit, sanctitate vitæ & charitate reluxit. Porrò B. Clara breui quoque tempore eam secuuta est ad præmia cælestia: vtraque sepulchrum accepit sub dio, in cœmeterio quod postea hortus euasit: vbi detectæ beneficio magni splendoris super sepulchra cælitibus noctu coruscantis, translatæ sunt ad sacellum S. Ioannis, & repositæ honorificè in duabus arculis ligneis, Bisso & auro coopertis. Alia item translatio peracta est an. 1601. die 18. Februar. sub Abbatissa Maria Anna Gilberta, graui instituta supplicatione, præsentibus sex Abbatib. Benedictin. (sub eo enim ordine nunc militat id Monasterium) & Alphonso Colona Episc. Barcinonensi. Agunt de eis Martyrolog. Franciscan. hac die. Annotationes ad illud. Antonius Vincentius Domenic. lib. 2. de SS. Cataloniæ fol. 63 & 68. Diagus lib. 3. Histor. Comitum Barcinonens. cap. 8. Vvadinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. Christi 1213. §. 35. 36. & 37. Item Tom. 2. ad an. 1281. §. 5. & in additionib. ad Tom. 2. §. 27. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. ordin. in ea.

§. 7. *B. Alpaydis.* [g] Hæc Pepini de Heristallo (Alii Caroli Martelli Francor. Principis) primum pellex seu vxor secunda, post S. Lamberti Episcopi mortem perpetratam, cuius causa ipsa exstiterat, cùm videret omnes iniquæ cædis socios, miserè intra annum vitam finisse: ad cor rediens, diuina adspirante gratia facinus admissum multis lacrymis expiare sategit. Nam mundi vanitate posthabita & extructo in Orpio oppido, insigni Monasterio, illud subintrauit, in quo ad extremum vsque vitæ diem, tanquam eximium pœnitentiæ exemplar & speculum cæteris permansit. Hæc ex Vvalleburgio in antiquitatib. Galliæ Belgic. Petro Diuæo lib. 1. rerū Brabant. cap. 1. lib. 3. Arnoldo Raysa in auctario ad Natales SS. Belgii, Molani, hac die, Myræo in Fastis Belgic. ad 25. Iunii, vbi de S. Oduino Præsbytero Martyre. San-Marthanis, lib. 6. Histor. Genealog. Franc. cap. 6.

§. 8. *S. Heylidis Virg.* [h] Iam superius diximus de eius inuentione, ad 30. Aprilis: Nunc verò de Translatione eiusdem agitur: quæ peracta est an. 1159. per Henricum Trecensem Comitem, cognomento *Liberalem* sub Alexandro 3. Pap. Henrico 59. Episcopo Trecensi & Ludouico Iuniore Rege Francor. Ita Des Guerroys in sanctitate Christiana sæcul. 5. ad annum 4[illegible]0. §. 12. ex vetusto codice MSS. Conuentus Minor. apud Ionuillæam.

§. 9. *S. Hiltrudis Virg.* [i] Peracta est solemnitas in Ecclesia S. Lamberti (quam parentes eius extruxerant Lætiis, quæ est Abbatia ordin. Benedictin.) ab Erminno Cameracensi Episcopo, multo cum honore & clericorum psallentium cultu, circa annum 1006. vel 1070. vti referunt Molanus in additionib. ad Vsuard. hac die, & in indiculo SS. Belgii. Saussayus in Martyrologio Gallican. & supplemento eiusdem, Vvion in Martyrologio Benedictin. Ferrarius in Catalogo generali SS. hac die. Myræus in Fastis Belgicis. ad 27. Septemb.

QVARTO-DECIMO CALENDAS SEPTEMBRIS

SCalis, in Picentinis, Salernitani Principatus, sanctæ Stephaniæ, Virginis & Martyris. Eodem die, sanctarum [b] Martyrum Sophiæ, & Irenes. In Alsatia, Monasterio Andelahæ, Depositio sanctæ [c] Richardis, Augustæ Virginis, Abbatissæ Benedictinæ, olim coniugis Caroli Crassi Imperatoris, ac Francorum Regis Christianissimi: quæ temporali Regno cœleste ac æternum longè anteponens, vitam selegit monasticam, & incensa studio pietatis ac puritatis, virtutum præcipuarum culmen est adepta, quibus exornata in cœlum conscendit. Pragæ Beatæ [d] Angelæ Virginis Carmelitæ, filiæ Regis Bohemiæ: quæ cuncta sæculi oblectamenta pro Christo contemnens, sponsum habere meruit in cælis, quem tota mente dilexit in terris. In Territorio Palentino, apud Calabazanos oppidum, Beatæ [e] Catharinæ Queuedæ, Virginis Clarissæ: pietate, & spiritu prophetico celebris. Feltriæ, in Dominio Venetorum, Translatio sanctæ [f] Stephanæ, Martyris.

SEPTEMBRIS XVIII.

§. 1. S*ancta Stephania Virg. Martyr.* [a] Ferrarius in additis ad nouam Topographiam, Martyrolog. Roman. verb. *Scala*, & in Catalogo generali SS. hac die: ex tabulis Ecclesiæ Scalensis, vbi illi ecclesia parochialis dicata est: quæ fortassis eadem est cum *Corona* seu *Stephana*. Feltriæ, de qua mox hac die, vti ait idem Ferrarius de SS. Italiæ.

§. 2. *SS. Sophia &c. Martyr.* [b] Illarum meminerunt Martyrolog. Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. Græci etiam in Menologio. ead. die.

§. 3. S. *Richardis Augusta Virg. Abbatiss.* [c] Vitam monasticam, circa annum 887. duxit in Monasterio à se extructo, Alsatiæ in fundo proprio, apud Montem S. Othiliæ, ibique sacro sumpto velamine, Deo seruiens, ac Virgo permanens ita se gessit, vt in Abbatissam postmodum eligi & post mortem sanctarum Catalogo adscribi meruerit. Scribunt de ea Molanus in additionib. ad Vsuard. Saussayus in supplemento Martyrolog. Gallicani. Vvion in Martyrologio Benedictin. hac die & lib. 4. ligni vitæ cap. 3. Ferrarius in Catalogo generali SS. eadem die. Sigonius libro 5. Regni Italiæ in fine, Cratepolius de episcopis Germaniæ, Paradinus in suis Genealogic. affinitatibus an 886. Hermannus Contractus in Chronico ad ann.

881. Regino ibid. libr. 2. ad ann. 887. Trithemius lib 5. viror. illustr. ordin. Benedictin. cap. 314. agit de ea ad 19. August. Raderus in Bauaria sancta Tom. 3. & Rnaldus, parte 2. Libor. Galliæ sanctæ cap. 3. ex sacris Anquitat. Vosagiæ, volunt obiisse anno 890. die 13. Septemb. Platus lib. 2. de bono status Religios. cap. 27. Dauid Camerarius lib. 3. de Scotorum pietate & Sanctis Regni Scotiæ cap. 4. ad 20. Septemb. Grisius de Clericis Regularib. sect. 15. §. 5. & Morisius lib. 2. cap. 5. Bosius Tom. 2. de signis Eccles. lib. 22. cap. 3.

§. 4. *B. Angelæ Virg.* [d]] Patrem habuit Raymundum Bohemiæ Regem: quæ Monasterium Pragense ordin. Carmelitar. ingressa, claruit virtutum decore & vitæ sanctitate, à Domino pluribus illustrata reuelationibus: quæ extant simul cum aliis operibus à se editis: quorum Authores Tesseram referunt. Migrauit in cœlum ann. 1366. Possevinus in apparatu sacro, Martinus Delrio Tom. 2. lib. 4. Disquisition. Magic. quæst. 3. sect. 4. Petrus Thomas Sarracenus parte 1. Menologii Carmelitar. in Catalogo SS. Carmelitar. ex Ioanne Paleonidoro in Trimeresto: Didaco de Coria, in Dilucidationib. ordin. Carmelitarum. Iosepho Falconio, Petro Lucio Belga, &c. Ioannes Carthagena lib. 17. de Arcanis B. Virginis Mariæ, Homil. 3. de B. Virgine de MonteCarmelo, Myræus de origine Carmelo cap. 6. Antonius Alegre in paradiso Carmelitici decoris statu 4. ætat 14. capite 4. ex catalogis de Viris illustrib. & fœminis egregiis. Carmeli, per Marcum Goadalaxaram, & Episcop. Algneurensem S. Angelum. S. Tiagum & alios. & alii à Ludouico Iacob MS. citati in Bibliotheca illustr. Fœminar. quæ scriptis claruerunt.

B. Catharinæ Virg. [e]] Claruit anno 1540. in Monasterio Deiparæ de Consolatione apud *Calabazanos*, quod 3. est Prouinc. Conception in Hispania) quæ plurima spiritu prophetico prædixit; illicque obiit ac sepulta iacet: memoratur in Martyrologio Franciscan. hac die Annotationibus ad illud, Gonzaga in eodem Monasterio parr. 3. origin Seraphic. Religion. aarrezzo part. 4. Chronic. Minor. libro 3. cap. 41. sub an. 1544. Wadingho Tom. 5. Annal. Minor. ad an. Christi 1449. §. 54. § 5.

Translatio S. Stephanæ Martyr. [f]] Agunt de ea Petrus de Natalib. lib. 8. Catal. SS. cap. 89. Ferrarios in noua Topographia. sup. verb. *Siclia* & in Catalog. generali SS. hac die, ex Maurolyco, Gallesinio & Fœlice. Passa est autem simul cum S. Victore die 14. Maii, vti superius annotauimus, in *Syria*, non in *Sicilia*, vti perperam habent Petrus de Natalib. Gallesinius & Ferrarius: vtpote sibi contrarii sup. ad 14. Maii: cuius corpus Feltriæ honorificentissimè conditum est, eamque Feltrenses vti præcipuam venerantur patronam, Corona etiam nominatur: nam *Stephana* apud Græcos, *Coronam* & *Stephania*, *Corollam* significant. §. 6.

TERTIODECIMO CALENDAS OCTOBRIS.

NVceriæ, Natalis sanctæ [a] Constantiæ, Martyris: quæ passa est sub Nerone Imperatore, Cordubæ, in persecutione Arabica, sanctæ [b] Pomposæ Virginis & Martyris: quæ pro constanti fidei Christianæ confessione, iugulum vltro præbuit. Ibidem sanctæ [c] Monicæ Virginis & Martyris: quæ, Iesu Christi amore plena, decertauit pro eius honore vsque ad mortem. In Lotharingia, sanctarum [d] Præciæ & Victorinæ, sororum Virginum: quæ magno spiritus feruore, ac puræ mentis splendore Christo famulatæ sunt. In Germania prope Tolbiacum, apud Houenense Monasterium, ordinis Cisterciensis, Beatæ [e] Sophiæ Virginis Abbatissæ, vitæ ac sanctitate & variis miraculis claræ. Mantuæ Beatæ Paulæ [f] à Gonzaga Virginis Clarissæ, genere, & meritorum prærogatiua illustrissimæ. Cordubæ Beatæ [g] Ludouicæ de Pareia Virginis eiusdem ordinis: quæ Domino fideliter deseruiens, & pertæsa caducæ Lucis, ad sempiternum gloriæ lumen, tot emeritum titulis, vocara properauit. Messanæ in freto Siculo, sanctæ [h] Elisabethæ Benedictinæ: quæ vnà cum sociis, sub quodam specu solitaria vixit, inediam, sitim, æstum & algorem, pro Christo tolerans vsque ad vltimum vitæ terminum.

SEPTEMBRIS XIX.

§. 1. S*anctæ Constantiæ Martyr.* [a]] Hæc Vrbs prima Ciuitatum Vmbriæ digna reperta fuit, quæ pro Saluatore Christo per S. Fœlicem Presbiterum, Constantiam potiùs hanc beatam matronam, sanguinem profunderet. Hi enim Nucerini Ciues illustrem palmam tulere martyrii sub prima Neronis persecotione, an. 69. die 17. Mensis Septembris, vno tantùm milliario plùs medio à Ciuitate procul, via Flaminia, quem etiam nunc incolæ locum Neronis turrim appellant: eorum martyrum corpora ibidem tumulata sunt in Ecclesia, quam hodie S. Mariæ Magdalenæ sacram Nuceria veneratur. Eodem anno 1499. in Cathedrale Templum intulerunt, vniusque ipsorum caput Pasaurum transtulerunt, ibi ingenti fidelium veneratione asseruatur. Agunt de ea Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis.

notis. Vincentius Beluacensf. lib. 9. specul. Histor. cap. 56. Petrus de Natalib. lib. 8. Catalog. Sanctor. cap. 96. Ferrarius de SS. Italiæ, & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Nuceria Sarracenorum*, qui legendum vult *Constans* non *Constantia*, sed perperam, cùm *Nuceria*, vbi martyrium passa est, Vmbriæ sit Ciuitas: non Campaniæ, vti illa *Nuceria* Sarracenorum. Qua de re vide Celsum Placidum, in vitis SS. Nucerinorum & Ferdinandum Vghellum, in Italia sacra, vbi de Nucerinis Episcopis.

§. 2. *S. Pomposa Virg. Martyr.* [b]] Ex Cordubensi Vrbe oriunda religiosam vitam ducebat apud Monasterium Benedictinum S. Saluatoris, quod ad radicem montis mellariæ extabat: quo dudum se cum parentibus, fratribus & cognatis Christo militatura contulerat: vbi pulchriori gratia floruit sanctitatis, & quæ vltimum per ætatem gradum tenebat, fit cæteris excellentiori culmine innocentiæ ac simplicitatis merito sublimata. Tantoque in scripturarum meditatione fortissima permanebat, vt si fieri posset non diebus, non noctibus, à lectione vacaret, nisi quarumdam ingruentium tempestatum impediretur procellis. Si quid fortè ad suam exageratam sentiret iniuriam, illa quæ macte humilitatis gratia prominebat, cuncta patienti animo sustinebat. Instabat vigiliis, ieiuniis, & orationibus crebrius incumbebat, quibus fauente Domino inuiolabiliter votum posset conseruare promissum. Cùm autem summæ sanctimoniæ studium gereret, seruiretque Deo fideliter, mox vt B. Columbæ martyrium (die 17. huo.) comperit, ilicò igne interius conflagrata martyrii, fit admodum lætior tali recreata nuntio: & procedens in publicum, spontè se offert Martyrio: Tyranni, sicque ante fores palatij constituta capite plectitur hac die, an. 853. cuius corpus in flumen proiectum, moxque repertum à Monachis clam sublatum tumulatur ad pedes ipsius S. Columbæ. in Ecclesia *Sanctæ* Eulaliæ Virg. Martyr.. Huius passionis acta describit S. Eulogius, lib. 3. Memorial. Sanctor. cap. 5. seu 12. apud Surium Ambrosium Morales, libro. 14. chronic. Hispan. cap. 21. Martyrolog. Roman. hac die Baronius ibid. in notis & Tom. 10. Annal. Eccles. ad ann. Christi 853 Gallesinius, Wion in martyrologio Benedictino. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Corduba*. eadem die. at in Catalogo generali Sanctor. die 22. Septemb. Grisius de Clericis regularib. sect. 11. Simon Martinus hac die.

§. 3. *S. Monica Virgin. Martyr.* [c]] De ea Marietta, lib. 4. de Sanctis Hispan. & Ferrarius in Catalogo sup hac die: Vbi illam ordinis Benedictini fuisse monialem annoque 855. passam refert.

§. 4. *SS. Precia &c. Virgin.* [d]] Antequam sanctus Goericus Metensis Episcopus fuisset ordinatus, ex immaculato thoro castam prolem suscepit, duas nimirum has filias SS. *Preciam* & *Victorinam*, quæ studiis pietatis & virginitatis, illibato decore, venustatem corporis & eximiam mentis indolem admodum collustrauerunt: vnde à cunctis duo ceu naturæ miracula, gratiæque prodigia suspiciebantur. Factus autem ipse sanctus Goericus Episcopus, vt relaxaret animum, atque quo magis creatis rebus abstractum, eò propius eueheret ad Deum, se intra Vosegi montis intimos sinus successiuis vicibus recludebat: in cuius solitudine ad molam Parthenonam condidit in Filiarum Virginum, earumque sodalium gratiam: quarum S. *Precia* meritis potius, quam natalium iure, Primiceria fuit. Agunt de his Ferrarius in Catalog. generali Sanctor. hac die, ex calendario Lotharingiæ, seu Gallico. Saussayus in Martyrolog. Gallicano, ead. die, in S. Goerico, Metensi Episc. & in Catalogo SS Meurissæus lib. 2. Histor. Episcopor Metens seb S. Gœrico 30. Episcopo an. 642.

S. Sophia Virg. Abbatiss. [e]] Habitum regularem §. 5.
ordin. Benedictin. in Monasterio de *DinZergen*, prius assumpsit: cumque ad maiorem perfectionem anhelaret, Cisterciensem rigorem in monte S. Walburgis amplectitur, vbi egregiarum virtutum, quibus radiabat intuitu, Priorissa constituitur, & tandem indè euocata, Abbatissa in Houenensi Monasterio designatur circa an. 1208. vbi Monasticam disciplinam summoperè promouit: sicque virtutibus & signis admiranda, in senectute bona quieuit: vti testantur Cæsarius lib. 10 Dialog. cap. 16. Calendarium Gallicum SS. ordin Cisterciens. Henriquez in Menologio eiusd. ordin. hac die. Barnabas de Montalbo Tom. 1. chronic. lib. 2. cap. 40. Manriquez in laurea Euangelica lib. 3. Disc. 7. §. 8. Item Tom. 3. Annal. Cisterciens. ad an. 1194. cap 3 §. 3. & 4. ac an. 1208 cap. 8. §. 6. & 7.

B. Paula Virg. [f]] Serenissimi Frederici 1. Man §. 6.
tuani Ducis soror vterina erat, quæ ob summã humilitatem, volontariam paupertatẽ, obedientiã cæterasq; eius virtutes, quas mirificè recoluit, à cæteris monialibus, ita in maxima veneratione habebatur, vt nonnullæ earum affirmarint, Deum meritis huiusce sibi clarissimæ sponsæ, aliquot miracula patrasse: quapropter migrans è vita omnibus maximum sui desiderium reliquit. Illius meminerunt Martyrolog. Franciscan hac die, annotationes ad illud. Gonzaga parte 2. origin. Seraphic. Religion. in Monasterio corporis Christi, siue S. Paulæ Mantuæ, quod est 1. Prouinc. S. Antonii, Valerius de SS. Fœminis. ordinis Minor. lib. 4. cap. 14. Vvadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad an. 1420. §. 20.

B. Ludouica Virg. [g]] Egregia virtute floruit apud §. 7.
Monasterium Cordubense, Sanctæ Elisabeth de Angelis, quod est 8. Prouinciæ. Granatens. vbi anno. 1586. piè & magna sanctitatis opinione ex hac vita decessit, Ita Martyrolog. Franciscan. hac die. Annotation. ad ipsum. Monumenta MSS. illius loci & Wadinghus Tom. 7. sup. ad an. 1483. §. 54.

S. Elisabeth. &c. [h]] Memoratur apud Molanum §. 8.
in additionib. ad Vsuard. Fœlix & Maurolicus in suis Martyrologiis. VVion in martyrologio Benedictin. Ferrarius in Catalogo generali SS. hac die, & in noua Topographia sup verb. *Messana*.

imposita, Deo spiritum commendauit. Hæc ille quibus omnibus refutatur Biuarius sup. omnia confundens & corrumpens.

§. 6. *B. Mariæ Virg.* [f] Floruit vita exemplari, & regulari obseruantia, atque orationis dono, exornata: nam multis precibus a Christo obtinuit, vt qualibet sexta feria aliquid tormenti pateretur in capite quo cruciatus passi ni luæ tempore fuerat in sua coronatione spinea. Vid. Martyrolog. Franciscan. hac die annotationes ad illud. Iacobillum de SS. Fulginatibus in vita B. Margaritæ *Dominici* vbi de Monasterio S. Agnetis Fulginti, quod est 9. Prouinc. S. F.

VNDECIMO CALENDAS SEPTEMBRIS

IN Æthiopia, sanctæ [a] Iphigeniæ Virginis: quæ à beato Matthæo Apostolo baptisata & Deo dicata, sancto fine quieuit. Augustæ Trecarum, sanctæ [b] Mauræ Virginis, admiranda virtute & spiritus feruore conspicuæ. In Territorio Virdunensi, sanctæ [c] Luciæ Virginis, vitæ sanctitate & miraculorum fama celebris. Villæ nouæ infantium, in Hispania, Beatæ Bernardinę [d] de Monte-maiore, tertiariæ Franciscanæ, multarum virtutum prærogatiua spectabilis. Eistadii in Germania Translatio sanctæ [e] Vvalburgis Virginis & Abbatissæ Benedictinæ.

SEPTEMBRIS XXI.

§. 1. SAnctæ *Iphigeniæ Virg.* [a] Eius res describuntur in actis S. Matthæi Apostoli apud Abdiam Babilon. lib. 3. cap. 7. de Apostolis. Vincentium Beluacens. lib 9. specul. Histor. cap. 76. & 77. Petrum de Natalibus lib. 8. Catalog. Sanctor. cap 101. D. Antoninum part. 1. Chronic. Titul. 13. quæ Claudius Espenæus heroico carmine decantauit lib. sacrar. Heroidum titul. *Iphigenia Matthæo.* De eadem Martyrolog. Roman. hac die. Baronius ibid in not. Ferrarius in noua Topograph. ad Martyrolog. Roman. verb. *Æthiopia.* Antonius Alegre in Paradiso Carmelitici decoris statu 2. ætat. 2. cap. 9. post Christum an. 60. quam vult in quodam Monasterio Ægypti Abbatissam egisse cum 200. Virginib. singulare Virginum decus. Grisius de clericis Regularib. sect. 3. §. 8. Ordericus Vitalis lib. 2. Histor. Eccles. pag. 419. Schedel. sexta mundi ætate pag. 107. Ludouicus Iacob in Bibliotheca illustr. fœminar.

S Mauræ Virg. [b] Hæc Mariano, Seduliaque, no-
§. 2. bilitate, ac opum affluentia, conspicuis parentibus edita in agro Trecensi, calcatis florenti ætate carnalibus nuptiis, virtutum exercitiu, & cultui Diuino totam sedicauit: Patrem suum ad viam salutis reduxit, Ecclesiæ Trecensis oleum ad lampades ministrastrabat, palas altaris conferebat, vestimenta sacerdotalia suis expensis comparabat, lineum indumentum quod propriis manibus neuit, composuit, & dealbauit, obtulit B. Prudentio Episcupo, vt eo indueretur inter sacra missarum solemnia: quod ex tunc tantam vim deuotionis illi contulit talem diuinæ virtutis effluentem, sensit ipse Pontifex, vt tempore sacrificii totus diflueret in Lachrymas, præ dulcedine cœlestis gratiæ: quod antea minime illi euenerat, nec solum sibi sed & aliis pluribus idem accidisse testatur, dum inter sacra missarum solemnia eo erant induti. Ab ineunte quippe ætate, quotidie à matutinis laudibus vsque ad horam sextam moram faciebat in Ecclesia S. Petri Trecens. vbi maxima humilitate, ingentique honore, Christum puerum in gremio matris Virginis vagientem, in cruce gementem, & in throno suæ maiestatis intonantem piissimè venerabatur: cuius lachrymæ in terram profusæ, exindeque ab aliis collectæ, & lachrymatum donum tribuerunt, & næuum oculorum pepulerunt: non solum autem clericorum sed & monachorum necessitatibus subuenire curabat: quod cucullas & mappulas acquirebat. Gratiam & suffragia BB. Apostolorum Petri & Pauli sollicita quærebat in Ecclesia clericorum: & SS. Martyrum Geruasii & Prothasii patrocinia studiosius implorabat Monasterio Monachorum, quod licet apud Mansiniacum (nunc S. Leo, Gallicè *Village de S. Lie*) circiter 4. millibus à Tricassina Vrbe distet, qualibet tamen 4. & 6. feria, causa peregrinationis, nudis pedibus, & absque lineis, in arcto panis & aquæ ieiunio, visitabatur ab ipsa. Denique mapulæ ab ipsa datæ attactu febris pellitur, & moriens, aqua, quâ corpus eius mortuum ablutum est in lac conuertitur: aliaque innumera miracula subsecuta sunt: post eius obitum, hac die, vix anno ætatis 23. peracto. Florebat an. 850. cuius alma præconia eleganti encomio celebrauit S. Prudentius Trecens. Episcop. testis ocularis. Apud Camusatum in Antiquitat. Tricassinis, Surium & Martyrolog. Gallic. an. Sanssayũ hac die. Des-Guerroys in sanctitate Christiana sæcul. 11. ad an. 853. Maurolycum & Fœlicium in suis Martyrologiis, Ferrarium sup. in noua Topograph. verb. *Trecæ* & in Catalogo generali SS. ead. die. Porrò corpus prædictæ Virgin. honorificè conditum fuit in ęde sacra pagi, de suo nomine etiamnum appellati per leucam dissiti, prope Sequanam Fluuium, in quâ pars sanctarum reliquiarum eiusdem Virg. adhuc prostat asseruata, reliquam verò partem S. Martini Trecénsis Monasterium, vulgo in Areis dictum, tanquam pretiosissimum pignus sibi traditum accuratissimè custodit: quæ quidem Theca facta fuit an. 1415. & in ea, die vltima Iunii, inclusa ossa S. Mauræ Virg per D. Stephanum Trecensem Episcopum, præsente Lamberto Abbate & religiosis illius Monasterii.

S. Luciæ Virg. [c] Regiæ stirpis Virgo, è Scotia §. 3.
originem ducens, vigiliis, orationibus, & bonis operibus iugiter vacabat, ampliore autem diuini amoris igne succensa, latenter se surripuit, & in Galliam trauciens, vsque in Lotharingiam, Domino ducente peruenit, vbi circa Mosam fluuium, in Virdunensi Episcopatu moram delegit. extructaque ibid. exigua casa, vitam sanctissimam duxit, miraculis in vita & post obitum gloriosa, sepulta in medio Basilicæ S. Trinitatis, ad montem vicinum consitæ, quam ædificari procurauerat; ideoque in Barroducensi D[illegible]

3. origin. seraphic. religion. in præfato conuentu frat. minor. cuius est patrona.

§. 5. *S. Salaberga Abbatiss. e*] Claris parentibus nata est in suburbio Leucotū agri Lingonens. discipula autem extitit S. Eustasii Luxouiensis Abbatis, quæ Abbatissam egit Lauduni, in Monasterio S. Ioannis à se extructo, vbi trecentis virginibus, omni Sanctimoniæ exemplo præluxit, claraque miraculis illud in amœnum præclarumque palatium translata est, ad quod cœlesti visione, paulò ante obitum fuerat à castarum animarum amatore suauiter inuitata. De qua Martyrolog. Romanum, hac die, Baronius. ibid. in notis. Molanus in Additionibus ad Vsuardum. Wion in Martyrolog. Benedict. Ferrarius in noua Topograph sup. verb. *Laudunum*. Gallesinius & Fœlicius, in suis Martyrolog. Menardus. lib. 1. obseruation. ad Martyrolog. Benedictin. Saussayus in Martyrolog Gallicano. Hac die. Vincentius Beluacens. lib. 23 specul. historial. cap. 30 Petrus de Natalib. lib. 8. Catalog. Sanctor. cap. 114. D. Antonin. part. 2. Chron Titul. 13. cap. 6. §. 7. Trithemius sup. cap. 82. claruit secul. 7. Grisius de clericis Regularibus sex. 10. §. 10. Simon Martin. sup. §. 6.

B. Ioanna Virg. f] Claruit ann. 1515. Segobiæ, in Monasterio S. Elisabeth. quod est 32. prouinciæ Conception. in Hispaniam, Tertiariarum Monialium Franciscanar. quæ sicut sanctè vixit. ita quoque sanctè in Domino, in æternum victura, obijt. Ita Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud, Gonzaga. part. 3. Orig Seraphic. Religion. in eo Monasterio, Barrezeus part. 4. chronic. Minor. lib 1. cap. 30. Valerius lib. 4. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap 6. VVadinghus. Tom. 7. Annal. Minor. ad ano. 1486. ff. 35.

NONO CALENDAS OCTOBRIS.

ICONII, in Lycaonia, sanctæ [a] Theclæ Virginis & Martyris: quæ à sancto Paulo Apostolo, ad fidem perducta, sub Nerone Imperatore, in confessione Christi, ignes ac bestias deuicit, & post plurima, ad doctrinam multorum, superata certamina, Seleuciam veniens, ibi requieuit in pace, quam sancti patres summis laudibus celebrarunt. In Hispania, sanctarum [b] Xantippæ, & Polixenæ, quæ fuerunt Apostolorum discipulę. Luteriæ Parisiorum, Natalis sanctæ [c] Albinæ Virginis & Martyris, sancti Paxentii Martyris sororis, pro pietatis & pudicitiæ assertione, sub Antonino Imperatore coronatæ. Sortini in Sicilia apud Vallem Neotenicm sanctæ [d] Sophiæ Virginis & Martyris, in persecutione Diocletiani Imperatoris. Aruernis sanctæ [e] Theclæ Virginis: quæ propter probitatem morum, & vitæ sanctitatem, illud nomen sortita est. In Territorio Parisiensi, Calensi Monasterio, sanctæ [f] Hersvidæ Angliæ Reginæ, quæ cunctis sæculi abdicatis pompis, in habitu regulari Benedictino, Christum ad amussim studuit propiùs imitari. Mantuæ Beatæ Cæciliæ Gonzagæ, Virginis Clarissæ: genere & vitæ sanctitate illustrissimæ. Cortonæ in Tuscia, Beatę [h] Gillæ tertiariæ Franciscanæ, quæ ingentium splendore virtutum pollens, sancto fine quieuit. Panormi in Sicilia, commemoratio sanctæ [i] Nymphæ Virginis & Martyris.

§. 1. *Sancta Thecla Virg. Martyr. a*] Agunt de ea, Beda Vsuard. Ado. Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis & Tom 1. Annal. Eccles. ad an. Christi 47. Molanus in Additionib. ad Vsuard. Ferrarius in noua Topograph. ad Martyrol. Rom. verb. *Iconium* Saussayus in Martyrolog. Gallic. hac die, Pancirola in Thesauro Vrb. Romæ, Regione 7. Eccles. 27. Schedel. 6. mundi ætate pag. 107. Græci autem die sequenti: miris laudibus commenditur à patribus Orthodoxis, & SS. Eccles. Doctoribus Ambrosio, Augustino, Cypriano, Gregorio Nazianzeno, Chrysostomo & c. apud Baronium, supr. Eius præclara gesta referunt Metaphrastes, Basilius Seleuciæ Episcop. Petrus Pantin. Toletanus in not. ad illa, Surius. Lippelous. de voragine. Petrus de Natalib. lib. 8. Catalog SS. cap. 110. Vincentius Beluacens. lib. 9. specul. Historial. cap. 47. & 48. D Antonin. part 1. Chronic. titul. 6. cap. 27. §. 5. Bergomas de claris mulierib. cap. 73. & lib. 8. supplementi chronic. ad an. Christi 70 Foderetus, Renatus Benedictus, Ribadeneira, hac die, in vita eius, quæ omnia Mantuanus de sacris diebus, & Claudius Espencæus lib. sacrarum Heroidum Titul. *Thecla Paulo*. Carmine cecinere heroico. Porro sacræ eius reliquiæ, ex oriente in Galliā asportatę, Carnutum in celebri toto orbe S. Deigenitricis Basilica, ad perpetuam veneratione reconditæ sunt, ex his tamen decerpta duo inclytæ Virgin. brachia, alterum Vernonii in æde collegiata S. Deiparæ, alterum Rhegii in Cathedrali ecclesia, cum eiusdem Maxilla, & duabus scapulis magna pietate asseruātur. Vti referunt Saussayus sup. Rolliardus in Histor. Carnutens. Therondus in vita S. Adiutoris. Simon Martinus in vita S. Theclæ, hac die, ac proprium festor. Eccles. Cathedralis, cuius est patrona, per R. P. Ludouicum Donyatrichium recens editum anno 1635.

SS Xantippa &c. b] Sorores Gemellæ erant, ex Hispania genus ducentes, sub Claudio Nerone Cęsare: Xantippe quidem fuit vxor Probi, qui principatum regionis obtinebat, hæc autem edocta est ab Apostolo Paulo Hispanis Christi euangelium prædicante: Polixena vero rapta à quodam viro, sed §. 2.

gratia Dei incorrupta manens, prima audiuit Apostolum Petrum, postea Apostolum Philippum. postremo Andræam Apostolum, qui eam baptisauit in Græcia tunc existentem; reuersa verò in Hispaniam post multas nauigationes & infinitas fugas, reperit Xantippem sororem, virtutũ splendore fulgentem, itaque multos docentes Christi fidem, & reliquam vitam rectè transigentes, ac multa miracola patrantes, ad Dominum migrauerunt. Ita Martyrologium Rom. hac die. Baronius ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Eccles. ad an. Christi 62. §. 4. Ferrarius in noua Topograph. sup. verb. *Hispania.* Glycas 3. part. Annal Menologiũ Græcor. Tom. 2. Lection. Antiquar. Henrici Canisii, Metaphrastes sermon. de SS. Apostol. Petro & Paulo 29. Iunii. apud Sorium Biuarius in Comment. ad Pseudochron. Flauii Lucii Dextri sub an. 71. §. 5. & an. 100. §. 8. & 10. Ioannes Tamaio in Martyrol. Hispan. ad 16. Feb.

§. 3. *S. Albina Virg. Martyr.* [c] Sacræ eius reliquiæ condigno honore asseruantur simul cum corpore S. Paxentii Mart. fratris ipsius in Ecclesia Prioratus S. Martini à Campis apud Lutetiam: Qua de re Saussayus in Martyrolog. Gallicano. Simon Martin. hac die, & proprium SS. præfati loci, quo Festum eius duplex agitur.

§. 4. S. *Sophia Virg. Martyr.* [d]) Passa est post an. 304. colitur autem Patricouiæ, vti loci patrona, ex Pauli 5. concessione, iuxta Ferrarium in Catalog. generali SS. hac die, ex Martyrolog. Siculo.

§. 5. S *Thecla Virg.* [e] Hæc Calamariensi seu Camalariensi monasterio nomen indidit, quod Theclatensẽ indè ab ea dictum est, quia ipsa Deo dicata Virgo post immaculatæ vitæ exactum decursum, illic sepulta est: vbi ante altare S. Pardulphi requiescit: Teste Saussayo sup. hac die ex Saoarone lib. 2. origin. Claromontens. §. 2.

§. 6. *S. Hersvvida Regina* [f] Mortuo Viro Rege Angl. Orientalium circa an. Christi 645. pro Christi amore Regno terreno contempto, ad celebre hoc Monasteriom se contulit, vbi admirandæ pietatis, humilitatis & regularis, quam professa est, obseruantiæ editis exemplis, beato fine consummata; Regni cœlestis præmium emeruit: cuius gloriosa facinora litteris commẽdauit Beda lib. 4. Hist. cap. 36. Martyrologiũ Anglic. Harpsfeldius sæcul. 7. Histor. Eccles. Ang. cap. 36. Wion lib. 4. Ligni vitæ cap. 14. Saussayus in Martyrolog. Gallican: & Ferrarius in Catalogo generali SS. hac die. & Simon Martinus.

B. Cæcilia Virg. [g] Filia extitit Ioannis Francisci, Mantuæ Marchionis, & B. Paulæ Malatestæ, de qua sup. 17. Martii, Teste Iacobo Bergomate, de claris mulierib. cap. 155. in fin. vbi de filiabus ipsius B. Paulæ: quarum secunda fuit ipsa Cæcilia dicta, quæ postquam Principi Vrbinati pacta fuisset, Diuinitùs inspirata, cœtui Virginum se dedicauit: quæ quidem & sanctitate vitę, & morum disciplina vsque ad extremum vitæ finem piè, religiosèque vixit. Vide Martyrolog. Franciscan. hac die & annotation. ad illud & Ludouicũ Iacob. in Bibliotheca illustr. fœmin. Alia est à Cęcilia eius nepte, 3. ordin. Francisca alumna, filia Ludouici Gonzagæ Mantuani Marchionis, cuius meminerũt idem Bergomas. cap. 174. & Vvadinghus Tom. 6. Annal. Minor. ad an. Christi 1471. §. 11. §. 7.

B. Gilla Tertiar. [h] Socia Charissima fuit Beatæ Margaritæ Cortonensis, quam præcessit ad gloriam, prout scribunt idem Vvadinghus, Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. Christi 1297. §. 29. ex multis aliis Thielmans Tom. 2. vitar. SS. seraphic. ordin. item Martyrolog. Franciscan. hac die. Annotationes ad illud. §. 8.

Commemoratio S. Nympha Virg. Martyr. [i] Ita Ferrarius sup. ex tabulis Eccles. Panormitanæ, porro acta illius, eam apud portum Romanum, vbi Ecclesia suo nomini dicata extare dicitur, post multas ærumnas in pace quieuisse testantur. §. 9.

OCTAVO CALENDAS OCTOBRIS.

MONCELLI in Territorio Beluacensi, Beatæ [a] Petronillæ de Troya, Virginis Clarissæ: quæ eiusdem loci prima Abbatissa electa, admirandis virtutibus emicuit. Abulæ in Hispania Tarraconensi, Depositio [b] Beatæ Mariæ Vela, Virginis, ordinis Cistertiensis: quæ crebris reuelationibus Christi Deiparæ dulci præsentia & alloquio, atque cœlestibus fauoribus assuefacta, post grauissimas infirmitates, intensissimos dolores, varias persecutiones, ac Dæmonis insidias, quas patienter sustinuit, ac viriliter superauit, exultans migrauit in cœlum. Apud Ganiacum Wilcassini pagum, ad Eptam amnem, prope Vernonem, in Territorio Rothomagensi, Beatæ [c] Domanæ genere, ac virtute insignis. Aretii in Tuscia, memoria sanctæ [d] Anthiliæ Virginis.

SEPTEMBRIS XXIV.

§. 1. BEata Petronilla Virgin. Abbatiss. [a] Prima fuit Abbatissa Monasterii sancti Ioannis Baptistæ Moncelli, tempore Philippi Valesii Galliarum Regis: quæ ob eam, quam induxit sanctissimam vitam, laudabili admodum memoria, ab omnibus huius loci sororibus maximè colitur. Eius meminerunt martyrologiũ Franciscan. hac die, annotationes ad illud. Gonzaga parte 3. origin. seraphic. Religion. in eo Monasterio, quod est 11. Prouinc. Franc. Wadinghus Tom. 3. Annal. Minor. ad an. Christi 1312. §. 14.

B. Maria

§. 2. *B. Mariæ Virginis.* b] Memoratur ab Auberto Myræo, lib. 5. origin. Monasticor. cap. 15. Henriquez in Menologio Cistertiensi hac die. qoo obiit anno 1617. vitam eius scripsit Michael Vaequerus de Angelis Manriqoez in Apologia, quam pro eiusmodi vita edidit, cootra aliquas obiectiones aduersariorum.

§. 3. *B. Domania.* c]Ex illustri domo de rupe Guidonis, in Wilcassino, ad Sequanam fluuium, trahens originem, vxor extitit S. Geremari, Confessoris, qui regali ortus stemmate, postea mundo valedicens, Abbas fuit Flayaci, sanctum sanè connubium: Nam ez tali patrimonio, genitus est Amalbertus, sanctitate clams, & duæ filiæ procreatæ piissimis moribus, san ructitatis decus etiam promeruerunt. Domaniæ ve sanctimonia opiculationum indiciis propalata; eultum perennem præstitit; quo in Priotatu Sancti Nicasii de Gaoiaco, vbi reposita sunt sacra eius pignora, hactenus fulget insignis. Ita Petrus Louuetus lib. 1. Histor & antiquit. Beluaeens. cap. 12. §. 12. & lib. 2. cap. 2. §. 4. & 27. Saussayus in Martyrolog. Gallican. ad 20. Maii & 24. Septembris, vbi de ipso sancto Goeremaro, tum in Catalogo Sanctor. Ioannes Therouda, io obseruatioo. ad vitam S. Adiutoris Confessor. pag. 99.

Anthilia Virg. d] Ita Ferrarius (qui tamen men §. 4.
dosè illam vocat Martyrem) in catalogo generali SS. hac die & io SS. Italiæ. ex tabulis Eccles. Aretinæ: colitur & vrbe veteri, sed alia die, vide sup. ad 15. Februar.

SEPTIMO CALENDAS OCTOBRIS.

DAmasci, sanctæ a Tattæ, Martyris, coniugis sancti Pauli Martyris: quæ simul cum eo & filiis, christianæ religionis accusata, verberibus, aliisque suppliciis torta, simul animas Deo reddiderunt. Anagniæ sanctarum b Virginum Aureliæ & Neomesiæ. In monasterio Arcellæ, prope patauium Beatæ c Luciæ Virginis Clarissæ: virtute abstinentię & orationis conspicuę. In Syria, beatæ Mariæ pœnitentis; quæ è Psaltria euasit admirabilis eremi cultrix. In Lusitania, beatæ e Vrracæ Reginæ, meritis ac bonis operibus præclaræ. Lucæ Translatio sanctæ f Faustæ Virginis, Alexandriæ g, commemoratio sanctæ Euphrosynæ, Virginis, Bigardiæ, in Brabantia, Agri Bruxellensis maiori ad Sennam Fluuium, Eleuatio sanctæ VViuinæ h Virginis Abbatissæ.

SEPTEMBRIS XXV.

§. 1. SAnctæ Tattæ Martyr. a] Ita martyrolog. Romao. hac die, Baronius ibid. io notis, Græci in Menologio, Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Romaoom. verbo, *Damascus.* Gallesinius in suo Martyrologio, hac die, qui tameo hallucinator, volens eam passam esse in Græcia.

§. 2. *SS. Aureliæ &c. Virgin.* b] Harum sororum corpora, io Cathedrali Ecclesia Anagnina Deiparæ virg. Annunciatæ cqosecrata, religiosè asseruantur: De quibus Martyrolog Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. Ferrarius sup. verb. *Anagnia* & in SS. Italiæ, Vghellus Tom. 1. Italię sacræ in Episc. Anagninis: à quo vocantur, Aurelia, & *Neomesia*, seu *Neomisia.*

§. 3. *B. Luciæ Virg.* c] Fuit B. Helenæ, Paduanæ virginis (de qua infra ad 9. Nouemb.) discipula, memoratur in Martyrolog. Franciscan. hac die & annotationib. ad illud.; de qua & Marianus lib. 5. cap. 21. Tossianus libro 1. Histor. Seraphic. wadinghus Tom 1. Annal Minor. ad an. Christi 1145. quo obiit, §. 6. post alia mnoimenta eiusdem Monasterii.

§. 4. S. *Mariæ Pœnitentis.* d] Vixit circa annum 530. quam in solitudine fortè obuiam habuerunt discipuli S. Quiriaci Anachoritæ, vti refert Metaphrastes io actis eius 29. Sept. apud Suriū. quæ cum esset psaltria & multis præbuisset caosam offensionis, Deum instanter rogauit, suppliciterque obsecrata est, vt ipsa liberaretur à laqueis Diaboli: Quare contrita corde, Diuinoque accensa amore, descendit ad Siloë: & cum vas aqua implesset, lupinisque in sporta acceptis, in solitodinem secessit: oihil autem horum est diminutum vsque ad diem obitus sui: sed nec ab illo tempore hominem vidit, neque vllum est allocuta, sanctissimæ autem vitæ expleto curriculo, abiit in cælum, quam postea iidem reperientes mortuam, in suo antro honorificè sepelierunt: ibidem ad eam etenim venerant, ex parte præfati S. Quiriaci, salutaturi. Eadem refert Gononus in vita S Quiriaci, ad Calcem vitar. Patr. occident. vbi de insignium Eremitarum orientis vitis.

B. Vrracæ Regin. e] Hæc insignis Heroina, erat §. 5.
Alphonsi primi Reg. Lusitan. vxor, cuius æternam fœlicitatem, qoidam ex caoonicorum Regular. ordin. Deo patefaciente cognouit. Vide Vasconcellum in descriptione Regni Lusitan. Titul. Aliquot fœminæ sanctitate nobiles 1.

Translatio S. Faustæ Virg. f] De ea agit Ferrarius §. 6.
in noua Topographia sup. verb. *Luca*, sed mendosè scribit eam fuisse Martyrem, hallucinatus ez verbis Iacobi Philippi Bergomatis, cap. 504. de claris mulierib. in fine, aiens illius sanctissimæ Faustæ reliquias reconditas haberi cum honore, Lucæ, in Templo D. Fridiani, de qua sup. egimus ad 20. Septembris: Sciendum igitur quod S. Cassius Narniensis Episc. ad id dignitatis adlectus est anno 537. qui antequam Ecclesiasticis ordin. initiaretur, S. Faustam virgin. coniunctam in matrimonio habuit, cum qua tamen perpetuam coluit virginitatem, quæ ipso ad Pontificatum euecto, Christo placere studens, sanctissimè obiit, virumque præcessit ad gloriam: iuxta quam &

ipse in fata concedens, voluit sepeliri: postea verò, constat sub Ambrosii Episcopi temporibus, Ciues Lucenses fuisse donatos corporibus S. Cassii præfati ac S. Faustæ Virg. quæ honorificè intulere in Ecclesiam S. Frigdiani anno. 845. die 2. April. ex concessu Regis Galliarum Lotharii Imperatoris affinis; qua de re, consule Cæsarem Franciottum in vitis SS. Lucensium, & Ferdinandum Vghellium, Tomo 1. Italiæ sacræ in Episc. Lucens 31. & Narniensibus 8. ac Ferrarium in SS. Italiæ ad 19. Decemb

§ 7. *Commemoratio S. Euphrosynæ Virg.* [g] Illius meminit Ferrarius in Catalogo generali Sanctor. hac die, ex Græcor Menolog. qui aliam vitam sub virili habitu duxisse narrant in Horolog. de qua superius ad 1. Ianuar. cuius sacræ reliquiæ translatæ in Galliá, asseruantur in Abbatia S. Ioannis prope Compendium.

Eleuatio S. Vuiuinæ Virg Abbatiss. [h] De ea agit Molanus in indiculo Sanctor. Belgii. Wion in Martyrolog. Benedictino, Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Bigarda* & in Catalogo generali SS. hac die. § 8.

SEXTO CALENDAS OCTOBRIS.

Nicomediæ Natalis sanctæ [a] Iustinæ Virginis & Martyris; quæ sub Diocletiano Imperatore & Eutholmio Præside, multa pró Christo perpessa, Beatum Cyprianum, cùm esset Magus, & suis magicis artibus eam dementare conaretur, conuertit ad Christum, cum quo postea martyrium sumpsit: horum corpora feris obiecta, noctu quidam nautæ Christiani rapuerunt, & Romam detulerunt; quæ postmodum in Basilicam Constantinianam translata, prope Baptisterium condita sunt. Mauritaniæ apud Vnellos in Neustria, Beatæ [b] Margaritæ Paruæ, Virginis Clarissæ, & Martyris; quæ hæreticorum furori, pro fidei catholicæ & pudicitiæ defensione, viriliter resistens, gladio confossa, ad cælos euolauit: Hanc secuta est beata Ioanna cognomento Parua, eiusdem ordinis Virgo & Martyr: quæ ob eandem causam, ab hisce perfidis, plumbeis spherulis occisa, migrauit ad sponsum. In Auxitana Prouincia, sanctæ Deuotæ, perpetua obseruantia insignis. Salerni Picentinorum, beatæ [d] Luciæ Virginis, Tertiariæ Franciscanæ, quæ plurimis fulsit virtutibus & miraculis gloriosis. Abulæ in Hispania Tarraconensi, beatæ [e] Annæ de Villaroel Virginis, ordinis Cistertiensis, zelo regularis disciplinæ, silentio & vitæ austeritate spectabilis. Item beatæ [f] Archangelę Tarderæ Virginis, tertiariæ Minoritanæ, abstinentiæ, patientiæ & orationis dono, necnon miris actibus illustris.

SEPTEMBRIS XXVI.

§. 1. SAncta Iustina Virg. Martyr. [a] Virgo fuit Antiochena, prius idolis dedita, sed postea ad Christum conuersa, conuertit & parentes ad fidem. Pulcherrima quidem erat, sed virtute elegantior. Aglaidas, quidam scholasticus genere & opibus illustris. S. Iustinam impuro amore prosequitur, quem spreuit, abiecit, despexit: augetur impius amor per repulsam, vimque ei afferre tentat, sed frustra: crucis signo munita, insanus recurrit ad S. Cyprianum tunc Magum, cuius artificio. B. Virgo acriter tentatur, quæ ad crucis præsidium confugiens, omnia tela extinguit, & vnico crucis signo Dæmonis insultus superat ac vincit, illumque fugat. Quodquidem D. Cyprianus factum admiratus: intellectaque Christi potentia aduersus Dæmones. conuertitur ad Christum, libros magicos comburit, & pœnitentiam prioris vitæ in cinere & lachrymis egit: postea autem Iustina in Diaconissarum numerum computata, & mater Virgin. quæ in Monasterio erant, instituta, Christo inseruiebat: quando ad præceptum Imperat. ipsa simul cum S. Cypriano cóprehenditur ab Eutholmio Præside, & in vincula coniicitur: indè educta, iussit tyrannus S. Iustinam post alapas, crudæ ocreuis immaniter cædi & in accensam sartaginem pice, adipe & cera liquentibus feruenté immitti, sed signo crucis facto super illam, illæsa permansit, ac tandem gladio percussa martyriũ consummauit. Agunt de ea Beda, Vsuardus, Ado, Martyrol. Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. & Tom. 3. Annal. Ecclef. ad an. 311. Molanus in annotation. ad Vsuard. Ferrarius de ss. Ital. & in noua Topograph. ad Martyrol. Rom. verb. *Nicomedia*. Adelelhmus lib. de virginit. Vincentius Beluac. lib. 12. specul. Historial. cap. 119. & seq. Petrus de Natal. lib. 8. Catal. ss. cap. 121. D. Antonin. part. 1. Chron. titul. 8. cap. 1. §. 21. Bergomas de claris mulierib. cap. 101. Græci auté. in Menolog. ad 2. Octob. Metaphrastes, Surius. Lipomanus, Lippeloos, de Voragin. Renatus Benedict. Ribadeneira &c. hac die Bachot. in Fast. Christian. Pancir in Thesauro vrb. Romæ, Region. 2. Ecclef. 8.

B. Margareta Virg. Martyr. [b] Cùm Hugonostici hæretici omnia penes loca sacra horrendis cædibus fœdarent, circa n. 1567 & 1569. atque Mauritaniam in inferiori Neustria Duce Gaspare Colygneo Fráciæ Ammiráte, infestissimis signis ingressi fuissent, soror Margarita parua ex Rothomago ortúda, in sanguinarias §. 2.

guinarias illorum manus incidit, cùmque eorum libini, atque procacitati assentire nollet, ab iisdem diro mucrone confecta est; sicque palmam gloriosi Martyrij est assecuta. Memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die, Annotationib. ad illud, Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. vbi de Monasterio Mauritanio apud Vnellos, quod est 4. Prouinc. Franciæ Parisiens. Barrezzo part. 4. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 33.

B. Ioanna, Virg. Martyr. c] Ob corporis sui
§. 3. exiguitatem, cognominata est *parua*. Cuius meminerunt. Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad ipsum: Gonzaga part. 1. sup. vbi de sacris Martyribus Ordin. Minor. suo æuo, ob Christi fidem passit in Prouincia Franciæ Parisiens. Marcus Vlyssiponens. part. 3. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 59. Barrezzus sup. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. Bosius Tom. 1. de signis Eccles. lib. 7. cap. 3. sæcul. 9. & lib. 12. cap. 22. Tossianus lib. 2. Histor Seraphic. in Custodia Aurelina. Fernandus lib. 3. Histor. Eccles. cap. 19. Hilarion à costa lib. 1. Histor. Catholic. pag. 364. Grauina, *In voce Turturis*. part 2. cap. 24.

S. Deuota. d] Ita Saussayus in Supplemento
§. 4 Martyrologij Gallicani, hac die, quam tamen arbitror, eandem esse cum illa, cuius superius meminimus ad 27. Ianuarij: cuius acta habentur part. 2. Chronologiæ SS. & Abbat. Lerinens. pag. 133. Vincentio Barralli, Salerno, Authore.

B. Luciæ, Virg. e] Nata Catalagironæ, in Si-
§. 5. cilia, nobilibus piisque parentibus: ab iis didicit Deum timere, assiduè orare, pauperibus misereri. Crescens ætate, creuit & virtute: ad opera pietatis promptissima, in Templo prima, in mensa postrema. Salernum profecta, Monasticam vitam professa est tertij Ordinis S. Francisci. Orationi & contemplationi iugiter intenta, etiam dum manibus operabatur, preces non omittebat; semper & vbique cum Deo protrahens colloquium. Affligendi corpus non erat modus, crebra illi verbera, panis arctus, aqua breuis, lectus, humus, subucula, cilicium. Omnium humillima promptissimè obediebat. Florebat circa ann. 1400. Illius festiuitas magno cum honore celebratur, & officium de ea solemniter recitatur, hac die, ex concessione Leonis X. Pontificatus sui anno 2. pridie Calendas Iulij. Agunt de ea Martyrologium Franciscanorum, Annotationes ad illud. Antonius Beatil, in vita sancti Nicolai: libro septimo, capite decimo. Vvadinghus in Additionibus ad Tomo 4. Annal. Minor. §. 19. & seq. sed quia eius sacrum corpus postea translatum fuit in Ecclesiam Monasterij S. Mariæ Magdalenæ Ordinis Benedictini, illam fuisse eiusdem instituti alumnam perperam autumant, Caietanus in Idea operis de SS. Siculis. Ferrarius in catalogo generali SS. hac die, Menardus in Martyrologio Benedictino, ead. die. & lib. 2. obseruat. ad illud & Bochus Pirrus in Notitia Ecclesiæ Syracusanæ fol. 233.

B. Annæ, Virg. f] Huius vita Angelica potius §. 6.
quàm humana extitit: continuum seruans silentium; ad vsque ipsam mortem, duris asserihus, iisque nudis prolecto vtebatur: singulis diebus viuifico Christi corporis reficiebatur Sacramento; quo deuotè sumpto, in extasim mox rapiebatur. Migrauit in cœlum ann. 1600. Iuxta Michaelem Vaquerium in vita B. Mariæ *vela*, part. 1. cap. 47. Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die.

B. Archangela, Virg. g] Hæc sacra Virgo, ex ciui- §. 7.
tate, *Racea*, parente, Petro *Tardera*, matre, Vincentia de *Marquez*, ambobus diuitibus, ac Deum timentibus natà, est quæ ann. 17. suæ ætatis, Christo inaugurata, pœnitentiis ingentibus primordia sumens, magistram cæterarum sororum, in virtute proficeri voluit. In Passionis Dominicæ memoria, tota recondebatur, à vino & carnibus, perpetuò abstinuit, panis & aquæ fomentis satis superque refecta, incredibilis patientiæ signa dedit, cùm per annos 56. miris exquisitisque doloribus & infirmitatibus diuexata fuit: quam eius amorosus sponsus Christus, summis virtutibus exornauit, & mirabilibus celebrem reddidit. Qua de re extant inquisitiones in forma processus habitæ, quæ videri possunt, apud R. P. Antonium Randezium, Minoritam reformatum: ex quo Marianus desumpsit. lib. 6. Chronic. strictor. Obseruant. Reformat. cap. 35. & seq. Obiit sexogenaria anno Christi 1608. De qua Martyrolog. Franciscan. hac die, Annotationes ad illud, Thielmans. Tom. 4. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

QVINTO CALENDAS OCTOBRIS.

ROMÆ, sanctæ [a] Epichardis, mulieris Senatoriæ; quæ in Diocletiani persecutione: plumbatis cæsa, gladio percussa est. In Lætiensi Hannoniæ Monasterio; Diœcesis Cameracensis, Natalis sanctæ [b] Hiltrudis, Virginis, Benedictinæ; quæ Christi amore, sponsum in terris fugiens, ei, quem elegerat, sociari meruit in cœlis. Vuinburniæ, in comitatu Dorcestriæ, Commemoratio Beatæ Tettæ [c] Virginis, Abbatissæ eiusdem Ordinis, genere, vita & miraculis insignis. In Hybernia, sanctæ [d] Lupitæ, Virginis. Apud Clarum-Fontem, monasterium Ordinis Cistertiensis, in Ducatu Luxemburgensi, Beatæ Ioannæ, Virginis Abbatissæ: quæ prosapiæ nobilitate, pietate, sanctitate, & cœlestium ciuium familiari colloquio clarissimæ. Salerni transitus Beatæ [f] Ludithæ Marchionissæ, Viduæ, sanctis moribus ac meritis præclaræ. In Castella, propè Villam-Nouam de Scaphafracta, Beatæ [g] Elisabethæ Loperiæ, Viduæ: Ter-

tiariæ Franciſcanæ, religioſæ fœminæ, ac meritorum copia ſpectabilis. In Germania, veneratio ſanctæ [h] Teclæ Virginis, Abbatiſſæ.

SEPTEMBRIS XXVII.

S. *Epitharidis*, *Martyr. a*] Hanc Græci commemorant, in Menologio, Martyrologium Roman.
§. 1. hac die, Baronius ibid. in notis.

§. 2. S. *Hiltrudis*, *Virgin. b*] Claruit temqore Pipini Reg. Francor. quæ comite Vvingberto, & Ada matre, progenita, in loco, qui dicitur *Letia*. Super Helpram fluuium; Chriſti amore, Hugooem Burgundionum Principem ſponſum in terris fugiens, à Theodorico, Cameracenſi Epiſcopo, circa ann. 700. ſacrum velamen accepit; & annis ſeptemdecim, mundo mortua, ſoli Deo viuens, permanſit in Cellula, quam ſibi fabricandam curauerat, ponè monaſterium Lætienſe, ſois à parentibus extructum & dotatum, ſicque manipulis pietatis & iuſtitiæ onuſta, flore virginitatis, frogeque ditata vberi ſanctæ profeſſionis, carnis oculos in mortem clauſit, atque vitæ immortalis compos, tandem votorum præmia adepta eſt. Vide Martyrologium Romanum. hac die, Baronium ibid. io notis; Molanum in Additionibus ad Vſuardum & in iodiculo SS. Belgij. Vvionem io Martyrologio Benedictino, ex Galleſino, Miræum. in faſtis Belgicis Sauſſayum in Martyrologio Gallicano. Ferrarium in catalogo generali Sanctorum, hac die. & in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Letia*. Malbrancque Tom. 2. de Morinis lib. 5. cap. 17. Simonem Martinum, hac die.

S. *Tetta*, *Virg. Abbatiſſa. c*] Floruit ad annum 725.
§. 3. ſoror exitit Angliæ Regis, factaque ſanctimonialis, & Abbatiſſa, tanta vitæ perfectione pollebat, vt quingeotas circiter Virgioes, magna cum ſanctitatis & diſcretionis laude, in ſuo Monaſterio rexerit: quæcumque enim eſſent perfectionis ac regularis obſeruantiæ, exemplis magis, quàm verbis oſtendebat; miraculis etiam claruit non paucis. Qua de re Rudolphus io vita ſanctæ Liobæ Virgiois 28. Septembris apud Surium. Vvigbertus Abbas, in Epiſtola ad Monachos Glaſconienſes, quàm Germania ſcripſit, quæ eſt inter Epiſtolas ſancti Bonifacij à Serrario editas, 53. Vvion in Appendice ad Martyrologium Benedictinum, & libro quarto ligni vitæ. capite vigeſimo-octauo. Eduardus Maihew Tomo ſecundo Tropheor. Congregation. Anglic. Ordinis Benedictin. ad natales Sanctor. hac die.

S. *Lupita*, *Virgin. d*]Ex Calendario Scotiæ,
§. 4. vnde genus duxit: inde ſanctum Patricium Epiſcopum, fratrem ſecuta eſt in Hyberniam. Ferrarius in catalogo generali Sanctorum, hac die, ex Collectore. At Camerarius libro tertio de Scotorum pietate: & ſanctis Regni Scotiæ capite quarto ad decimum Octobris ex Dempſtero, in Mendicabulis repreſſis. De ea Malbraneque libro ſecun-
do de Morinis, capite vigeſimo. §. 5.

B. Ioanna, *Virg. Abbatiſſa. e*] Filia fuit Henrici, Comitis ac Marchioois Loxemburgenſ. &c. Neptis Haoydis, primæ Clarifontis Abbatiſſæ; cui ob præclaras virtutes puriſſimam, vitamque ſanctam, ſucceſſit ſecunda Abbatiſſa. De ea, monimenta illius Abbatiæ: Iacobus *de Vaux*, Monachus in vita eius. Heoriquez in Menologio Ciſter-
tienſi, hac die. §. 6.

S. *Iudtha*, *Virg. f*] De ea hæc refert Bertholdus in Appendice ad Hermanuum contractum, ſub anno Chriſti 1091. *Iuditha pia memoria Marchioniſſa, nobilis genere, ſed nobilior ſanctitate, vxor quondam Hermanni, religioſiſſima Marchionis migrauit ad Dominum quinto Calendas Oct. Ipſa enim cum marito ſuo religioſe vixit: poſt cuius obitum 12. annos in viduitate, & ſancta conuerſatione permanſit: demum ad Dominum Papam Salernum perueniens, ibique ſuo eius obedientia diſceſſit* Quem ſequitur Barooius Tomo decimo Annal. Eccleſiæ eodem anno in fine.

B. Eliſabeth, *Vidua. g*] Hæc zelo charitatis accenſa; quidqoid bonorum ſibi, poſt viri mortem: reliquum fuit, pauperibus liberaliſſimè erogauit: quæque domum quandam à diro incendio, ligno crucis, miraculosè vindicauit; aliaque miracula fecit. De qua Martyrologium Franciſcanum hac die, Aonotationes ad illud. Gonzaga parte tertia Originis Seraphic. Religionis. in Conoentu, Dominæ noſtræ Rupis Amatoris, qui eſt vndecimæ Prouinciæ ſancti Gabrielis. Marianus libro ſexto Chronic. ſtrictior. Obſeruant Reformat. capite octauo ex Baptiſta Molez. in ſuo Memoriali præfatæ Prouinciæ Thielmanſ. Tomo ſecundo vitar.
SS. Seraphic. Ordin. §. 7.

S. Tecla, *Virginis*, *Abbatiſſa. h*] Ita Ferrarius in catalogo Sanctorum, hac die, ſup. ex Martyrologio Cauiſii, Fuit autem Abbatiſſa *Kitzingen*, alio nomine *Hadeloga* appellata, de qua ſup ad ſecundum Februarij.

QVARTO CALENDAS OCTOBRIS.

APVD Palęstinam in Bethleem Iuda, Sanctæ [a] Eustochii Virginis, filiæ Beatæ Paulæ; quæ ad præsepe Domini, cum aliis Viginibus enutrita, præclaris meritis fulgens migrauit ad Dominum. In Territorio Ansciensi, sanctæ [b] Dodæ, Virginis, vitæ perfectionis eximiæ. Fuldæ, in Territorio Maguntinensi, sanctæ [c] Liobæ, Virginis, Abbatissæ, Benedictinæ; quæ multorum Monasteriorum mater extitit, & ingentibus virtutibus ac miraculis refulsit: Alcazarii, in diœcesi. Toletano, Beatæ [d] Mariæ Monachæ, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ, multorum prærogatiua virtutum insignis. Cordubę, Beatę [e] Artemiæ, summæ sanctimoniæ fœminæ, matris Sanctorum Adulphi & Ioannis Martyrum.

SEPTEMBRIS XXVIII.

§. 1. S. *Eustochia, Virg.* [a]] Migrauit fœliciter hæc illustrissima Heroina, ex hac vita, anno Christi 419. quæ summis laudibus celebratur à sancto Hieronymo, Epistol. 22. de custodia Virginitat. Item ad Pammachium, & Epistol. 79. ad Alipium & Augustinum. Et Epistol. 7. 26. 27. &c. Ad quam etiam nonnullos Commentarios inscripsit, De ea agunt Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, item Tom. 4. Annal. ad ann. Christi 385. & Tom. 5. ad ann. 415. 416. 419. Molanus in Appendice ad Vsuardum, Ferrarius de SS. Italiæ in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Bethlem* & in catalogo generali Sanctor. ad 21. Februar. quo à nonnullis colitur, Palladius in Historia Lausiaca, cap. 136. Paradisus Heraclidis cap. 59. Vincentius Beluacens. lib. 16. specul. Historial. cap. 88. & lib. 17. cap. 89. Petrus de Natalibus lib. 10. catalog. Sanctor. cap. 11. Bergomas de clericis mulierib. cap. 135. Fuit itaque hæc sacratissima Virgo, ad suæ sanctæ genitricis Paulæ imitationem, in primis singulari humilitate, & aliis virtutibus, pariter & litterarum tàm Hebraicarum, quàm Græcarum & latinarum studiis plurimum insignita, & adeò ipsa animæ ornamenta, munditialibus & corporalibus præposuit; vt nihil vnquam prætermiserit, quod ad decus maternum, gloriamque summi Dei Creatoris & Redemptoris sui conducere videretur. Vnde ob hoc, tantam sibi vendicauit famam, vt suo tempore, vniuerso orbi, sanctimoniæ & honestatis prodigium penè appellaretur. Grisius de clericis regularibus sect. 10 §. & 5. Bachotus in Fastis Christianis Gallonius de Virginib. Romanis.

§. 2. S. *Doda, Virg.* [b]] Soror extitit S. Quiteriæ, Virginis & Martyris, (de qua superius ad 22. Maii) perfectaque imitatrix eiusdem sanctimoniæ, & consors gloriæ; cuius sacrum corpus, in propria illius Ecclesia, vici de suo nomine nuncupati, & prioratus, etiamnum honorificè asseruatur: iuxta Saussayum, in supplemento Martyrologij Gallicani, hac die, & Ferrarium in catalogo generali Sanctor. ead. die.

§. 3. *S. Lioba, Virg. Abbatiss.* [c]] Vixit temporibus Pipini & Caroli magni, Reg. Francorum Discipula extitit S. Tettæ, Virginis, Abbatissæ Winburniensis in Anglia, cuius erat indigena. Creuit ergo puella, & tanta Abbatissæ, cunctarumque sororum cura erudiebatur, vt nil aliud præter Monasterium, & cœlestis disciplinæ studia cognosceret; sicque vitam suam instituens, ab omnibus puro diligebatur affectu; & ab omnibus discens, omnibusque obediens, proprias singularum gratias imitando, captabat. Contigit autem eo tempore, vt S. Bonifacius, Christum Germanis prædicans, viros aduocaret sibi adiutores in verbi disseminatione, vbi segetes multæ comprobatæ, sed operarij pauci aderant; viros vndequaque, ex Cassino monte, &c. Congregauit religiosos: sanctimoniales quaque exquisiuit; vt pro fœminei sexus cura, operam adhiberent & laborem. Legatosque direxit in Angliam ad præfatam. B. Tettam Abbatissam: vt transmitteret ei Liobam virginem, quam fama sanctitatis, & doctrina virtutum, tunc per longinqua terrarum spatia diuulgaret, & laude celebri multorum ora repleuerat: quòd & statim opere completum est, præficiturque monialibus in Biscoffshcim: & velut mater spiritualis ac generalis, curam quamplurium Monasteriorum in se suscepit & regimen. Erat enim magnarum virtutum sectatrix, & ita in arrepti propositi vigore roborata, vt nec patriæ, nec suorum meminisset affinium: sed omne studium erga id, quod cœperat, exercebat, vt videlicet semetipsam Deo irreprehensibilem exhiberet, & omnibus sibi obtemperantibus, in verbo, & conuersatione forma salutis existeret. Cauebat semper, ne alias doceret, quod ipsa non fecisset. Nihil quippe arrogantiæ, nihil superbiæ de eius sibi moribus vsurpauit: sed sine personarum acceptione, omnibus se affabilem, ac beneuolam exhibuit. Erat aspectu Angelica, sermone iucunda, ingenio clara, consilio magna, fide catholica, spe patientissima, charitate diffusa, viuens miraculis fulsit, quæ post obitum, in Monasterio Fuldensi sepulta, etiam multiplicauit. De ea agunt. Beda, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis. & Tom. 9. Annal. ad ann. Christi 725, & 755. Molanus in Additionibus & Annotationibus ad Vsuardum. Vvion in Martyrologio Benedictino ex Gallesinio. Ferrarius sup. in noua Topographia verb. *Germania*, Trithemius lib. 3. viror.

Illustr. Ordin. Benedictin. cap. 173. Serrarius in Moguntiacis lib. 3. notat. 24. in vita S. Bonifacij post Othlonum ibid. lib. 1. cap. 30. Surius, Renatus Benedictus, Doubletus Haræus, & alij in vita S. Liobæ, hac die, Petrus Cratepolius, de Episcop. German. Myræus in Fastis Burgundic. ad 1. Maij in S. Vvalburga. Harpsfeldius sæcul. 8. Hist. Eccles. Anglic. cap. 4. Eduardus Maihew Tom. 2. Trophæor. Congregation. Anglic. Ordin. Benedictin. ad natales Sanctor. hac die, Raderus Tom. 3. Bauariæ sanctæ in S. Vvalpurga. Vicelius de sanctis Ecclesiæ Dei.

§. 4. *B. Maria, Virg. Tertiar.* [d]] Tribus eminebat virtutum surculis, oratione, humilitate & patientia; simplicitate verò innocentiæ incomparabilis erat; nec eam vnquam peccasse lethaliter asseritur. Vitam eius admirandam referunt Blasius Laghina, in suo memoriali. Marianus lib. 6. Chron. strictior. Obseruant. Reformat. cap. 17. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. de ea Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. obiit ann. 1573.

§. 5. *B. Artemia.* [e]] Illius meminerunt S. Eulogius lib. 2. memorialis Sanctorum. cap. 8. & Baronius Tom. 9. Annal. Eccles. ad ann. Christi 825. §. 58. ex actis SS. Adulphi & Ioannis, filiorum eius Martyrum, sub Mauris. die 27. Septemb. anno Christi 851. & 14. Nouemb. apud Surium in Actis SS. Floræ & Mariæ. Virg. & Martyr. hisce verbis. *Sanctam verò hanc Virginem Mariam Deo deuouens, Cuteclarensi cœnobio, quod gloriosæ & semper Virginis S. Mariæ genitricis Domini fulget memoria consignauit; constituens eam apud quandam summa sanctimonia fœminam, Artemiam nomine. Quæ & ipsa geminum pignus per martyrialem obitum olim cælo præmiserat: Adulphum scilicet & Ioannem qui in primordio Regni Principis huius viriliter de hoste triumpharunt:* &c. *Artemia igitur gratia sanctitatis, prouectæque ætatis, seu obitum Martyrum filiorum, cæteris in eodem cœnobio commanentibus fœminis antecellens, totius virginalis Monasterii Conuentus iussu authoritatis eius emendabatur. Docuit autem puellam, sicut ipsa nouerat, Deo seruire, in omni humilitate, castitate & obedientia, & timore Domini animum eius exercens.* &c.

TERTIO CALENDAS OCTOBRIS.

IN Armenia, sanctarum [a] Virginum Ripsimis, Gaianæ Abbatissæ, & sociarum, Martyrum, quæ horrendo mortis genere interfectæ sub Turidate Rege, victrices palmas reportarunt. In Perside, sanctæ [b] Gudeliæ, Martyris, quæ cùm plurimos conuertisset ad Christum, ac solem & ignem adorare noluisset, sub Sapore Rege, post multa tormenta, cute capitis detracta, ligno affixa, meruit obtinere triumphum. Ibidem, sanctæ [c] Casdoæ, Martyris, vxoris sancti Dadæ, Martyris; quæ vnà cum eo honoribus spoliata, ac variis tormentis dilaniata, post longos carceres, gladio est animaduersa. Lilerii in Territorio Attrebatensi, sanctæ [d] Liliæ, Virginis; quæ copiosum Christi sponsarum numerum militiæ regulari adscripsit, vitæque semitas, quas calcabat immaculato tramite, edocuit, & ad superna euolauit. Apud Tordesyllarium in Palentino Territorio oppidum, Beatæ [e] Ginebræ à Fonseca, Virginis Clarissæ: quæ nobili genere nata, summa Regulari obseruantia, ac vitæ austeritate emicuit. Valentiæ in Hispania, Beatæ [f] Nicolaę Calatayud, Dominicanæ, quę omnem vitam in exercitiis orationis, pœnitentiæ, & sanctimonię ducens, miraculis, etiam refulsit.

SEPTEMBRIS XXIX.

§. 1. SS. *Ripsimis, &c Virg. Martyr.* [a]] Cùm Dioclestianus Imperator vxorem ducere vellet, intellexit sanctarum Virginum chorum exerceri in Monasterio, quibus præerat quædam Gaiana; inter illas autem vnam esse. Ripsimem vocatam; & ab ipsa Gaiana, (cùm essent ambæ Christiani generis & sanguinis) in pietate educatam atque eruditam; quæ sicut specie virtutis, ita etiam pulchritudine corporis erat insignis; vel ipsa eius imagine Imperator accensus, quam ad eum depictam, quidam pictor attulerat, ipsam amabat vehementissimè: cuius rei conscia Christi Virgo fuga sibi salutem quærere iudicauit: simul cum ipsa B. Gaiana Abbatissa, & cæteris sociis Virginibus, transmigratque in Barbaram Armeniorum Regionem: & venit in ciuitatem *Ararat* Quodcum resciuisset Diocletianus, scribit statim ad Tiridatem Armeniæ Regem, vt ipsam B. Riplimem, captam ad se mittat. Verum ipsemet Tiridates Rex eam cupiens habere in vxorem, quęsiuit, inuenit & apprehendit: ad quem cùm traheretur inuita, egregiè coram eo se confirmat ad tuendam virginitatem suam: & immanissimè interimitur. Nam manibus præclusis iussa est linguam proferre, quam excindunt satellites: postea fracta tunica, & extensis verisque manibus illius ac pedibus, eum eam rectis lignis alligassent, vrebant lampadibus: deindè cùm acuto lapide ventrem exeruissent, in terram effundunt

intestina

intestina, & eius adhuc parum palpitantis oculos effodiunt, & totam minutatim discerpserunt. Porrò sociæ eius 33. Virgines, quæ venerant, ad conquirendas Martyris Reliquias, cùm fuissent ipsis latebris deprehensæ, iugulantur post diros cruciatus: postea B. Gaiana cum duabus Virginibus dire cruciatur: & primum quidem Tyrannus perrumpit earum vestes, deindè earum etiam extensis manibus & pedibus, & talis perforatis; illinc per fistulas vento implet inspirato. Vbi autem disiuncta est pellis à sua cum carne coalita coniunctione, Virgines miseri excoriant, quæ tamen diuina non nudabantur gratia, quæ illis præsto aderat, eas confortans in constantia fidei, & expectatione gloriæ futuræ. Cùm autem vidit Tyrannus eas ita exuisse pellem absque vlla molestia, eis fecit linguas eximi; Cùm itaque Virginibus collum foisset pone perforatum, eis linguæ exciduntur radicitùs: deindè cum lapidibus instar gladiorum acutis & secantibus, execti fuissent ventres, & vniuersa intestina profusa in terram eis capita amputantur. De eis agunt Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Armenia*. Metaphrastes [illegible] ppomenus. Sorius. in Actis S. Gregorii Armeni, Episcopi & Martyris, cap. 17. & seq. ad 30. Septemb. Nam Græci agunt, hac die, vel sequenti. Constat quippe ex eisdem Actis, has passas esse 26. Septemb. at. 27. die, Gaiana cum sociis Martyrium consummauit: sicque hac fortassè die Translatio celebratur. De eis Iterum Antonius Alegre in paradiso Carmelitici decoris statu 2. ætate 4. cap. 42. Petrus Thomas Sarracenus in catalogo Sanctorum Carmelitar.: Arnulphus lib. 5. Comitior. general. cap. 8.

§. 2. *S. Gudelia, Martyr.* [b]] Ita Martyrologium Romanum, hac die, Baronius Ibidem. in notis. Græci in Menologio: Ferrarius sup. in noua Topographia verb. *Persis*.

§. 3. *S. Casdoa, Martyr* [c]] Græci ibidem in Menologio; Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibidem in notis, & Ferrarius sup.

§. 4. *S. Lilia, Virg.* [d]] Luglio & Lugliano, Regiis sanctisque fratribus, 690. erat soror ipsa B. Lilia Virgo, puellarum decus ac gemma. Castius nihil vidit Hybernia. Virginitate masculam fortitudinem in arduis subministrante. Fœmineum illa, sed egregium cœtum aggregauit, simul templum exædificans, cuius curam omnem cl[illegible] cuipiam sedulo fidoque ita credidit, vt ea perpetuò sicuti ex eius domo familiaque tradux adhæreret. In illo Templo inerat statua insignis, Liliam vti viuam referens, additaque eius corporis particula. Cùm verò istis clericis in more positum esset, ad signum illud pro communibus ærumnis pro vultu preces fundere: quoties seu famis, seu pestilentiæ, seu quodlibet aliud generale malum patriæ imminebat, eius à Virgine certò præmonebantur, necnon remediorum, quibus præuerti posset: sicque eius imago prænuntiabat patriæ aduersitates. vti testatur. Iacobus Malbrancq In Morinis Tom. 1. lib. 4. cap. 30.

B. Ginebra, Virg. [e]] Vocata est *Ginebra*, seu *Iuniperа*, clarissimis orta natalibus, & inculpatissimæ vitæ soror, quæ nedum orationi instantissima fuit, cùm à matutinis nunquam lectulum repetierit; sed & quod sibi vitæ, ab ingressu religionis residuum fuit, id in perpetuo ieiunio, atque carnis maceratione transegit: quamobrem plurimis prærogatiuis, hisque maximis à Deo cumulari meruit. Claruit circa ann. Christi 1565. Apud Monasterium S. Claræ Tordesillarum, quod est 2. Prouinciæ Conceptionis in Hispania. Illius meminerunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotation. ad illud. Gonzaga part. 4. Origin. Seraphic Religion. in eo Monasterio. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 43. Valerius de SS Fœminis Ord. Min. lib. 4. cap. 42. Vvadinghus Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. Christi 1565. §. 12. §. 5.

B. Nicolaa [f]] Prius tertium Ordinem, deindè primum S. Dominici professa est in Monasterio S. Catharinæ Senens. Valentiæ vrbis, in quo magna cum vitæ sanctitate, & miraculis illuxit: vti referunt Lodouicus Hurreta cap. 15. Historiæ de SS. Æthiopiæ: & Ioannes à S. Maria part. 2. vitar. SS. Ordin. Prędic. lib. 3. Alia est à S. Nicolaa, cuius corpus allatum est ab Vrbe Roma Lutetiam, & repositum apud Monasterium pœnitentium filiarum S. Magdalenæ ann. 1655. §. 6.

PRIDIE CALENDAS OCTOBRIS.

ROMÆ transitus sanctæ [a] Sophiæ, Viduæ, Matris sanctarum Fidei, Spei & Charitatis, Virginum & Martyrum: quæ egregio peracto pro Christo certamine, processit ad coronam. In Romarico Monasterio, apud Vogesum montem, Tullensis Diœcesis, sanctæ [b] Adfalduidis, Virginis, filiæ sancti Romarici: quæ vitæ Monasticæ obseruantia, & eximia pietate floruit. Apud Iussanum Monasterium, iuxta Vesuntionem in Sequanis, sanctæ [c] Sirudis Virginis Abbatissæ Benedictinæ, meritis & virtutibus spectabilis. Pisauri in Picœno, Beatæ [d] Fœlicis à Meda, Virginis, Abbatissæ Clarissæ: spiritu prophetico, & miraculorum gloria insignis.

SEPTEMBRIS XX .

§. 1. S. *Sophia Vidua* [a]] Mulier fuit pia ac religiosa, & timens Deum, genere clarissima, natione Itala, patria Mediolanensis; quæ viduata marito, cum tribus filiabus solis vitam agebat perfectione plenam: Ea autem simul cum filiabus Virginibus, quæ erant valdè honestæ, & elegantes animo & corpore, Romam venisset, deuotionis ergò, multas fœminas ad fidem conuertit, & exemplo suæ castitatis ac virtutis, plurimas mulieres christianas effectas, ad amorem tantæ perfectionis illexit. Cùm autem celebraretur apud omnes, ipsius & filiarum eius prudentia & virtus, & in Christum Religio, Antiochus vrbis præfectus eas accusat apud Imperatorem, capiuntur, sistunturque coram tribunali: cuius iussu tres filiæ, glorioso Martyrio coronantur 1. Augusti vti superius narrauimus. Quarum corpora piè S. mater sepeliuit 18. milliario ab vrbe: quæ dùm postea ad Tumulum earum oraret, sanctissimè obdormiuit in Domino; quo in loco, sepulta est à deuotis fœminis, quæ eam secutæ fuerant: vbi miraculis plurimùm illustrata est: erat nobilis memoria, via Aurelia, eiusdem S. Sophiæ, quæ hactenus perseuerat. Agunt de ea Martyrologium Roman. hac die, Baronius. Ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 521. Petrus de Natalib. lib. 7. catalog. Sanctor. cap. 7. Vincentius Beluacens. lib. 10. specul. Historial. cap. 84. & 85. D. Antoninus part. 1. Chronic. Tit. 7. cap. 5. §. 5 Bergomas de claris mulieribus cap. 92. hac die. Surius ead. die Plura de eadem. in actis filiarum eius ad 1. Augusti. At Ferrarius de SS. Italię hac die, & in catalogo SS. die 1. August. ex Martyrologiis Maurolyci, & Gallesinii, colitur autem Ferrariæ, & alibi die 5. Octub. Panciroli in Thesauro vrbis Romæ. Regione 4. Eccl. 5. Schedel sexta mundi ętate fol. 112. Decretus part. 2. verę viduę.

§. 2. *S. Adfaldudis, Virg.* [b]] Egregium conficit tyrocinium sub S. Magdelfede, & magnæ sanctitatis Abbatissæ (de qua sup. ad 15. Martij.) simul cum sorore Germana S. Cæcilia, Virgine; quæ vti duo primaria sydera, ingentibus Diuinæ gratiæ splendoribus radiantes, choro illi purissimo, ancillarum Dei, imo sponsarum Christi pręluxerunt. Ita Saussayus in Martyrologio Gallican. ad 8. Decemb. vbi de S. Romarico. & in Appendice ad illud.

§. 3. *S. Sirudis, Virg. Abbatiss.* [c]] Fratrem habuit S. Donatum Vesuntiunens. Episcopum circa ann. 633. qui animarum zelo ardentissimè flagrans, & castitatis amator, Sirudem sororem, Virginem sanctissimam, ad Virginitatis perennem cultum ampliùs confortauit: in cuius gratiam Monasterium Iussanum B. Mariæ construxit; vbi eandem sororem suam, primariam pręficit Abbatissam, propriamque matrem, *Flauiam*, nomine, quæ nugarum sęculi pertęsa. sese cum filia, ad soli Deo seruiendum dicto loco incluserat, Ibidem piè defunctam sepeliuit: illicque D. Si[rudis] Virgo, dignissimè perfuncta officiis condita fu[it]. Ita Gallia Christiana in Episcop. Vesuntinis. Saussayus in Martyrologij Gallicani supplemento 7. Augu[sti]. Ionas in vita S. Columbani Chifflctius in sacra Vesuntione. Lanouius. in Chronico generali Ordin. Minim. ad ann. 1607. §. 3. quo Patres Minimi i[l]lum locum in Conuentum sui Ordinis commutaruut.

B. Fælicis, Virg. Abbatiss. [d]] Cùm ipsa Virgo, vtroque charo nobilisque orbata parente Mediolani §. 4.
remansisset, alteri eius sorori vterinæ, atque cuidam germano fratri, vt bonis communibus piis loci, pauperibusque erogatis, religionem ingredi vellet, suasit. Facto itaque illo Franciscano, istæ Clarissarum habitum in S. Vrsulæ monasterio Mediolani induerunt anno. 1400. In quo eius soror, quatuor tantum vixit superstes. Beata verò Fœlix vigintiquinque annis continuis simplicem monialem strenuè egit. Q[ua]ę tanto Spiritus feruore, spiritualibus exercitiis, & mortificationibus corporis, iugiter operam dedit, vt cęteris stuporem haud modicum incuteret Nudis pedibus incedebat, ieiuniis omninò addicta erat, disciplinis quotidianis corpus suum edomabat, cilicium ad carnem deferebat, orationi sine intermissione vacabat, mandatis pręlatorum prompto animo parebat, eaque omni cum humilitate, ac submissione exequebatur. Viliora infimaque monasterii, ampliori diligentia, & gaudio, opere complebat; seipsam despiciebat, & corpus suum nimia austeritate tractabat. Sępè à Dœmonibus, variis tentationibus ac spectris & illusionibus exagitata est, sed oratione, seu aqua benedicta, protinùs ea omnia fugabat. His aliisque virtutibus rutilans, Abbatissa, licet inuita, pręficitur, ann. 1425. quod onus per annos 15. tanta cum humilitate, ac vitæ optimę exemplo exercuit; vt illius fama confestim per Italiam euolarit: spiritu prophetico, & signis admirandis clara, ante & post obitum ann. 1444. cuius corpus posteà à terra leuatum, integrum & incorruptum, translatū est in locum honorificè à Ducibus Vrbinatibus erectum & decoratum. Agunt de ea Martyrolog. Franciscanum. hac die. Annotationes ad illud. Ferrarius ead. die. in catalog. Sanctor. Iacobillus de SS. Fulginatib. sub. 22. Iulij. Augustinus Gallucius in vita eius. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 2. cap. 15. Tossinianus lib. 2. Histor. Seraphic an. 1445. Marcus Vlyssiponens. part. 3. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 51. Gonzaga part. 2. in præfato Monasterio Pisauriensi, quod est 15. Prouinc. Marchiæ, Vuadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1415. §. 25. 1439. §. 49. & seq. 1444. §. 59. & seq. Item tom. 7. ad ann. 1478. §. 64. & 65. ex Mariano lib. 4. cap. 5.

OCTOBER.



OCTOBER

CALENDIS OCTOBRIS.

ANCONÆ, sanctæ [a] Laurentiæ, Virginis & Martyris. Vlyssipone in Lusitania, sanctarum, [b] Maximæ & Iuliæ, Martyrum, sororum Beati verissimi, Martyris, quæ in persecutione Diocletiani passæ sunt. In Anglia, passio sanctarum [c] Leofronæ, Abbatissæ sanctæ Mildrithæ, & cæterarum Sanctimonialium, ac Virginum, Benedictinarum; quæ captæ à Danis & Ludibrio expositæ, ab eisdem, diuersis tormentorum generibus, crudelissimè sunt interemptæ. In castro Barrensi, ad sequanam, Diœcesis Lingonensis, Natalis sanctæ [d] Germanæ, Virginis: quæ cœlestem vitam auspicata, editis diuinæ imitationis factis, excussa mortis sarcina: euolauit ad gloriam. Apud Ferrariense cœnobium, in Territorio Senonensi, sanctæ [f] Montanæ, Virginis, Cauensis Abbatissæ, pietate & regulari obseruantia celebris. Apud Sardiniam, in Sulcitana insula, sanctæ [f] Rosæ, Viduæ, matris sancti Antiochi, Martyris: quæ bonis operibus ad cumulum locupleta, fœliciter obdormiuit in Domino. Granatæ, Beatæ [g] Ludouicæ à cruce, Viduæ, Clarissæ; generis nobilitate ac monastica obseruantia illustris; quæque in Abbatissam electa, charitati, humilitati, pœnitentiæ, atque rerum cœlestium meditationi iugiter adhæsit. Panormi. in Sicilia, Translatio sanctæ [h] Flauiæ, Virginis & Martyris.

OCTOBRIS PRIMA DIES.

ANNOTATIO.

§. 1. SANCTÆ Laurentiæ, Virg. & Martyr. a] Baronius, illius meminit Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi 303. §. 122. Ferrarius in catalogo generali Sanctor. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Anconitanæ. item in SS. Italiæ. erat socia seu ancilla S. Palatiatis, non nutrix. Galterius. in tabula Chronographic. sæcul. 4. in sanctis & illustrib. viris. Pancirola in thesauro vrbis Romæ Regione 15. Ecclesia 16.

§. 2. SS. Maximæ, &c. Martyr. b] Agunt de his Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis & Tomo secundo Annal. Ecclesiæ ad annum 303. Pezius, de Natalibus lib. 11. catalog. Sanctorum, capite vltimo parag. 268. Vasæus in Chronic. Morales. lib. 10. cap. 14. Villegas in flore SS. Hispan. Trugillus Tom. 4. thesauri concionator, Ferrarius. in noua Topographia ad Martyrologium Romanum, verb. Vlyssipo. Biuarius in commentar. 2. ad Flauij. Lucii. Dextris Pseudochronicon, sub. ann. 31. 308.

S. Leofronæ, Abbatiss. &c. Martyr. c] Superius ad 24. Augusti commemorauimus, quanta cum immanitate & Barbarie, Dani ab anno Christi 793. ad an. circiter 879. in sanctimoniales, & Monasteria earum sæuierint; nunc denuò in Angliam iisdem irrumpentibus, non minora crudelitatis visa sunt ab ipsis, cunctis locis sacris illata, ab ann. 988. vsque ad ann. 1016. nam vrbe Cantuariensi ann. 1011. circa præsentem diem capta; ab ipsis perfidis paganis, c[illegible]untur, S. Leofrona, Abbatissa, Monasterii S. Mildrithæ, §. 3.

puellæ, Virgines, aliæque omnes sanctimoniales, earum Monasteria expilata & depopulata, ac tandem trucidantur vniuersæ: Eamdem crudelitatem exercuerunt in cæteras Angliæ Regni oras: vti testantur. Houedenus, Vvigorniensis & Vvestmonasteriensis, de rebus Anglic. Osbernus in vita S. Elphegi cap. 8. April. 19. Author. libri. de Antiquitatib. Britannic. in Elphego & Agelnotho. Stows in Annalib. Anglic. Capgrauius in vita S. Mildrithæ, At Vvion in Martyrologio Benedictino. Menardus ibid. lib. 1. Obseruation. ad illud. Ferrarius in noua Topographia, sup. verb. Anglia: & in catalogo generali Sanctorum ex Martyrologio Anglico, & Canisio 30. Iulij. Verius autem 30. Septemb. vel 1. Octob. vti reponit Eduardus Maihew. Tom 2. Trophæor. Congregation. Anglic. Ordin. Benedictin. ad Natales SS hac die.

§. 4. *S. Germana, Virg. d*] Huic sponsus sanguinum Christus, ob effusum pro suo nomine, pretiosum cruorem, speciosam æterni decoris clamydem, in victoriæ præmium donauit, & coronam gloriæ immarcessibilem. Ita Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die: post vetustissimum Monasterij Patrum Benedictinorum S. Sabini seu Sauini, de Leuitania in montibus Pyrenæis, in agro Tarbiensi, Martyrologium MS. ab hinc circiter 500. annis exaratum in Pergameno, ad calcem eiusdem Gallicani martyrologij. In quo tamen Virgo tantum nominatur.

§. 5. *S. Montana, Virg. e*] Per studia castitatis multas Christo sponsas progenuit: cui & ipsa cum lampade puritatis & fidei occurrens, & in cœleste palatium, consors æternarum nuptiarum admissa est: cuius corpus Ferrarias fuit aduectum, vbi honorificè seruatur, ac piè colitur: iuxta Menardum in Martyrologio Benedictino, hac die, & lib. 2. Obseruation. ad illud. ex Calendario illius loci. Saussayum supra ead. die.

S Rosa, Vidua. f] Ita Ferrarius in catalogo generali Sanctor. hac die ex Tabulis Ecclesiæ Sul[illegible]tanæ: & actis S. Antiochi Martyr. sub Adriano Imperator. De ea iam egimus 1 Septemb. quo illius memoria celebratur hac die autem Natalis eiusdem colitur. §. 6.

B. Ludouica, Vidua. g] Cùm esset nobilissima in sæculo, atque ex inclytis Herois, Michaelis ab Iranzu Castellæ Conestabilis, eius viri, morte, vidua remansisset, Christo cœlesti sponso in posterum nuptura, alterius personam induens, Clarissarum Monasterium Astigij, incognita omninò ingressa est, vbi & communem vitam, atque Regulam sub communi habitu, cum aliis professa; indèque fundatorum voto ad hoc translata, primus haud dubiè fundamentalis lapis totius ædificij extitit. Nam in Abbatissam electa, vitæque asperitati, pœnitentiæ, charitati, continuæque Diuinarum rerum meditationi, atque humilitati omninò dedita; aduentantes sorores bonis moribus, omnique pietate adeò informauit, vt magnæ bonitatis, ac sanctitatis, nouem post se reliquerit, anno à partu virgineo 1511. Sepulturam nacta in medio chori. De qua Martyrologium Franciscanum hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part 5. Originis Seraphic. Religionis in Monasterio sanctæ Elisabeth. Granatensis quod est 12. Prouinciæ Granatensis. Barrezazus parte quarta Chronicorum Minorum libro 1. capite 37. Valerius de [illegible]. Fœmin[illegible] is Ordinis Minorum libro 4. capite [illegible] §. 7.

Translatio S. Flauiæ, Virg. Martyr. h] Sic Ferrarius in catalogo generali Sanctorum, hac die, ex Martyrologio Octauij Caietani cuius corpus in domu societatis Iesu asseruatur. §. 8.

SEXTO NONAS CTOBRIS.

IN Ægypto, sanctæ [a] Alexandræ, Virginis, mortificatione, solitudine, abstinentia, & pœnitentia præclaræ. Parisiis, depositio sanctæ [b] Cæliniæ, Virginis, sanctæ Genouefæ alumnæ, cuius festiuitas duodecimo Calendas Nouembris potissimum agitur. Apud Gandauum, sanctæ [c] Agletrudis, Virginis, Ordinis Benedictini, filiæ sancti Bauonis Hasbaniæ Comitis; quæ vitæ puritate, Religionis cultu, virtutum ornatu, atque omnis sanctimoniæ gratia fuit conspicua. Panormi in Sicilia, Beatæ [d] Hieronymæ à Messana, Viduæ, Clarissæ; sanctitate, pœnitentiæ dignis fructibus admirabilis. Assisii in Vmbria, Translatio sanctæ Claræ Virginis, Abbatissæ: tempore Alexandri Papæ quarti.

OCTOBRIS II

§. 1. S. *Alexandra, Virg. a*] Hæc à proco sæpius ad stuprum sollicitata, ne læderat amantem, aut ipsa læderetur: supra fœminam sapiens, vrbe relicta, oris venustate cum pudore diligentissimè seruare curans, consedit intra quoddam sepulchrum, illicque clausa & abscondita in situ & squalore tenebrarum horrentium, tenerrima Virgo duodecim annos consumpsit; per foramen exiguum, vitæ necessaria suscipiens, nulli nec viro, nec fœminæ visa, orationi & cœlestium rerum meditationi iugiter intenta finem vitæ cum spe bona patienter expectans. Cæterum vbi se ad sempiternam lucem ex tam longa sepulchri necte euocari sensit; composito ad honestatem corpusculo, dormienti similis requieuit. Cùm autem ministra victum allatum offerret, nec sibi responderet iam defuncta Virgo, remota saxi mole, reperta est exanguis circa ann. 400. scribunt de ea. Palladius in Historia Lausiaca. cap. 5. Vincentius Beluacens. lib. 17 Specul. Historial cap. 67. D. Antoninus par 2. Chronic. titul. 15. cap. 8. §. 4. ex quib. Lipomanus. Raderus part. 3. viridarij SS. cap. 5. §. 1. Antonius Alegre, in paradisu Carmelitici decoris, statu. 1. ætat. 6 post Christum, cap. 141. catalogus SS. Carmelitar. antiquus Fulgosius lib. 4. memorabil. cap. 5.

§. 2. S. Celinia, Virg. b] Memoratur apud Maurolicum in Martyrologio. Ferrarium in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Parisijs*, & in catalogo generali Sanctor. hac die; Saussayum in supplemento Martyrologij Gallic. ead. die, ex vita S. Genuuefæ Virgin. apud Surium 3. Februar. capite quindecimo.

§. 3. *S. Agletrudis. Virg. c*] Insignis castitatis Virgo extitit, quæ admiranda sua sanctitate, ipsis quoque parentibus, sanctioris vitæ viam aperuit, circa an. 600. teste Theodorico, Abbate S. Trudonis, in vita sancti Bauonis Confess. capite 1. Comitis Hasbaniæ, patris ipsius S. Agletrudis. *Decursu temporis ... ita ei nascitur Agletrudis, & ipsa à Deo praelecta, virginitatis centesimo fructu, vt post patuit, renumeranda. Denique primo ætatis suæ tyrocinio, inter ipsa crepundia, quæ, qualisve futura, quomodo victura, qua lege virginitatem suam esset conseruatura, Angelus Domini certa ei præscripsit regula. Nec defuit prudenti adolescentulæ omnipotentis dextera, quæ membra animaret iuuenilia, & eleuaret ad summæ perfectionis fastigia, in tantum, vt in principio conuersationis nouellæ, ipsis quoque parentibus propositum fieret imitabile.* Hæc ille; quem sequuntur Lippelous. Tom. 4. ibid. & Menardus in Appendice ad Martyrologium Benedictinum die 1. Octobris.

§. 4. *B. Hieronyma, Vidua. d*] Magnæ sanctitatis & admirabilis pœnitentiæ soror fuit; in antro, quondam vitam agens solitariam, humi cubabat, quotidiè in pane & aqua ieiunabat; ac demum post annos 40. in eodem loco supremum diem exoluens, emigrauit ad cœlum anno Domini 1590. cuius corpus humatum est Panormi, in sancta Maria de Iesu. Teste Grauina, *In voce Turturis*, part. 2. cap. 24. vide Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud.

Translatio S. Claræ, Virg. e] Completa expensis Pontificis structura duplicis Ecclesiæ intra muros vrbis Assisiatis ad ædem S. Gregorij cathedralem, interioris pro monialibus, exterioris collocando S. Virginis Claræ corpore, translatus est summa authoritate pretiosissimus Thesaurus, à Templo S. Damiani, in quo annis 5. iacuerat, ad nouum Templum eius nomini dicatum, præsentibus Episcopis, Perusino, Spoletano, & Assisiate, quibus præceperat Alexander. 4. vt omninò interessent. Sequutæ sunt magistram discipulæ, commutantes antiquum & angustum reclusorium, nouo, amplo, capacique Parthenone. Facta est hæc Translatio magna cum solemnitate in vigilia festi S. Patris Francisci anno 1260. sed propter eius solemnitatem celebratur 2. die Octob. vti referunt martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Marcus Vlyssiponens. part. 2. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 4. & lib. 9. cap. 16. Molanus in Additionib ad Vsuard. Ferrarius in catalog. general. Sanctor. Balinghen in Calendario Virgin. Mariæ. ead. die. Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. Christi 1260. §. 40. Anno verò 1265. Vrbanus 4. Assisium veniens. Dedicari curauit idem Templum S. Claræ per Rodulphum Cardinalem Episcopum Abbanensem, die 1. Septemb. consecrante ipso Papa altare maius, sub quo corpus S. Claræ requiescebat; & Stephano Cardinale Episcopo, altare SS. Georgij, Cosmæ & Damiani: vide Vuadinghum sup. ad ann. 1265. §. 20. & alios sup. §. 5.

QVINTO. NONAS OCTOBRIS.

CONSTANTINOPOLI, Natalis sanctarum triginta Monialium, quæ pro cultu sanctarum imaginum, vincula, carceres, & verbera perpessæ, decertarunt vsque ad mortem. Apud oppidum sancti Nicolai de portu, in Lotharingia, Diœcesis Tullensis, veneratio sanctæ [b] Mennæ, Virginis eximiæ fidei, ac religionis; quæ excussa mortis sarcina euolauit ad gloriam. Suessione in Monasterio sanctæ Virginis, Deiparæ: transitus sanctæ [c] Theodoræ, Virginis, Abbatissæ Benedictinæ: quæ non tam Regio stemmate, ex quo ortum ducebat, quàm Christi seruitute, & monastica obseruantia nobilis resplenduit. Bononiæ, Beatæ [d] Paulæ Baptistæ Mezauacæ Virginis, Clarissæ, meritorum prærogatiua, signorumque stupendorum, quibus micuit, coruscatione conspicuæ. Poundini in Germania, Beatæ [e] Irmengardis, Viduæ Abbatissæ, Ordinis, Cisterciensis; cuius vita egregiis sanctitatis exemplis effulsit, eiusque mors preciosa in conspectu Domini apparuit.

OTOBRIS III.

§. 1. SS. *Triginta Monial. Martyr.* [a]] Illustre quidem ceidit, sed admiratione dignum; quo tempore, tot præpositi Monachorum, & alij, qui videbantur esse columnæ, vrgente Leonis Imperatoris Iconoclastæ persecutione, corruerunt: erigunt vexillum catholicæ confessionis fœminæ sexu fragiles: Moniales siquidem 30. vnius Monasterij, ea de causa, & carcerem & verbera pertulerunt: insuper & exilium, aliaque grauia; ad quas extat, D. Theodori Studitæ epistola, quas ipsas commendat atque hortatur ad perseuerantiam, lib. 2. Epistol. 59. Apud Baronium Tom. 9. Eccles. ad annum

Christi 816. §. 10. & 21. Grisium de clericis Regularib. §. 15. & § 5.

§. 2. [1] S. *Menna*, *Virg.* [b]] Vocitatur, *Manna* & *Mnana*: ex pago *Soleza*, seu *Solosse*, oriunda erat, haud longè distito à castro nouo, ad *Verrem* amnem. Patrem habuit Bactium, sanguine Regio progenitum: fratres verò SS. Eucharium, & Eliphium seu Elophium, Martyres, circa ann. 379. sub Iuliano Apostata, & sorores quatuor, sanctitate illustres fueruntque, sicut fidei, ita & vnius eiusdemque scilicet monasticæ professionis. Itaque S. Menna, iam adulta facta, spretis, quibus parabatur nuptiis præstanti forma puella, ad Catalaunensem accessit Episcopum, à quo iam dudum Catalauni sacro fonte lota, & educata fuerat, sacris tum operantem, vt quam deperibant proci formam, eo abscondens quod afferebat, velo. Sed abnuente Antistite, ne Bactium læderet parentem, tantò audentior, quanto mortali superior, Angelus fecit, qui sublatum in auras velum, summo & æterno Pontifici benedicendum obtulit, & Mennæ capiti spectantibus omnibus, sensim delapsum imposuit: quo viso miraculo, Episcopus consuetas perfecit ceremonias, & benedixit Mennæ. Paucis post hæc diebus, prædiues & nobilis adfuit procus, cui ad matrimonium ineundum à Mennæ parentibus dictus fuerat dies, sed factum & euentum audiens, ab incoeptis recessit, à quo tempore, Deo magna tranquillitate inseruire toto corde studuit: in sua patria; exindeque moram trahens apud *Fontenetum*: quo vsque mors vitæ finem imposuit, hac die, anno 380. multis deinceps illustrata miraculis Eius sacrum corpus postea ad portum delatum, (vti superius annotauimus ad 15. Maii) & in Ecclesiam sanctimonialium reconditum, magna populi frequentia honoratur; coliturque officio Ecclesiastico, cum octaua, veluti huiusce Abbatiæ patrona. Scribunt de ea, Rupertus, Abbas Tuitiensis, in Actis S. Eliphij, Martyris. Apud Surium 16. Octob. capite primo. Manuscripta monimenta Eccles. Liberodunens. & Portus suauis. Ioannes Ruys. lib. 1. part. 3. Antiq. sacrar. Vosagiens. Carolus Rapinæus. in Annalibus Eccles. Diœcesis Catalaunens. sub Episcopo 2. in vita S. Mennæ Virgin. Iacobus Riualdus. part. 2. Lilior. Galliæ sanctæ. cap. 5. in ea. Saussayus in supplemento Martyrologij Gallicani. Ferrarius in catalogo generali Sanctorum. hac die. ex Calendario Lotharingiæ. Gononus lib. 4. vitar. Patrum Occident. in vita S. Libariæ, Virginis & Martyris, sororis eius, ex Breuiario Tullensi, octauo Octobris.

§. 3. *S. Theodradis*, *Virginis*, *Abbatissæ*. [c]] Memoratur à Vvione, in Appendice ad Martyrologium Benedictinum. lib. 3. Ligni vitæ: à Saussayo, in Appendice ad Martyrolog. Gallicanum: & in Actis S. Adelardi, Abbati Corbeiensis, fratris eius, [illegible] Paschasium Ratbertum, apud Surium [illegible]. capite 24. & 25. ex quo Vincentius B[illegible] in Chronologia SS. Abbatiæ Lirinens. pa[illegible] eximit Bernardi, fratris Pipini [illegible] rancorum Regis. Floruitque sanctitate, & vi[illegible] oce[illegible] ad pedes Iesu cum Maria domui sed [illegible] sione sanctimonialium curam a[illegible] ad b[illegible] supernæ vocationis currere fe[illegible] nabat M[illegible] Reginaldus. in Epitome Historiæ vrbis Suession[illegible] pag. 47. scripsit ipsam fuisse sororem Pepini R[illegible]gis, sed perperam, cùm e[illegible]titerit tantummodò n[illegible] tis illius. Malbrancque Tom. 2. de Morinis lib. 5. cap. 54. San-Marthani lib. 6. Histor. Domus Francor. cap. 25. Gallia Christiana, in Corbeya Abbatia.

B. Paula-Baptista, *Virginis* [d]] Monasterij corporis Christi Ferrariensis tuit alumna, exindeque Bononiam, vnà cum BB. Catharina, & Ioanna de *Lambertinis* translata est anno 1456. die 12. Iulii, vt in ibi nouo Monasterio extruendo ini[illegible] darent, vbi multis virtutibus ditata, obiit sancti[illegible]simè; & iuxta prædictarum BB. sororum corpora, honorificè sepulta est cuius meritis, Deus [illegible] populis contulit beneficia; Eminentissimus quoque Cardinalis à S. Cruce, Legatus, à q[illegible] næuo, quo eius facies deformis reddebatur [illegible]ratus est. Illius meminerunt. Martyrol[illegible] Franciscanum. hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 2. Originis Seraphic. Religionis in Monasterio Bononiensi corporis Christi, quod est primum Prouinciæ Bononiensis, Barrezzus part quarta Chronicorum Minorum libro primo, capite quadragesimo tertio. Valerianus de BB. Fœmin. Ordinis Minorum libro quarto, capite decimo. Tossinianus libro primo Histor. Seraphic. Marcus Vlyssiponens. parte tertia Chrunicon. Minorum libro quarto capite vigesimo tertio Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. in ea. §. 4.

B. Irmengardis, *Vidua*, [e]] Fuit filia Conradi, §. 5. pincernæ de *Vvinsterrheim*, anno 1241. Fundatoris huiusce Monasterij: & vxor Conradi à Smalneck, potentissimi viri, qui Imperatoris Federici 2. Castra secutus, obiit in Apulia, quare habitum Cistertiensem assumpsit, & Deo dicata, sanctissimè conuersata es, in orationibus & ieiuniis se exercens, atque post obitum Beatæ Annæ Abbatissæ (de qua sup. ad sextum Martij.) in tertiam huiusce domus Abbatissam eligitur. De ea Gaspar Bruschius in Chronologia Monasteriorum Germaniæ. Myræus in Cistertiensi Chronicorum. Germaniæ, fol. 223. Henriquez in Menologio Cistertiensi. hac die.

QVARTO NONAS OCTOBRIS.

IN Morinis : sanctæ [a] Theodoræ, Martyris, quæ ab Hunnis, pro Christo, trucidata est. Lutetiæ Parisiorum, sanctæ [b] Aureæ, Virginis, Abbatissæ, Benedictinæ, vitæ sanctimonia, & miraculorum præstantia celeberrimæ. In Hispania Tarraconensi, quinto lapide ab vrbe Legionensi, ad ripas Orbigi fluminis, apud Monasterium sanctæ Mariæ de Carrizo, Ordinis Cistertiensis. Diœcesis Astoricensis, Beatę [c] Mariæ Virginis, Abbatissæ primæ; quæ nobilitate, & omnium virtutum genere, illustris, sanctissimè præfuit, & fœliciter ad astra migrauit. In Hungaria, apud Monasterium sanctæ Catharinæ de Vesprino, Ordinis Prædicatorum, Beatæ [d] Helenæ, Virginis; quæ dono orationis, prophetiæ, & miraculorum, fuit insignis. Apud oppidum Veaz, in Hispania, Beatæ [e] Bernardinæ de Rota, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ; abstinentia, pietate & charitate spectabilis.

OCTOBRIS IV.

§. 1. S. *Theodora, Martyr. a*] Patrem habuit Guldenerum, Ruthenorum, Cymbrorumque Ducem: nupsit autem Flandeberto, Morinorum potenti Domino, quem ad Religionem Christianam perduxit: ac postea simul cum eo, pro fidei & templorum in Galliis recentiùs erectorum defensione (vt erant rerum Christianarum obseruantissimi) necem per Hunnos, sub Atilla Rege, subiit: qua de re sic Myerus Tom. 1. Flandr. Annalium. *Stephanus comes, vir ingenio excellenti, in sanctologio suo. Flandebertum à Barbaris cum Theodora vxore mactatum, relatumque memorat in superos; quæ res eò videtur probabilior, quòd sacra Ambianorum Ecclesia, Diui cuiusdam Flandeberti celebrare dicitur memoriam; famaque tradit olim inferiores partes sub ditione fuisse Ambianorum.* Quorum corpora sepulta sunt in Crotoyensi Monasterio: ab subsequentibus postea Morinorum principibus honorificè exculta. vide post alios, Malbranque Tom. 1. de Morinis lib. 2. cap. 17. & 30. sub an. Christi 451.

§. 2. *S. Aurea, Virg. Abbatiss. b*] Natione Syra, stirpe edita est Illustri, Maurino, & Quiria parentibus: cùmque præter formam egregiam & castæ mentis decorem, supernis dotibus rutilaret; humilitatis & puritatis amore, se mari permisit, & in Gallias, Deo auspice, Parisios vsque venit; vbi à S. Eligio, ob diuinæ gratiæ, quę in ea micabant insignia, paterno suscepta affectu, ab eo locum, à strepitu, & turbis secretum petiit; cui vir beatus, resignata domo propria inibi Monasterium castruxit: & trecentis, quas virtutũ fragrantia mox illa ad se pertraxit, Virginibus. Ipsam præfecit Abbatissam; omnibusque illis exemplo, velut Sol quidam inter sydera, facem sanctitatis, prætulit & perfectionis: aureis veluti radiis virtutum, patientia, ieiuniis, orationibus, sanctisque institutionibus & documentis, quæ ea sacrorum librorum meditatione hauriebat, commissu sibi gregi prælucens. Miraculis etiam fulsit permaximis, mortuos suscitauit: prunas in gremio, illæsu corpore & veste, asportauit, infirmisque medelam dedit. Ac tandem obitus sui præscia, cursum fœliciter impleuit: & Collegium Virginum ad se conuocauit, quibus post salutaria exhortationis verba sigillatim valedicens, seque crucis signo muniens, ad æternum gloriæ præmium migrauit circa an. 665. Et sæpè quidem Parisienses ciues, beatæ huius cœlitis opem publicis in calamitatibus experti sunt: potissimum cum ab incendio, subindè ab illuuione formidabili, quibus Regia vrbs, alternis vicibus periclitabatur, sanctę ipsius patrocinio, ciuitas ipse mirabiliter erepta est. Agunt de ea, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Vsuardus; ead. die. Molanus ibid. in Additionib. & Annotationib. Ferrarius in noua Topographia, Martyrolog. Roman verb. *Lutetia* Ado autem, die præcedenti. S. Audœnus, Rothomagensis Archiepiscopus, in vita S. Eligij, Nouiodunens. Episc. lib. 1. cap. 17. & lib. 2. cap. 48. apud Surium die 1. Decemb. Acta S. Eustachij, Abbatis Luxouiens. cap. 6. ad 29. Martij apud eumdem Surium. Sigebertus in Chronic. an. 637. Vincentius Beluacens. lib. 23. specul. Historial. cap. 69. 70. 71. Petrus de Natalib. lib. 9. catalog. Sanctorum cap. 23. B. Antoninus part. 2. Chronic. Titul. 13. cap. 6. §. 10. Bergomas. De claris mulieribus cap. 141. item lib. 6. supplement Chronic. in vrbe Parisiensi. & lib. 10. ad an. 636. Trithemius lib. 3. viror. illustr. Benedictin. cap. 85. Vvion in Martyrologio Benedictino, Gallesinius, Maurolycus, & Felicius in suis Martyrolog. Gononus lib. 3. vitar. patrum Occident. in ea, Saussayus. in Martyrologio Gallicano. hac die, Pancirola. in Thesauro vrbis Romæ Regione 2. Ecclesia 16. Schedel sexta mundi ætate fol. 154. Brulius lib. 1. Antiquitat. Parisiens. in æde parochiali S. Eligij; & lib. 1. in Ecclesia S. Pauli: vbi prius fuerat tumulata, sed postea ad suum Monasterium. nunc. S. Eligii relata. Vbi sacrum corpus eius loculo argenteo inclusum asseruatur, ab anno 1421. Grisius, de clericis Regularibus sect. 103 paragraphu duodecimo, Morisius libru secundu capite nono.

B. Mariæ, Virginis, Abbatissæ. c] Quanta verò cum perfectione ad summum virtutum culmen euecta fuerit, & in sibi subditas, pro viribus præclaram morum efformationem transfuderit: ieiunia assidua, vigiliæ, orationes, & alia rectæ vitæ instituta, quæ omnibus, dum Abbatissæ munus obiret, reliquit, satis fidem faciunt. Eius eximias virtutes compendiosè describit Philippus Seguinus lib. 3. cap. 128 Petrus §. 3.

Vuiego in suo itinerario Hispan Henriquez in Menolog. Cisterciensi, hac die, Manriquez. Tom. 2. Annal. Cisterciensi. ad ann. Christi 1176. cap. 5 §. 6. & 7. item ad ann. 1189. cap. 4. §. 2. 4. 7. & seq.

§. 4. *B. Helena, Virgin. d*] Hungara erat natione; feruntque, hac die, (vt pote S. Francisci deuotissimam) stigmata cœlitus in suo corpore suscepisse, frequentius cùm oraret, corpore in aëra eleuabatur: cœlestes quoque Angelorum Melodiæ circa illam personantes, necnon Sanctorum plurimi illi colloquentes audiebantur: &c. vide Bzouium Tom. 13. Annal. Eccles. ad annum 1270. §. 16. Seraphinum Razzium. part. 1. vitar. SS. Ordin. Prædicator. in vita eius, Rayssam, in Auctario ad Natales SS. Belgij Molani sub 16. Martii, Bosium. Tom. 2. de signis eccles. lib. 15. cap. 3. & 5. Sampayus in stemmate Ordinis Prædicat.

§. 5. *B. Benardina, Virg. e*] Admirandas eius virtutes conscripserunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ac illud. Blasius Laghma in suo Memoriali, Marianus lib. 6. Chronicor. strictior. Obseruant. Reformator. cap. 15. Thielmans. Tom. 2. vitar. Sanctor. Seraphic. Ordin. Florebat ad ann. 1560.

TERTIO NONAS OCTORIS.

IN Oriente, passio sanctæ a Charitinæ, Virginis & Martyris; quæ sub Diocletiano Imperatore, & Domitio Consulari, ignibus cruciata, & in mare proiecta, cùm indè incolumis euasisset, manibus & pedibus abscissis, dentibusque conuulsis, in oratione posita, emisit Spiritum. Messanæ in Sicilia, Natalis sanctæ b Flauiæ Virginis & Martyris, sororis sancti Placidi Monachi, discipuli S. Benedicti Abbatis: quæ simul cum eo, à Manucha pirata, pro fide Christi necata est. Antissiodori, Depositio sanctæ c Flauianæ, Virginis, sororis sancti Firmati Diaconi: meritis ac virtutibus præclaræ. Vlyssipone in Lusitania, Beatæ d Eufrasiæ, Virginis, Abbatissæ, Clarissæ. quæ Dei Spiritu ac virtute plena, multoque in eius famulatu strenuo, talenti fœnore sibi crediti comparato, placido fine in Christo obdormiuit. Romæ Translatio sanctæ e Gallæ, Viduæ, filiæ Symmachi Consulis: quæ viro suo defuncto, apud Ecclesiam Beati Petri, multis annis orationi, eleemosynis, ieiuniis, aliisque sanctis operibus intenta permansit.

OCTOBRIS V.

§. 1. S. *Charitina, Virg. Martyr. a*] Ad eam accedēs quidā Comes in specu habitantem, & seorsum secum & cum Deo versantem: ira plenus statim ei plagas infligit & ferreum ei collare imponit, eamque tradit cuidam consulari iniustissimo Iudici: cui mox proponit suppliciorum Instrumenta, ni vellet Diis sacrificare: sed Dei ancilla, hæc omnia paruipendens, confidenter Christum, verum solumque Deum protestata est colendum: iussit itaque Iudex eius capillos radi in superficie: qui diuinitùs ei restituti sunt. Ex quo maiori ira commotus; iubet prunas ardentes imponi capiti eius, & postea acetum infundi: tum ferreos candentes obeliscos iubet infigi vberibus Virginis; deindè lampades ignis eius admoueri lateribus, postremo collo eius lapidem alligari, ac in profundum maris deiici: sed facta oratione dissoluta sunt illius vincula, & solus lapis demersus est in profundo: illa autem firmo ac stabili pede per aquas progrediens, ad litus ambulando venit. Comprehensam iubet statim nudare, & manibus post tergum vinctis, eam rotæ alligare, & carbonum cumulum, cum ferreis quibusdam secantibus instrumentis substernere, & rotam frequētius circumagere, vt contritis paulatim mēbris, graui cum dolore torqueretur: sed Angelus Domini accedens machinam destruxit. ignem extinxit, & robur carnificum dissoluit. Quo peritus Iudex alia excogitat tormenta. Iubet propterea manuum & pedum vngues ei euelli: ac dentes extrahi, tum per vrbem ducta ad infamiam, & probro ac contumeliis afflicta, manibus & oculis ad cœlum eleuatis, spiritum orando, reddidit. Cuius corpus sacco cum multa arena inclusum, in altum mare proiectum fuisset; quod post tres dies, reiectum ad littus, pulchrum apparuit, & nul o p nitus detrimento affectum: honorificè sepultum est à Christianis. Agunt de ea Martyrologium Roman. hac die, Baronius. Ibid. in notis & Tom. 3. Annal. Eccles. ad annum Christi 308. Græci in Menologio Molanus in Additionib. ad Vsuard. Metaphrastes, Lipomanus. Surius, Lippelous, Renatus Benedictus hac die Bosius Tom. 2. de signis Eccles. lib. 15. cap. 6. Galletinus in |no Martyrologio: quibus reiicitur Biuarius in commentario ac Flauii Lucii dextri Pseudochronicon. sub. an. 296. §. 2. volens ipsam Carthagine in Hispania passam esse.

§. 2. S. *Flauia, Virg Martyr. b*] Hæc illustrissimo genere nata, & incredibili pulchritudine decorata; dùm venisset in Siciliam ad inuisendum S. Placidum, fratrem suum: simul cum eo capta est, Martyrij particeps & Facta; cùm audisset se, ex Tyranni sententia, Lenonibus tradi illudendam, ad orationem confugit, & in cœlum suspiciens, sic precata est. *Deus, qui sedes super Thronos, & iudicas æquitatem, esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugii vt saluam, me facias. Surrexit in me Iudex iniquitatis, misit truces manus suas ad verbera, pedibus appensa sum, fustibus verberata sum, omnibus.*

membris crudelissimè tortæ sunt, fumus horridus sub me administratus est: Impinguatur Dux sanguine meo tuus interim est amor, tua fidelitas, pro te hæc omnia patior. Respice in me sanctæ Deus Sabaoth, ne polluant inimici mei famulam tuam, ne dicant prævaluimus aduersus eam. Cuius orationis tanta vis fuit, vt miraculosè & Diuinitùs fuerit eius pudicitia & integritas conseruata: non tamen eius vita, quam gloriosum martyrium, simul cum fratre S. Placido, & aliis, capitis detruncatione, fœliciter consumpsit. De ea egerunt Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 7. Annal. Eccles. ad an. Christi 540. Molanus in Annotationib. ad Vsuardum. Wion in Martyrologio ordin. Benedictin. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog Roman. verb. *Messana.* & in SS. Italiæ, Gallesinius, Maurolycus, Fœlicius, in suis martyrologiis, Leo Hostiensis. lib. 1. Chronic. Cassinens. Trithemius lib. 1. viror illustr. Benedictin. cap. [illegible]. D. Antoninus part. 2. Chronic. titul. 15. cap. 14. §. 6 Lipomanus, Surius, Lippelous, Ribadeneira & alii hac die. Vaquerius in Enchiridio benè morientium [illegible] unius de Virginib. Roman.

§. 3. *S. Firmiana Virg.* [c] Hæc pura castitatis & fidei obsequia Christo toto vitæ suæ decursu impendens, virtutum locupletata meritis, ad sempiternæ gloriæ gaudia euolauit, Ita Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid in notis. Petrus de Natalib. lib. 11. Catalog. SS. cap. vltim.

§. 173. Ferrarius sup. verb. *Antissiodorum.* Sausfayus in Martyrologio Gallicano, hac die.

B. Eufrasia Virg. Abbatiss.] Florebat anno 1500. circa quod tempus maius Monasterium monialium extra Vlyssiponensem vrbem reformatum fuit, & Patrum Obseruantinorum iurisdictioni suppositum, R. P. Alphonso Lusitano, Ministri Prouincialis vices agente. Hæc autem reformatio introducta fuit opera ac labore ipsius B. Eufrasiæ prædictæ, vitæ sanctitate insignis, virtute cuiusdam Bullæ Alexandri 6. Pap. quam fauore Domini Emanuelis Regis Portugalliæ obtinuerat. Illius meminere Martyrologium Franciscan. hac die, annotationes ad illud; Marcus Vlyssiponens. part. 3. Chronic. Minor. lib. 7 cap. 17. §. 4.

Translatio S Gallæ viduæ. [e] Memoratur in Martyrologio Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. & Tom. 6. Annal Eccles ad an. Christi 504. n. 56. & seq.: eius vitam & obitum scribit S. Gregorius 1. Pap. lib. 4. Dialog. cap. 13. ex quo Petrus de Natalibus sup. lib. 9 cap. 21. Trithemius sup. cap. 13. Gallesinius, Maurolycus, Fœlix, Decretus parte 2. veræ viduæ. ac Ferrarius sup. hac die. Qui tamen Translationis eius est, vti superius annotauimus ad 6. Aprilis. Illam autem, ad quam Diuus Fulgentius scripsit Epistolam Parænetticam, *de statu viduarum.* eamdem esse putat Baronius sup. cum filia Symmachi de qua hic agitur. §. 5.

PRIDIE NONAS OCTOBRIS.

AGENNI, in Aquitania, Natalis sanctæ [a] Fidei Virginis & Martyris: cuius exemplo Beatus Caprasius ad martyrium animatus, agonem suum fœliciter consummauit. Item, sanctæ [b] Erotidis Martyris: quæ Christi amore succensa, ignis superauit incendium. In Territorio Mimatensi, sanctæ [c] Emmiæ Virginis Abatissæ Benedictæ, filiæ Clotarii Francorum Regis: quæ spretis sæculi vanitatibus, Christo in puritate & sanctitate placere iugiter concupiuit. Treuiris, Depositio sanctę [d] Modestæ Virginis, Abbatissæ eiusdem ordinis secundę Monasterii sanctæ Mariæ in Horreo; vitæ perfectione & miraculorum gloria conspicuæ. Papiæ, sanctæ [e] Epiphaniæ Virginis, Rachisii Longobardorum Regis filiæ: quæ post multos in religionis proposito, ieiuniis, & orationibus, ac lachrymarum profusione, quibus maximè abundabat, exactos annos, gloriosa peruenit ad cœlos. Valentiæ, in Hispania Tarraconensi, beatæ Claræ [f] Builiæ Virginis Clarissæ: quæ ob miræ pietatis ac virtutis specimina, ad cœlestia migrauit. Auriniano Monasterio, ad Æsiam amnem, in Territorio Laudunensi, translatio sanctæ g Benedictæ Virginis & Martyris. Romæ Veneratio sanctæ [h] Balbinæ Virginis.

OCTOBRIS VI.

§. 1. SAnctæ Fidei Virg. Martyr. [a]] Agennensi Ciuitate oriunda fuit, & ex parentibus clarissimis splendidissima proles procreata: alumna loci illius in ortu, facta est patrona in passionis obitu: pulchra vultu, sed venustior mente, iuuencula quidem ætate, sed sensu & opere senex: quæ ab exordio iuuentutis suæ Christianæ fidei præcepta seruans, Iesu Christo tota mentis deuotione seruiuit, ac seipsam tota intentione commisit. Cum prehensa igitur à Præside & interrogata ac constantissimè Christum confessa, iussit Satellitibus, vt Virginem in lectum æreum, & superpositam per quatuor partes extenderent, ignemque supponerent, itaque candentem craticulam sancta virgo vltrò conscendens diuaricatis membris per

quatuor partes extenditur, lorisque ferreis coarctata, per flammeam cratem prouoluitur: sicque assatur in craticula & grauiter torquetur. Porro S. Caprasius è latebra videns virginem in craticula torreri: videt & columbam è cœlo venientem, cuius opera & volatu, ignis Diuinitùs extinctus est: virgine interim illæsa remanente: quo viso ad martyrium ipsemet S. Caprasius animatus, simul cum illa martyrium capitis abscissione obtinuit. Agunt de ea Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Ecclesi. ad annum Christi 303. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verbo. *Agennum*. Vincentius Belnacens. lib. 12. specul. Historial. cap. 135. Petrus de natalib. lib. 9. Catalog. Sanctor. cap. 26. D. Antoninus part. 1. Histor. titul. 8. cap. 1. §. 24. Acta S. Caprasii Martyr. ad 10. Octob. apud Mombritium, Surium, Lippeloum, Mosandrum, Renatum Benedictum &c. Saussayus 6. & 20. Octob. in Martyrologio Gallican. Schedel sexta mundi ætate fol. 125. S. Fidei interuentu, curatus fuit à morbo Turoldus ex Episcopo Bajocensi, Monachus Becensis, pro quo beneficio gratias agens misit Longauillam: vbi prioratus adest S. Fidis: vti refert Ioannes Picardus in notis ad Epistol. 137. S. Anselmi lib. 3. Passa in persecutione Diocletiani sub Præside Daciano. In huius honorem extat capella in Cathedrali Ecclesia Parisiensi ex Brulio lib. 3. Antiq. Parisiens. Oppidum haud ignobile, in Territorio Agennensi, ab ea est denominatum ad Durasicum Flumen. Ex quibus redarguendus Biuarius perperam illam ex Hispania oriundam faciens, ex pseudochronico Lucii Dextri ad annum 300. §. 1.

S. Erotydis Martyr. [b]] Illius meminerunt Græci
§. 2. in Menologio & Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis.

S. Emmia Virg. Abbatiss. [c]] Vocatur etiam *Enymia*
§. 3. Clotharii magni Francor. Regis filia, quæ mundum & pompas eius aspernata, spinosum Christi diademа coronæ gemmatæ præposuit: carnemque crucifigens, mori sibi vt Christo viueret, voluit. Quare dum ad terrenas vrgeretur nuptias, impetrata à Domino lepra, ob virginitatis custodiam, ab Angelo monita, Burleum fontem adiit, vbi sanata est. At cùm iterùm impeteretur virginalis eius constantia, vsque tertiò simili Tabe percussa, annuente Dagoberto fratre Rege, duplici Monasterio ad montes Tarni fluuio, imminentes, quo perfugerat, ædificato, à B. Ilsero Episcopo Gabalitano, virginum Abbatissa solemni ritu consecrata est: ac virtutibus pollens, & Angelorum frequenti honorata obsequio, cœli gaudia comparauit. Sic Molanus in additionib. ad Vsuard. hac die. Saussayus in Martyrologio Gallican. & supplemento eiusdem ead. die: At Ferrarius in Catalogo generali SS. hac die. Molanum secutus, asserit filiam fuisse Clodouei Regis: qui tamen duas separatim commemorat *Emmiam* nimirum Parisiis, & *Eurmiam*, in Territorio Gabalitano, sed mendosè. De ea item San-marthani Tom. 1. Histor. genealog. Domus Franc. lib. 5. in additionib. pag. 109. ex Molano: vita eius habetur in Bibliotheca Regia Lutetiana.

S. Modesta Virg. Abbatiss. [d]] Secunda extitit Ab-
§. 4. batissa Monasterii Horrei, successitque in regimine S. Irminæ Abbatissæ anno 710. ex Trithemio libro 3. viror. illustr. ordin. Benedictin. cap. 138. & 141. Francisco Yoannez in compendio viror. illustr. eiusd. ordin. libro de monasteriis Germaniæ Wion in Martyrologio Benedictin. Gallesinio in suo Martyrolog. & Ferrario in Catalog. SS. hac die. At falluntur Trithemius & Gallesinius, putantes eandem esse cum S. Modesta Abbatissa, de qua inferius ad 4. Nouemb. cuius mentio habetur in vita S. Gertrudis cap. 9 quæ vixit anno 660.

S. Epiphania Virg. [e]] Hæc Raebisii Longobardo §. 5.
rum in Italia Regis filia: nobilis sanguine, sed illustrior sanctitate, contemptis parentibus, Regno posthabito, arctum Monasterium S. Mariæ quod ad *Caccias* vocatur, Papiæ ingressa, anno 750. in paupertate, cilicio, oratione & cæteris virtutibus perseuerans, magnam de se admirationem omnibus exhibuit. Obiit hac die, illic sepulta, miraculis clara. Hæc ex Martyrologio Benedictin. Wion ibid in not. in adiunctis pag. 912. & libro. 4. in ... ligni vitæ. pag. 916. ex vita eius & tabulis Eccl. S. Sanctæ Mariæ Capularum, vbi corpus illius asseruatur & ipsa hac die ibi celebratur. De ea Iacobus Gualla lib. 5. sanctuar. cap. 23. Stephanus Breuent. lib. 3. Hist. Papiens. cap. 23. Ferrarius sup. & in Topographia. sup. verb *Papia* ac in SS. Italiæ.

B. Clara Virg. [f]] Claruit anno 1510. in Mona- §. 6.
sterio Conceptionis B. Mariæ Virg. Valentiæ quod est 1. Prouinc. Valentin. quæ vt sanctè vixit, ita sanctissimè in Domino obdormiuit: ibique sepulta à reliquis Monialibus, vt Beata colitur. Ita Martyrologium Franciscan. hac die. annotationes ad illud, Gonzaga parte 3. Seraphic. Religionis. in eo Monasterio. Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 15, Valerius de SS. Fœmin. ord. Minor. lib. 4. cap. 15. Vvadinghus in Additionibus ad 1. Tomum. Annal. Minor. §. 49.

Translatio S. Benedicta Virg. Martyr [g]] Refos- §. 7.
sum constat S. Benedictæ corpus, annos trecentos, post eius passionem, circiter an. Christi 665. Refossionique interfuisse Episcopos aliquot, & Comitem Veromanduorum Garifredum. Corpus ab Episcopis elatum, ab eo colliculo, in quo passa tumulataque Virgo fuerat, in eum locum, vbi nunc ædificatum est Monasterium. Eo in Cœnobio vixisse primo Monachos, quibus Nonnæ nigræ tandem successerunt. Aliis Abbatissis ignotis Antistitam loci fuisse, Carolo Caluo imperante, & Arnulpho Episcopante Lauduni. *Ricoaram*, circa annum 878. Ab eodem Episcopo sacrum corpus humo eductum (quæ est inuentio secunda illius) & ligneo feretro inclusum, ad *Ricoara* preces: & in eo esse illud custoditum, ad annos vsque *Emmelinæ*, quam subrogarat Anselmus Laudunensis Episcopus, Emmelinæ frater in Monasterii præfecturam, *Eustachia* eadem abdicatæ, Anselmum aperuisse feretrum ligneum an. 1231. die 6. Maii, præsentibus *Emmelina* Antistita, Enrardo de Duaco, Canonico S. Vedasti, & Thesaurario loci: Ælide de Sissetio, & cæteris religiosis; sacra pignora loculo eduxisse, & in nobiliorem capsam recondidisse, auro & argento fabricatam: conferentibus sanctimonialibus suum quibusque mundum; argenteamque supellectilem, qua cista cuderetur. Isabella de Thoretta, quæ successisset *Emmelina* cœnobium gubernante, cistam esse perfectam & translationem S. Benedictæ Virginis institutam esse, tum à Bernerio Laudunensi Episcopo: & ab ea initium repetitum solemnis illius processionis, qua sacrum carpentum Virginis, ad eumdem colliculum, astantibus feudatariis Abbatiæ omnibus, summa veneratione portatur, feria 4. post Pentecosten. ita Louuetus libro. 1. Histor. Antiquit. Beluacens. capite 14,

Saussayus

Saussayus in Martyrologio Gallican. hac die, & Hemeraeus lib. 2. Augustae Veromand. illustrat. an. 1480.

§. 8. *Veneratio S. Balbinae Virg.* [h]] Natalis ejus accidit sup. ad 31. Martii: hac die [illegible] Molanus in additionibus ad Vsuardum. De eadem agit. Pancirola in Thesauro Vrbis Romae, regione 9. Ecclesia 25.

NONIS OCTOBRIS.

PATAVII, sanctae [a] Iustinae Virginis & Martyris: quae à beato Prosdocimo, sancti Petri discipulo baptisata, cùm in fide Christi constanter persisteret, Maximi Praesidis iussu, gladio transuerberata sub Nerone Imperatore migrauit ad Dominum. Apud Augustam Euphratesiam, sanctae [b] Iuliae Virginis, & Martyris, quae sub Marciano praeside martyrium consummauit. Anconae, sanctae [c] Palatiae Virginis & Martyris. Apud Chicum non longè à Colchestria, in Comitatu Essexiae, oppidum Dioecesis Londinensis, Natalis sanctae [d] Osithae Virginis Abbatissae & Martyris, ordinis Benedictini: quae ob amorem Christi, & studium virginitatis, à piratis Danis confossa, & capite truncata, euolauit ad astra. In Ciuitate & Regno Arima Iaponiae, Passio beatarum [e] Martyrum, Ioannae & sociarum. Apud Clarum-Fontem in Ducatu Luxemburgensi, Beatae [f] Hauydis Virginis Abbatissae primariae, ordinis Cistertiensis; quae nobilitatem generis Angelica vita & admiranda humilitate illustrauit. Arimini, Beatae [g] Francae Virginis [g] Clarissae: virtutibus, & meritorum praerogatiua celebris. Eadem die, Commemoratio, sanctae [h] Mariae de Victoria, quam Pius quintus Pontifex Maximus, ob insignem victoriam, à Christianis bello nauali, eiusdem Deigenitricis auxilio, hac ipsa die, de Turcis reportatam, quotannis fieri instituit, & Gregorius tredecimus prima huius mensis Dominica die, annuam solemnitatem Rosarij eiusdem beatissimae Virginis celebrandam decreuit.

OCTOBRIS VII.

§. 1. SAncta *Iustina Virgin. Martyr.* [a]] Agunt de ea Martyrologium Romanum, hac die. Baronius ibid. in notis. Molanus in additionib. ad Vsuardum. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Patauium.* & in SS. Italiae. Venantius Fortunatus de gaudiis vitę aeternae. & lib. 7. ad Bod. Ducem, Petrus de Natalib. lib. 9. Catalog. Sanctor. cap. 32. Monbritius ibid. Tom. 2. & in actis S. Prosdocimi. Patauiensis Episcopi 7. Nouembris. Scardeonius pag. 117. Bergomas lib. 1. supplementi Chronicor. ad an. mundi 4081. item de claris mulierib. cap. 100. quo vult (sed mendosè) martyrio coronatam fuisse, Diocletiano & Maximiano Imperatorib. circa an. 308. Habet Patauii Templum maximum de suo nomine nuncupatum: eius verò corpus asseruatur, ibidem, apud Monasterium Benedictinum.

§. 2. *S. Iulia Virgin. Martyris.* [b]] Comprehensa ab impiissimo praeside Marciano, cum idulis immolare contempsisset, post diuersa tormentorum genera ipsi illata, gladio iugulatur: memoratur ab Vsuardo, Adone, Martyrologio Romano, hac die. Baronio ibid. in notis. Petrus de Natalib. sup. cap. 31. Ferrarius sup. verb. *Augusta Euphratesia.*

§. 3. S. *Palatia Virg. Martyr.* [c] Ita Ferrarius ad calcem nouae Topograph. sup. vbi de nonnullis quae in Martyrolog. Roman. sunt explicanda: in SS. quorum in propriis locis, separatim, dies Natalis recolitur, & alia die, quàm in Martyrologio Roman. Item in Catalogo generali SS. hac die, ex tabulis Ecclesiae Anconitanae, hac die vbi eius festum cum octaua, tanquam Vrbis Patronae celebratur, ac in Sanctis Italiae.

S. *Ositha Virg. Abbatiss. Martyr.* [d]] Nobilissimis Anglorum regum Natalibus originem duxit; bonis autem informanda moribus tradita est S. Moduvennae Abbatissae Sylue Arderç. anno 850. quam ipsa tribus diebus in aquis submersam, è Flumine sanam euocauit. Porrò post decessum ipsius S. Moduvennae (Floruit anno 850.) ad parentes reducta B. Ositha cùm ad nubiles peruenisset annos, renitens & inuita, trahebatur ad nuptias, quas mira animi constantia spreuit, ac demum in Monasterium se recipiens, habitum religionis sumpsit. cùm autem à parentibus, villam Chichensem dono accepisset: illic Monasterium curauit extruendum. Tum illa sacras sibi virgines adiungens, vitae austerioris propositum aggreditur: morum disciplina, silentii rigore & censura continentiae singulas informat, & tum verbo tum exemplo, ad amorem caelestium, & mundi contemptum indesinenter accendit. Cùm igitur sanctissimè praeesset, ecce Dani infideles in Angliam vndique irrumpentes, praesens Monasterium aggrediuntur, & expilant: ipsamque sanctam Ositham, ob fidei constantiam capite obtruncant; at corpus exangue, mox sese subrigit, & caput humi iacens, manibus §. 4.

apprehendit, rectoque gradu & firmis vestigiis progrediens, vsque ad Ecclesiam Apostolorum Sanctorum Petri & Pauli, per tria fere stadia, illud deportat, quod accidit circa annum 870. exinde verò ad Ecclesiam Chichensem translatum est. Scribunt de ea, Albericus Veerua, Surius, Lippelous, Renatus Benedictos, Ribadeneira, Doubletos, Haræus, Foderetus &c in vita eius, hac die. Molanus in appendice ad Vsuardum. Wion in Martyrologio Benedictino. Galesinius in suo Martyrologio. Ferrarius in Catalogo generali Sanctor, eadem die. & in noua Topographia sup. verb. *Anglia*. Raissa in auct rio ad Natales Sanctor. Belgii. sub 20. Maii. Malmesburiensis lib. 2. de Pontificib. Anglor. §. de Episcopis Londinens. Pulydorus lib. 5. Histor. Anglor. Capgrauios in Legenda Sanctor. Angl. Campdenus in descriptione Buckinghamiæ, & Essexiæ, Harpsfeldius sæcul. 9. Histor. Eccles. Angl. cap. 7. & 13. Baronius Tom. 8. Annal. Eccles. ad an. 653. § 10. Chorographia Britanniæ. pag. 350. Eduardus Maihevv. Tom. 5. Trophæorum congregationis Anglic. ordinis Benedictini ad Natales Sanctorum hac die.

§. 5. *BB. Ioannæ & sociarum Martyr.* e] Cum in Iaponia persecutio nimium exardesceret in Christianos multi comprehensi sunt: in his Ioanna cum viro suo Adriano Mundo: item Martha cum viro suo Leone Sugueyemon, cum duobus filiis, Iacobo & Magdalena virgine 20. annor. qui omnes igne combusti sunt, hac die, in Ciuitate & Regno Arima, Iaponiæ an. 1613. vti referunt Nicolaus Trigaltius lib. 2. Histor. Martyr. Iaponiæ cap. 14. item Catalogus eorumdem Martyr. Iaponiorum ab anno 1612 vsque ad annum 1620. ad calcem præfati Trigaltii. Galterius in tabula chronographica, sæcul. 17. in appendice. colum 6. in Sanctis & illustribus viris. Cornelius à lapide, Commentar. in Epistol. ad Hebræos capite decimo §. 34. numer. 270.

§. 6. *B. Hauydis Virg. Abbatiss.* f]Ex Comitibus Luxemburgens. oriunda erat: Virgo vtique prudentissima: quæ spretis mundi pompis, amore Christi incensa, sponte Christum in desertum religionis sacræ sequeretur: & post eam, aliæ quamplures Virgines currentes in odorem vnguentorum tantæ perfectionis, eidem cælorum Regi adductæ fuere & oblatæ. Ita Henriquez in Menologio Cistertiensi, ex variis Munimentis, & Historia fundationis illius Monasterii.

§. 7. *B. Francæ Virg.* g] Floruit anno Christi 1510. Arimini apud Monasterium Angelorum, quod est 14. Prouinc. Bononiensis; Vitæ sanctimonia & [illegible] lari obseruantia qua de re Martyrologium Franciscanum hac die. annotationes ad illud Gon[illegible] parte 2. origin. Seraphicæ. Religionis. in eo M[illegible] sterio. Barrezus parte 4. Chronic. Minorum. [illegible] 2. cap. 10. Wadinghus in additionibus. ad tom. 3 Annal. Minor. §. 33.

§. 8. *Commemoratio S. Mariæ de Victoria* [illegible] Accidit memorabilis illa victoria anno 1571. hac die de qua solemnitate Martyrologium Romanum. hac die, Baronius ibid in notis. Saussayus in M[illegible] Gallicano. Myræus in Fastis Belgicis. Gene[illegible] libro 4. Chronograph. in pio 5. Pap. Ferdinandus Vghellus in additionibus ad Ciacconium. & T[illegible] 1. Italiæ sacræ in eodem Papa, aliique innumeri. Agebatur annus à Christo nato 1571. quando Pius quintus Pontifex Maximus contra Turcarum vi[illegible] tumque, belli societatem, cum Hispanorum R[illegible] & Venetorum Republica, fœliciter iniit [illegible] ta itaque classis est, & Ioanne Austrio Duce [illegible] plenis velis & animis obuiam est iium. M[illegible] no triduano ieiunio, & sacramentis Ecclesiæ [illegible] nitis, classicum Dei & Mariæ nomen ceci[illegible] verò omnibus viribus certatum est: eo i[illegible] m[illegible] quo quas Rosarij vocant sodalitates, d[illegible] mor[illegible] pplicationes ad Beatam Virginem Mariam Deiparam, fiunt: nec frustra; stetit nostra ex parte aci s ordinata ad Actiácum sinum, seu Corinthiacum, v[illegible] gò Lepantinum, & cum hac nobis etiam venti [illegible] ilitaruot. Proindè horarum quatuor, nec amplius spatio, parta memorabilis ad posteros victoria est. Cæsa [illegible] nim cum ipso Duce suo Barbarorum tri[illegible] inta millia, in libertatem Christiani asserti ter mille quadring[illegible] nti octoginta sex. Triremes ac naues captæ nonaginta supra centum. Octoginta, vel flammis vel v[illegible] is haustæ, fuga nonnisi 20. elapsis. Tormenta bellica in prædam cessere maiora sexdecim supra centum; Minora verò ducenta quinquaginta [illegible] x. Atque hoc est quod optimus Pontifex de victoria Diuinitus edoctus, triumphum Virgini decreuit, q[illegible] iterandum; quodque non pauci è v[illegible] ctore [illegible] hostilia spolia ex voto ad aram Lauretanam [illegible] derint. Itemque Gregorius 13. Solemnitatem Sanctissimi Rosarii celebrandam instituit, in hon[illegible] ipsius Deigenitricis semper Virginis Mariæ & [illegible] moriam tantæ victoriæ, ope ipsius à Christianis reportatæ.

OCTAVO IDVS OCTOBRIS.

CAESAREAE in Palestina, passio sanctæ a Reparatæ Virginis, & Martyris; quæ cum nollet idolis sacrificare, sub Decio Imperatore variis tormentorum generibus cruciata, demùm gladio percutitur: cuius anima in columbæ specie, de corpore egredi, cœlumque conscendere visa est. Anconæ sanctarum, b Palatiatis Virginis, & Laurentiæ eius Nutricis: quę in persecutione Diocletiani, sub Dione Præside, in exilium deportatæ, laboribus & ærumnis confectæ sunt. In Territorio Senonensi sanctæ c Porcariæ Virginis & Martyris. Autiniaci in Territorio Laudunensi, sanctæ d Benedictæ Virginis & Martyris: quæ sub Iuliano Apostata, alapis cæsa, verberibus laniata, in equuleo

leuata,

leuata, plumbatis contusa, ad vltimum datis ceruicibus, Martyrium compleuit. In Tullensi Territorio, sanctarum [e] Libatiæ & Susannæ, Virginum & Martyrum. In AEgypto, sanctæ [f] Margaritæ, dictæ Pelagiæ, Virginis: quæ dissimulato sexu, mira mundum delusit arte, & admirabili vitæ sanctitate exornata, abiit in cœlum. In Scotia, sanctæ [g] Triduanæ Virginis, virtutibus, & miraculis celeberrimæ. Apud Hunonis-Curiam Diœcesis Cameracensis, sanctarum sororum [h] Valeriæ & Pollenæ Virginum; quæ sancti Liephardi, Cantuariensis Episcopi & Martyris, earum Fratris, peregrinationis Comites ac virtutum imitatrices effectæ, simul cæli gloria potiri meruerunt. Apud Dononium, secundo milliari à Valencenis, in territorio Attrebatensi, sanctæ [i] Ragenfredis Virginis Benedictinæ: quæ ibidem prima Abbatissa electa, copiosioribus meritorum radiis cæteris illuxit. Item beatæ [k] Magdalenę à sancto Antonio, Virginis Clarissę: meritorum prærogatiua spectabilis. In AEgipto, sanctæ [l] Thaisis pœnitentis; quæ fletibus & lachrymis superioris ætatis diluens errata, vim cælorum Regno intulit. Hierosolymis ad Montem Oliueti, sanctæ [m] Pelagiæ, cognomento pœnitentis; quæ multarum exercitio, virtutum ac bonorum operum subsidio, cælestia violenter rapuit contubernia. Apud Mareolum Monasterium ordinis Benedictini, Diœcesis Attrebatensis, Inuentio corporis sanctæ [n] Bertiliæ virginis Abatissæ.

OCTOBRIS VIII.

§. 1. *Sanctæ Reparata Virg. Martyr.* [a]] Cæsareæ nobili genere exorta, cum speciosissima esset & annum duodecimum attigisset: moribus honestate, ac incredibili fide admodum resplenduit. Itaque Decio Cæsarea tunc in Vrbe existenti, accusata, quòd diu noctuque ieiuniis & orationibus, Christiano more vacans, omnique momento & actu, crucis signaculum in fronte sua imprimens, Deos abnegare despicereque diceretur, Christum adoraret, solum Deum asserens, & animo confitens. Quare Cæsaris iussu plumbo liquefacto perfunditur, à quo non ullo læsa, acetum feruens in os eius distillatur: deinde lampades ardẽtes ad latera ipsius apponuntur, ac postea in caminum ignis inijcitur, sed à Christo custodita incolumis euasit. Iterù costæ ac pectora ipsius faculis ardentibus inflammantur: inde iussa est in craticulam extendi, & prunis subter stratis diutius torreri: sicque assata, postea per totam Ciuitatem nuda circunduci, ad exemplum Christianorum Reducta ante tyrannum, virgulis crudeliter laniatur, ac testulis marmoreis super extenditur; & calce viua, aqua superiusa, ac sale adhibito, eius vulnera confricantur, tum sinapi aceto liquefacto perfunditur, ac deinceps spinolis fustibus eradicatis durissimè cæditur. Cum autem hæc omnia (Christi ope adiuta) æquo fortique animo superasset, tandem iussit victus Imperator eam capite truncari: cuius sacrum corpus exinde translatum est Florentiam, quod etiam Lucenses se habere credunt, in cuius honorem superbissimum illic Templum extructum cernitur: vbi multis signis ac miraculis illustratur, & ingenti fidelium pietate colitur. Ita Beda Ado, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. & Tom. 2. Annal. Eccles. ad annum 253. Molanus in additionib. ad Vsuardum, Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Cæsarea Palæstina.* Petrus de Natalibus lib. 9. catalog. Sanctor. capite 39. S. Antoninus parte 1. Chronic. Titul. 7. cap. 7. §. 8. Bergomas de claris mulierib. cap. 88. Mantuanus de sacris diebus. Mombritius. Tom. 2. eius acta describit, Vghellus Tom. 3. Italiæ sacræ in Archiepiscopis Florentinis, & Santangelus.

§. 2. *SS Palatiatis &c. Martyr.* [b]] De his Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 1 Annal. Eccles. ad annum Christi 303. Petrus de Natalib. lib. 11. sup §. 177. Ferrarius sup. verb. *Ancona*: quarum priorem *Pallaniam*, alii vocant Vghellus in Italia sacra vbi de Episcopis Anconitan. separatim autem Ecclesia Anconitana de eis agit 1. & 7. Octob. quas inter SS. Tutelares veneratur ac colit. Pancirola in thesauro Vrbis Romæ, Regione 11. Ecclesia 16.

§. 3. *S. Percariæ Virg. Martyr.* [c]] Egregia pietatis concertatione nobilis, & cæsa ab impiis, ad virginitatis aureolam, palmam inclyti agonis adiunxit. Memoratur in tabulis Ecclesiæ Senonens. Molano in additionibus ad Vsuardum. Gallesinio in suo Martyrologio. Ferrari sup. verb. *Senones.* & in Catalog. generali SS. Saussayo in Martyrologio Gallicano. hac die.

§. 4. *S. Benedicta Virg. Martyr.* [d]] Romæ ex illustrissima Senatorum familia progenita, spretis sæculi sibi blandientis illecebris, & adiuncto sibi 12. Virginum æquè nobilium comitatu: in Galliam venit, vt Gentilis sui Quintini, gloriosi Christi athletæ, qui passus in Veromanduis, multis in tumulo prodigiis renitebat, sacra trophæa inuiseret & coleret. Primum igitur Lugduni aliquandiu substitit cum assectis: indeque vsque ad Veromanduos progressa, Laudunum venit, & in Auriniaco Villa, ad Oesiæ ripam, iuxta nemus resedit, vbi Christi sponsi se totam consecrauit obsequii: verùm apud Macrobium Iudicem, superstitionis Christianæ accusata, variis tormentorum generibus excruciatur: quibus omnibus superior

S. *Regenfredis Virg.* [h] Parentes habuit Aldebertum, Austrouandiæ Comitem, matrem vero sanctam
§. 9. Reginam, Pipini Francorum Regis neptem, quæ cùm Christum, super omnia diligeret, omnia eidem posthabuit, vt ipsi vni piè seruiret. Quo permoti parentes, illi Monasteriolum, ex sui iuris ditione fundauerunt, vbi, adiectis ad pia instituta studium virginibus, prima præfuit Abbatissa, circa annum 790. postque varios labores in sancto regimine translatos, fœtibus gratiæ plena quieuit in Domino. Teste Molano supra. Baldrico libro secundo su... rà capite 28. Wion in Martyologio benedict. Myræo... à 1. Iulii & octauo. Octobris. Saussaye supr... hac die. ac Ferrario in noua Topographia, ...ra. verbo. *Denonium* & in Catalogo generali Sanctorum, eadem die: colitur autem, non solum Denonii sed etiam Santhis ac Cameraci.

§. 10. *B. Magdalena Virgin.* [k] Huiusce memorabilis perfectioni... timo... meminerunt Martyrologium Franciscanum hac die. annotationes ad illud Gonzaga parte 1. origin. Seraphic. Religion. in Be... minis 2. ac 3. ordinis Minor. Algezira in arbore Epilogica totius ordini Franciscani, de Sil...is in cap. 1. Regul. tertii ordinis minor.

S. Thaïs Pœnitens [l] Ab Adolescentia, à pro-
§. 11. pria matre deprauata, officinam Diaboli deinc... se constituit: sed à Sancto Paphnutio Abbate ... ...sa, & contritione scelerum compuncta omnia ...sua, quadringentarum librarum pretio æstimata, pauperibus distribuit. & apud quoddam Virginum Monasterium, in cellulam paruam reclusa est, ostio sigillo obserato, & vnica, ipsaque parua fenestra ei dimissa, per quam cibus modicus daretur: vbi per ...ennium: lachrymis & gemitibus, ex corde emissis vacans dimissa sunt ei peccata omnia: nil aliud dicens. *Qui plasmasti me, miserere mei.* Cuius gloriam præparatam in cœlis vidit B. Paulus maior, discipulus S. Antonii Abbatis, in oratione positus. Vidit quippe in cœlo lectum pretiosis vestibus adornatum, quem tres Virgines, clara facie fulgentes custodiebant, cùmque Beatus Paulus cogitaret id paratum esse pro sancto Antonio Abbate: vox ad eum facta est *Non est Patris tui Antonii, sed Thaïsis Meretricis est.* Claruit ad annum 341. Ita Menologium & Mænea Græcorum hac die. Florarium Sanctorum MS Rosvveydus lib. 1. vitar. Sanctorum Patrum. in notis ad vitam eius. Vincentius Beluacens. lib. 14. specul. Historial. cap. 77. Petrus de Natalibus lib. 9. sup. cap. 38. Diuus Antoninus parte 2, sup. titul. 13. capite 10. §. 3. Surius hac die. De voragine, Dandillus in vita eius.

S. Pelagia Pœnitens. [m] Antiochena erat & ex §. 12.
insigni peccatrice, euasit perfectæ pœnitentiæ exemplar, postquam sanctus Nonnus Edissenus Episcopus veniens ad Synodum Antiochenam, ...e eam conuertit ad Christum a quo & baptizatu..., confirmatur, atque sacra Eucharistia reficitur: & mox ignorantibus cunctis cilicio induta, de nocte lu... ...na, Antiochia discedens, clam aufugit, petitque Hierosolymam & illic construxit sibi cellula in monte Oliueti, vbi Dominus orauit. In qua mansit reclusa, sub nomine Pelagii, Eunuchi, vsque ad mortem. Et tunc cognita est mulier & magna cum pietate sepulta: vixit temporibus Imperatoris Theodosii Iunioris, circa annum 420. Agunt de ea Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologio in Romanum hac die. Baronius ibidem in notis. Molanus in annotationibus ad Vsuardum, Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Hierosolyma.* Metaphrastes, Surius, de Voragine. Petrus de natalib. sup. cap. 36. Renatus Benedictus, Ribadeneyra, Fodereius, Lippe...ous, Simon Martinus &c. in vita eius. Ro...vveydus sup. in notis ad vitam illius Nicephorus lib. 14. cap 30. Græci in Menologio. Vincentius Beluacens. lib. 11. sup. cap. 96. & ... Diuus Antoninus parte 1. sup. titul. ... cap 9. §. 6 S... us in Martyrologio Gallicano eadem die. D... , ...rræus, ...achou in Fasti Chri... ... ri, hac die. H... ... Ex... postea à Francis transuectæ fuere ... apud Iotrum Virginum insigne Mon... honorificè ...ruantur. Vide sup. ad 2. Iu... ...sus lib, 6. memorabil. capite 9. Vaquerins ... sæculi.

Inuentio Corporis sanctæ Bertiliæ Virg. Abbatissæ. [n] §. 13.
Illius meminit Saussayus sup. hac die. de quo Monasterio Gallia Christiana in Abbatiis. sed vt verum fatear, potius est *Translatio* seu *Apertio* veteris feretri ipsius, vbi sacrum eius corpus iouentum est circa annum Christi 1225. per Pontium, Attrebatensem Episcopum, qui illud magna cum veneratione ac solemnitate transtulit in nouam ac decentiorem capsam, magnificentissimè exornatam: vt cunctis pateat quanti meriti extiterit huiusmodi sponsa apud Christum Dominum, cuius sacræ reliquiæ sic honorantur in terris: Vide Simonem Martinum lib. 4. Flor. Sanctæ solitudinis ad 3. Ianuar. vbi de S. Berthila Virgine.

& Aunarii, Antissiodorensis, soror Germana: quibus meritis & virtutibus, nequaquam impar, tanti nati, ex diuina promissione merui esse genitrix, quæ post vitæ piissimę decursum, Aurelis, fœlicissimo fine in Christo obdormiuit: vbi sacra eius Lipsana religiosis honoribus, cum beata eiusdem memoria ab hinc obseruari cœperunt. Florebat circa annum 600. De ea, Scribit Saussayus, in Martyrolog. Gallicano ad 1. Septemb. in natali S. Lupi, item in Catalogo Sanctor. in ea, & qui ipsius S. Lupi Episcopi Gesta referunt.

§. 3. *S. Olla Virg.* [c] Quæ loci in quo quiescit & colitur patrona, ortus quem indè cœpit conterraneis suis perennem vicem rependit munera, quæ apud Christum consecuta est meritis iis erogans suffragiis. Templum habet suo nomine nuncupatum haud procul à Cameraco via Attrebatensi, quod etiam frequentatur à Cameracensibus, Hæc ex tabulis Ecclesiæ Cameracens. vbi illa colitur. Molano in additionibus ad Vsuard. hac die. & in indiculo SS. Belgii. Ferrario in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Cameracum* & in Catalogo generali SS. Galcinio, in suo Martyrologio. Myræo in Fastis Belgicis. Saussayo sup. hac die.

§. 4. *B. Sibilla Virg.* [e] Nobili familia orta in Hannonia, primo Canonica fuit in Collegiata Ecclesia S. Gertrudis Niuellensis, deindè Monialis in Aequiria, familiaris admodum S. Lutgardi Virgini: litteris etiam exculta fuit, ad cuius sepulchrum versus aliquot, doctè, sermone latino, suspendit, & sanctissimè moriens, non longè ab ea sepulta est: cuius ossa postea à tumulo Marmoreo, quo claudebantur, extracta sunt anno Christi 1611. ab Henrico Welpen, Alnensi Abbate, superiorum permissu & approbatione Francisci Buisseti, Namurcensis Episcopi qui præsens sacras reliquias visitans viua voce concessit, vt ab omnibus tanquam Beata coleretur: ita Henriquez in Menologio Cistertiensi & Raysia in auctario ad Natales SS. Belgii Molani, hac die, ex vita S. Lutgardis Virg. per Cantipratanum apud Surium 16. Iunii lib. 3. cap. 5. & 15. vbi cognominatur à *Gagis* claruit ad an. 1245.

§. 5. *B. Iolenda pœnitent.* [f] Illustri genere nata, primùm religiosa extitit Monasterii ad Sabim, in Namurcesio ordinis Benedictini, ex quo hortatu S. Lutgardis (quæ Dominum instanter pro ea orauit) ad Aequirianum conuolauit Monasterium, vbi cùm annis plurimis Deo inseruiisset, ipso reuelante, suum præsciuit obitum, hac die Vide Raysiam in sup. ex lib. 2. vitæ ipsius S. Lutgardis cap. 56 apud Surium. sup. de qua iterum infra ad 10. Decembris. Florebat circa annum 1250.

§. 6. *B. Mariæ Virg. Clariss.* [f] Cùm Monasterium Clarissarum S. Mariæ de Bretonera Veroladi, ruinam minaretur sumptibus pientissimæ Heroinæ Mariæ à *Velasco*, illustrissimi D. Bernardini à *Velasco* Castellæ Conestabilis filię, refectum, imo potiùs denuo constructum fuit. Hæc postmodum nobilis Virgo, Religionem ibidem ingressa, tantoperè in omni virtute atque sanctitate profecit, vt anno Domini 1517. paululum antequam animam exhalaret, SS. Apostolorum Petri & Pauli, atque Euangelistæ Ioannis præsentia dignari meruerit. Memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die, annotationib ad illud. Gonzaga parte 5. origin. Seraphic. Religionis in Monasterio quod est 6. Prouinc. Burgens. Barrezzo. parte 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 68. Wadingho Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. Christi 1358. §. 11. Goussancourt Tom. 2. Martyrolog. Equit. Melitens. pag. 227.

S. Athanasia. [g] Antiochena erat patria, Religiosa fœmina, & Deo inprimis addicta, piisque ac bonis operibus se exercens. quæ vna cum viro suo Andronico, cunctis propter Deum dimissis, noctu Vrbem reliquit, simulque Hierosolymam abierunt, sancta loca visitaturi, indeque Alexandriam venerunt. Andronico autem ad Scetem apud S. Danielem Abbatem facto Monacho, iussu eiusdem, S. Abbatis, Athanasiam reliquit in Monasterio Tabennesiotarum virginum, quod tunc insigne erat in Ægypto. Post 12. annos contigit vt S. Andronicus ex licentia sui superioris Hierosolymam iterum proficisceretur, deuotionis ergo, sub arbore resedit, vt se paululum ab æstu recrearet. Cùm ecce, ex diuina dispensatione, vxor illius, S. Athanasia & ipsa loca sancta aditura, virili tecta veste, viro suo occurrit: qui dum inter se consalutarent, illa quidem virum mox agnouit, sed ille vxorem, quòd forma illius & pulchritudo, præ studio religiosæ exercitationis concidisset, & in Æthiopissam penitus degenerasset, haud cognouit. Loquuntur simul, simulque pergunt Hierosolymam, ac reuertuntur & degunt inuicem, ex mutuo consensu, per spatium duodecim annorum: absque quo S. Andronicus vxorem agnosceret: putans eam esse quendam Athanasium Eunuchum. Quæ tandem S. Athanasia, morti vicina, Abbati schedulam à se conscriptam reliquit, Andronico post obitum tradendam. Votis interim ac precibus ritè peractis, cùm sacram synaxim sumpsisset, obdormiuit in Domino. Sed cùm ad funus eius curandum ventum esset, mulier deprehenditur; quo facto omnes attoniti cuncti patres & Monachi, totaque Ciuitas Alexandrina, & populus confluxerunt ad eius exequias celebrandas. Efferuntur igitur sacræ nobilesque reliquiæ, cùm festis frondibus, ac palmis, solemnique laude numinis: quod tantas fœminæ, patientiæ, continentiæque vires præstiterit. Agunt de ea Græci in Menologio ad Martyrologium Romanum hac die. Baronius ibid. in notis & Tom. 7. Annal. Eccles. ad ann. Christi 519. Ferrarius in noua Topographia sup verb. *Hierosolyma*, Rsdeius part. 1. viridarii SS. Gononus in vitis insignium Eremitarum orientis, in ea, Ribadeneyra in flore Sanctorum, hac die. Alii verò vti Metaphrastes, Molanus in additionibus ad Vsuardum, Surius, Gazetus, Renatus Benedictus &c. ad 27. Februar. De eadem præterea Antonius Alegre in Paradiso Carmelitici decoris statu 3. ætate 7. post Christum cap. 19. Petrus Thomas Sarracenus parte 2. Menologii Carmelitar. in Catalogo SS. ordin. Carmelitar. ex Ioanne Palenydoro in Trimeresto. Didaco de coria libro 9. Dilucidationum. ordinis. Carmelitar. cap. 4. Iosepho Falconio, Petro Lucio Belga &c. Simon Marunus hac die. §. 7.

Ll iij

SEXTO IDVS OCTOBRIS.

NICOMEDIÆ, sanctæ[a] Eulampiæ, Virginis & Martyris: quæ cùm audisset fratrem, Beatum Eulampium, pro Christo torqueri, exiliens in mediam turbam, eumque amplexata, sociam se illi adiunxit, atque ambo in ollam feruentis olei coniecti, sed nulla ex parte læsi, vnà cum aliis ducentis, qui comiraculo permoti crediderunt in Christum, obtruncatione capitis, Martyrium compleuerunt. In Territorio Archiacensi, iuxta oppidum Ramerudense, diœcesis Trecensis, sanctæ[b] Tanchæ, Virginis & Martyris: que ex illustri nata prosapia, & puritate mentis, & integritate corporis, Christo sponso fidem seruauit, nec non sanguine suo purpurauit. Eodem die, sanctæ[c] Remiscendis, Virginis, Regiæ prolis, & virtutis insignis. Iotro Monasterio, in territorio Meldensi, depositio sanctæ[d] Telechildis Virginis, primæque illius parthenonæ Abbatissæ, Benedictinæ, ingenti vitæ sanctimonia celebris. Amarantij in Territorio Braccarensi, Beatæ Anonymæ, Virginis Clarissæ; quæ sanctis adornata moribus, fælix migrauit ad astra.

OCTOBRIS X.

§. 1. SAncta Eulampia, Virg. Martyr.[a]] Fortissimus eius apparuit animus: dùm ac Christi confessionem, primo, colaphis crudeliter cæditur, In ollam feruentem incijtur, sed indè illæsa exiliens, capillis suspenditur: & in fornacem ardentem mittitur, ex qua gaudens ac læta egressa, capitis sententiam excepit, circa annum Christi. 190. Agunt de ea. Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. Molanus in Additionib. ad Vsuard. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Nicomedia*. Græci in Menologio: Metaphrastes, Lipomanus, Surius, Simon Martinus, & alij hac die.

§. 2. *S. Tanchæ, Virg. Martyr.*[b]) Nobilitatem generis, eximio cultu castitatis, & piæ mentis affectibus, quibus ab ipso ætatis flore, Christo se addixit, plurimùm decorauit: cui ab ineunte ipsa ætate virginitatem suam consecrauerat. Quæ cùm, circa montem, cui Bananiæ nomen, ab impuro proco, ad impuritatem sollicitaretur, omni destituta humano auxilio, suspirijs & lachrymis opem Diuinam cœpit deposcere, his verbis: Domine Iesu, auxiliator meus, ne sinas, quæso, corpus meum à corruptore inquinari; serua meam à labe animam, vt immaculata tibi valeam occurrere. Qua oratione exasperatus procus, virginem ense transuerberat. Corpus puræ animæ domicilium, Deus custodiuit etiam mortuum, vt nec feræ attingerent, nec imber, nec æstus officeret. Repertum denique cruore roseo purpuratum, pater eius desolatus collegit, sepeliuitque multis cum lachrymis in Leustriæ viti parœchiali ædicula. at condita tumulo gemma tam nobilis, non diu isto in puluere delituit. Eruperunt mox inde miri Beatæ meritorum fulgores, qui regionem totam, ad eius reuerenda membra excitarunt: tantoque feruentiùs impulerunt, quantò promptius, & vberius, opem quicunque eius supplex implorabat, suffragiorum consequebatur præsidia. De ea scribunt. Molanus in Additionib. ad Vsuard. & Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die. Des-Guerroys, in sanctitate Christiana. sæcul. 7. ad an. 657. ex Martyrologio Trecensis Eccles. & Monasterij Cellensis. ac S. Lupi. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctor. & iis Additis ad nouam Topographiam. sup. verb. *Treca*. Vaquerius in Enchiridio benè morientium anno. 1006. *Aucha*, etiam quandoque nominatur.

S. Remiscendis. Virg.[c]) Filia extitit, Sigiberti, Metensis, seu Austrasiæ, Francorum Regis. quæ sepulturam nacta fuerat in Hasteriensi Basilica agri Leodiensis, supra Mosam, à Geusiis hæreticis, Belgium, vltimo sæculo, infestantibus, destructa; in cuius tumulo exaratum legebatur. §. 3.

Francorum Regis Sigiberti filia sacra
Diua Remiscendis moribunda, hic membra reliquit.

Vide Arnoldum Raissiam. In Auctario ad Natales SS. Belgij. Molan, hac die.

S. Telechildis, Vir. Abbatiss.[d]] Regio Francorum genere orta, patre Beltrid., matre verò Agia, Sancti itidem Agilberti, Episcopi Parisiensis soror fuit, cuius sanctis documentis exculta, indefesso studio, ab exordio suæ professionis, ad consummationem vsque vitæ, ad sponsi cœlestis, cui se dederat, bene placita indaganda, noscenda, exequenda, aspirauit. Nec suis duntaxat prodidit lumina sanctitatis; at longè extra domum radio gratiæ, qua affluebat, religiosæ prouectionis desiderio exercens, propagauit. E cuius disciplina prodijt. S. Bertilia, quæ prima Calensis Monasterij, præsente S. Bathilde Regina Franc. facta Abbatissa, paternis, quam ex maternis, Telechildis vberibus suxerat, lac, nouæ domus istius Virginibus alumnis, instillauit. Cæterum, cùm, Beata ipsa eius informatrix, Telechildis, summa cum prudentia, & mansuetudine, grege creditum per multos annos gubernasset, ditata immensis gratiæ fœnoribus, magna cum cordis iubilatione, ex hac vita sanctissime decessit; ibique sacello Sancti Pauli Eremitæ sepulta retro altare, mirificata profusis splendoribus sanctitatis, ob quæ exhumata honorificam in capsulam, reposita est: in qua hactenus requiescit. §. 4.

Memoratur

Memoratur à Molano & Sauſſayo ſup. hac die. Wion in Martyrologio Benedictino, & Menardo ibidem lib. 1. obſeruation. Ferrario in Catalogo generali ead. die. ex monimentis Iotrenſis Abbatiæ, & actis Sanctæ Bertiliæ, Calenſis Abbatiſſæ 1. Deſ-Guerroys. ſup ad an. Chriſti 690. Floruit tempore Clodouei 2. Regis Franc.

§. 5. *B. Anonyma Virg.* [f] Hæc 10. vix annum attingens, iuuencula quidem ætate, ſed moribus maturiſſima, anno Chriſti 1550. cœlum petiuit: ad cuius obitum, Angelicus concentus ſuauiſſimos à ſororibus fuit auditus, & odorifera fragrantia ex eius corpore exhalauit, quæ omnium animos circumſtantium magna voluptate affecit. Qua de re Martyrologium Franciſcan. hac die. Annotationes ad illud. Gonzaga part 3. origin. Seraphic. Religion. in Monaſterio S. Claræ Amarantii, quod eſt 3. Prouinciæ Portugalliæ. Barrezzus parte 4. Chronic. Minorum lib. 3. cap. 57. Valerius de SS. Fœminis. ordinis Minor. lib. 4. cap. 38.

QVINTO IDVS OCTOBRIS.

IN Pago Vilcaſſino Diœceſis Rothomagenſis, ſanctæ [a] Pienriæ Virginis & Martyris, ſub Præſide Feſcennino. Eodem die, ſanctarum [b] Virginum & Martyrum Libariæ & Suſannæ, ſororum, quas Patria Tullenſes Saluſtius Galliarum Præfectus, ſub Iuliano Apoſtata, ſæuiſſimas de Chriſtianis exercens quæſtiones, ob conſtantem Chriſti Saluatoris confeſſionem, gladio obtruncauit, ex quibus Libariæ corpus exangue caput truncatum ſuſtuliſſe in manibus legitur. Tarſi in Cilicia, ſanctarum [c] mulierum, Zenaidis & Philonillæ, ſororum; quæ Beati Apoſtoli Pauli conſanguineæ, & in fide fuerunt diſcipulæ. Veronæ ſanctæ [d] Placidiæ Virginis, filiæ Valentiniani Imperatoris, magnis exornatæ virtutibus. In Territorio Rothomagenſi, Monaſterio Pauliacenſi, ſanctæ [e] Iulianæ Virginis, & Abbatiſſæ Benedictinæ: humilitate, patientia & charitate conſpicuæ. Apud Betekingenſe Angliæ monaſterium, in Comitatu Eſſexiæ, Diœceſis Londinenſis, ſanctæ [f] Ethelburgæ Virginis Abbatiſſæ eiuſdem ordinis: quæ vigiliis orationibus, cæteriſque piis actionibus iugiter addicta, ac demùm multis diſcipulis inſigniter inſtitutis ieiuniis ſanctitate & miraculis clara, exceſſit è vita. Laude Beatæ [g] Manſuetæ Virginis Clariſſæ: ob Diuina eius ſanctitatis indicia & vitæ puſſimæ merita ſpectabilis. Hieroſolymis Beatæ Hiddæ [h] Viduæ, matris ſancti Brunonis Colonienſis Archiepiſcopi: quæ bonis operibus plena, fælici exitu, in ſortem ſanctorum excepta eſt. Bituricis, Tranſlatio ſanctæ [i] Fauſtæ, cuius corpus in Monaſterio de Pratea repoſitum, quieſcit.

OCTOBRIS XI.

§. 1. SAncta Pienria Virg. Martyr. [a] Hæc eſt nobilis fœmina, illuſtriſque Heroina, quæ corpora SS. Martyrum Nicaſii, primi Rothomagenſis Epiſcopi, & ſociorum eius, pro Chriſto occiſorum, magna cum reuerentia ſepeliuit: quo expleto comprehenſa ab iniquis Satellitibus, primo pugnis contuſa, deinde flagellis dilaniata, ſecuri denique percuſſa, agonis præclari trophæum reportauit: cuius ſacræ reliquiæ poſtea Abrincas delatæ, in Cathedrali baſilica ſunt repoſitæ, vbi cultu congruo venerantur: pars altera Rothomagi in Eccleſia Collegiata S. Candidi veteris, & Mellenti in prior. tu S. Nicaſii honorificè aſſeruatur. De ea agunt Viſuardus Ado. Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Vilcaſſinum*. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano hac die. Taillepied, Dadræus, Gallia Chriſtiana, & alii in Archiepiſcopis Rothomagenſ. copioſius Nicolaus Dauanne in vita S. Nicaſii & ſocior. Louuetus Tom. 1. Hiſtor. & Antiquitat. Diœceſ. Belnacenſ. cap 2. §. 27. Simon Martinus. hac die.

§. 2. *SS. Libaria & c. Virg. Martyr.* [b] Ita Sauſſayus hac die, in Martyrolog. Gallican. quod intelligendū venit de aliqua earum memoria ſolemniter facta: quandoquidem, nec hac die, ſimul, aut diuiſim, vel cum fratribus SS. Eucharío & Eliphio, martyrium paſſæ ſunt: vti conſtat ex earum actis. Vide ſup. ad 8. Octob. Illarum meminerunt Rayſſius in auctario ad Natales SS. Belgii Molani ſub 20. Maii. Gazetus in Hiſtoria Belgii Gallica. Camerarius autem lib. 3. de Scotorum pietate & Sanctis Regni Scotiæ cap. 4. die ſequenti.

S. Zenaidis & c. [c] Memorantur in menologio Græcor. & Martyrolog. Roman hac die Baronio ibid. in notis. Ferrario ſup. verb. *Tarſus* & Simon Martin. §. 3.

S. Placidia Virg. [d] Filia extitit Valentiniani Imperatoris & Eudoxiæ Auguſtæ, filiæ Theodoſii magni: quæ ſecreto ſæculo adhæſit auiæ ſuæ S. Gallæ Placidiæ, ieiuniis, eleemoſynis & orationibus intenta. De huius ſanctitate, cuidam ſeni reuelatum eſt, quod eius meritis, ſoror ipſius Placidiæ *Honoria* nomine, à graui infirmitate liberata fuiſſet: qui & viſa Eudoxiæ ipſius matri retulit: quæ ex tunc filiam in deuotione habere cœpit. Poſtea Rauennam veniens, cum vtroque parente illic demorata eſt, ac poſt aliquot §. 4.

tempus, Hierosolymam perrexit: vbi lustrans loca sancta, bienniom exegit: tumque Venetias reuersa, & inde Veronam profecta, inibi diem clausit extremum, sepulta in Ecclesia S. Stephani, via Tridentina miraculis illustrata. De ea agunt Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in not. Petrus de Natalib. lib. 9. Catal. SS. cap. 70. & Molanus in additionib. ad Vsuard. 15. Octob. Ferrarius sup. verb. *Verona*. & in SS. Italiæ, hac die. Valerius Cardinalis, Episcopus Veronens. lib. Antiquit. monument. Episcopor. Veronens. pag. 29. & 57. Gallonus de virgin. Romanis.

§. 5. *S. Iuliana Virg. Abbatiss.* [e]] Cælesti igne succensa, mira probatur patientia à Benedicta Abbatissa, cui postea successit in præfectura: eoque maiori animi demissione, se deprimens, omnibus humilitatis exemplum præstitit admirandum, amorisque & sollicitudinis maternæ, studia, officiaque eximia: hinc ad immortalitatis statum euecta, purissimum eius corpus è Pauliaco Monstrolium vsque translatum Diœcesis Ambianens. inclusumque honorifico conditorio, illic prope S. Austrebertha Virginis (cuius benigna aspiratione votis est potita) venerandam Lipsanotheeam requiescit. Ita Saussayus in Martyrolog. Gallican. hac die. Menardus in Martyrolog. Benedictino & lib. 2. obseruation. ad illud. Simon Martin. Tom. 2 flor. SS. in ea hac die.

§. 6. *S. Ethelburga Virg. Abbatiss.* [f]] Ex nobilissima prosapia Offæ, primi Orientalium Anglorum Regis erat progenita, quæ temporales fugiens nuptias, Christo virginitatem suam vouit: quam S. Earcumualdus Episcopus eius frater tradidit moribus imbuendam. B. Hildehuthæ Virgini è Gallia accersitæ: sic autem profecit, vt breui omnes sorores sanctitate & moribus transcendens, prima omnium in Anglia, saltem extra Norhumbriam, Abbatissa ordinis S. Benedicti effecta sit, sanctissimèque rexit vsque ad tempus, quo in cœlum abiit, virtutibus & miraculis clarissima. *Edilburga*, etiam quandoque vocatur. De ea scribunt Molanus in additionib. ad Vsuardom. Wion. in Martyrologio Benedictin. Ferrarius in noua Topographia. sup. verb. *Anglia*. & in Catalogo generali SS. Gallesinius in suo Martyrologio, hac die. Capgrauius in Legenda SS. Angliæ, Malmesburiens. lib. 2. de Pontificib. Anglor. §. de Episcopis Londinens. Wigorniensis ad an. 664. Ranulphus Cestrensis lib. 5. cap. 18. Westmonasteriensis. ad an. 675. Baronius Tom 8 Annal. Ecclesf. ad an. 676. Harpsfeldius in Histor. Ecclesf. Anglic. sæcul. 7. cap. 14. ex gestis eius a Beda conscriptis lib. 4. cap. 6. 8. & 10. Trithemius lib. 3. viror. illustr. Benedictio. cap. 120. Eduardus Maihevv. Tom. 2. Trophæor Coogregation. Anglic. Benedictin ad Natales SS. hac die. Wion libro 4. ligni vitæ cap. 24. Grasius de Clericis regularibus sect. 15. §. 1.

B. Mansueta Virg. [g]] Hæc inter sanctissimas §. 7.
sorores Monasterii S. Claræ Laudæ, quod est 9. Prouinc. Mediolanens. longè emicuit, quæ cùm quadam die, maximo sumendæ Eucharistiæ desiderio teneretur, ab Angelo sibi sacra Synaxis ministrata fuit. Q a de re Martyrologium Franciscanum, hac die. Annotationes ad illud. Gonzaga part. 2. orig cra- phic. Religion. in eo Monasterio & Vvadinghus Tom 6. Annal. Minor ad an. 1459. §. 61.

S. Hidda vidua. [h]] Mater extitit S. Brunonis Ar- §. 8.
chiepiscopi Coloniens. an. 953. quæ peregrinata in Hierusalem, ibi e clara virtutibus sancto fin quieuit. Vti referunt Ditmarus lib. 2. Chronic & Baronius. Tom. 10. Annal Ecclesf. ad an. 965 § 10.

Translatio S. Fausta. [i]] Ita Saussayus in sup- §. 9.
mento Martyrologii Gallicani hac die. Manriquez Tom. 2. Annal. Cisterciens. ad an. 1145. cap. 1 6 8. & Gallia Christiana in Abbatiss an. 114 peracta

QVARTO IDVS OCTOBRIS.

ROMÆ, sanctæ [a] Anastasiæ Virginis & Martyris. In Lycia, sanctæ [b] Domninæ Martyris, sub Diocletiano Imperatore: quæ Christi Domini fide præclarè asserta, profuso sanguine palmam victoriæ retulit & gloriæ coronam. Apud Eikense Monasterium Benedictinum, ad Mosam in agro Leodiensi, Diœcesis Ruremundensis, sanctæ [c] Harlindis Virginis, primæ huiusce loci Abbatissæ, sanctorum Wilibrordi & Bonifacii Episcoporum, discipulæ, virtutibus & miraculis præclaræ. Vlyssipone in Lusitania, Beatæ [d] Agnetis à sancto Dominico Virginis Clarissæ: quæ mentis puritate, & charitatis ardore, necnon signis admirandis eluxit. Apud Muyssenum Brabantiæ Monasterium, ordinis Cisterciensis, prope Mechliniam, Dormitio Beatæ [e] Mariæ Vanden-dale, secundæ Priorissæ, eximiæ orationis ac spiritus feruoris dono conspicuæ. Vrbini Beatæ Elisabethæ Malatestæ viduæ Clarissæ: quæ spretis mundi & carnis illecebris, virtutum omnium specimen euasit. Eystadii in Germania, Translatio sanctæ [g] VValburgæ Virginis Abbatissæ. Buteræ in Sicilia, Translatio Reliquiarum sanctæ [h] Anastasiæ. Oigniaci in Diœcesi Namurcensi, Translatio sanctæ Mariæ Oigniacensis.

OCTOBRIS XII.

§. 1. S. *Anastasia, Virg. Martyr a*] Ita Ferrarius in catalogo generali SS. hac die. ex Græcorum monumentis: & Gallesinius in suo Martyrologio. Hæc illa esset, cuius meminit Antonius Alegre, in paradiso Carmelitici decoris. statu. 2. ætate 4. post Christum capite 46. anno. 190. Gallonios de Virginibus Roman.

§. 2. *S. Domnine, Martyr. b*] Agunt de ea Græci in Menologio, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius. ibid. in notis. Metaphrastes; Galesinius. sup. & Ferrarius. in noua Topographia ad Martyrologium Romanum. verb. *Lycia & Lystas.*

§. 3. *S. Harlindis, Virgin. Abbatiss. c*] Sororem habuit S. *Relindem*, seu *Renulam*, sibi in Abbatiæ regimine successorem; de qua sup. ad 6. Februar. A præfatis quippe SS. Episcopis Bonifacio Moguntino, & Vvilibrordo Traiectensi, simul instructæ rectè fide, euasere charitate ferventes, humilitate decoræ, largitate eleemosynarum hilares, ac religione [illegible]; quæ propriâ in hæreditate, Monasterium istud construxerunt; in quo rore cœlestis gratiæ irriguæ, Germina multa Virginitatis produxerunt. circa ann. Christi 740. & sanctis exemplis, ac monitis, miraculisque conseruarunt. Prout referunt. Vvion in Martyrologio Benedictino, Molanus in Indiculo SS. Belgij. Saussayus in Martyrologio Gallicano Calendario in Belgicum. Ferrarius sup. in noua Topographia. verb. *Eica.* & in catalogo generali Sanctor. hac die, Cratepolius de Episcopis Germaniæ. Anselmus de Episcopis Leodiens. cap. 37. Chapeauillus. Ibid in Annotationib. Tom. 1. Histor. Leodiens. Myræus in Fastis Belgic. Ludouicus Iacob. in Bibliotheca illustr. fœminar.

§. 4. *B. Agnetis, Virg. d*] Eius elogium recensent Martyrologium Franciscanum, hac die: Annotiones ad ipsum. Gonzaga. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio S. Claræ Vlyssiponensi. quod est 1. prouinc. Portugall. Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 29. sub. ann. 1565. Vvadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. Christi 1294. § 19. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 40. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Nam omnibus virtutibus, sed præsertim humilitate, paupertate, atque feruentissima oratione, dum viueret, mirum in modum resplenduit: quamobrem plures molestias sibi à Dæmone illatas, viriliter sustulit, & innumeris claruit miracolis: ad cuius baculi contactum, cui decrepita innitebatur. R. P. Andræas Insulanus totius Minoritici Ordinis olim Generalis Minister, a podagra, qua acerbissimè affligebatur; & serenissima Catharina, Portugalliæ Regina, à vehementissima Chiragra, & plures alij, à diuersis infirmitatibus liberati fuere.

§. 5. *B. Mariæ. Priorissæ. e*] Situm est Monasterium istud inter Mechliniam & Louanium: in quo ex monitione Angelica, facta priorissa secunda, præfuit annis 38. Quàm verò orationibus ac precationibus sanctis dedita fuerit; quantoque feruore, animi contentione, illas ad Deum profuderit; ignei radij, flammeusque splendor, satis superque testatus est, qui non semel, cum omnium admiratione, ex e[illegible] oculis, oranti sique corpore, promicare fuit conspectus: abiit in cœlum ann. 1438. hac die. iuxta Raysium in Auctario ad Natales SS. Belgij. Molani. Henriquez. in Menologio Cisterciensi, Saussayum in Martyrologio Gallicano.

§. 6. *B. Elisabeth, Vidua. f*] Defuncto coniuge, Petro gentili Varano Principe Camertum, & desponsata filia Alfonso Sphortiæ; Pisaurensi Regolæ Fulginij S. Claræ amplexata est institutum. Corpore procera, vultu veneranda, & moribus gratissima, sororum omnium, quibus humillimè seruiebat, conciliauit amorem & reuerentiam. Indè Perusium profecta anno Christi 1448. monasterium Montis Lucis incoluit. vsque ad ann. 145[illegible]. quo à Calixto 3. cum sororibus 8. Vrbinum amandata est, nouum ibidem Monasterium constructum suo magisterio formatura, vbi postquam religiosissimas educuit discipulas, magna pietatis ac sanctitatis opinione, nec minus virtute, quàm genere, nobilissima, migrauit in cœlum circa ann. 14[illegible]7. vide Martyrologium Franciscanum, hac die. Annotationes ad illud, Iacobum Bergomat. de claris mulieribus cap. 1[illegible]2. Iacobillum de SS. [illegible] ad 22. Iulij, & Vvadingum Tom. [illegible] ad ann. Christi 47[illegible]. §. 14.

§. 7. *Translatio S. [illegible]alburgæ, Virg. Abbatiss. g*] Hanc [illegible] [illegible], Eduardus Mathevv. 2. Tom. Trophæor. Congregation. Anglic. Ordin. Benedictin. ad Natales Sanctor. hac die, Petrus Stevvartius in Epitom. vitæ S. Vvalburgæ Notat. 7. Raysius. sup. ad 19 Nouemb. Quo quidem festo, tribus diebus, apertum est sepulchrum S. Virginis, vt miraculum stillantis olei, ex eius corpore, omnes coram intueri, & venerari possint: nec celebratur hæc translatio. in aliis Eccl. sus vrbis, & Diœcesis Eistettensis. sed in sole eo Monasterio S. Vvalburgis, vt dicitur in Breuiario Eistettensi. Porro, hanc arbitror contigisse sub Herberto, seu, Heriberto. 15. eiusdem sedis Episcopo, quando sacra Lipsana S. Virginis, ex loco humiliore Templi Vvalburgini, translata sunt in eum locum. vbi hodiè quiescunt, inclusaque summo altari quo tempore, idem Præsul, monasterium S. Vvalburgæ, adiutus à Lechsmundiano, quodam Comite, prædiis, & annuis prouentibus insigniter locupletauit. Sæpius etenim sacra Lipsana Vvalborgæ sunt translata. Raderus Tom. 3. Bauariæ sanctæ.

§. 8. *Translatio S. Anastasia. h*] Sic Ferrarius in catalogo generali Sanctor. hac die, ex Martyrologio Siculo, & monumentis Ecclesiæ Buterens. vbi ea præcipuè colitur.

§. 9. *Translatio B. Mariæ Ogniacens. i*] Ognia, pagus est Belgij in comitatu & Diœcesi Namurcensi, ad Sabini fluuium, Apud Fossas oppidum: illic extat prioratus Canonicor. Regularium Ordinis S. Augustini: in quo iacebat corpus ipsius B. Mariæ Viduæ, Reclusæ intra Capellam suo nomini dicatam: cuius fama sanctitatis Reuerendissimus Franciscus Buisseretus, Namurcensis Episcopus, permotus, scripsit ad Summum Pontificem Paulum V. vt ea sedis Apostolicæ licentia, sacra beatæ Cœlitis ossa, de terra leuarentur, & in decentiorem locum reponerentur, ad Maiorem Dei Gloriam & sanctorum honorem & fidelium Christianorum solamen: cuius precis votis vltrò annuens Christi Vicarius, Indulgentiam plenariam indulsit omnibus ad huiusmodi Translationem piè ac deuotè conuenientibus. sub Datum Romæ, apud S. Marcum die. 4. Augusti anno 1607. His itaque litteris receptis, præfatus Episcopus anno sequenti. scilicet

1608. tempus assignauit, ad 13. Octob. quo hæc Translatio celebraretur solemniter: vti euenit. Nam ipse sociatus Abbatibus Floreffiensi: & sancti Fullitani, Ordinis Præmonstratensis, ac Priore Oigniacensi, & Canonicis huiusce ædis præsentibus, multis proceribus, nobilibus, & infinita prope plebis mul- titudine: Translationem celebrauit: sacrum corpus solemni processione detulit, ac reuerenter in Theca argentea inclusit: quæ omnia ipsemet scripto suo, ac libro à se composito, posteritati relinquenda curauit. Lonanij. ann. 1609. ex officina Gerardi Riuii.

TERTIO IDVS OCTOBRIS.

IN Græcia, sanctæ [a] Anastasiæ, Virginis, Abbatissæ: quæ genere, puritate, sapientia, & virtutum disciplina admodùm emicuit. In Scotia, sanctarum Virginum Fintanæ [b] & Othæ sororum, quæ in eremo vitam omni cum obseruantia Religionis & perfectionis ducentes somno quietæ mortis exceptæ sunt. Apud Sublacum in Latio, sanctæ [c] Chelidoniæ, Virginis, Abbatissæ, benedictinæ; quæ documentis & exemplis sanctissimis cùm sibi subditas informasset, post virtutum decora, quibus copiosè præstabat, deposita mole carnis, Spiritum præclaris ornatum mentis ad patriæ supernæ amœnas sedes transmisit. Assisii in Vmbria, Beatæ [d] Philippæ-Leonardæ à Ghisilyero, Virginis, Clarissæ; cuius eximia merita, cùm omnibus amabilem & venerandam effecissent, tandem etiam Deo acceptissimam ad eius vsque beatum conspectum & sempiternæ fœlicitatis vsuram, euexerunt. In Territorio Auernensi, transitus Beatæ Anonymæ, Viduæ: optimæ Matronæ, pietate ac religione celebris.

OCTOBRIS XIII.

§. 1. S. *Anastasia, Virg. Abbatiss.* [a]] Nobili parentum sanguine nata, à teneris annis, studiis Philosophiæ ac Theologiæ sic profecit, vt breui penè mirabilis euaderet. Cumque parentes, Imperatori Græcorum freti potentia, cuidam adolescenti illustri, eam dare vellent in matrimonium, illa sponso Christo dicata Virginitate, in Monasterium aufugit, sub sanctissima Matrona Abbatissa, vitam cœlibem acturá: cui paulò post in eius locum succedens electa Abbatissa, tanto claruit virtutum candore, vt omnibus præluceret sanctitatis exemplo. Pœnitentia quippe ingenti corpus attriuit, abstinentiam, biduò non nunquam sine cibo manens & potu, mirabiliter est prosecuta: assiduæ meditationi vacans, cœlestibus meruit illustrationibus imbui: tandem ab ipso Christo moritura refici pane cœlesti, deque morte imminēte præmoneri meruit, circa ann. 419. iuxta Petrum Thomam Sarracenum part. 1. menologij Carmelitar. in catalogo Sanctor. eiusdem Ordinis. Antonium Alegre in paradiso Carmelitici decoris, statu 2. ætat. 6. post Christum, cap. 151. Ex Didaco de Coria. in Dilucidationibus eiusdem Ordinis, Ioanne Palæonydoro, in Trimegisto, Iosepho Faleonio, Petrò Lucio Belga, &c.

§. 2. *S. Fintana, &c. Virg.* [b]] Patrem habuerunt S. Donevaldum, Scotum Eremitam; His autem arctissima vita degentibus, panis hordaceus cibus fuit, & aqua potus, semelque duntaxat in die, exiguo reficiebantur cibo: perpetuæ ferè orationi, aut rei rusticæ, quo tenuem vitam sustentarent dediti: sicque in solitudine *Ogiluy*, simul cum patre sanctissime vixerunt. Ipso autem defuncto, haud tutum ratæ solitudinem sine castitatis custode inhabitare. Ganardum Pictorum Regem adeuntes, habitandi locum quærunt, vt Christo, cui tenera ab ætate virginitatem sacrauerant, à virorum semotæ consortio, liberius seruirent. Rex piis Virginum postulatis annuens, Abernethi ædes, cum oratorio, redditusque ex proximis agris ad victus eisdem liberè erogauit; illicque monasterium ingressæ, post religiosam vitam, Deoque gratissimam exactam, beato fine quieuerunt, & ad immensæ quercus radicem sunt sepultæ. Ostenditur etiamnum locus Christiano populo, illic Religionis causa confluenti, in multa veneratione habitus. Ita Hector Boetius lib. 10. Histor. Scotiæ. Gononus lib. 1. Patrum Occident. in vita eius, Lesleus lib. 4. Histor. Regius in Calendario Scotiæ. Ferrarius in catalogo generali Sanctorum. hac die, ex lib. 6. de scriptorib. Scotiæ. Camerarius lib. 3. de Scotorum pietate. & sanctis Regni Scotiæ cap. 4. ad [illegible]. Maii 12. Iunij & 21. Augusti Ludouicus Iacob. in Bibliotheca illustr. Fœminar. Prior quandoque vocatur. *Fintana Findocka, Fintana, & Fincana.* Alia verò: *Mazota & Otha.* Floruerunt circa ann. Christi [illegible] 15.

§. 3. *S. Chelidonia, Virg. Abbatiss.* [c]] Nata est Cellis in Calabria, egitque Abbatissam in Latio; eius venerabile corpus, è vetusta Ecclesia in montibus Simbruinis posita translatum est in Basilicam Monasterii S. Scholasticæ, apud Sublacum, opera Eminentissimi Cardinalis Marci Antonii Columnæ; quod nunc de suo nomine *sancta Chelidonia*, nominatur. Illam commemorant Martyrologium Romanum. hac die, Baronius ibid. in notis. Vvion in Martyrologio Benedictino, ead. die. Ferrarius. in noua Topographia ad Martyrologium Romanum. verb. *Sublacus* & in S[illegible], Italię.

§. 4. *B. Philippa Leonarda, Virg.* [d]] Assiliae erat, & socia S. Claræ Virginis, adhuc in sęculo degentis, quam & sępè Deum conuersam visitabat, & semel interfuit, quando ipsa sorores magno cum spiritus feruore hortabatur ad brauium piorum vitę spiritu

lis & perfectionis exercitiorum, pro Regno cœlesti adipiscendo Quare præfata B. Philippa, quarto anno à vocatione ipsius S. Claræ; eandem religionis viam secuta, ipsimet S. Claræ voluit sociari, & Christo sponso iugiter ex toto corde inseruire. Quòd cùm diu illic sanctissimam vitam egisset, ad vltimum quamplurimis exornata virtutibus, animam cœlo reddidit. cuius corpus Assisij humatum est in Ecclesia S. Georgii. vide Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad Hugo. Tossinianum. lib. 1. Hist. Seraphic. Barrezzum part. 4. Chronic Minor. lib. 2 cap. 9 Vvadinghum. Tom. 1. Annal Minor. ad ann. 1215. §. 37. ex Mariano. in Appendic. lib. 1. Valerium de sanctis Fœminis Ordin. Minor. lib 4. cap. 13. Thielmans. Tom. 2. vitarum, SS. Seraphic. Ordinis.

§. 5. *B. Anonyma, Vidua. e*] Nopserat Firmioo, Aruernorum Comiti, de Boloniensibus Comitibus exorto; eo autem ex humanis sublato; filios eius primogenitus Eulalius successit in comitatu: qui complures sustulit molestias, iuuenili ætate hominem per abrupta (vt scribit D. Gregorius Turonens. lib. 4. Histor. Franc. cap. 20. rapientes non deerant tamen quotidiana matris sanctissimæ monita, quę lachrymis', B. Monicæ instar, Deo filium parere contendens, nocturna sæpius tempora precibus sopito omni famulitio extrahebat, & cilicina veste, in qua etiam expirauit, corpus affligebat. ex manuscriptis monimentis. Malbrancque Tom. 1 de Morinis libro secundo capite quinquagesimo tertio sub ann 561.

PRIDIE IDVS OCTORIS.

CÆSAREÆ in Palæstina, sanctæ [a] Fortunatæ, Virginis & Martyris: quæ in persecutione Diocletiani, post equuleum, ignes, bestias, & alia tormenta superata, Spiritum Deo reddidit, cuius corpus postea Neapolim in Campania delatum fuit. Cordubæ, sanctæ [b] Aureliæ, Martyris. In Territorio Catalaunensi, sanctæ [c] Manegildis, Virginis: quæ fide, & mente pura Christo deseruiens, ad fœlicis æternitatis viam sibi comparandam animum induxit. Bellouaci, sanctæ [d] Angadrismæ, Virginis, Abbatissæ: genere, vitæ perfectione, & miraculis celeberrimæ. Apud Herentalense oppidum, Antuerpiensis Diœcesis, in Monasterio Horti-Conclusi, Natalis Beatæ [e] Elisabethæ Arneltiæ, eiusdem Ascetetii præfectæ, Ordinis Præmonstratensis; quæ gratissimum in humili corde, sponso suo Christo præbens habitaculum, Virginibus sacris piæ conuersationis, præluxit exemplis. Bello-Prati in Flandria, iuxta Gerardi-Montem, Diœcesis Mechliniensis, Transitus Beatæ [f] Claræ Dullæes, Abbatissæ, Ordinis Cistertiensis: summa vigilantia, & monastica obseruantia, atque paupertate, necnon miraculis spectabilis. Volaterræ in Hethruria, Beatæ [g] Claræ Paluiæ Virginis, Clarissæ: Religione & pietate insignis, Eodem die, Depositio sanctæ [h] Placillæ, Augustæ, vxoris Theodosii magni, quæ operibus charitatis ac misericordiæ maximè dedita, verè mater egenorum, pupillorum atque infirmorum, euasit. Romæ, sanctæ [i] Tryphoniæ, Viduæ, eximiæ pietatis fœminæ. In Iotrensi Monasterio Diœcesis Meldensis, Translatio sanctarum Virginum, [l] Teudechildis & Aguilbertæ, illius Parthenonæ Abbatissatum. Confluentiæ, in Diœcesi Treuirensi, Commemoratio [m] sanctæ Noitburgis Virginis Coloniensis,

OCTOBRIS XIV.

§. 1. S. *Fortunatæ Virg Martyr. a*] Agunt de ea Martyrolog. Roman hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 5. Annal. Eccles. ad annum Christi 308. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum, verb. *Cesarea Palestina.* & in SS. Italiæ Translata est primùm Puteolos, indè Neapolim, temporibus Constantini & Irenes Imperator. Cùm Romanæ Ecclesiæ præesset Hadrianus Papa; vbi tertio nonas Martii repertæ sunt sacræ eius Reliquiæ Neapoli in Ecclesia S. Gaudiosi, ano. 1561. vbi hactenus asseruantur.

§. 2. *S. Aurelia, Martyr. b*] Ita Ferrarius in catalogo generali Sanctor. hac die, ex Marietta lib. 2. de sanctis Hispaniæ. Nisi forsan eadem esset cum S. Aurea, de qua sup. ad 19. Iulii.

§. 3. *S. Manegildis, Virg. c*] Hæc sæculum cum pompis & deliciis aspernata, à S. Alpino, Catalaunensi Episcopo, Deo consecrata est, tum à parentibus accepto quodam loco, *Blanuilla*, dicto, ad Maruæ ripam, illic solitariam vitam duxit, omnis perfectionis specimen facta, modestia, humilitate, mortificatione, oratione, liberalitate in pauperes, mundi

contemptu, atque carnis maceratione, necnon piæ conuersationis exemplo admodum renitens: quę tandem post calcatas carnis & Diaboli insultationes, corpore ac Spiritu sancta, partaque victoria, cucurrit ad palmam, circa an. Christi 490. hac die. Vti referunt Molanus. in Additionib. ad Vsuard. Saussayus. in Martyrologio Gallic ead. die. & 31. Martii. Ferrarius in catalogo generali Sanctor. Des Guerroys. in sanctitate Christians. sæcul. 5. ad ann. 470. Rapinæus in Annalib. Eccles. Catalaunens. in vita eius pag. 69. & seq. *Manechelder*, & *Menechildes* nonnunquam etiam nuncupatur. Huius corpus tumulatum est eodem loco, quem vitæ suæ, virtutibus ac miraculis sanctificauerat: vbi tamdiu iacuit, quo vsque idem locus ruinæ subiacens, alia recens Ecclesia extructa est sub nomine S. Vrbani Martyris: quam Episcopus Catalaunensis Erchanrandus, circa ann. Christi 865. multis religiosis sociatus, illud sacrum corpus transtulit: ex quo postea brachium cum costa sublatum est, ad instantiam Ioannis de Cermonia, viri illustris, & delatum in ædem oppidi, quod nunc de suo nomine nuncupatur. *S. Manechildes*. nouem leucis à Catalauno. ann. 1379 hac die. per Episcopum Catalaunens. Archambaldum: qui adeò festum eius præcepit illic seruari cum octaua: dans indulgentiam 40. dierum visitantibus huiusmodi Ecclesiam. ipso die: at Clemens VII. Pap. annum vnum cum 40. diebus, indulgentiæ dedit omnibus fidelibus confessis & sacra Communione refectis eandem Ecclesiam piè visitantibus, in diebus festis. Natalis Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, corporis Christi, Pentecostes; Natiuitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Assumptionis Virginis: Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ. Festi SS. Petri & Pauli, S. Manechildis & omnium Sanctorum.

§. 4. *S. Angadrisma, Virg. Abbatiss. d*] Tempore Clotharii 1. Francor. Reg. in lucem edita est, filia Roberti, viri clarissimi, qui Regii Annuli gerulus, summum iustitiæ magistratum in aula agebat; non modo autem Natalium splendore, sed virtutis ornatu, & raræ venustatis decore, cæteris suæ ætatis puellis pręcellebat: cùm Siniuinus Toparca de Chassiaco, hanc à Patre, vt in coniugem traderetur filio suo S. Ansberto, paris nobilitatis, nec inferioris virtutis, & gratiæ adolescenti poposcit. Annuit Pater! at Virgo, quæ suæ integritatis florem Christo sponso cœlesti, deuouerat, id renuit; vtque euaderet, auxilium deprecatur à Deo, vt speciem sui vultus, scilicet, in deformitatem conuerteret; quod & illi præstitum est. Dùm mox fœda lepræ scabies, totam illius faciem cooperuit; sicque mundi illecebras ea delusit arte; & adolescens S. Ansbertus, mundo valedicens, Fontenellæ, iuxta Rothomagum, Monachus effectus, postea B. Audoeno successit in eiusdem vrbis Archiepiscopatu, vbi insigni sanctitate floruit. Sancta verò Angadrisma, voto virginitatis apud præfatum D. Audoënum Pontificem emisso, susceptoque de manu eius velo religionis, in cœtum sacrarum Virginum. loco cui *Oroerie*, nomen, haud procul ab vrbe Beluacensi se recepit: quę paulò post (quippe quę virtute planè admirabili omnibus anteiret) ad Abbatissæ dignitatem, quasi omnium humeris subuecta est. Fuit enim castitate pręcipua, patientia, humilitate, charitate, misericordia in pauperes adeò insignis, vt harum virtutum ideam viuam cunctis actibus ac verbis exprimeret. Multa etiam edidit miracula, viuens ac mortua, obiit circa ann. 695. Natalis eius dies, ex edicto Ioannis de Marigniano Beluacensis Episcopi: solemniter agenda, decreta est, veluti de patrona ac Tutelari totius Diœcesis: quippe quę à cunctis fidelibus semper celeberrima habita in & venerata. Scribunt de ea, Sigibertus. in Chronic. ann. 649. D. Antoninus. part. 2. Chronic. Titul. 13. cap. 6. §. 14. & 20. Vincentius Beluacens. lib. 23. specul. Historial. cap. 99. Petrus de Natalib. lib. 3. catalog. SS. cap. 108. Trithemius lib. 3. viror. illustr. Benedictin. cap. 94. Yvion in Martyrologio Benedictin. Molanus in Additionib. ad Vsuard. Ferrarius in catalogo generali Sanctor. & in noua Topographia. sup. verb. *Rothomagus*. Saussayus in Martyrologio Gallicano. Myræus in Fastis Belgic. ead. die. Surius, Renatus Benedictus. & alii in vita S. Ansberti, Rotbomagens. Episcopi 9. Februar. Louuetus Tom 1. & 2. Histor. & Antiquitat. Beluacens. Malbrancque Tom. 1. de Morinis libro 5. capite 41. & libro 4. capite 37.

B. Elisabeth. Arnestia. Virg. e] Huius sanctissimæ Christi sponsæ meminerunt Chrysostomus stella, ad Natales Sanctor. Ordinis Præmonstratens. hac die. Rayssa, in Auctario ad Natales SS. Belgij Molani sub. 19. Nouemb. Ioannes le Paige lib. 1. Bibliothecæ Præmonstratens. cap. 18 & lib. 2. in vita eius, hac die. ex Auberto Myræo. in Chronico Præmonstratensi. §. 5.

B. Clara, Abbatiss. f] Tertia à Reformatione extitit Abbatissa, anno 1500. electa, id exigentibus præclaris vitæ eius meritis, cui annis 40. summa vigilantia præfuit; religionis ipsius disciplinam. Regularemque exactam obseruationem magno in vigore conseruare satagens, paupertatis amantissima: &c. ex hac vita discessit, regnatura in cœlesti patria, ann. Christi 1545 iuxta Rayssam, sup. hac die, ex monumentis ipsius Monasterij. Henriquez in Menologio Ordinis Cisterciens. ead die. §. 6.

P. Clara, Virg. g] Sanctitate floruit in Monasterio Clarissarum Volaterræ, quod est 1. Prouinciæ Tusciæ: vbi & corpus eius quiescit. Optima virtute ac puritate prædita erat: Quæ dùm semel feruentius oraret, vidit in Spiritu. ipsa die Parasceues, anno 1564. Christum Dominum alligatum: &c. Memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die, Annotationib. ad illud. item à Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in prædicto Monasterio. Barrezzo part 4. Chronic. Minorum libro quarto capite trigesimo, Valerio de SS. Fœminis Ordin. eiusd. lib. 4. cap. 39. §. 7.

S. *Placilla. Augusta. h*] Nominata etiam reperitur *Flaccilla*, & *Placella*. ex Ferrario, in catalogo generali Sanctor. hac die. in cuius depositione S. Gregorius Nyssenus sermonem habuit: quamque summis laudibus extollunt. S. Ambrosius. in funere Theodosij Imperator. Theodoretus lib. 5. cap. 9. & 18. Socrates lib. 5. cap. 12. Sozomenus lib. 7. cap. 6 Suidas, Zonaras, &c Baronius Tom. 4. Annal Eccles. ad ann. Christi 385 §. 23. quo fœliciter obiit, abiitque in cœlum. Porrò, huiusce laudatissimæ Heroinæ statua Thessalonicæ deiecta, causa fuit cædis, ob quam Theodosius Imperator, Mediolani à sancto Ambrosio Episcopo, ingressu Ecclesiæ, sacrisque interdictus fuit: vti scribit Theodoretus lib. 9. cap. 31. Histor. tripartit. Vincentius Beluacensis lib. 17. sup. capite 55. D. Antoninus Titul. 9. sup. cap. 8. §. 3. porrò ex villa illa, *Scotomum*, in Thracia, quo obierat, funus eius Constantinopolim mox est adductum celebri pompa, & in Ecclesia repositum. §. 8.

§. 9. *S. Tryphonia, Vidua, a*] Ita Ferrarius supra hac die ex tabulis Ecclesiæ sancti Syluestri, vbi ea colitur & corpus requiescit. Gallonius de Matronis Roman.

Translatio SS. Teudechildis, &c. Abbatiss. l] Sic Saussayus, hac die in M[illegible]rologio Gallicano. §. 10.

Commemoratio S. Neubu[illegible], Virg. m] Illam memorat Ferrarius, hac d[illegible] sup. §. 11.

IDIBVS OCTOBRIS.

ARGENTORATI, sanctæ [a] Aureliæ, Virginis, quæ Regio Francorum nata sanguine, humilitate, pœnitentia, ac continua mortificatione, Christum sequi iugiter intendit. Apud Kitzingense in Germania Monasterium, Diœcesis Herbipolensis, sanctæ [b] Theclæ, Abbatissæ Benedictinæ, quæ cùm sibi alumnis Virginibus, sui admirationem, & Iesu Christi amorem, conciliasset, relictis fœlicis sui secessus splendoribus, ad cœlestia suspirauit gaudia. Cracouiæ sanctæ [c] Hedvvigis, Ducissæ Poloniæ; quæ pauperum obsequio dedita, claruit etiam miraculis: quam & Clemens IV. numero sanctarum adscripsit. In Germania, propè Tolbaicum, apud Houonense Monasterium, Ordinis Cistertiensis, Beatæ [d] Elisabethæ, Virginis, Abbatissæ; quæ Regularis perfectionis ingens æmulatrix facta, multis virtutibus, & cœlestibus reuelationibus effulsit. Viennæ Allobrogum, Depositio beatæ [e] Philippæ, vita & miraculis gloriosæ. In Hispania apud Veaz[illegible], in Prouincia Carthaginensi, Beatæ [f] Brigittæ Gonzales, Virginis, Tertiariæ, Franciscanæ, eximia charitate, & Angelica puritate insignis. Abulæ in Hisp[illegible]a T[illegible]conensi, Natalis sanctæ [g] Theresiæ, Virginis, quæ Carmelitarum discalceatarum fundatrix, necnon totius Ordinis Carmelitani Reformatrix electa, tanto amore in Christum sponsum exarsit, vt ab eo vicissim, summis virtutibus, donisque cœlestibus: prophetiæ, miraculorum, orationis extaticæ, ac vitæ sanctitate exornata fuerit; quam propterea Gregorius XV. in album sanctorum retulit.

OCTOBRIS XV.

§. 1. S*Aurelia, Virg. a*] De ea Martyrologium Romanum [illegible] c d[illegible] B[illegible]onius ibid. in notis. [illegible]us in A[illegible] V[illegible]ard. [illegible] ius in [illegible] Martyrologio Ferrar[illegible] in noua [illegible]phia [illegible] Martyrologi Rom[illegible] v[illegible]b. *Arg[illegible]tum*. At Vvion in adiunctis ad Martyrologium B[illegible] Ferrarius, in [illegible] S[illegible] r. R[illegible] part. Bauariæ [illegible] [illegible] [illegible]lo[illegible] lib. no. G[illegible] lib. 3. [illegible] P[illegible] Oc[illegible] [illegible], Simon Martinus, hac die, [illegible] Ratisbonæ in Bauaria eam obiisse. Quæ quidem [illegible]gone Francorum Rege cognomento C[illegible] Lothario filio Ludouici [illegible] [illegible], nata, P[illegible] [illegible]ro fonte leua[illegible] & educata, mox futuræ sanctitatis argumenta dedit, ieiuniis, [illegible] spiritualibus præmuniens, quibus hostis æterni insidias vbique vir[illegible]tatis [illegible]sitas eliderer. Erat forma fara, sed [illegible]co, [illegible], ab omni viri societate vehementer [illegible]horreret. Quare, cùm præsensit, vt à parentibus n[illegible] tra[illegible]ur, fugæ consilium cœpit, & peregrin[illegible] habitu Germaniam petens, Reginoburgum venit, [illegible] Volphangum Episcopum [illegible]eu ad S. Ramv[illegible]dom, nutæ sanctitatis Abbatem [illegible] à quo stipem sub habitu inopis rogauit. V[illegible] ab eo agnita, honorificè & benignissimè [illegible]cepta est; [illegible] sta Virgo mox cœpit ei cordis sui desiderium pa[illegible]dere vnde S. Annstei, paterno [illegible] amore, tanquam filiam, fouens, votis eius satisfecit, eamque sacro velamine insigniuit, ac postmodum, non longè à [illegible] [illegible]tis Ratisponensis in [illegible]sorio, pr[illegible]gul ab hominum strepitu, extra Pomerium (quod S. Andreæ nomine di[illegible]um est) volentem co[illegible] caui[illegible] vbi duos & quinquaginta annos, in summa vita innocentia, integritate, & religione oratione, pœnitentia, vigiliis & abstinentia traduxit vsque ad ann. Christi [illegible] hac die quo ad cœlestem gloriam euocata est, miraculis c[illegible]bris. Eius sacrum corpus cœnobio S. Emmerami illatum, pia veneratione colitur. Scio Ferrarium s[illegible]p. in catalogo duas omninò diuersas SS. Aurelias po[illegible] vnam, quæ Ratisponæ: alteram, quæ Argentorati veneratur: sed perperam, quando quidem id sine ratione, & authore ab eo dictum sit.

S. Thecla, Abbatiss. b] Prius *Hadeloga*, postea *Thecla*, a S. Bonifacio, Moguntino Episcopo, est nuncupata; à quo & Abbatissa in *Kissingen*, seu *Fissingen*, iuxta Mœnum fluuium, constituta est, postquam ex Anglia euocata fuit, sanctarum Virginum & Abbatissarum Tetæ & Liobæ discipula, quas ad amussim secuta est in omni virtutum exercitio & viræ sanctitate. Scribunt de ea Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. & Tom. 9. Annal. Ecclesf. ad ann. 725 & 740. Vvion in Martyrologio Benedictino, & in Appendice ad illud. Ferrarius in noua [illegible]pographia. sup. verb. *Germania*. Eduardus Maihevv. Tom. 2. Trophæorum Congregatio- §. 2.

nis Anglic. Benedictin. ad Natales Sanctorum, hac die, Trithemius. lib. 3. illustr. viror. Benedictin. cap. 172. & in compendio Anual. anno 1. Surius. in Actis S. Bonifacij sopradicti ad 5. Ionij. Myræus. in fastis Belgic. in S. Vvalburga ad 1. Maii. Gretzerus. lib. 1. Obseruation. in vitam. S. Vvillibaldi, cap. 10. & lib. 1. cap. 3. Serarius. Notatioo. 14. in vitam S. Bonifacij. Bosius Tom. 2. de signis Eccles. lib. 21. capite 3. Raderus Tom. 3. Bauariæ sanctæ in B. Vvalpurga.

§. 3. *S. Hedvvigis, Ducissæ. c*] Filia erat Betholdi Ducis Carinthiæ, Marchionis Morauiæ & Istriæ. Ab ipsa pueritia gergerens senile, vitabat [illegible]nitates omnes, & bonis sese assuefaciebat moribus, insolentesque eius ætatis respuebat ineptias. Studebat innocentis vitæ puritati, semperque honestati & grauitati diligentem nauabat operam. Ea puerili ætate, in Monasterio Lntzingensi sacras litteras didicit, quarum studio, & tempus suæ iuuentutis expendit vtiliter, atque ex earum intelligentia, postmodum internarum consolationum, & deuotionis gratiam haosit excellenter. Cum autem esset annos nata duodecim, præclaro Principi, Henrico, cognomento Barbato, Duci Silesiæ & Poloniæ data est in vxorem: quo in statu tres filios, totidemque filias peperit: atque deinceps voto continentiæ simul cum marito se adstrinxit. Ea propter constructo à se Trebnicensi Monasterio Virginum Ordinis Cisterciensis, in honorem S. Mariæ, & S. Bartholomæi Apostoli consecrato ann. 1219. illud cum filia S. Gertrude intrauit; vbi religioso assumpto schemate, quotidiana fuere eius ieiunia, perpetuo abstinuit à carnibus: flagellis carnem edomans, & cilicio, pedibus nudis incedens, tenui vestita indumento, etiam hyemis tempore; super asseres, aut pauimentum, corio stratum, decubans; cuius oratio feruens, & prolixæ vigiliæ; quo tempore cernitur multa luce circumfusa, angelicam faciem repræsentans: mentis quoque ecstasim sæpè patiebatur, & corpus in aëra sobleuabatur: spiritu prophetico [illegible] miraculorum gloria exornata fuit: Mon[illegible], Xenodochiis, pauperibus [illegible]cis, largas [illegible] eleemo[illegible]nas; pupillorum, viduarum, [illegible], ac miserabilium personarum, necnon infirmiorum consolatrix fuit admirabilis, illis præbens necessaria abundanter: charitate, humilitate, patientia, & benignitate atque misericordia & pietate admodum excelluit. Tandem mortis suæ præscia, à compluribus cœlitibus visitata est; cum quibus ad Deum perrexit, hac die, anno 1243. Relata est inter sanctos eadem, hac die, anno 1267 [illegible] Clemente IV. anno vero sequenti scilicet 1268. die [illegible] Augusti, leuatum est eo[illegible] uscius de terra, ac postea Cr[illegible]coniam delatum. Huius res præclarè gestas conscribunt Clemens IV. Papa, Surius, Lippelous, Haræus, Fodereus, Ribadeneira Renatus B[illegible]us, Doubletus, Bachotus, &c. hac die. Chromerus [illegible] 7. & 8. de gestis Polonorum. Hartmannus Schedel, in Registro mundi. sexta mundi ætate f[illegible] 216. Martyrologium Romanum hac die, Baronius. ibid. in [illegible]tis Arnoldius R[illegible] in Auctario ad Natales SS. Belgii Mol[illegible] sub 19. Nouemb. Vvion in Martyrologio Benedictino, & Henriquez in Menologio Cister[illegible]. Bzouius. Tom. 1[illegible]. Annal. Eccles. ad ann. Christi 1241 [illegible] 1267. & 1268. Odericus Raynaldus. ibid. Manriquez Tom. [illegible] Annal. Cisterciens. ad ann. 1108. cap. 7. & ann. 1104. cap. 7. Barnabas de Montalbo. Bernardus de Brito, &c. Menardus [illegible]. Obseruation. ad Martyrolog. Benedictin. Raderus Tom. 1. Bauariæ sanctæ, Desretus part. 2. ver viduæ.

B. Elisabeth. Virg. Abbatiss. d] Sciendum B. Sophiam, primariam fuisse huiusce loci Abbatissam; cui successit B. Elisabeth, circa an. 1208. quæ moriens ann. 1218. die 17. Augusti, (vti superius notauimus) illi subrogatur Gertrudes: iuxta Manriquez. Tom: 3. sup ad ann. 1208. cap. 8. §. 7. vult enim, quòd cum Dialogos scriberet Cæsarius circa ann. 1221. hæ duæ Abbatissæ, præcessissent, nimirum Elisabeth & Gertrudes. sicque B. Elisabeth, de qua, hac die, agimus, quarta extitisset Abbatissa, succedens præfatæ Gertrudi. Vitam autem duxit virtutibus plenam, & sancto fine quieuit circa ann. Christi [illegible] cuius eximia opera B. Ioseph, Canonicus Regularis Steinfeldensis Ordin Præmonstratens litteris consignauit. Author vitæ ipsius B. Iosephi cap. [illegible] & 32. Chrysostomus stella. in notis ad eandem vitam. Apud Ioann. le Paige, lib. 1. Bibliothec. Præmonstratens. Henriquez in Menologio Cisterciens. hac die. §. 4.

B. Philippa. e] Nuncupabatur B. Philippa de *Hamptolman*, ex loco, nomine *Changy* oriunda prope Croletum *Enforrest* apud Segusianos [illegible] erat nobilissimæ fœminæ, Dominæ de *Norry*, Archiepiscopi Viennensis sororis; quæ post vitæ [illegible]issimæ decursum, ad S. Mauritium, Viennæ, in claustro, ad altare S. Mariæ tumulata est, anno Christi 1451. hac die annos nata 29. quæ tanti meriti apud Deum extitit, vt infra annos decem à glorioso felicique eius exitu, sexdecim mortuos suscitauerit: cæcis oculos restituerit; fores carceris captiuis aperuerit, fœminis in partu periclitantibus præstò succurrerit & id genus alia ediderit miracula: quorum meminerunt. Raysss. in Auctario ad Natales S. Belg. Molani sub 16. Martij. Saussayus in supplemento Martyrologij Gallicani, hac die, Iacobus Rinaldus. part. 2. Libor. Galliæ sanctæ cap. 1. in fin. vbi de ea ex Monumentis Ecclesiæ præfati S. Mauritij Viennens. & G[illegible]terio in [illegible]bulis Chronographic. sæcul. 15. in SS. & illustrib viris. Simon Martinus. Tom 2. Flor. Sanctor. hac [illegible] §. 5.

B. B[illegible] Gonzales Virg. f] Viri te[illegible] charitatis sing[illegible] [illegible] Monasterio immaculatæ Conce[illegible] D[illegible]p. ræ Vrensi [illegible], vbi floruit circa ann. 1556. [illegible] Martyro[illegible] Francisc[illegible] num, ha[illegible], Annotationes ad illud, Blasius Lag[illegible]na, in su memoriali, & Marianus lib. 6. Chronic. strictior. Obseruant. Reformator. cap. 18. Thielmani. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic Ordin. §. 6.

S. Teresia, Virg. g] Nascitur Abulæ in Hispania, parentibus genere a[illegible] pietate præclaris, 5. C[illegible]end. April. ann. 1515. Tanta autem claruit vitę perfectione, sanctis moribus, monastica obseruantia, regulari disciplina. animi ac corporis puritate; vt plurimis à Deo charismatibus, dono prophetiæ, gloriaque miraculorum sit exornata; & nuper à sede Apostolica, Gregorio XV. Summo Pontifice, in [illegible] [illegible] 12. Martij ann. 1622. Tumque ex concessione Vrbani VIII. Pap. officium Diuinum de ea [illegible] fidelibus recitandum ad [illegible] concessum est. [illegible] tandem Innocentius X. suo d[illegible]mate [illegible] ann. 1644. sanciuit huiusmodi officium de [illegible]randum [illegible] ub præcepto. Migrauit in cœlum annos [illegible] septem: Christi verò 1582. Idibus Octobris, iuxta Calend. rij Romani emendationem. Agunt [illegible] Petrus Thomas Saracenus in Menologio Carmelitarum, Saussayus in Martyrologio Gallicano §. 7.

Gallicano sub. 5 Octob. Rayssa, supra. sub. 19. Nouemb. Ferrarius in catalogo generali Sanctorum 5. Octob. Vacquerius, in Enchiridio beo è morientium, [illegible] dem die. Antonius Alegre, in paradiso Carmelitici decoris statu 5. ætate 57. post Christum cap. 5. ex multis, Galterius in tabula Chronographic. sæcul 16. sup. Porro eius vitam descripsere Episcopus Turiasonus, Franciscus Ribera, Ioannes à Iesu Maria; Petrus Ribadeneira, Hilarion à costa, Simon Martinus, &c. Grisius de clericis Regularibus sect. 15. §. 21. Bosius Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 23. Bachoeus in Fasti Christianis 4. Octob. Pancirola. in Thesauro vrbis Romæ. Regione 3. Ecclesia 1. Franciscus Henriquez Tom. 2. oration. Panegyric. de excellentiis Sanctor. Ludouicus Iacob. in Bibliotheca illustr. Fœminar. ex multis aliis oration. vltima.

DECIMO-SEPTIMO CALENDAS NOVEMBRIS.

IN Africa, sanctæ [a] Maximæ Virginis & Martyris, quæ sub Genserico, Rege Ariano, cùm esset Ancilla cuiusdam Wandali, pro constantia fidei Catholicæ grauia passa est tormenta, simul cum eius conseruis, Martiniano Saturiano, & aliis, quos ipsa ad fidem Christi conuerterat: quæ tamen post multos superatos agones, diuinitùs liberata, in Monasterio multarum Virginum mater effecta, sancto fine quieuit. Rhemis, Memoria [b] sanctæ Berthæ, Abbatissæ & Martyris. Apud Vuierense monasterium in Morinis, sanctæ [c] Herembertæ, Virginis, ac primariæ illius loci Abbatissæ, virtutum exercitio & gloria miraculorum insignis. Romæ, sanctæ [d] Vvitburgæ, fœminæ clarissimæ: quæ in exigua casa, iuxta oratorium sancti Petri Apostoli, victu asperam, sed meditationibus cœlestibus suauem vitam duxit. Monasterii in Vvestphelia sanctæ [e] Heriburgis, Virginis; quæ vitæ admirabilis exemplo, & puritate Angelica renitens, consodales ad cœlestia erexit. Orbæ in Sabaudia, Diœcesis Lausanensis, Beatæ [f] Philippinæ, Chaloniæ, Virginis, Clarissæ; præcelso generis stemmate, virtutum ornamento, ac signis admirandis illustrissimæ.

OCTOBRIS XVI.

§. 1. S. *Maximæ, Virg. Martyr.* [a]] Capta Roma venerat [illegible] cum a [illegible], in seruitutem, sub Geiserico Rege, [illegible] egregia Christi ancilla, corpore simul & corde decora, & vniuersæ domus curam gerebat: cuius Dominus eam matrimonio suo iungere voluit cum S. Martiniano. Maxima verò, Deo iam sacrata, humanas refutabat nuptias quare [illegible] illam alloquuta est. Christo ego, Martiniane frater, membra mei corporis dedi [illegible] posse humanum sortiri connubium, habens iam [illegible] stem & [illegible] sponsum. Sed dabo consilium, si velis poteris & ipse tibi præstare [illegible] vt cui ego concupiui nubere, d[illegible] & ipsi [illegible] ta f[illegible] [illegible] Domino procurante, vt obedientia Virginis, etiam adolescens suam animam lucraretur: nec [illegible], sed & tres fratres eius ad Christum conuerterunt ad exhortationem S. Maximæ Virginis. Itaque [illegible] habito, & Dei puella comitante, nocte clam egredientes, Tabraceno Monasterio, cui præerat tunc nobilis Pastor Andreas, sociantur, illa verò Christi Virgo haud procul Monasterium incolit puellarum. Qui postea, perquisitione facta, cùm inuenti fuissent, Martinianus, cum aliis crudeli Martyrio interierunt. Maxima verò duræ arctatur custodiæ cui[illegible] crudeli extenditur: cui cum Dei seruorum non deesset frequentia visitantium videntibus cunctis, ingentium lignorum putrescens soluta est cœlitùs fortitudo. Quare Tyrannus Maximam Christi famulam, consilijs & victus, propriæ voluntati dimisit; quæ reuersa Monasterium, multis Virginibus Abbatissa præfuit, Victori Africano non ignota. lib. 1. persecution. Vvandalic. Agunt de ea Vsuardus, Ado & Martyrolog. Roman. hac die, Baronius ibid in notis & Tom. 6. Annal. Eccl. ad an. Christi 456. Beda autem, & Renatus Benedictus, die sequenti Arnoldus Hauensis. in speculo hæreticæ crudelitatis. cap. 8. Antonius Alegre, in paradiso Carmelitici decoris statu. 3. ætate 6. post Christum cap. 21. Simplicianus part. 2. Histor Ordin. S. Augustini, in vita eius. post Surium. hac die, in Actis S. Deogratias, &c.

S. *Bertha, Abbatiss. Martyr.* [b]] Ita Ferrarius in catalogo generali Sanctorum, hac die; quam puto §. 2.
esse, de qua sup. ad 31 Iulij, Natalis celebratur: nunc autem Translationis festum forsitan colitur, quando sacrum corpus eius centum post annis, à fœlici ipsius obitu, translatum fuit, & decentius repositum: vti ibid. notauimus.

S. *Heremberta, Virg. Abbatiss.* [c]] Vix vno à Saul- §. 3.
mericnsibus Bononicam viam versus lapide, occurrit Vvileria in Syluiaco sic dicta, ad alterius eiusdem Nomenclaturæ discrimen: nunc vulgò *Vviere* est nomen. Illic modò ruralis solùm ædes residua est, & amplius nihil. Verum insignis olim Monasterij breue monumentum a Vvlmaso Comite Bononiensi extructum. Erat ei curæ. B. Heremberta, neptis, quæ pueriles dies sub parentum tutela transegerat fœliciter, à matre præsertim, quæ clarum admodum genus, vitæ probitate clarius fecit, sedula accesserat educatio. Iuuenculæ autem non tam cordi fuit aulica puellarum mollitica, quàm bona artium, seueriorum-

que morem disciplina : vnde sapientia ac religio, quam tenella ferret ætas atque sexus, maiores. Erat quidem facie peruenusta, sed modesta, & quod à teneris suxerat, vitæ religiosæ auidiùs pandebat desiderium: itaque ad vota sanctimonialium illic admittitur. Inter cæteras quippe illius dotes, enituit miræ castimoniæ lux, quam augebat sui edomandi studium: plurimum visa est orationis exercitio affici, & mentem rerum caducarum aspernatricem gerere: Gratius verò nullum omnibus spectaculum, quàm impensissimè in omnium sodalium obsequia propensam esse iuuenculam. His igitur adornata virtutibus, Abbatissa primaria instituitur, & perfectioris vitæ exemplo, omnibus luxit. Corpus afflictationibus atterebat, macerabat se ieiuniis; tali lacerna se tegebat, asperiora sectabatur, abiectioribus addicta exercitamentis: rata neminem alijs præesse posse, qui non suum sibi subiecerit domueritque mancipium, scilicet, vile corpus. Tandem sponsam suam cœlesti talamo inserere voluit Christus, hac die, miraculis clara : florebat ad ann. Christi 697. Hæc ex vita S. Vvlmari. Abbatis 10. Iulij. vita S. Herembertæ, MS. Lectionario Saulmeriens. in Syluiaco. Ex quibus Iacobus Malbrancque. in Morinis Tom. 1. lib. 4. cap. 28. 45. & 46. *Gertrudes* etiam nonnunquam vocatur.

§. 4. *S. Vvuburgæ.* [c] Angla natione, Romam se contulit, tum, ad SS. Apostolorum limina inuisenda, tumque vt hac peregrinatione, libertatem contemplationis, & quietem mentis acquireret, vti habetur apud Baronium Tom. 9. Annal. Eccl. ad ann. Christi 725. §. 22. & seq. addens, quod Romæ spontaneè se apud S. Petrum cellâ instar carceris clauserit, ibique inclusa, vitæ contemplatiuæ operam dederit.

S. Herburgæ, Virg. [e] De ea, Canisius in Marty- §. 5.
rologio. Ferrarius. sup. hac die, Cratepolius. lib. de SS. Germaniæ, & Surius, in Actis S. Ludgeri, Episcopi Monasteriens. ann. 800. 26. Martij. Vbi narrat visionem eius de irreptione futura Normanor. propter quam fleuit plurimum. *Dum mane sermocinaretur cum sorore sua, nomine Heriburga, his eius plorationibus perterrita, fleuit etiam ipsa, obsecrauitque vt sibi tantæ tristitiæ causas ediceret. Et ille dixit: cogitaui in hoc loco Monasterium construere, sed hoc secundum voluntatem meam nequaquam prouenire poterit, quia propter peccata nostra, delectabilis hæc regio, solitudo erit, &c. Vtinam,* inquit, *Hereburga, his malis non superuiuam, Superuiues, ait, & hæc pessima oculis tuis visura es. at mihi datum est nulla horum in corpore spectare: &c. qui obiit anno 8*[illegible]*.*

B. Philippinæ, Virg. [f] Filia erat illustrissimi Lu- §. 6.
douici à *Chalonio*, Arausiensis Principis, & Ioannæ à *Monte-Belliardo*, fundatrix huiosce Monasterij Orbensis anno 1426. Vbi ipsa B. Philippina sanctissimè vixit: circa ann. 1440. Vide Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Foderetum. in descriptione Monasterij Clarissarum Eu[illegible]siaci, pag 85. & 86. Prouinciæ Burgond. & Vvadinghum Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. Christi 1426. §. 25. Iosephum de Pisa part. 5. Histor. Princip. Arausican. in Ludouico. Bono nuncupato, 18. Principe. pag. 150.

SEXTO-DECIMO CALENDAS NOVEMBRIS.

IN Agro Tolosano, passio sanctarum puellarum, quæ cùm funus sancti Saturnini Episcopi & Martyris procurassent, ad eius sepulchrum, in odium pietatis necatæ sunt. Carnoti, sanctæ [b] Solinæ, Virginis & Martyris. In Perside, sanctæ [c] Mameltæ, Martyris, quæ à cultu Idolorum ad fidem, Angelico monitu conuersa, à Gentibus lapidata est, & in profundum lacum demersa. Apud Laudunum clauatum, sanctæ [d] Austrudis Virginis, Abbatissæ, Benedictinæ; quæ ab ipsis infantiæ rudimentis, mira Dei gratia prædita, virtutibus ac miraculis claruit. In Sicilia Beatæ [e] Eustochij, Viduæ; quæ nobili exorta propagine, in habitu Tertiariarum Franciscanarum, Deo, tanto cordis affectu inseruiuit: vt corporis mortificationibus, & pijs operibus iugiter intenta, humilitate, oratione, ac charitate longè excelluerit. In Eliensi Angliæ Monasterio, Ordinis Benedictini, Translatio sanctæ [f] Etheldrithæ, Reginæ, Virginis, Abbatissæ.

OCTOBRIS XVII.

§. 1. SS. *Puellarum, Martyr.* [a] Cùm Tolosæ, Saturninus Episcopus illuc ab Apostolorum discipulis directus, Crudeli supplicio fuisset peremptus, circa ann. Christi 72. Eius sacrum corpus relictum est insepultum. Nam paucis id temporis Christianis, ipsisque propter furorem Gentilium S. viri corpus humare metuentibus; duæ tantum hæ Christi famulæ, sexus infirmitatem fidei virtute vincentes, & viris omnibus fortiores, & sui sacerdotis exemplo ad tolerantiam passionis, animatæ, B. viri corpus ligneo-feretro immissum, quàm maximè in profundo loco, actis satis scrobibus condiderunt: vt venerandas sanctasque Reliquias non tam sepelire, quàm abscondere viderentur: ne fortè sacrilegæ mentis homines, si aliquid conditi corporis tumulo viderent honoris adhiberi, effossum statim corpus in frusta dispergerent, & eriperent etiam ipsam tenuem sepulturam. De his agunt Saussayus, hac die, in Martyrologij Gallicani supplemento, Fortunatus lib. 1. Epigrammat. cap. 8. & quotquot Acta S. Saturnini Episcopi Tolosani & Martyr. Descripserunt 19. Nouemb. Munbritius, Surius, de voragine. Petrus de Natalibus, Renatus Benedictus, Ribadeneira, Simon Martinus: Doubletus, &c. Sed præcipuè Catelus lib. 5. Memorial. Lin-

guæ occitanæ. VII de Episcopis Tolosanis, in ipso S. Saturnino, ex vita & legenda. Harum SS. Puellarum: & tab. I s illius Ecclesiæ.

§. 2. S. *Solinæ, Virg. Martyr.* [b]] Origine Aquitana cùm esset, Christi irradiata fide, & amore succensa, ad vrbem Carnotensem transmigrauit: sub Virginis Virginum Deiparæ auspiciis, casti propositi in sua æde, Christo consecraret tenorem. At persecutione in Christi cultores suborta, ipsa tunc hoc nomine comprehensa, constantissimè iugulum præbuit. Cuius sacrum corpus à fidelibus collectum, piè humatum est, eo loco, vbi deindè extructa est S. Petri Ecclesia cœnobitica, in Valle Carnotensi, quo etiamnum requiescit: iuxta Molanum in Additionib. ad Vsuard. hac die, Ferrarium. in Additis ad nouam Topographiam Martyrologij Romani. verb. *Carnutum*, & in catalogo generali Sanctor. Saussayum in Martyrologio Gallicano, ead. die. & in Appendice ad illud, quæ etiam *Solaria* nuncupatur. Simon Martinus, hac die.

§. 3. S. *Mamelt'æ, Martyr.* c] Græci de ea agunt in Menologio ad 5. Octob. At Martyrologium Romanum, hac die, 1°. Baronius ibid in notis Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Persis*.

§. 4. S. *Austrudis, Virgin. Abbatissæ.* [d]] Hæc Riceanni, seu Blandini-Busonis, viri generosi, & S. Salabergæ filia extitit. Propria genitrice, quæ vidua recepto sacro velamine, Monasterium Lauduni extruxit, Diuino sponso vix duodenis, cum sororibus *Saretrude & Ebane*, dicata sub. ipsius B Salabergæ ductu, sanctissimæ vitæ tyrocinium exegit. Cùm autem illa euocata ad Christi Regnum, *Saretrudis & Ebane*, vicissim virginalis cœtus regimen obiissent, atque matris vestigia secutæ perrexissent ad gloriam: Austrudes, quæ virtutum hæres genitricis, & sororum sanctarum, cæteris Virginibus, multis dotibus præcellebat, facta est, omnium voto, Monasterij moderatrix & Abbatissa, ætatis suæ anno 20. Tantaque præfuit cum humilitate, pietate, charitate & misericordia; vt aucto sacræ domus splendore, Virginum numero, asserto religiosæ disciplinæ tenore, editisque pluribus miraculis, metam deroùm castissimæ vitæ attingens, sponsi cuius spirabat aspectus, ad optatum consortium euocata, & fidei seruatæ, & bonæ dispensationis consummatæ, plenam remunerationem acceperit. Ita Molanus & Saussayus sup. hac die & in supplemento Martyrologij Gallicani. Wion, in Martyrologio Benedictino Menardus libro primo Obseruation. ad illud. Canisius in suo Martyrologio. Ferrarius in catalogo generali Sanctorum, eadem die: obiit anno circiter centesimo septimo ex vita manuscripta Simon Martinus, hac die.

B. Eustochii, Viduæ. [e]] Romæ, nobili prosapia exorta est, & pubescens, nupsit viro ill. fratri Siculo, ex Catanensi vrbe oriundo Hæc pia mulier, cum feruentissimis concionibus B Matthæi ab Agrigento, Min. Ritæ, interesset, conuersa ad Dominum, cœpit Deo cumulatius inseruire, licet annum decimum octauum suæ ætatis vix attigisset. Itaque sumpto habitu tertij Ordinis sancti Francisci, vigiliis, ieiuniis, disciplinis, & orationibus vacabat, Ecclesias & ædes sacras frequentabat, hospitalia inuisebat, infirmis ex charitate ministrabat. illorumque necessitatibus cuncta suppeditabat: quamuis maritum sibi reluctantem in omnibus fermè cerneret, sed cœlestis sponsi placens oculis, terrenı æquo animo sufferebat oppugnationes Orbata autem viro, ad cœlestia toto ex corde aspirauit, & sanctissimæ vitæ decurso tempore, fœliciter obdormiuit in Domino. De qua Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud Marcos Vlyssiponensis parte tertiâ Chronic. Minorum, libro septimo, capite quinquagesimo sexto ad annum 1484. Tussinianus libro primo histor. Seraphic. in ea. §. 5.

Translatio S. Etheldrithæ. [f]] Huiusmodi Translationem celebratam asserit anno 69. Florentius Vvigorniensis, cuius festiuitas, hac die, in Breuiario Sarisburiensi collocatur: sic & Edoardus Mathew Tomo secundo Congregation. Trophæor. Anglic. Ordinis Benedictini ad Natales Sanctorum. Repertum est autem sacrum corpus eius ita sanum & integrum, ac si viuens esset; etiamsi sexdecim annos iacuisset sepultum; quod reuerenter sancta Sexburga, Abbatissa, soror eius, quæ illi successerat, transtulit in locum decentiorem: sed & omnia linteamina, quibus fuerat inuolutum corpus, integra apparuerunt, & ita noua, vt ipso die, viderentur castis eius membris esse circumdata. Contigit autem tactu indumentorum eorumdem, & dæmonia ab obsessis fugata corporibus, & infirmitatis alias esse curatas Ita Beda libro quarto capite decimo nono & vigesimo. Capgrauius in legenda Sanctorum Angliæ, vbi de ea. Malmesburiensis libro secundo de gestis Reg. Anglorum, capite tredecimo & libro quinto, in Henrico primo, Item libro quarto, de Pontificibus Anglorum §. de Episcopis Eliens. Continuator Bedæ libro secundo, capite trigesimo. Vvestmonasteriensis ad annum sexcentesimum septimum nonum; Thomas Vvalsingham ad annum Christi millesimum trecentesimum octauum nonum, §. 6.

QVINTO-DECIMO CALENDAS NOVEMBRIS.

IN India Orientali, Beatæ [a] Anonymæ, Martyris, quæ ab impiis Mahometanis intercepta, pro constantissima Christianæ religionis Confessione, occisa est. Romæ sanctæ [b] Triphoniæ, vxoris quondam Decii Cæsaris, quæ post laudabilia fidei ac pietatis laudabilia præstita opera, ad cœlestem remunerationem placido fine, perrexit. In Territorio Catalaunensi, sanctarum Virginum Gertrudis [c] & Odæ, sororum, quæ vitæ admirabili innocentia, fortitudinis & patientiæ exhibitione, sæculique perpetuò contemptu, fœlicissimè excessere unt. Apud Elpidianum in Germania Monasterium, Beatarum [d] duarum Anonymarum, discipularum sanctæ Gertrudis Abbatissæ: quæ eximiæ orationis, & sublimis contemplationis dono exornatæ, & charismatibus gratiæ plenæ, in cœlum migrarunt. Villæ-Comiti, in Territorio Braccarensi, beatæ [e] Catharinæ Veaz, Virginis, Clarissæ: cuius vita, moresque omninò fuere mirabiles. Palmæ in Territorio Cordubensi, beatæ [f] Mariæ ab Incarnatione, Virginis, eiusdem Ordinis, , vitæ sanctitate celebris.

OCTOBRIS XVIII.

§. 1. B. *Anonyma, Martyr.* [a]] Anno 1597. ad oram Malabaricam, vir ac mulier hæc Anonyma, coniuges, capti à Mahumetis, ob Christi fidem, renuentes Mahumeticam spurcitiam profiteri, Martyrium passi sunt: teste Vasconcello, in descriptione Regni Lusitani Titul. de Martyrib. apud Indiam Oriental. §. 25.

§. 2. *S. Triphonia, Augusta.* [b]] De ea agunt Beda. Vsuardus, Martyrolog. Roman. hac die, Barouius ibid. in notis. & Tom. 2. Annal. Eccl. ad ann. Christi 254. Petrus de Natalib. lib. 9. catalog. SS. cap. 81. ex Actis S. Laurentij, Martyr. apud Surium. 10. Augusti cap. 26. fol. 99 vbi hæc leguntur, postquam Decius arreptus fuit à Dæmone, ob crudelitatem suam in Martyres. *Orto autem luctu magno in Palatio, vxor Decij, Tryphonia, pagana crudelis, videns Decium à Dæmone exagitari, iussit sanctos omnes, qui clausi erant dimitti. Eadem hora mortuus est Decius. Vxor eius Tryphonia, venit ad B. Iustinum Presbyterum, & cum filia Decii Cyrilla misit se cum lachrymis ad pedes eius, orans, vt baptizarentur. Eas cum gaudio excepit B. Iustinus Presbyter, indixitque illis ieiunium ad septem dies. Die septimo expleto, baptizauit eas; quæ res toto orbe diuulgata est. Altera die, Tryphonia orans, reddidit spiritum & corpus eius B. Iustinus Presbyter, in ea sepeliuit Crypta, in qua humatus est S. Hippolytus 15. Calend. Nouemb.* Hanc (vult Baronius,) Decij iunioris fuisse coniugem, non autem Decii senioris, eius Patris, cuius vxor dicta reperitur *Herennia* Salustia, nisi illum dicamus plores habuisse vxores. Hæc ille sup in notis ad Martyrolog. & Tom. 2. Annal. ad an. 254. §. 50. Panciroia. in Thesauro vrbis Romæ. Regione 4. Eccles. 5. Decretus part. 2. veræ viduæ. Ferrarius. in SS. Italiæ.

§. 3. *SS. Gertrudis, &c. Virg.* [c]] Florebat circa ann. 380. Sororesque erant, SS. Eliphij, & Eucharij, Martyrum, necnon SS. Mennæ, Libariæ, & Susannæ, Virg. Martyr. Quæ quidem tres coluntur in Diœcesi Tullensi, illæ autem duæ in Campania, quæ sanctitate illustres fuere. De quibus Ioannes Ruys. in Antiquitat. sacris Vosagij, Rapinæus, in vita S. Mennæ præfatæ apud Annal. Eccl. Catalanens. fol. 24. Rinaldus part. 1. Lilior. Galliæ sanctæ. cap. 5. in notis ad eandem vitam.

SS. Duarum Anonymar Virg. [d]] Harum prior, §. 4. fuit per totam vitam innocentissimæ simplicitatis, valdè deuota, & in rigore Ordinis studiosa, phthisico morbo obiit. Altera verò, Christo chara extitit, de cuius obitum audit sunt Angeli canentes; *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delitiis affluens, innixa super dilectum suum.* Ita Menardus in 2. Appendice. ad Martyrologium Benedictinum. ex lib. 1. insinuationum S. Gertrudis cap. 12 & 13.

B. Catharina, Virg. [e]] Florebat ann. 1565. apud §. 5. Monasterium S. Claræ Villæ-Comitis, quod est 14. Prouinc. Portugalliæ: vbi maxima cum sanctitatis fama, in Domino obdormiuit. Illius meminerunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in eo Monasterio. Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 40. Vvadinghus. Tom. 1. Annal. minor. ad ann. Christi 1318. §. 46. Valerius de SS. Fœminis eiusd. Ordin. lib. 4. cap. 43. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Ordin. Seraphic. Cardosus in Agiologio Lusitano 1. Ianuar. & in commentar. ad illud.

B. Maria, Virg. [f]] Insigni vitæ sanctitate refulsit §. 6. Palmæ, apud Monasterium S. Claræ (quod est 2. Prouinciæ Angelorum,) quo fœliciter obiit anno 1605. vti referunt Daça lib. 4. cap. 50. part. 4. Chronicor. Minor. & Annotationes ad Martyrologium Franciscan. 13. Maii. §. 8.

QVARTO DECIMO CALENDAS NOVEMBRIS.

ANTIOCHIÆ, ſanctæ [a] Pelagiæ Virginis & Martyris, quæ effuſo ſanguine, palmam victoriæ de Tyranno reportauit. Puteolis in Campania, ſanctæ [b] Niceæ, Martyris, matris Beati Proculi; quæ ſimul cum filio, pro Chriſto decertantes, triumpharunt. In Scotia, ſanctæ [c] Vdelinæ Scotorum Reginæ & Martyris, magnæ virtutis & animi fœminæ. Oxonii in Anglia, ſanctæ [d] Fredeſvvindæ, Virginis Abbatiſſæ Benedictinæ; maximæ humilitatis, & conuerſationis ſanctiſſimæ. Aſſiſii in Vmbria, Beatæ [e] Benedictæ Virginis, Abbatiſſæ, Clariſſæ: quæ ingenti virtutum prærogatiua, & miraculorum gloria eluxit. Apud Hedkenrodenſe Leodienſis agri Monaſterium, propè Haſſeletum, Beatæ [f] Eliſabeth Deſpælbecke, Virginis, Hemmenrodenſis, Ciſtertienſis Ordinis; erga paſſionem Dominicam, mira deuotione & amore exæſtuantis. In vico Edra, apud Palæſtinam, iuxta Thaborium, depoſitio Beatæ [g] Cleopatræ, Viduæ illuſtriſſimæ: quæ ieiuniis vacans & orationibus, pauperum eleemoſynis, & Eccleſiarum, Clericorumque opitulationi, ac neceſſitati ſanctorum deſeruiens migrauit ad Dominum. In Territorio Ebroicenſi, Beatæ [h] Anonymæ, ſancti Aquilini vxoris; quæ genere & opibus clariſſima, virtutibus, ac bonis operibus nobilior euaſit. Catanæ in Sicilia, Beatæ [i] Ludouicæ à vingtimillio, Viduæ Tertiariæ Ordinis Minimorum, vitæ perfectione, & ſignis admirandis celebris. Ipſo die, Tranſlatio ſanctæ [l] Auſtrebertæ, Virginis; Pauliacenſis, Abbatiſſæ.

OCTOBRIS XIX.

§. 1. S. *Pelagia, Virg. Martyr.* a] Memoratur apud Bedam, Vſuardum, Adonem, & martyrologium Romanum, hac die, Baronium, ibid. in notis. & Tom. 3. Annal. Eccleſ. ad annum Chriſti 311. §. 14. Petrum de Natalibus libro 11. catalogo Sanctorum capite vltimo §. 295. licet vndè illam confundat cum pœnitente Pelagia, de qua ſup. ad 8. Octob.

§. 2. *S. Nicea, Martyr.* b] Scribunt de ea Petrus de Natalibus ſupra §. 296. Galeſius in ſuo Martyrologio. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum, hac die, verb. *Puteoli.*

§. 3. *S. Vdelina, Regina, Martyr.* c] Regis Eugenij 1. à Maximo Imperij innaſore & Tyranno, occiſi vxor extitit, circa ann. 381. Teſtatur Hunterus, Dominicanus, inſignis Theologus, tractatu de ſanctis Fœminis Scotis, vidiſſe ſe Coloniæ Agrippinæ peruetuſtum monumentum huius ſanctiſſimæ Reginæ: ſic & Camerarius, hac die, lib. 3. de Scotorum pietate, & *Sanctis* Regni Scotiæ cap. 4.

§. 4. *S. Frindeſvvinda, Virg. Abbatiſſ.* d] Nobilem hunc ſurculum in lucem miſerunt Dodanus & Safrida Oxonij Duces illuſtriſſimi. Ab ipſis cunis eos ſuxit pietatis latices. Qui ſtatim, vbi primores ingreſſa eſt rationis annos, eam ad inſueta exciuere, ad humicubationes, ad breuem admodum ſomnum, ad ſola herbarum, panis ordeacij & aquæ alimenta, iam ad 15. ætas proceſſerat, ſimul & pietas maior, quàm deinceps domeſtica parentum ſepta caperent. In cœnobium nuo Oxonio procul feruntur Fredeſvvidæ Vota, necnon Dodani ac Safridæ, qui eò pergentem ſua benedictione cumularunt: vix in vrbe diſſeminatur rumor, cum ecce 12. Virgines, è præcipuo nobilitatis flore, eiuſdem inſtituti pupugit deſiderium; & illud amplexantur, ad vnius imaginem attendentes. Non tulit humani generis hoſtis, ſe cencellæ eunci profectibus: in Chriſti ſpecie, ſed fruſtra, conatur eam eludere: tum in Algaro Rege amoris in eandem accendit faces: ſed incaſſum. Nam & curſores cæci fiunt, & portæ vrbis per ſe diuinitus ecluduntur. Interim Fredeſwida, peregrinationem meditatur, ſed ſuis incognitam. Cum duabus ſodalibus ſtipata, rem furtim peregit, mare aſcendit, & ex Anglico portu ſoluit in Galliam; excenſa ad Bononiam naui, illic loca ſacra inuiſit; ac Romam peregrinatur: quod pium opus perfecit pietatis ſenſu & virtutum ſplendore, vt in hodiernum diem Romæ ædicula eius nomini dicata verſetur. His peractis, redit in Morinos & Angliam: cui parens adhuc ſuperſtes, Monaſterium inſigne, ſuis expenſis condit ad Oxonienſes; in quo Abbatiſſa, ab omnibus acclamata, & in dies maiori in veneratione eſt habita: quippe cuius probata erat vitæ ſanctimonia, monaſticæ mortificationis ſtudioſus ingens; & præſaga mente futura prædiceret, & miraculis etiam fulgeret ad ann. 736. colitne etiamnùm in pago *Bomy*, dicto, vix ſeſqui lapide ab vrbe Teruana diſſito, vbi alterum Vveilulæ, ſeu

Laquetæ fluuioli caput, gallicè, *S. Frevviſſe*, vocant: cuius Templum illi dicatum eſt: necnon è proximo, ſacellum quoddam ab eremitis excultum cum fonte; cuius aqua potata à febribus ſanat. Agunt de ea, Romanum Martyrologium, hac die, dic, Baronius. ibid. in notis. Molanus in Additionib. ad Vſuard. Tabulæ Eccleſiæ Oxonienſ. arcuiarium Saliſburgenſe. Ferrarius, in noua Topographia. ſup. verb. *Oxonium*. Vvion. in Martyrologio Benedictino. Menardus. ibid. lib. 1. Obſeruation. ad illud. Malmeſburienſis. lib. 4. de Pontificib. Anglor. §. de Epiſcopis Dorceſtrenſib. & Lincolnienſib. Matthæus Pariſius ad ann. 1110. & 1111. Polychronicon. lib. 5. cap. 24. Polydorus. lib. 3. & 5. Hiſtor Anglor. Harpsfeldius. ſæcul. 8. Hiſtor. Eccleſ. Angl. cap. 20. Ioannes Capgrauius. in legenda SS. Angl. Gononus lib. 1. vitar. patr. Occident. in ea, Eduardus Maihevv. Tom. 2. Trophæor. Congregation Angl. Benedictin. ad Natales SS. hac die. Iacobus Malbrancqur. in Morinis Tom. 1. lib. 4. cap. 60. 61. & 66. Item in ſcholia ibid.

§. 5. *B. Benedicta, Virg Abbatiſſ. e*] Apud Monaſterium S. Damiani, prima fuit Abbatiſſa, poſt deceſſum S. Claræ Virg. quæ mirabili prudentia, & monaſtica obſeruantia pollens, ſancto fine quieuit, Floruit vitæ ſanctitate & miraculis; cuius ſacrum corpus honorificè repoſitum eſt Aſſiſii, in Eccleſia S. Georgij, vbi magna in veneratione habetur, ex Martyrologio Franciſcano, hac die, Annotationib. ad illud, Mariano in Appendice lib. 1. Marco Vlyſſiponenſi. part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 53. Toſſiniano. lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Salazare lib. 5. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 21. Valerio, de BB. Fœminis Ordinis Minorum lib. 2. cap. 12. Vvadingho Tom 1. Annal. Minor. ad ann. Chriſti 1214. §. 34. Thielmans. Tom. 2. vitar. Sanctor. Seraphic. Ordin.

§. 6. *B Eliſabeth Virg. f*] meditationi Paſſionis Chriſti ſic addicta erat, vt & illius ſtigmata (vt fertur) in ſuo corpore tulerit impreſſa; raptus & Reuelationes celeſtes habebat, necnon prophetiæ dono potiebatur; abſtinentiæ haud vulgaris erat: millia animarum à vinculis peccatorum, & à Purgatorij pœnis, ſuis orationibus liberauit: florebat ad an. 1300. Extat vita eius MS. apud Monaſterium Rubræ Vallis Scribunt de ea Philippus de Clara Valle, & Gilmannus part. 1. noualis SS. Brabantiæ. in vita eius. Bloſius in monili ſpiritual cap. 2. Myræus in Chronic. Ciſtercienſ. ad ann. 1182 Rayſſa in Auctario ad natales SS. Belgii Molani 19. Nouemb. & 16. Martij. Menardus in 2. Appendic. ad Martyrologium Benedictinum. Bitarius. de Fœmin. illuſtr. Ordin. Ciſtercienſ. Henriquez. In Menologio Ciſtercienſ. & Sauſſayus in Martyrologio Gallicano eadem die 19. Octob. Manriquez Tom. 3. Annal. Ciſtercienſ. ad ann. 1182. cap. 5. §. 7.

§. 7. *B. Cleopatra, Vidua. g*] Hæc eſt illa Heroina, quæ genere, ac diuitiarum iactantia: necnon pietate, & religione inclyta, corpus S. Vari, Martyris, honorificentiſſimè habuit; Templum illi extruxit, ac ditauit: quæ ſeptimo anno ſuę in melius vitæ mutationis, plena dierum & bonorum operum, abiit in cœlum, mercedem à Domino receptura, ſepulturam nacta in pręfata Baſilica S. Vari, Martyris. Ex eius actis, apud Surium. per Metaphraſten, hac die, ſub. ann. 290.

B. Anonyma. h] Huius ſanctæ mulieris, pudicitię amorem, pietatis ſtudium, charitatis, exercitium, ieiunia, vigilias, orationes, aliarumque virtutum praxim, & opera eximia, recenſent, Surius, Renatus, Benedictus, &c. in Actis S. Aquilini, Epiſcopi Ebroicenſ. hac die, circa ann. 500 cuius erat vxor ante Pontificatum. § 8.

B. Ludouica, Vidua. i] Catanæ, nobili gene- § 9.
re naſcitur, ann. 1560. adulta autem ætate prædita, nupſit illuſtri viro, quo cum 12. annos exegit: piis operibus vacans: nam Tertij Ordinis S Franciſci de Paula ſumpto habitu, vulgari amictu induebatur, eiuſdem coloris ac pretii ſicut & cęteri illius inſtituti Religioſi, pauperibus maximè compatiebatur, quibus largas impertiebat eleemoſynas: voto continentiæ ex viri conſenſu, emiſſo, ſuper aſſeres ſeparata ſomnum capiebat: cilicio carne edomabat: qualibet feria 4. ſexta, & Sabbathi, cuiuſlibet hebdomadæ, ſimiliter & quatuor temporibus, ac vigiliis omnibus, ieiunium ſeruans in pane tantum & aqua, aliis verò diebus herbis & leguminibus contenta, à piſcibus etiam abſtinebat: vidua facta ann. 1590. reliquum vitæ obſecrationibus, piis lectionibus, ac ſanctis meditationibus peregit: ſignis admirandis, ante & poſt obitum, conſpicua: quæ hac die, migrauit ad aſtra ann. 1619. teſte. Ludouic. Dony-Attichio. lib. 7. Hiſtor. generali Ordin Minimor.. ex aliis monimentis. Lanouuio in Chronico generali Ordin. Minimor. ad annum 1619. §. 8. & in Appendice 1. & 41. ad illud hac die.

Tranſlatio S. Auſtreberthæ. l] Peracta eſt iſta ſolem- §. 10.
nitas à B. Hugone Rothomagenſ. Archiepiſcopo: ad cuius eleuationem. diuinæ magnificentiæ mirabilia effulſerunt; fugatis repentè dæmoniis, ex energumenorum corporibus, erectis paralyticis, infirmis, aliiſque compluribus perfectæ ſanitati, reſtitutis Porro, ſacrarum ipſius Reliquiarum pars tranſlata eſt Audomaropolim, & in cathedrali Eccleſia recondita, vbi patrona recolitur: portio verò altera maior, Monſtrolij aſſeruatur apud Abbatiam de ſuo nomine inſignitam, in pretioſis Lipſanothecis, vbi nouiſſimè ann. 1631. ad inſtantiam illuſtris D. Carlottæ de *Monchy*, eiuſce Monaſterij Antiſtitæ, facta eſt recens Tranſlatio, ex commiſſione, & authoritate, Ambianenſis Epiſcopi, in Thecam pretioſiſſimam, expenſis propriis ipſius Abbatiſſæ, per R. P. Simonem Martinum, Ordinis S. Franciſci de Paula: vti ipſe teſtatur in vita eiuſdem S. Auſtreberthæ Virgin. à ſe editæ 10. Febr. Tom. 1. vitar. SS Malbrancque tom. 2. de Morinis lib. 5. cap. 2. (ex Sauſſayo in Martyrologio Gallicano (hac die) & lib. 6. cap. 22.

TERTIO-DECIMO CALENDAS NOVEMBRIS.

COLONIÆ, passio sanctarum Virginum, [a] Matthæ & Saulæ cum aliis pluribus. Santareni, in Lusitania sanctæ [b] Irenes, Virginis Benedictinę Martyris: quæ pro Christi fide & amore, ac Virginitatis cultu, lubens Sanguinem fudit, quàm & Matertteræ, Iusta & Casta secutæ sunt ad Regnum. Brigæ in Territorio Meldensi, Beatæ [c] Diorchildis, Virginis Benedictinæ, quæ ad cælos euocata, sequitur Agnum quocumque ierit. Romæ, Beatæ [d] Seraphinæ, Virginis Abbatissæ Clarissæ, virtute orationis & conspicuæ. In Arouca Portugalliæ Monasterio, ordinis Cistertiensis, Beatæ [e] Elisabeth à Deo, Virginis: quæ ab vtero Matris cœlitus Electa, ac postea sanctissimis moribus instructa, ad culmen perfectionis celeri cursu peruenit copiosis miraculis illustris.

OCTOBRIS XX.

§. 1. *Sanctarum Martha &c. Virg. Martyr.* [a]] Illarum meminere Vsuardus, Martyrologiom Romanum hac die. Baronius ibid. in notis. Ferrarius in noua Topogaphia ad Martyrolog. Roman. verb. *Colonia.*

§. 2. *S. Irenes Virg. Martyr.* [b]] Nobili genere nata est in Lusitania, ordioem sancti Benedicti professa, passa est anno 653. ob tuendam pudicitiam, quam Christo consecrauerat, cuius insignis obitus, & Angelicum sub Tagi fluctibus sepolchrum. Nabantium quippe Lusitaniæ antiquum oppidum, suo sanguine reddidit perillostre, sicuti suo sepulchro Scalabim: quæ postea Fanum S. Irenes, siue Irenopolis dicta est, vulgò *Santaren.* quasi *sancta Irene* Agunt de ea Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. Vasæus in Chronic. Hispan. Villegas io Flore SS. Trogillus in Thesauro Concionator. Moralez lib. 11. capite 36. Andræas Resendius ex Breuiario Eborensi, Fodereretus, Ribadeneira &c. in vita eius hac die. Menardus in Martyrologio Benedictino, & lib. 2. obseruation. ad illud. Vasconcellos in descriptione Regni Lositani, titul. de Martyribus §. 20. de Religiosis Martyribos §. primo, & de sacris aliquot Virginibus §. 12. & 13. Ferrarius suprà. verbo. *Lusitania & Scalabis,* Antonius o'yeppes 2. Centuria. Chronic. Benedictin ad anoum 653. Eamque secutę sunt *Iusta & Casta* Matertetæ, quarum ossibus To-

§. 3. mariense D. Claræ Partheneum commendatur.

B. Diorchildis Virg. [c]] De ea hæc refert Ionas Abbas in vita S. Burgundoforæ, apud Bedam. Tom. 3. & Surium 3. April. cap. 5. *sed dum rerum repertor maiestatis suæ ornamentum, per animas iustorum innocentia plenas munere per sæculorum vices accumulare non desineret, videlicet, vt renouandi hortaminis ac religionis accresceret supplementum, euenit vt supradicto in cœnobio quedam Adolescentula cum genitrice conuerteretur, multis itaque diebus peractis, ipsius adolescentulæ genitricem tentator aggressus est, vt cœptum eius opus bonum præpediret; sed quantum genitrix imbecillitati obtemperabat, tantum versa vice malorum coacernationem adolescentis filia cor dissipauit. Cumque iam per multa temporum curricula mens adolescentulæ tota Deo dedita vberes fructus redderet conditori, quadam die vidit cælos apertos, & æternarum rerum Satorem aspectibus contemplata ad cælestis claritatis lumen intenta audire meruit; veni ad nos dilecta, & corporeis nexibus absoluta, æternam suscipies claritatem. Quod cum hæ, quæ audierant, mirarentur, & simul intendentes ad cælum oculis adspicerent, nec omninò palpebris mouentibus, quid oculis contemplarentur, cognoscerent; ait se rursum vocari, & à præsentis vitæ nexibus absolui, erat enim dies Sabbathi. Illucescente ergo in crastinum die Dominica, febre correpta adolescentula. Supremum expectat exitum; videns autem anxia genitrix incumbentem vnicæ prolis exitum inter singultus ac gemitus filiam poscit, vt si valeat impetrare, superis reddatur, aut si sua vita metam suppleat, se citò de hac vita, post se ducat: quia non possit post eius viuere exitum. Ad hæc illa; Carnalibus, inquit; licet adhuc plus iusto desideriis stimuleris, ego tamen si valuero tuis obsecrationibus satisfaciam, post digna pænitentiæ medicamenta post me te Christo fautore attraham. Nec mora, in extremis horis posita. B. Burgundofora vocat. Cumque festina mater ad egressuram animam de mundo extremos honores impendere aduenire et conspicata in eam puella, ouans gratulatur, ac et, & omnibus valedicens genitricem commendat; interimque silentium fieri postulat. Facto igitur silentio, expectantibus omnibus animæ egressionem, illa ait; Date locum, ecce iam Creator meus venit, Saluator ad me properat rogatque matrem, vt Dominicam orationem symbolumque dicere iuberet. quia ipsa trementibus labiis, immobilis effamine exprimere verba nequiret: quibus peractis: nimia amœnitate ac relustratione cellula renitente, animam cum laudibus reddidit Creatori. Nec mora, genitrix corripitur, quadragintaque dierum spatio in corpore flagellatur: quo completo primum terribilibus Dæmonum aspectibus territa est, deinde largitoris ope consolata, veniam se intercessione filiæ suæ meruisse fatetur, animamque deinceps carnis nexibus solutam cælo reddidit.* His adstipolator Augustinus Carcat. in vita S. Pharæ cap. 36. Florebat circa an. 540.

B. Seraphina Virg Abbatiss. [d]] Professionem vitæ Monasticæ emiserat Romæ, in Monasterio S. Cosmæ, cui etiam ob vitæ sanctitatem Abbatissa præerat quando B Margareta Solmonensis. illic causa reformationis venit. Erat quippe pia Virgo assiduæ ardentisque orationis & contemplationis, maximè circa mysteria Dominicæ passionis, propter quæ lachrymas haud modicas spargebat: io cuius memoriam, qualibet sexta feria, fel cum aceto degustabat, vt amaritus

dinis partem aliquam eo die sentiret, quam dilectus animæ sponsus Christus Iesus amantissimè pro nobis tolerat. Insuper cilicium deferebat ad carnem nudam, corpusque suum disciplinis, aliisque pœnitentiis & mortificationibus edomabat: sæpè visionibus & apparationibus Christi Saluatoris, Deiparæ, Angelorum, aliorumque Sanctorum, dignata est consolari, ac de die sui ad cœlos transitus edoceri. Quo adueniente 20. Octob. anno 1457. Corpus eius sepultum est in dicto monasterio. Ita Martyrologium Franciscan. hac die. Annotationes ad illud. Iacobillus de SS. Fulginatib. in B. Margarita præfata ad 5. Septembr. Antonius Gallonius de SS. Virginib. Romanis. Vvadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad annum Christi 1425. §. 24. & anno 1449. §. 51. Item Tom 6. ad an. 1457. §. 63. post Marianum de SS. Clarissia cap. vltim. Pancirola vero in Thesauro Vrbis Romæ Regione 8. Ecclesia 12. anno 1458. die 13. Martii.

B. Elisabeth Virg. [e] Sæpè ex oimia deuotione, & vi amoris Diuini in ecstasim rapiebatur. Mira mà Deo gratiam miraculorum obtinuit, & sola manuum impositione, vel signo crucis, omnes ægrotos sanabat, mortua eadem operabantur ad eius intercessionem. Quæ de ra Bernardus de Brito Tom. primo Chronic. Cistertiens. lib. 6. cap 36. & Henriquez in Menologio Cistertiensi hac die, obiit circa annum Christi 1582.

DVODECIMO CALENDAS NOVEMBRIS.

APVD ostia Tyberina, Passio sanctarum [a] Anonymarum Martyrum, in persecutione Alexandri Imperatoris. Apud Coloniam Agrippinam Natalis sanctarum [b] Vrsulæ & sociarum eius: quę pro Christiana religione & virginitatis constantia, ab Hunnis interfectæ, martyrio vitam consummarunt, & plurima earum corpora Coloniæ condita fuerunt. Popleti ad radices montis Pradensis Tarraconensis Diœcesis, in Catalaunia, sanctæ [c] Columbinę Virginis & Martyris, & alterius sociæ eius Virginis. Auriæ in Gallœcia sanctę [d] Constantiæ Virginis & Martyris. Meldis sanctæ Celiniæ [e] Virginis, Beatæ Genouefæ Virginis discipulæ: quæ multarum virtutum laude clara refulsit. Ibidem sanctæ [f] Edimiæ, Virginis: quæ Christo placens, & cæteris prælucens, sic vitę perfectione, donec tædioso huius sæculi incolatu emenso, in æternę pacis somnum concessit. Volaterrę in Hethruria, Beatæ [g] Marię de Burgo, Virginis Clarissę, maxima humilitate & assidua oratione insignis. In Scotia, Transitus Beatæ [h] Dariæ Matris præfatæ sanctæ Vrsulæ, optimæ fœminæ, fide ac pietate conspicuæ. Apud Laudunum clauatum, Dormitio sanctæ [i] Ciliniæ Beati Remigii, Rhemensis Archiepiscopi genitricis: quæ nomen immortale reliquit ex meritis conspicuæ sanctitatis. Panormi, in Sicilia, Translatio sanctæ [k] Florentiæ Virginis & Martyris.

OCTOBRIS XXI.

§. 1. SAnctarum Anonymarum Martyr. [a]] Passæ sunt circa annum 225. prior coniux erat sancti Asterii Martyris; viri illustris, altera vero eius filia, quæ cæca cùm esset, visum recepit precibus sancti Valentini Presbiteri, Martyris: postea in Christum credens euasit sanctissima atque sacratissima Virgo, & sic tandem pro Christo gladio occubuerunt De quibus acta ipsius S. Valentini 14. Februar. cap. 5. apud Surium Anastasius in Sergio 2. Pap. Petrus de Natalib. libro 3. Catalog. SS. cap. 123. Pancirola in Thesauro Vrbis Romæ. Regione 2. Ecclesia 41. quæ est sancti Martini in Montibus, vbi corpora earum requiescunt,

§. 2. *SS. Vrsulæ &c. Virg. Martyr.* [b]] Agunt de his Beda, Wandelbertus. Martyrologium Romanum. hac die. Baronius ibid. in notis & Tom. 4. Annal. Eccles. ad an. 383. ac Tom. 6. ad annum 451. Molanus in additionib. & annotationib. ad Vsuard. Saussayus in Martyrologio Gallicano. Rogerius Cisterciensis, Richardus Præmonstratensis, Vincentius Beluacens. lib. 20. specul. Historial. cap. 40. & seq. D. Antoninus parte . Chronic. Titul. 11. cap. 8. §. 7. Vestmonasteriensis ad anoum Christi 393. Gaufridus, Episcopus Asaphensis de rebus Britannicis. Sigibertus in Chronico anno 453. Ponticus Virunnius, Polydorus Vergilius, lib. 3. Histor. Angl. Hector Boethius, Bergomas de claris mulierib. capite 136. & lib. 9 supplement. Chronic. ad annum 453. Petrus de Natalib. lib. 9. Catalog. SS. cap. 87. Bonfinius de rebus Hungariæ. Decad. 1. libro 5. Trithemius in Epitom. Histor. Francor. Iacobus de voragine, Monbritius, Claudius de rota cap. 154. Surius, Maldonatus. Renatus Benedictus, Doubletus, Haræus, Foderetus, Bachotus, Ribadeneira, &c. hac die. in vita Sanctæ Vrsulæ & sociar. B. Elisabeth Sconaugiens. lib. 4. viar. Dei. cap. 2. Ignatius Ioseph. lib. 1. Histor Eccles. Abbauilex cap. 12. & 61. Myræus in Fastis Belgic. & alii complures apud Hermannum Fleien, qui extat ad calcem. Tom 4. Lippeloo, & Eduardum Maihevv. Tom. 2. Trophæor.

pietate

Congregation, Anglican. Benedictin. ad Natales SS. eadem die. ac Camerarium lib. 3, de Scotorum pietate & Sanctis Regni Scotiæ cap. 4. Hi quidem omnes in eandem conueniunt sententiam, sanctam Vrsulam cum sociis, ex Anglia in Britanniam Armoricam, inde ad littus Germanicum, contrariis ventis nauibus delatas incidisse, in Hunnorum tunc Gallias infestantium, manos. Quibus ad ora Rheni appulsis, & illis perfidis vim inferendi illarum pudicitiæ consilium capientibus, omnes Virgines illæ hortatu sanctæ Vrsulæ, mortem durissimam potius oppetere, ac gladiis obtruncari, christiana fide & constantia, quàm ignominiosum quid pati decreuere: Quare gens barbara singulas crudelissimè trucidauit: Quarum palmis ac trophæis Colonia Aggripina maximè gloriatur. Gallia vero hinc dispersis per varia Ecclesiarum sacraria pretiosis gaudet exuuiis, quarum & patrocinio *Sorbona*, apex christianæ sapientiæ Vrbisque Regiæ Galliarum potissimum decus iam pridem consecrata, iusta hodie venerationis Beatæ earum memoriæ rependit: sub auspiciis eminentissimi Cardinalis Ducis *De Richelieu*: qui & Templum & vniuersum Collegium illud Sorbonicum, his vltimis diebus, magna cum ædificiorum amplitudine, splendore & ornatu, à fundamentis renouauit. Cæterum ipsius Beatæ Vrsulæ vertex, Parisiis in æde Metropolitana asseruatur: pars verò altera eiusdem capitis reconditur in monasterio sororum Grisearum Beghinarum Abbatis-villæ. Saphicum carmen in S. Vrsulæ laudem cecinit Alphanus primus Salernitanus Archiepiscopus.

§. 3. *SS. Columbina &c. Virg. Martyr.* [c]] Hanc commemorant Saussayus in supplemento Martyrologii Gallicani, Ferrarius in Catalogo generali Sanctor. hac die. Manriquez Tom. 2. Annal. Cistertiens. ad annum Christi 1153. cap. 18. §. 10. Ioannes Vincentius Domeminicus io SS. Catalauniæ, Antonius D'yeppes in Chronic. Benedictin. Tom. 7. Porrò ossa circundata auro & argento fabricato, earumdem virginum figuram præ se ferentia circunferuntur in Anniuersaria earum solemnitate, atque item quoties populi conueniunt petendæ pluuiæ, seu serenitati, aut aliud à Deo beneficium impetraturi.

§. 4. *B. Constantia Virg. Martyr.* [d]] Ex tabulis Ecclesiæ Auriens. & Ferrario sup. hac die.

§. 5. *S. Celinia Virg.* [e]] Nobili familia progenita, cum S. Genouefa Meldis degeret, se in eius amicitiam insinuauit: cuius Diuinas virtutes suspiciebat, Vnde in proposito seruandę virginitatis ab ea confirmata, eius ope, omnes cuiusdam iuuenis adolescentis lasciuientis artes, delusit & fraudes. Porrò Celinia voti compos, prorsusque libera, sese æterni sponsi amoribus totam addixit, moresque S. Genouefæ studiosè imitata, in se viriutum eius transfusas virtutes sic expressit, vt viuam ipsius referreot, qoà voce, quà habitus, quà omni conuersatione sua imaginem, ex Molano, in additionibus ad Vsuardum. Saussayo in Martyrologio Gallicano, Baronio in notis ad Martyrologium Romanum hac die. item ex actis S. Genouefæ virginis tertia Ianuarii. apud Surium capite 35. Renatum Benedictum &c.

S. *Edmia Virg.* [f]] Nuncupatur *Edimia* & *Edina*, cuius meminere Saussayus in supplemento Martyrologii Gallicani, & Ferrarius in Catalogo generali Sanctor. hac die. At in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Meldæ*, die sequenti. §. 6.

B. Maria Virg. Clariss. [g]] Hæc Christi sponsa floruit apud Monasterium Monialium Clarissarum. Volaterræ, vbi & sepulta iacet, cuius humilitas & oratio continua vix exprimi possunt. Memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die, & annotationib. ad illud. Gonzaga parte 2. origin Seraphic. Religion. in hoc Monasterio quod est 1. Prouinciæ Tusciæ. Barrezzo parte 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 29. ad an. 1563. §. 7.

B. Daria vidua [l]] Ita Camerarius sup. ad 31. martii, cæteri verò vti Petrus de natalib. Saussayus & Ferrarius sup. hac die. in Catalogo generali Sanctor. ex calendario & Breuiario Scotiæ, & Martyrologio Canisii. Ludouicus Iacob in Bibliotheca illustrium fœminarum, ex Dempstero libro quarto Histor. Scotorum. §. 8.

S. Cilinia. [i]] Hæc intenta piis operibus, licet corpore teneretur in mundo, mente conuersabatur in cœlo: quæ cœlitùs reuelationem, per beatum Montanum accepit, se pariturum filium, etsi iam senio grauatam, cui nomen dedit Remigii, qui ab ea ablactatus, lacte matris oculos præfati beati Montani, cæci, perungens, matre obstetricante, lumen illi gratia Diuina restituit. B. autē Cilinia atque vir eius Æmilius, erant ambo genere nobiles, & gratia inter suos nominatissimi: quæ quidē Dei famula sic iugiter viam Diuinorum mandatorum cucurrit, vt tandem ad beatam Fœlicitatem peruenerit: cuius meminit Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. Sigibertus in Chronic. anno 449. Molanus in additionibus ad Vsuardum. Ferrarius in noua Topographia. sup verb. *Landunum* Saussayus in Martyrologio Gallicano. Diuus Antoninus parte 2. Chronic. Titul. 11. cap. 18. Anselmus de Episcopis Leodiensibus in Sancto Lamberto, capite quinto. plura in gestis sancti Remigii habentur. Apud Hincmarum, Surium. de Voragine, Petrum de Natalibus, Renatum Benedictum, Ribadeneiram & cætera 13. Ianuarii & prima Octobris. Eius tamen sanctæ Ciliniæ vitam seorsim scripsit, Hucbaldus, Monachus Elnonensis. §. 9.

Translatio S. Florentia Virgin. Martyr. [k]] Sic Ferrarius io Catalogo generali Sanctor. hac die, ex tabulis Ecclesię. §. 10.

VNDECIMO CALENDAS NOVEMBRIS.

APVD Coloniam Agrippinam sanctæ [a] Cordulæ: quæ vna ex sodalibus sanctæ Vrsulæ, eum aliarum suppliciis & cæde perterrita, se occultasset, eius rei pœnitens, postridie se vltro patefecit, & nouissima omnium, martyrii coronam accepit. Oscæ in Hispania Tarraconensi, sanctarum Virginum Nunilonis [b] & Alodiæ sororum, quæ à Sarracenis, ob fidei confessionem, capitali sententia punitæ, martyrium consummarunt. Hierosolymis, sanctæ [c] Mariæ Salomæ: quæ in Euangelio legitur circa Domini sepulturam sollicita. Ripælimosani, in Apulia Beatæ [d] Franciscæ Tertiariæ Franciscanæ: quæ honestate ac religione decorata: Dæmonibus etiam summè formidabilis extitit. Eadem die variæ Translationes sanctarum [e] Virginum & Martyrum è sodalitio Beatæ Vrsulæ, & è cœtu vndecim millium virginum, diuersis in locis celebres. Item Translatio sanctæ [f] Vincentiæ vxoris sancti Seueri Rauennatis postea Episcopi, & Innocentiæ virginis eius filiæ, ad Diœcesim Moguntinam. Scalabi in Lusitania, Commemoratio sanctæ [g] Irenes virginis & Martyris.

OCTOBRIS XXII.

§. 1. *Sancta Cordula Virg. Martyr.* [a]] Agunt de ea Martyrologium Roman. hac die Baronius ibid. in notis. D. Antoninus parte 2. Chronic. Titul. 10. cap. 8. §. 7. Petrus de Natalib. lib. 9. Catalog. SS. cap. 87. Mantuanus in sacris diebus. Molanus in additionibus & annotationibus ad Vsuard. Saussayus in Martyrologio Gallicano, eadem die. Bachotus in Fastis christianis, Raylsa in Auctario ad Natales SS. Belgii Molani sub 13. Iulii. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Colonia*. Factum eius corpus transtulit Albertus magnus, vt scribit Radulphus in vita ipsius, parte. 2. capite. 9. cuius caput pretiosum Lutetiam Parisiorum delatum in Ecclesia parœchiali SS Lupi & Ægidii (cuius tertia est Tutelaris) in capsa argentea auro illita, atque ad virginis coronatæ, quæ ad pectos vsque extenditur, piam effigiem efformata, multa cum veneratione seruatur: Qua in Ecclesia colitur ipsa Virgo festo solemni quotannis, Dominica proximè sequenti sanctæ Vrsulæ & eius sociarum, Natalem. Pars quædam altera, Antuerpiæ in domo professa societatis Iesu.

§. 2. *SS. Nunilonis &c. Virg. & Martyr.* [b]] Nominantur *Nunilo & Elodia*: quarum martyrium scripsit S. Eulogius in memoriali SS. lib. 2. cap. 7. De eis egerunt Vsoardus & Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. Ambrosius Morales in scholiis ad S. Eulogium, Villegas in Flore SS. Trugillus in Thesauro Concionator. Surius hac die, & Lippelous, Mosander, Doobletus, Haræus, Ferrarius, sup. verb. *Osca*. Petrus de Natalib. sup. capite 96. Lucius Marinæus, Siculus lib. 5. de rebus Hispan. ex quibus discimus ipsas natalitio ortas esse illustrissimo patre quidem gentili, matre verò Christiana, quæ dum post obitum patris, mater earum ad secundas connolasset gentilis hominis nuptias, spreto materno cubili, nutritione materteræ suæ fidelissimè refouentur. Illicò earum sancta infantia Christo Domino cœpit fideliter adhærere, & Crucifixi religionem tenerrimis ac sanctitatis meritibus illibatè custodire. Cùm autem primæuum adolescentiæ florem tam attigissent, opibus & pulchritudine ac morum decore excellerent, necnon totam penè prouinciam rumor sanctitatis earum impleuisset: à Tyranno per Satellites comprehenduntur, sistunturque Præsidi. quarum constantiam demiratus, quibusdam mulierculis deprauandas tradidit. verum cernens postea in eis operam perdere, capite eas plecti imperat anno 851. hac die. quarum corpora cùm in profundam foueam proiecissent infideles, ne Christiani ea venerarentur, signis & miraculis mox cœperunt illustrari: quę postea translata fuere in Legerense Monasterium (vulgo Leyrense S. Saluatoris intra Pyræneos montes) iuxta Stephanum Garibayum in Chronico Nauarricar. rerum Morales sup. lib. 2 cap. 7. numer. 2. & Ferrarium sup. ac Ioannem Tamayo in Martyrologio Hispano ad 18. Aprilis, quo peracta est huiusmodi Translatio.

B. Maria Salome. [c]] De ipsa S. Matthæus in Euangelio cap. 15. & 16. Beda, Vsuardus, Martyrologium §. 3. Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. & Tom. 1. Annal. Eccles. ad an. Christi 34. Petrus de Natali cap. 91. sup. Ferrarius sup. verb. *Hierosolyma* Galesinius in tabula chronographica sæcul. 1. vide infra ad 3. Decemb. porro de sacris eius reliquiis asseruatis Abbatis villæ in parœchia S. Andreæ: scribit Ignatius Ioseph lib. 1. Histor. Eccles. Abbatis-villæ cap. 36. & 54. Vide Colneuerium eo die. in Calendario Virgin. Tom. 2. & Dionysium in triumpho sanctæ Magdalenæ pag. 29.

B. Francisca. [d]] Vixit fama sanctitate celebris: quæ §. 4. tandem multis virtutibus exornata, morte interueniente, cucurrit ad sponsum, cuius sacrum corpus tumulatum est in conuentu Sancti Petri Cœlestini fratrum Minor. Ripæ-Limosani, qui est 15. prouinc. sancti Angeli: illius meminere Martyrologium Franciscan. hac die. Annotationes ad illud. Gonzaga part. 2 origin. Seraphic Religionis, in eo Conuentu Barrezzus parte quarta chronic. Minorum libro 2.

capite 5. ad an. 1534. Valerius lib. 4. de SS. fœmin. ordin. Minor. cap. 31.

§. 5. *Translationes variæ SS. Virg. Martyr.*] Ex eo igitur S. Vrsulæ sodalitio complures prodierunt aliò translatæ, quarum omnium nomina hic recensere, diffiteor me posse: sed quarumdam tantummodo: de quibus notitia, apud probos Authores reperitur: uti inferius patebit.

SS. Panefridis. Secunda & Sembaria Corpora in Sacrario Regali Abbatiæ sancti Dionysii in Francia, iampridem cum decenti cultu requiescunt: prout scribunt Doubletus lib. 1. Histor. Abbatiæ Regal. S. Dionysii cap. 42. Brulius lib. 4. Antiquit. Parisiens. in ea Abbatia. Saussayus in Martyrologio Gallican. hac die.

SS. Eleutina & Valeria. Reliquias sacras multo auro argentoque ornatas, dono dedit Cathedrali Ecclesiæ Lingonensi, Ludouicus illius sedis... o. Episcopus circa an. 1400. quarum ideò annuam ibi commemorationem instituit, teste Gallia christiana in Episcopis Lingonens. & Saussayo sup.

SS. Susanna, Iuliana, Margarita & Eustochii. Capita, debito honore asseruantur in Monasterio Religiosarum Griscarum, vulgo Beghinarum, tertii ordin. S. Francisci in vrbis Abbatis-villæ, apud Veromanduos, iuxta Ignatium Ioseph. sup. cap. 61.

SS. Margarita, Pretiosa & Sapientia Capita habentur piè recondita in Ecclesia Abbatiali Bellencoriæ Diœcesis Trecens. vti scribit Des Guerroys in sanctitate christiana, sæcul. 12. ad annum 1195. §. 18. & 19.

SS. Duo *Corpora* apud insignem Morimundensem Abbatiam ordinis Cisterciens. Diœces. Lingonens. honorificè requiescunt. Ita Manriquez Tomo 2. Annal. Cisterciens. ad an. 1155. cap. 4. §. 8.

SS. *Oliua* & *Lalina*, capita venerantur in Regali Abbatia S. Victoris Parisiens. teste Brulio lib. 2. sup. in ea Abbatia.

SS. *Margarita, Odilla, Pacifica.* Capita religiosè coluntur apud Monasterium Auemarianum Parisiens. ordin. S. Claræ, referente eodem Brulio lib. 3. sup. in eodem Monasterio.

SS *Frigia, Sambaria, Raraonia & Bobila* Corpora Philippus Abbas de Parco-Louaniensi ordin. Præmonstratens. Laudunum attulit ad S. Martini cœnobium eiusdem ordin. anno 1166. ex Ioanne *Le Paige* libro 2. bibliothecæ Præmonstratensis in vita beati Guarini, Abbatis sancti Martini Laudunensis.

SS. Capita, asseruantur piè ac honorificè in Conuentibus nostris Recollectis Metis, Virdani, Catrhuni, Parisiis &c. quę & ego præsens veneratus sum: vidi & tetigi.

SS. *Pinosa* & *Olima.* Capita in Cathedrali ecclesia Toogrensi venerantur, teste Myræo in Fastis Belgic. ad 11. Iulii.

Item SS. *Benedicta, Grata, Iotha, Lucia,* &c. ex Ferrario, in Catalogo generali Sanctorum ad 21. Octobris apud Canisium in suo Martyrologio.

S. *Orosphyia.* Apud Calagurium in Hispaniā Tarraconensi. Ferrarius sup. ex tabulis eiusdem Ecclesiæ, hac die. & Marietta libro 4. de Sanctis Hispanis.

SS. *Cordula* & *Fortunata.* Arimini: Ita Ferrarius suprà. hac die, ex tabulis Eccl. f. Ariminensis, & pro *Corduba*, videtur sibi scribendum, *Cordula.*

Sunt & aliæ permultæ variis in locis veneratæ & honorificè asseruatæ, apud suas initium, in Gallo-Flandria, ... in Theatro vitæ humanæ & Raissium in auctario ad Natales SS. Belgii Molani, hac die, & Superiorem 20. Octob.

SS. *Attapua, Baldina, Baptaria, Cuneta, Caradumera, Deodata, Christina, Corona, Hemerina, Felicitas, Honoraia sactia, Herenia, Hestia, Languida, Pania, Faulina, Tharanina, Pausheia, Victoria, Villetina.*

S. Candida Reliquiarum veneratio, sit Dertosæ in Hispania Tarraconensi, iuxta Saussayum in supplemento Martyrologii Gallicani, & Ferrarium sup. hac die. ex Hist. ria de S. Catalonia, & tal ubi Ecclesiæ Dertosensis.

S. Flora. Exuuiæ sacræ asseruantur Friburgi in Suecia. cum præfatæ s. *Candida*, reliquiarum portione, ex iisdem Ferrario & Saussayo, hac die, sup. & tabulis Ecclesiæ Friburgens.

SS *Theodora, Germana, Lucia.* Sanderus in Hagiologio Flandr. ex Hardnino &c.

S. Gertrudis caput datum est Hermanno Canonico Steinveldensi, ab Abbatissa Monasterii Coloniensis, cùm sanctæ reliquię SS. Vrsulæ & sociar. repertæ sunt Coloniæ. Apud Surium, in vita ipsius B. Hermanni 7. april. cap. 15 & 16.

SS. *Thomaia, Clementia & Christiania.* Corpora, quondam fuerant Coloniæ donata, cuidam Abbati in Folcodesrode ordinis Cisterciens. qui ea in Thuringiam ad suum detulit cœnobium verum cùm postea, sanctæ illæ virgines neglectæ... Dominus Coloniam repedarunt: & inibi remanserunt: Abbati autem illa sacra corpora repetenti, caput... rius Virginis datum est. Vide Surium, hac die sub anno 1141. ex Cæsario lib. 8. de miraculis cap. 8. Manriquez Tom. 1. Annal. Cisterciens. ad an. 1141. cap. 4. §. 7. & seq.

SS. *Anastasia*, & alterius Virg. *Augustina* Corpora Coloniæ inuenta & de terra leuata circa idem tempus. Apud Surium, sup ex Cæsario. ibid. cap. 86. Manriquez ad annum 1188. cap. 7. §. 8. & 11. apud Heisterbacum, seu sancti Petri de Valle cœnobium Diœcesis Coloniensis, Bachotus in Fastis, hac die.

Constat B. Hymmanam, variis temporibus, diuersis à suo fratre Conrado Archiepiscopo Coloniensi, reliquias dono accepisse ... dùm Albanus a ... esset Salliniæ, ... *corpus* & 14 *Capita.* Vir. Martyr. circa annum 1157. Cum autem Hinense Monasterium ..., multa *integra corpora* & 80 *capita* ex eisdem locis accepit anno 1161. vti referunt Authores, qui de ipsa B. Hymmana scripserunt, sup. ad 28. Ianuar.

Cæterum apud Petrum de Natali lib. 9. capite 87. sup. nominantur *Babila, Iulia, Victoria, Aurea, Constantia,* Consodales virgines sanctæ Vrsulæ.

S. *Aurelia*, Meminit Camerarius de Scotorum pietate & sanctis Regni Scotiæ lib. 3. cap. 4. sub 15. Octobris.

Ab Alberto Magno in vita S. Vrsulæ, Memorantur SS. *Senetia, Gregoria, Pinosa, Mardya, Saula, Britula, Saturnia, Rabacia, Palladia, Clementia.*

Item. *sancta Benedicta*, apud Camerarium ibidem ad 21. Octob ex Sinclaro &c.

Nec sanctarum videri debet, si tot tantæque harum

sanctarum virginum & Martyrum, vbique reperiantur sacræ reliquiæ: tum ex Veridica fidelium traditione, & probata Authorum fide dignorum relatione, ac testificatione ad vndecim millium numerum excreuerint: quæ propterea vndecim millia virgines, tritiore vocabulo nuncupantur. Beda, Ado, Sigibertus in Chronico ad an. 453. Bergomas de claris mulierib. cap. 136 Molanus in additionibus & annotationib ad Vsuard. 21. Octobris, Petrus de Natalibus sup. Ribadeneira & alii recentiores. Pancirola in Thesauro Vrbis Romæ. Regione 3. ecclesia 1. in qua sunt.

SS. *Margarita, Constantia, Columba &, Terentia*

§. 6. *Translatio S Vincentiæ &c.* [f] De his Molanus in additionib ad Vsuardum, hac die. Petrus de Natalib sup. lib. 3. cap. 65. Porrò præfata corpora translata fuere anno 824. ab Otgario, Archiepiscopo Moguntino, dùm in Italiam pergeret, vt pacem componeret inter Imperatorem Ludouicum, patrem, & Lotharium filium: qui cognito, Ticini reliquias has haberi, à Classe oppido, vbi prius repositæ fuerant, allatas, secum Maguntiam aduexit, ac Templo sancti Albini recondidit, vnde postea Erphordiam, ad Monasterium, tum D. Paulo dedicatu, magna populi commeante frequentia translatæ, splendidissimam ibidem consecutæ sui nominis Basilicam, eam creberrimis miraculis illustrant, ex actis S. Seueri. 1. Februar. apud Surium, Sigibertus in Chronic ad an. 824, Baronius Tom. 9. annal. Eccles. eodem anno, Rubeus libro 2. & 5. Histor. Rauennat. Serrarius in Histor. Moguntina sub præfato Episcopo, post Breuiarium Moguntinum. Vghellus Tom. 2. Italiæ sacræ, in Archiepiscop. Rauennat. sub 13.

Commemoratio S. Irenes Virg Martyr. [g] Ita Ferrarius in Catalogo generali SS. hac die, ex tabulis ..lius Ecclesiæ, & Marietta lib. 4. de SS. Hispaniæ. §.

DECIMO CALENDAS NOVEMBRIS.

MELDIS, sanctæ [a] Syræ Virginis: Beati Fiacrii Confessoris Germanæ, Abbatissæ Benedictinæ: quæ Christi amore, Regnum, Regiosque Thalamos despecta, omnis puritatis & gratiæ conspicua candore euasit. Apud Montem sanctæ Vvalburgis, Monasterium ordinis Cistertiensis, tribus milliaribus à Colonia, prope Bruelam, Beatæ [b] Richmundis Virginis: quæ cum vigiliis, ieiuniis & obsecrationibus, indefesso spiritu vacaret, & mente excedens, cæli secretis interesset, plena bonorum operum, migrauit ad Christum. Palmæ in Territorio Cordubensi, Beatæ [c] Leonorę porto-Carrietæ à Vega Virginis Clarissæ: quæ Abbatissa effecta, pœnitentiæ & contemplationis, ac paupertatis, vitæque perfectionis, cæteris viam prębuit. In Villa Amania ad Mosam, ioecesis Leodiensis, Natalis sanctæ [d] Odæ viduæ, Amitæ sancti Huberti, Dnere & vitæ sanctimonia celebris. Eodem die sanctæ [e] Gothæ. Barcino-ne [e] in Catalaunia, Translatio sanctę [f] Eulaliæ Virginis & Martyris.

OCTOBRIS XXII.

§. 1. SAncta Syra Virgin. [a] Hæc vt audiuit Fratrem S. Fiacrium, magna apud Gallos in sanctitatis fuisse opinione, Diuino numine instincta, Galliam inuisendi fratris causa furtiuè petere statuit, vt sic longius egressa de terræ cognatione, & domo paterna, Christo Domino, quem à tenella ætate in sponsum sibi selegerat, liberius seruiret, & amaret ardentius. Tanta quippe iam tum in Scotia huius Regiæ Virginis montem amoris Christi redundantia possederat, vt multas Interdum horas, nixa genibus hæreret immota, cordis summa dulcedine ac iubilo. Ad S. Fiacrium Fratrem, itaque in Meldensi agro Anachoreticam vitam agentem cum maiusculo sanctarum virginum comitatu se recepit, quæ ab eo, cum sodalibus in sancto proposito confirmata, & à Beato Pharone Meldensi Episcopo, benignè suscepta, necnon S. Pharæ, eiusdem Pontificis sorori, Abbatissæ Brigensi notissimæ sanctitatis commendata, in eius disciplinam concessit: sub qua tanta virtute floruit: vt sicut religionis perfectæ viuum spectaculum, nitens, omni obseruantia castimoniæ, abstinentiæ, pietatis, obedientiæ, humilitatis, charitatis, cæteris præluxerit, circa an. Christi 6.0. inde ad Gallicanam Campaniam missa, se contulit, vbi Monasterio extructo, cui etiam postea præfuit, per vitæ sanctitatem, & clara sanctitatis signa, insignem sui reliquit memoriam, multis in vita & & post mortem clara miraculis, ex Martyrologio Anglicano Canisio in suo Martyrologio. Ferrario in Catalogo generali Sanctor. & Saussayo in Martyrologio Gallicano, hac die. & ad 7. Decemb. vbi de S. Phara. Gonono lib. 1 vitar. patr. Occidentis in S. Fiacrio. Wione lib. 4. Ligni vitæ cap. 28. Antonio D'yeppes Tom. 2. Chronic. Benedictin. centuria 2. cap 5. ad an. 6 7 & alii sup. ad 8. Iunii. qua eius memoria recolitur apud nonnullos, Dempsterus lib 17. Histor. Eccles Scotic. Ludouicus Iacob in Bibliotheca illustr fœminar.

B. Richmundis Virg. [b] Conuersa extitit sanctissimèque vixit, & variis reuelationibus illustrari promeruit, atque ipsum Regem Angelorum, cum cœli Ciuibus frequenter inter orandum contemplata est: sæpeque ex sacra hostia Diuinos fulgores & Diuinam

charitatem,

claritatem, totam Monasterii Ecclesiam illuminantem conspexit. Quando vero, gratia communicandi accedebat ad altare, aliquando ante perceptionem, aliquando post, in mentis excessum, & exstasim labebatur. Apud Cæsarium, lib. 8. Miraculor. cap. 7. Henriquez, in Menologio Cistertiensi, hac die, Manriquez, in Calendario SS ac BB. Ordin Cistertiens. Calendarium quoque Gallicum Diuione excusum.

§. 3. *B Leonera, Virg.* [c] Soror fuit Comitis Palmensis, magno spiritu, altaque contemplatione prædita, in quâ multas cœlitùs excipiebat reuelationes. Tanta autem asperitate corpus suum tractabat, vt disciplinis cruentis, illud omnino dilaceraret: ieiunia tum Ecclesiæ, tum Ordinis, in pane & aqua frequentius exsoluebat. Facta Abbatissa Monasterii Palmensis, deinde Constantinensis, subditas, suo exemplo, hortabatur, ad paupertatem, humilitatem, regularemque obseruantiam. Palmæ tandem excessit è vita, ad ipsum monasterium, quod est 2. Prunis de Angelor. cuius corpus annis iam 15. traductis repertum est sanum & integrum. Florebat circa an. 1570. Vide Martyrologium Franciscanorum, hac die, Annotationes ad illud. Daçam part. 4. chronic. Minor. lib. 3. cap. 77.

§. 4. *S. Oda, vidua, d*] Dagoberti Francor. Regis soror extitit, viduaque relicta à Begho coniuge, Aquitanorum Duce: dote contenta, Deo seruire satagit; pauperes aluit, plerasque Ecclesias egregia munificentia ditauit; potissimum Collegiatam S. Georgii Huyensis, in qua fœlicem post transitum tumulata est, scilicet, Amanii, in æde collegiata sui nominis, prope Huyum, Leodiense oppidum. Iuxta Molanum. In additionib. ad Vsuard, hac die, & in indiculo SS. Belgii Anselmum, de Episcopis Leodiens. cap. iu. in S Lamberto, Chapeauillum Tom 1. Histor. Leodiens. ibid. in Annotationib. Sigebertum in chronico ad an. 711. Vvionem, in Martyrolog Benedictino, Canisium in suo Martyr Menardum lib. r. Obseruation. ad Martyrolog. Benedictin. Saussayum in Martyrolog. Gallicano, Miræum in fastis Belgic. Ferrarium in Catalog. Generali Sanctor. ead. die & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb *Amanium*

S Gotla. e] Ita Camerarius lib. 3. de pietate Scotorum & sanctis Regni Scotiæ cap. 4. hac die, ex Martyrolog. Petri Canisii &c. §. 5.

Translatio S. Eulaliæ, Virg. Martyr [f]] Peracta est an ... Iuxta Ferrarium, in Catalogo Generali sanctor. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Barcinonens. & Breuiario eiusd. Eccles. ac Villegas, In flóre Sanctor. & Simone Martino ibid. §. 6.

NONO CALENDAS OCTOBRIS.

APVD Homeritas Arabiæ fœlicis incolas, in Ciuitate Nagran, Passio sanctarum [a] Virginum, sanctimonialium, aliarumque fœminarum, tempore Iustini Imperatoris, sub Dunaan, Iudæo Tyranno; post quas Christiana quædam mulier, incendio tradita est: cuius filius annorum quinque, cùm balbutiendo Christum confiteretur, nec blanditiis, nec minis, retineri posset, in ignem, vbi mater ardebat, se præcipitem dedit. In Territorio Beluacensi, Natalis sanctæ [b] Maxentiæ, Virginis, & Martyris: quæ pro Dei gloria, & pudicitiæ defensione decertans, profuso sanguine palmam victoriæ retulit. Coloniæ, sanctæ [c] Noitburgis, Virginis; quæ Filia Pipini Heristalli, principis domus regalis Austrasiæ, sæculi contempta gloria, Christo, fideli se famulatu deuinxit, cum quo & cœli gaudia adepta est. In Asia, Beatæ [d] Chrysophoræ, Religiosæ fœminæ, meritis præclaræ. In Apulia, Apud Vallem-Asperam, ad Tessam, Beatarum [e] Ioannæ & Catharinæ, à vino, Tertiariarum Franciscanarum, ingentis sanctitatis prærogatiua insignium.

OCTOBRIS XXIV.

§. 1. S*Anctarum Virginum Sanctimonialium &c.* [a]]Cùm tyrannus in eas sententiam mortis pronuntiasset, vt gladio ferirentur: *Licebat ergo videre* (inquit Metaphrastes) *mulieres sanctas trahi cruentibus & sic duci ad supplicium, vel potius ferri promptis, & alacribus pedibus, & sitire mortem propter Christum. Magna vero erat. & præclara Inter eas contentio. Monachæ enim virgines nequaquam concedebant primas partes iis, quæ erant iunctæ matrimonio. Recordemini, dicentes, quod prius vobis fuimus propositæ. & in templi ingressu, & in sacramentorum participatione, & in statione, & in sessione: & ideò oportet nunc quoque nos ante vos, & vestros maritos consequi martyrium. Martyrum autem vxores, quæ iam etiam vocabantur matres. nequaquam ferebant in præsentia habere secundas partes: infantes quoque balbutientes, matres præcurrebant & ipsi quoque carnificem prouocabant ad mortem: &c.* De his Martyrologium Romanum hac die, Baronius ibid. in notis & Tom. 7. Annal Eccles. ad an. Christi 522. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Nagrana*. Molanus in Additionib. ad Vsuardum Græci in Menolog. Lipomanus, Surius, Lippelous, Renatus Benedictus &c. ead die, Nicephorus lib. 17. Histor. Eccles. cap. 16. Zonaras in Iustino Imperator & Cedrenus anno 5. eiusd.

S. *Maxentia, Virg. Martyr.* [b]] Hæc B virgo Scotia stirpis Regiæ inclyta proles, affectu Christo placendi vehementer incensa, quo integritatem seruaret, pietatemque sedulius coleret, in Franciam nauigauit, tanto minus hominibus agnita, quanto Deo nota & deuota; quæ eo loco (qui nunc ab ea nomen retinet, vbi oppidum cum ponte super Oesiam cernitur) con-

sistens, vt sponso cœlesti in omni cordis puritate, & ardore spiritus famularetur: Illic erecto tuguriolo, tenellum corpus spiritui subdere, superna cogitare, ac sese sæpius in conspectu Dei setiò introspicere, omnes postremò perfectæ virtutis numeros implere satagebat. Quæ postquam annos aliquot, in cœlesti vita transegisset, accidit, vt quidam Dynasta infidelis illam, ob formæ elegantiam, in sponsam sibi peteret. Maxentia vero sanctioris propositi memor, dùm Tyrannum vim sibi inferre molientem acrius increparet, vita ab eo priuatur, duplicatoque martyrii & virginitatis diademate coronata in cœlum transmittitur. Cùmque cœlestis ille sponsus innumeris eam ornaret miraculis, Syluanectensis Episcopus sacras ipsius reliquias in capsam reponendas curauit. Vide Robertum Bucklandium in vita eius Hunterum de Sanctis Fœminis Scotiæ: Regium in Calendario Scotico: Ferrarium in Catalogo Generali Sanctor Saussayum in supplemento Martyrologii Gallicani & Camerarium lib. 3. de Scotorum pietate, & sanctis Regni Scotiæ cap. 4. hac die, viuebat circa an. Christi 730.

§. 3. *S. Noutburgis, Virg* [c] Nominatur *Notburges & Notburges*, Florebat ad annum. Christi 700 Quæ exacto sanctissimæ conuersationis stadio, fœlici fine, hac die, quieuit Coloniæ, in Monasterio S. Mariæ, quod eius matertera Plectrudes, Pipini Heristalli vxor; in ipsius gratiam, & virginum sacrarum construxerat. Hinc tamen post transitum Beatum, quod micaret gloriosis sanctitatis insignibus, translata est propè Confluentiam, ad montem S. Brati, die 31. Octob. infra. De ea egerunt Trithemius lib. 3. viror. Illustr. Ordin. Benedictin. cap. 256. & 266. Cratepolius de sanctis Germaniæ. Canisius in Martyrologio, Saussayus sup. hac die, & Ferrarius. In noua Topographia sup. verb. *Colonia* Bosius, Tom. 2. de signis Eccles. lib. 22. cap. 3.

B. Chrysophora. [d] Vocatur sancta fœmina, & so- §. 4.
ror fidelissima; ad quam scripsit Epistolam S. Dionysius, Corinthiorum Episcopus, cuius meminit Eusebius, lib. 4. Histor. cap. 23. Vincentius Beluacens. lib. 10. specul. Historial. cap. 112. Petrus de Natalibus lib. 4. Catalog Sanctor cap. 37 Baronius Tom. 2. Annal. Eccles ad an. Christi 175. §. 15.

BB. Ioanna, &c. Terniar. [e] Memorantur in §. 5.
Martyrologio Franciscan. hac die, Annotationib. ad illud Gonzaga, part. 2. Origin. Seraphic. Religionis Conuentu. S. Mariæ de Valle-Aspera, ad Tessain, qui qui est 4. Prouinciæ S. Angeli. Vvandigho. Tom. . Annal. Minor. ad an. Christi 1430. §. 41. sepultæ iacent in præfato Conuentu, ambæ sorores sanctissimæ: cui benè affectæ erant: quarum vtraque, cum per integrum annum haustum ex vase oleū, fratribus, summa liberalitate, & ad lucem, coram venerabili Eucharistiæ sacramento, confouendum, & alios vsus necessarios, ministrasset, elapso totius anni curriculo, inexhaustum vas, omninoque redundans inuenit.

OCTAVO CALENDAS NOVEMBRIS.

ROMÆ, Natalis sanctæ [a] Dariæ, Virginis, vxoris sancti Chrysanti, Martyris, quæ simul cum eo, post multas, quas sub Celerino Præfecto, pro Christo sustinuit passiones, iussa est à Numeriano Imperatore, via Salaria, in arenario deponi, atque illic viuens terra & lapidibus obrui. Fiscanni, in Territorio Rothomagensi, Sanctæ [b] Hildemarchæ, Virginis Abbatissæ Benedictinæ, signis & virtutibus spectabilis. Ipso die, Sanctæ [c] Silislæ, Virginis. Spanhemii, in Territorio Maguntinensi, Beatæ [d] Lutgardis, Virginis, Reclusæ Benedictinæ: quæ religiosis trophæis aliisque gloriosis meritorum cumulis insignis emicuit. Florentiæ, Beatæ [e] Petræ, Ordinis Seruitarum, Religionis ac paupertatis gloriosæ. Romæ, Beatæ [f] Catharinæ, viduæ, Bosnensium Reginæ: quæ sumpto Tertiariarum Franciscanarum habitu, patientia, castitate, & pietate atque humilitate, mirum in admodum refulsit.

OCTOBRIS XXV.

§. 1. SAncta Daria, Virg. [a] Virgo Vestalis prius erat, facie venustissima, ingenii acumine, prudentia, atque eloquentia singulari ornata, & iam nubilis ætate, quando ad instantiam Polemii, viri Illustrissimi, pagani, processit in publicum, vt S. Chrysantum filium eius, in suum amorem blanditiis alliceret, & Diis sacrificare curaret: sed contrarium accidit. Nam ab ipsomet. S. Chrysantho conuersa ad Christum, & baptisata; communi sententia inter eos constitutum est, vt simulato coniugio, Virginitatem in Dei timore, ad vsque extremum vitæ spiritum seruarent. Quæquidem S. Daria suscepto virginitatis velo, admiranda sanctitate & castimonia enituit; per quam incredibilis fœminarum numerus ad Christi gratiam concurrebat, & multæ virgines, dimissis sponsis, se se dicabant Christo· exindè accusata & capta, simul cum viro S. Chrysanto grauia passa est tormenta, quibus martyrii gloriam sibi comparauit. Nam primo in lupanar detrusa est: sed Leo, qui è stadio fugerat, auxilio fuit: ac eam defendit: inde educta, iussa est variis tormentis excruciari: Quicumque autem S. Dariam contingebant, manuum ipsorum nerui obstupebant, & magnis doloribus afficiebantur: demum lapidibus terraque obruta, Martyrio coronatur. Agunt de eis Vsuardus, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Eccles. ad an. Christi 184. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Roma* & in SS. Italiæ, Saussayus in Martyrologio Gallicano ead. die, Adelmus lib. 1. de laudib. virginitat D. Gregorius Turonens. de Gloria Martyr. cap. 38. & 83. ex quo discimus horum partem Reliquiarum, munificentia S. Gregorii 1 Pap. anno 590. in Gallias aduectam, ad ipsum B. Gregorium Turonens Vincentius Beluacens. lib. 11. spec. Histor. cap. 123. & sequ. Diuus Antoninus part. 1. chronic. Titul. 7. cap. 9. §. 5. Petrus de Natalib. lib. 9. catalog. SS. cap. 105. Metaphrastes, Lippomanus, Surius, Lippelous, de Voragine. Renatus Benedictus, Ribadeneira, &c, hac die, Græci autem in menologio ad 19. Martii. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Regione 3. Ecclesia 5. Gallonius de Virginibus Roman.

§. 2. *S. Hildemarcha Virg. Abbatiss. b*] Burdigalæ nata & Abbatissa facta, sed patria pro Christo abdicata, Fiscanni, tempore S. Audoeni, Rothomagensis Archiepiscopi, resedit: cuius authoritate, monasterio præfecta, trecentarum sex Virginum Abbatissa fuit: Christianæque simul simplicitatis & prudentiæ, nec minus castimoniæ: & religionis laude claruit: se demùm postquam B. Leodegarium, Heduensem Episcopum, exulem benignè suscepisset, diuque fouisset, in omni virtute consummata, fœliciter quieuit in domino. Corpus eius in Fontanellæ cœnobio depositum, magna emicuit diuinarum operationum gloria; quæ cultum eius ibidem celebrem reddiderunt. Agitur de ea in Actis S. Vvandregisili Abbatis 22. Iulij cap. 16. S. Audoeni, præfati 24. Aug. cap. 17. & S. Leodegarij 2. Octob. cap. 13. apud Surium. De ead. Vvion in Martyrolog. Benedictino. Tabulæ Abbatiar. Fiscanens. ac Fontanellens. Ferrarius sup. verb. *Fontanella & Rothomagus.* Item in Catalogo Generali Sanctor. hac die, Saussayus in supplemento Martyrologij Gallicani ead. die, vocatur nonnunquam *Childemara, Childemartha.*

§. 3. *S. Silissa Virg. c*] Extat in sacræ Ecclesiæ Tolosanæ Tabulis dudum annua commemoratione celebris: Teste Saussayo sup. hac die.

§. 4. *B. Luigardis, Virg. d*] Fuit reclusa, in inclusorio sanctimonialium Spanheimensi, vbi etiam visiones, & reuelationes angelicas habere meruit. Ita Menardus, in Martyrolog. Benedictino, hac die, & lib. 2. obseruation. ad illud, ex Trithemio in chronico Hirsaugiensi ad an. Christi 1084.

†§. 5. *B. Petra, Tertiaria, e*] Patria Florētina erat, claruitq; ad ann. 1388. cuius pietas valdè enituit, in erogando pauperibus, quidquid vel manu conquisiuisset, vel sibi domesticoè penu suppeteretur: tantùm propria paupertate, quantùm aliis pauperibus elargiri gauderet. Ita Archangelus Gianius part. 1. Annal. Seruitar. centur. 2. lib. 4. cap. 13. ex monimentis Nicolai de Pistorio, tum ex Diario Conuentus Florentini.

B. Rilindis, vidua. f] Ex Germania oriunda; ex consensu mariti ordinem Sancti Dominici intrauit; vbi singulari vitæ sanctitate sic claruit: vt moriens, in cœlum mox ascenderit: eiusque gloriam confessarius illius conspexerit: vti referunt Sampayus in stemmate Ordin. Prædicat. & Ioannes à Sancta Maria, part. 5. vitar. SS. eiusdem ordin. lib. 3. †§. 6.

B. Catharina, Regina. g] Hæc serenissima atque pientissima Regina, cùm vidua esset, regnumque Bosnæ, vi & armis Turca inuasisset: in Italiam descendit, Romamque veniens, à Sixto 4. Summo Pontifice benignè & suauissimè est recepta: cui & pinguissimam annonam pro necessaria sui conditione assignauit. Patientiæ autem & castitatis atque pietatis fuit singularis: tanta verò fulsit humilitate, vt Tertij Ordinis insignia gestierit, & moriens sepeliri voluerit in Conuentu Minorum fratrum, B. Mariæ de Aracœli: condita iacet in Ecclesia ante maius altare, sub lapide marmoreo, iussu & opera præfati Pontificis, anno 1478. quo ipsa obierat. Scribunt de ea Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud, Marcus Vlyssiponens. part. 3. chronicar. Minor. lib. 6. cap. 35. Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. Relig. in Conuentu Aracœlitano Romæ. Bzouius, Tom. 18 Annal. Eccles. ad an. Christi 1478 §. 20. Salazar. lib. 6. chronic. Prouinc. Castellæ cap. 17. Marianus lib. 5. cap. 41. de Torrez in practicis Exhortationib. super Regul. Tertiarior. Minor. fol. 57. Vvadinghus Tom 2. Annal. Minor. ad an. Christi 1251. §. 60. Item Tom. 6. ad ann. 1458. §. 34. & Tom. 7. ad an. 1478. §. 67. §. 7.

SEPTIMO CALENDAS OCTOBRIS.

IN Africa, passio Sanctarum a Mulierum, quæ in persecutione Decii & Valeriani, illustri Martyrio sunt coronatæ. Apud Brigense Monasterium Ordinis Benedictini, Diœcesis Meldensis, Beatæ b Gibitrudis, Virginis, quæ, non sine celebri sanctitatis præconio, ad cœlestem patriam commigrauit. Apud Forum Iulii Carnorum, Beatæ c Beneuenutæ, Virginis Tertiariæ Dominicanæ: dono orationis, spiritu prophetico, & signis admirandis conspicua. Lezigniani in Territorio Narbonensi, Beatæ d Bonæ, Virginis Clarissæ: quæ nobilissimo genere orta, vitæ austeritate, dono Prophetiæ & miraculorum extitit Illustrissima. Constantinopoli, Sanctæ e Iulianæ, insignis pietatis ac Religionis fœminæ. Aurelianis, Translatio Sanctæ f Agiæ, Viduæ, matris Beati Lupi, Senonensis Archiepiscopi.

OCTOBRIS XXVI.

§. 1. SAnctarum Mulierum, Martyr. a] Has omnes præclaro encomio celebrat, Sanctus Cyprianus lib. 4. Epistol. 1. apud Surium, hac die, quo anno 250. passæ sunt simul cum SS. Rogatiano & Felicissimo: ad quos sic scribebat. *Beatas etiam fœminas: quæ vobiscum sunt in eadem confessionis gloria constitutæ, quæ Dominicam fidem tenentes, & sexu suo fortiores: non solum ipsæ ad coronam proximæ sunt, sed & cæteris quoque fœminis exemplum de sua constantia præbuerunt &c.*

†§. 2. *B. Giburudis Virg. b*] Hæc Deo deuota sub magisterio S. Burgundoforæ vitam egit religiosissimam; de qua Ionas Abbas, cap. 2. vitæ ipsius S. Pharæ 3. April. apud Surium, hæc recitat. *Quædam virgo Giburudis nomine, generi & religione nobilis, supradictum cœnobium conuersa à sæculo petijt; quam velut munus gratum ouans, monasterij mater Burgundofora recepit. Erat enim consanguinitate ei proxima: quæ tanti ardoris igne feruebat, vt in omnibus S. Spiritus gratia videretur flagrare. Nam cùm adhuc paterna detineretur domo, & Spiritu sancto mouente, cultui se religionis dicere vellet: postulat patrem matremque, vt sibi oratorium, quo suo conditori exhiberet famulatum, construerent; sed cùm ægrè parentes ferrent petitionem filiæ (erant enim ambo genere Francorum nobiles) nec prorsus ei*

itinere, quod ad Regna perducit cælorum nitebantur ingredi, imò fulgere magis sæcularibus desiderabant phaleramentis, & ob hoc sobolem magis desiderabant à filia, quàm sua tradere pignora monasterio, nitebantur animum eius ab hac intentione reuocare: quorum persuasionibus cùm illa nullatenus acquiesceret, paruum ei admodum construunt oraculum, vbi cum in bona conuersatione per aliquantum temporis degisset, parentibus per aspirationem Dei, circa voluntatem filiæ amplius iam aliquid inclinatis, obtinuit interuentu eorum, vt supra dicto cœnobio Euoricas mereretur associari: in cuius reclusione monasterii. cùm per multa annorum spatia religiosam vitam duxisset, contigit, vt venerabilis mater Burgundofora, febribus validis correpta, præsentibus vitæ nexibus crederetur absolui. Quod animaduertens Virgo Domini Gibitrudis, Basilicam ocyus ingressa, flebilibus Deum vocibus exorat, vt antiquam reminiscens misericordiam, matrem monasterii mori non finat; sed prius se, ac sodales suas suscipiens, cælo recondat, & sic demùm matrem subsequi iubeat. Audiuitque vocem post lacrymas desuper dicentem: vade famula Christi, quod petisti, obtinuisti. Illa etenim hospes adhuc iungetur superis, tu verò prior carnis vinculis absolueris. Nec mora, venerabilis virgo morte corripitur: ac supremis functa exequiis animam reddidit. Cumque ab angelis suscepta supra æthera veheretur, & ante tribunal iudicis post candidatorum, vt ipsa post referebat, cateruas aspiceret, audiuit à throno vocem dicentem: reuertere ad sæculum, quia nec dum illud plenè dereliquisti. Scriptum est enim; date, & dabitur vobis. Et alibi, in oratione, Dimitte nobis, debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hæc tu non implesti, quia sodalibus tuis contumelias tibi illatas ab eis non dimisisti. Reminiscere aduersus tres compares læsos te portasse animos, nec omninò medicamine pœnitentiæ vulnus illatum sanasse: corrige igitur mores, compone animos, quos tempore, vel negligentia maculasti. Mox itaque reducta est ad corpus, ac pristinæ reddita vita, tristibus lamentis illatam deprompsit sententiam, reatumque suum confitetur: & accersitis sodalibus, contra quas motos animos portarat, veniam poscit, ne tacita dolositate damna incurreret vitæ æternæ. At postquam integræ reddita est sanitati, mensibus sex præsenti vixit in æuo; quibus expletis, febre correpta, diem prædixit exitus sui, & horam de hoc mundo prænuntiat abeundi: quæ videlicet, virgo Domini tam fœlicem exitum peregit, vt intra cellulam, qua eius corpus iacebat exanime, Balsamum crederes desudare. Et hoc omnibus nobis, qui tunc ibidem adfuimus, maximum miraculum generauit. Die autem 30. cùm commemorationem ex more pristino ageremus, & missarum solemnia celebraremus, tanta fragrantia repleuit Ecclesiam, vt omnium vnguentorum ac pigmentorum copiam putarem adesse. Eadem referunt. Augustinus *Carcat* cap. 13. vitæ S. Pharæ, Monardus, in a. Appendice ad Martyrologium Benedictin. Alia est à Gibitrude Abbatissa Quintiana Trecens. cuius meminit Camosatus, in originib. Trecens.

§. 3. *B. Beneuenuta, Virg. c*] Ex foru Iulii oriunda erat: & ab ineunte ætate futuræ sanctitatis præludia haud modica dedit: puellarum ludicra fugiebat, sæculi mundanitates abhorrebat, & vt deuotioni vacaret, solitaria perquirebat loca: nondum, annos septem excesserat, & iam, qualibet die. centum *Pater noster*, cum totidem *Aue Maria*, persoluebat in honorem Sanctissimæ Trinitatis, quem morem seruauit vsque ad annum suæ ætatis 12. præterea quotidie, recitabat mille, *Aue Maria*, in honorem, Sanctissimæ Deiparæ Virginis: quas preces, sabbatho, duplicabat: in die verò Annuntiationis, ter mille *Aue Maria* recitabat: additis, vigiliis, ieiuniis, aliisque macerationibus corporeis: facta annorum duodecim, cilicium induit: quod per annos sex, & amplius detulit: biennio quo renes cinxit cathena ferrea: & quodam fune sic se strinxit, vt carne cooperiretur. Virginitatem suam Christo, & Virgini matri consecrauit. Carnis manducatione ferè semper abstinuit, super asseres decubans. Capiti lapidem supponebat. Dies noctesque insomnes ducebat, addicta orationi, & rerum cœlestium contemplationi; disciplinis, & ieiuniis corpus edomabat: multis dæmonum impetitionibus attrita, variis apparitionibus cœlestibus, Christi Domini, Beatæ Mariæ Deiparæ & Angelor. &c. consolabatur, sæpè ecstasim & raptus patiebatur: cuius patientia valdè enituit in diuturna infirmitate quinque annorum: multa etiam prædixit futura, & compluribus miraculis fuit illustrata: tandem anno 38. suæ ætatis: infirmata ad mortem, migrauit in cœlum, circa hunc diem: cuius corpus sepultum est in Ecclesia fratrum Prædicat. eiusd. vrbis, iuxta Seraphinum Razzium part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordinis Prædicator. secul. 16.

B. Bona, Virg. d] Ex illustrissima prosapia de Arminiaca traxit originem: quæ tanta fuit vitæ austeritate, tantaque prædita eleuatione mentis in Deum, vt dono prophetiæ aliquando fuerit illustrata, potissimè super obitum patris sui; prout legenda eius testatur. Fertur quoque ad sepulchrum quidam mortuus olim ressuscitatus. Illius meminerunt Martyrolog. Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud Gonzaga. part. 3. Orig. Seraphic. Religiosis in Monasterio S. Annæ Leaigniani, quod est 1. Prouinc. S Ludouici. Barrezzus, part. 4. chronic. Minor. lib. 4. cap. 40. ad an. Christi 1565 licet antiquiori æuo eam vixisse, non dubitauerim: qua de re vide S. Abbauillæum Capucinum In Historia Chronologi: B Colettæ, Virg statu 3. lib. 2. cap. 22. Valerium de SS. Fœminis. Ordin. Minor. lib. 4. ca. 41. & Vvandiagh. Tom. 5. Annal. Minor. ad an. Christi 1431. §. 22. Illa quippe Domus Arminiaca, vulgò *Armagnac*. notissima ac nobilissima est in Gallia: cuius Comites in Reges Nauarræ transfusi: tum deinque in Galliarum monarchas: nobis protulere Henricum 4. Francor. ac Nauarr. Regem. §. 4.

S. Iuliana. e] Ex illustri Aniciorum familia exorta claruit Constantinopoli; temporibus Iustini Imperatoris, cuius erat neptis. Extat eius Epistola ad Hormisdam, Romanum Pontif. Heroina certè eximiæ fidei, pietatis, ac Religionis: S. Sabbam, Abbatem incitatoris, impenseque coluit: Templum Deigenitricis apud *Honoratas*, construxit; & constanter pro synodo Calcedonensi stetit contra Anastasium Imperat. Cameram S. Polyeucti Martyris auro exornauit. Hanc commemorant. Cyrillus in actis S. Sabbæ 5. Decemb. apud Surium cap. 73. & 91. D. Gregorius Turonens. de gloria martyr. cap. 103. Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. 7. Februar. item Tom. 7. Annal. Eccles. ad an. Christi 511. §. 14. an. 519. §. 47. & seq. ac an. 519 §. 5. & seq. quo obiit. Ex Paulo Diacono. lib. 15 Miscellan. §. 5.

Translatio S. Agiæ. f] Peracta est, quando præsente Roberto, Francor. Rege, pluribusque Episcopis, ac proceribus Regni astantibus, solemni pompa, cum hymnis & laudibus delata est simul cum aliorum sanctorum lipsanis in Basilicam S. Aniani eiusdem Aurelianensis vrbis Episcopi, hac die. Iuxta Andream Saussayum, in Gallicano Martyrolog. & Carolum Saussayum. In Annalib. Eccles. Aurelianens. § 6.

SEXTO CALENDAS NOVEMBRIS.

ABVLÆ in Hispania Tarraconensi Passio sanctarum [a] Sabinæ & Christetæ: quę primùm in Equuleo adeò sunt extentæ, vt omnes membrorum compages laxarentur, deindè capita earum lapidibus superposita, vsque ad excussionem cerebri, validis vectibus sunt contusa, atque ita martyrium compleuerunt, agente Præside Daciano. In Cappadocia sanctarum [b] Martyrum, Capitolinæ & Erotheidis, ancillę: quæ sub Diocletiano sunt passæ. In Anglia apud Monasterium Berckingense, ordinis Benedictini, Diœcesis Londinensis, Commemoratio [c] plurium virginum ac Sanctimonialium: quæ virtute ac pietate insignes, ad cœlestem gloriam transierunt. Bellencuriæ, in agro Tricassino, sanctæ [d] Hamelinæ Virginis, ordinis Cisterciensis: quæ tota cœlestium flagrans desiderio, vitam egit rigidissimam, & multis meritis ac miraculosis signis coruscauit. Fulginii, in Vmbria, beatæ [e] Catharinæ de Valente, Virginis Clarissę: oratione, charitate, sui abiectione, ac dilectione in Christum insignis. Ferrariæ apud Monasterium sanctæ Catharinæ, Beatæ [f] Antoniettę à Brixia, Virginis, Priorissæ ordinis Dominicani: quæ humilitate, patientia, vitæque asperitate multum enituit. In blandinio Monasterio apud Gandauum, Aduentus corporis sanctę Amalbergæ [g] Virginis. In Hamaticensi Monasterio, super Scarpam, inter Valencenas & Duacum, Diœcesis Atrrebarensis, Eleuatio sanctarum [h] Eusebiæ & Gertrudis illius loci Abbatissarum.

OCTOBRIS XXVII.

§. 1. *SAnctarum Sabinæ &c. Martyr.* [a]] De eis agunt Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. & Tom. 2. Annal. Eccles. ad an. Christi 303. Vincentius Belacens libro 11. specul. Histor. cap. 129 Petrus de Natalib libro 9. Catalog. SS. cap. 114. Vasæus in Chronic. Marinæus Siculus, Ambrosius Morales, Mariana, Marietta, Villegas in Flore Sanctorum, Trugillus in Thesauro Concionator. Lippelous, Haræus. Doubletus, Ribadeneira, hac die, in vita earum. Ferrarius in noua Topographia ad martyrologium Roman. verb. *Abula.* & in Catalogo generali SS. ead. die. ex Historia SS Cataloniæ. Biuarius. Commentar. 4 ad pseudochronicon Flaui Lucii Dextri, sub anno 300. §. 2. ex Breuiario Palantino & Salmantino. Postea autem regnante in Hispania Rege Fernando Magno, bona earum reliquiarum pars, scilicet S. Sabinæ, translata est Palentiam, & S. Christetæ, ad S. Petrum de Arlanza, sub anno 1059. Altera verò portio Abulæ seruatur magna cum veneratione. Colitur etiam S Sabina Agri (quod est oppidum Cataloniæ, Diœcesis Ilerdensis) ex tabulis Ecclesiæ Agrensis, vbi cum octaua, vti patrona celebratur.

§. 2. *SS. Capitolinæ &c. Martyr.* [b]] Memorantur in Menologio Græcorum & Martyrologio Roman. hac die Baronius ibid. in notis. & Tom. 2. Annal Eccles. ad an. Christi 304. Ferrarius sup. in noua Topographia verb. *Cappadocia*

§. 3. *SS. plurium Virg. ac Sanctimonial.* [c]] Hic particularis dies Festus earum memoriæ destinatur, ob earumdem eximiam vitæ sanctitatem, quam etiam Deus cœlestibus signis mundo innotescere voluit: quæ quidem omnes circa 20. 664. in hoc Monasterio sub sanctissimis Abbatissis, Ethelburga & Hildilhida, ad Dominum migrarunt. Quæ de re Beda lib. 4. cap. 7. 8. 9. 10. Menardus in Martyrolog. Benedictin. & Eduardus Mathew. Tom. 2. Trophæor. Congregation. Anglic. ordin. Benedictin. ad Natales Sanctor. hac die.

S. *Hamelinæ Virg.* [d]] Hæc demùm in solitudinem de superiorum permissu, secedens, miræ fuit abstinentiæ; cuius vita dura & arcta, & conuersatio sancta. Tribus diebus in hebdomada, nihil cibi aut potus gustans, ieiuna permansit. In Quadragesima & Aduentu Domini, nihil panis gustauit. Cilicio ad nudum corpus vtebatur, nec botis aut subtalaribus æstatis vel hyemis tempore pedes muniuit. Sola induebatur tunica, & desuper de simplici panno, & vili induta erat pallio Ferro firmissimis clauis circa corpus ipsius firmato cingebatur: ita vt caro excrescens, totum ferrum cooperiret, indesinenter orabat & filabat & filando psalmos ruminabat. Detrahentium susurrationem odiuit animatius, magni siquidem extitit nominis & opinionis in Prouincia, in qua manebat, vndè frequenter illi cibariorum & potuum mittebantur munera, ex quibus nil ad gustãdum sumebat. Erat autem Sylua contigua, vnde sæpius à coruis & cornicibus molestabatur, illorum voces & crocitus audiens, quibus præcepit, vt abirent, & quietam illam finerent, Deo seruire, cui obedientes, exierunt. Spiritu prophetiæ dotata, abscondita cognoscebat, prædicebatque futura: tum miraculis insignis ac sanctitate plena, vitam fœliciter consummauit. Hæc ex compendio vitæ eius admirabilis, per Gosuinum, Monachum Claræ-vallis, testem oculatum, transcripto. Henriquez in suis liliis Cisterciensibus distinct. 1. capite 34. & in Menologio Cisterciensi, hac die. Del-Guerroya §. 4.

in sanctitate Christiana, sæcul. 12. ad annum Christi 1195. §. 21. Saussayus in Martyrologio Gallicano, eademdie. Manriquez, Tom. 3. Annal. Cistertiens. ad an. 1195. cap. 3 §. 9. *Hemelina* etiam dicta, & vt reor, illa est S. *Humbelina* patria Ambiauensis, cuius meminit Ludouicus Iacob in Bibliotheca illustrium fœminarum.

§. 5. *B. Catharina Virg.* [e]] Cognominabatur *De Valente ab Amatrice.* Claruit autem magna cum sanctitatis opinione. Assidua quippe & feruida erat in oratione: cuius humilitas, patientia, pœnitentia, charitas, alięque virtutes, eximię prorsus & admirabiles. Multis gratiis, consolationibusque spiritualibus replebatur, in tantum vt sæpe illi apparuerit Christus Dominus, in specie pueri elegantissimi: SS. Franciscus, Antonius & Bernardinus. Ad vltimum migrauit cum illis in cœlum, anno circiter 1480. corpore suo relicto apud Monasterium S. Luciæ Fulginii quod est 7. Prouinc. S. Francisci: cuius anima in forma stellæ perfulgidę visa est ad cælos euolare. Vide Martyrologium Franciscan. hac die. Annotationes ad illud. Iacobillum de SS. Fulginatibus sup. 22. Iulii. vbi de quamplurimis loci eiusdem virginibus copiosè agit. Wadinghum Tom. 6. Annal. Minor. ad an. Christi 1480. §. 8

§ 6. B. *Antonietta Virg. Prioriss.* [f]] Brixię vnde originem ducebat habitum Ordin S. Dominici suscepit in Monasterio S. Catharinæ virg. Martyr. quæ humilitate, aliisque summis virtutibus ita excelluit: vt exindè Ferrariam ablegata sit vna cum aliis pro reformatione Monasterii S. Catharinæ eiusdem ordinis: cui mox Priorissa electa, præfuit sanctissimè. Prima aderat enim in officio Diuino decantando, de nocte surgens ad matutinas, vix his finitis decubabat in lecto, sed remanebat in Ecclesia, vel in cella ad orationem vsque manè. Orationi namque & rerum cœlestium contemplationi, maximæ verò Passionis Dominicæ meditationi erat addictissima, in qua & raptus & exstases sæpè sufferebat: paupertatis cùm esset amatrix nusquam veste noua vtebatur, humilitate plena, viliora & abiecta exercebat officia, vigiliis, ieiuniis, aliisque pœnalium operum exercitiis corpus iugiter edumabat: denique cum centum esset annorum, post omnia sacramenta piè suscepta euolauit hac die in cælum, anno Christi 1507. teste Seraphino Razzio part. 2. vitar. SS. ac BB. ordin. Prędicator. in ea. Miraculis post obitum clara, ausio Tom. 5. de signis Eccles. lib. 12. cap. 13.

Aduentus S. Amalbergæ Virg [g]] Facta est autem huiusmodi Translatio à Raymelino Episcopo Tornacensi, ex Tempseca Monasterio, ad Ciuitatem Gandauensem, procurante Balduino Ferreo, Flandrię Comite, an. Christi 870. de qua Meyerus lib. 1. Annal. Flandr. Molanus in additionib. ad Vsuard. hac die. & in indiculo SS. Belgii. Wion in Martyrologio Benedict. & Ferrarius in Catalogo generali Sanctor. eadem die. Saussayus in Gallican. Martyrologio ibid. Sanderus in Agiologio Flandr. §. 7.

Eleuatio sanctar. Eusebiæ &c. Abbatiss. [h]] Sciendum imprimis ipsam S. Gertrudem viduam Abbatissam & Fundatricem extitisse huiusce Hamaticensis Monasterii, cui successit in Abbatiali munere S. Eusebia, Virgo eius proneptis, quam in omni pietate educauerat. & moriens ibidem, prope ipsam S. Gertrudem proauiam suam, tumulata fuit, simulque postea de terra eleuatæ sunt & honorificentius reconditæ hac die: cuius meminerunt. Wion in Martyrologio Benedictin. Molanus in additionibus ad Vsuard. & in indiculo SS. Belgii, Saussayus in Martyrologio Gallican. hac die. § 8.

QVINTO CALENDAS NOVEMBRIS.

ROMÆ, sanctæ [a] Cyrillæ Virginis, filiæ sanctæ Tryphoniæ; quæ sub Claudio Principe pro Christo iugulata est. Ibidem sanctæ [b] Anastasiæ senioris Virginis & Martyris, quæ in persecutione Valeriani sub Probo Præfecto, vinculis constricta, colaphis cæsa, igne & verberibus cruciata, cùm in confessione Christi immobilis permaneret, abscissis mammillis, euulsis vnguibus, dentibus comminutis, lingua excisa, manibus pedibusque præcisis, truncata capite, tot passionum monilibus ornata, migrauit ad sponsum. In Rhenensi oppido, Territorii Traiectensis, Natalis sanctæ [c] Cuneræ Virginis & Martyris, Beatæ Vrsulæ sociæ. Eodem die, sanctæ [d] Neonillæ, vxoris sancti Terentii: quæ simul cum eo, ac filiis, martyrium sumpsit. Constantinopoli sanctæ [e] Febroniæ, Virginis, filiæ Heraclii Imperatoris: vitæ integritate, ac meritis gloriosæ. Eboræ in Lusitania, Beatæ [f] Briolayæ, Virginis Ordinis Cistertiensis; silentio, humilitate & visionibus cœlestibus conspicuæ. Apud Tordesyllarium Palentinæ Diœcesis oppidum, Beatæ [g] Catharinæ Solisiæ Virginis Clarissæ: oratione extatica ac miraculis insignis. Carrioni de Comitibus, in Territorio Palentino, Beatæ [h] Ludouicæ ab Ascensione Abbatissæ eiusdem ordinis, vita Angelica, prophetiæ dono, & rebus admirandis præclaræ. Lutetiæ Parisiorum Translatio sanctæ [i] Genouefæ Virginis Regiæ ipsius Vrbis Patronæ. Martianis in Diœcesi Attrebatensi, Translatio sanctæ [k] Gertrudis Viduæ & Eusebiæ Virginis, Hamaticensium Abbatissarum.

OCTOBRIS XXVIII.

§. 1. S. *Cyrilla, Virg. Martyr. a*] Filia erat Decij Imperatoris, ex S. Tryphonia, eius vxore; de qua sup. 18. Octob. ipsa autem cum matre sua, fuit baptisata à B. Iustino Presbytero Romano; *His auditis, Claudius Princeps iussit comprehendi Cyrillam, filiam Decij Cesaris, & milites: duciqne eos ad sacrificandum Dæmonibus. Sed illi omnes contempto eius præcepto, ipsum pariter irriserunt. Iussit ergò eos in custodiam recipi. Cyrillam verò sibi præsentari, eique dixit: sic tibi visum est præcepta & morem clarissimorum parentum, Regiamque educationem negligere? Cyrilla respondit: Ego Christiana sum ancilla Christi, respuoque dæmonia, quæ vos perducent ad supplicia æterna, cum illis perituros. Claudius dixit, Assentire nobis, & sacrifica Diis, nubasque viro, qui respondeat natalibus tuis. Cyrilla respondit: Ego iam nupsi viro: qui me veram docuit sapientiam, nempe Domino Iesu Christo, cui semel tradita sum. Claudius ira feruens, præcepit, vt iugularetur. Cumque necata esset gladio; voluit corpus eius in platea canibus relinqui. Collegit autem corpus eius B. Iustinus Presbyter, & sepeliuit cum matre eius, vbi iam ante posuerat corpus B. Laurentij. 5. Calend. Nouemb.* Hæc in actis S. Laurentij 10. Augusti cap. 27. apud Surium. De qua & Beda, Vsuardus, Ado, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius. ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccl. ad ann. Christi 255. Petrus de Natalib. lib. 9. catalog. Sanctor. cap. 81. 107. & 118. Bergomas, lib. 8. supplement. Chronic. ad ann. Christi 270. Postea sacrum corpus eius transtulit Sergius iunior, Papa in Titulum Equitii, Pancirola in thesauro vrbis Romæ Regione 4. Ecclesiis 5. Schedel in Registro mundi 6. ætate. fol. 119. Gallonius de Virginib. Roman. Ferrarius in SS. Italiæ.

§. 2. *S. Anastasia, Virg. Martyr. b*] Hæc senior dicta est. Respectu alterius S. Anastasiæ, de qua superius ad 12. Octobr. Ista igitur vitam elegit monasticam, & quietam, omninò expers nuptiarum, & quę ex eis oriuntur, tumultuum: sed cùm pulchrum iugum Domini subiisset, & leue eius onus portasset; deindè etiam forti & excelso animo suscepit certamina pro pietate; & duplici ornata fuit corona, Virginitatis inquam, & decertationis: quæ ab ineunte ætate educationem & exercitationem, Romæ, vndè oriunda erat, habuit singularem. Ipsa namque, relictis parentibus, & necessariis, & iis omnibus, quæ pertinent ad hæreditatem, in quodam Monasterio, 20. anno ætatis seipsam collocat: in quo edocta & instituta à S. Sophia, Magistra eius dignos etiam fructus, talibusque seminibus, ac tali doctrinæ conuenientes, & producebat, & erat productura. Cùm hostis humani generis hæc sine inuidia ferre non posset, eam aggreditur tentare, in carne, & passionibus domesticis: quam cùm nec sic expugnare valeret: incitat satellites crudelitatis ad persequendam eam: quam & accusant Christianæ Religionis apud Præsidem: & perscrutantes. Eam inueniunt, rapiunt: ducuntque ad tribunal: vbi de statu, conditionę & religione interrogata; suppliciis exquisitis & inauditis excruciatur, vsque ad mortem. Agunt de ea Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. Christi 262. Græci in Menologio, die sequenti. Eius Acta recitant Metaphrastes, Lipomanus, Surius, Renatus, Benedictus, &c. hac die, Vaquerius in Enchiridio benè morientium, ead. die. Pancirola, sup. Regione 5. Ecclesia 13. & Regione 9. Ecclesia 55. Gallonius de SS. Virginib. Roman. Ferrarius in catalogo SS. Italiæ, cuius corpus Calabriæ, in oppido Siberena quiescit.

S. Cunera, Virg. Martyr. c] Ipsa de numero vndecim millium Virginum, legitur superstes fuisse §. 3.
sed post modum per quendam Rheindinastam, eiusque pedissequam strangulata est manutergio, quod in Rhenensi Ecclesia est conseruatum. Hanc commemorant Molanus in Additionib. ad Vsuard. & in indiculo SS. Belgii, hac die, Martyrologium Scoticum, die sequenti. Ferrarius in Additis in nouam Topographiam Martyrologij Romani, verb. *Rhenus*. Item in catalogo generali Sanctor. in notis ad 13. Martij, & hac die 28. Octob. Saussayus in supplemento Martyrologii Gallicani, ead. die, post Guidonem, in Sanctilogio, seu speculo Legendarum fol. 84. At Camerarius lib. 3. de Scotorum pietate, & sanctis Regni Scotiæ, cap. 4. ad 29. Nouemb Hunterus de sanctis Fœminis Scotis. Regius in Calendario, &c. Vocatur etiam quandoque *Kennera, Kennena & Kunera,* ac *Keinnera.*

S. Neonilla, Martyr. d] Scribunt de ea Molanus §. 4.
in Additionibus ad Vsuardum, hac die, Ferrarius in catalogo generali Sanctor. ex tabulis Græcor. hac die, in Anthologio Romæ, sub Clemente VIII. emandato, illustre Martyrum illius explicant, dicitur etiam *Neonilles.*

S. Febronia, Virg. e] Idem Ferrarius sup. hac die, §. 5.
ex Menologio Græcor.

S. Briolaya, Virg. f] Spretis nuptiis, ac sæculi §. 6.
pompis, Christo Virginum sponso dulciter adhæsit, habitum religionis Cistertiens. læta suscipiens. Ipsum autem Christum cruci affixum pectori impressum sic gestabat, vt omnes alias terrenarum rerum cogitationes exaluderet. Vitam ipsius Lusitanicè edidit, Bernardus de Brito, Tom. 1. Chronic. lib. 5. cap. 33. vbi admirandæ eius virtutes describuntur. Henriquez in Menologio Cistertiensi, hac die.

B. Catharina, Virg. g] Soror fuit inculpatæ vitæ, quæ tantu feruore spiritus orabat, vt sæplus inter §. 7.
orandum raperetur, atque pluries in aërem subleuata, monialibus visa sit; obiit apud Monasterium S. Claræ Tordesyllarum, quod est 1. Prouinciæ Conceptionis in Hispania: post cuius mortem, magnā in veneratione habita est à circumuicinis populis. ob ingentia quæ operatur miracula. Ita Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in eo Monasterio. Barrezzus part. 4. Chronic. Minorum, libro quarto, capite quadragesimo tertio ad annum Christi 1365. Valerius de sanctis Fœminis Ordinis Minorum, libro quarto, capite quadragesimo secundu. Vvadinghus Tomo quarto Annal. Minorum ad annum millesimum trecentesimum sexagesimum quintum, paragrapho vigesimo secundo.

B. Ludouica, Abbatiss. h] Admirabilem in vniuersa Hispania, Gallia, Italia, aliisque exteris re- §. 8.
gionibus, & vltima Indorum finibus, hæc religiosa Fœmina, nacta opinionem, omnium sibi corda conciliauit, & animos pro nexu deuinxit.

& ita maximi Principes & Reges, tanquam ad cœlestè oraculom confluerent, eiusque imrandæ gratia, assiduè ad hoc Monasterium accederent. De illis virtutibus, & mirandis operibus, quidam multa scribunt; & alij plurima referunt. Sanctissimè obiit apud Monsterium oppidi Carionis Comitum in Castella (cui præfuerat Abbatissa) anno Christi 1636. hac die: morienti adfuit Valisoletanus Episcopus, qui & funus illius pia deuotione curauit. Exindè informatio vitæ & miraculorum eius, ab inquisitoribus Valisoletanis, prodiit, atque libellus illic impressus pro Apologia anno 1643. Illius meminerunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud: Vvadinghus Tomo quarto Annal. Minorum ad annum Christi millesimum trecentesimum quinquagesimum tertium, paragrapho decimo, & Tomo sexto ad ann. 1459. §. 69.

§. 9. *Translatio S. Genouefa, Virg.* [i]] Huius sacrum corpus diuinis fulgoribus rutilans, cùm Hebertus Abbas, in viliori theca, vetustaque conditum nón gratè cerneret, capsam curauit argenteam deauratam intus & foris, ac pretiosis margaritis exornatam fieri: in quam (ipso iam carne exuto) purissimos B. Virginis artus intulit, solemni ritu, illius successor, Robertus de Firmitate Milonis, regnante S. Ludouico 9. Reg. Franc. pium opus promonentibus Roberto de Curtinayo, Guillelmo Abrincensi Episcopo titulari, plurimisque Regiæ vrbis ciuibus in sanctiss. Patronam suam religiosè affectu. Qua de re Molanus, in Additionib. ad Vsuard. Saussayus in Martyrologio Gallicano, & Ferrarius in Catalogo generali SS. hac die.

Translatio S. Eusebia, Virg. Abbatiss. [l]] De ea
Molanus. in indiculo SS Belgij. Vvion. in Martyrologio Benedictino, hac die, Buzelinus, lib. 1. §. 10
Gallo-Flandriæ, cap 8. Malbrancque Tom. 2. de Morinis lib. 6. cap. 22.

QVARTO CALENDAS NOVEMBRIS.

BERGOMI sanctę [a] Eusebiæ, Virginis & Martyris sub Maximiano Imperatore. Apud Meldricem insulam; quæ in Brabanria Hugardiæ adiacet, Natalis sanctæ [b] Ermelendis, Virginis, Benedictinæ: vitæ austeritate & miraculorum gloria celebris. Apud Rumseyense Angliæ Monasterium in comitatu Southantoniensi, sanctæ [c] Elfledæ, Virginis, Abbatissæ, Ordinis eiusdem, Beatæ Mervvennæ discipulæ, sanctitate vitæ, & misericordia in pauperes spectabilis. Spanheimii, in Diœcesi Maguntinensi, sanctæ [d] Margaritæ, Priorissæ, eiusdem Ordinis, sororis sanctæ Idæ, Comitissæ Spanheimensis, & sanctimonialis Bingensis. In Rameya Monasterio Brabantiæ, Diœcesis Louaniensis, memoria Beatæ [e] Idæ de Levvis, Virginis, Ordinis Cistertiensis, multisque miraculis, spiritu prophetico, & crebris reuelationibus celeberrimæ. Marsiliæ, Beatæ [f] Dulcelinæ, Virginis, ex tertio Ordine Minorum eximiis virtutibus, & signis admirandis conspicuæ. Modoœtiæ in Insubria, Beatæ [g] Catharinæ, Mediolanensis Ducissæ, Tertiariæ Franciscanæ; quę pietati & misericordiæ operibus intenta, insignis refulsit. Florentiæ, Beatæ [h] Anonymæ, Virginis, Carmelitanæ; cuius anima visa est, ab Angelis in cœlum deduci. Ibidem Dormitio Beatæ [i] Luciæ, Dominicanæ: quæ mira vitæ perfectione & virtutum exercitiis eluxit. In Syria sanctæ [l] Mariæ, pœnitentis, neptis sancti Abrahami eremitæ: quæ fructibus pœnitentiæ cœlum sibi comparauit. Martianis, in Territorio Attrebatensi, Depositio sanctæ [m] Rictrudis, Viduæ.

OCTOBRIS XXIX.

§. 1. S. *Eusebia. Virg. Martyr.* [a]] Memoratur in Martyrologio Romano, hac die, Baronius ibid. in notis, Galesinio, in suo Martyrologio, & Ferrario. in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Bergomum.* ex tabulis Ecclesiæ Bergomen-
§. 3. sis.

S. *Ermelendis, Virg.* [b]] Præclaris parentibus nascitur in villa Odenca, apud Louaniolum: ab ineunte ætate studuit de virtute in virtutem ascendere. Quę cùm adhuc parentum in domo; puerilis ætatis vinculo teneretur adstricta, nil tamen puerile gerebat in opere, sed quandam maturitatem morum in gestu, intuentibus se præferebat. Declinabat siquidem lasciuiam, atque consortia coætanearum, in thalamo genitricis suæ residens; si quando verbum Dei audisset, memoria sagaci recondebat, sæpiusque ad mentem reducens, ruminabat. Desiderio autem flagrans cœlestium, virginitatem suam duodenis Deo deuouit atque sacrauit, corporales nuptias penitùs abhorrens. Hinc relicta domo, rebusque parentum postpositis,

ſulitaria, ad Beveum, villam peruenit: vbi diebus ac noctibus, cùm ſedulò nudis pedibus Eccleſiam frequentaret, totamque ſe Domino in holocauſtum offerret, à fratribus ſuis haud paruam tulit moleſtiam. Quare monita ab Angelo, in Meldritem, vicinam Inſulam commigrat, vbi miræ parſimoniæ abſtinentiæ diu vixit, alebatur namque ſolummodo herbis agreſtibus, & ſeueros artus diris cruciabat exercitiis: ſicque plena virtutibus, anima eius euolauit in cœlum: corpus verò ab Angelis hymnis cum cœleſtibus, eſt ſepulturæ traditum. Latuit annis 48. donec miraculorum gloria eſt magnificata; quibus permotus Dux Pepinus S. Gertrudis parens, ſacrum corpus eius à tumulo leuauit, locumque maxima prædiorum multitudine ditauit, ſanctarum Virginum Monaſterium illic inſtituens. Huius reliquiarum pars, Meldariæ iacent; pars altera Thenis in agro Cameracenſi, haud procul à Collegio S. Germani recondita ſeruatur. Hæc ex Molano, in Additionibus ad Vſuard. hac die, & in indiculo SS. Belgii. Surio, Moſandro, Dombleto, &c. eadem die, Sauſſayo, in Martyrologio Gallicano, Gunono, lib. 2. vitar. Patrum Occident. in ea, Vvion in Martyrologio Benedictino. Ferrario in catalogo generali Sanctor. Myræo in Faſtis Belgic. ead. die, Baldrico libro 1. Chronic. Cameracenſ. capite 16. Vaſſeuro, Tom. 1. Annal. Eccleſ. Nouiodunenſ libro 1. capite 41. claruit ad annum 600. Diuæo lib. 1. Rerum Brabantin. cap. 3. & lib. 3.

§. 3. *S. Elfleda, Virg. Abbatiſſ. c*] Hæc ex Regali progenie orta, quantò annorum maturitate creſcebat, tantò ampliùs omnium vitiorum carnalium ambitione carebat. Patre mortuo, tradita eſt B. Mervennæ, Abbatiſſæ Rumſeyenſis Monaſterij moribus imbuenda eximiis. Quam tanto diligebat amore, vt die nocteque ſecum illam habens, mater dilecta, in omni ſanctitate & virtutum exercitio educauit. Vnà in ieiunio & fame corpus caſtigabat. altera itinnando, quicquid ex cibo corpori ſubtrahebat, peregrinis & pauperibus occultè erogabat. Quis autem referre poteſt, quantas egenis diſtribuerit eleemoſynas; quantaſque orationes Deo fuderit, quantaſque pro peccatorum ſuorum, & omnis Eccleſiæ Catholicæ, culpis, effuderit lachrymas. Tandem in Abbatiſſam electa, enituit in omni monaſtica obſeruantia. Cùm autem annis multis, omni ſanctitate vitam Deo placitam duxiſſet, in ſenectute bona, ad cœleſtia perrexit, hac die. Floruit circa ann. 995. & 1000. Ita Malmeſburienſis, lib. 2 de Pontif. Anglor. Roſweydus in Faſtis, & Eduardus Mathevv. Tom. 2. Trophæor. Congregation. Anglic. Ordinis Benedictin. ad Natales Sanctor. hac die, Robertus Bucklandius, in vita eius Menardus in Martyrolog. Benedictin. & lib. 2. Obſeruation. ad illud. Ferrarius. ſup. ad 20. Ianuar. ſup.

§. 4. *B. Margarita, Prioriſſ. d*] Fuit Monialis S. Ruperti Bingenſis, anno circiter 1109. ſororque extitit S. Idæ (de qua ſup. 29. Martij,) quam ad amuſſim imitata, claruit multis virtutibus adornata. Scribunt de ea Trithemius, in Chronico. Hirſaugiæ. ſub Henrico Abbate, Vvion in Martyrologio Benedictino Ferrarius in catalogo generali SS. hac die, & in noua Topographia. ſup. verb. *Spanhemium*. Addens claruiſſe anno 1109. ex quo corrigendus ipſemet antea, ibid verb. *Bingium*. Scribens floruiſſe circa ann. 1511. ceu 1151. ex litteris inuerſis, vel mutatis. Bugianus, in Hiſtoria monaſtica, pridie huius diei, ſed fallitur: Genebrardus lib. 4, Chronographiæ, in Gregorio VIII. Papa ex Trithemio in Chronica Hirſaugiæ, ſuprà.

B. Ida, Virg. e] Hæc aſſiduò, Deo placendi ſtudio nitens, eam ad vitæ puritatem euaſit, vt ipſum Ieſum in forma pueruli à Deipara, ſibi amiciſſimè oblatum, inter vlnas amplecti. fouere, & deoſculari meruerit. Spiritu autem prophetico illuſtris, etiam abdita cordium penetrabat; miraculis fulgens, vexatos à Dæmone liberabat. Facies eius, quæ caſtitatis terſiſſimum erat ſpeculum, lucidiſſimis micabat radiis. Beatæ mentis indiciis. Florebat circa ann. 1230 Ita Sauſſayus, in Martyrologio Gallicano: & Henriquez in Menologio Ciſtercienſi, hac die, Franciſcus Bituarius, lib de mulieribus illuſtrib. Ordinis Ciſtercienſis, Ioannes Aſſignyus, & alij. Vita eius extat in Monaſterio vallis rubræ apud Bruxellam, nempe in Tom. 2. Agiologij Brabantiæ, inquit Myræus in Chronico Ciſtercienſis. §. 5.

B. Dulcelina, Virg. f] Exemplo, hortatuque B. Hugonis Dignienſis, Minoritæ, fratris ſui, mundo derelicto, & habitu honeſto ac religioſo induta, fructus dignos pœnitentiæ, admodùm laborauit operari. Tertiaria Franciſcana effecta: vndè quamplurimæ nobiles Fœminæ ac Virgines, ipſius ſocietatem ſummè exoptantes, & inſimul permanere cupientes, Deo inſeruire decreuerunt, ſub Regula & conſtitutionibus, quas idem B. Hugo illis præſcripſit. Ex quo initium poſtea ſumpſit locus ille, nunc vulgò vocatus. Dominæ de *Robanda*. Moriens autem ipſa B. *Dulcelina*, ſeu *Dulcina* ſepulta eſt Marſiliæ, iuxta præfatum fratrem ſuum: vbi multis miraculis claruit. De qua Martyrologium Franciſcanum, hac die. Annotationes ad illud. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 1. §. 7. Vvadinghus Tom. 2. Annal Minor. ad ann. 1282. §. 13. & 1190. §. 26. Toſſinianus. lib. 2. Hiſtor. Seraphic. in cuſtodia Marſiliæ. De Torrez, in practicis exhortationibus ſuper Regul. Tertiarior. fol. 38. De Sillis. in cap. 1. eiuſdem Regul. Thielmanſ. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. in ea. §. 6.

B. Catharina, Duciſſ. g] Obiit, hac die, ann. 1404. Fama virtutis, deuotionis, & operum miſericordiæ celebris: vti conſtat ex Martyrologio Franciſcano, hac die, Annotationibus ad illud. Marco Vlyſſiponenſi, ſup. part. 3. lib. 1. cap. 23. De Torrez ſup. Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinciæ Caſtellæ cap. 51. Bergomate lib. 14. Supplementi Chronic. ad ann. 1404. Vvadingho Tom. 5. ſup. eodem anno, paragrapho quinto, & aliis, apud eum. §. 7.

B. Anonyma, Virg. h] Tanto charitatis ardore, & manſuetudine inſigni, aliiſque virtutibus adiunctis, vita refulſit: vt hora tranſitus illius cùm morientis cubiculo adeſſet B. Magdalena de Pazzis, viſa fuerit ab ea, innumera Angelorum acie circumdata, ab illis, ab egreſſu animæ coronanda, & in cœlos efferenda, toga ornata, auro obrizo, & pretioſis lapidibus intexta, hac die, anno 1509. Ita Vincentius Pazzinus, in vita B Mariæ à Pazzis parte prima, capite 64. Antonius Alegre in paradiſo Carmelitici decoris, ſtatu 5. ætate 17. poſt Chriſtum cap. 66. §. 8.

B. Lucia, Dominicana. i] Vxor erat Rodolphi, illuſtris viri: filia nobilis Domini Dominici Bartholini: quæ ſimul cum viro, ſęculo abrenuntians, ex mutuo conſenſu, ordinem Prædicatorum intrauit apud Florentiam, anno 1494. vigiliis, ab- §. 9.

ſtinentiis, & orationibus dedita; quæ mira cõnſtantia, viro à propoſito reſilieňte, contradictiones, & aduerſa patientiſſimè ſuſtulit ac deuicit: quæque ſic vitæ perfectioni ſtuduit: vt totius virtutis ſpecimen eſſet; ſuper aſſeres veſtita cubabat: humilitate atque ſimplici cultu gaudebat, Prioriſſæ munus exercere ſemper recuſauit, magis eligens obedire, quàm præeſſe, quæ tandem poſt 26. annos, in tali regulari obſeruantia conſummatos, Sacramentiſque piè ſuſceptis diem clauſit extremum: ſpiritu prophetico clara ann. 1520. 29. Octob. iuxta Seraphinum Razzium parte 2. vitar Sanctorum se Beatorum Ordinis Prædicatorum, & Ioannem à ſancta Maria part. 1. lib. 1. ibid.

§. 10. *S. Maria Pœnitent. l*] Hæc tandem, Diuina agente gratia, denuò peccatum deflens, repetiit, S. Abrahami Anachoretæ, auunculi ſui ſuaſu, heremum derelictam, vbi mira ſanctitate fulgens, grandiorique pœnitentia lauans piacula, poſt multa mira patrata, moritur in Chriſto. Vitam eius compoſuit S. Ephrem; quam notis illuſtrauit Heribertus. Roſvvcydus, libro primo vitar. Patrum, Menæa Græcor. hac die, Surius. in Actis ipſius S. Abrahami Confeſſ. capite 19. & ſeq. Martij. 29. Antonius Alegre ſup. ſtatu. 2. ætat. 5. poſt Chriſtum, capite vodecimo, anno 383. Daudillyus in vita eius.

Repoſitio S. Rictrudis, Vidua. m] Sic Sauſſayus §. 11. in ſupplemento Martyrologij Gallicani, & Ferrarius, in catalogo generali Sanctorum, hac die: forſitan, eo tempore, quando SS. Rictrudis & Cloſendis, reportata ſunt corpora, ex fuga Normanorum: vide Malbrancque Tom. 2. de Morinis libro ſexto, capite vigeſimo ſecundo, & Decretum part. 2. verę Viduę.

TERTIO CALENDAS NOVEMBRIS.

ALEXANDRIÆ ſanctæ [a] Eutropiæ, Martyris; quæ Martyres viſitans, cum illis ſæuiſſimè cruciata, reddidit ſpiritum. Ægeæ in Cilicia, paſſio ſanctæ [b] Zenobiæ, ſororis Beati Zenobii Epiſcopi: quæ ſimul cum eo, ſub Diocletiano Imperatore, & Lyſia Præſide, Martyrio eſt coronata. Legione in Hiſpania Tarraconenſi, ſanctæ [c] Noniæ, Martyris, Beati Marcelli Centurionis vxoris: quæ pro Confeſſione Chriſti capite plexa eſt. Apud Eremum Thebaidis ſuperioris, in Ægypto, ſanctæ [d] Syluiæ, Virginis; genere, virtute, eloquentia, & vitæ ſanctitate celebris. Fulginii in Vmbria, Beatę [e] Scholaſticæ, Fulginatis, Virginis, Abbatiſſæ Clariſſæ, miris virtutibus exornatæ. Volaterræ in Hethruria, Beatæ [f] Cæciliæ, Volaterranæ, Virginis, eiuſdem Ordinis: quæ vitam religioſam adeò purè coluit, vt magnam ſanctitatis & gloriæ poſteris reliquerit teſtificationem. Abulæ in Hiſpania Tarraconenſi, Monaſterio ſanctæ Annæ, Ordinis Ciſtertienſis, Beatæ [g] Tereſiæ à Toleto, Virginis; Abbatiſſæ: generis nobilitate, & virtutum ſplendore illuſtris.

OCTOBRIS XXX.

§. 1. S. *Eutropia, Martyr. a*] De ea Græci, in Menulogio, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis.

§. 2. S. *Zenobia, Martyr. b*] Ægeæ, piis parentibus, nata, fratrem habuit Sanctum Zenobium Epiſcupom Ciliciæ: quem cùm audiſſet pro Chriſto torqueri iuſſu Lyſiæ Præſidis, venit ad ipſum, exprobrans illius crudelitatem in Chriſtianos: quos tyrannus iuſſit ignè torreri in lectis ferreis ignitis. Verùm exindè conſtantiores ac fortiores effecti, coniiciuntur in lebetes bullientes, nec læduntur: quare ira furens Iudex ſententiam mortis in eos tulit: qua ſuſcepta, genibus flexis ſancti Athletæ Chriſti, gratias Deo egerunt, pro tanta in eos miſericordia: tuncque auditæ ſunt cœlitùs voces; invitantes eos ad præmia æterna, & coronas immarceſcibiles excipiendas: ducti igitur extra vrbem capite cæduntur: quorum corpora ante vrbem proiecta, noctu Hermogenes & Caius Preſbyteri ſuſtulerunt, ac piè & honorificè ſepelierunt. Memorantur in Romano Martyrologio, hac die, Baronius ibid. in notis, Tom. 2. Annal. Eccl. ad ann. Chriſti 285 §. 13. Molano in Additionib. ad Vſuardum, Ferrario in noua Topographia ad Martyrologium Romanum, verb. *Ægea*. Menologiu Græcorum. Vaquerio in Enchiridio benè morientium. Metaphraſte, Surio, Lippomanu, Lippeloo, in Actis eorum, hac die.

S. Nonia, Martyr. c] Agunt de ea Maurolycus in ſuo Martyrologio, & Ferrarius, ſuprà, in noua Topographia. hac die, verb. *Legio*. Biuarius in ſuo commentario ad Pſeudochronicon, Flauij, Lucij Dextri ſub. ann. 298. §. 3.

S. Syluia, Virg. d] Soror extitit Rufini Alexandriæ exprefecti; quæ in vita ſua admiranda, aquæ, lecti, ciborumque parſimonia vſa, ſemper §. 4.

nudam super humum cubaret; & cùm eloquentissima ac doctissima esset, Doctorum Ecclesiæ scripta sic studiosè ac iugiter perlegebat, vt noctes verteret in dies, tempusque in iis omne consumeret; vt horum lectione in altum erigeretur, & spe ad cœlestia tenderet. Ita Palladius, in Historia Lausiaca, cap. 142. & 145. Heraclides in Paradiso. cap. 42. Rosweydus. ibid. in notis. Georgius Alexandrinus in vita S. Ioan. Chrysostomi. Baronius Tom. 5. Annal Ecclesiæ ad ann. 395. §. 27. Petrus de Natalibus lib. 11 catalog. Sanctor. cap. 41. & Antonius Alegre, in paradiso Carmelitici decoris. statu. 2 ætat. 6. post Christum capite 147. Hæc est, vt reor, quæ plurimorum ex oriente Martyrum reliquias Seuero Sulpitio, ad dedicationem suæ nouæ Basilicæ promisit. Epistol. 11. D. Paulini ad Seuerum

§. 5. B. *Scholasticæ, Virg. e*] Septennis Monasterium ingressa, vixit in summa paupertate, humilitate, tribulationum & infirmitatum sufferentia, vitam contemplatiuam sic coniunxit actiuæ, vt licet sui Monasterij curam exactissimè subiret, nunquam statutis horis, orationem, aut contemplationem neglexit; tandem anno 1489. è viuis excessit, sepulta in Monasterio S. Luciæ Fulginij, iuxta Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Iacobillum de Sanctis Fulginatib. ad vigesimum secundum Iulij. Wadinghum, Tom 7. Annal. Minorum ad annum Christi 1489. paragrapho septimo.

B. *Cæciliæ, Virg. f*] Vitæ sanctitate floruit apud Monasterium Clarissarum Volaterræ: quod est 1. Prouinciæ Tusciæ, anno 1560. Cuius meminere Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga, part 2. Origin. Seraphic Religion. in eo Monasterio. Barrezius part. 4. Chronic. Minorum, libro quarto, capite trigesimo ad ann. Christi 1564. §. 6.

B. *Tersæ, Virg. Abbatissæ g*] Floruit circa ann. Christi 1590. quæ soror erat illustrissimi Marchionis de *Velada*: scribunt de ea Henriquez in Manologio Cistertiensi, hac die, Michael Gonsaluez Vaquerus, in vita B Mariæ à *Vela*, parte 1. capite 26. vbi eius pietatem, religionem, & zelum, maximè commendat. §. 7.

PRIDIE CALENDAS NOVEMBRIS.

ROMÆ, Natalis sanctæ, Lucillæ, Virginis, filiæ beati Nemesii, quæ cùm à fide Christi flecti nequaquam posset, iubente Valeriano Imperatore, decollata est, octauo Calendas Septembris; cuius corpus à Beato Stephano Papa sepultum, deindè à beato Sixto, via Appia, hac die, honestius tumulatum, Gregorius V. in Diaconiam sanctæ Mariæ Nouæ transtulit, vnà cum sancta Exuperia, vxore beati Olympii Tribuni, & aliis: quæ sanctorum corpora à Gregorio XIII. Summo Pontifice, ibidem inuenta, sub altari eiusdem Ecclesiæ honorificentiùs collocata sunt, sexto idus Decembris. Romæ, sanctæ [b] Sophiæ, Abbatissæ, quæ plena fide & meritis gloriosa, migrauit in cœlum. In Saxonia, sanctæ [c] Helentrudis, Reclusæ; quæ tum sanctimoniæ laude, tumque miraculorum gloria floruit. Bechburi in Germania, Beatæ [d] Iuttæ, Virginis, Ordinis Cistertiensis: virtutibus & signis admirandis conspicuæ. Methymnæ Roseeæ, in Territorio Palentino, Beatæ [e] Theresiæ Henriquez, Viduæ, Tertiariæ Franciscanæ; quæ illustri Prosapia exorta, vita Regulari, & meritorum prærogatiua emicans, fœliciter in Domino obdormiuit. Confluentiæ in agro Treuirensi, Translatio sanctæ [f] Noitburgis, Virginis.

OCTOBRIS XXXI.

§. 1. S. *Lucillæ, Vig Martyr. a*] De ea hæc leguntur in Actis S. Stephani Papæ & Martyris, quòd cùm esset filia B. Nemesii Tribuni militum, ab ipsis cunabolis cæca, lumen non videret: adduceretur à Patre suo ad S. Stephanum Pap. vt ab eo baptisaretur, & lumen reciperet corporis & animæ: cæcitate depulsa; quod cùm factum esset, & multi propterea in Christum crederent ac baptisarentur: tunc Valerianus Imperator iussit, vt Nemesius comprehenderetur, & ad se duceretur: qui mox eum coniecit in carcerem: filiam verò S. Lucillam, cuidam sacrilegæ fœminæ, Maximæ nomine, fecit deputari custodiæ. Post dies autem aliquot, Nemesium ac Lucillam absque aliqua audientia, ductos via Appia, ad Templum Martis ipsam Lucillam fecit ante patris oculos iugulari: quam Pater ad cœlestam gloriam Martyrio coronatam præeuntem vadens, magno gaudio affectus est, ipse verò Nemesius, capite truncatur, Inter viam Latinam & Appiam 8. Calend. Septembris. Adhuc perseuerat locus sanctæ Lucillæ in cœmeterio Calixti: quo Beatus Sixtus eam, hac die, sepelierat, vbi in lapide sepulchri inscriptio vetus posita legitur. Porrò vltima Translatio, cuius hic habetur mentio, facta est solemniter opera Illustrissimi ac Reuerendissimi Antonii Carafæ,

tunc Diaconi, postea Presbyteri Cardinalis Bibliothecarij, Protectoris Monachorum Ordinis sancti Benedicti, Congregationis Montis Oliueti; qui prædictam curant Ecclesiam. De sancta Lucilla agunt Beda, Ado, Vsuardus Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tomo secundo Annal. Ecclesiæ ad annum ducentesimum quinquagesimum nonum, paragrapho vigesimo secundo, & seq. Metaphrastes, Lippomanus, Surius, Lippelous. Petrus de Natalibus libro sexto, capite centesimo trigesimo septimo. Vicelius, Renatus Benedictus, &c. in Actis sancti Stephani Pap. & Martyr. 2. Augusti, capite secundo, tertio, quarto, quinto & nono. Pancirola, in thesauro vrbis Romæ. Regione 2. Ecclesia 1. Gallonius, de Virginibus Romanis.

§. 1. S. *Sophia, Abbatiss.* [b]] Sub eius cura ac disciplina edocta fuit sancta Anastasia, Virgo Romana, senior (de qua sup. 28. Octob.) sanctimonialis: quæ cùm in suo Monasterio raperetur ad Martyrium, suis validissimis exhortationibus eam confirmauit ad illud fortiter, pro Christi nomine, subeundum. Dumque ipsa esset in tormentis, Deum obnixè pro ea supplex exorabat, ne deficeret in pœnis, neve superaretur à suppliciis. Quæ à Deo exaudita, monetur ab Angelo, certior redditur de fœlici agone eiusdem S. Anastasiæ: & ad eius reliquias inuisendas ac colligendas. Iuuata ipsius votum pium ac desiderium. Atque illa statim eas complectens miro studio, & vnumquodque membrum exosculans, multis lachrymis eas perfudit. Cum autem iam Anus esset, & præ senectute deficeret; egeret autem manu, quæ ei inseruiret in sacris transferendis reliquiis; & ideò staret apud se ægrè ferens, & animo anxia, repentè duo quidam viri aduenientes, forma & moribus reuerendi, sanctis manibus subiectis Reliquiis, eisque cum ipsa sublatis, propè vrbem Romam, splendidè & honorificè reposuerunt. Vide Acta, ipsius S. Anastasiæ, Virgin. & Martyr. Octobr. 28. apud Metaphrast. & Surium cap. 2. & seq.

§. 3. S. *Helentrudis, Reclusa.* [c]] Diximus superius ad 22. Octob. quomodo S. Cordula S. Vrsulæ socia, altero die, se carnificibus trucidandam obtulit! *Longa igitur temporum serie euoluta, sancta, quam prædiximus Cordula, inclusa cuidam incomparabilis tunc vitæ, & specialis meriti Helendruda, per visum apparuit, eamque quasi contubernalem suum, an se agnosceret, requisiuit. Illa autem quamuis sancta: mente Deo iam proxima, tamen adhuc corruptibilis, & quasi corruptio incorruptelam non sufferens diuina venustatis, & grauitatis personam non exhorruit. Erat enim Virgo Dei, vltra omne artificium hominis, vestita mirificè, coronamque liliis rosisque alternantibus intertextam gestans in capite. Famula ergò Dei ex pauore respirans, indignam se tantæ maiestatis agnitione esse respondit; cùm ego, inquiens, carnalis, peccati sim legibus obnoxia, tu autem iam in Ordinem cælicolarum assumpta, totius sis corruptionis aliena. Tum illa, noueris, inquit, me vnam ex sacro Coloniensium Virginum numero fuisse, quæ illic in agone Christi triumphantibus, vna nocte superuixi, sequentique die, mortis cupida, vltrò me carnificibus obtuli, sicque in Christo moriens, nec sorores meas deserui, nec socialem Martyrii coronam amisi. Itaque cùm illarum gloriosissimi transitus diem debita innixè deuotione tota Colonia veneretur, mei nominis nec breuis aliqua adhuc recordatio agitur. Proinde nunc veniens id tibi iniungo obedientia, quò sanctimonialibus, ad corpora nostra deuotè excubantibus denunties ex me, vt cùm sororum mearum triumphalem gloriam celebrant, proxima sequenti die, & mihi aliquid venerationis impendant: quia minimè eis expedit, vt inter omnes, quæ illic pausant, mei tantum nominis reuerentia nulla sit. Cumque illa de nomine eius requireret, iussa est à Virgine frontem eius intueri; vt hoc sibi nomen fuisse indubitanter sciret, quod illic exaratum sciret. Paruit, illa, vidit & legit, discretisque syllabis, Cordula, distinctè scriptum inuenit. Famulam igitur Dei, ad sanctimoniales diuinum oraculum reuelat: creditumque est ac deinceps statutum, vt cùm pridie Beatarum Virginum celebritas agitur, sequens dies sanctæ Cordulæ laudibus impendatur. Sed ne cui visio hæc, quasi minus authoritatis, ludificante somnio dubia, habere videatur: id probat ex variis authoritatibus sacra scriptura: ac eandem subiungit. Sed quid his assertionibus opus est cùm famula Dei, cui reuelatio hæc ostensa est, tam celebris vitæ, tamque sanctæ conuersationis fuerit, vt ipsa pro certissimo veritatis testimonio habenda sit. Est enim locus in Saxonia Herse, ibique vsque hodie gloriosa sanctimonialium congregatio, vbi sancta illa nutrita, peracto sanctissima vitæ cursu, nunc corporaliter in pace quiescit: quamuis vltimi sui temporis, aliquantum in monte, quo ciuitas Iburg sita est, in eadem sanctitate exegerit. Huius vitæ & sanctitatis tot testes sunt, quot vel hodie Herse, sanctimoniales sunt, vel ab inde fuerunt, & verissime: vtpotè Deo verbis hominum adstipulante. Vsque hodie enim ad tumulum eius frequenter redditur lumen cæcis, gressus claudis, infirmi ad vsum vitæ reparantur, & obsessi ab immundis spiritibus emundantur. Ideoque competens eius testimonium fuit, & nefas est dubitare; quod de sancta sancta, de sponsa sponsa, de dilecta dilecta sua Dominus dignatus est reuelare.* Ita habentur in Actis sanctæ Vrsulæ 21. Octobr. cap. 20. & 21. apud Surium.

Beata Iutta, Virginis. [d]] Apud Monasterium *Beckburr.* Iugum Domini amplexa, vigiliis, orationibus, atque ieiuniis assiduè vacans, virtutum & miraculorum gloria illustrem conuersationem duxit. Vti referunt, Cæsarius lib. 11. miraculorum, capite quinquagesimo quinto. Philippus Seguinus in compendio Sanctorum Ordinis Cisterciensis. Henriquez in Menologio Cisterciensis, hac die. §. 4.

Beata Theresia, Vidua. [e]] Federici Methymnæ Riuulicci Ducis, & Castellæ Admirati Illustrissimi vidua erat pia hæc Heroina, quæ assumpto tertij Ordinis Minorum habitu mira sanctitate præluxit. Mortuum ad vitam reuocauit. Florebat circa annum 1490. Vide Martyrologium Franciscanum, Annotationes ad illud. Wadinghum, Tomo quinto Annal. Minorum ad annum 1429. paragrapho quartò-decimo, ex monumentis MSS. §. 6.

Translatio Sanctæ Notburgis, Virginis. [f]] Cùm virginitatem Christo sponso consecrasset, Coloniæ, apud Monasterium Virginum insigne, à matertera eius Plectrude constructum, religiosè ac piè viueret; à multis magnis Principibus frequenti instantia, expetita est ad coniugium; quod illa summè exhorrens, orationi se dedit, impetratque à Christo corporis sui dissolutionem: sicque incontaminatam, sanctissimamve animam cœlo reddidit: vigesimo quarto Octobris, suprà. Cuius corpus exanime Deus insigni cohonestauit miraculo, duo- §. 7.

bus

bus luminaribus, altero ad caput, altero ad pedes eius diuinitùs ardentibus; quod ciues Colonienses valdè lætificauit: qui eo incitati, sacrum corpus pio studio, cœperunt vigiliis, precibus, & accensis luminibus honorare: cum magna populi frequentia: cumque deferretur in templum, defunctum virum à mortuis suscitauit: celebratis autem exequiis, in B. Petri Apostoli Ecclesia, coram summo altari corpus humatum est. Crebrescentibus indè ad tumulum eius miraculis, tam celebre nomen eius effectum est: vt illa S. Noitburgis à Coloniensibus diceretur. Postea autem eius Virgineum corpus translatum est Confluentiam in Carthusiam, vbi hodieque reuerenter asseruatur. Ita Surius, Lippelous, Molanus in Additionibus ad Vsuardum, & in Calendario Belgico. Vvion in Martyrologio Benedictino, Vvinhemius in sacrario Agrippinæ. Myræus in Fastis Belgic. Ferrarius in catalogo Sanctor. Saussayus in martyrologio Gallicano, & in supplemento eiusdem, hac die, Raderus Tom. 3. Bauariæ sanctæ, Hadrianus Barlandus, in Chronicis Brabantiæ pag. 5.





NOVEMBER

CALENDIS NOVEMBRIS

FESTIVITAS omnium Sanctorum, quam in honorem beatissimæ Dei genitricis, Virginis Mariæ, & sanctorum Martyrum, Bonifacius IV. Papa, dedicato Templo Pantheon, celebrem & generalem instituit quotannis in vrbe Roma, sed & Gregorius item IV. postmodum decreuit, eandem festiuitatem, quæ variis modis, in diuersis Ecclesiis celebrabatur, in honore omnium sanctorum, solemniter, hac die, ab vniuersa Ecclesia perpetuò obseruari. Nicomediæ, sanctæ [b] Mariæ, Virginis, Ancillæ; quæ Christianæ Religionis nomine accusata, sub Hadriano Imperatore, diris verberibus afflicta, equulei extensione, & vngularum laceratione vexata, Martyrium compleuit. Tarsi, sanctarum [c] Cyreniæ & Iulianæ, Martyrum, sub Maximiano Imperatore. In Scotia, sanctæ [d] Beyæ, Virginis, Abbatissæ, Benedictinæ: quæ omni virtutum genere decorata, egregiis exemplis eluxit, partisque sanctitatis copiosæ meritis, obdormiuit in Christo. In Lusitania, Arouca Monasterio, Ordinis Cistertiensis, Beatæ [e] Spinelæ, Virginis, nobilitate prosapiæ, morum integritate, & sanctæ conuersationis actibus insignis. Milys in Territorio Messanensi, Beatæ [f] Angelæ Leonti, Virginis, tertii Ordinis Minimorum: puritate, patientia, ac spiritu prophetico claræ. Romæ, Beatæ [g] Nuntiæ, Viduæ, Tertiariæ Franciscanæ: quæ sanctis operibus, & piis exercitiis, mirum in modum emicuit.

PRIMA DIES NOVEMBRIS.

ANNOTATIO.

§. 1. FESTIVITAS *omnium Sanctorum.* [a]] De ea agunt cætera Martyrologia: quæquidem solemnitas cis Alpes primò excepta est à Gallis Germanis, &c. omnibus Episcopis assentientibus; ipsomet etiam Ludouico pio Rege atque Imperatore, eam cuncto populo præcipiente. Teste Sigeberto in Chronic. ad annum 8 ʃ. Baronio in notis ad Martyrologium Romanum. Molano, in Annotationibus ad Vsuardum, Saussayo, in Martyrologio Gallicano. Vnde iampridem mos apud Christianissimos Reges inoleuit, vt ad festum Sanctorum omnium, quod maximè in religiosis obseruationibus augustum esset, quotannis solemnia supremæ suæ curiæ comitia indicerent, atque peracta omni cum honore tanta celebritate, in vrbe Regia Parisiorum, Senatum ingressi, cum magna totius Regni procerum corona, in throno, seu thalamo, vt aiunt, iustitiæ, residentes, leges publico bono accommodas promulgarent. Sapienter iuata ac piè iudiciorum exordia auspicati, à Beatorum cultu & opitulatione, qui recti ac æqui tramitem, dùm agerent

agerent in hac caduca luce constanter tenuerunt, iustitiæque Dei præcipuo affectu semper placita sequentes, iustitiæ quoque coronam, rectæ conuersatione, innocentiæ cultu, & ipso iustitiæ merito retolerunt.

§. 2. *S. Maria, Virg. Martyr.* [b]] Cuiusdam Tertulli, viri principalis ancilla erat seu nobilitatem Domini, mentis benignitate vincebat, & Christo se probabat ingenuam, ieiuniis, & orationibus furtiuis impensè vacans. Propterea, flagellis dirè cæditur, & in carcerem traditur. Quæ mox à Præside indè euocata, & coram se adducta, constantissimè Christi in confessa est: cuius iussu, applicata est tormentis, & vngulis lacerata; reducitur sub custodia: quæ signo crucis facto, & leuatis in cœlum oculis, vidit aciem Angelorum, & multitudinem SS. atque filium Dei sedentem ad dexteram Patris; qua visione summa gratulatione perfusa est: ac postea diuinitùs eripitur è manibus persequentium: dùm adoratio nem ipsius, ingens saxum sinum suum, quo Virginem susciperet, vltrò aperuit, atque mox sese iterum conclusit. Persecutores autem, confestim fulgure, tonitruo, & igne, de cœlo attacti corruerunt: & tali viso prodigio, tria millia hominum conuertuntur: illam commemorant Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad annum Christi 140. §. 4. Vincentius Beluacens. lib. 11. specul. Historial. cap. 85. & 87. Petrus de Natalibus lib. 10. catalog. SS. cap. 4. D. Antoninus part. 1. Chronic. Tit. 7. cap. 5. 6. 7. Vvestmonasteriensis, ad annum 151. Surius, Renatus Benedictus, Bachotus, & alij, hac die.

§. 3. *SS. Cyrenia, &c. Martyr.* [c]] Memorantur in Menologio Græcor. Martyrologio Romano, hac die. Baronio in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. 305. Ferrario, in noua Topographia ad Martyrologium Romanum. verb. *Tarsus.*

§. 4. *S. Baya, Virg. Abbatiss.* [d]] Vixit mira vitæ sanctitate; circa ann. 896. & magno fuit in honore apud Donaldum Scotorum Regem, huius nominis sextum, cui familiaris fuit: vt testantur Ferrarius in catalogo generali Sanctorum. Regius in Calendario Scotiæ. Camerarius lib. 3. de Scotor. pietate, & sanctis Regni Scotiæ cap. 4. hac die.

§. 5. *B. Spinela, Virg.* [e]] In huius fœlicissimo transitu, Angelorum suauè canentium concentus auditus est; & ad eius Tumulum, vsque in hodiernum diem, crebra patrantur miracula: vti habent vetera MSS. Monimenta eiusdem Monasterij, Bernardus de Brito, Tom. 1. Chronic. lib. 6. cap. 36. Manriquez in Laurea Euangelica lib. 3. discurs. 7. §. 7. Calendarium Gallicum Ordin. Cisterciens. Henriquez in Menologio eiusd. Ordin. hac die. Antonius Vasconcellus, in descriptione Regni Lusitaniæ, Titulo. Aliquot Lusitaniæ fœminæ sanctitate nobiles §. 9. vbi de B. Mafalda Regina.

§. 6. *B. Angelica, Virg.* [f]] Millazzi nascitur an. 1519. à pueritia pietati dedita, necnon orationi & ieiunio: ob raram eius pulchritudinem, à multis expetitur ad connubium: quod omninò respuit & semper à parentibus id à se impensè efflagitantibus contradixit: quippe quæ Virginitatem Christo sponso consecrauerat: quare ad orationem confugiens: obnixè rogauit Dominum, ne permitteret maculari, quod illi ita purè decreuerat conseruare; in tantum, vt sibi potius quodlibet impedimentum, vel corporale malum, infligeret, quàm tale detrimentum incurrere, aut pati nocumentum. Semel & iterum Deum deprecata, toties fuit quamprimùm exaudita, statimque pleuritide affecta, infirmata est ad mortem: quo tempore ex voto facto conualuit, & Tertiariorum Ordinis S. Francisci de Paula Congregationi nomen dedit. Postea iterum ab amatoribus exagitata, iterata oratione ad Christum sponsum, exauditur: statimque cancer deturpauit eam horrendè, sicque per annos 20. longa infirmitate detenta, admirabilis patientiæ signa dedit: pietatis, orationisque exercitiis vacans, necnon abstinentiis, & ieiuniis in pane & aqua, assueta, dono etiam prophetiæ enituit, diemque sui obitus præsciuit, qui fuit anno Christi 1550. hac die, iuxta Ludouicum Dony-Attichium, lib. 7. Histor. general. Ordin. Minimor. Lanouium, in Chronico generali eiusdem Ordin. ad annum 1559. §. 4. & in Appendice 4. ad illud. hac die.

B. Nuntia, Vidua. [g]] Neapolitana cùm esset, nupsit viro Siculo, qui eam in Siciliam secum duxit; sed eò paulò post, morte interueniente, orbata, decreuit apud se, totum tempus viduitatis suæ, in piis operibus Deo liberius, copiosiusque inseruire: quamobrem ex tunc sæculi vanitatibus renuntians, tertii Ordinis Franciscani habitum sumpsit; exindè peregrinationem Lauretanam amplectitur, postea Romam pergens, sancta inibi cœpit inuisere loca, cunctaque sacra perlustrare. Verùm moram illic faciens, habitaculum sibi delegit, propè Ecclesiam S. Petri in Vaticano, non longè à *Campo santo*, vt facilior commoditas pietati suæ adesset. Nam orationi continuò instabat, in ecclesia iugiter stabat, sæpissimè Sacramenta frequentabat, abstinentia, ieiuniis, disciplinis, cilicio, silentio, aliisque corporis mortificationibus elucebat; quare in magno honore habita est à quamplurimis viris pietate & scientia præditis. Visitata est à B. Angelo de *Paz*: qui illi diem mortis prædixit sicque præmunita Sacramentis, sanctissimè obiit an. 1506; condita apud S. Petrum, in Capella Deiparæ à *Febribus*: vbi ingenti populi veneratione colitur. Illius meminere martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Barrezaus, part. 4. Chronic. Minor. lib. 10. cap. 55. ex Chronica Bonifacij Bonibelli, Marianus, lib. 6. cap. 16. Chronic. strictior. Obseruant. Reformator. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 47. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Ordin. Seraphic. § 7.

QVARTO NONAS NOVEMBRIS.

COMMEMORATIO [a] omnium Fidelium defunctorum. Calaris in Sardinia, sanctæ [b] Rosuliæ, Virginis & Martyris, sub Traiano Imperatore. Tarsi in Cilicia, sanctæ [c] Eustochii, Virginis, & Martyris: quæ sub Iuliano Apostata, post dira tormenta, in oratione, spiritum Deo reddidit. In Albia ciuitate, Natalis sanctæ [d] Marcianæ, Virginis, genere & virtutibus præclaræ. In Bethleem, apud præsepe Domini, veneratio sanctæ [e] Eustochii, Virginis filiæ sanctæ Paulæ, Viduæ. In Scotia, apud Kuningham, sanctæ [f] Mauræ, Virginis, miraculis celebris. Argentonij in Territorio Sagiensi, Beatæ [g] Margaritæ à Lotharingia, Viduæ: quæ illustrissimo genere orta, sub habitu sanctæ Claræ. humilitate, pietate, atque sanctis operibus copiosè eluxit. Mediolani, Beatæ [h] Ioannæ-Mariæ Cauanagæ, eiusdem Ordinis Abbatissæ, vitæ austeritate, & miris exornatæ, meritis. Montibus in Hannonia, Diœcesis Cameracensis, Translatio [i] sanctæ Vvaldetrudis viduæ.

NOVMBRIS II.

§. 1. *Commemoratio omnium fidel. defunctor.* [a]] Hanc S. Odilo, Cluniacensis Abbas, primus omnium in suis Monasteriis, hodie fieri præcepit: quem ritum postea vniuersalis Ecclesia recipiens comprobauit, sub Ioanne 19. Pap. iuxta Martyrologium Roman. 2. Ianuar. & 2. Nouemb. Baronium ibid. in notis, B. Petrum Damianum in vita præfati S. Odilonis Abbatis. Sigebertum in Chronico, ann. 998. Saussayum in Martyrologio Gallicano, &c. hac die.

§. 2. *S. Rosuliæ, Virg. Martyr.* [b]] Ita Ferrarius, in catalogo generali Sanctor. hac die, ex Calendario Ecclesiæ Calaritanæ, & Litaniis eiusdem Ecclesiæ. Marcus Maximus, & Elecas, Episcopi Cæsaraugustani, in Additionibus ad fragmenta Chronici Flauii Lucii Dextri. Passa est Calari, sub Traiano, cum aliis multis, qui illuc Roma profecti fuerant: Appellatur & *Rhoda*.

§. 3. *S. Eustochii, Virg. Martyr.* [c]] Cùm Iulianus Apostata, apud Tarsum Ciliciæ Diis sacrificaret, S. Eustochium idolis immolare detrectãtem, primò neruis bubalinis cędi fecit, deindè cornibus capreolarum vngulari præcepit, partibusque carnes eius concidi; deindè caput eius cum capillis excoriari, & clauos infigi. Cùm autem hæc omnia tolerasset, & Imperator sententiam protulisset, vt membratim concisa, in sartagine torreretur, orans ad Dominum, emisit spiritum, Vide Romanum Martyrologium, hac die, Baronium, ibid. in notis, Petrum de Natalibus, lib. 10. catalogo Sanctor. cap. 10. Ferrarium, in noua Topographia ad Martyrologium Romanum, verb. *Tarsus*.

§. 4. *S. Marcianæ, Virg.* [d]] Nobilitate generis clara extitit, quæ abdicato sæculo, Tarsiæ cuidam Virgini nobilissimæ iuncta in Monasterio, & ab Episcopo Albiensi, Polymio velata, vigiliis, abstinentiisque corpus castigabat, orationis pabulo mentem reficiens. Spiritu prophetiæ insignis, & iugiter intenta cœlo, fœlix ad sponsum migrauit; cuius anima in specie niueæ columbæ, visa est cœli intima penetrare. Colitur à plerisque, Martyris honore; fortè, quòd ob fidem, vel pudicitiam à barbaris Narbonensem Galliam, hac ætate, opprimentibus, exagitata, aliqua ab his dira sit perpessa: vel potius, quòd vitæ austeritate rigidissima carnem quotidiè crucifigens; *Longo*, (vt aiebat quodam de B. Paula S. Hieronymus) *coronata sit Martyrio*, hæc, ex Saussayo, in Martyrologij Gallicani Supplemento, hac die.

§. 5. *S. Eustochii, Virg.* [e]] Sic Maurolycus, in Martyrologio, Ferrarius, in catalogo Sanctor. & in SS. Italiæ, hac die, post Petrum de Natalibus, lib. 10. sup. cap. 11.

§. 6. *S. Mauræ, Virg.* [f]] De ea Ferrarius, sup. ex Calendario Scotico, Dempsterus lib. 11. Histor. Eccles. Camerarius lib. 3. de Scotorum pietate, & sanctis Regni Scotiæ, cap. 4. hac die, vixit sub Constantino Rege: vitam Anachoreticam ducens; (vnde locus *Kilmaura*. ab ea nominatur, in Prouincia Cunninghamiæ) circa annum Christi 895. S. *Mura* vocatur à Ludouico Iacob. in Bibliotheca illustrior. fœminar.

§. 7. *B. Margaritæ, Viduæ.* [g]] Vxor fuit Renati Alenconensium Ducis, atque Perticens. Comitis, quæ pietatis operibus admodum dedita, quinque Monasteriorum videlicet Mauritaniæ apud Vnellos, Argentonii, Alenconii, Castri Villaconii, atque Castri Gumtheri, fundatrix extitit deuotissima. Orbata autem marito, anno 1492. Religiosa S. Claræ, efficitur: quo in statu vitam virtutibus plenã ducens, sancto fine quieuit anno. 1521. cuius corpus conditum est in sacello maiore, præfati Monasterii, iuxta locum pronuntiandæ Epistolæ deputatum. De ea agunt, Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Saussayus in Martyrologio Gallican. Claudius Paradinus in Fœderat. Renatus Choppinus, lib. 2. monastic. Titul. 1. § 36. San-Marthani, lib 9. Hist. Genealogic. Franc. Gonzaga part. 3. Orig. Seraphic. Religion. in Monasterio 4. 5. 6. Prouinc. Franciæ Parisiens. Bryus in Historia Comitum Perticens & Ducum Alenconiens lib. vltimo. Eius vitam descripsere. Yuo Magistri, & Hilarion à Costa, lib. 3. Histor. Catholic. pag. 778. item in Elogiis illustr. mulier pag. 411. Thielmans. Tom. 2. vitæ Seraphic. Ordin. & Petrus *du Hameau*. ann. 1618. ac P. de Bari. In Dite fœdere. Coruaisierus, in Episcopo 63. cœnomanens.

manens. pag. 750. perperam aiens relictam fuisse Petri Alenconiens. Ducis anno. 1492.

§. 8. *B Ioanna Maria, Abbatiss. h*] Plories exitit Abbatissa, Mediolani, apud Monasterium S. Mariæ de Iesu; quo sanctissimæ obiit; quæ perpetuo ieiunio, carne interdicta, variisque pœnitentiis, vsque ad annum ætatis 80. corpus macerauit. Ita habet Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. MSS. eiusdem loci monimenta, Wadinghus Tom. 6. sup. ad ann. 1456. §. 260. §. 9.

S. *Vualdetrudis, Vidua. i*] Memoratur ab eodem Saussayo, in martyrologio Gallicano, hac die, post Molanum in Additionibus ad Vsuard. Vvionem in Martyrologio Benedictino, Ferrarium in catalogo generali Sanctor. hac die.

TERTIO NONAS NOVEMBRIS.

CÆSARAVGVSTÆ in Hispania Tarraconensi, sanctarum [a] mulierum, Virginum, & puellarum Martyrum; quæ sub Daciano Hispaniarum Præside, mirabiliter occubuerunt pro Christo. In comitatu Flintensi, vulgò, Flint-Shire, qui Vvalliæ, siue Cambriæ pars est, sanctæ [b] Vvenefridæ, Ordinis Benedictini, Virginis & Martyris. Hilemi in districtu Maslandiæ, pago Brabantiæ, Syluæducensis Diœcesis, sanctæ Odradæ, Virginis: quæ post edita sanctissimæ vitæ monimenta, ad æternæ fœlicitatis conscendit fruitionem. Tornodori in Territorio Lingonensi, sanctæ [d] Alpaydis, Virginis: magnæ puritatis, & pietatis: quæ Philippo Augusto regnante, floruit omni decore gratiæ, & fruge iustitiæ. Montiliæ in Hispania, Beatæ [e] Elisabeth à sancto Iacobo, Virginis, Clarissæ: quæ cura perfectionis afflata, pietate, patientia, ardentissimoque amore [f] in Christum crucifixum valdè emicuit. Burgis in Hispania Tarraconensi, Beatæ Beatricis Manriquiæ, Virginis, Ordinis Cisterciensis: Abbatissæ, quæ perfecto sui Deo, gratissimo holocausto, consummata, sæculo moriens, cœlo viuere exorsa est. Vvishingi, in Heluetiis, Diœcesis Constantiensis, sanctæ [g] Idæ viduæ, charitate amabilis, ac religione insignis. Vvltoniæ in Anglia, Eleuatio [h] corporis sanctæ Edithæ Virginis sanctimonialis benedictinæ.

NOVEMBRIS III.

§. 1. S*anctarum Mulier. &c. Martyr. a*] Cùm videret crudelissimus ille Tyrannus Dacianus, se vix posse sigillatim persequi singulos Christianos, qui erant Cæsaraugustæ; imò, quantò plus conabatur illos extinguere, tantò magis eorum multiplicabatur fides, & collegium augebatur. Simulata paci Ecclesiis reddita, misit edictum fictè, vt Christianis latentibus liceret suis vti legibus. Quibus ad publicum prodeuntibus, & Christum laudantibus, eorum multitudine in prædicta ciuitate conueniente, congregauit exercitum Paganorum, ianuasque vrbis claudi iussit, ne quis eorum euaderet. Omnes itaque Christianos ibidem repertos, armati gentiles, ex abditis exeuntes, gladiis trucidarunt. Corpora verò in aceruos maximos collecta combusserunt, & cineres in ventum disperserunt. Ceterùm, Dei mirabili prouidentia effectum est, vt cineres mansarint candidiores niue, vnde in globos collecti. *Massa candida* appelari meruerũt. Passi sunt sub anno Christi 291. De his agnot Vsuardus, Martyrologium Roman. hac die, Baronius, ibid. in notis, Prudentius in Peristephano Hymno 4. S Antoninus part. 2. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 25. & Vincentius Beluacensis, in specul. Histor. Petrus de Natalibus, lib. 10. catalog. Sanctor. cap. 17. Vasæus in Chronic. Hispan. Villegas in Flore Sanctor. Trugillus in Thesauro Concionator. Morales lib. 10. cap. 6. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Cæsaraugusta* ead. die, Biuarius in commentar. 3. ad Flauij Lucij Dextri Pseudochronicon. sub. ann. Christi 300 §. 12. §. 2.

S. *Vvenefrida, Virg Martyr. b*] Mira referunt de ea; quomodo caput ei abscinditur, à Cadoco, filio Alani, Regis Angliæ, ob tuitionem suæ castitatis quæ tum postea resurrexit precibus B. Beunoi, à quo & postea sacrum velamen accepit. Mansit autem in collo eius, quo ad vixit, tanquam candidi fili species, locum sectionis obtegens. Locus autem ille, vbi sanguis eius fusus est, non longè abest à Monasterio Basingwercko in Noullia, *Fons Vvenefrida*, appellatur, multis morbis per merita S. Virginis salutem adferens. Diu igitur superstes vixit, atque Monasterium extruxit, vbi congregatis quampluribus Virginibus, illis vt Abbatissa præfuit, circa ann. 660. cuius corpus sacrum asseruatur in Monasterio Salopiensi, illic translatum anno circiter 1138. Ita Martyrologium Romanum, hac die, Baronius, ibid. in notis, Molanus in Additionibus ad Vsuardum. Ferrarius, suprà, verb. *Anglia & Salopia* Sorius, & Lippelous, hac die, ex Ruperto, Abbate Salopiensi, & Elerio Cambrio Chorographia

Britanniæ fol. 548. Vvion in Martyrologio Benedictino, Capgrauius in legenda SS. Angl. Breuiariom Sarisburiense, Galesinios in suo Martyrologio, Maihew Tom. 3. Trophæor. congregation Angliæ. Ordin. Benedictin. ad natales SS. hac die.

§. 3. *S. Odradæ Virg. c*] Multis virtutibus & miraculis refulsit: ob quæ, Otho, Comes, Basilicam Alemi, non procul a Sylua duce vrbe, in eius honorem fabricauit. (Vide Molanum in Additionib. ad Vsuard. & in indiculo SS. Belgii, Myræum in fastis Belgicis, Ferrarium in Catalogo generali Sanctor. & Saussayum in Martyrologio Gallicano: quæ virginitatem suam Domino vouendo consecrauerat.

§. 4. *S. Alpaidis Virg. d*] Hæc genere infima, officioque bubulca, sanctarum scripturarum intelligentiam diuinitùs obtinuit: & miræ prudentiæ consilium habuit. Adeò autem vulneribus in corpore attrita est, vt propter exindè effluentem saniem, suis fieret etiam in horrorem; patientia verò eius summa fuit, qua nec aliquando conturbari, visa sit. Nullumque cibum per annos multos traijcere valuit, nisi solum Eucharistiam sacram; & lecto decumbens non nisi ab altero moueri potuit. Tantò autem à Deo amata, vt sæpissimè excessus ac raptus pateretur: quibus Angelo duce, & loca pœnarum; & gloriam sanctorum percurreret, necnon occultas visiones acciperet. Claruit circa an. 1180. Illius meminerunt, Canisius in Martyrologio, Vincentius Beluacens. lib. 29. sup. cap. 23. D. Antonio. part. 2. chronic. titul. 17. cap. 5. §. 11. Petrus de Natalib. sup. cap. 20. Ferrarius in Catalogo generali Sanctor. hac die, Saussayus in supplemento Martyrologii Gallican. ead. die, Schedel sexta mundi ætate fol. 205.

§. 5. *B. Elisabeth. Virg. e*] Discipula & imitatrix fuit B. Mariæ à *Luna*, Virginis, fundatricis Monasterij S. Claræ Montiliæ, de qua sup. 14 April. quare haud mirum est, si ad talem perfectionis gradum peruenerit. Nam tantoperè in omni virtute profecit, vt precata Deum, quatenus dolorem, quem ex vulneribus Christus Dominus, pro mundi redemptione, in cruce perpeti dignatus fuerat, se experiri faceret: vlcus sub altera mamilla, quod sibi vitæ Comes fuit, non absque ingenti dolore pati; & Angeli custodis præsentia, antequam ex hac vita migraret, ex diuina dispensatione dignari meruit: sic Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud, Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in præfato Monasterio, quod est 16. Prouinc. Granatens. Barrezus part. 4. chronic. Minor. lib. 1. cap. 20. Valerius de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 2. floruit ad an. 1510. & sanctissimè obdormiuit, sepulta in eod. Monasterio.

B. Beatricis, Virg. Abbatiss. f] Burgis in veteri Castella, apud Monasterium Sancti Bernardi, hac die, obijt anno Christi 1621. (Agnetis Abbatissæ quondam soror, Abbatissa & ipsa) quæ suæ, tum infirmitatis, tum mortis præscia, sanctissimè quieuit in Domino: & post triennium; cùm domus conflagraret, aquam è puteo hauriēs visa est, quem ipsa fodi fecerat, atque ignem extinguens miraculosè. Ita Manriquez in serie Abbatissarum triennalium S. Mariæ Regalis §. 10. ad calcem Tom. 3. Annal. Cistertiens. ex MSS. Monimentis. §. 6.

S. Idæ Viduæ. g] Ita Ferrarius in Catalogo sup. hac die, ex Martyrologio Canisij. §. 7.

Eleuatio corporis S. Edithæ, Virg. h.] Hac die factam asserunt. Authores vitæ eius apud Surium, Lippeloum, &c. 16. Septemb. tertio ab ipsius obitu anno 513. 997. (Vvion in Martyrologio Benedictino, Maihew Tom. 3. sup. hac die: sic enim habetur apud Surium sup. cap. 8. *post decessum S. Edithæ tredecim elapsis annis: illa Beata S. Dunstano Archiepiscopo apparuit: dicens, reminiscens Dominus miserationum suarum, assumpsit me, placuitque ineffabili bonitati illius, vt apud homines, in salutem fidelium eius, honore afficiar, cùm ille me apud Angelicos ciues in cælis, honorarit. Ito ergo Vviltoniam, Diuinaque iussa exequens, corpus è terra eleuato. Ne dubites, nec vllo te phantasmate deludi putes, hoc enim veritatis erit signum, quod præter officia membrorum, quibus in puellari leuitate abusa sum, puta oculorum, manuum, pedum, reliquum corpus meum vti illibatum, ita & incorruptum inuenies. Libidinis enim & crapulæ, expers semper fui. Pollicem quoque dextræ manus, quo mihi assidua S. Crucis signum impressi, illæsum videbis: vt appareat clementia Domini in parte seruata, & paterna castigatio, in parte absumpta. Dunstanus ergò cùm apud Sarum, propè Vvilthoniam pernoctaret, per visum transfertur in Ecclesiam Vvilthoa vsque ad tumulum S. Virginis: & ecce videt Angelica claritate S. Dionysium altari assistere, & Virginem Editham, luce & candore conspicuam, dilectum patronum, hisce compellare verbis: scis pater, quid de me diuina gratia placeat. Tu ergò summi consilij interpres, & diuinæ voluntatis legate, huic aduena, qua fide & authoritate, ipsum huic imitauerim: expone. S. Dionysius ait: animaduerte frater visionem, quam nuper vidisti, veram esse, de huius dilectæ Dominæ declaratione. Digna est enim quam terrigenæ venerentur, quæ inter cælicolas meruit coronari. Dignum est honore hoc corpus, hoc templum Virginalis pudicitiæ in quo amator Virginitatis regnauit Dominus, Rex gloriæ. Eius etiam gratissima Christo suffragia, mortalibus sunt necessaria. Ita ergò tertio nonas Nouembris, corpus sanctum è terra leuatur, & omnia sic vt prædictum erat inueniuntur.* §. 8.

PRIDIE NONAS NOVEMBRIS.

IN Africa, ciuitate Culusitana, sanctæ Victorinæ, [a] Martyris, tempore persecutionis Wandalicæ. Romæ, sanctæ Perpetuæ, [b] Coniugis, Beati Petri Apostoli, Apud Calense Monasterium, Diœcesis Parisiensis, sanctæ Bertillæ, [c] Virginis: Primæ loci illus Abbatissæ, Benedictinæ: genere, virtutibus, & miraculis Illustris. Treuiris, sanctæ Modestæ, [d] Virginis, secundæ Monasterij sancti Symphoriani, Abbatissæ, eiusdem Ordinis: sanctitate vitæ, & miraculorum gloria conspicuæ. In Territorio Ariminensi, sanctæ Paulæ, [e] Virginis. In Monasterio Arcellæ, propè Patauium, Beatæ [f] Helenæ Paduanæ, *Virginis, Clarissæ*: quæ nobili nata prosapia, admirabilis patientiæ specimen dedit, ac dono curationum multipliciter eluxit. Nannetis, in Britannia Armorica. Beatæ [g] Franciscæ ab Anibasia, viduæ, Virginis, Ordinis Carmelitani: quæ alta generis sui summis virtutibus superauit, & signis admirandis enituit.

NOVEMBRIS IV.

§. 1. S*ANCTÆ Victorinæ, Martyr.* [a]] Ex lib. 3. Victor. Vticens. de persecution. Wandalic. Beda, Galesinio, & Ferrario. hac die, in Catalogo generali Sanctor. Vincentio Beluacensi. lib. 20. Specul. Histor. cap. 89. & Actis. S. Eugenij, Carthaginens. Epis. 13. Iulij. ann. 480. apud Surium. cap. 58. quæ continuato suspendio cremata est hæc Illustris Matrona. S. Antonin. part. 2. Chronic. Titul. 11. cap. 8. §. 8.

§. 2. *S. Perpetuæ.* [b]] De ea Maurolycus in suo Martyrologio. Molanus, in Additionibus, & Annotationibus, ad Vsuardum. Ferrarius, sup. hac die, post Eusebium. lib. 3. Histor. Eccles. cap. 24. & 30. Ruffinus, ex lib. 7. Stromatum. S. Clementis Alexandrini, qui eam scribit Martyrio occubuisse, cuius sententiæ vltrò assentitur Baronius in notis, ad Martyrolog. Romano. die 31. Maij. vbi de S. Petronilla. Virgine, eius filia, & Tom. 1. Annal. Eccles. ad ann. Christi. 70. sed ignorat tempus, cùm tamen ex verbis Eusebij apertè colligi videatur paulò ante. S. Petrum, passam fuisse.

§. 3. *S. Bertillæ, Virg. Abbatissa.* [c]] Nobili loco, territorij Suessionensis nata, à tenera ætate, incredibili Dei amore ardere cœpit; mundum, quem nondum, gustauerat, fastidiens. Percunctante aliquando. S. Audoeno, Rothomagensi Archiepiscopo, an Deo seruire vellet, se nihil antiquius ducere respondit, sed sibi per parentes, minimè licere sponsum habere Christum, illa tamen, tantum apud Deum precibus effecit; vt parentes eius desiderio assensum præbuerint. Quamobrem eam ad Iotrense Monasterium, Diœcesis Meldensis, deduxerunt: & S. Teutechildi Abbatissæ commendarunt. Igitur sanctimonialis facta, ad Normam. S. Regulæ, suos mores composuit. Obedientiæ erat incredibilis; quæ vel minimum quidem seniorum mandatum vnquam prætermiserit. Crebris ieiuniis; & vigiliis carnem domabat, oratione assidua, & lectione Sacræ scripturæ mentem pascebat. S. Teutechildes tot virtutes admirata, ei præcipua munia Monasterij demandauit: Hospitum curam & infirmorum; quæ cùm strenuè obiisset, ei post se totius domus curam permisit. His temporib. S. Bathildes, Clodouei regis vxor, post mariti obitum, Monasterium Calense, in territorio Parisiensi, extruendum curauit: exindèque. S. Teutechildem poposcit Abbatissam, vt ex suo Monasterio, famulas Dei, ad se mitteret, quibus Monasterium Calense nouum, redditus, omniaque eius latifundia, traderet; Vt ibi Deo inseruirent. Piæ Reginæ. S. abbatissa vltrò annuens, B. Bertillam cum optimis aliis puellis, deducente. S. Genesio, Lugdunensi Archiepiscopo, ad Calam, Monasterium ablegauit. Illas. S. Bathildes Regina, tanquam à cœlo delapsas, honorificè suscepit: ipsamque. S. Bertillam, iuxta voluntatem. S. Teutechildis, Monasterij instituit Abbatissam primam. Quanta autem cum modestia, prudētia integritate, & vitæ sanctitate, se illic gesserit, quis enarrare valeret. Eius fama non solùm per vniuersam Galliam diffundebatur: sed etiam per exoticas diuulgabatur nationes. Multæ ad eam mulieres, & puellæ, tanquam ad vitæ monasticæ fontem concurrebant; multæ ex Anglia, etiam Regiæ stirpis fœminæ, in Galliam traiecerunt, vt in Cala. Monasterio, Christo sponso, perpetuò copularentur fœdere. Vide Menardum lib. 1. obseruation. ad Martyrolog. Benedictin. ex vetusto codice. MS. Corbejensis Monasterii: & Proprio sanctor. Iotrensis Abbatiæ. Brulium, lib. 4. Antiquitat. Parisiens. vbi de Calensi Abbatia. Saussayum. in Martyrologio Gallicano, sub. 10. Octob. in S. Teutechilde Abbatissa. Galliam Christianam. in Cala Monasterio, Grisium de Clericis Regularibus, Sect. 10. §. 12. Simonem Martinum, hac die.

S. Modesta, Virg. Abbatiss. [d]] Memoratur apud
Martyrologium Romanum, hac die, Baronium ibid. §. 4.
in notis, & Tom. 5. Annal. Eccles. ad ann. Christi 680. Ferrarium in nous Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Treuiris*. Trithemium. lib 3. viror. Illustr. Ord. Benedictin. cap. 143. & 183. Myræum in Fastis Belgic. plura habentur scripta de ea, in vita S. Gertrudis. Virg. apud Surium. cap. 9. Lippeloium. Renatum Benedictum, &c. 17. Martij. quæ illi post obitum gloriosa apparuit, vt potè, quam ab infantia sua Deo consecratam summopere in vita semper dilexerat; cuiusque singolari amicitiæ fœdere deuincta erat, dùm Abbatissæ munere fungeretur,

Treuiris. Migrauit in cœlum, hac die, anno 680. ex Gallesino, Maurolyco, Felicio, Vvione in Martyrologio Benedictino, ead. die: vnde patet Trithemium. Galesinium, & Saussayum errare, de eâ agentes, die sexto Octobris: cùm illa fuerit quidem Abbatissa apud Treuiros, sed in Monasterio de Horreo: Ista verò, de qua, hac die, agitur, in eadem vrbe Abbatissa etiam extiterit, sed Monasterij S. Symphoriani: vti scitè notat Vvion. sup.

§. 5. *S. Paula, Virg.* [e]] Ita Ferrarius in catalogo generali Sanctor. hac die, ex antiqua traditione, cui & vetus Ecclesia dicata conspicitur in plebe Roncofredi castri apud Sauinianum oppidum; in qua corpus illius asseruatur, vbi claret miraculis.

§. 6. *B. Helena, Virg.* [f]] Maximis virtutibus prædita, à Domino, velut aurum in igne, per patientiam, fuit comprobata. Iacuit enim priuata omni virtute corporis & linguæ per annos 16. quæ tamen gesta corporis. & signis, haud vulgarem præbebat hilaritatem: huic Deus multa reuelauit, quæ ipsa sororibus, enarranit: multis etiam claruit miraculis, cuius corpus adhuc permanet integrum, & illæsum. De ea agunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud, B. Bartholomæus Pisanus, lib. 1. Conformitat. fructu 8. part. 4. vbi de Ordin. S. Claræ. Marcus Vlyssiponensis part. 1. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 41. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in BB. Clarissis. Tossinianus, lib. 2. Histor. Seraphic. in ea, Scardeonius, lib. 2. Histor Patauin. class. 6. Portinarius lib. 9. fœlicitat. Paduan. cap. 29. Salazar lib. 5. Chronic. Prouinc. Castellæ cap. 20. Bzouius Tom. 13. Annal. Eccles. ad annum 1230. §. 20 Vvadinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1242. § 4. & seq. quo obiit, Valerius, de sanctis Fœmin. Ordin. Minor. lib. 2. cap. 9. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Godonus, in Chronico SS. Deiparæ sæcul. 12. ad annum. 1250. & alij.

B. Francisca, vidua. [g]] Filia extitit primogenita § 7.
Ludouici ab Ambasia, Thoarci Vicecomitis, ac Talmontis Principis, nata ann. 1427. postea nupsit Petro, Comiti Guenkampi, filio Ioannis Britanniæ Ducis: quo mortuo, ann. 1457. Virgo & vidua remanens superstes: piis operibus se dedit, & ex præpotenti Ducissa, humilis Christi ancilla effecta habitum Religiosum Carmelitani Ordinis induit, anno 1467. apud Monasterium trium Mariarum secus Venetensem vrbem, cui ob egregias eius virtutes præfuit Priorissa electa: exindè ad aliud Monasterium eiusdem Ordinis subtus Nannetem, vulgo *Descouets*, dictum transiens, mirabili vitæ sanctimonia eluxit: ac meritis præclara decessit ann. 1485. hac die: vbi miraculis illustratur: cuius sacrum corpus an. 1492. 1568 1592. &c. toties repertum fuit integrum & incorruptum, absque vlla læsione. Vitam eius scripserunt Christophorus Regius, Ioannes de Montoy, Leo Redonensis, & Albertus Magnus, & alij ab eo citati. Alanus Bouchardus lib. 4. Annal. Britann. D'argentræus, lib 11. 12. & 13. Histor. Britann. Saussayus in Martyrologio Gallic. 4 Octob. Petrus Thomas Sarracenus, part. 2. Menologij Carmelitar. in catalogo SS. eiusdem Ordinis. Paradinus in Affinitatibus Ducum Britanniæ. Boersius in catalogo generali sub *Soretho* Carmelitar. Antonius Alegre in paradiso Carmelitici decoris statu 4. ætat. 16. cap. 265. & alii apud ipsum post quamdam Anonymam, Carmelitanam Gallam, MS. apud Ludouicum Iacob. in Bibliotheca illustr. fœminar. Choppinus de sacra Politia lib. 2. Titul, 3. art. 21.

NONIS NOVEMBRIS.

EMESÆ in Phœnicia, sanctæ [a] Epistemis, Martyris, coniugis D. Galationis, quæ simul cum eo, in persecutione Decii, flagris cæsa, manibus, pedibusque, lingua insuper mutilata, denique truncato capite, Martyrium consummauit. Item sanctæ [b] Elisabeth, sanctissimi Christi præcursoris matris. Apud Marcham, in ora Orientali Scotiæ, sanctæ [c] Sabinæ, Auiæ sancti Cuthberti, Lindisfarnensis Episcopi: quæ insigni florens gratia, omni religionis ac pietatis obsequio eluxit. Grinonii, in Territorio Toletano, Beatæ [d] Franciscæ à sancta Anna, Virginis, Abbatissæ ex tertio Ordine Minorum; pietate, prudentia, & humilitate atque abstinentia celebris. Abulæ in Hispania Tarraconensi, Monasterio sanctæ Annæ, Ordinis Cistertiensis, Beatæ [e] Elisabeth Cueto; quæ datis suæ sanctitatis testimoniis præclaris, in Domino, cui fideliter seruierat, fœliciter obdormiuit. Ancyræ in Galatia, Beatæ [f] Sophiæ, optimæ Matronæ, quæ sanctum Clementem, eiusdem vrbis postea Episcopum ac Martyrem adoptauit sibi in filium, & eleemosynis, orationibus ac charitatis exercitiis vacans, mensuram plenam, & supereffluentem à Domino excepit. Romæ sanctæ [g] Syluiæ, Viduæ, matris Sancti Gregorii, magni Papæ, genere, vita & virtutibus, illustrissimæ. Pactis in Sicilia, veneratio, sanctæ [h] Triphoniæ Virginis & Martyris.

NOVEMBRIS V.

§. 1. SAncta Epistemis, Martyr. a] Cum B. Epistemes adhuc Pagana insigni pulchritudine, & morum honestate fulgeret, desponsata est Galationi, viro diuiti, Christiano, ac pio; quo exhortante conuersa est ad fidem Christi, & ex mutuo consensu, castitatem excoluerunt, carnali copula repudiata. Moxque distributa re familiari in pauperes, eremum petunt, vitam solitariam in monte Publio, haud procul à Sina, eligentes: Et Galation quidem Monachorum contubernio iunctus fuit; Epistemes verò quatuor Virginibus sanctitate conspicuis se foeminis in Monasterio. Triennio autem à suscepto illo nouæ vitæ instituto, exorta Decii persecutione, comprehensi sunt: & constantes facti in fide, horrendo supplicio, gloriæ coronam sibi compararũt, qua de re Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 1. Annal. Eccles. ad anno 253. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Rom. verb. *Emesa*. Molanus in Additionibus ad Vsuard. Græci in Menologio, Metaphrastes, Lippomanus, Surius, Lippelous, Ribadeneyra, &c. hac die, Antoniũs Alegre, in Paradiso Carmelitici decoris statu 2. ætat. 5. post Christum cap. 49.

§. 2. *S. Elisabeth. b*] Agunt de ea sermo Euangelicus Martyrologium Roman hac die, Baronius ibid. in notis & Tom. 1. Annal. Eccles. ad an. Christi 1. §. 56. ex Nicephoro, Petrus de Natalibus lib. 10. Catalog. Sanctor. cap. 25. At Georgius Coluenerius in Calendario Virg. 24. August. ea aliis, Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Regione 12. Ecclesia 10.

§. 3. *S. Sabina. c*] Vixit circa an. Christi 614. ex Menologio Scotico, Ferrario in Catalogo Generali Sanctor. hac die, Ioanne Fordano, & eius Continuatore.

§. 4. *B. Francisca, Virg. Abbatiss. d*] Hæc anno 1525. adducta est ex Monasterio Dominæ nostræ de planitie Almagrensi, vt huic cœnobio Annuntiationis Deiparæ Virginis oppidi Grinonij Toletanæ Diœcesis exordium daret, atque aduenientes ad se Virgines bonis moribus, regularibusque ritibus & ceremoniis imbueret. Iam in Monasterio S. Ioannis de Pœnitentia Toletano, Abbatissæ munus exercuerat: egit quoque primam præsentis loci Abbatissam, cum notabili fructu spirituali animarum. Nam prudentia, charitate, magna pietate, summa humilitate, affabilitate, modestia, abstinentia, monastica obseruantia, cæteris aliis virtutibus, ita elucebat; vt moriendo, ingens sui desiderium apud omnes sorores [quæ sunt Tertiariæ] reliquerit; fœlici etenim vitæ suæ cursu expleto, sanctissimè obdormiuit in Domino: sepultaque est apud præfatum Monasterium Grinonij, quod est 25. Prouinc. Castellæ, Gonzaga ibid. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. Martyrologium Franciscanorum hac die. Annotationes ad illud, Barrezzus 4. part. chronic. Minor. lib. 1. cap 41. Salazar. lib. 7 chronic Prouinc. Castellæ cap 22. Valerius de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 30.

§. 5. *B. Elisabeth. Cisterciens. Ordin. e*] Floruit circa an. 1603. de qua scribunt Henriquez in Menologio Cisterciens. hac die; Michael Vaquerius in vita B. Mariæ *Vela*; vbi multis in locis, eius virtutes & sanctitatem commendat.

§. 6. *S. Sophia, Vidua. f*] S. Clemens (postea Ancyranus Episcopus & Martyr) matre sanctissima orbatus, & vita Monastica suscepta, hanc aliam illi Christus induxit matrem; quæ nomine, nec moribus, quidquam differebat à priore; ipsa quidem & genere insignis ac diues, similiter vocabatur *Sophia*; noctuque & interdiu, semper versabatur in orationibus. Cùm autem esset, si vlla alia, filiorum amantissima, carebat omnino filiis. Diuina verò prouidentia, quæ res eorum ex alto administrabat, nec ferens Beatum Clementis teneram ætatem esse à matre desertam; & rursus volens explere Sophiæ pium desiderium, B. Clementem sapienter ad ipsam adducens, vt adoptet, effecit. Cùm re vera autem esset sapiens Sophia, in ea, quæ est ex Deo sapientia, ipsa eum instruebat: & perindè ac ipsa eum peperisset, in Clementem erat affecta, & summam curam illius gerebat. Tum durante longo ipsius martyrio, tùm in morte, & post gloriosum obitum. Nam & ipsa tandem corpus B. Agathangeli, amantissimi ipsius S. Clementis socii, Martyrio, hac die, coronati (materno amore in ipsum quoque accensa) magna cum pietate tollens, honesto in loco sepeliendum curauit. Eadem quoque similiter erga præfatum Clementem postea martyrem mirificè compleuit 23. Ianuarii, cuius præclara facinora latè & luculenter conspiciuntur descripta in Actis eiusdem S. Clementis apud Metaphrastem, Surium &c. 23. Ianuar. circa an. 300. florebat.

§. 7. *S. Siluia, matrona g*] S. Gregorius I. Papa magnus nuncupatus, Romanus extitit genere & patria. Fuisse autem illi patrem nomine Gordianum, virum clarissimum, matrem vero *Syluiam*, appellatam, fœminam Illustrissimam, eosdemque pietatis cultores, omnes consentiunt: sed excelluisse *Syluiam* sanctitate, meruisseque inter sanctos adnumerari, Ecclesiasticæ Tabulæ fidem faciunt: cuius festum agitur, hac die 5. Nouemb. Quæ, viro defuncto, iuxta portam B. Pauli Apostoli, loco qui dicitur *Cellanona*, oratorium, S. Sabæ excoluit, ad Monasterium proximum vbi morabatur, atque vitam egit sanctissimam: illicque sepulturam nacta S. Gregorius, eam depingi postea fecit. Agunt de ea Ioannes Diaconus in vita S. Gregorii Papæ, magni lib. 1. cap. 1. & 9. item lib. 2. cap. 22. & lib. 4. cap. 81. Baronius Tom. 7. Annal. Eccles. an 581. § 4. & Tom. 8. an. 604. §. 24. & seq. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Regione 9. Ecclesia 29. illi S. Siluiæ dicata, Gallonius de matronis Roman.

§. 8. *S. Trophima, Virg. Martyr. h*] Sic Ferrarius in Catalogo. sup. hac die, ex Tabulis illius Ecclesiæ: Martyrologio Siculo, & vita eius MS. apud Minurem vrbem in Picœntibus: vbi illa præcipuè colitur. De ea iam superius egimus 5. & 13. Iulii, variè etiam nuncupatur. *Triphima*, *Triphimia* & *Trophima*.

OCTAVO IDVS NOVEMBRIS.

APVD Molucas insulas, in India Orientali; Beatæ [a] Anonymæ, Martyris: quæ à Mauris imperita vt Christum negaret, constanter ac interpidè ea denegando, iugulum præbuit. Romæ sanctæ [b] Eudociæ, Virginis, Benedictinæ: quæ vitæ puritate, & Angelica conuersatione emicuit. Apud Monasterium Vallis Beatæ Mariæ, Ordinis Prædicatorum, Diœcesis Treuirensis, Beatæ [c] Iolendæ, Virginis, quæ altam suæ prosapiæ dignitatem summis virtutibus superauit. Areuali, in Territorio Abulensi, Beatæ [d] Aldonzæ Lopetiæ, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ, Monasterii sanctæ Mariæ de Iesu ibidem extructi, fundatricis ac primæ Abbatissæ; quæ singulari prudentia, atque honestate pollens, sanctitate & spiritu prophetico fuit illustris. In Hispania; Beatæ [e] Elisabeth ab Osorio, Virginis, eiusdem Ordinis: quæ plurimis virtutum manipulis onusta, migrauit ad præmium. In Hannonia Monasterio de Oliua, propè Marimontium, Ordinis Cisterciensis, Beatæ [f] Beatricis, quæ aliquando lapsa, sed mirabiliter ad Christum conuersa, pœnitentiæ rigore æquè stupenda, ac sanctis & miris operibus insignis euasit,

NOVEMBRIS VI.

§. 1. *Beata Anonyma, Martyr. a*] Anno 1599. Hæc Christiana ac beata mulier à Mauris consanguineis agitabatur, vt abiurato Christi nomine, vanum coleret Mahometem; masculæ tamen virtutis, ac Christianæ Religionis fortitudinis fœminæ, in nomen prophetamque fœdissimum expuens, ad infamam impulit iracundiam consanguineorum falsa suadentem: eam verbis subitò corripiens ac verberibus, pugione tandem intrepidam transadigit, & confossum cadauer in mare deiicit, illa tamen fida ac stabili cœli statione conquiescit. Ita Antonius Vasconcellus, in descriptione Regni Lusitaniæ. Titul. *Martyres in India* §. 13.

§. 2. *S. Eudocia, Virgin. b*] Sanctimonialis extitit in Monasterio S. Ciciliæ: teste Octauiano Caietano, in Idea operis, de sanctis Siculis. Menardo in 2. Appendic. ad Martyrologium Benedictin.

§. 3. *B. Iolenda, Virg. c*] Hæc Romanorum Augusti, neptis, Imperatoris Græciæ cosobrina, Achaiæ Principis soror, Viennensis Comitis filia extitit; quæ ad Prædicationem cuiusdam fratris, Ordinis Prædicator. Vvalteri nomine, Religione, eloquentia, & virtute insignis, ad statum vitæ perfectissimum addocta, mira & inaudita constantia, parentes eiicit, vt sponso suo Iesu Christo, cum sororibus Ordinis Prædicatorum, in Vallo B. Mariæ, Diœcesis Treuirensis, liberè deseruiret; seque ingentibus tribulationibus, lachrymis, & precibus constantissimè conseruauit. Vbi tantis vitæ exemplis fulsit, vt nulla in ea deesse virtutis dignitas videretur. Iuxta Diuum Thomam Cantipratanum, libro secundo Apum, capite vigesimo nono, paragrapho trigesimo & trigesimo nono, ex quo Ambrosius Tagens. parte prima Histor. Prædicat. Ordin. Hieronymus Borselli. lib. de Magistris eiusdem Ordin. Michael Pius lib. 1. cap. 114. Maluenda in Chronicis ann. 1259. Ioannes à S. Maria part. 2. vitar. SS. eiusdem Ordin. lib. 1.

B. Aldonza, Virg. Abbatiss. d] Hæc cuiusdam viri nobilis, patria Murciani, filia primogenita fuit, quæ liberalitate ac munificentia nobiliorum oppidi Areuali ciuium, suffulta, cœpit Monasterium S. Mariæ de Iesu, ibidem ædificare, anno Domini 1490. (sumpto prius Tertiariarum Franciscanarum habitu) atque temporis decursu ad optatum finem perrexit. Vt autem tantæ fundatricis memoria perpetuaretur, voluere Areualenses, vt huiusmodi Monasterium, *Aldonza* cognomine appellaretur: vocatur siquidem passim Hispanicè, *Conuento de las Aldonzas*. Nec immeritò sanè, cum præmemorata fundatrix eximia sanctitate, atque prophetico spiritu, quo plurima prædixit, prædita fuerit. Præterea, nihil illa continentius. Nihilque tandem pauperius extitit: & singulari quadam prudentia atque honestate pollebat: qua etiam de causa, quamplurimis prærogatiuis à Deo cumulari meruit. Hanc commemorant Martyrologium Franciscanum hac die, Annotationes ad illud, Gonzaga part. 3. Origio Seraphic. Religion in prædicto Monasterio, quod est 30. Prouinc. Conceptionis in Hispania Barrezzus part. 4. chronich Minor lib. 2. cap. 54. Valetius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 30. Vvandinghus Tom. 7. Annal. Minor. ad an. 1490. §. 40.

B. Elisabeth. Virg. e] Erat summa honestate prædita, & meritorum prærogatiua veneranda, cuius §. 5.
miranda opera recitant Blasius Laghina, in suo Memoriali ex Mariano, lib. 6. cap. 31. Thielmans Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Gonzaga part. 1. sup. in BB. sororibus 2. Ordin. Minor. quam tamen Antonius de Sillis, in cap. 1. Regul. Tertiar. reponit inter. BB. Fœminas huiusce tertij Ordinis, quam eandem esse puto cum illa B. Elisabetha Osoria, Virgine Tertiaria, Monasterii Alcarasii, in Territorio Toletano quæ floruit circa an. 1550. Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud.

§. 6. *B. Beatricis.* [f]] Claruit circa annum 1200. cuius meminerunt. Henriquez in Menologio Cistertiensi. hac die, Barnabas de Montalbo, Tom. 1. Chronic. libro secundo post Cæsarium, libro septimo Histor. memorabilium, capite trigesimu quinto. Qui huius B. Fœminæ lapsum miserandum, & post lapsum miram Dei erga ipsam pietatem, describit: interuentu tamen speciali S. Virginis Deiparæ, matris misericordię *Erat* (inquit) *corpore speciosa, mente deuota. & in obsequio Dei genitricis feruentissima; Quoties illi speciales orationes, siue venias, secretius offerre potuit, pro maximis delitiis reputauit. Facta verò custos, hæc egit tantò deuotius quantò liberius.* Ita rediens ad cor & conuersa ad pœnitentiam, ope ipsius sanctissimę Virginis: quamdiu vixit gratias illi egit. Constat autem vitæ reliquum in sanctis operibus ac egregiis virtutibus eam exegisse; multisque miraculis etiamnum claruisse. Cuius sepulchrum magno concursu populi frequentatur, sanctæ huiusce pœnitentis auxilium in suis necessitatibus implorantis.

SEPTIMO IDVS NOVEMBRIS.

AMPHIPOLI in Macedonia, sanctæ [a] Tessalonicæ, Martyris: quæ vnà cum sociis, variis pro Christi fide cruciatibus affecta, constanti confessione pietatis, in summo certamine persistens, palmam illustris Martyrii, profuso sanguine meruit. Ancyræ, passio sanctæ [b] Catinæ, quæ sub Iuliani Apostatæ sæuitia, diadema decoris, ob fidei, Religionisque assertionem, de manu Domini, gloriosè percepit. Burgis in Hispania Tarraconensi, Beatæ [c] Constantiæ, Virginis, Abbatissæ Monasterii sanctæ Mariæ Regalis, Ordinis Cistertiensis, genere ac virtutibus illustrissimæ. Genuæ, Beatæ [d] Mariæ, Genuensis, Virginis, Ordinis Seruitarum: nobilitate sanguinis, & vitæ candore, ac meritorum prærogatiua insignis. Alcazarii in Territorio Toletano, Beatæ [e] Mariæ Ruiziæ, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ, Fundatricis Monasterii, sanctæ Mariæ Magdalenæ eiusdem vrbis; quæ virtutibus & meritis cumulata transiit ad sponsum. In Veromanduis propè Quintinopolim, [f] inuentio ac eleuatio corporis sanctæ Hunegundis, Virginis,

NOVEMBRIS VII.

§. 1. S. *Thessalonica, Martyr.* [a]] Memoratur apud Menologium Græcorum & Martyrologium Romanum, hac die, Baronium ibid. in notis, Ferrarium in noua Topographia ad Martyrologium Romanom, verb. *Amphipolis.*

§. 2. *S. Catina, Martyr.* [b]] De ea, idem Menologium Græcorum, & Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Ferrarius. sup. verb. *Ancyra.*

§. 3. *B. Constantia, Virg. Abbatiss.* [c]] Filia erat Alphonsi, Castellæ Regis, quæ anno 1187. Monasticum habitum induit, & post aliquot tempus, circa ann. Christi 1205. electa in Abbatissam, præfuit vsque ad ann. 1218. quo fœliciter in cœlum migrauit, non sine insigni opinione sanctitatis, quam hodieque conseruat, illic honorificentissimè sepulta: vti referunt Monimenta MSS. illius Abbatiæ; ex quibus Manriquez, in serie Abbatissarum S. Mariæ Montis Regalis, numer. 2. ad calcem Tom. 3. Annal Cistertiens.

§. 4. *B. Maria, Virg. Seruit.* [d]] In sanctissimæ Virginis Mariæ Deiparæ cultu exercuit se eximiè, ipsa Christi ancilla, Genuæ id temporis, ann. 1485. apud Ligures nobili genere nata, & Seruorum Reginæ cœlorum tertio Ordini adscripta. Hæc ab ineunte pueritia, Beatissimæ Dei matri, cuius nomen gerebat, addictissima fuit; & quò se eidem amplius nuncuparet, nuptias, quas parentes proponebant, respuere, virginitatemque fœcunditati antihabere voluit. Vndę in Parthenopæum Seruitarum Vestalium admissa, religionemque arctiorem professa: tantum à deuotione Beatissimæ Virginis, in omni virtutum genere profecit; vt etiam quendam leprosum sola oratione sanare meruerit. Iuxta Archangelum Gianium, centuria 3. Annal. Ordin. Seruitar. lib. 3. cap. 12. Bzouium Tom. 18. Annal. Eccles. ad ann. Christi 1485. § 21. Cosmas Fauilla vitam eius scripsit.

B. Maria, Virg Franciscan. [e]] Cum hæc honestissima. Virgo, ex Alcaraaio vrbe oriunda, ad perfectionem tenderet, spretis nuptiis, Tertiariarum, Franciscanar. habitu indui voluit. Cuius odore virtutum aliæ Virgines attractæ, in domum quandam intra Alcaraaium, simul cum illis, religiosarum more, viuere cœpit, prefatamque domum, ea obtenta ab Innocentio VIII. Papa, cui commendatissima extitit, authoritate, anno 1486. in Monasterij formam transferendam curauit, atque Ministro Prouinciæ Carthagineos. obedientiam promisit. Quæ tandem præsago spiritu, sui obitus diem prenosse meruit: sicque omni clara virtute, sanctissimè quieuit in Domino: ita Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in præfato Monasterio S. Mariæ Magdalenæ Alcaraxij, quod est 8 prædictæ Prouinc. Marianus lib 6. Chronic. strictior. Obseruant. Reformator. cap. 10. qui vult eam professam fuisse Monasterij Villæ. Nouæ, in eadem Prouincia, Vvadinghus Tom 7. Annal. minor. ad ann. Christi §. 5.

1486. §. 34. Thielmans Tom. 2. vitar SS. Seraphic. Ordin.

§. 6. *Inuentio, &c. S. Hunegundis Virg f*] Huiusce solemnitatis meminere Arnoldus Vuion in Martyrologio Benedictin. hac die; Claudius Hemæreus, in Augusta Veromanduorum lustrata, ad an. 947. Saussayus. In Martyrologio Gallicano ad 12. Nouemb. at Renatus Benedictus, Simon Martinus, & cæteri recentiores, hac die 7. eiusdem mens. post Bernerum in Actis ipsius sanctæ Hunegundis, apud Surium cap. 15. sub 25. August. in die natali illius, *Cùm autem diu* (inquit) *sacrum corpus eius sub terra conditum iacuisset, quædam sanctimonialis, Bersa nomine, mira abstinentia, multipatientia: &c. ex Diuina reuelatione locum sepulturæ eius cognouit: anno salutis 946 Ludouico Regnante. Cumque immenso affecta gaudio, tantum sibi sanctum subitò eleuare vellet, venerandus Presbyter Griso SS. Pignorum Quintini & Victorici Martyrum custos, casu superueniens eam obiurgans, dicens fas non esse, sine auctoritate Episcopi sacrum corpus leuari. Ita ad dies 32. intactus mansit Sarcophagus iam apertus, apud quem diu noctuque sacris vigiliis incumbentes, Episcopi aduentum sustinebant. Quo spatio, multa illic diuinitus sunt declarata miracula, atque ingens splendor perpetuè ad sacrum corpus permansit; ita vt à pectore Virginis, & sursum, pro sordibus pulueris, nitentia relucerent fragmina Margaritarum, & quibusdam clarissimis erumpentibus scintillis, aspicientium reuerberarentur obtutus. Tanta etiam ibidem sentiebatur odoris fragrantia, vt omnium nares ineffabili suauitate complerentur. Quicumque autem sacrum illud corpus intueri poterant, quocumque affecti essent morbo, illicò curabantur. Porrò odoris illius semper increscebat suauitas. Inter cætera autem miracula, ipso die eleuationis sanctissimæ Virginis, cùm sæuissimus morbus totum illum pagum adeò occuparet, vt vix esset domus, in qua non iaceret ægrotus, omnes illi cum oleo ato sacro corpore, simul è lectulis surrexere sani. Tandem enim accersito Rodulpho, Nouiomensis Ecclesiæ Archidiacono, postea eiusdem vrbis religioso Episcopo, & ex Collegio Beatissimi Martyris Quintini accitis patribus, Gisene, Ratberto, aliisque plurimis, magna pietate viris, peractis missarum solemniis, itum est ad tumulum, ibidem etiamnum circa corpus, & pectus sanctæ Virginis, illo, quod diximus, cælesti lumine adeò coruscante, vt nemo posset ad plenum intueri: leuatum que est sanctissimum corpus è sepulchro 7. idus Nouembris.* Bosius Tom. 2. de signis Eccles. lib. 15. cap. 7.

SEXTO IDVS NOVEMBRIS.

BRIGÆ In Diœcesi Meldensi, Beatarum [a] Duarum Anonymarum, Virginum, cœlitus ad agni nuptias euocatarum. Apud Monasterium sancti Martini iuxta Ferrariam, Beatæ [b] Beatricis, Virginis, Ordinis Benedictini; quę alto stemmate illustris, & perfecta humilitate sublimis, innocentia, ac sanctis moribus, admodum emicuit. Cursorii in Hannonia, Diœcesis Cameracensis, Beatæ [c] Bertiliæ; quæ genere, miroque religionis feruore, eleemosynarum liberalitate, & rebus sanctè, mirabiliterque gestis præclaræ. Aptæ in Gallia, Beatæ [d] Garsandæ, Tertiariæ Franciscanæ, nobilissimæ, atque optimæ fœminæ, Deo & hominibus multùm amabilis: cuius sancta vita, per virtutum opera & miracula innotuit. Pistorii, in Tuscia, Beatæ [e] Mariæ-Pettæ, Tertii Ordinis Seruitarum; quæ, signis & virtutibus æquè spectabilis, insuper prophetico lumine illustrata, bonis operibus plena, migrauit ad astra.

NOVEMBRIS VIII.

§. 6. B*Eatarum Duarum Anonymar. Virg. a*] Adhuc Nouitiæ erant sub educatione S. Pharæ Abbatissæ: quando in cœlum sunt assumptæ: quarum meminerunt Augustinus Carcat cap 40. vitæ S. Pharæ post Ionam Abbatem ibidem & Surium cap. 6. ad 3. April. in hunc modum *Dominico quodam die, cùm missarum solemnia in collegio famularum Dei, ex more agerentur, & iam sacri corporis communioni participarentur: quadam ex his nomine* Domna; *cùm iam corpus Domini accepisset, ac sanguinem libasset, globus igneus candido fulgore rutilans micabat in ore ipsius. Quod infantula dua comminus astantes, quas innocentia reddebat immaculatas, conspicantes, nec ea, quæ videbant, silere scientes, dicere cœperunt ad alias sorores: Aspicito globum, ab ore sororis nostræ* Domnæ, *rutilantem. Audiens hoc venerabilis mater Burgundofara, increpando adolescentulas, imperat silere: ne vanitatis noxa cor eius violaret, per cuius os affluens gratia Dei lumen reddebat amœnum. Nam instigante Diabolo, proh dolor, hoc ita contigit, vt præsagus animus beatæ matris formidolose prauidit. Mens siquidem præfatæ sororis fragilitate conditionis humanæ corrupta, cœpit post Spiritus sancti lucra, elationis ac superbiæ stimulis pungi, contumaciæ crimen incurrere, arrogantia consilium præferre; ita vt matrem contemneret, & sodales despiceret & omnium monita sperneret. Nec mora, febre correpta, & ad extremum deducta, nec sic quidem mores suos studuit emendare, adolescentula verò illa, quas prædiximus vna capitis dolore, altera febrium incommodo detenta, supremum exitum præstolabantur. Cùmque iam adesset sodalium cohors, & ad psallendi officium in earum exitu se prepararent: cœpit vna earum, humanis auribus inaudita dulcia modulamina pio ore canere, orare conditorem miris sermonibus, inauditis precibus, ineffabilibus sacramentis. Odor autem miræ suauitatis, quasi odor balsami totam cellulam replebat: & ab hora nona*

esset ad horam nonam sequentis diei, vnà cum Modulamine cantus perseuerabat. Deinde mattem ait, Angelos canere posthac, & se iam abituras praedixit: sicque reddito spiritu, cum earum decessione, recessit & odor fragrantiae: indubitanter verò credendum est, quòd gloriam felicis exitus, quem ista habere meruerunt, supradicta Domina habuisset, si per elationis & arrogantiae vitium, fore attollendo non perdidisset.

§. 2. *B. Beatricis, Virgin.* b] Filia erat Azonis, Marchionis Estensis, mortui anno 1264. Virgo pulcherrima, & omnium oculis gratissima; quae diuini amoris igne succensa, B. Beatricis, Virginis, amitae suae (de qua infr. ad 18. Decembr.) vestigia cupiens pro viribus imitari, ornamentis depositis pretiosis, religiosum habitum intrepida mente suscepit, in Monasterio B. Martini iuxta Ferrariam: & Patris, aliorumque conamina eam à tali proposito euertere, intuitus constantissimè repressit, ac mirificè de eis triumphauit: vitaeque cursum feliciter consummando, Beatissimam animam suo reddidit sponso coelesti incorruptam: teste Scardeonio lib. 3. Histor. Paduan. classe 14. Vvione lib. 4. Ligni vitae, cap. 14. Bzouio Tom. 13. Annal. Eccles. ad annum Christi 1264. § 16.

§. 3. *B. Bertiliae.* c] Vxor extitit S. Vvalberti Comitis, mater verò Vvaldetrudis & S. Aldegundis, Virginis, ex Regali Francorum prosapia oriundi. Horum BB. coniugum corpora non *Sorae*, sed Cursorii, vulgò, *Cousor.* (qui pagus est Hannoniae, inter Malbodium & Bellum-Montem,) quiescunt anno 1619. est eleuata, per R. Franciscum Vande Burgium, Archiepiscopum Ducem Cameracensem. Iuxta Molanum, in indiculo & Chronico Sanctor. Belgii cap. 7. & Myraeum in Fastis Belgic. ad 30. Ianuar. & 7. Septemb. Malbrancque Tom. 2. de Morinis lib. 5. cap. 15. & 16.

§. 4. *B. Garsendae* d] Piissima extitit haec optima Christi famula; genere & amicitia, virtuteque coniuncta SS. Elzeario & Delphinae; (de qua infra 26. Nouemb.) quos praecessit ad coronam. Huius Elogium paucis complectitur ab Authore vitae eiusdem S. Elzearii, quam recitat Surius sup. 27. Septemb. vbi cap. 26. haec describuntur. *Non diu post S. Garsenda, plena operibus bonis, migrauit ad Dominum, sicut optaret: ad cuius obitum & sepulturam, B. Elzearius cum Delphina Virgine praesens fuit. Apparuit autem illis post mortem in habitu splendido, atque elegantissimo, multa gloria illustris, alteri dormienti, alteri vigilanti, eosque de sua beatitudine certiores reddidit, atque spirituali consolatione affecit: quemadmodum expressum habet Historia B. Delphinae. Corpus humatum est apud Aptam, in Ecclesia Franciscanorum, iuxta Tumulum BB. Comitum Elzearii & Delphinae in S. Francisci habitu, cuius tertium Ordinem, siue Regulam amplexa fuerat, sicut etiam Elzearius & Delphina.* De ea ibid. Sedulius in commentario ad vitam illam. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiar. Minor. & quotquot gesta ipsius S. Elzearii pleniore stylo ediderunt. Latius autem M. Raphael Dominicanus, in antiqua legenda S. Elzearii: quae extat apud Bibliothecam Regiam Lutetianam; in qua cap. 40. part. 1. mors eius refertur: porrò, Historia B. Delphinae, Virgin. citata à Surio, ipsa est, quam idem Raphael, post vitam S. Elzearii, luculenter describit. Vide Martyrologium Franciscanorum, hac die, & Annotationes ad illud.

B. Mariae-Petrae, e] Florebat circa ann. Christi 1388. B. Dianae Virginis imitatrix effecta, ingentis virtutis foemina eluxit. Cùm autem soleret multa spiritu prophetico, praenuntiare, diem quoque & horam mortis suae F. Stephano, eius filio, Ordinis Seruitarum, multò ante praedixit. Haec ex MSS. Monimentis Nicolai de Pistorio: & Archangelo Granio part. 1. Annal. Seruitar. centur. 2. lib. 4. cap. 15. §. 5.

QVINTO IDVS NOVEMBRIS.

CONSTANTINOPOLI, sanctarum [a] Virginum, Eustoliae Romanae, & Sopatrae, filiae Mauritij Imperatoris: quae morum grauitate, virtutum exercitio, & totius perfectionis laude praefulserunt. In Anglia sanctae [b] Congellae, Virginis, Benedictinae: quae religiosis trophaeis, aliisque gloriosis meritorum cumulis insignis, decurso mortalitatis stadio, ad sanctorum consortium euocata, foelici excessu, beatitatis aeternae adepta est brauium. Apud Renterium Guipuscoae Prouinciae oppidum, Pampillonensis Dioecesis, in Monasterio sanctissimae Trinitatis, Ordinis sancti Augustini, beatae [c] Mariae Martinae, Virginis: quae Anachoresim exercens, vitam duxit sanctitate plenam. Constantinopoli sanctae [d] Matronae, Pergensis, Abbatissae admirandae perfectionis. Beluisii, Dioecesis Placentinae, in Hispania, Beatae [e] Maldonatae, Viduae, Tertiariae Franciscanae, nobilitate & vita exemplari illustris: quae bonorum operum fructibus onerata, & spiritu prophetico clara, obdormiuit in Domino.

NOVEMBRIS IX.

§. 1. *Sanctarum Virgin. Eustolia, &c.* [a]] De his, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 3. Annal. Eccles. ad annum Christi 311. §. 14. & Tom. 8. ad ann. 607. §. 5. Menologium Græcorum. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Constantinopolis.* Vvion. in Martyrologio benedictino. Antonius Gallonius lib. de vitis SS. Fœmin. Romanar. Quæquidem S. Sopatra à B. Eustolia Religiosa, Monasticam vitam edocta, bonisque operibus plena, quieuit in pace.

§. 2. *S. Congella, Virg.* [b]] Ita Ferrarius in catalogo generali Sanctor. hac die, ex Martyrologio Anglico. Polydorus, lib. 4. Histor. Anglic. Vvion. lib. 4. Ligni vitæ. Vixit circa ann. 671.

§. 3. *B. Maria Martina, Virgin.* c] Fontarabiæ, in Diœcesi Pampilionensi, honestis parentibus exoritur: ab infantia Deo Virginitatem vouit; ac tandem Monasterium Ordinis S. Augustini, in Prouincia Guipuscoa, apud Renterium oppidum, ingressa, professionem emisit. Verùm, cùm amplioris perfectionis desiderio teneretur, Sedis Apostolicæ authoritate, & ex licentia R. P. Generalis eiusdem Ordinis, Anachoresim egit, tum apud quoddam eremitorium, Territorij S. Elmi iuxta mare, in eadem Prouincia; tum apud S. Barbaræ eremum, vbi sanctissimam, austeramque vitamque duxit: quotidie pane & aqua reficiebatur: humi cubabat, orationi, ac cœlestium rerum contemplationi, iugiter instabat; &c. Demùm cernens finem vitæ sibi adesse, ad suum Monasterium reuersa est: vbi ætate confecta, & pœnitentiæ exercitiis attrita, post omnia Ecclesiæ Sacramenta magna cum pietate suscepta, animam Deo reddidit; sanctitate vitæ, ac virtutum exuuiis exornatam: sub initio huius vltimi sæculi. Vide Simplicianum part. 2. Hist. Ordin. S. Augustini, in vita eius.

§. 4. *S. Matrona, Abbatiss.* [d]] Hæc Perge in Pamphylia, à parentibus adepta liberalem disciplinam & educationem, cùm iam esset nubilis, (erat enim insigni pulcbritudine) nupsit Domitiano, viro illustri; ex quo parit filiam, quam Theodoten nominauit, Deo autem ideo illam dederit ex ipsis fasciis. Patria autem relicta, Bisantium venit simul cum marito; vbi toto die, in Templis Sanctor. nec diu, nec noctu ab eis recedens, ieiuniique & precum curam gerens, & facultates impertiens egentibus, & Deum assiduè rogans, vt sopiretur in ea innatum carnis bellum (erat enim tunc ætate iuuenis, viginti quinque annos nata) vt cùm posset viuere sine marito, liberè vacaret spiritalibus ac diuinioribus: tum societatem iniens cum B. Eugenia, pietatis exercitiis operam dabat. Illius autem actiones ægrè ferens Domitianus vir eius, sinistrè interpretabatur, & nec quidem eam sinit prodire extra domum: à quo tamen multis vrgens precibus, vix tandem obtinuit, abire quo vellet, pro sua deuotione, quare summo studio, cupiens vni seruire Deo, ac mundum fugere, venit in Templum SS. Apostolorum, deprecans, vt interuentu eorum, adiuuaretur apud Dominum: tum ex visione cœlesti confortata; se ad cutem vsque totondit, eunuchi habitum induit, *Babylam*, se nominauit, simulansque se virum esse, venit ad S. Bassiani Monasterium, vbi recepta sanctissimè degit inter Monachos: omnem spem suam coniiciens in Deum. Deprehensa autem ab ipso S. Bassiano, ex cœlesti oraculo, quòd esset fœmina, sui facti reddit rationem; aperitque illi visionem suam olim factam. Fama eius sanctitatis interim vbique peruulante, coacta est indè discedere, pergit Hierosolymam, postea Emesam profecta, se confert in Virginum Monasterium; quo benignè accepta, tanto studio se exercebat in laboribus virtutis, vt cæteris videretur exemplar perfectionis: quocirca placuit omnibus, post decessum eius, quæ illis præerat, committere illi omnem Monasterij præfecturam. Quo magis ergò facta Abbatissa, latere studebat: eò magis Deo erat curæ eam reddere manifestam; & illius lucem ponere super candelabrum, & euidentem eius reddere virtutem. Rursus itaque fugiens, Hierosolymam petit, nihil aliud induta, quam pannum ex pilis contextum, & modicum panis fragmentum, secum ferens. Domitianu marito eius, vbique illam inquirente ac persequente. Apud Berytum in Phenicia, latuit multis diebus in quodam Idolorum delubro: eique diuinitùs præbetur cibus & potus, illic tentatur à dæmone, sed à Christo consolatur: fugat ex hoc loco malignos spiritus, & inibi moram faciens, multæ fœminæ se in eius tradunt disciplinam, aliæque eius sanctitate permotę, impensè eam diligunt, cùm autem suas spirituales filias duabus Diaconissis, ex licentia Episcopi commisisset, reuertitur Constantinopolim; & illic præest aliquot religiosis fœminis; eamque, Verina Imperatrix, vxor magni Leonis, charam habet; Deus autem B. Matronam illustrans, miraculis illam nobilitauit: nam corporis & animi morbis medebatur: sicque laboribus, virtutum exercitiis, & ætate grandæua, fracta, excessit è vita, cùm centenaria esset. Agunt de ea Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, Menologium Græcor. Sozomenus lib. 7. cap. 21. At Metaphrastes, Surius, Renatus Benedictus, &c. Ferrarius in noua Topographia, sup. & verb. *Perge*, & in catalogo generali Sanctor. die præcedenti, florebat ad ann. 450.

B. Maldonata, Vidua e] Magna vitæ sanctitate exornata, migrauit in cœlum, anno 1535. Eius vita, cùm ob plurima, quæ præsago spiritu, prædixerat, adeò mirabilis esset, vt in sui suspicionem plurimos abduceret: à Placentino Episcopo examinata, integerrima omninò, atque ab omni superstitione procul inuenta est. De qua Martyrolog. Franciscan. hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Orig. Seraphic. Religion in Conuentu S. Francisci Belusij, qui est 4. Prouinciæ S. Gabriel, Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 50. Rapinæus in Historia generali Origin. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 8. & Ioannes Molez. In Memoriali Prouinciæ S. Gabrielis, qui illius præclara facinora latius descripsit. §. 5.

QVARTO

QVARTO IDVS NOVEMBRIS.

ROMÆ sanctæ [a] Nymphæ, Virginis & Martyris: quæ sub Dacio Imperatore, pro Christi gloria, capite plexa est. In Territorio Agathensi, Cæsarione pago, Natalis sanctæ [b] Florentiæ, Matronæ, Martyris; quæ tempore Diocletiani, variis tormentis cruciata, Martyrium, in oratione posita, compleuit. Burgis in Hispania Tarraconensi, sanctæ [c] Victoriæ, Martyris. In Paro, maris Ægei Insula, sanctæ [d] Theoctistes, Virginis, mira patientia, & vitæ asperitate conspicuæ. Palentiæ, Beatæ [e] Catharinæ Tortolezæ, Virginis, Clarissæ: quæ singulari virtutum prærogatiua, maximè floruit. Iconii in Lycaonia, sanctarum mulierum [f] Tryphennæ & Tryphosæ; quæ Beati Pauli prædicatione, & exemplo Theclæ, in Christiana disciplina plurimùm profecerunt. Messanæ in Sicilia, in Beatæ [g] Pinusæ de Albertis Viduæ, Tertii Ordinis Minimorum; dono orationis, patientiæ, & spiritu prophetico, insignis.

NOVEMBRIS X.

§. 1. *Sancta Nymphæ, Virg. Martyr. a*] Ex Panormo oriunda, post multa apud Siciliam peracta certamina Romam venit; vbi iterum comprehensa, capite truncata est: cuius sacrum corpus in Ecclesia sancti Spiritus in *Saxia*, maiori sub altari, summo cum honore asseruatur: de ea Martyrologium Romanum hac die, Baronius ibid. in notis Petrus de Natalibus lib. 10. catalog. Sanctor. cap. 42. D. Antoninus part. 1. Histor. Titul. 7. cap. 7. §. 7. Molanus in Additionibus & Annotationibus ad Vsuard. Thomas Fazellus de rebus siculis. Decad. 1. lib. 8. Ferrarius in noua Topographia, ad Martyrologium Romanum, verb. *Saxonia*. & in SS. Italiæ, Ribadeneira, in Actis eius. Panormi etiam celebris habetur, teste eodem Ferrario, in catalogo Sanctor. eadem dia, (ex tabulis Ecclesiæ Panormitanæ.) Item de Sanctis Italiæ 5. Setembr.

§. 2. *S. Florentia, Matrona, Martyr.* [b]] Passa est simul cum SS. Tyberio & modesto, sub Diocletiano Imperatore, in oppido, quod de nomine S. Tyberii, *San Tuberi*, dicitur. Videns quippe illos sic constanter pro Christo cruciari, in Christum quoque credidit: & statim cum prædictis Martyribus detenta fuit. Quos omnes Diocletianus mandauit in catasta leuari, & durissimè cædi. Orantibus verò sanctis terremotus factus est nimius, & templo Deorum corruente plurimi, gentilium oppressi sunt: Imperator verò cum paucis euasit. Sancti autem Martyres ab Angelo de catasta erepti, & ad locum iuxta fluuium Eucharum Territorij Agathensis, in momento sunt reducti; vbi oratione fusa ad Dominum, migrauerunt, hac die. De ea agunt Beda, Vsuardus, Ado, martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis & Tom 2. Annal. Ecclesiæ ad annum Christi 303. Petrus de Natalibus suprà, capite quadragesimo sexto. Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Agatha*. Saussayus in Martyrologio Gallicano. Item ad calcem eiusdem Martyrologij, ex vetustissimo MS. Martyrologio monasterij Benedictini, sancti Sauini de Lenitania, in montibus, Pyrenæis, in agro Tarbiensi.

§. 3. *S. Victoria. Martyr.* [c]] Illius meminit Ferrarius, in catalogo generali Sanctorum, hac die, ex Tabulis Eccles. Burgens. & Ioanne Marietta, lib. 4. de SS, Hispan. cap. 42. & 4.. Biuarius commentar. 5. ad Pseudochronicon. Flauij Lucij Dextri, sub anno 300. §. 14. Tanquam de Virgine Martyre agentes: At idem Biuarius ibid. sub ann. Christi 406. § 2. ex eodem Pseudochronico, vult ipsam haud fuisse Virginem, sed Viduam, eamque ante Martyrij coronam sanctitate præcipua floruisse: passamque Ilorci in Hispania Tarraconensi, hodie *Lorca* nuncupatur; quam credit esse, quæ Burgis quiescit, & colitur sub duplici officio, in toto illo Archiepiscopatu, hac die, Vvandalis propter Christum occisa sæcul. 5. circa ann. 420. Sed errat manifestè; cùm illa S. Victoria, Virgo Martyr, extiterit filia Regis Siciliæ, & S. Gerasinæ, passaque sit pro Christo simul cum SS Vrsula, & sociabus: cuius sacrum corpus, Gonsaluus Burgensis Episcopus, Ambasciator Ablegatus, ann. 1320 ad Philippum Francor. Regem, eius interuentu, per literas obtentas ad Coloniensem Archiepiscopum, ab ipso obtinuit, quod postea Burgis illatum est, hac die: ita Haræus in Appendice ad vit. Sanctor. sub fin. ex Ioanne Maldonato.

S. Theoctistes, Virg. d] Hæc Lesbia Virgo, admirandæque pietatis Heroina, patria Methymnensis, infans adhuc orbata parentibus. in sacrarum Virginum concessit Monasterium; vbi annis non paucis, cœlesti disciplina, magno cum fructu, imbuta fuit, nata verò decem & octo annos, in diebus Paschalibus, in vicinum egressa vicum, sororem salutauit. Sed cùm eadem nocte Cretenses Arabes, Duce Nysiride, locum inuasissent omnes, incolas vnà cum Theoctista, in miserandam captiuitatem abduxerunt & indè soluentes, in Parum Insulam nauigarunt. Vbi B. Theoctista, accepta occasione, fuga salutem quæsiuit, cursuque in syluam delata, inter dumos, veprescque, non sine copiosa sanguinis effusione delituit; donec scelestos illos prædones, à littore soluisse, conspexit. Tum verò è latebris procedens, quod reliquum erat, omni humano solatio, vel auxilio, in deserto illo destituta, ad opem diuinam supplex confugit; & iam ante monasticam edoctè dis- §. 4.

ciplinam, ad anachoreticam, virili planè & excelso animo, sectandam sese compararit, vbi vltra annos 35. lupinis & herbis crudis, vitam produxit, corpore nuda, vt potè, quæ attritis nimia vetustate indumentis, foliis iniuriam aëris à corpore suo propulsare cogeretur. Sic autem reperta fuit à quodam venatore, in æde B. Virginis Mariæ quem precata est, vti sibi, anno sequenti, particulam sacro sancti corporis Christi adferret: nam ex quo hanc inhabitauerat solitudinem, tali sumptione nequaquam dignata erat. Fecit vir ille vt promiserat; & accepta in pixide particula diuinæ carnis Domini, attulit ad Beatam. Cùm autem illa in terram cecidisset, diuinum donum accepit Eucharistiæ; & lamentationibus ac lachrymis terram irrigans, dixit: Nunc dimittis ancillam tuam Domine; quoniam viderunt oculi mei salutare tuum; quoniam remissionem peccatorum in manibus accepi; nunc abibo, quo tua me iubet potentia. Hæc ergò cùm dixisset, & manus diu in cœlum extendisset, dimisit virum. Quæ post paucos dies inuenta est migrasse in cœlum. De ea Græci agunt in Menologio. Raderus, part. 1. viridarii Sanctor. 9. Nouemb. At Martyrologium Romanum, hac die 10. Baronius ibid. in notis, & Tom. 9. Annal. Eccles. ad annum Christi 831. ac Tom. 10. ann. 902. Lippomanus, Surius, Lippelous, &c. post Metaphrastem: Ferrarius in noua Topographia, sup. verb. *Paros.* Gononus in vitis insignium Eremitarum Orientis. Vaquerius, in Enchiridio bene morientium, hac die, ann. 902.

§. 5. *B. Catharina, Virgin. e*] Maximis pollebat virtutibus; & sæpissimè in oratione pernoctare assueuerat: de qua Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Originis Seraphic. Relig. in Monasterio S. Claræ Palentiæ, quod est 5. Prouinc. Conceptionis Virginis in Hispania. Barrezzus part. 4. Chronic. Minorum, libro tertio, capite quadragesimo secundo ad annum 1544 quo floruit. Valerius libro quarto de Beatis Fœminis Ordinis Minorum, capite trigesimo sexto. Vvadinghus Tom. 4. Annal. Minorum ad annum Christi 1375. §. 33.

SS. Tryphenna, &c. f] Harum meminit D. Paulus ad Romanos scribens, cap. 16. vers. 12. *Salutate* (inquit) *Tryphenam, & Tryphosam, quæ laborant in Domino.* Itemque memorantur in Actis S. Theclæ, Virgin. & Martyr. 23. Septemb. apud Surium, & Baronium Tom. 1. Annal. Eccles. ad annum Christi 58. §. 55. ex quibus, constat. *Tryphænam.* propinquam Cæsaris fuisse, mulierem opulentiam. virtutisque quæ ad vitæ ac morum honestatem pertinet, apprimè studiosam, etiam antequam Christo nomen daret. §. 6

B. Ponnza g] Messanæ nata, atque Matrimonio iuncta, sed adhuc iuuenis viro orbata, tertium Ordinem S. Francisci de Paula assumpsit; vitam à sæculi tumultu seligens quietam ac solitariam: vt Christo liberius inseruiret. Orationi, missarum auditioni, & Sacramentorum frequentationi iugiter vacans. Misericordia in pauperes, solatio in afflictos, valdè emicuit: cuius patientia in aduersis mirabilis: ac reliquum viduitatis suæ tempus in exercitiis bonorum operum, ieiuniis, eleemosynis, &c. consumpsit. Demum, anno ætatis suæ nonagesimo-octauo Christi verò 1612. hac die, properauit ad fœlicitatis æternæ gaudium, dono prophetiæ, ac puritate conscientiæ clara. Vti testatur Ludouicus Dony-Attichius; libro septimo Histor. generalis Ordinis Minimorum, in vita illius. Lanouius, in Chronico generali eiusdem Ordin. ad annum 1612. paragrapho decimo quarto & in Appendice 4. ad illud, hac die. §. 7.

TERTIO IDVS NOVEMBRIS.

DAMASCI in Syria Passio sanctæ [a] Stephanidis, Martyris. In Ægypto, sanctæ [b] Anonymæ, Virginis; quæ sponso Christo intemeratam conseruans puritatem, miris virtutibus fuit decorata. Apud Brigense Monasterium, Ordinis Benedictini, Diœcesis Meldensis, sanctæ [c] Erckantredis, Virginis, genere, patientia, & amore in Christum Dominum insignis. Mediolani, Beatæ [d] Iacobæ de Chiuatis, Virginis, Abbatissæ Clarissæ; quæ sanctis monitis & exemplis, aliis profulgens, e fœlici exitu obdormiens, euolauit in cœlum. In Territorio Leodiensi, Beatæ [e] Oziliæ Reclusæ, Ordinis Cistertiensis; raris pœnitentiæ factis & claris virtutum meritis planè mirabilis. Glastoniæ in maiori Britannia, Beatæ [f] Ælfledæ, nobilis Matronæ, Viduæ: quæ piis operibus se exercens, sancto fine quieuit. In Palæstina, Beatæ [g] Hademundæ, Viduæ, magnæ sanctitatis fœminæ.

NOVEMBRIS XI.

§ 1. *Sancta Stephanidis, Martyr.* [a]] Græci agunt de ea, hac die, & Molanus in Additionibus ad Vsuardum, necnon Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione octaua, Ecclesia sexta, quæ est S. Pancratii: quo sacrum eius corpus translatum fuit decimo quarto Maii, vti habetur, sup. Dies autem natalis, hac die celebratur. Quare illa alia Translatio de qua sup. ad decimum octauum Septembris fuit tantummodo partialis, nimirum de aliqua Reliquiarum eius portione.

Sancta

§ 2. *S. Anonyma Virg.* [b]] De ea hæc leguntur. lib. 10. de vitis Patrum Orientis, in prato spirituali cap. 60. authore Ioanne Moscho: Apud Rosveydum, & Raderum. part. 3. Viridarij sanctor. cap. 5. §. 9. *Sanctimonialis quædam sedebat in domo sua, vitam solitariam ducens; salutisque suæ sollicita, ieiuniis ac vigiliis vacabat iugiter, multasque faciebat eleemosynas. Sed bonorum omnium semper inuidus Diabolus, tantas in Virgine virtutes non ferens, contra illam pulverem excitauit. Immisit enim cuidam adolescenti turpem de illa, diabolicamque cupidinem. Manebat autem extra limen eius adolescens. Cùm ergò virgo illa domo sua vellet egredi, atque ad Ecclesiam orationis gratia occurrere, ingerebat se illius oculis improbus, & impurus adolescens. nec illam egredi sinebat, amatoria quædam verba procacibus nutibus, illi insusurrans: adeò, vt iam præ nimia molestia adolescentis cogeretur virgo domo sua nusquam progredi. Deo igitur quadam misit ancillam suam virgo ad illum, vt ei diceret: veni, vocat te Domina mea. Abiit ergo ad illam gaudens, & stuprum committere gestiens, sanctimonialis vero sedebat in cubili suo. Ingresso igitur adolescenti, ait; sede. Cùmque sedisset; Dic, oro te, frater, inquit illa, cur ita mihi molestus es, nec permittis me domo mea egredi. Respondit adolescens; vera Domina, multùm te amo, & quando te inspicio, totus in tui concupiscentiam inflammor. Quæ ad illum; Quidnam in me pulchrum vidisti, quia sic amas me? Ait Adolescens: Oculos tuos, ipsi enim seduxerunt me. Virgo. verò vt audiuit, quia oculi eius illum seduxissent, sumpto gladio. mox oculos eruit. Hoc autem cùm vidisset adolescens, eruisse scilicet sibi virginem oculos, compunctus corde, abiit in Scitim, ibique sæculo renuntians, effectus est probatiss. monachus.*

§ 3. *S. Erkantrudis, Virg.* [c]] Nobili loco nata, vixit sub Magisterio. S Burgundoforæ virginis Abbatissæ: eius patientiam Deus multis morbis, iisque grauissimis probauit: quæ morti proxima, vidit magnum splendorem, audiuitque voces Angelorum canentium: sicque cœlesti visione perfusa, spiritum reddidit. Sed præstat audire, quæ de ea narrat Ionas Abbas: in actis præfatæ. S. Burgundoforæ. cap. 3. *Quædam puella (inquit) infantia annis adhuc detenta, Erkantrudis nomine, parentibus nobilibus orta, supradictum Monasterium conuersa a sæculo introiuit; quæ cùm vitam Religiosam ageret, volens eam iustus arbiter, per præsentis corporis pœnas probare. tantis teneram ætatem flagellis attriuit. vt exemplum in eam Iob ex pœnarum immanium multitudine crederes redundare. Sed mira in iuuenili ætate, patientia reperiebatur, mira virtus humilitatis, mira mansuetudo, mira pietas, mira lenitas, mira charitas pollebat: & inter pœnarum incendia, virtus animæ manebat inconcussa fides stabilis, immobilis bonitas, & incomparabilis lachrymarum vbertas. Quantum enim corpus angebant pœnæ illata, tantum animam lætificabat spes gaudiorum, & exultatio vitæ æternæ. Hæc tempore quodam sacri corporis participationem interdictam sibi sciens propter illusiones nocturnas, grauibus percussa doloribus flere cœpit. Erat in crastino sacra solemnitas. B. Antistitis Martini. Peruigilans itaque ea nocte, & ablutionem culpæ exorans, ne tanti damni incurreret causam, vt à corpore Christi, sua culpa segregaretur. meruit tandem post lachrymas vberes. luctus, ac crebra suspiria, venerabilem à Domino consolationem habere: vade, inquit, & in hac die reconciliare corpori Christi. quia delictum, pro quo postulasti, dimissum est tibi, matrique indicans manè patefacito, quod Dixi. Quæ gaudens, & exultans in Domino, summo diluculo per humilem confessionem, quæ viderat, matri patefecit, sacroque corpori Domini nostri Iesu Christi reconciliata, districtius aliquid. quam antea vixit. Post multorum autem circulos temporum, cùm iam eam creator omnium cœlo condere vellet, igne valida febris arrepta est: cumque iam in extremis esset posita, cito exclamauit: Citò currentes, vnam me consortio vestro mortuam segregate, atque deiicite. Non enim est dignum, vt quæ Crucifixæ mundo, Christo, non sibi viuant, mortuam, & à vita segregatam habeant inter se. Conquirentibus itaque omnibus inter se sororibus. & quidnam dicere vellet sciscitantibus; vna eatum confusa, ac terrore perculsa, solo prosternitur, noxam suam confitetur, & in omnibus se de reliquo emendaturam pollicetur. Erat enim sæculo vacans, & sæcularem vitam desiderans, nec mortificationi omninò præbebat studium, sed tota viuebat sæculo. Post hæc Erkantrudis, cùm iam mox incumberet, in cellula, qua iacebat, lumen ignis rogat extinguere cùmque ei cætera sciscitarentur, quid vellet dicere: Non videtis, inquit, quantus splendor aduenit,* Et choros canentium non auditis? Quærentes illæ, quid cantari audiret. illa ait: Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini Deo Deorum, &c. *Quæ subsequuntur. Hæc, inquit, omnium ora concinunt. Admirantibus ergò omnibus, tam matre, quàm sodalibus, vltimum vale dicens, emisit Spiritum.* Hæc ibi, apud Surium. 3. April Augustinus Carcat. ibid. cap. 34. Menardus in 2. Appendice ad Martyrologium Benedictinum, eadem referunt.

B. Iacoba, Virg. [d]] Mediolani extat Monasterium § 4.
de Vedano, Olim Ordinis. D. Augustini, postea S. Claræ, ad conciones freqoentes, S. Bernardini, quo tempore, omnium prima mutauit habitum hæc ipsa B. Iacoba, virgo præclara, prima etiam huiusce noui Monasterii Abbatissa; quod annis multis prudentissimè ac sanctissimè gubernauit: quam ferunt etiam Spirito prophetico insignitam fuisse, & miracula edidisse. De ea Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Wadinghus Tom. 5. Annal Minor. ad ann. 1448. §. 42. ex monimentis. MSS. illius Monasterij, quod est 2. Prouinc. Mediolanens.

B. Ozilia Reclusa. [e]] De hac refertur, quòd ex
nimia contritione & dolore, lacrymas sæpè vsque § 5.
ad sanguinem profuderit: vinculisque ferreis se constrinxèrit: quibus Diuina virtute disruptis, & si peccata sua sibi remissa cœlitùs percepisset, nil tamen de rigore minuit pristinæ austeritatis. Vide Cæsarium lib. 11. Histor. Memorabil. cap. 29. Henriquez in Menologio Cistertiens. & Saussayum, hac die, in Martyrologio Gallicano. Alia est B. Ozilia à Virgine, Saisiniensium Antistita, de qua sup. ad. 3. Ianuar. vide Henriquez sup. ad. 6. April. in B. Iuliana.

B. Ælfleda, Vidua. [f]] Nuncupatur, *Ælfleda*, § 6.
& *Ædelfleda*, Neptis Æthelstani, Regis Anglor. quæ marito defuncto, vidualem ducere vitam exoptans, ad Occidentalem cœnobij Glastoniæ plagam, elegerat mansionem: vbi cùm resciuisset ipsum Regem, gratia orationis illic venturum, prandium ei parauit; & ne copia potus deesset, Beata ac Religiosa fœmina, sua ad Deum oratione, cunctis mirantibus, cœlitùs obtinuit, ac multiplicauit, ann. 939. memoratur. à Westmonasteriensi, in Flore Hist. & wione, lib. 4. Ligni vitæ, cap. 28.

B. Hademunda, vidua. [g]] Vldarici Ebersgensis
Dynastæ, ex Regio Carolomanni Regis Boiorum, & § 7.
Italiæ sanguine, soror, Adalberonis. 1. filia, nupta fuit Marguardo, Carinthiæ Regulo; qui in primo

ætatis flore raptus, Hademundam destituit: quæ non abusa tempore & occasione, defectia, & in pauperes tributis omnibus rebus temporalibus, mortalibus &c. fugientibus, totaque dote sua neglecta, peregrinabunda ad Christi incunabula, Hierosolymam profecta, ibidemque religiosissimè defuncta plurimia à morte prodigiis inclaruit: Teste Radero parte secunda Bauariæ sanctæ, vixit circa annum 1030.

PRIDIE IDVS OCTOBRIS.

APVD Escham, Flandriæ vicum, Diœcesis Cameracensis, sanctæ [a] Caphraildis Viduæ Martyris: quæ ab impiis interempta, viuit in gloria. In Gallia, Beatæ [b] Mauræ, Viduæ; matris sancti Principini eremitæ, Martyris; quæ propter Religionis Christianæ professionem, multa perpessa est aduersa. In Saxonia, sanctæ [c] Gertrudis, Virginis, Abbatissæ Elpidianæ; quæ eximia sanctitate, diuinisque reuelationibus emicuit. Moncelli, prope pontem sanctæ Maxentiæ, in Territorio Beluacensi, Beatæ [d] Ioannæ à Luxemburgo, Tertiariæ Franciscanæ, genere ac virturibus illustrissimæ. Fulginii in Vmbria, Beatæ [e] Agnetis à Pescara, Virginis, Clarissæ: gratiæ multiplicis donis exornatę. Hispali in Hispania, Beatę [f] Isabellæ à nostra Domina, Virginis, Ordinis sancti Dominici, signis & meritis gloriosæ.

NOVEMBRIS XII

§. 1. *Sancta Caphraildis, Martyr.* [a]] Cùm impii homines, S. Liuinum, Episcopum, anno 633. apud *Hesceam* in confinio Flandriæ & Brabantiæ Martyrio, hac die, affecissent; eodem in loco, nobilem ac religiosam Matronam S. Caphraildem, ipsius D. Liuini hospitam, eiusque filiolum B. Brixium, quem ipse de sacro fonte susceperat, immaniter trucidarunt, sepulti sunt autem à discipulis decenter in *Hautem*, vicino pago Territorij Alostensis; exindè sunt translati anno 1007. per Erembodum Abbatem; qui metuens Sanctorum corporibus, in loco minus tuto, Gandauum ad suum Monasterium, apud S. Bauonem transportauit. Qua de re Molanus, in Additionibus ad Vsuard. hac die, & in indiculo SS. Belgij ac Calendario Belgico. Surius, eadem die, ex Breuiario Gandens. Eccles. & Saussayus in Martyrologio Gallicano. Sanderus in Hagiologio Flandr.

§. 2. *B. Maura, Vidua.* [b]] Claruit circa ann. 380. hæc nobilissima atque illustrissima Heroina; quæ diuinitùs inspirata, diuitias & honores mundi, patriamque Gothicam tunc idolis deditam, vnà cum duodecim filiis suis relinquens, venit in Galliam ad S. Martinum, Turonensem Episcopum; vt posset in Christiana fide erudiri & demùm sacrosanctum Baptismi Sacramentum suscipere. Qui Beatissimus Pontifex, cùm eam honorificè excepisset, & in fide confirmasset, idolaque abiurare fecisset, tandem simul cum filiis suis lauacro salutari eam abluit. Interea Rex Gotthorum Agrippinus audiens nouam hanc & admirabilem conuersionem; valdè iratus: statim satellitibus suis præcepit, vt insequerentur prædictos Deorum suorũ contemptores: & vbicumque inuenirentur, absque misericordia, vel dilatione, crudeliter necarentur: &c. Ita Des-Guerroys, in sanctitate Christiana, sæcul. 4. ad annum Christi 390. Gononus libro 4. vitar. Patrum Occidentis, in S. Principino, Eremita ac Martyr. Fusius autem Sebastianus Marcallius lib. 6. Antiquitat. Prioratus Syluiniacens. Ordin. Cluniacens. in solo Borboniaco, ex antiquo, MS. Legendario illius loci.

S. Gertrudis, Virg. Abbatiss. [c]] Nobili loco nata est in Saxonia, ex Christianis, piis & illustribus pa- §. 3.
rentibus progenita: cuius pater Hakebornensis Dominus, seu diues Baro dominij de *Hackuber*, Comes vel potius Gubernator Elphedenus, ex Ducibus Brunsuicens. ac Comitibus Mansfeldens. trahens originẽ, hanc ab infantia Christus elegit sibi in sponsam charissimam: sicque cùm adhuc esset quinque annorum, in ætate iuuencula, Deo & B. Mariæ Virgini eius matri, in hostiam viuam oblata est in Monasterio vrbis Rodardes-Dorffensis, Ordinis Benedictini, Congregationis Hirsaugiensis Reformatæ Cluniacensis; vbi velum accepit: & crescens ætate, creuit & virtute ac vitæ perfectione. Fuit quippe sanctimoniæ singularis, castimoniæ incredibilis, humilitatis admirabilis; quo plus se deprimebat, eò maiora à Deo beneficia accipiebat, culpas, etsi leues, admodum vitabat; dotes spirituales, quibus ornata erat, ex industria occultabat, vt vilis omnibus appareret. Eximiæ fuit doctrinæ; nam sacram Scripturam & Theologiam apprimè calluit; alta extitit eius contemplatio: in qua innumeras reuelationes, easque sublimes à Spiritu sancto accepit quas qui scire velit, legat libros insinuationum diuinæ pietatis, quas ipsa composuit. Annum agens 30. ob vitæ meritum immaculatæ, circa annum Christi 1251. in Abbatissam electa est; quod cùm annos aliquot rexisset, ad monasterium Elpedianum, seu Elphianum, (quod medio milliari ab oppido Islebio, Comitatus Mansfeldiens. Halberstatensis Diœcesis, quo loci Monasterium supradictum Rodardes-Dorffense translatum est. Vbi & soror eius. B. Mechtildes sanctimonialem agebat) transmigrans, Abbatissæ munere præclarè functa est: sub cuius Magisterio, Christi Virgines haud mediocrem vitæ spiritualis fructum retulerunt. Itaque cùm sanctissimè præfuisset annos quadraginta, migrauit in cœlum, hac die, ao. 1309. & miracula, quæ ad sepulchrum eius fiunt creberri-

me, quanti apud Deum meriti fuerit, manifestant. Agunt de ea Menardus in Martyrologio Benedictin. hac die. & lib. 2. obseruationum ad illud. Wion. lib. 5. ligni vitæ, capite 90. Ramo 9. Ioannes Lanspergius in Epistola Apologetic. ad libros insinuation. B. Gertrudis. Ludouicus Blosius in Monili spirituali. Leander Granatens. in vita S. Gertrudis Virginis. Iacobus Ferraigius in vita S. Mechtildis Virgin. 19. Nouemb. Stengelius in imaginib. SS. Ordin. Benedictin. Ludouicus Iacob in Bibliotheca illustr. fœminar. & alii ab eo citati.

§. 4. *B. Ioanna Virg.* [d]] Comitissa erat Lignyi & sancti Pauli, sororque S. Petri de Luxemburgo, Episcopi Cardinalis: quæ prędeuotione habitum tertii ordin. S. Francisci habuit in Monasterio Moncelli prope S. Maxentiam (quod est 11. Prouinciæ Franc.) vbi tribus religionis votis emissis, vitam duxit virtutibus plenam, illic quippe secum, pro sua pietate, cor S. Fratris Petri recens demortui attulerat, sanè, vt exindè sæpius in se vis exardesceret diuini amoris. Obiit sanctissimè hac die, an. Christi 1409. suę ætatis anno 53. Hanc commemorant Martyrologium Franciscanum hac die. Annotationes ad illud. Nicolaus Vignierus capite. 45. Histor genealogic. Domus Luxemburgiens. Mathæus de Goussanco urt, Tom. 1. Martyrolog. Equit Melitens. fol. 349. Quercetanus libr. sexto. Histor. Generlogic. Domus Castillonex cap. 4.

B. Agnetis Virg. [e]] Discipula extitit B. Margaretæ *Dominici*, Fulginatis, in oratione assidua, ad obedientiam promptissima, silentii amica, sanctę paupertatis cultrix præcipua, & sui status regularis obseruantissima: his & aliis cumulata virtutibus, sęculum, mundumque dereliquit hac die. anno 1588. & ad cœlum perrexit. Ita Martyrologium Francisan. eadem die. Annotationes ad illud. Iacobillus de SS. Fulginatibus in vita præfatę B. Margaritæ 12. Iunii. Vvadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad an. Christi 1440. §. 24. §. 5.

B. Isabella Virg. [f]] Hispali nascitur nobilibus parentibus, & quinquennis effecta, Monasterium ordin. Prędicator. eiusdem Vrbis ingreditur, vbi vitam professa Monasticam, virtutibus & miraculis refulsit: quæ hac die obiit, anno 1604. Teste Ioanne à sancta Maria. parte 2. vitar. Sanctorum ordin. Prædicatos. libro 1. §. 9.

IDIBVS NOVEMBRIS.

CÆSAREÆ, in Palæstina, Passio sanctæ [a] Ennatæ Virginis, quæ sub Maximiano, verberibus cæsa, igne cremata est. Toleti, sanctæ [b] Fercintæ, Virginis & Martyris. In pago Calderiaco, agri Cameracensis, Natalis sanctę [c] Maxellendis, Virginis & Martyris; quę profuso sanguine victoriam reportauit, & Christo sociari meruit. Mediolani, Beatę [d] Angelæ Cęcilię à Reinis, Virginis Clarissæ; Monastica obseruantia, regularique perfectione celebris. Messanæ in Sicilia, Beatę [e] Bernardę à Monteforti, Virginis ordinis Minimorum, virtute orationis, silentii & abstinentię conspicuę. Landauii in Alsatia, memoria sanctæ [f] Othilię Virginis, Abbatissæ. Malbodio Monasterio, in Hannonia Cameracensis Diœcesis Translatio sanctę [g] Aldegundis Virginis. Eodem die, Festum omnium sanctarum [h] Virginum, ac Beatarum mulierum ordinis sancti Benedicti.

NOVEMBRIS XIII.

§. 2. SAncta *Ennata Virg. Martyr.* [a]] Agunt de ea Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. & Tom; Annal. Eccles ad annum Christi 307 Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Cæsarea Palestina* Gręci in Menologio, ac Surius hac die. ex Eusebio lib. 8 Histor. Eccles. cap. 19. qui præclarum eius certamen sic enarrat. *Eodem die, mulier quædam Ennathas nomine, ex Vrbe Scythopoli orta, virginitatis quasi coronis pulchrè adornata, vna cum illis Martyribus eò accessit: quæ non vltrò se obtulit, vt illi, sed vi tracta fuit, & ad Iudicem adducta. Idcircò post verbera & graues contumeliosasque cruciatus, quos Iudex ei infligendos curauerat. Tribunus quidam qui illic in proximo Magistratum gerebat, appellatus Maxys, homo non tam nomine quam tota vita ratione nequam, & vt aliis rebus scelestus & perditus, ita tum corporis viribus supra modum robustus, tum moribus ferus & crudelis, tum apud omnes, qui illum norant, infamia & dedecore notatus, absque authoritate maioris authoritatis, hanc Beatam Virginem aggreditur eamque omni vestitu vsque eò exuit, vt corpus à lumbis solùm ad pedes contegeretur, reliquum autem nudum existeret. Hanc per vniuersam Ciuitatem Cæsaream, vndique circumduxit, lorisque per totum forum & publicas plateas tractam, non sine quadam animi sui oblectatione verberauit. Quam post cruciatus, cùm constantissimam animi firmitudinem, pro tribunali, vbi Præfectus considere solebat, in fide tuenda ostendisset: Iudex viuam igne cremandam tradidit.*

S. Fercinta Virg. Martyr. [b]] Reclusa erat Toleti in Hispania, vbi multa perpessa est à Daciano Præside sub initio 4. Sæculi. Pictauis capellam habet suæ memoriæ sacram, cui colendæ addictus est præsens dies, 13. Nouembris. Teste Saussayo ad calcem sui Martyrologii Gallicani, ex excerptis è sacris Ecclesiæ Pictauiensis Monimentis ab Episcopo sibi datis. §. 2.

S. Maxellendis Virg. Martyr. [c]] Hæc in Cameracensi Prouincia, inclytis admodum parentibus, & generis nobilitate, & spectata religione claris, patre Humlino, matre Ameltrude, orta est fœliciter, sed §. 1.

Feliciusrenata, indè parentum cura diligenter enutrita, cùm iam adoleuisset, non vt solet puellaris ætas, vanis adolescentularum conuenticulis, & confabulationibus sese admiscebat, nec lubricis implicabat moribus, sed toto animo diuino se timori mancipans, quantum iuuentus ipsa patiebatur, præcepta Euangelica intra pectoris sui penetralia, complectebatur, studio & cultui pretiosarum vestium nullo modo vacare voluit, & ornamenta muliebria prorsus respuit, meliorem illam animi pulchritudinem expetens: vt ei cui se vouerat; per omnia placere posset. Fama itaque illius vbique peruolante, multi eam à Patre in coniugem expetiere: quo audito, ad orationem confugiens, rogat obnixè Dominum, ne sinat vnquam corrumpi corpus suum, quod se vouisset ei castum & integrum conseruaturam, exindè ergo confortata & Angelica visione animata, recusat plane matrimonium, parentibusque declarat virginitatem suam ab infantia Christo consecrasse, ac sic constanter reijcit sponsum, licet potentem ac diuitem: tum deinceps plus solitò palam se dedit piis operibus exercendis: vacabat, siquidem ieiuniis, vigiliis, orationibus, carnisque macerationi: præstabat eleemosynas, refocillabat inopes, visitabat infirmos, & cætera misericordiç officia exhibebat, idque tanto ardentius, quantò celerius se per martyrium ad Christum abituram, illo inspirante cognorat. Igitur parentibus ad quoddam conuiuium digressis, quidam iuuenis, qui nuptias eius concupierat) nomine Harduinus, collecta equitum multitudine, Virginis domum inuasit, & nolentem consentire, euaginato gladio interfecit, anno 670. cuius corpus delatum in Ecclesiam SS. Apostolorum Petri & Pauli, quæ in proximo pago, quem Pomeriolas vocant, condita est: post vero annos tres cœlesti monitu, S. Vindicianus Cameracensis Episcopus, illud è terra leuatum reportauit ad locum, vbi Virgo sancta occisa fuerat, qui *Chaldericus* dicitur, alias *Caudriacus*, Gallicè *Caudry*. In Territorio Cameracensi, tribus milliaribus à Cameraco distans, totidem à Castro Cameracio, siue *Perona*, ad distinctionem alterius Peronæ *Perdnella* dicta, vbi Dominus eam signis ac miraculis clarificare disposuerat: hincque ædificata super eius tumulum Ecclesia, patrocinio ipsius dicata est, indè tamen sacrum eius corpus translatum est, partim Cameracum, ad Ecclesiam Cathedralem, partim ad cœnobium S. Andreæ, Castelli Camesasii (quod Gerardus 1. Cameracensis Episcopus fundauit anno 1020. per S. Lietbertum 3. Episcopum eiusdem sedis, circa an. 1090. Deea scribunt Baldricus lib. 1. Chronic. Cameracens. cap. 23. & 24 Platina in vita Doni Papæ. Sabellicus Ænead. 8. suę Histor. Molanus in additionibus ad Vsuard. hac die, & in indiculo ac calendario SS. Belgii. Miræus in Fastis Belgic. Surius, Doubletus, Haræus, Ribadeneira, Foderetus, Renatus Benedictus, &c. hac die, in vita eius. Saussayus in Martyrologio Gallicano, eadem die, & 23. Nouemb. Ferrarius in noua Topographia. sup. verb. *Cameracum* & in Catalogo generali SS. Baronius Tom. 8. Annal. eccles. ad an. Christi 670. vocatur etiam *Saxellendes*. Simon Martinus ad 13. Octobris, & 13. Nouembris.

§. 4. *B. Angela Virgin.* [d]] Monasterii de Iesu apud Mediolanum, (quod est 2. Prouinc. Mediolanens.) extitit alumna, ea religiosissima Christi sponsa: quæ pietate ac deuotione referta, ad summæ culmen perfectionis est euecta, suique obitus diem, multò antequam eueniret, præsago prædixit spiritu, anno 1585. suæ sanctissimæ vitæ cæteris desiderium relinquens, de qua Martyrologium Franciscanum, hac die. Annotationes, ad illud. Gonzaga parte 2. originis. Seraphic. Religionis in præfato Monasterio. Barrezaus part. 4. Chronic. Minor. lib 8 cap. 74. Valerius de SS. Fœmin. ordin. Minor libro 4. Vvadinghus Tom. 6. Annal. eiusd. ordin. ad ann. 1456. §. 260.

S. Bernarda Virgin. [e]] Oriunda erat è Messana Vrbe nobili & opulenti familia nata, ab initio totam se Christo consecrauit, sumpto illic habitu ordin. S. Francisci de Paula, lectione spirituali, & rerum cœlestium meditatione summè delectabatur, silentii amantissima: orationi iugiter intenta erat, in moribus modestissima, tarda ad loquendum, remissa ad iram, abstinentia & disciplinis cruentis corpus atterebat, Sacramenta frequentabat, & in Augustissima Eucharistiæ sumptione totam se liquefiebat in Domino, ad quem fœlici exitu properauit in cœlo, cum eo regnatura in æternum: cuius sacrum corpus, postea repertum est integrum, non iacens in terra, sed stans in pedibus, non ad murum inclinatum, aut fulcro innixum, sed absque rei alicuius adminiculo, recto statu firmatum atque fixum perseuerat: iuxta Ludouicum Dony-attichium, lib 6. Histor. general ordin. Minimorum ex monimentis Monasterii Messanens. Lanouium in appendice 1, & 4. ab Chronicon generale ordinis Minimor. hac die. §. 5.

Memoria S. Othiliæ Virg. Abbatiss. [f] Ita Ferrarius in Catalogo generali Sanctor. hac die. ex Martyrologio Canisii. VVolphanus Lazius in Historia Haspurgica. Illam cum esset cæca, in Baptismo visum mirabiliter recepisse tradunt. Vide inferius ad 13. Decemb. in die Natali eius. §. 6.

Translatio S. Aldegundis Virg. [g]] Sic Molanus in additionib. ad Vsuard. hac die. Wion in Martyrologio Benedictino. Saussayus sup. hac die Fusius autem Simon Martinus in actis eiusdem ad 30. Ianuar. ex quibus discimus S. Aldegundem mortuam esse circ. annum Christi 663. & eius corpus fuisse tumulatum apud *Curiamasaltum*, vnde erat oriunda, iuxta patrem ac matrem. Ex quo postea ad instantiam Dagoberti Regis Franc. & B. Aldetrudis Abbatissæ, illius S. Aldegundis neptis, quæ illi successerat, in regimine Abbatiæ, allatum fuit Malbodium, ad monasterium ab ipsa extructum, vbi adhuc viget celebre Collegium nobilium Dominarum Canonissarum istius Vrbis Dynastarum. Tum anno, 1161. idem sacrum corpus in decentiorem locum translatum est ab Episcopo, tunc nudis pedibus ceremoniam peragente, quod repertum fuit vna cum capite integrum, & odorem spirans suauissimum. Demum anno 1439. die 20 Maii adhuc translatum ab Episcopis Cameracensi ac Leonensi, & in capsam argenteam honorificè repositum, incorruptum, suauiterque redolens: vbi nec desunt miracula ad honorem Virginis Diuinitùs in dies operata. §. 7.

Festum omnium Sanctar. &c. [h]] Illius meminerunt Breuiarium Monasticum pro omnibus sub regula S. Benedicti militantibus, Pauli v. Pont. Max. authoritate recognitum. Menardus in martyrologio Benedictin. & libro 2. obseruation. ad illud. Eduardus Mathew. Tom. 1. Congreg. ordin. Anglic Benedict. ad Natales SS. hac die. *Denique fidelis opinio est, quod vnusquisque Sanctorum cum illis surget in regeneratione quos Domino acquisiuit. Cum igitur vniuersi huiusce in-* §. 8.

stitutionis

stitutionis eius sequaces, in vnum coacti fuerint: quale signum Apostolatus Benedicto. tunc ille copiosus exercitus, seipsum exhibebit! O qualis gaudio tunc ille tripudiabit, qui se illis cohortibus immiscere potuerit? Ex sermone S. Odonis, Cluniacensis Abbatis, versus fin. Apud Ioannem à Bosco part. 1. Bibliothec. Floriacens. Benedictin.

DECIMO-OCTAVO CALENDAS DECEMBRIS.

IN Gallia, sanctæ [a] Venerandæ Virginis, quæ sub Antonino Imperatore & Asclepiade Præside, post varia deuicta certamina, martyrii coronam accepit. Asculi in Piceno sanctæ [b] Veneris Virginis, & Martyris. Emesæ, Passio plurimarum sanctarum [c] mulierum, quæ sub sæuissimo Arabum Duce Mady, ob Christi fidem crudelissimè tortæ, atque necatæ sunt. In Anglia, Monasterio Elyensi, Natalis multarum [d] Sanctimonialium Martyrum Benedictinarum: quæ pro fidei constantia, à Danis Paganis cæsæ sunt. In Germania apud Burueniche Monasterium, Ordinis Cisterciensis, duabus leucis à Steinveldia, [e] Beatæ Elisabeth, Comitissæ Iuliacensis, quæ spreto sæculo, Christum pauperem, in Regulari obseruantia secuta, sic profuit, vt exindè Abbatissa, delecta, sacris virginibus piissimè præfuerit, ac sanctè vitam transigerit. Daimieli in Castella, Beatæ [f] Catharinæ-Euangelistæ Virginis, Tertiariæ Franciscanæ, quæ Abbatissæ fungens officio, meritis & virtutibus cumulata fuit. In Territorio Cœnomanensi Beatæ [g] Damgerosæ, quæ fructibus pœnitentiæ dignis, viam sibi parauit in cœlum.

NOVEMBRIS XIV.

§. 1. SAnctæ Venerandæ Virg. Martyr. [a]] Ex parentibus sterilibus, diuino munere nata, & Christo à puerili flore se dedicans, tanto eius gloriæ prouehendæ desiderio exarsit, vt finem nominis eius prædicandi non fecerit: donec sub Antonino Imperatore ab Asclepiade Præside, eo titulo comprehensa, quod ab noitis sacris, nouæ religionis disseminatione, populi mentem auerteret, primo iussit eam in terram extendi, & palmas ac pedes ligno affigi, atque neruis crudis. ventrem eius cædi, lapidem quoque magnum illi superimponi, sed facta oratione, ab Angelo liberatur illæsa: tum in lebetem æneum, pice & oleo liquentibus plenú iniecta est, è quo iterùm illæsa, diuinitùs educta. cum nongentos nonaginta quinque sui agonis spectatores, deinde sectatores, Christo per martyrium coronatos, acquisiuisset, capite ad extremum cæsa, gloriosam fidei Confessionem, nobili trophæo absoluit, cuius corpus clanculo collegit Anthimus vir pius, eaque reuerentia sepeliuit, qua sponsam Athletamque Regis æterni triumphantem, totque fidelium animarum parentem fœlicissimam, nouerat prosequendam, vide Martyrologium Roman. hac die. Baronium ibid in notis, Petrum de Natalib. lib. 10. Catalog. Sanctor. cap 61. Ferrarium in noua Topographia ad Martyrologium. Romanum, verbo *Gallia*. Saussayum in Martyrologio Gallicano, ead. die, & Simonem Martinum. Panciroliam in thesauro Vrbis Romæ, Regione 2. Ecclesia 50.

§. 2. *S. Veneris Virg & Martyr.* [b]] Ita Ferrarius in Catalogo generali Sanctor, hoc die. ex tabulis Ecclesiæ Asculanæ: sub initio 4. sæculi. Cuius ossa sacra honorificè sunt asseruata in ipsa æde Cathedrali: Teste Ferdinando Vghello, Tom. 1. Italiæ sacræ in Episcop. Asculanis.

§. 3. *SS. plurimarum mulierum Martyr.* [c]] Passæ sunt pro Christo, anno 773. De his agunt Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis. & Tom 9. Annal. Eccles. ad an. 780. §. 1. Item Historia Miscellanea, ex Theophane lib. 23. Georgius Cedrenus in Compendio sub Leone 4. Imperatore: Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Emesa*.

SS. multar. Sanctimonial. Martyr. [d]] Id euenit anno 870. qua de re Ingulphus Abbas in Historia Croylandensi, Menardus in Martyrologio Benedictino hac die, & libro secundo obseruationum ad illud. §. 4.

B. Elisabeth Abbatiss. [e]] Florebat circa annum 1210. de qua scribunt Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die. Chrysostomus Stella in orationibus ad vitam B. Ioseph Canonici Præmonstratens. cap. 45. apud Ioannem *Le Paige*. lib. 2 Bibliothec. Præmonstratens. in eo. §. 5.

B. Catharina Virg. Abbatiss. [f]] Ex oppido Daimieli oriunda erat, in Hispania Virgo illustrissima, præfuitque Monasterio Sanctissimæ Conceptionis Deiparæ, Abbatissa, anno 1573. Memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die. Annotationes ad 1 lud. Gonzaga, part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in eodem Monasterio, quod est 18. Prouinc. Castellæ. Salazare libro septimo Chronicor. prouinciæ eiusdem cap. 17. §. 6.

B. Damgerosa [g]] Nascitur in Cœnomania nobili exorta prosapia, patre videlicet Gaudino do *Chemirè* viro illustri, quæ cùm eximia polleret pulchritudine, à patruo impudice amabatur, consuetudinem cum illa habens fœdam & illicitam, quam ob causam ab Episcopo Cœnomanensi, Hugone admonitus, & Anathemate percussus, sed melior haud factus, tandem fulgure ictus, miserabili naufragio periit. Quo terribili euentu *Damgerosa* commota, Episcopum §. 7.

adiit, ad cuius pedes prostrata, veniam petiit, illique Confessionem generalem ac publicam omnium suorum delictorum fecit, à quo pœnitentia sibi iniuncta, & absolutione obtenta, se ad meliorem vitæ frugem totaliter conuertit, mundo abrenuntians, & habitum religiosum assumere summe exoptans. Verùm, ab vniuersis Monasteriis repulsam passa, patienter sustinuit; & in quendam locum (qui ea paterna successione sibi obtigerat) secedens, illic oratorium ad cuiusdam collis clivum, extrudit, vbi cum duabus sociis propinquis, vitam solitariam agens, clausa mansit annis quinquaginta, in asperis continuisque pœnitentiæ operibus sese exercens. anno millesimo centesimo quinquagesimo. Ita Antonius Coruaisierus in Episcopo 37. Cœnomanensi, pag. 435. & 436. ex variis Regestis MSS. ipsius Cathedralis Ecclesiæ.

DECIMO-SEPTIMO CALENDAS DECEMBRIS.

ROMÆ Translatio sanctarum [a] Memniæ, & Iulianæ Martyrum, quæ sub Maxentio Imperatore victrices palmas ex inclyto agone reportauerunt. In Aquitania, sanctarum [b] Placidinæ & Alchimæ, sororum: quæ generis nobilitatem virtutum splendore illustrarunt. Ferrariæ, Depositio beatæ [c] Luciæ Virginis Narniensis, Ordinis Sti Dominici Tertiariæ: quæ humilitate, patientia & signis admirandis illuxit. In Austria, Beatæ [d] Agnetis, sancti Leopoldi, Marchionis vxoris, pudicitia, pietate, ac bonis operibus clarissimæ. Apud Monasterium sancti Benedicti Castrensis, propè Eboram in Lusitania, Beatæ [e] Catharinæ Perez de Catuallo, Ordinis Cistertiensis, quæ mirabili sanctitatis exemplo, & austeræ pœnitentiæ rigore, ac monasticæ disciplinæ strictissima custodia floruit. Villæ-longæ, in Territorio Vlyssiponensi, Beatæ [f] Beatricis à sancto Francisco, Viduæ: quæ sub habitu tertij Ordinis Minoritani, Christo famulata, ingenti luxit sanctitate.

NOVEMBRIS XV.

§. 1. SAnctæ Memniæ, &c. Martyr. [a]] Ita Ferrarius in catalogo generali Sanctorum, hac die, ex tabulis Ecclesiæ S. Syluestri, vbi earum corpora condita sunt: quæ Sergius iunior Papa transtulit in titulum Equitij: teste Baronio, in notis ad Martyrologium Romanum sub 18. Octobris. Actis S. Marcelli Pap. 16 Ianuar apud Surium in fin. sepulta enim erant via Ostiensi, milliario ab vrbe Roma plus minus octauo, & videtur passas esse sub Maxentio Imperatore, sæculo 4. Pancirola, in Thesauro vrbis Romæ, Regione 2. Ecclesia 41. & 42. & Regione 4. Ecclesia 5.

§. 2. SS. Placidina, &c. [b]] Ex Imperatorio procreatæ stemmate erant; quarum Prior, Virgo præstantis formæ & pudicitiæ, iuncta fuit D. Leontio, viro apud Santones nobilissimo, in Matrimonio. Quæ tunc sexus sui speculum in omni virtute ac religione resplenduit. Leontius autem vir suus omnium votis vocatus cùm esset ad Episcopatum Burdigalensem, ipsa castissima ac pientissima fœmina, sis vltrò annuens, deinceps vt chara soror habita est. Quæ etsi diuisa corporeà S. viro, eidem non modò in bonis operibus indiuidua Comes adhæsit, sed eidem manens superstes, funeris officium ipsimet magna veneratione præstitit. Venit & cum ipso tandem meritorum eius particeps S. Placidina, pari cultu prosequenda. Ita Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, & quotquot res gestas ipsius S. Leontii commemorant. Baronius in notis ad Martyrologium Romanum sub. 11. Octobris: eiusque genus ac virtutes Venantius Fortunatus egregiè cecinit, lib. 1. Carmin. Huius & pia æmula soror B. Alchima, itidem iuncta coniugio, indulsit viro suo S. Apolinari, vt Episcopus Aruernorum crearetur, pariterque sanctis cum eo operibus intenta, Templa Martyribus construxit, pauperibus succurrit; Demùmque cumulata pietatis officiis, placida absorpta morte, æternitatis migrauit ad præmia. Sic Saussayus ibid. sup. & alii, qui de B. Appolinari, vel S. Quintiano, Claromontanis Episcopis scripsere. D. Gregorius Turonensis lib. 3. de Gestis Francor. cap. 2. & 12. & lib. 1. de gloria Martyr. cap. 65. Baronius Tom. 7. Annal. Eccles. ad ano. 566. §. 19.

§. 3. B. Luciæ, Virg. Tertiar. [c]] Nobilibus piisque parentibus exorta, pietati ab infantia animum dedit: puritatem sic adamauit, vt Virginitatem suam Christo consecraret, & quæsitis corporales nuptias recusauerit. Maior effecta, habitum tertij Ordinis Dominicani Narniæ suscepit: deindè Romam profecta, postea Viterbium ac Ferrariam, adducta, duobus annis præfuit Monasterio; S. Catharinæ Martyris: eo autem abdicato munere, quadraginta annis ibidem superuixit, virtutum omnium exemplar, ieiuniis, vigiliis, orationibus, aliisque pietatis exercitiis vacans, Et cathenam ferream ad renes deferens: spiritu prophetico claruit & miraculis ante & post obitum, qui accidit hac die, anno 1544. seu 1545. ferunt & illam sacris stigmatibus fuisse in suo corpore insignitam. Eius vita edita est Ferrariæ. anno 1616. per Iacobum Marcianens. Doctorem Ordinis Prædicatorum. De ea meminerunt Razzius part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordinis Prędicatorum in ea. Rayssius in Auctario ad Natales SS. Belgii. Molani sub. 16. Maii.

Ferrarius

Ferrarius in catalogo generali Sanctor. hac die 15. Nouemb. Bosius Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12, cap. 25. & Tom. 2. lib. 15. cap. 3. Ioannes à S. Maria part. 2. lib. 1. vitar. SS. Ordin. Prædicat.

§. 4. *B. Agnetis Marchion.* d] Filia extitit Henrici IV. Imperator, quæ iuncta Matrimonio, ann. 1106. multis sanctis operibus claruit simul cum viro suo S. Leopoldo, Austriæ Marchione. Laudatur quippe, à pudicitia, à pietate, à cultu virtutum, ab exercitio bonorum operum, &c. qua de re vide Sorium, hac die, in vita ipsius S. Leopoldi, ex Franciscano Patauino, in oratione ad Innocentium VIII. Pap. Manriquez Tom. 1. Annal. Cisterciens. ad annum Christi 1126. cap. 5. §. 1. & 3.

§. 5. *B. Catharina Cisterciens.* e] Ad summum perfectionis visa est ascendisse; maximo autem desiderio, contemplandæ Dominicæ Passionis tenebatur: ita vt nil aliud in corde, aut in ore præter crucem Domini efferret: nec Christum cruci affixum, nisi lachrymis copiosis profusa aspicere posset. Tempus denique suæ migrationis diuina reuelatione præuidit; & inter miræ pietatis verba, ad cœlos euolauit. Vti testantur Bernardus de Brito Tom. 1. Chronic. lib. 5. cap. 33. Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die.

B. Beatricis, Vidua. f] Cùm hæc deuota mulier adhuc Matrimonij vinculis irretita, maximo ingrediendæ religionis desiderio teneretur, ex voto se altissimo ad vnius Conuentus ædificationem, adstrinxit, si viro prius defuncto se superstite manere contingeret. Voti itaque compos effecta, dùm sollicita, viri defuncti vltimam voluntatem, atque construendum à se Monasterium anxia mente reuoluit: Clarissarum Monialium processionem videt in somnis, illarumque alteram, sibi loquentem audiuit: Hic tuus habitus, tuusque amictus futurus est. Quamobrem summo mane surgens, cinericium habitum, ad instar eius, quem in somnis viderat, quamtocius conficiendum, à Reuerendissimo Seraphicæ Religionis alumno, Marco Vlyssiponensi, Portuensi Episcopo benedicendum curauit. Quo induta, paternam domum, vna cum eiusdem mentis socia, repetiit. illicque aliquandiu sanctissimè vixit. At Monasterio extructo, Villæ Longæ, sub Titulo Dominæ nostræ *De potestatibus*: inibi sese recepit: atque sub Tertiariarum habitu, sancto fine obdormiuit in Domino: viuebat adhuc ann. 1566. Iuxta Gonzagam part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in præfato Monasterio quod est 17. Prouinc. Portugalliæ, Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotation ad illud. §. 6.

SEXTO-DECIMO CALENDAS DECEMBRIS.

IN Gallia sanctarum a Gallæ, Viduæ; Tulliæ & Consortiæ, Virginum, filiarum eius: quæ Christo Domino iugiter famulantes, cum eo pariter in æternum regnare gloriantur. Apud Monasterium, Svvestrense in Germania, sanctarum b Benedictæ & Cæciliæ, Abbatissarum, Ordinis Benedictini; obedientia, humilitate, & Religione insignium. Item in Germania, sanctæ c Othiliæ, Virginis, Reclusæ Benedictinæ, quæ ieiuniis, vigiliis, & orationibus intenta, viam sibi parauit ad gloriam. Assisii in vmbria, Beatæ d Agnetis Virginis, sororis sanctæ Claræ Virginis: quæ tali vitæ sanctitate enituit, vt ad eius sepulchrum Dæmones fugarentur, & innumera miracula à Deo patrarentur. Ibidem propè Assisium, Beatæ e Anonymæ Virginis: quæ virtutis, monasticæque obseruantiæ amore incensa, sub viri habitu inter fratres delituit; & sanctissimam vitam agens, fœliciter ad Dominum sic incognita migrauit. Edimburgi in Scotia, memoria sanctæ f Margaritæ Reginæ. Rottenburgi in Tirolensi Prouincia, Beatæ g Notburgæ, Virginis; multarum prærogatiua virtutum, & signis admirandis gloriosæ.

NOVEMBRIS XVI.

§. 1. SAnctarum *Galla, Vidua, &c.* a] Vxor extitit S. Eucherii, cognomento iunioris, ex nobilissimo Senatorum Ordine: qui postquam ipsa vxore pientissima fœmina, geminam Deo dilectam prolem. *Consortiam* & *Tulliam* suscepisset, ad religiosam vitam, habitumque conuersus, carnis voluptatibus deliciisque, Christi amore spretis, ad Cliuum Marci, in agro suo Aquensi, super Durentiam fluuium, intra septa speluncæ se conclusit; ibique in oratione & ieiuniis Christo strenuè seruiuit, donec ad Episcopatum Lugdunensem euocatus est. Interim *Galla*, tota Deo dedita, viri sese obsequiis, pro religionis commercio mancipauit: cui incluso in spelunca, quotidie per fenestellam, cibos ad vesperam ministrabat, sancto habitu induta, orationibus, vigiliis, ac ieiuniis intenta. His perfuncta exercitiis, in innocentia vitæ, & spiritus puritate, cursum mortalitatis compleuit, atque misericordiæ & iustitiæ præmia fœliciter adepta est. Quam *Tullia* filia, ad gloriam anteiuit, quæ aliquot annis Christo, Virginum sponso, in omni castitate & pietate famulata: cùm ad supernas nuptias gratiæ speciali munere, se nouisset euocari, matri suæ reserauit, sibi diuinitatis propalatum: propter

impletionem Dei mandatorum, iam iustitiæ acceptu-
ram à Domino coronam: *Eucherium* verò patrem, pontificali cathedra sublimandum: Denique *Consortiam*, germanam suam, in Virginitate Deo gratum famulatum vbi persolueret, simili laurea gloriæ secum inter beatas virgines potituram: quæ omnia ex vaticinij serie processere in oppido *de Cucuron*, Diœces. Aquensis. Extat *B. Tulliæ* caput theca in argentea inclusum, apud ædem parœchialem: corpus vero eiusd. asseruatur in oppido de suo nomine *Sanctæ Tulliæ*, nuncupato, Diœces. Cistertiens. Hæc ex Saussayo. In Martyrologio Gallicano, Ferrario in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Calendario Lotharingiæ, Baronio in notis ad Martyrolog. Roman, sub 5. Octob. post S. Gregorium Turonens. de Gloria confess. cap. 56. Adonem 16. Nouembris. Surium ac Lippeloum, aliosque, qui de Actis ipsius S. Eucherij egerunt. Florebat an. 450.

§. 2. *SS Benedicta, &c. Abbatiss. b*] Harum Christi ancillarum natales, hac die, annotant, Martyrologium Monasticum; Trithemius lib. 3. viror. illustr Ordin. Benedictin. cap. 264. & 312. Baronius in notis ad Martyrologium Roman. sub 8. Octob. Wion in Martyrologio Benedictino, Ferrarius sup. Bosius Tom. 2 de signis Eccles. lib. 22. cap. 3.

§. 3. *S. Othilia, Virg. Reclusa. c*] Germana fuit natione Henrici militis de *Creutzenache*, filia, Virgo pulcherrima valdè; quæ Christo virginitatem suam deuouens, spretis huius mundi diuitijs, ad B. Vdegebam, inclusam, quæ tunc temporis vita & miraculis resplendebat, accessit: & cum ea in inclusorio, per totum vitæ curriculum permansit, corpusculum ieiunijs, vigilijs, & laboribus discrucians. Tantos autem progressus fecit sub magistræ ferula, quòd etiam multis enituerit virtutibus; quibus adornata, abijt in cœlum: hac die anno 97. Teste Tritbemio; de viris illustrib. Benedictin. & in chronica Spanheimensi Vuiona in Martyrologio Benedictino, Gonono lib. 2. vitar. Patrum Occident. in eā.

§. 4. *B. Agnetis, Virg. d*] Fuit hæc nobilis virgo, soror iunior S. Claræ Virginis quam imitari voluit ad pœnitentiam, vitæque perfectionem amplectendam anno 1212. Nam cilicio ad carnem semper vtebatur, pane & aqua quasi continuè reficiebatur; mitis erga omnes, in oratione feruida, patiens in aduersis, cæterarumque virtutum specimen euasis præclarum. Quamobrem S. Pater Franciscus Florentiam misit illam, anno 1221. vt extructo sibi Monasterio, Abbatissæ fungeretur officio: ad alias etiam vrbes, huiusce religionis plantandæ gratia, ablegata est. Inde Assisium reuersa, piæ sorori S. Claræ morienti adfuit, anno 1253. & paucis interiectis diebus, scilicet 97. ipsa B. Agnes, sanctissime obijt, eodem anno ætatis suæ 56. Eius sacrum corpus primo sepelitur apud S. Damianum, deinde translatum est ad nouum Monasterium, intra vrbem Assisiensem, iuxta Ecclesiam S. Georgii, vbi quamplurimis signis ac miraculis cœlitùs exornatur. Agunt de ea Pisanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. part. 4. D. Antoninus part. 3. Histor. Titul. 24. cap. 6. §. 3. & 5. Marcus Vlyssiponens. part. 1. Chronich. Minor. lib. 8. cap. 6. 25. 34. vsque ad 40. item part. 2. lib. 1. cap. 42. Marianus lib. 2. cap. 11. de Bustis part. 2. Rosarii Quadragesimal. Sermon. 27. speculum, Fratrum Minor. Tossinianus lib. 1. Histor. Seraphic Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion in BB. Fœminis 2. Origin. item part. 2. in Monasterio 6. Prouinciæ S. Antonii, Bosius Tom. 2. de signis Eccles. lib. 15. 5. Vviletus Ashenar. Orthodoxar. Franciscan, verb. *Agnes* Salazar. lib. 5. chronic Castellæ Prouinc. cap. 17. 20. & 21. Anonymus vetus author. vitæ S. Claræ cap. 26. apud Surium 12. Augusti. Blacarius lib. 1. sacri montis Oliueti cap. 8. Cimarella part. 4. chronic. lib. 6. cap. 25. Possevinus in apparatu sacro, Bzouius Tom. 13. Annal. Eccles. ad an. 1252. §. 12. Charronus cap. 131. Histor. vniuersal. Gall. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 2. cap. 1. & seq. Corbinus lib. 8. S. Franciad. pag. 101. Brantius in Martyrolog poetico, & Ferrarius in SS. Italiæ & in Catalogo Generali SS. ad 28. August. qui tamen fatetur dcea, alio die, agi apud nos, Martyrologium Franciscanum hac die, 16. Nouemb. Annotationes ad illud. Vvandinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad an. 1212. §. 14. 23. & 24. item anno 1221. §. 20. & an. 1224. §. 8. ac an. 1238 §. 20. item tom. 2. an. 1253. §. 13. & seq Grauins in voce *Turturis* part. 2. cap. 13. Algezira in arbore Epilogica totius Ordin Franciscan.

B. Anonyma, Virg. e] Sciendum, quòd Conuentus S. Cerbonij, extra Lucensem vrbem, in Tuscia ad Cistertienses Moniales quondam spectabat; quibus (quod in dies magis magisque deficerent) ad S. Christinæ Ordin. Benedictin. Monasterium translatis; Fratribus Franciscanis obseruantibus, in gratiam B. Patris *Herculani* (quòd à Deo Opt. Max. dum ibidem per Quadragesimam concionaretur, ne Lucensis ciuitas, à Florentino exercitu, à quo graui obsidione premebatur, vi expugnaretur, suis precibus obtinuisset) summis votis collatus est. Qua de re Gonzaga part. 2. sup. in ipso Conuentu qui est 18. Prouinciæ Tusciæ. Dùm autem huiusmodi Translatio fieret, præfata B. Anonyma, (vna ex illis monialib. Cistertiens.) mutata vestem virilem induit habitum, & pergens ad Conuentum Fratrum Minor. (cui carcer S. Francisci nomen est) propè Assisium, religionem Seraphicam petijt suppliciter ingredi. Itaque habitu Ordinis suscepto, locum inter nouitios, per sex menses tenuit, quibus expletis, in supremum morbum incidit. Quare omnibus Ecclesiæ sacramentis deuotè acceptis, professionem in ordine emisit: tum denique ferè moribunda, declarauit, quod factum fuerat, seque bona fide sic occultasse, atque sexum fœmineum, sub virili veste abscondisse: quo dicto, sanctissimè expirauit. Vide Martyrologium Franciscanum hac die, Annotationes ad illud Marcum Vlyssiponens. part. 3. sup. lib. 1. cap. 7. ad an. 1588. Vvandighum Tom. 4. sup. ad an. 1299 §. 66. quo tamen tempore id minimè accidit, sed forte, circa an. 1428. vel 1429 §. 5.

S. Margaritæ Reginæ f] ita Ferrarius sup. ex Molano in additionib. ad Vsuardum & Canisio, hac die, Forsan ob eius translationem, à nepote eius, Alexandro III. Rege Scotiæ: factam. Conuocatis quippe ex toto Regno cœnobiarchis, Episcopis ac Baronibus ad Deum Fermilem, celebribus, ac multis supplicationibus prius habitis, ossa S. Margaritæ, terra effossa, capsolæ argenteæ multis ornatæ gemmis imposuit. Quumque Episcopi omnium consensu in adytum templi deportare conarentur, ac peruentum iam esset ad Malcolmi mariti sui sepulchrum, repente omnes immobiles constitere. Capsula enim, cui sacræ inerant reliquiæ, sepulchro Malcolmi impressa adhæsit, nec vlla vi moueri potuit Quo miraculo stupefacti omnes, cùm haud inuenirent tam nouæ rei causam; venerandus quidam senex, spiritu Diuino afflatus, sublata voce, vt cuncti eam intelleexaudi- §. 6.
rent;

Margaritam, inquit, marito, quam viuo semper exhibuit reuerentiam, eam mortuo denegare nolle. Quamobrem, non prius eam sese vestris manibus in adytum deportari permissuram, quam Malconus maritus humo quoque effossus lateri adiungatur, quod vbi Regis imperio factum est, tum denique sublata cum marito, in adytum delata est: atque in hodiernum vsque diem, multa populi veneratione, simul cum Malcolmo culta. Scribunt de ea Hector, lib. 13. Histor. Scotor. Odericus Reynaldus Tom. 13. Annal. Eccles ad ann. 1249. § 11. Bzouius ibid. Tom. 1. ad ann. 1250. § 9.

§. 7. *B. Notburga, Virgin.* g] Honestis parentibus, probis, & admodum piis, Rottenburgi sub. ann. Christi 1267. nata, castèque & sanctè educata: modesta Christi ancilla & Virgo, cum ad ann. ætatis 18. peruenisset, cuidam optimati adhæsit, vt domus suæ curam agens, rebus cæteris inseruiret: quo in ministerio summis virtutibus enituit: nam benignitate, charitate, labore, ieiunio, paupertatis amore, patientia simplicitateque, omnes superabat. Illa profestis & feriis sacris, defuncta laboribus, Deo precibus lucrata, cœlum cogitationibus petebat. Deique beneficiis in genus humanum per filium collatis animo perpensis, mentem cœlestibus epulis explebat. Migrauit ad Dominum ann. 1313. miraculis ante & post obitum illustrata: quibus permoti Episcopi & fideles, sacella in eius honorem extruserunt. Hæc ex Francisci Gozenij & Hippolyti Guarionij MSS. Monimentis. Radero in Bauaria pia pag. 155.

QVINTO-DECIMO CALENDAS NOVEMBRIS.

TERGESTI in Istria, sanctarum [a] Euphemiæ & Theclæ, Virginum & Martyrum: quæ sub Gallieno Imperatore, pro fidei testificatione, prælati certaminis cursu confecto, coronam cœlestem reportarunt. Cordubæ Natalis sanctæ [b] Victoriæ, Virginis: quæ in persecutione Diocletiani, iussu Dionis Præsidis, sæuissimè cruciata, palmam à Domino illustri meruit Passione obtinere. Apud Dunelmum, in Northumbria, haud procul ab ora littorali Orientali, sanctæ [c] Hildæ, Virginis, Abbatissæ, Benedictini Ordinis; quæ cunctas sibi in Christo subditas ad sanctè agendi studium salutaribus documentis & virtutum suarum admirabilium exemplis, inflammauit, hisque locupletata gratiæ diuinæ fœnoribus, euocata est, ad præmium. Bingii in Territorio Moguntinensi, sanctæ [d] Hiltrudis, Virginis, eiusdem instituti: quæ cœlestis vitæ affectibus incensa, virtutum laude maximè floruit. Cracouiæ in Polonia, beatæ [e] Salomeæ, Virginis, Regis Halicierum vxoris; quæ sub habitu Clarissarum, vitæ sanctimonia & miraculorum frequentia extitit inclyta. Xeresii, in Territorio Pacensi, Beatæ [f] Mariæ à Iesu, Virginis Tertianæ Franciscanæ; eximia vitæ castimonia, strenuoque mundi contemptu, & sincero Christi amore spectabilis. Florentiæ Dormitio Beatæ [g] Theodoræ Landi, Virginis, Ordinis sancti Dominici, miro pietatis feruore, obedientia, & patientia insignis. Viennæ Allobrogum, sanctæ [h] Euphrasiæ Viduæ: quæ misericordiæ operibus referta, & charitate plena, intra gaudium Domini est excepta ad gloriam. In Belgio, commemoratio sanctæ [i] Patraliæ, Virginis & Martyris.

NOVEMBRIS XVII.

§. 1. SAnctarum *Euphemiæ, &c. Virg. Martyr.* [a]] Ita Ferrarius, in Catalogo generali Sanctorum, hac die, ex tabulis Ecclesiæ Tergestinæ. De his Nicolaus Nuruzolus in Historia Istriana. Diuersæ sunt ab illis, quæ passæ referuntur sub Nerone Aquileiæ, & & coluntur ibid. 3. & 19. Septemb.

§. 2. *S. Victoria, Virg. Martyr.* [b]] Patrem habuit S. Marcellum, Martyrem: quæ à Dione Præside comprehensa, ad primam eius confessionem, iussit seuerissimis tormentis ad plantas pedis cruciari. ac postmodum in carcerem obscurissimum detrudi; quò ab Angelis fuit visitatione confortata, & ciborum alimonia refecta sequenti ergo die, iussit Præses, vt in flumen demergeretur, ingenti ad collum eius saxo appenso. Verum Angelico suffulta patrocinio, ambulabat per aquam, perinde atque in campo aliquo posita fuisset: cui & Christus apparuit cum multitudine Angelorum: cuius aspectu maximopere iucundabatur; præses verò amplius ex hoc irascebatur: quare varia excogitat supplicia, sicque B. Victoria conijcitur in rotas, suppositis ignibus; vt hoc modo grauius torqueretur, non repentina, sed lenta quadam inflicta morte. Sed facta oratione, factum est, vt flammæ ignis insilientes in circunstantes, multos ex gentilibus interfecerint, Interim verò sine illo dolore, quin potius maxima cum delectatione versabatur S. Virgo, ac si in molli aliquo iaceret lecto: quæ omnia magicis artibus tribuens præses, præcepit

B. Victoriæ amputari mammillas, & pectus crudelissimè excarnificari: pro sanguine autem ex ipsis vlceribus lac emanauit: altera die iussit ei Tyrannus linguam amputari, & postea sagittis transfigi, sicque euolauit in cœlum: vna cum fratre suo S. Acisclo qui capite plexus est ann. 304. Ad quorum testandā beatitudinem rosæ purpureæ iuxta eorum tumulum diuinitùs ortę narrantur: quorum corpora à Carolo magno ex Hispania in Galliam allata, Tolosę ab ipso, in Ecclesia S. Saturnini, qua par est reuerentia, condita asseruantur. De eis agunt. Beda. Vsuardus, Ado Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. 303. Ferrarius, in noua Topographia ad Martyrologium Romanum, verb. *Corduba*, Saussayus in Gallicano Martyrologio, eadem die, Prudentius Hymno 4. de Martyrib. Cęsaraugustan. inperistephan. Breuiarium Toletanum, Vasęus in Chronic. Hispan. ad annum 306. Ambrosius Morales in Appęndic ad Eulogium cùm agit de SS. Cordubens. Eccles. Villegas in Flore Sanctorum Hispan. Trugillus in Thesauro concionator. Ioannes Abletus Maldonatus, Lippelous Haræus, Ribadeneira, &c. hac die, Petrus de Natalibus lib. 1. catalog. Sanctorum, cap. 70. Ferrarius in catalogo generali Sanctorum, eadem die.

§. 3. *S. Hilda, Virg. Abbatiss. c*] Filia erat Henrici Eduini Nordahumbrorum Regis nepo is, quæ studio perfectæ Religionis, audita celebritate Monasterij Calensis, Parisiensis Diœcesis, ex Anglia in Franciam traiecit, præfatam Parthenonam adiens, vbi ex humili voto excepta, peregrinam pro Domino duxit vitam; reuersa autem in Angliam Monasteria Streanesbalchi, &c. regenda suscepit; vbi Abbatissa facta, hæc religiosissima Christi famula, omnes qui eam nouerant. ob insigne pietatis & gratiæ, matrem vocare consueuerant; donec cumulata meritis, sancto fine quieuit, & ad supernam, quam semper optauerat, retributionem peruenit: in cuius laudem scripserunt Beda lib. 3. cap 24. & lib. 4. cap. 23. Trithemius lib. 3. viror. illustr. Ordin. Benedictin. cap. 123. Wigorniensis ann. 655. Vvestmonasteriensis, anno 680. Capgrauius in legenda SS. Angliæ, Campdenus in descriptione Comitatus Eboracens. §. Nort Rumding. lib. 1. de Gestis Reg. Angl. cap. 3. Polydorus lib. 4. Harpsfeldius Histor. Eccles. Anglic. sæcul. 7. cap. 27. & 36. Molanus in Appendice ad Vsuardum, Vvion. lib. 4. Ligni vitæ cap. 28. & in Martyrologio Benedictino. Saussayus in Martyrologio Gallican. hac die; quo decessit è vita anno Christi 680, ætatis verò suæ anno 62. Eduardus Maihew, Tom. 3. Trophæor. Congregation. Anglic. Benedictin. eadem die, Menardus lib. 1. Obseruation. ad Martyrologium Benedictinum. Pitseus Tom. 1. ætat. 7. numer. 76 de illustr. Britann. Scriptorib. Lipomanus in vita eius. Ferrarius sup. Baronius Tom. 8. Annal. Eccles. ad ann. 680. & Galesinius, Gisius de clericis Regularib. sect. 16. §. 1. Morisius lib. 2. cap. 2. Ludouicus Iacob, in Bibliotheca illustr. fœminar.

§. 4. S. *Hiltrudis, Virgin. d*] Dies eius Natalis est, obiitque ann. 1177. Bingij, vbi Monialis erat: prout testatur Trithemius in Chronico Hirsaugiæ, vbi de Conrado Abbate & de S. Hildegarde ad annum 1148. Vvion. in Martyrologio Benedictino. Ferrarius, sup. & Gononus lib. a Patrum Occident. in vita eius. Filia erat Comitis Megenhardi, Spanheimensis; Virgo speciosissima ac deuotissima; quæ amore cœlestis Regni, latum in terris dominium respuit, & sanctæ conuersationis habitum, in monte S. Disibodi, sub disciplina D. Iuttæ Virginis, suscepit; qua in cœlos abeunte, Beata Virgo Hildegardes, eius magistra, testimonium sanctitatis de ea perhibuit.

B. Salomea, Virgin. Regin e] *Salomea* etiam dicitur, Lesci, siue Leskonis, Cracouiæ ac Sandomiriæ Ducis filia extitit: Boslelai autem pudici, Poloniæ Regis soror, vxor verò Colomanni Hungari, Andreæ Regis filij, & Belæ IV. atque S. Elisabethæ fratris; qui postea factus est, Russis Principibus expetentibus, Galliciæ, siue Haliciæ Rex. Tertio suæ ætatis anno ducta est in Hungariam, futuris nuptiis adaptanda, ita postulantibus Andræa Rege, Baronibus & Consiliariis Regni. In infantili hac ætate, à Spiritu sancto præuentam ostendit optima indoles, & sancta ac matura nimis conuersatio: pietati quippe supra ætatem omninò dedita fuit. Thoro maturis solemni ritu parantur nuptiæ, sed animo potius copulantur: pacti prima nocte, vt propter conditoris amorem, à carnis operibus abstinerent; promittentes firmiter suæ purissimæ castitatis lilia, perpetuò immarcescibiliter inuiolata conseruare: quod veraciter complendo per duodecim annorum spatium & amplius simul manentes, Agnum sine macula sponsum Virginum progressu mundissimo sunt secuti. Resque mundanas & corporis commoditates B. Salomæa, ex animo semper neglexit; imò corpus suum cilicio iugiter edomuit, & multiplici sensuum mortificatione, animum recreabat ad Christum. Colomanno mortuo, circa ann. 1235. operibus pietatis totam se dedit: & facultates in refocillandis pauperibus, extruendisque Minorum, & Clarissarum domiciliis, omnes distribuit. Demùm mundi vanitatis pertæsa, S. Claræ instituto se addixit, facta monialis circa an. 1255. Prandotha, Episcopo Cracouiensi, imponente illi velum sacræ Religionis, adstante F. Raymundo, Franciscano, Prouinciæ Polonię Ministro, in Monasterio Zauichostensi; deindè in Scalensi sanctè piéque conuersata est. Tandem infirmari cœpit 4. Idus Nouembr. dúmque attentè, infra Missarum solemnia, recitari audiret Euangelium, summa patientia, & æquanimitate, ægritudinis molestias passa, prędixit, in proximo imminere sarcinæ deponendę diem, quod & euenit, moriente illa, in Sabbatho sequenti, anno 1268. hac die. Cuius sacrum corpus, dùm per 7. dies in feretro iaceret in choro monialiū incorruptum, odorem spirans gratissimum, & oleum sudans saluberrimum: decidit ex ore, & naribus sanguis super ceruical subiectum. & linteolum, quo caput eius obtegebatur: quæ religiosè seruata, plurima patrarunt miracula. Nam mortuos suscitauit, vulneratís ad mortem dedit sanitatem, cæcos illuminauit, contractos erexit, à partus periculo mulieres liberauit: &c. Scribunt de ea Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Ferrarius in catalogo generali Sanctorum 7. loco 17 Nouemb. Rayssa in Auctario ad Natales Sanctorum Belgij Molani, sub 19. Nouemb. Valerius de Sanctis Fœminis Ordinis Minorum libro secundo, capite octauo. Thielmans. Tom. 2. vitar. Sanctorum Seraphic. Ordin. Cromerus de Rebus Polonic., Tom. . libro septimo & nono, Matthias Michowius ibid. libro tertio, capite trigesimo secundo & quinquagesimo septimo. Longinus libro septimo ibid. Bartholomęus Pisanus, libro primo conformitat. fruct. 8. parte secunda. in secundo Ordine Minorum Sanctæ Claræ. Tossinianus libro primo, Histor. Seraphic. ibid. libro secundo, in Prouincia Poloniæ. Vbi de Custo- §. 5.

dia Craconiæ. Firmamentum trium Ordin. Minor. part. 1. Tract. de illustrib. viris ac fœmin. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in BB. Fœminis 2. ac 3 Ord. Min. Salazar lib. 5. Chronic. Prouinc. Castellæ cap. 20. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciscan. Bzouius Tom. 14. Annal. Eccl. ad an. 1254 §. 4. & an 1264. §. 13. Vvadinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad an. 1235. §. 12. & Tom. 2. ad 1254. §. 35. & 1258. §. 27. ac 1268 § 45. & seq. Tom. 5. ann. 1456. §. 84. Odericus Tom. 14. Annal. Eccles. ad ann. 1268. §. 55. Volens anno sequenti 4. Calendas Iulij, corpus eius translatum fuisse Craconiam apud Fratres Minores. Bosius Tom. 2. de signis Eccles. lib. 25. cap. 10.

§. 6. *B. Mariæ, Virg. Tertiar. f*] Hæc religiosissima Christi famula, tertium Minoritanum institutum professa, vigiliis, ieiuniis, orationibus intenta, erga pauperes & infirmos, misericordia abundabat: quæ mortis horam præsciens, habitum & vestes consuit, & parauit, eo modo, quo defunctis sororibus adaptantur, ac paulò post, septuagenaria, sanctè decessit in monasterio Neresij. Ita referunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Monimenta MSS. Prouinciæ S. Michaelis in Hispania. Vvadinghus Tom. 7. sup. ad ann. 1449. §. 41.

§. 7. *B. Theodora, Virg. g*] Iuuenis religionem ingressa, paucis annis in ea superuixit, scilicet 5. annorum spatio: quo paruo tempore multis fulsit virtutibus, ac sanctis moribus. Nam feruebat ad orationem, promptissima ad obedientiam, & stricta obseruatrix Regularis disciplinæ semper apparuit: mitis & affabilis in omnes, in infirmitate patientiæ speculum, in resignatione sui mirabilis extitit. Sancto fine obdormiuit, hac die, in Christo anno 1539. iuxta Razzium, part. 2. vitar. Sanctorum ac Beatorum Ordinis Prædicatorum, in ea, sepulturam nacta apud Monasterium sanctæ Catharinæ Senens. Florentinæ vrbis, cuius erat alumna. Ioannem à sancta Maria ibid. lib. 3 & Bosium Tom. 1. de signis Eccl. libro duodecimo capite vigesimotertio.

S. Euphrasia, Viduæ. h] Vxor extitit sancti Namati, Viennensis Episcopi, quem secuta est ad Beatæ lucis visionem; quæ pari orta nobilitatis splendore, operibus iustitiæ & pietatis assueta, facilè, vt electus vir eius consecraretur in Episcopum indulsit; cuius & effecta, de coniuge soror, eiusdem pios fouens conatus, opibus suis ipsimet adiumento fuit, vt continua solatia egenis, afflictisque quibus impertiretur. Quo defuncto, propius Deo consociata (vt sacer mysta prædicat) exulibus, viduis, captiuis, omnia sua effudit, sicque paupertate facta diues, cùm ad cœlos quas sequeretur opes transmisisset, exili vitæ spatio, æternum mercata diem, cum Beato viro in Christi regno, fœlici migratione suscepta est. Vide Saussayum, in Martyrologio Gallicano, hac die. De qua Baronius Tom. 7. Annal. Ecclesiæ ad annum 588. §. 22. ex Epitaphio eius à Fortunato edito, lib. 4. cap. 27. §. 8.

Commemoratio Sanctæ Patraliæ. i] De ea scribit hæc pauca, Raissa in Auctario ad Natales SS. Belgij. Molani sub. 9. Decemb. vbi de Translatione S. Leocadiæ Virginis & Martyris. Cùm (inquit) per 400. annos Religiosi sancti Gisleni in cella adseruassent, Philippus II. Rege Hispaniæ procurante, ex licentia Gregorij XIII. relatum est Toletum corpus S. Leocadiæ Virginis & Martyris 6. Calend. Maij, anno 1587. Quiquidem Religiosi in commutationem corpus S. Patraliæ, Virg. & Martyr. obtinuerunt, cuius dies festus 17. Nouemb. recolitur. §. 9.

QVARTO-DECIMO CALENDAS NOVEMBRIS.

ALEXANDRIÆ, Natalis sanctæ [a] Potameniæ, Virginis & Martyris: quæ sub Maximiano Imperatore, à præfecto Alexandrino, primùm variis cruciatibus atque tormentis, fides eius atque castitas est examinata, sed fortis & constans, semper euadens, ad vltimum in lebetem ferventi pice repletum, & ingenti igne succensum, iniecta, spiritum ad cœlos emisit. In agro Rhemensi, vico Synduno, ad pagum Ducomensem, Passio sanctarum [b], Oricolæ, & Basilicæ, sororum, Martyrum. Parisiis, sanctæ [c] Audæ, Virginis, Beatæ Genouefæ discipulæ. Santareni in Territorio Vlyssiponensi, Beatæ [d] Helenæ à sancto Antonio, Virginis, Clarissæ; quæ Regio sanguine nata, tanta humilitate & charitate enituit, vt omnibus perfectionis normam præbuerit, & signis admirandis floruerit. In pago Chalderiaco, agri Cameracensis, Beatæ [e] Amaltrudis, Viduæ insignis pietatis ac Religionis Fœminæ. In Belgio Beatæ Dulciæ. Martianis in Diœcesi Attrebatensi, Eleuatio [f] sanctæ Eusebiæ, Virginis Abbatissæ.

NOVEMBRIS XVIII.

§. 1. *SAncta Petamenia, Virg. Martyr.* [a]] Variè nominatur *Petamenia Petamiana*, *Potamiana*, & *Petamiæna*. De qua sic habet Palladius cap. 3. Histor. Lausiacæ. *B. Isidorus, Xenodochus, qui B. Antonium conuenerat, narrauit mihi, se ab eo audiuisse rem dignam, quæ mandetur litteris: Petamiæna, quædam puella formosissima: tempore Maximiani persecutoris, fuit ancilla, cuiusdam intemperantis & libidinosi. Quam cùm multum rogasset, & ei vana promisisset eius Dominus, eam non potuit decipere. Quo factum est vt is tandem furore percitus, eam traderet præfecto Alexandrino (qui erat eo tempore) tanquam Christianam, & quæ tempora & Imperatores insectaretur maledictis propter persecutiones: pollicitus se ei magnam pecuniæ vim daturum, ob eius calamitatem, dicens. Si ei persuaseris, vt meæ desiderio assentiatur, eam custodi, nulla affectam supplicio; quòd si mansisset in ea; quam ab initio ostenderat austeritate, rogauit, vt ea supplicio affecta, moreretur: ne, dicens, viua, meam irrideat intemperantiam. Producta autem ante tribunal, Virgo fortis, diuersis ad pœnas comparatis instrumentis, corpore fuit excruciata; & aduersus multas ac varias rationes, mente tanquam turris firma ac stabilis resistebat. Inter instrumenta autem suppliciorum, crudelius quoddam tormentum, ab eo, qui tunc erat Iudex, inuentum est. Iubet enim magnum lebetem pice repletum vehementissimo igne accendi. Cùm bulliret ergo pix, & valdè arderet: conuersus ad illam Beatam, sæuus Præses, dixit: Abi, parce voluntati Domini tui: alioqui vt intelligas, iubeam te deuolui in lebetem. Illa verò respondit, dicens: absit, vt sit Iudex adeò iniquus, qui me iubeat parere libidini & intemperantiæ. Ille itaque furore percitus, iubet eam exui: & in lebetem iniici. Illa verò vocem emittit, dicens: per caput Imperatoris, quem tu times, si statuisti sic me supplicio afficere, ne iusseris me exui: sed iube me paulatim in picem feruentem demitti: vt videas, quantam mihi largitus est patientiam Christus, quem tu ignoras. Quæ sic paulatim demissa spatium trium horarum, emisit spiritum, cùm pix peruenisset ad eius collum.* Eadem referuntur in paradiso Heraclidis cap. 1. cui assentiunt. Rosweydus ibid. in notis. Vincentius lib. 17. speculi Historial. cap. 65. D. Antoninus part. 2. Chronic. Titul. 15. cap. 8. §. 4. Fulgosus lib. 6. memorabil. cap. 1. Baronius Tom. 3. Annal Eccles. ad ann. 310. & in notis ad Martyrologium Romanum, sub 28. Iunij. Vbi de alia S. Potamiæna, omninò diuersa ab ista: vti scitè obseruarunt præfati Authores.

§. 2. *SS. Oricola, &c. Martyr.* [b]] Hæc à Wandalis Gallias diripientibus, pro Christo, necatæ sunt circa ann. 408. vel 410. Quarum corpora tempore Sculfi, Archiepiscopi Remensis, sub. ann. 924. leuantur de terra, humo prius spontè patefacta, & loculo, in quo iacebant, vltrò sursum mirabiliter eleuato. Apud prioratum Syndunum, vulgo *Senue*, ab Abbatia S. Remigij Rhemens. dependentem, in agro Ducomensi, Gall. *pays de Doulcon en Champaigne*: Itinere diei mediæ, ab vrbe Rhemensi. Vide Flodoardum libro primo Histor. Rhemens. capite octauo, Surium, hac die, Renatum Benedictum, in vita earum, in additis vitar. Sanctorum ad Tom. 3. ead. die, & Saussayum in Gallicano Martyrologio; vulgo nominantur Sanctæ *Oricle*, vel *Orique*: & *Basilique*.

§. 3. *S. Auda, Virg.* [c]] Hæc S. Genouefæ Virginis asseclа, ab ipsaque informata, perfectæ pietatis, castimoniæ, abstinentiæ, ac humilitatis exemplis: & magnis quoque cœli potita fauoribus: splendidam decore animam, post decursum immaculatæ vitæ tramitem, ad sponsum æternum transmisit. Cuius sacræ exuuiæ, in Basilica sanctæ suæ informatricis venerantes repositę, ipsius in sacrario, cultu religioso conseruantur: atque ad triumphalem processum, vnà cum S. Clothildis Reginę Lipsanis efferuntur, quoties S. ipsius Genouefæ venerabile corpus: ad sanctissimæ Deiparæ, Mariæ Virginis, Templum Metropolitanum, solemni supplicatione deportatur; maximè à tempore S. Ludouici Regis Franc. qui cùm pro sua pietate, summè optaret insignia Dominicæ Passionis, eius opera in Galliam asportata, singulari veneratione honorari à populis, indita publica solemnique processione, capsa S. Audæ, illuc delata est. Memoratur à Molano in Additionibus ad Vsuard. Ferrario, in catalogo generali Sanctor. Saussayo in Martyrologio Gallicano, hac die. & Brulio lib. 2. Antiquitat. Parisiens. vbi de Abbatia S. Genouefæ Virg. Lutetiæ Parisior. Dicitur autem S. *Alda*, & *Auda* vide officium proprium Sanctorum eiusdem Abbatiæ.

§. 4. *B. Helena, Virg.* [d]] Constat Monasterium S. Claræ, extra muros oppidi Santareni, Vlyssiponens. Diœcesis; sumptibus Alphonsi III. Portugalliæ Regis, cœpisse ædificari anno 1259. atque inhabitatum fuisse anno. 1272. à sororibus sub. 2. Regula ipsius S. Claræ. Huiusmodi autem opus mirum in modum promouit, hæc pientissima B. Helena, præfati Regis legitima filia, quæ collatis omnibus suis bonis, ipsis sanctimonialibus adiungi voluit: Inter quas valdè emicuit, vitæ sanctimonia, atque omnibus virtutibus, præcipuè verò humilitate atque charitate exornata: nam perpetuo, vel culinæ, vel valetudinario, vel huiusmodi officinis, in quibus hæ virtutes exercentur, à suo in Religione ingressu, totis viribus incubuit: quam & propterea Deus multis miraculis illustrauit: in his, Cùm huius Virginis ossa, alium in locum inferenda, processionaliter à Monialibus per valetudinarium deferrentur, quotquot lectulis decumbebant sorores, impetrata ex tempore, eius meritis sospitate, sacra pignora secutæ sunt. Hæc & alia testantur Martyrolog. Franciscan. hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Originis Seraphic. Religion. in eo Monasterio, quod est 5. Prouinc. Portugall. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 39. Mariana de reb. Hispan. lib. 3. cap. 22. Vasconcellus in Descriptione Regni Lusitaniæ, vbi de Fœminis Sanctitate nobilib. §. 11. Vvadinghus Tom. 2. Annal Minor. ad ann. 1259. §. 18. Valerius lib. 4. de SS. Fœminis Ordin. Minor. cap. 40.

§. 5. *B. Amaltrudis, Vidua* [e]] Hæc illa est, cuius mentio habetur in Actis S. Maxellendis, Virginis & Martyris: apud Surium ad 13. Nouemb. quam præcipuo colebat honore, Autographum prodamus. *Vbi autem cædis huius fama increbuit, parentes Virginis, cum multis aliis tristes eò properant, honorificas ei exequias celebrant: plerique etiam è clero corpus feretro impositum, in Basilica BB. Petri & Pauli, Apostolorum, sanctique Sulpitij, quæ in proxima pago, quem Pamerio'as vocant, condita est, sepulturæ mandarunt. Post annos tres, fœmina quædam*, Amaltrudis *nomine, vidua religiosa,*

quæ

eam Basilicam condiderat, & illic vigiliis & precibus assiduè vacans, non nisi ad breue tempus indè exibat: cum noctè quadam, fessa mēbra quieti dedisset, è cœlo lapsam audiuit vocem, ipsam admonentem, vt ad B. Vindicianum, Cameracensem Episcopum, eat, illumq; horteur, vt corpus S. Virginis è terra leuatum, ad locū cadauerum reporter; quòd Deus illic signis & miraculis eam illustrare velit. Refert illa quæ audierat ad Episcopum, isque nihil hæsitans, certo die, adiunctis sibi non paucis è clero, & vita religiosa viris, quibus se iunxit ingens populi multitudo, fama rei quæ acciderat, excita, ad Virginis sepulchrum properat. Cùmque eò ventum est, cum metu & reuerentia leuatum è tumulo corpus sacrum, in feretro congruè preparato, componitur: & cum Hymnorum, Psalmorumque modulatione, ad locum, qui Chaldericus, dicitur, deportatur.

B. Dulcia. f] Patria Messinensis erat; cuius meminerunt Iacobus Marchantius in descriptione Flandriæ; & Sanderus in Hagiologio Flandr. §. 6.

Eleuatio S. Eusebia, Virg. Abbatiß g] Egimus superius 28. Octob de ipsius Translatione; nunc verò de eiusdem Eleuatione agitur: ex Molano in indiculo Sanctor. Belgij, & Ferrario, in catalogo generali Sanctorum, hac die. §. 7.

TERTIO-DECIMO CALENDAS DECEMBRIS.

IN Saxonia, apud Islebium oppidum sanctæ a Mechtildis, Virginis, Monasterii Elpidiani, Ordinis Benedictini: quæ Spiritu sancto plena, variis donis cœlestibus, ac diuinis reuelationibus, extitit adornata. Vercellis, Beatæ b Barbaræ Mediolanensis, Virginis Clarissæ: quæ illic prima Abbatissa existens, tantùm sponso Christo placuit, vt ante & post obitum, ab eo gratia miraculorum decorata sit. In Anglia, veneratio sanctæ c Ermenburgæ, Reginæ, & Abbatissæ, Ordinis Benedictini; quæ vitæ Monasticæ zelo flagrans, sanctis moribus & exemplis, præfulsit ad salutem. Apud Marpurgum, Hassiæ oppidum, in Germania, Depositio, sanctæ d Elisabeth, viduæ, Andreæ Regis Hungarorum filiæ: quæ sub habitu tertii Ordinis Minoritani, pietatis operibus assiduè intenta, & miraculis clara, migrauit ad Dominum, quam Gregorius nonus, Papa Sanctorum Catalogo adscripsit. In Territorio Leodiensi, propè Namurcum, Beatæ item e Elisabethæ, Cistertiensis Ordinis sanctimonialis; diuinis fauoribus, ob vitæ puritatem, & morum integritatem cumulatæ.

NOVEMBRIS XIX.

§. 1. *SAnctæ Mechtildis, Virg. a*] Nobili genere nata, in Saxonia sororem habuit, S. Gertrudem Virginem, de qua sup. 12. Nouemb. Cùm verò esset annorum septem, mater eius die quadam, cum infantula Monasterium adiit, quod erat propè castrum, cui parentes eius præerant, in quo, contra matris voluntatem, cum magno gaudio remansit; & per seipsam rogans moniales sigillatim, vt eam in suum consortium assumerent, obtinuit: nec postea minis aut blanditiis parentes indè eam potuerunt amouere. Statimque miro modo cœpit in Dei amore, & deuotione eximia feruere: spiritusque eius mellíflua suauitate crebrò in Deo exultare. Proficiens ergò de die in diem omnium virtutum summam apprehendit. Eratque miræ dulcedinis, magnæ humilitatis, & multæ patientiæ, paupertatis amatrix, & eximij feruoris & deuotionis, maximè autem in charitate proficiens, quantum ad Deum & homines, omnibus se amabilem & seruilem exhibebat. Zelo etiam pietatis super tribulatos & tentatos mirabiliter mouebatur; & eis sicut vera mater, in omnibus solamen & solatium ministrabat: ita vt quicumque accessisset, consolatus rediret & instructus. Ab omnibus nimiùm amabatur eique associari quælibet affectabat: vt ex hoc multa impedimenta videretur habere. In his autem cœpit ei Deus familiaris effici: etiam cùm valdè iuuenis esset. Denique in omnibus tam copiosè eam Deus sua perfuderat gratia, non tantum spirituali & gratuita, sed etiam naturali, scilicet scientia & intellectu, in vocis sonoritate, vt in omnibus monasterio perutilis videretur, ac si Dominus in ea donorum suorum nihil fuisset oblitus. Insuper benignus Dominus flagella sua in ea sic continuabat; vt dolore capitis, ac vitio lapilli, & nimio calore fœtoris, penè frequenter laboraret: quæ omnia libentissimè & lætissimè suscipiebat. Annuntiationis Dominicæ, die quadam, cùm peccata in amaritudine animæ recogitaret, vidit Dominum Iesum in solio sublimi, qui ei omnium peccatorum suorum veniam dedit. Cùm autem instaret tempus nobilissimi conuiuij, quo ipsa dilectum animæ suæ Iesum perciperet in sacratissima Communione audiuit eum sibi dicentem: *Tu in me, & ego in te: & in æternum non derelinquam te.* Feruens quippe erat eius amor in Christum, & B Virginem Deiparam, à quibus sæpè dignata est visionibus cœlestibus, & fauoribus diuinis repleri: in oratione magnos excessus mentis habebat; sæpiusque raptus & extases patiebatur: vnde sublimis erat contemplationis dono, ac spiritu prophetico illustrata: necnon reuelationibus ditata: quæ quinque libris comprehenduntur à se editis. Demùm instante morte, cùm Sacramentis Ecclesiasticis seipsam muniisset, senex, & plena dierum, virtutibus & miraculis clara, decessit è vita, circa ann. 1300. hac die, in Monasterio Elpidiano, cui tunc præfata soror eius S. Gertrudes præerat Abbatissa, vti scribunt, Menardus in Martyrologio Benedictino, & lib. 2. Obseruation. ad illud. Gononus de vitis Patrum Occident. lib. 4. ex Codice antiquo Bibliothecæ Monasterij SS. Trinitatis de Marcossiaco, Ordin. Cœlestin. Iacobus Ferraige, in vitæ eius, ex Wione; lib. 5. ligni vitæ, Ramo 9. cap. 90. Ludouico Blosio; in Monili spirituali. Tilanno,

Brendenbachio, Beato Rhenano, Ioanne Lanspergio; Posseuino, Myræo, &c. Galterius in Tabula Chronographiæ, de scriptoribus sacris ex Coccio, sæcul. 13. Stengelius in Imaginibus Sanctor. Ordin. Benedictin. Ludouicus Iacob. in Bibliotheca illustr. fœminar. & alij.

§. 2. *B Barbara Virg. Abbatiss.* b] Illius meminerunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annutation. ad illud. Gonzaga part. 2. Origin. Seraphic. Religion., in monasterio S. Claræ Vercellar. quod est 9 Prouinc. Mediolanensis, vbi admirandas eius virtutes summatim commemorat: & Wadinghus ad Tom. 6. Annal. Minor. ad ann. 1475. §. 41. à quo cognominatur *Pergamensis*.

§. 2. *B. Ermenburga, Regin. Abbatiss.* c] Eremberti Regis Cantiorum filia fuit: quæ cùm Merwaldo Merciorum Regi nupsisset; vitam tamen, à viro postea obtenta licentia, egit Monasticam; cœnobio in honorem SS. Martyrum Ethelberti, & Etheldreti constructo, circa ann. 654. vbi mirandis refulsit virtutibus, & sancto fine quieuit. De qua Ferrarius in catalogo generali Sanctorum, hac die, Martyrologium Anglicum, Vvion sup. lib. 4. cap. 14. continuator Bedæ lib. 2. cap. 31. Polydorus lib. 4. Histor. Angl. Vvestmonasteriensis ad annum 654. Harpsfeldius in Histor. Anglic. Eccles. sæcul. 7. cap. 10. Vincentius Beluacensis lib. 25. specul. Historial. cap. 39. qui tamen circa tempus, & patrem eius, ab aliis dissentit.

§. 4. *S. Elisabeth. Vidua.* d] Nascitur anno 1207. ab ineunte ætate, summo erga Deum deuotionis existens affectu, lubrica quæque huius mundi contemnere cœpit. Nam etsi postmodum ætate nubilis effecta, Ludouico, Lantgrauio Turingiæ in vxorem data fuerit, tantæ tamen castimoniæ accendebatur amore, vt eo etiam viuente, (quantum ad se attinebat) vouerit perpetuam seruare continentiam. Quantæ autem fuerit deuotionis & humilitatis, quantæve austeritatis & abstinentiæ, quantæ denique largitatis & misericordiæ, non facile commemorare possit. In oratione equidem tanti extabat feruoris, vt sæpius ancillas suas ad Ecclesiam proficiscentes, Gradu concito præueniret: ac si quibusdam clandestinis orationibus, à Deo aliquam singularem gratiam impetrare vellet. A viri etiam persæpè abstinens thoro, vt orationibus insisteret, noctes ducebat insomnes. Ea præterea ducebatur humilitate, vt propter Dei, & Domini nostri Iesu Christi amorem, vilia & abiecta quæque appeteret; Xenodochium pauperum extruxit, quò sua pietate, charitateque eximia, pauperes, orphanos, ægrotos, & infirmos ad se pertrahebat: & fœtore horribiles in proprium sinum reclinabat, ac fœtore correptos & confectos, lauabat, putredinemque ac saniem ex capitibus eorum tergebat: quod alius non modò facere, sed ne dum aspicere præsumpsisset. In Rogationibus autem, seu processionibus publicis, sæpius nudis pedibus pergebat, tanquamque verè pauper, inter pauperes residebat. Ordinem Tertiariarum Franciscanarum professa: singulari ob humilitatem, paupertate, patientia, ac virtutum omnium præ eminentia. Appropinquante verò tempore, quo Dominus dilectam suam, de ergastulo huius vitæ ad se conuocare disposuerat, eidem Christus, festinus apparuit, dicens: veni dilecta mea; veni in præparata tibi æterna tabernacula. & statim post, fœlici exitu, perrexit ad Dominum, hac die, anno 1231. Ex eius sacro corpore, mox suauis odor aromaticus exhalauit: vt incredibili suauitate omnes reficeret. Quam miraculis claram, in sanctorum numerum retulit Gregorius IX. Papa ann. 1235. De ea egerunt Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis. Molanus in Additionibus & Annotationibus ad Vsuard Martyrologium Franciscan. ead. die. & Annotationes ad illud: & alij complures ibid. vti de voragine, Renatus Benedictus, Vicelius, Raderus, Doubletus, Harzus, &c. in vita eius. Myræus in Fastis Belgic. Decretus, part. 2. veræ viduæ, Vaquerius, in Enchiridio benè moriendum: cæteros omitto.

B. Elisabeth Cisterciensis. e] Fuerat antea Begnina, §. 5. *Isabella*, vocata, Hoii commorata, maximæ æstimationis, miræ patientiæ, humilitatis præcipuæ, charitatis immensæ: multa denique pollens gratia & virtute: cuius audita percelebri fama vbique diffusa, quam ad perfectionis, culmen Dominus per multas tribulationes & flagella prouexit, B. Iuliana Virgo (de qua sup. 5. April.) procurauit, vt ipsa in monte Cornelij iuxta Leodium reciperetur in sororem Cisterciensis Ordinis; quod & factum est; & vsque ad vitæ finem perseuerauit; ipsiusque B. Iulianæ, in omnibus tribulationibus, quas passa est, indissolubili charitatis vinculo adhæsit: à qua mors ei prædicitur, anno 1256. euentura. Ipsa itaque B. Elisabeth, prior decessit è vita, propè Namurcum (fortè quia *Hoium*, vulgò, *Hoye*, iacet inter Namurcum & Leodium) cuius funeri interfuit ipsa B. Iuliana De ea scribunt, Ioannes Gilimanus, in vita S. Iulianæ, Virg. Arnoldus Raysse, Ioannes Diestemius Blerus & alij ibid. Henriquez libro primo lilior. Cisterciens. distinct. 3. capite quadragesimo quinto. item in Menologio Cisterciensi, hac die, Bzouius Tom. 13. Annal. Ecclesiæ. ad annum 1230. §. 16. art. 3. quo tempore illustrem visionem, circa institutionem festiuitatis corporis Christi habuit: & cum S. Iuliana, de hac solemnitatate instituenda multum contulit. Saussayus, hac die, in Martyrologio Gallicano.

DVODECIMO

DVODECIMO CALENDAS DECEMBRIS.

TVSCANIÆ in Ethruria, sanctæ [a] Cantiæ, Virginis & Martyris. In Hybernia, Beatæ [b] Anonymæ, Virginis, mira vitæ perfectione insignis. Apud Montem Regalem in Sicilia, sanctæ [c] Catharinæ Poëtæ, quæ eximia virtute fulsit. Apud Monasterium Vastanense in Suetia, Beatæ [d] Catharinæ, Virginis; quæ in omni Monastica obseruantia se exercens, & castę, feruentisque Christi sponsę existens imago, fœlicem exitum sortita est, facta Angelorum conciuis in gloria. Messanæ in Siciliá, Beatæ [e] Franciscettę: Virginis, Clarissæ, quæ humilitate, & paupertate, exornata, cucurrit ad gaudia æterna In Paro Insula, veneratio sanctæ [f] Theoctistæ, Virginis.

NOVEMBRIS XX.

§. 1. *SAncta Cantia, Virginis, & Martyr. a*] Ita Ferrarius in catalogo generali Sanctorum, hac die, ex Tabulis & Monimentis Ecclesiæ Tuscaniensis, vulgò *Tuscanella*, & in Ss. Italiæ.

§. 2. *B. Anonyma, Virg. b*] De ipsa, hæc referuntur cùm S. Columbanus Abbas, adhuc ætate iuuenis, ad ciuitatem religiosæ, ac Deodicatæ cellulam venisset, ab ea, ad melioris vitæ institutum animatus est: quippe, quæ videns in adolescente vigorem: *Ego, ait, vtcumque potui, ad bellum progressa exiui, en duodecim tempora voluuntur, quo e domo carui, & hunc peregrinationis locum expetij, & una, nam deinceps, Christo Præsule, manustiuam tenens, retro respexi; & nisi sexus fragilis obstaret mari transito, potiorem peregrinationis locum petiissem: &c.* Ita acta ipsius S. Columbani Abbatis, apud Surium, hac die, florebat anno 570.

§. 3. *S. Catharina Poëta. c*] Quiescit in Ecclesia Carmelitarum illius vrbis, vulgò *Mon-Real*, de qua Octauianus Caietanus in Idea operis de sancti Siculis & Menardus in 2. Appendice ad Martyrologium Benedictinum.

§. 4. *B. Catharina, Virg. d*] Hæc Mahometanis parentibus nata, & Neapolim captiua adducta; Ioannæ Reginæ Neapolitanæ studio, sacris Christianorum sese addixerat. Ab eadem Regina B. Catharinæ Vastinensi dono data; nomen illius in Baptismo sumpsit. In Vastanensi postea Monasterio, sub eiusdem disciplina, multiplici claruit virtutum ornamento; donec terrena cœlestibus commutasset. Carisbernus Presbyter sanctæ vitæ, animam illius defunctæ, quasi stellam clarissimam ad superna vidit ascendere; monituque cœlesti didicit esse animam Catharinæ, filiæ Principis Tartarorum. Obiit in præfato Vastanensi Monasterio, hac die, ann. Christi 1414. Vti referunt Ioannes Vastorius, Sigismundi 3. Poloniæ & Sueciæ Regis Bibliothecarius, ex authentico Codice examinis vitæ & miraculorum S. Catharinæ Vastanens. qui habetur in Bibliotheca Regia Arcis Cracouiensis & Bzouius Tom. 15. Annal. Eccles. ad annum Christi 1414. §. 35.

B. Franciscetta, Virg. e] Hęc soror fuit B. *Eustochij.* Virg. cuius, ex exhortatione conuersa ad Christum, §. 5. monasticam vitam professa est in Montis Virginum asceterio, apud Messanam in Sicilia. Quæ multa grauia ideò passa est à parentibus & amicis, ingressum eius impedire conantibus: sed iis omnibus, diuina virtute superatis, mirum in modum se accinxit, ad stadium supernæ vocationis. Nam pro fundamento ędificandę perfectionis, ponens humilitatem, sororum Laicarum statum assumpsit, vt abiectiora compleret, stultamque fingens se esse altiores dignitates cautè diffugiebat, paupertate altissima gaudebat; qua nusquam vestibus vtebatur nouis; nec lecto decumbebat proprio, nec loco particulari sedebat in oratorio, seu in mensa, sed semper in pedibus stabat. Mira patientia in aduersis prędita erat, his, aliisque virtutibus adornata, fœlix excessit è vita, anno 1484. cuius corpus sepultum est in eodem Monasterio: ipsa verò post modum gloriosa apparuit, B. Eustochio sorori suę, Virgini pręfatæ. Illius meminerunt, Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud Marcos Vlyssiponens. part. 3. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 8. ad an. 1484. Tossioianus lib. 1. Histor. Seraphic. Bzouius, Tom. 18 sup. ad an. Christi 1485. §. 25. à quo *Francischina* vocatur, Morolos, lib. 4. Histor. sacrar. Religion. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 2. cap. 39. Vvadinghus Tom. 7. Annal. Minor ad ann. 1484. § 42. & 43. eam vocans *Franciscam Messanensem.* Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

S. Theoctista, Virg. f] Sic Ferrarius, sup. ex Grę- §. 6. cis, hac die: cuius natalem supra notauimus ad 10. Nouemb. quare Translatio, vel commemoratio illius hodie coleretur.

VNDECIMO CALENDAS DECEMBRIS.

HIEROSOLYMIS, Præsentatio Beatæ Dei genitricis, semper Virginis, Mariæ in Templo. In Perside, sanctarum [b] Susannæ, & sociarum, Martyrum. In Ægypto apud Tabenensiotarum Monasterium, ad Nilum flumen, sanctæ [c] Tabithæ, Virginis; quæ propter Deum stultam se esse simulans, admirandis virtutibus insigniter refulsit. Brigantii in Galloecia, Beatæ [d] Claræ Rodericæ, Virginis, Clarissæ: quæ incredibili abstinentia, deuotione & silentio, emicans, humilitate etiam, & charitate ardentissima abundauit. Tolosæ depositio Beatæ [e] Margaritæ de Polastron, viduæ, Priorissæ Ordinis Fuliensium; quæ amore cœlestis patriæ accensa, sæculi voluptatibus & diuitiis, quibus affluebat, contemptis, asperum vitæ genus vltrò assumpsit, vitæque sanctissimæ tramitem, cæteris, suo fœlici exemplo, dereliquit. Panormi in Sicilia; solemnitas sanctæ [f] Nymphæ Virginis & Martyris.

NOVEMBRIS XXI.

§.1. PRæsentatio B. Mariæ, Virg. a] Hæc Festiuitas: cùm apud Græcos in eorum Menologio iam pridem fuisset celebrata; indè in Ecclesiis Galliarum, maximè in Ordine Franciscano, recepta est, ex deuotione Caroli V. Regis Christianissimi, cognomento *Sapientis*; cuius facti pietatem ea in re Summi Pontifices Pius II. Xistus IV, & Paulus II. collaudentes, Apostolicis suis apicibus, eandem celebritatem propagarunt per vniuersum Occidentem, spiritualiaque munera, ex Thesauro militantis Ecclesiæ, iis, qui deuotè idem festum colerent, impertierunt, Minoritas in huiusce festi celebritate secuti sunt, RR. PP. Cœlestini, indeque, hoc tempore nouissimo, Virgines sacræ, de ipsius Beatissimæ Deiparæ *Visitatione* nuncupatæ (quarum Congregationis in Gallia, pius Franciscus de *Sales*, Gebennensis Episcopus, author fuit) quæ hac die, Anniuersario cultu suas renouant professiones, solemniùs quàm per reliquos anni menses, ex speciali tanti Pontificis, illarum Patris instituto. Hæc ex Martyrologio Romano, Baronio ibid. in notis, Molano, in Additionibus & Annotationib. ad Vsuard. Wion in Martyrolog. Benedictin. Saussayo in Martyrologio Gallicano, & Supplemento eiusdem. Renato Benedicto: & aliis quamplurimis in Annotationib. ad Martyrologium Franciscanum, hac die, citatis.

SS. Susanna, & c. Martyr. b] Ita Ferrarius, in cata-
§.2. logo generali Sanctorum, hac die, ex Menæis Græcorum.

S. Tabitha, Virg. c] Multis annis præfuit Virgo,
§.3. apud Monasterium insigne Tabennesiatarum, quæ stultam esse, ac Dæmonem se habere simulans, mira humilitate, patientia, simplicitate, charitate, silentio, aliisque virtutibus enituit. Ad quam visitandam S. Piterius ab Angelo missus est. Quæ cùm cerneret se cognitam gloriam vt fugeret & honorem, latenter egressa petiit, incoluitque solitudinem, vsque in finem: cuius egregia facta describunt S. Basilius Episcopus, libello 18. de vitis patrum, seu de verbis seniorum Patrum §. 19. Palladius, de vitis Patrum in Historia Lausiaca, cap. 41. & 42. paradisus Heraclidis, cap. 51. Rosweydus ibid. in notis, Petrus de Natalibus lib. 11. catalog. Sanctor. cap. 48. Antonius Alegre, in paradiso Carmelitici decoris statu 3. ætat. 6 post Christum cap. 35. an. 535. quo clarebat.

B. Clara, Virg. d] Deuotissima soror extitit; cu-
ius abstinentia incredibilis, oratio feruentissima, hu- §.4.
militas profunda, silentium perpetuum, atque charitas ardentissima fuit: diem clausit extremum anno 1533. Brigantii, vulgò *Ouiedo* in Monasterio S. Claræ; ante cuius transitum, dulcissimus quidam Lyræ sonus à sibi assistentibus sororibus, auditus est: de qua Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga, part. 3. Origin. Seraphic Religion. in prædicto Monasterio, quod est in Prouinciæ S. Iacobi. Barrezzus part. 4. Chronicar. Minor. lib. 2, cap, 15.

B. Margarita, Vidua. e] Inter Moniales Congre-
gationis Fuliensis, non paucæ sanctitate claruerunt; in- §.5.
ter has autem, quæ Titulo Priorissæ, prima omnium rexit, ipsa fuit nobilissimi viri Annæ de Dimpatalla, castri de Margastaldo Domini, quondam vxor insignis pietatis & singularis prudentiæ Matrona, quæ iam 58. annorum; istius vitæ genus assumpsit, constanterque retinuit, ac sanctissimo fine conclusit. Vide Henriquez in Menologio Cistertiens. hac die, & Carolum à S. Maria in Catalogo Fuliensium sanctitate Illustrium.

S. *Nympha, Virg. Martyr. f*] Sic Ferrarius 12. & §.6.
21. huiusce mensis, in catalogo generali Sanctor. forsè ex litteris inuersis: post Tabulas Ecclesiæ Panormitanæ, quò per 8. dies, vti vrbis Tutelaris colitur: & Tribunalia feriantur: ex Calendario Festiuitatum Regni Siciliæ: cuius natale festum agitur, sup. 10. Nouemb.

DECIMO

DECIMO CALENDAS DECEMBRIS.

ROMÆ sanctæ [a] Cæciliæ, Virginis & Martyris, quæ sponsum suum Valerianum, & fratrem eius Tyburtium, ad credendum in Christum perduxit, & ad Martyrium incitauit. Hanc Almachius vrbis præfectus, post eorum martyrium, teneri, atque illustri Passione, post ignem superatum, gladio fecit consummari, tempore Marci Aurelij Seueri Alexandri Imperatoris. Suessione, sanctæ [b] Medrisinæ, Virginis. In Austrasia, sanctarum [c] Virginum Godæ, & Mariæ, sororum sancti Aigulphi, Metensis Episcopi. In Germania, sanctarum Virginum [d] Nanæ, & Eolibæ, Beatæ Liobæ, Abbatissæ, Ordinis Benedictini discipularum. Antiquæ-Mellariæ, in Territorio Cordubensi, Beatæ [e] Franciscæ à Cruce, Virginis Clarissæ: quæ Abbatissa effecta, charitate, pietate, & iugi Passionis Dominicæ memoria insigniter emicuit. Vlmeti in Territorio Abulensi, Beatæ [f] Mariæ Rugel, Virginis Tertiariæ Franciscanæ, multarum prærogatiua virtutum celebris. In Hybernia, memoria sanctæ [g] Osmannæ, Virginis.

§. 1. *Sancta Cæcilia, Virg. & Martyr.* [a]] Si quæris quod intercinentibus organis Cæcilia carmen dederit, illud respondeo, quòd hæ, quæ agnum sequuntur Virgines sciunt modulær. Itaque, quo die homini in manus danda erat, nuptialem vestem cilicio astrinxit, quo nobiliorem virginitas non babet Zonam: ieiunio confortabatur, quo castitas tneretur; oratione & lachrymis, Deum sibi propitium, & Angelos, atque Beatos cœlites precatores adbibens, obnixè conciliabas, cuius intimo amore admodùm decorabatur. Tum noctu sponsum Valerianum monuit, caueret pudori suo manus inferre; cuius longè fortissimum custodem à cœlo Angelum haberet. Hunc coram intueri cùm ille percup r:t, suasit impuros à superstitione oculos sanctlori prius baptismatis vnda elueret, diluit, & voti mox compos, formosissimum multaque luce vestitum Ephœbum vidit; qui serto nobili vtrumque coronauit, & precantes miro odore perfudit. Et fecit hic odor, post Christum currere etiam Tyburtium, Valeriani Germanum: amboque ita in stadio Christiano curreruni, vt brauium Martyres obtinerent. Cæcilia è Balnearum quas Tyrannus succenderat, flammis pulchrior, tribusque in collo vulneribus, velut totidem monilibus ornatior, cùm triduum superuixisset, ædesque suas in templum vertisset; Martyrum vestigia, velut paranymphorum insistens, cœlum & ipsa petijt, & Agno denique nupsit, minimè sterilis Virgo, vt quæ moriens, vno partu Christo 400. pepererit. Agunt de ea, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum. hac die, Baronius ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Eccl. ad ann. 232. quo passa est. Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Ferrarius. De SS. Italiæ, & in noua Topographia ad Martyrologium Romanum, verb. *Rama.* Menologium Græcor. Metaphrastes, Lipomanus, Surius, Lippelous, de voragine, Galfredus, Chancerus, Renatus Benedictus, Gazetus. Doubletes, Haræus, Ribadeneira, Foderetus Vicelins. &c. hac die, in vita eius. Vincentius Beluacens. lib. 11. specul. Historial. cap. 21. & seq. D. Antoninus, part. 1. Chronic. Titul. 7. capite 6. § 16. Vvestmonasteriensis, ad ann. 215. Supplementum Chronic. Bergomatis lib. 8. ad ann. 230. & de claris mulieribus, cap. 83. Petrus de Natalibus lib. 10. catalog Sanctor. cap. 96. Mantuanus in sacris diebus; & Bachotut in Fastis Christianis, hac die, Vaquerius in Enchiridio benè morientium. Vetus est Romæ Titulus S. Cæciliæ: de quo habetur mentio in concilio 1. Romano, sub Symmacho Papa. Albiæ in Aquitania, nonnibil de sacris illius exuuijs asseruatur cuius ædes Cathedralis de eius nomine sancto intitulatur. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Regione 8. Ecclesia 29. Schedel sexta mundi ætate fol. 106. Galloniris de Virginibus Roman.

§. 2. *S. Medresinæ, Virg.* [b]] Ita Saussayus in Supplemento Martyrologij Gallicani, hac die, ex vetustissimo Monasterij Benedictini S. Sabini, de Leuitania, in montibus Pyrenæis, in agro Tarbiensi, Martyrologio MS. ad calcem Martyrologii Gallicani.

§. 3. *SS. Gadæ, &c. Virg.* [c]] Hæ Christi ancillæ, sanctissimæ ac virtuosissimæ Virgines, sorores erant S. Aigulphi 26. Metensis Episcopi: qui obiit circa ann. 593. Teste Meurisso. . iusdem vrbis Episcopo Suffraganeo, lib. 2. Histor. Pontif Metens. in eo, ex Codi-dice MS. Metensis Eccles.

§. 4. *SS. Nanæ, &c Virg.* [d]] Ex Monasterio Vvinburnensi in Anglia, à S. Bonifacio Archiepiscopo, euocatæ, simul cum S. Lioba, cuius fuerunt discipulæ, in Germaniam venerunt, vbi floruerunt magna cum vitæ sanctitate, circa annum 760. & 790. ex actis ipsius S. Liobæ Virgin. apud Surium ad 28. Septemb. sub initio, Vvion. lib. 3. Ligni vitæ, in Appendice ad Martyrolog. Benedictin.

§. 5. *B. Franciscæ, Virg.* [e]] Vitæ sanctitate plurimùm refulsit, multumque spiritualis, & charitate plena extitit: tamque deuota circa Passionem Dominicam, & dolores Christi sanctissimos pro nobis in ea passos, vt in meditatione tantæ acerbitatis, velut exanimis

corrueret. Iacet in Mõnasterio Conceptionis Deiparæ Virginis Antiquæ-Mellariæ, quod est 7. Prouinciæ Angelorum, vbi Abbatissa floruit. Illius meminerunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 50. ad ann. 1600.

§. 6. *B. Maria, Virg. Tertiar.* f] Hæc Christi sponsa, admirabili erga pauperes charitate insigniter eluxit, prædixitque obitus sui diem; & anno 1535. ad cœlos euolauit; qua de re Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Vvadinghus Tom. 7. Annal. Minor. ad annum Christi 1496 §. 30. ex MSS. Monimentis Monasterij S. Elisabeth de Iesu Vlmeti, quod est 34 Prouinc. Conceptionis Virg. Mariæ in Hispania.

Memoria S. Osmanna, Virg. g] Sic Ferrarius in catalogo generali Sanctor. hac die, ex Martyrologio Anglic. & Roberto Bucklandio, in vita eius. At Saussayus variè de ea sic loquitur, in Martyrologio Gallicano, hac die. *Colitur hodie in Hybernia S. Osmana, Virgo Regia; cuius corpus sanctum in B. Dionysij Regali Monasterio decenti cum honore quiescit.* In Supplemento autem eiusdem Martyrologij ita scribit *Item, in Britannia aduentus S. Osmanna Virginis ex Hybernia: cuius post Angelica in terra vita excursum, radiantes diuina virtutis signis exuuia, ad Regale S. Dionysij Monasterium, translata sunt.* §. 7.

NONO CALENDAS DECEMBRIS.

ROMÆ, sanctæ [a] Fœlicitatis, matris septem filiorum Martyrum; quæ post eos, iubente Marco Antonino Imperatore, decollata est pro Christo. Emeritæ in Hispania sanctæ [b] Lucretiæ, Virginis & Martyris: quæ in persecutione Diocletiani, sub Daciano Præside, Martyrium consummauit. Alexandriæ, sanctæ [c] Faustæ, Augustæ, Martyris. In Brabantia, apud Niuigillense Monasterium; Namurcensis Diœcesis, Ordinis Benedictini, Depositio sanctæ [d] Wilfetrudis, Virginis Abbatissæ, neptis Beatæ Gertrudis: vita & miraculis celeberrimæ. Zeleemi item in Brabantia, non longè ab oppido Diesthemio, memoria Beatæ [e] Adelæ, matris sancti Trudonis Presbyteri, pietate & vitæ meritis conspicuæ. In Italia Beatæ [f] Claræ, Mantuanæ, Clarissæ, morum integritate, & sanctis operibus illustris. Albæ in Liguria; ad Tanarum flumen, Dormitio Beatæ [g] Margaritæ à Sabaudia, Viduæ, Ordinis Dominicani, quæ alta sui generis pro Christo despiciens, humilitate, patientia, oratione ac charitate, necnon miraculorum copia admodùm resplenduit.

NOVEMBRIS XXIII.

§. 1. SAncta *Fœlicitatis, Martyr.* a] Hos omnes Antoninos Imperator, ad suggestionem Pontificum Idolorum, detentos, publico vrbis præfecto tradidit ad Deorum sacrificia compellendos. Cùm autem B. Fœlicitas nec blandimentis allici, nec terroribus frangi posset, quin potius filios, vt in Christi Confessione persisterent, hortaretur. Iussit eam præfectus alapis cædi, deinde in carcere per menses quatuor & dimidium macerari. Filios autem ipsius sigillatim vocatos, & sacrificare nolentes, per diuersa supplicia iussit interimi. Fœlicitatem verò post dictum terminum educi, & in perseuerantia Christi nominis fecit decollari, hac die: cuius corpus à Christianis iuxta filiorum tumulum Romæ sepultum est. Erat Romæ cœmeteriũ S. Fœlicitatis nomine, de quo habetur mentio in libro de Romanis Pontificib. in Bonifacio Papa. In huius diei natali S. Gregorius I. Papa habuit ad populum Homeliam, quæ est 3. in Euangel. in cuius Ecclesia, quam vocat plusquam Martyrem, quia fuit octies martyr: quippe passa fit in vnoquoque filiorum, & octauo in corpore proprio B. Petrus Chrysologus de eadem concionem edidit. 134 Agunt de ea, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius, ibid. in notis, Molanus in Annotationib. ad Vsuardum: Ferrarius de SS. Italiæ & in noua Topographia ad Martyrologium Romanum, verb. *Roma*. Gesta eius ex antiquis Monimentis recitant Monbritius Tom. 1. Petrus de Natalibus lib. 6. catalog. Sanctor. cap. 77. & lib. 10. cap. 99. Bergomas de claris mulieribus cap. 81. & lib 8. Supplementi Chronic. ad ann. Christi 164. Vvestmonasteriensis ad annum 152. Ribadeneira, & alij, hac die, Vghellus Tom. 1. Italiæ sacræ in Episcopis Montisflasconi. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 9. Ecclesia 2. Decretus part. 2. veræ Viduæ.

§. 2. *S. Lucretia, Virg. Martyr.* b] Hanc commemorant. Vsuardus, Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad annum Christi 303. Ferrarius, sup. verb. *Emerita* Villegas in Flore SS. Hispan. Vasæus in Chronico, ad ann. 306. Morales, lib. 10 cap. 10. Marietta, lib. 4. cap. 64. Trugillus in Thesauro Concionator, ead die. Petrus de Natalibus sup. lib. 11. cap. vltim. §. 330. & alij, quos adduximos Authores, in vita eius à nobis fideliter descripta ad calcem libri, cui Titulus est, *Pietas Francica, erga S. Virginem Mariam, Deiparam de Latusa* Anno Christi 1637 Lutetiæ, ex Typographia Roberti *Fengé*, apud montem S. Hilarij ad insigne S. Sebastiani, propè puteum certum.

Sancta

§. 3. *S. Fausta, Augusta, Martyr. e*] Cùm esset Maxentij Cæsaris vxor, ad Christi fidem conuersa est, interuentu S. Catarinæ, Virginis & Martyris, quam desiderio flagrans Martyrij, sequi exoptauit; maximè, viso miraculo, qualiter Angelus Domini de cœlo veniens, rotas gladijs circumseptas diuellendo, dissipasset, & ipsam S. Catharinam liberasset: quare Imperatorem sæuitiæ arguens B. Fausta, quæ in S. Catharinam sic frustra exardescebat; confestim Maxentius vniuersam mentis suæ rabiem in coniugem conuertit, eamque, abscissis prius, crudeli sanè spectaculo, mammillis, capite truncari iussit extra ciuitatem, hac die: vti testantur Acta ipsius S. Catharinæ, apud Metaphrastem, Lipomanum Surium cap. 17. & seq. Petrus de Natalib. lib. 10. sup. cap. 100. & 105. Ferrarius sup. verb. *Alexandria* & in Catalogo Generali Sanctor. hac die, ex Maurolico & Galesinio, S. Antoninus part. 1. chronic. titul. 8. cap. 1. § 38. Vincentius Beluacens. lib. 15. specul. Histori. cap. 8. Bergomas de claris mulierib. cap. 109. vocans eam *Arabam*, fortè, quia natione Arabs.

S. Vuilfetrudis, Virg. Abbatiss. d] Ex nobili & an-
§. 4. tiquo Francorum stemmate progenita: gregi Dominico plurimis sanctitatis exemplis præluxit; magnaque meritorum messe collecta, ad æternæ pacis & gloriæ propersuit fruitionem: cuius Elogium refertur in actis S. Gertrudis, *Niuellensis Abbatissa virginis, apud Surium 17. Martij cap. 5. hisce verbis. Domino reuelante didicit prope adesse suam è corpore migrationem. Itaque ex consilio seruorum & Ancillarum Dei, Abbatissa honore & officio se Christi amore abdicans, quantum quidem ad rerum terrenarum curam attinet, neptem suam Vuilfetrudem, quæ ab ipsis propè incunabilis, apud ipsam ad monastica regula præscriptum educata, & sacris litteris imbuta fuerat, suo loco inuitam coegit, Abbatissa ministerium exercere. Agebat tum Deo sacrata puella Vuilfetrudis 20. ætatis annum, antiquo Francorum stemmate prognata. Erat illa quoque eleganti forma, familia clara, lenis erga subditos, rigida superbis, suauis eloquio, & Dei proximique amore feruens, corporisque integritate conspicua. Effecerat autem pater eius, qui eam dolebat id vitæ genus complexam, vt Reges & Reginæ, itemque Antistites, Diaboli id inuidia agente, primò quidem blanda persuasione, deinde verò etiam vi eam è cœnobio extrahere niterentur res cœnobij illius, cui S. Virgo præerat, sibi sceleratè vendicantes. Sed Domini misericordia, & sanctorum precibus munita, omnes suos aduersarios, Christo, cui se deuouerat, adiuuante, mirabiliter superauit. Tantam enim illi gratiam Christus contulit, vt qui prius, praua inflammati cupiditate, eius accusatores, & facultatum Monasterij direptores fuerant; multa in eam vsi liberalitate, eius exteriores defensores, omnesque sacra ædes præclare instauratæ sint. A suscepta autem Abbatissa functione anno 11. diebus amplius 50. morbo compellente decumbens, solito nihilominus more largas eleemosynas in pauperes & inopes conferebat. Tandem omnibus, vt sacrum monet Euangelium, debita remittens, & ab omnibus pacem Et benedictionem recipiens; cùm in et religiosas Dei ancillas, fide & spe in Christum munita, vixisset, anno ætatis sua 30. lætum Domino reddidit spiritum 9. Calend. Decemb. atque in B. Petri Apostoli Basilica summo studio, in sepulchro marmoreo condita est.* Eadem habent Renatus Benedictus, &c. ibid. Vuion in Martyrologio Benedictino, Felicius in Calendario Historico, Ferrarius in noua Topographia sup. verb. *Niuigella*. Et in Catalogo Generali Sanctor. ac Saussayus in Martyrolog. Gallicano, hac die, obiit circa an. 675. Grisius de Clericis Regularib. sect. 13. §. 1. Raysса in Auctario ad Natales SS. Belgij Molani ead. die.

B. Adela vidua e] Ex Austrasiorum ducum sanguine originem ducebat: quæ iustitiæ, pietatis ac misericordiæ meritis cumulata, hodie migrauit fœliciter ad Dominum; sepulturam nacta in pago suo hæreditario *Zeelem*: vbi magna in veneratione habetur, elevata in altari, pars verò maxillæ eius, cum osse magno corporis ipsius in Monasterio S. Trudonis religiose asseruatur, florebat an. 630. illius meminit Molanus in indiculo Sanctor. Belgij, Saussayus sup. hac die, Surius, Lippelous, & quotquot S. Trodonis acta scripsere, Myræus in fastis Belgic. ead. die. §. 5.

B. Clara, Mantuana. f] Memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die. Annotationib. ad illud Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in BB. a. ac 3 Ordinis fœminis. De Syllis in cap 1. Regul. Tertiarior. Minor. Algezira, in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciscan. Vuadinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1138. §. 20. An verò ea fuerit illustrissima ac religiosissima soror Clara, Ioannis Francisci primi Mantuanorum Marchionis filia; (de qua idem Gonzaga part. 2 ibid. in Monasterio. 1. Prouinciæ S. Antonij) ignoro, nullam enim aliam nomine Claram, Mantuæ inuenio. §. 6.

B. Margarita, vidua. g] Nata Ludouico, Duce Sabaudiæ, & in matrimonium Theodoro Palæologo, Montisferrati Marchioni collocata, quanquam natura, & institutione, ad omnem virtutum cultum formata, atque inclinata esset, maiorem tamen in modum inflammata fuit ad perfectionis fastigium, à concionibus Sancti Vincentij Ferreris. Ab hoc docta carnis concupiscentias domare, mundi illecebras, & pompas contemnere, pietatis operibus incumbere, cilicium sub veste splendidiore dies noctesque gestabat. pauperibus, ac præcipuè his, quibus pudor mendicationem interdicebat, omnia charitatis officia impendebat: Diuinis rebus mentem insatiabilem pascebat, atque in exercitio virtutum omnium posito studio, totius sanctitatis exempla edebat: tanto amplius quanto morte sublato Theodoro, circa an. 1418. magis liberum ei fuit curam rerum temporalium in alios reijcere, voto perpetuæ castitatis se se astringere, & in tertio, quem vocant S. Dominici ordine, sub habitu viliore eiusdem instituti, ad omnem sanctitatem inniti. Albam eius rei causa secessit, indidemque cœnobium sanctimonialium, titulo S Mariæ Magdalenæ condidit; in quo prima fuit S. Dominici puritatem, innocentiam, charitatem, deuotionem, pietatem, humilitatem, & alia sanctitatis opera imitari, sub prima regula, pernox in oratione & contemplatione; assidua in curandis lauandisque ægrotis, prompta ad vilissima quæque cœnobii officia obeunda: feruens in conuertendis per orationes & preces ardentissimas peccatoribos, tolerans iniuriarum & obtrectationum, necnon ægritudinis, qua & podagricis doloribus, laborabat: vel tum maxime quando vt his liberaretur enixit; oranti sancta Virgo Deipara apparuit, & hunc eius esse agonem, in quo vsque ad mortem certare deberet, respondit: quam etiam Dominus illi apparens, confirmauit ac confortauit. Morituræ, Christus vnà cum S. Catharina Senensi apparuit, insolitoque odore & splendore cellulam decumbentis impleuit, suaues diuinitùs editos cantus, etiam sorores lectum circumstantes audiuere. In momento eius discessus, campana, sua sponte, nemine pulsante insonuit. Viuens ac vita functa multis miraculis §. 7.

ſterio Cuteclarenſi, ſub B. Artemia Abbatiſſa, quæ poſtea viſione cœleſti confortata, amoreque Martyrij flagrans, exindè exiit. Dùm autem Eccleſiam B. Aciſcli Martyris, Dominum obſecrandi intuitu, intraſſet; Dei nutu ibidem S. Floram, eadem de cauſa, orantem inuenit; cumque ſibi inuicem cordis deſideria patefeciſſent, iudicibus ſpontè ſe offerunt, (poſt integrum ſexennium S. Floræ, à fugæ ſuæ tempore) à quibus capitali ſententia, Martyrium compleuerunt, quarum corpora canibus deuorāda, ac volucribus diſcerpenda ibidem relinquentes, alio die in flumen projecerſtiʒè quibus cadauer S. Mariæ, cœnobio Cuteclarenſi, aſſeruatur: capita verò illarum in Baſilica præfati S. Aciſcli Martyris reconduntur. Harum martyrium S. Eulogius, lib. 2. Memorialis Sanctor. cap. 8. conſcripſit: qui & ad eas carceribus detentas commentariolum ſcripſit; quod appellauit *Documentum Martyriale*. Agitque de eiſdem in Apologetico, ſob fin. in Epiſtola 2. ad Marcum; itemque ad Baldam, ſororem S. Floræ. Vſuardus & Martyrologium Romanum, hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccleſ. ad ann. 851. quo paſſæ ſunt. Ferrarius ſup. verb. *Corduba*. Petros de Natalibus lib. 10. catalogi SS. cap. 104. Galleſinius, Maurolycus, Vvion, in Martyrolog. Benedictinu. Villegas in Flore Sanctor. Morales lib. 14. Chronic. Hiſpan. cap. 11. Surius 27. Iulij, in Actis SS. Nataliæ & Lilioſæ, cap. 6. & hac die, in Actis SS. Floræ & Mariæ. Itemque 15. Martij, in Actis S. Eulogij Preſbyteri & Martyr cap. 4.

§. 3. *B. Maria, Virg. Tertiar.* e] In cœlum abiit, ann. 1577. apud Monaſterium Veenſe, Conceptionis Deiparæ, quod eſt 10. Prouinciæ Carthaginenſ. Collaudatur autem à ſumma vitæ perfectione, humilitatem cum vera charitate coniungens; conſumebatur in Domino, his duabus actionibus; altera ſeruitiorum proximi, Altera, compaſſionis egenorum Sine lecto cubabat; ieiunia totius anni exactè, vnà cum quadrageſima S. Franciſci, quam *Benedictam* vocamos, ſeruabat: quibus & corporis aſperrimas vſque ad copioſam ſanguinis emiſſionem, addebat. Obedientiæ, rerum ſacrarum, & altaris, erat obſeruantiſſims. Vide Martyrologium Franciſcanum, hac die, Annotationes ad illud. Blaſium Laghinam in ſuo memoriali, & Marianum, lib. 6. Chronicor. Minor. ſtrictior, Obſeruant. Reformat. cap. 17. Thlelmanſ. Tom. 1. vitar. Seraphic. Ordin.

§. 4. *B. Eanfleda, Regin.* f] Eduini, Northumbriæ Regis filia cùm eſſet, Oſwiro, Regi nupſit; quo mortuo vitam egit in Monaſterio Streaneshalcenſi (quod nunc S. Hildę nuncupatur) circa ann Chriſti 671. ſanctis moribus pręclara: de qua Beda lib. 4. Hiſtor. Anglor. cap. 26. Vvion. lib. 4. Ligni vitæ, cap. 14. & Ferrarius in catalogo generali Sanctor. hac die, ex Anglico Martyrologio.

§. 5. *B. Antonia.* g] Huius vitam ſcripſit Bernardus de Brito Tom. 1. Chronic. lib. 5. cap. 13. Henriquez in Menologio Ciſtercienſi, hac die; Erat erga S. Virginem Mariam Deiparam deuotiſſima: cuius pręſentia in morte dignata eſt perfrui.

SEPTIMO CALENDAS DECEMBRIS.

NATALIS ſanctæ a Catharinæ Virginis & Martyris: quæ ob fidei Chriſtianæ confeſſionem, Alexandriæ, ſub Maximino Imperatore, in carcerem truſa, & poſtmodùm ſcorpionibus diutiſſimè cæſa, tandem capitis obtruncatione, Martyrium compleuit: cuius corpus in montem Sinai, ab Angelis mirabiliter delatum, ibidem frequenti Chriſtianorum concurſu, pia veneratione colitur Apud Rhegium ſanctæ b Iucundæ, Virginis. Conſtantinopoli, ſanctarum c Eugeniæ, optimæ Fœminæ, & Suſannæ, Virginis, eximiæ: quæ multarum prærogatiua virtutum inſignes euaſere. Elchij, in Territorio Oriſuolano, Beatæ d Angelæ Martineziæ, Virginis, Clariſſæ: quæ charitate, deuotione, atque cœlica vita emicuit. Romæ, ſanctæ e Fœlicitatis, ſancti Hieronymi diſcipulæ. Nobilitate generis, & virtutum decore conſpicuæ.

NOVEMBRIS XXV.

§. 1. SAncta Catharina, Virg. Martyr. a] Præclaras eius laudes carmine decantauit Alphanus primus Salernitanus Archiepiſcopus. Agunt de ea Beda, Adu, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 3. Annal. Eccleſ. ad annum Chriſti 307. Menologium Græcorum. Metaphraſtes, Rabanus Abbas, Lipomanus, Surius, Lippelous, Renatus Benedictus, Vicelius, de voragine, Ribadeneyra, Haræus, Doubletus, &c. hac die, in vita eius. Meminit illius Euthymius, in Pſal. 44. *Delectauerunt te filia Regum, &c.* Vincentius Beluacenſ. lib. 13. ſpecul. Hiſtorial. cap. 5. & ſeq. D. Antoninus part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 38. Petrus de Natalib. lib. 10. catalog. SS. cap. 105. Bergumas, De claris mulierib. cap. 109. Item lib. 8. Supplement Chronic. ad ann. Chriſti 305. Mantuanus in ſacris diebus. Trugillus in Theſauro Concionator. Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vſuardum. Schedel. ſexta mundi ætate fol. 128. Fulgoſius libro tertio Memorabil. capite tertio. Ferrarius, in noua Topographia ad Martyrologium Rumanum, verb. *Mons Sina.* Sauſſayus in Martyrologio Gallicano. Rayſſa in Auctario ad Natales SS. Belgij Molani, ſub. 19. Nouemb ex Cæſario lib. 8. Hiſtor. cap. 84. Bachotus in Faſtis Chriſtianis. Vacquerius in Enchiridio benè morientium: &c. ſicque illa, quæ Græcis olim erat notior, Latinis etiam facta eſt notiſſima, ob peculiaria patrocinia præſtita, in expeditione Terræ ſan-

ctæ. Qua deuotione S. Ludouicus 9. Galliæ Rex, incensus, Parisijs nobile Monasterium Canonicorum regularium in illius sanctæ Christi sponsæ honorem excitauit. Mirum! quanta animi pietate nostrates Neustriæ proceres, ac inclyti Duces, eandem summo prosecuti sint honore: tum apud Rothomagum, Regiam vrbem, vbi in monte prostabat Monasterium Ordinis Benedictini, sub eius inuocatione ædificatum, toto orbe celeberrimum: tum ad vsque illum montem Sinai, quo Pia eorumdem peruenit ingens liberalitas. Deuota admodum fuit in eamdem Ioanna *Arcia*, cognomento, *Puella Aurelianensis.* Sceptri Gallici inclyta vindex, quæ admonitione ipsius S. Catharinæ, sibi in oratione non semel apparentis, tam arduum opus, æternumque memorabile aggressa est, enseque sibi per ipsam designato munita, (quem ex vico Turonensi memoria, phanoque S. Catharinæ *de Fierboys*, nobili, lilijs distinctum, vt monita fuerat, fecit sibi afferri) hostibus regni mirabiliter profligatis, Carolum 7. Regem, Diademate auito insigniendum, Remus magna fœlicitate perduxit.

§. 2. *S. Iucuada Virg. b*] Memoratur in Martyrologio Roman. hac die, Baronio ibid. in notis, Ferrarius in noua Topographia sup verb. *Æmylia & Rhegium*, (Florebat ad an. 450.) itemque de SS. Italiæ.

§. 3. *SS. Eugenia, &c. c*] Magistra fuit S. Matronæ, ad virtutem, (de qua sup. 9. Nouemb.) nam quæ illam ad ea, quæ sunt honesta incitabat, erat ipsa *B. Eugenia*, quæ conuenienter nomini erat moribus ingenuis, & vna, quæ totam vitam consumebat in nocturnis stationibus, & orationibus. Cum qua ipsa quoque bona decertabat contentione exercitationis, ea, quibus exercentur monachi, diligenter exercens. Cùm S. *Matrona* summoperè cuperet vni Deo seruire, ac mundum fugere, venit in Basilicam SS. Apostolorum orationis causa: quò cum tempus longius protraxisset, & iam aduentasset vespera: & qui id templum custodiebant, iuberent omnes egredi: ipsa cùm in quodam portico, ex ijs, qui illic erant, *Sosanna* cuiusdam, ei iam olim familiaris, inuenisset habitaculum, quæ ab ineunte ætate, virginitatem conseruare constituerat, & ex Deo viuens agere, cum ea totam noctem peragit. Die vero iam apparente, *S. Matrona* ventitat ad Magistram *B. Eugeniam*, de rebus propositis cum ea communicatura. Cùm autem multa vltro citroque dicta essent; magistra dicebat hoc ante alia esse considerandum, quomodo se habitura esset filius eius Theodota. *B. Matrona* autem, quæ nullum aliud scopum sibi proponebat præter Deum; & omnem aliam negligebat sollicitudinem: me, Inquit, accipiat solitaria vita & monastica, Theodotam autem *Sosanna*, & Deo trado: & de ea iam omni cura liberor, verba res ipsa quoque mox est consecuta. Nam S. Matrona, fugiens incognita, inter monachos, vt vir est admissa; & interim postea Dominus filiam *Theodotam* eius fecit è vita excedere; quam ad se assumpsit: ipsa quidem latuerat apud *B. Sosannam*: aut Deus potius eam seruabat per *B. Sosannam* &c. Florebant Constantinopoli circa anno 400. Vide sup. 9. Nouemb. in S. Matrona.

B. Angela, Virg. d] Sanctissimè an. 1626. obijt §. 4.
ea autem mortua, multitudo populorum accursitans, certabat corollis Rosariorum contingere speciosam, suauè olentem eius faciem: quæ virgineis moribus Angelos adæquasset in carne, nunc similis Angelis mente, mergeretur in Deum: illius meminerunt Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio Annunciationis B. Mariæ Elchij, quod est 9. Prouinciæ Carthaginens. Barreazus part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 18. Blasius Laghina in suo Memoriali, Marianus lib. 6. chronic. Minor. Obseruatin. Reformat. cap. 19. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 5. Thielmans Tom. 2. vitar. SS Seraphic. Ordin.

S. Fælicitatis e] Nobilis Romana extitit, sancti §. 5.
Hieronymi discipula: quam ipse vocat *Sanctam Fœlicitatem*. In Epistola 99. ad Asellam, iubens eam nomine suo salutandam: Qua de re Baronius Tom. 4. ad an. 385. §. 16. Grilius de Clericis Regularib. sect. 50. §. 4.

SEXTO CALENDAS DECEMBRIS.

IN Territorio Agennensi, natalis Sanctæ [a] Alaranæ, Martyris, vxoris sancti Eutichij; quæ simul cum eo, à Walduando Lectoranorum præfecto, pro Christi fide, iugulata est. Apud Iuliæ Vulgiensium Beatæ [b] Delphinæ, Virginis, viduæ Tertiariæ Franciscanæ; genere, sanctitate, & miraculorum gloria Illustrissimæ. Ferrariæ Beatæ [c] Beatricis, Ferrariensis, Virginis, Ordinis Dominicani; vitæ integritate, patientia, ac mansuetudine insignis. Hadrianopoli in Paphlagonia, Beatæ [d] Matronæ, Viduæ, matris sancti Alipii Cionitæ; quæ filii æmulata sanctitatem, plena meritis refulsit. Ibidem sanctarum [e] Mulierum, Euphemiæ, Eubulæ, Mariæ, & sociarum, eiusdem sancti Alypii discipularum, quem summis virtutibus exornatæ, secutæ sunt ad gloriam. Apud Monasterium sanctæ Mariæ, Ordinis Benedictini, in Saxonia, Eleuatio & Translatio, Sanctæ [f] Idæ viduæ. Lutetiæ Parisiorum, Veneratio Sanctæ [g] Genouefæ, Virginis: ob beneficium pia eius ad Dominum intercessione acceptum, in miraculosa ardentium infirmorum curatione.

NOVEMBRIS XXVI.

§. 1. *SAncta Alarauna, Martyr. a*] Memoratur apud Saussayum: in supplemento Martyrologii Gallicani, hac die; cuius passio euenit circa annum 515.

§. 2. *B. Delphina, Virg. vidua. b*] Nascitur anno 1284. hæc nobilissima Heroina, sancto autem Elzeario, Comiti Ariani desponsata, perpetuum cum eo duxit cœlibatum: iura interim coniugij minimè spernens, per spatium 26. annorum; ita vt nonnunquam SS. Elzeario & Delphina vnà dormientibus in eodem lecto, visus sit Christus adstitisse, eisque benedixisse. Orbata itaque viro sancto, anno 1323. eumdem castimoniæ amorem seruauit; ita vt virgo purissima obierit, paupertate Christi ditissima & admirandis virtutibus insignita, quam Christus multis decorauit miraculis. Moritur, hac die, anno 1360. ad ortum solis, in domo sua apud Aptam Iuliam; cuius sacrum corpus habitu Franciscano (vti voluit) indutum, delatum est ad ædem S. Catharinæ, eiusdem vrbis, ex qua Episcopus cum clero ad cathedralem Ecclesiam deduxit, indéque ad Conuentum fratrum Minorum: quo sepulta fuit iuxta virum suum D. Elzearium, vtreque ex Tertio Ordine S. Francisci. Huius vitam composuit F. Raphael Dominicanus. Parisijs apud Bibliothecam Regiam numer. 1165. Petrus Eberardus Stephanus Binetus: &c. Agunt de ea, quotquot res gestas S. Elzearij litteris commendarunt, Surius, Sedulius, Marcus Vlyssiponensis, Elzearius, Brulius, de Sillis, de Torres, Ribadeneira &c. Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud, Vuadinghus Tom. 4. Annal. Minor. ad an. 1360. § 2. & 1363. § 16. quo ad Vrbano V. Papa commissa est cura Archiepiscopo Aquensi, & Episcopis Vasionensi & Sistariensi, examinandi vitam & miracula ipsius præclaræ Virginis, vt patet ex litteris eius Apostolicis. Bzouius Tom. 14. Annal. Eccles. ad an. Christi 1363 § 11. Ex quibus, perspicuè extra verum erit illud assertum: hanc B. Virginem Delphinam defuncto marito celebre extruxisse Monasterium Aptæ Iuliæ, quod amplissimis possessionibus dotauit sub titulo S. Catharinæ Virg vbi quoad vixit, cum monialibus Ordinis sancti Augustini vitam duxit, ibique sanctissimè finiuit.

§. 3. *B. Beatricis, Virg. c*] Vna fuit ex illis virginibus quæ primò incoluerunt Monasterium S. Catharinæ Senens. Ordin. Prædicator. apud Ferrariam, quo singulari vitæ puritate, benignitate, patientia, cæterisque præcipuis virtutibus, decessit è vita, hac die, ætatis suæ anno 12 Christi 1505. De qua Seraphinus Razzius part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordin. Prædicat. inea & Bosius Tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 15.

§. 4. *B. Matrona, Vidua. d* [Huius virtutes eximias & Encomium recitat Metaphrastes, apud Lipomanum & Surium, hac die, in actis S. Alipii, *Cionitæ, confess. filij eius: à quo tandem monasterium suscepit habitum; nulla re de cætero defecta, quæ pertineret ad perfectionem: quæ quidem cum multos & varios fœtus seminasset iustitiæ, nunc fruitur fructibus, in quos non cadit interitus.* cap. 19. florebat ad ao. 600.

§. 5. *SS. Euphemia, &c. e*] De eis hæc profert idem Metaphrastes sup. cui alij adstipulantur: in actis eiusd. S. Alypii. *Nomen enim sancti, & gratia Dei quæ, vbique propter ipsum prædicabatur: multas animas vocabat ad pœnitentiam, virorum & mulierum. Primam autem* Euphemiam *quandam; quæ erat vna ex illustribus fœminis ciuitatis S. Alypij, tantum incitauit zelus in Deum, vt mariti & liberorum, amicorumque & cognatorum nullam curam ducens, se in vilissima inclusit domuncula, propter Beati columnam. arcta porta fortiter transmittens angustias, & nunc affatim se explens vitæ æternæ delitiis. Post eam autem Dei quoque amor compulit magnam illam inter mulieres, & primum muliebris educ ducem* Eubulem*: quæ ad tantam peruenit mensuram virtutis, vt media nocte aliquando suffiens (erat enim hoc ei in more positum) plurimas horas, ita vt oculis adspiceretur, aduersus Dæmonem concertarit: qui non sinebat sanctam transire, sed depugnabat, ne media noctis preces Domino redderet, vt consueuerat. Quæ & vitæ speculationibus, & multa gloria viduata, in vita, quæ ix vitimè agitur, itavefulsit; vt pauca ex ijs, quæ erant in terra. Ei autem paulò post, fiunt similes &* Maria, *Sancti patris soror, quæ ipsa quoque renunciauit omnibus, quæ sunt in terra, marito, inquam, & iis, quæ sunt ad tempus, delicijs; se tam fortiter gerens in exercitatione, vt illius continentia sit reliquis exemplum, ex iis, quæ decertant, vsque in hodiernum diem: & aliæ complures, quæ colligebantur, tum peregrinæ, quam indigenæ, quæ res suas humi iacientes, ad sancti patris genua supplices procidebant: &c.* Quibus habitum monasticum dedit, sacras ædes extruxit, Regulamque & præcepta tradidit. ibid. cap. 16. 17. & seq.

Eleuatio ac Translatio S. Idæ, vidua. f] Hac die peractas esse anno 980. refert Vffius Monachus lib. 2. cap. 7. & vltimo vitæ eiusdem S. Idæ, apud Surium, Lippeloum & Monsandrum, die 4. Septemb. ad instantiam Ludolphi & Hogii, *Monachorum, per* Dodonem, *Monasteriensem Episcopum. Tunc* (inquit) *memoratus præsul petitis benignè annuens. die statuto superuenit, & sacrosanctum reuisit sepulchrum: ibique oratione fusa, quod initiandum proposuerat, intimatissimi summo delegans consiliario Christo. Pontificalibus deinde ornatus infulis, sacratam aggreditur tumbam, comitante secum inferioris ordinis agmine dealbato, vbi primum seniorem nostrum, omnesque simul astantes admonuit, totius bonitatis originem generaliter inclamare Deum, vt suæ voluntatis effectum, in huius facti inchoatione monstrare dignaretur. Licet enim de sanctæ Dei meritis nullo modo hæsitaret, solita tamen prudentiâ vsus, nil per se inconsultè, aut inordinatè agere voluit. Hac supplicatione præmissa pari omnium consensu & voto operculum marmoris amoueri præcepit, quibus iussa maturantibus, suauissima mox fragrantia de monumento eructans, odorifera adstantes iucunditate respersit; vt liquido omnes sentirent, ob innotescenda B. Idæ merita illam cœlitùs esse destinatam. Quo facto Episcopus sacris exuuijs osculum præbet, & cum omni honore de sarcophago sublenat, necnon & in feretro illorum receptui aptato diligēter reponit: monachis interim ac clericis psalmos & litaniam instanter psallentibus. Deinde præcedentibus crucibus, vexillis, cereis atque thuribulis. Cum dulci modulantium cantilena, benignus pontifex cum nostro seniore sanctum gestatorium portandum suscepit, & in Ecclesia honorificè super altare collocat. Ibi quoque aliqua gesta de B. Idæ sanctimonia populo succinctè recitat, ac mox ipso,* Te Deum laudamus, *incipiente, cuncti laudis succentu omnia concrepant. Vt autem sacrorum pignorum veneratio celebrior alicubi haberetur, memoratus pontifex aliquas ex eis secum tulit particulas, quas Dominus abbas ad nostrum transuexit monasterium,* §. 6.

quas etiam omnes ſacris veſtibus induti ad Calendas Decembris magno honore & apparatu officioſiſſimè ſuſcepimus. His ita peractis, venerandus Antiſtes Auſtralem Eccleſiæ ſtructuram, id eſt, Turrim, in honorem S. Dei genitricis Mariæ, ac ſub B. Idæ nomine conſecrat; cunctiſque in vicino degentibus diem Tranſlationis & Dedicationis annuali ſemper recurſu ſolemniter feriandum & celebrandum iubet &c. De qua, Wion. In Martyrologio Benedictino & Ferrarios in catalogo SS. hac die, Sauſſayus vero in ſupplemento Martyrologij Gallicani, die ſequenti.

§. 7. *Veneratio S. Genouefæ, Virg. g*] Memorabile ſanè extitit illius patrocinium in eos, quos in verendi peccati pœnam, Ignis Diuinus furore immiſſus immaniter depaſcebat. Cuius opitulationis monimentum hodieque prodit, non modò in tanti beneficii gratitudinem, præcepto Innocentii 2. Papæ (qui non diu poſt factum miraculum Pariſios venit) annua feſtiuitas: ſed & ipſa Eccleſia, S. Genouefæ nuncupata, *De miraculo Ardentium.* Perennem eius memoriam conſeruat; quæ in vico Metropolitanæ Baſilicæ Deiparæ Mariæ ſemper Virginis, ſub eodem tempore extructa, ſubſiſtit, etiamnum parœchiali titulo, at magis continua S. Genouefæ inuocatione inſignis. Vide Molanum in Additionib. ad Vſuard. Sauſſayum in Martyrologio Gallicano, hac die. Renatum Benedictum in vita S. Genouefæ Virg. 3. Ianuarii, Brulium lib. 1. Antiquitat. Pariſienſ. in Eccleſia Præfatæ S. Genouefæ: quod miraculum accidit anno 1130. quando Feretrum ſacrarum Reliquiarum eius, allatum eſt ſolemni Proceſſione, in ædem prioratus Dominæ noſtræ paruæ, vulgò, *noſtre Dame la petite*: nunc ob tanti miraculi memoriam, *S. Genouefa de Ardentibus*: eo quod infirmi ad conſpectum, tactumque Virginis Lipſanothecæ, ſanati fuerunt. Gallia Chriſtiana in Pariſienſ. Archiepiſcop.

QVINTO CALENDAS DECEMBRIS.

RHODÆ In Taxandria Brabantiæ, Diœceſis Syluæ-Ducenſis, Sanctæ [a] Odæ, Virginis, genere ac virtute Illuſtriſſimæ. Apud Monaſterium montis Sancti Saluatoris, Diœceſis Leodienſis, Ordinis Ciſtercienſis, Beatæ [b] Gertrudis, Virginis; quæ in pueritia, à cœleſti ſponſo vocata, Diuinæ gloriæ Thalamum intrauit. Apud Calabazanos, Palentinæ Diœceſis oppidum, Beatæ [c] Catharinæ Gonzaluæ, Virginis, Clariſſæ: quæ plurium virtutum decorata monilibus, vt ſponſo Chriſto placeret, ab eo miraculis nobilitata eſt, excedens è vita. Rauennæ, Dormitio ſanctæ [d] Gallæ Placidiæ, Auguſtæ; pietate, fide, ac religione inſignis. Moguntiæ Sanctæ [e] Bilhildis, viduæ, Abbatiſſæ, Ordinis Benedictini: quæ mores ab omnibus corporis illecebris ſic auocauerit, vt ad omnem ſanctitatis laudem compoſuerit: & decurſa fœliciter perfectionis paleſtra, ſtolam immortalitatis emeritam, à Rege gloriæ pro præmio acceperit.

NOVEMBRIS XXVII.

§. 1. S*Ancta Oda, a*] Hæc Regiæ ſtirpis Scoticæ proles, à primæuo flore ætatis, irradiata gratiæ ſupernæ lumine, ſuam Chriſto virginitatem deuouit, cuius ſeruandæ ſtudio, à facie patris fugiens, qui ad nuptias eam trahere volebat, cò conceſſit: vbi per ſanctitatis vitæ obſequium, abſoluto puri ſui cordis & corporis holocauſto: demùm dignam Deo efflauit animam, circa annum Chriſti 713. Rhodæ, vulgò, *Rhoden*. ſepulta eſt, ad cuius tumulum, cùm multa fierent, Deo authore, miracula, Hildeuaris, nobilis & pia matrona, Rodenſe Territorium Eccleſiæ Collegiatæ S. Odæ (quam pia munificentia conſtituit) hereditariè obtulit, ac dono dedit. Porro, ſacrum eius corpus, Orbertus, Leodienſis Epiſcopus è terra leuauit anno Chriſti milleſimo centeſimo tertio & condigno honore illic vt patrona veneratur; cuius feſtum etiam duplex eſt in Cathedrali Eccleſia Buſcoducenſi. De ea Molanus in Additionibus ad Vſuardum, hac die. & in indiculo SS. Belgii, Myræus in Faſtis Belgicis, Sauſſayus, in Martyrologio Gallicano. Ferrarius in Catalogo Generali SS. hac die, Camerarius lib. 3. de Scotorum pietate, & ſanctis Regni Scotiæ cap. 4. ead. die, ex Conſtantino Ghinnio, & alijs. Ægidius Aureæ-Vallis de Epiſcopis Leodienſ. cap. 13. Chapeauillus ibid. in Annotationib. Tom. 2. Hiſtor. Eccleſ. Leodienſ.

B. Gertrudis, Virg. b] Cùm eſſet annorum nouem, Deo ſeruire cœpit. Tutque virtutum ſplendoribus refulſit; vt tandem ad cœlos euocata ſit: placita erat Deo anima illius: quæ quidem viſa eſt cœleſtia conſcendere tabernacula, & ſanctarum Virginum collegio aſſociari. Iuxta Cæſarium lib. 12. illuſtr. Miracul. cap. 36 Compendium SS. Ordinis Ciſtercienſ. Titul. 7. Henriquez in Menologio Ciſtercienſi hac die.

B. Catharinæ, Virg. c] Memoratur in Martyrologio Franciſcano, hac die, in Annotationib. ad illud Barrezzo part. 4. chronic. Minor. lib. 3. cap. 41. ad an. 1544. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monaſterio Sanctiſſimæ Virg. Deiparæ, vulgò, Dominæ noſtræ de conſolatione, apud Calabazanos, quod eſt 3. Prouinciæ Conceptionis in Hiſpania, Valerio de BB. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 37. Vvadingho Tom. 5. Annal Minor. ad an. 1449. §. 4. oratione & abſtinentia, ieiuniis, aliiſque ſanctis operibus inſignis extitit; quæ ex piſtrino, cui ea iniuncto officio ſibi incumbebat, eleuatam

uatam

nstam à celebrante ſacerdote in Eccleſia hoſtiam, licet plurimi intercederent parietes, propriis ſæpè oculis, conſpicari meruit, atque miraculis claruit.

S. Gallæ Placidiæ, Auguſtæ. d] Fœminarum ſui
§. 4. æui optima, magnæ fidei, magnæque religionis, ac maioris ſanctitatis mulier. In qua certè omnis virtutis relucebat ſpecimen, formaque boni, & decoris ac laudis omnis imago, nullum tempus omittebat, quod non Chriſtianiſſimè coleret; oollomue fioe Deo viuo & vero oblectamentum. Filia extitit Theodoſii ſenioris Imperatoris, coniux vero Conſtantii Auguſti: mater autem Valentiniani 3. Imperatoris. Erat illi inter terrenas delitias (quibus ſupra modum affluebat) pro ſumma lætitia, noo aurum, non gemmæ, non mundus reliquus muliebris, ſed Chriſtiana religio, immaculata deuotio, miſericordis atque pietas immenſa. Quaotum autem in ſe fidei, ſpei, deuotioniſque ac prudentiæ habuiſſet in illa ſua periculoſiſſima Adriatici maris tempeſtate mirifice vtique demonſtrauit, quando cum Valentiniano paruulo filio ſibi, ex defuncto eius marito Conſtantio, relicto, ad Italicas partes nauigatura, mare conſcendit: quò S. Euangeliſtæ & Apoſtoli Ioaonis ope incolumis euaſit, & ad littus ſana applicoit Rauennatom. Cùm aotem eſſet rerum Diuinarum humanarumque ſtudioſiſſima, ſtatim Rauennæ quam maximè, & alibi, curam ſuſcepit, non ſolum vt ciues informarentur ad bonos mores, optimaque inſtituta bene moratarum vrbium; ſed & cultum Dioinum ea in vrbe ampliauit, & Eccleſias ac monaſteria ædificauit: maxime vero B. Ioanoi Euangeliſtæ: &c. Qnibus feliciſſimè geſtis, omnem deinceps vitæ ſuæ curſum in orationibus, vigiliis, ieiuniis, cæteriſque operibus piis, cum omni præconio conſumpſit. Quæ taodem anno 449. hac die, apud Rauennam ad Dominum migrauit. Qua de re vide Philippum Bergomatem, de claris mulieribus cap. 111. Hieronymum Rubeum, in Hiſtoria Rauennat. Baronium Tom. 5. Aonal. Ecclef ad an. 399. 410. 415. 418. 425. 435. item Tom. 6. 449. §. 159. & ſeq. Bzouium Tom. 14 ibid. an. 1316. §. 27. Ioſeph Betuſſius, Iulius Cæſar Capacios, Carolus Pintus, & Ludouicus Iacob. de illuſtrib. fœmin. Æneas Vicus de Auguſtis. Sepulta in Eccleſia SS. Nazarii & Celſi Martyrum. Vghellus Tom. 2. Italiæ ſacræ in Archiepiſcopis Rauennat. in Eccleſia SS. Geruaſii & Prothaſii tumulata.

S. Bilhildis, Viduæ. e] Nuncupatur *Bilelder*, ſeu §. 5.
Bilbildes, nobiliſſimis, ſed gentilibus, parentibus exorta, in ipſis infantiæ annis Herbipolim adducta, ibidem cathecumena facta eſt; quo ex tempore purum in ſuo pectore Chriſto domicilium parare ſtuduit: corpus ab omni ſpuricitia cootinens, & parcimonia, cæteriſque virtutum quibuſuis ornamentis exercens ac componens. Quodquidem vt rectius proficeret in virginitatis propoſito perſeuerare omnibus modis conabatur, ſed victa parentum voluotate, nupſit cuidam viro nobili & militari. Etſi autem matrimonij legibus eſſet ſubiecta, Chriſti tamen, quem toto corde dilexerat, obſequijs ſedulò incumbebat. Marito poſtea in bello defuncto, ex conſilio Sigeberti, Epiſcopi Moguntini, ſui auunculi, Moguntiam commigrat; renuntiatiſque patrimonij ampliſſimis cenſibus, vt pauper & expedita Chriſtum ſequeretur, areolam ibidem eſt adepta, in qua Eccleſiam in honorem Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ conſtruxit. Quo in loco ſanctarum fœminarum Conuentu numeroſo collecto, quantum ſufficere poſſet prædiorum ad communem ſuſtentationem ijs contulit: in quibus ipſa quoque piè viuens, non ſolum corpori eis neceſſaria, ſed etiam ſanctæ conuerſationis exempla ſuppeditabat. Sub Clodoueo 2. Francor. Rege floruit ad an. 630. à Clero & populo Moguntino ſepulta, io præfata Baſilica, quam ſuis ipſa ſumptibus exædificari curauerat: vbi deinceps plurimis miraculis claruit. Hæc ex Breuiario Moguntino. Molano in Additionib. ad Vſuardum, Surio, Ferrario in Catalogo Generali Sanctor. hac die; & in nona Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Moguntia*. Nicolao Serario in Hiſtoria Moguntina, Decreto part. 2. veræ viduæ, & Cratepolio, de Epiſcopis Germaniæ, qui refert eam fuiſſe Abbatiſſam in Monaſterio Antiquæ cellæ, quod nuoc *ad albas Dominicas* dicitur; in quo ſepulta iacet.

QVARTO CALENDAS DECEMBRIS.

CONSTANTINOPOLI, Sanctæ [a] Annæ, viduæ, Martyris; quæ pro defenſione ac cultu ſanctarum imaginum, iuſſu Conſtantini Copronymi, virgis cæſa, & alia grauia perpeſſa eſt. Ibidem, ſanctarum [b] Annæ item viduæ, & Theodotæ, Virginis; quarum prior, mater; altera verò, ſoror erat, ſancti Stephani iunioris, Martyris; quæ ab eodem impio Imperatore Iconoclaſta, exilium, maledicta, & complures pro Catholicæ Religionis cauſa, afflictiones toleratas, viam in cœlum ſibi compararunt. In Nurembergenſi pago, Beatæ [c] Anonymæ, Virginis; quam Chriſtus in ſignum præcipui amoris, annulo ſuo ſibi ſubarrauit. Palmæ, In Territorio Cordubenſi, Beatæ [d] Annæ Moraleſæ; Virginis Clariſſæ; virtute abſtinentiæ, & Dominicæ paſſione contemplatione, ſpectabilis. Ferrariæ, Beatæ [e] Lucretiæ, Virginis eiuſdem Ordinis; genere, & multiplici prærogatiua gratiarum ac virtutum inſignis. Diuione in Territorio Lingonenſi, ſanctæ [f] Quietæ, Beati Hilarij ſenatoris coniugis, magnæ pietatis ac Religionis fœminæ.

NOVEMBRIS XXVIII.

§. 1. *SAncta Anna, Vidua, Martyr. a*] Cùm multi melioris instituti proposito ad ipsum S. Stephanum iuniorem, Martyrem confluerent; optima hæc mulier, illustris & honesta, marito haud ita pridem orbata, festinanter sanctum virum adijt: cumque se viduam, ac liberorum expertem, proindeque solam esse ipsi narrasset, nihil aliud sibi superesse dicebat, quàm vt monastica veste, cuius se incredibili quodam desiderio teneri asserebat, indueretur. Ille autem, eam longa oratione instructam, ac salutiferis præceptis sedulò eruditam dimisit: illam monens, in salutis negotio abijciendam esse omnem moram: imperansque eidem, vt omni facultate pauperibus distributa, sequatur nudum Christum: quod cùm præstitisset, monastica veste eam induit, atque ad mulierum Monasterium transmisit; quod ad Auxentiniani montis radices situm est è Regione Bizantii. Quæ dum per fraudem ac malitiam impiorum hominum accusata fuisset, & eindè ad Imperatorem Copronymum adducta, Constantinopolim, illam in Phialæ carcere teterrimo includi iubet, postea coram se posita, mira constantia Tyranni obiecta diluit, ac pro veritate certat. Quibus ille ira exardescens, flagris eam crudeliter affici iubet. Cùm itaque ipsa à quatuor valentissimis hominibus distenta fuisset, ac perdiu, à tergo & ventre tunderetur, nihil aliud ex ipsa audiri poterat, quàm veritatis confessio, de probitate S. Stephani præfati; sicque in pristina animi fortitudine, ac tolerantia præstans, à vero minimè desciscebat. Vt autem eam verberum multitudine confectam, ac penè spiritum exhalantem Tyrannus vidit, subsellio exurgens, celeri cursu in palatium se abdidit; eam in vno quodam vrbis Monasterio includi iubens; & quidem ita, vt omni corporis cura, destitueretur. Ipse autem varios ac multiplices insidiarum modos animo versare non desinebat, quo S. Stephanum morte afficeret: eo quod contra se pro cultu ac veneratione imaginum egregiè decertaret: cuius rei gratia, per calumniam exarsit ipse Copronymus in hanc S. Annam: cuius præclara opera ac certamina gloriosa, describuntur in actis eiusdem S. Stephani iunioris Martyr. apud Surium, hac die, cap. 12. & 22. ac seq. sub anno 762.

§. 2. SS. *Annæ, &c. b*] Huiusmodi S. Stephani iunioris, mater. *Anna* dicta, cum est eniaa apud Constantinopolim: pia sanè fœmina, atque integerrima fide prædita; quæ cùm opibus ac facultatibus minimè careret, non tamen parem ijs duntaxat animi inductionem ac voluntatem habebat, sed longè maiorem ac copiosiorem. Hoc autem liquidò demonstrat, benigna atque ingens, erga egentes liberalitas, ac summa in danda eleemosyna hilaritas ac munificentia. Quo etiam illud accedebat, quòd ad diuina templa, sine vlla intermissione munera offerebat: ad cuius preces respiciens ex alto misericors Deus, filium, D. Stephanum præfatum, dono dedit: quem læta peperit an. 714. à Sancto Germano, Patriarcha Constantinopolitano, postea baptisatum: tum moribus, ac litteris, & pietate excultum, Deo dicat in monasterio montis Auxentiani, vbi monachus effectus, vitæ cœlestia tyrocinium posuit: patre autem eius demortuo, matreque ac sorore secum assumptis, in conspectu sui superioris eas prodit: cumque benedictionem ab eo accepissent, ad mulierum monasterium ductas, eas detondet, ac Dei cultui consecrat: matrisque carnalis, atque item sororis pater spiritualis euasit. Interim Copronymus dirè S. Stephanum persequitur, propter cultum SS. Imaginum, quem in exilium mittit, ad Hellesponti partes hoc est, ad Proconnesum, at verò omnes ipsius discipuli ab Auxentiano monte depulsi, ad Proconnesumque appulsi, illic monasterium construxerunt. Quin & mater eius ab ista tempestate, abfuit, verum simul cum filia, insulam illam adiens, contubernium ipsius amplexa est: sancto itaque Stephano ea in insula collucente virtutibus ac miraculis, secundo exilii sui anno scilicet 765, seu 766. egregia ipsius mater, & quam à filio quispiam, quemadmodum, & ab ea filium, certissimo iudicio agnoscere potuisset, filium simul ac mundum relinquens, ad communem patrem concessit, his ante ad filiam suam verbis vsa, non est, quod plores, nam tu quoque mecum profectura es. Nec verò, plures quàm septem dies intercesserant, cùm *Theodota* quoque. (Nam hoc filiæ nomen erat) relicto mundo, ad matrem suam, quemadmodum ipsa prædixerat, abscessit. Harum eximias virtutes ac laudes attestantur prædicti S. Stephani iunioris, Martyr. Acta, apud Surium, sup. cap. 1. 2. 5. 8. 12. & 15.

§. 3. *B. Anonyma, Virg. c*] Hæc quidem pauperculis genita parentibus: sed venusta corpore, & recta animo, ac simplicissima Virgo extitit. Quæ circa primos suæ pubertatis annos, Christo suam virginitatem dicare studuit, leuitates iuueniles fugere, & æstus omnes sui cordis in Christum Dei filium, velut in sponsum suum, cœpit dirigere. Multis modis à Dæmonibus impetita, sed toties victrix euadens, & gloriosa. Tanto autem ardoris amore ferebatur in Christum, vt maximè cuperet aliquando, quatenus aliqua specificaretur certitudine, se ab eo velut sponsam diligi, se ita illi placeret: cuius piis desideriis annuens amantissimus Dominus, annulum desponsationis sibi particularis porrexit: ac deinceps læta ipsum, quo ad vixit, sanctissimè seruauit. Ex Ioanne Nyder lib. 1. Formicarij, cap. 2. circa ann. Christi 1410.

§. 4. *B. Anna, Virg. d*] Tanta animi compassione, & cordis dolore, acerbum Dominicæ Passionis mysterium meditabatur, vt tota in lachrymas diffluerct: propter quod per annos 20. cæca reddita, & multis vitæ ærumnis confecta, patientiæ operam dedit. Nudis pedibus semper ambulauit, camisiam nunquam detulit, nec lecto decubuit, virtute abstinentiæ pollebat, in pane & aqua sæpius ieiunabat, disciplinis asperis & cruentis corpus quotidiè affligebat. Sanctissimè obiit nomen Iesu piè inuocando: in cuius morte lux clarissima infirmariam totam illustrauit, & odor suauissimus è corpore suo exhalauit. De qua Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 77. ad ann. 1575.

§. 5. *B. Lucretia, Virg. e*] Hac die, anno 1572. in cœlum migrauit: cùm esset Herculis 2. Ducis Ferrariæ, filia primogenita, moribus ac sanctitate insignis: honorificè sepulta in Monasterio corporis Christi Ferrariæ vrbis: ex Martyrologio Franciscano, hac die. Annotationib. ad illud. Vvadingho Tom. 6. Annal. Minor. ad annum Christi 1452. §. 63. post MSS. Monimenta illius loci.

§. 6. *S. Quiete. f*] Hæc ſimul cum viro, caſtitate, atque omni, tam corporis, quàm animi puritate, floruit: in quibus verè illud Apoſtoli perfectiſſimè cernitur conſummatum *Honorabile connubium, & thorus immaculatus.* Hebræor. 13. ℣. 4. Vndè ſanctæ prolis ex Dei dono parentes effici meruerunt. Inſuper, poſt quam bonorum collecta meſſe, euocati ſunt ad præmium; miro decoratæ ſunt poſt mortem, gratæ Deo vitæ, & mutuæ charitatis indicio. Poſtquam enim Beatus Hilarius deceſſit, in Mauſoleo, quod ex pario marmore ſtructum erat, conditus eſt: vixque diuerſo anni curriculo Quieta quoquè diem obiit. Erat B. Hilarij ſepulchrum ita diſpoſitum, vt duo poſſet corpora continere. Præceperat enim moriens, vt coniuge defuncta, ſecum ipſa recondèretur. Quæ cùm de more abluta inferretur in tumulum, amoto coopertorio ſubitò eleuata dextra, vir charæ coniugis ceruicem amplexus eſt. *Quod admirans populus, depoſito ſeceſſit opertorio, cognouitque, quæ eis caſtitas, qui timor in Deum, quæ etiam inter ipſos, dilectio fuiſſet in ſæculo; qui ſe ita amplexi ſunt in ſepulchro.* Vti ſcribit D. Gregorius Turonenſ. de gloria Confeſſ. cap. 42. & Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, hac die.

TERTIO CALENDAS DECEMBRIS.

TVDERTI in Vmbria, ſanctæ [a] Illuminatæ, Virginis & Martyris: ſub Maximiano Imperatore. Tagaſtæ in Africa, ſanctarum Virginum, [b] Fauſtinæ; Baſilicæ, & Fœlicitatis, ſancti Auguſtini conſanguinearum; quæ ſanctis moribus adornatæ, ipſum ſecutæ ſunt ad præmium. Apud Namurcum, ſanctæ [c] Idæ de Niuella, Virginis, Ordinis Ciſtertienſis, gratiæ Diuinæ chariſmatibus refertæ. In Saxonia, Monaſterio Elphidiano, Ordinis Benedictini, Beatæ [d] Anonymæ, Virginis: quæ Chriſto ex animo adhærens in terris, ipſi meruit ſociari in cœlis. Santareni in Territorio Vlyſſiponenſi, Beatæ [e] Eliſabethæ à ſancto Hieronymo, Virginis, Clariſſæ: quæ generis nobilitate, morum grauitate, atque vitæ ſanctitate, extitit illuſtriſſima.

NOVEMBRIS XXIX.

§. 1. *SAncta Illuminata, Virgin. Martyr. a*] Agunt de ea Martyrologium Romanum, hac die. Baronius ibid. in notis. & Tomo ſecundo, Annal. Eccleſiæ ad annum trecenteſimum tertium §. 121. Ferrarius de Sanctis Italiæ & in noua Topographia ad Martyrologium Romanum, verb. *Tudertum* ex Tabulis Eccleſię Tudertinæ, Simon Martinus, hac die.

§. 2. *Sanctarum Fauſtinæ, &c. Virgin. b*] Sorores, neptes, vel cognatæ an eſſent ſancti Auguſtini Epiſcopi, haud clarè deducitur; omnes verò vitæ ſanctitate præfulſiſſe ſcribit Simplicianus parte ſecunda Hiſtor. Ordinis Auguſtinian. in vita Sanctarum Monicæ & Perpetuæ, poſt alios de rebus Auguſtinianis agentes. Griſius de clericis Regularibus ſect. 10. paragrapho ſexto ex Epiſtola 109. S. Auguſtin. & ſect. 15. §. 15.

§. 3. *S. Ida, Virgin. c*] Cognominatur de *Niuella*, & de *Leuuis*, quòd Leewæ Brabantiæ oppido, honeſtis parentibus eſſet, Monaſterij de Rameya, Ordinis Ciſtertienſis Sanctimonialis: de qua ſup. 29. Octob. memoria habetur: nunc autem Tranſlatio eiuſdem, ceu eleuatio, vel commemoratio celebratur. cuius meminerunt Molanus in Additionibus ad Vſuardum. Wion in Martyrologio Benedictino, Ferrarius in catalogo generali Sanctorum, hac die. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano 21. Nouemb & in Supplemento eiuſdem, hac die, nam pretioſa eius mors accidit 11. Decemb.

B. Anonyma, Virg. d] Viſa eſt poſt mortem S. Gertrudi, eiuſdem loci Abbatiſſæ, ſtare ante Tronū Dei; vbi Chriſtus ad ſingula, quibus eam remunerauit, ſuauiſſima blanditate, eam deliniit. Ex libro 5. diuinar. inſinuationum cap. 12. Menardus in 2. Appendice ad Martyrologium Benedictinum. §. 4.

B. Eliſabeth, Virgin. e] Sanctiſſima; atque nobiliſſima Virgo extitit, illuſtriſſimi Villæ-Regiæ Marchionis filia; fide, ſpe, charitate, ac denique omni virtutum genere, omnique ſanctitate prædita. Obiit Santareni, in Monaſterio ſanctæ Claræ extra muros præfati oppidi. Ita Martyrologium Franciſcanum, hac die. Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in eo Monaſterio, quod eſt 5. Prouinciæ Portugall. Barrezzus parte quarta Chronic Minorum libro quarto, capite trigeſimo nono, ad annum Chriſti 1565. Vuadinghus Tomo ſecundo Annal. Minorum ad annum 1259. parag. 18. Valerius libro 4. de Sanctis Fœminis, Ordinis Minorum cap. 40. §. 5.

PRIDIE CALENDAS DECEMBRIS.

CONSTANTINOPOLI, sanctæ [a] Mauræ Virginis & Martyris celeberrimæ. Carmenæ in Carpetania, Hispaniæ Prouincia, ceu Toletano Regno, sanctæ [b] Iustinæ, Virginis & Martyris: sub Diocletiano Imperatore. In Anglia, sanctæ [c] Vvitburgæ, Virginis, strenuò mundi contemptu, & sincero Christi amore commendabilis. Messiniaci in Morinis sanctarum [d] Hervvigis, Iuttæ & Ghiselindis sororum Virginum, innocentia vitæ, & castimoniæ laude illustrium. Apud Malum-Dumum in Territorio Parisiensi, Beatæ [e] Blanchæ, Reginæ Franciæ, matris sancti Ludouici noni, Gallorum Regis; quæ tertio Ordini Franciscano adscripta, sanctis operibus, vsque in finem vacauit, & post mortem miraculis claruit. Florentiæ, Beatæ [f] Margaritæ de spinis, tertij instituti Seruitarum; eximiæ Sanctitatis ac pietatis fœminæ.

NOVEMBRIS XXX.

§. 1. *Sanctæ Mauræ, Virginis & Martyris.* a] De ea agit Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tomo decimo Annal. Ecclesiæ ad annum Christi 767. paragrapho vndecimo. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum, verb. *Constantinopolis.* Græci etiam in Menologio, eiusque nomine nobilitata est Insula in Mari Ioniu, Leucas, seu Leucadia olim appellata, propè Epyrum; quæ hodiè *Sancta Maura* nuncupatur. Cuius meminit Petrus Dauity, Tomu tertio Description. general. Europæ, pag. 1452. Insigne templum etiam illi, dicatum erat. Extra vrbem Constantinopolim: quod Copronymus impius, Imperator iconoclasta diruendum curauit: vti legitur in Actis sancti Stephani iunioris quem, ob defensionem & cultum sacrarum imaginum, ita persecutus est, vt multis tormentis ab eo affectum Martyrio coronatus sit. *Hic igitur ab impiis quibusdam viris ad eum delatum est; Stephanum ex prætorio Monasterium effecisse: cumque totas noctes illic in cantillandis Psalmis traducere, ac præterea complures ciues illuc proficiscentes, idolorum cultum ab eo edoceri. Hæc ille vt audiit, graniore ira inflammatus, statim militi cuidam, qui in Proximi Ordine adscriptus erat, hoc imperat, vt sanctum virum è carcere eductum extra vrbem obtruncet: illic nempe vbi prius eximia Martyris* Mauræ *Templum, situm erat; post autem locus illi carnificina factus est, templo scilicet illo à Tyranno funditus euerso, & solo adæquato, ac* Maura, *nuncupato, &c.* capite quadragesimo tertio. Apud Baronium, sup. & Surium 28. Nouemb.

§. 2. *Sancta Iustina, Virginis, Martyris.* b] Perseuerat vsque hodiè inter Toletum & Torrijos, eodem nomine insignitum oppidum *Carmena.* vbi sancta Iustina dicitur passa, hac die; qua à Martyrologio Romano. Baronio ibidem in notis. Molano in Additionibus ad Vsuardum, Gallesinio, in suo Martyrologio. Petro de Natalibus, libro vndecimo, Catalogi Sanctorum, capite centesimo trigesimo numer. 1. Biuario, in Commentar. ad Pseudochronicon Flauij, Lucij, Dextri sub anno Christi ducentesimo octuagesimo quinto, paragrapho quarto.

§. 3 *Sancta Vvitburga, Virginis.* c] Ita Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, hac die, ex Martyrologio Anglico, in quo, eadem die migrasse legitur. Floruit circa annum Christi 860. Vita illius apud Robertum Bucklandium reperitur: sicque erit diuersa, ab illa, de qua superius egimus a 18 Iulij.

Beatarum Hervvigis. &c. Virgin. d] A tribus §. 4. his puellis, vel honestis ancillis. Etymon est desumptum; quæ loco id temporis *Messteh* dicto (vbi iam visitur Sanctimonialium asceterium Messinensium) frequenter operi nauandæ, minusque obeuntes, suas oues, bouesque pascebant, omnes Virouiaco oppidulo oriundæ, ac parentibus *Hezone & Ida*, à quibus timorem Dei edoctæ orationis & castimoniæ seruandæ studio se totas addixerunt: ita vt Dæmon inuidentiæ œstro percitus, tres nequissimos è syluæ custodibus, pessimo instinctu adegerit ad illas omni conatu de stupro interpellándas: qui tremulas adoriuntur, quas neque blanditiis, neque promissis, neque minis, ad scelus valent compellere, superos & opem inclamantes. Eo denique deterritæ accidenti S. Deiparam, Virgioum flexis genibus: expansis manibus, & oculis in cœlum eleuatis precatæ; sese aperuit terra. Tresque simul sorores, eo modò quo prius adgeniculatæ, & iunctis in altum manibus, suauissimè obsorbentur, simul expirantes, ita vt suam sibi monumento sepulchrum impetrarint, potius quàm virginitatis facerent iacturam: quo facto eaterriti tres prædones, fiunt in Morinis Anachoritæ: vbi tot cœlitùs postea edita miracula: vt sancta Adela Comitissa Flandriæ, his piè commota, illic eodem in loco extruxerit insigne Virgioum Monasterium; curans locum ac terram effodi, comperit, illas tres Virgines, vti diximus, adgeniculatas, & manibus iunctis, illæsas: quas honorificè recondi fecit, & eximia veneratione persequuta est: ex sententia Drogonis Taruannensis Episcopi, anno 1600. Ita MSS. Monimenta Messinensia. Malbraneque Tomo 2. de Moriuis libr 8. cap. 51. Post Meyrum & Myræum,

Beata Blancha, Regina. f] Desponsata fuit Dino Ludouico VIII. anno 1200. qui cùm obiisset ad §. 5. Montempensierum anno 1226. summam Regni curam Blanca rexit, illi demandatam suprema

marici

mariti Regis voluntate; donec adolesceret sanctus Ludouicus Rex IX. adhuc impubes. Ea rebus initio administrandis, quòd mulier, quòd externa, quod externorum fide, consilioque vteretur, iniquos, æmulosque habuit, alioqui, sine controuersia, sine exceptione, laudibus cumulata. Ferunt illam à puero filium S. Ludouicum IX. Regem, ita instituisse, eaque Religione imbuisse; vt in animum induceret, mallo emori, quàm scelus concipere. Patrem quoque Regem opinio est, ea continentia, in summa omnium rerum licentia, temporibusque corruptissimis, extitisse, vt vsum voluptatum intra septa matrimonij cohibuerit: vt mirum non sit; tali vtrinque indole, domesticisque institutionibus ac exemplis, sobolem sanctam fuisse: & sanctam per se matrem, filius vbi adoleuit, etiam sanctiorem effecit. Vndè cùm sacræ militiæ crucem ab Episcopo Parisiensi accepisset; bellum in oriente Sarracenis illaturus, matrem eum fidelissimis amicorum reliquit, quæ Regni procuratione fungeretur. Iam nulla inuidia, quòd initio, à Rege puero, eius fœminæ sanctitatem, fidemque perspexerant mortales, & ea tunc ætate fuerat florentissima, formaque egregia; nunc omnia maturitatem suam nacta, ætate iam vergente, ac maiore vsu rerum illustria erant: nec minùs filij sanctitas matris mores excoluisse, quàm institutus à matre videri poterat. Inquit P. Æmylius libro 7. de rebus gestis Francorum in S. Ludouico IX. Rege.

§. 6. Mirùm! quot laudum Encomiis, quantisque virtutum Titulis, eam Reginam extulerint probi Authores: verè acclamatur, mulier sapiens ac prudens. Dilecta Domini, Deo amabilis, hominibus vtilis & accepta: raræ prudentiæ fœmina, optima admodum & pia Regina: qua mediante, omnia fausta fœliciaque Galliarum Regno obuenerunt, Europæ iubar splendissimum. Franciæ Paradoxum, vera Regiarum Didascala sobolum, vitæ Christianæ exemplar, cunctarum speculum virtutum, personarum fidelium amor, terrorque perfidorum. Ecclesiæ Tutrix, nobilium sustentaculum, ciuium mitissima Domina, pauperum nutrix, omniumque salus & solatium. Hæc & alia quæuis Elogia referunt Gaufridus de Bello loco, & Ionuillæus in vita sancti Ludouici IX. Reg. Francorum. Massonus, Æmylius, Gillius, Nangius. Tillius, Belforestus, Charonus, P. Matthæus, &c. in eodem Rege. Bosius de signis Ecclesiæ, Tom. 1. lib. 8. cap. 7. Roulliardus cap. 6. vitæ Beatæ Isabellæ, Virginis, sororis ipsius sancti Ludouici Regis, Paradinus, in affinitatibus Genealogicis Franciæ. Sanmarthani, in Historia Genealog. Domus Franciæ, Menardus in notis ad Ionuillæum cap. 5. S. Antonin. part. 3. Chronic. Titulo 19. §. 6. & capite 9. Bergomas de claris mulieribus, cap. 190. Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. Christi 1252. §. 1. & 2.

Porrò ipsam Reginam, raræ fuisse sanctitatis §. 7. fœminam, omnimòque sanctam extitisse, ac miraculis claruisse, testantur, Ioannes de columna, in mari Historiarum. Didacus de Valeria, in Historia Gallorum. Marianus lib. 2. cap. 20. De Bustis in Rosario Quadragesimali, part. 2. serm. 27. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Beatis 2. Ord. Æmylius, ac Vuadinghus, sup. Bzouius, Tomo 17. Annal. Eccles. ad ann. 1252. §. 10. Saussayus in Appendice ad Martyrologium Gallicanum.

Eam etiam nostram faciunt, & 3. adiudicant S. Fran- §. 8. cisci instituto. Marianus. de Bustis & Gonzaga, sup. Firmamentum 3. Ord. Minor. part. 1. Tract. de viris ac fœminis illustr. huiusce Ordin. Marcus Vlyssiponensis, part. 1. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 25. Antonius Sillensis, de priuileg. & rebus tertij Ordin. Minor. Marulus, lib. 4. Histor. sacrarum Religion. Salazar lib. 6. Chronic. Prouinc. Castellæ, cap. 16. Iam de Torrez, in practicis Exhortationibus super Regul. Tertiarior. fol. 37. Brulius lib. 2. Antiquitat. Parisiens. Vbi de magno conuentu Franciscan. sub fin. & aliiqui & in habitu eiusdem Ordin. dicunt sepultam Sanctissimè moritur Parisiis; an. 1253. hac die, cuius corpus solemni pompa, ad Malum-Dumum, Monasterium à se fundatum, propè Pontœsium, Ordin. Cisterciens. Gallicè, *Mau-Buisson*; cor verò ipsius translatum fuit ad Abbatiam de Lilio, eiusd. Ordin. propè Melodunum, quam etiam extruxerat. Præter hos omnes, Vide Martyrologium Franciscanum, hac die, & Annotationes ad illud. Item Carolum de *Combault*, Baro *d'Auteuil*, in Blancha, Regina Francorum, in quibus latè & copiosè complura perstinguntur ad hanc sanctissimam Reginam spectantia, quæ lectori tum ad pietatem, tum ad Historiæ commendationem, haud paruam conferent exercitationem.

B. Margarita, Tertiar. f.] Florebat circa ann. 1370. §. 9. tamque exemplaris vitæ, ac deuotionis extitit; vt Florentiæ, suscepto religionis habitu, ab Ecclesia gloriosæ Annuntiatæ, cui veluti altera Anna Prophetissa, perpetuis diebus inseruiebat, nunquam recederet. Vti scribunt Archangelus Gianius, part. 1. Annal. Seruitar. centuria 1. lib. 3. cap. 1. & lib. 5. cap. 13. Item Poccianitus: Thadæus, Thomas, &c. in Chronic. eiusdem Ordinis.



DECEMBER

CALENDIS DECEMBRIS.

ROMÆ, sanctæ [a] Candidæ, Martyris: sub Traiano Imperatore. In Gallia, sanctæ [b] Maximæ, Virginis & Martyris: quæ in persecutione Diocletiani & Maximiani, florenti adhuc ætate, gloriosum Christo testimonium, edito magnifico certaminis trophæo, reddidit. Constantinopoli, sanctæ [c] Nataliæ, vxoris beati Hadriani Martyris; quæ sub Diocletiano Imperatore, sanctis Martyribus Nicomediæ in carcere detentis, multo tempore ministrauit, impleto quoque certamine, Constantinopolim profecta, ibidem in pace quieuit. Pictauis, sanctæ [d] Florentiæ, Virginis; quæ à Sancto Hilario Episcopo edocta, ac reclusa, miraculis emicuit. Drepani in Sicilia, Beatæ [e] Innocentiæ Ricci, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ; genere, virtute, & signis admirandis nobilissimæ. In Calensi Monasterio Diœcesis Parisiensis commemoratio sanctæ [f] Heresuidæ Reginæ, Ordinis Benedictini, vitæ & virtutibus conspicuæ. Rhegii Lepidi in Æmylia, Translatio sanctæ [g] Dariæ, Martyris.

DECEMBRIS PRIMA DIES.

ANNOTATIO.

§. 1. *Sancta Candida, Martyr. a*] Dicebatur *Claudia Paphensis Candida*, quod à Papho esset vrbe Cypri, vbi ad fidem conuersa à Paulo dicitur, cum Lucio, marito suo, proconsule Paulo Sergio, & aliis multis, visa cæcitate, quam Apostolus Elymæ mago immisit. Multos enim tunc cum Proconsule fidei, nomina sua dedisse testatur Metaphrastes, in commentario de peregrinationibus SS. Petri & Pauli Apostolorum. Candida verò cum marito suo Lucio, Romam contendit, & cum Rogato & Cassiano, Martyrio coronati sunt: quorum meminerunt Martyrologium Romanum, hac die: Baronius ibid in notis. Beda, eadem die. & Biuarius in Commentario ad Pseudochronicon. Flauij, Lucij Dextri, sub anno 100. §. 6.

§. 2. *S. Maxima, Virg Martyr. b*] Ex Territorio Tongritano, in Gallia; seu Lotharingia, Galliæ Prouincia, oriunda erat, hæc Christi Virgo: quæ Imperatoribus Diocletiano & Maximiano delata, carceri tradita est diebus multis: exindè autem postea educta, tamdiu fustibus cædi iussa est, donec spiritum exhalaret. Ita Petrus de Natalibus lib. 1. Catalog. Sanctor cap. 14. Ferrarius in Catalog generali Sanctor. hac die, ex Calendario Lotharingiæ. Saussayus in Supplemento Martyrologij Gallicani, ead. die.

S. Nataliæ. c] Erat ipsa parentibus nata Christianis, filiaque sanctorum: & antea quidem non se ausa fuerat declarare, quòd esset Christiana, propter immanem persecutionis acerbitatem: donec sibi relatum fuit, virum suum S. Adrianum Christianum effectum, ferro vinctum, in carcerem ductum, & Martyribus sociatum. Et vide fœminæ virilem animum. Nam valdè ex hoc exhilarata, vesteque mutata, celerrimè se contulit ad carcerem; & procidens ad pedes viri sui, osculabatur vincula eius: dicens, Beatus es, mi Domine Adriane; siquidem inuenisti opes, quas tibi non reliquerunt parentes tui: sic verò benedicetur, qui timet Dominum. Vere, mi Domine, congregasti tibi diuitias in iuuentute tua, quas alioqui non inuenisses in senectute tua; &c.. Cui S. Adrianus promisit se illam vocaturam, quando aderit tormentorum cruciatio. Tum illa surgens, à pedibus eius, ad omnes sanctos accedebat, & illorum

vincula osculabatur. Post dies aliquot S. Adrianus, venit ad B. Nataliam vt promissa impleret: quo audito, ac viso, piissima fœmina mire doluit, dum putat maritum suum à Christo defecisse: sed re maturiùs cognita: ad pedes eius sese prostrauit, cumque secuta est ad carcerem: vbi ad pedes Martyrum genuflexa osculabatur vincula eorum, & vulnera, sic à suppliciis putrefacta, vt vermes ex eis exciderent: meliusque sese, putredinem omnem abstergebat. Misit verò etiam puellas suas, quæ afferrent ei lintea eius, & multa valdè pretiose. Erat enim prima inter clarissimas fœminas, & tam suorum, quàm mariti sui parentum natalibus insignis: allata autem à puellis lintea accipiens, extersit suis manibus plagas Sanctorum, alligabatque, manus & pedes eorum: mansitque cum eis in carcere diebus septem, studiosè Sanctor. Martyrum vulnera curans. Vbi autem aduenit dies, quo S. Adrianus torqueri debebatur, illum B. Natalis impensè cohortata est & consolata: quem è tormentis disruptum, & in carcerem reductum secuta est, confortans eum in Domino: extergens sanguinem eius, & vulnera, quæ osculabatur: eadem faciebant religiosæ Matronæ aliis SS. Martyribus: quod vbi resciuisset Maximianus, prohibuit eas imposterum illic ingredi. Cernens hoc B. Natalia, totondit capillos suos, & sumpto viri habitu, ingressa est in carcerem, & omnium vulnera fouebat ipsa sola. Tandem S. Adrianus vltimum supplicium accepturus, obtulit pedes & manus vt confringerentur & amputarentur, B. Natalia assistente semper, & ipsa membra amplexante dùm torquebantur; cuius manum detruncatam in sinu suo abscondit: & dùm corpora Martyrum projiciebantur in ignem vt cremarentur, rapuit ex eis quidquid potuit. Tum, vt nuptias cuiusdam Tribuni euaderet, admonita in somnis per sanctos Martyres, mare conscendit. Bysantiumque venit, secum ferens ipsam manum S. Adriani: pannis pretiosis inuolutam; vbi mox ex nauigatione defatigata, & ad cœlum per S. Adrianum euocata, suaui sopore, emisit Spiritum. Agunt de ea Vsuardus, & Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Constantinopolis & Nicomedia*. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Ecclesia 15. Regione 1. Decretus, part. 5. veræ Viduæ. Res ab ea præclarè gestæ intextæ sunt in Actis S. Adriani Martyr ad 4. Martij & 8. Septemb. tum. 1. Decemb. Apud Monbritium, Surium, Lippelouni, Petrum de Natalibus, lib. 1. sup. cap. 18. & lib. 8. cap. 55. Vincentium Beluacens. lib. 15. specul. Historial. cap. 8. & seq. S. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 30. Renatum Benedictum, &c. de eius reliquiis in Conuentu Canonicor. Regular. de Chellis prope Vlyssiponem habetur. Cardosus in Agiologio Lusitano. 14. Ianuar.

§. 4. *S. Florentia, Virg. d*] Hæc patriam deserens, S. Hilario reuertenti ab exilio, anno circiter 360. adhæsit, & Pictauium vsque profecta est: quam mox B. Præsul cella, vt enixè postulabat, inclusit, (sex leucis à Pictauis vrbe, quo nunc prostat Prioratus *de Comblé*,) vbi die noctuque, vigiliis & orationibus incumbens; postmodum sancta illius anima, hac die, migrauit ad Dominum; cuius corpus in eodem loco idem Pontifex tradidit sepulturæ; quod demùm Isambertus, Pictanorum Episcopus, in Pictauiensi Ecclesia, iuxta altare B. Mariæ Virgin. summo cum honore collocauit. Secul. 11. Vide Acta S. Hilarij Pictauiens. Episcopi 13. Ianuar. cap. 3. apud Surium, ex Fortunato, Renatum Benedictum, &c. Saussayum ad calcem Martyrologii Gallicani, ex excerptis è sacris monumentis Ecclesiæ Pictauiens. Ferrarium, sup. verb. *Pictauia*. Ex Primo, Cabillonensi Episcopo.

B. Innocentia, Virg. e] Drepani in Sicilia nobilibus §. 5. parentibus nascitur ann. 1599. die 16. April. feria sexta. Ab ineunte ætate, pietati, virtuti & temperantiæ operam dedit: ieiunia ab Ecclesia indicta, vnà cum aduentu Domini strictè seruabat. Pompis & vanitatibus sæculi, cunctisque carnis illecebris, perpetuò aduersata est, pulcherrima quidem facie, sed moribus etiam venustior, et que elegantior. Itaque vitæ perfectioni studens, anno 1620. die 8. Decemb. in Ecclesia S. Annæ Conuentus FF. Minor. Reformatur. Obseruantinor. habitum Tertiariatum sumpsit de manu R. P. Innocentii à *Clusia*, eiusdem Ordinis, à quo & soror *Innocentia*, nuncupata est, cùm autem *Diana*, vocaretur. In ea autem vocatione, tantum humilitatis, paupertatis, castimoniæ, & obedientiæ specimen præbuit; vt breui cæteris data sit in superiorem, mirè delectabatur ex lectione librorum B. P. Barthulomei à *Salutbio*; & in meditatione sua, sic exardescebat igne diuini amoris, maximè quando sacra Eucharistia reficiebatur vt raperetur in extasim. Tandem plena virtutum & bonorum operum, abiit in cœlum, hac die, anno 1624. die Dominica, cuius corpus apud nostros Reformatos, delatum, integrum, suauissiméque olens, nunc vsque perseuerat: quare authoritate Vrbani VIII. Summi Pontif. processus habentur super vita, morte, ac miraculis, pro futura eius canonizatione. sub datum Romæ 17. Februar. anno 1629. vitam eius descripsit F. Hieronymus à Sotera, Minor Obseruantinus Reformatus, illius confessarius: quam ampliauit Iacobillus fulginas, anno 1629.

S. Heresuida, Regina. f] Certissimum est hanc cla- § 6. rissimam Reginam, Regio Anglorum sanguine ortam esse, mater quippe extitit Adulfi Regis Orientalium Anglorum, maritum etiam habuit Edilherum Principem, quiquidem ab Osuio Rege Northumbrorum in prælio fuit occisus, à quo iam recesserat: & Regia dignitate, regalibusque diuitiis, ac patria ipsa derelictis, in Galliam se contulit, ibique in Musterio Calensi, Parisiensis Diœcesis, iuxta Matronam fluuium, habitum Religionis Ordinis S. Benedicti induit, & Monasticis votis se Deo consecrauit: vitæ regularis austeritates Regni deliciis præferens. Ad eam S. Hilda, soror eius (de qua sup. ad 17. Nouemb.) anno circiter 647 profecta, venit, vt simul cum ea peregrinam pro Domino vitam duceret; Regularibus subdita disciplinis, coronam simul consecuturæ æternam. Ita Beda lib. 4. Histor. Eccles. cap. 23. & lib 3. cap. 54. Wigurniensis, in Genealogia Regum Oriental. Anglor. Velun. lib. 4. Ligni vitæ cap. 14. Menardus in Martyrologio Benedictino, & lib. 2. Obseruation. ad illud. Eduardus Maihew, Tom. 3. Trophæorum Congregation Anglican. Ordin. Benedictin. ad Natales Sanctor. hac die.

Translatio S. Dariæ, Martyr. g] Sic Ferrarius in § 7. Catalogo generali Sanctor. ex Tabulis Ecclesiæ Rhegiensis, hac die, hanc Translationem SS. Crisanthi & Dariæ, coniugum, Martyrum, illius vrbis patronorum, summa celebritate cum octaua recolentis: quippe, quæ ipsorum corpora, habeat: licet Vrienses in Salentinis, se illa habere credant, eosdemque SS. Patronos suos colant, vti Paulus Regius lib. 5. de sanctis Regni Neapolitani asserit.

QVARTO NONAS DECEMBRIS.

ROMÆ Passio sanctæ [a] Bibianæ, Virginis & Martyris: quæ sub Iuliano Imperatore sacrilego, ob Christum, tam diu plumbatis cæsa est, donec redderet spiritum. Ibidem sanctarum Martyrum, Paulinæ, [b] Mariæ: Martanæ & Aureliæ, quæ in persecutione Valeriani, sub Secundiano Iudice, Martyrium compleuerunt. In Anglia, sanctæ [c] Vvedæ Virginis, Abbatissæ Petroburgensis, Ordinis Benedictini, quæ ob spectatam vitæ integritatem, & præcipuum Religionis studium: cæteris virtutis stadium facilè aperuit: ac moriens, pietatis suæ haud vulgaria reliquit testimonia. In Italia, Beatæ [d] Merhildis, Virginis Ordinis Cistertiensis, quæ crucis mortificationem iugiter: in suo corpore detulit. In Hispania, apud Villam-Nouam infantium, Beatæ [e] Annæ Sanchez, Virginis Tertiariæ Franciscanæ: quę paupertate, oratione, aliisque summis virtutibus fulsit. Apud Niuigellense Monasterium Ordinis Benedictini, in Brabantia, Diœcesis Namurcensis, Consecratio sanctæ [f] Gertrudis, Virginis, Abbatissæ,

DECEMBRIS II.

§. 1. SAncta Bibiana, Virg. Martyr. [a]] Virgo Romana extitit, nobili genere nata, Christiana fide nobilior fuit. Eius etenim Pater Flauianus sub Iuliano Apostata impiissimo Tyranno expræfectus, seruilibus notis compunctus, ad aquas Taurinas deportatus, Martyr occubuit. Mater Dafrosa, & filiæ primùm conclusæ domi vt inedia conficerĕtur: mox relegata mater, extra vrbem capite plexa est. Mortuis autem piis parentibus, Bibiana cum sorore sua Demetria, bonis omnibus expoliatur. Apronianus vrbis Prætor, pecuniis inhians, sorores persequitur, quas humana prorsus ope destitutas, Deo mirabiliter, qui dat escam esurientibus, enutriente, cùm viuatiores, vegetioresque conspexisset, vehementer est admiratus. Suadet nihilominus Apronianus, vt venerentur Deos Gentium, amissas ideò opes, Imperatoris gratiam, præclarissimas nuptias consecuturæ; si secùs fecerint, minatur carceres, virgas, secures. At illæ, neque blanditiis, neque minis, à recta fide declinantes paratæ potiùs mori, quàm fœdari moribus Ethnicorum, Prætoris impietatem constantissimè detestantur. Quare Demetria ob oculos Bibianæ, repentè corruens, obiit in Domino. Bibiana Rufinæ mulieri vaferrimæ seducenda traditur, quæ ab incunabilis edocta Christianas leges, & illibatum seruare virginitatis florem, seipsa fortior fœminæ superauit insidias, & Prætoris astus delusit. Nihil autem proficiente Rufina, quæ præter dolosa verba, illam quotidiè verberibus affligebat, vt de sancto proposito dimoueret, spe sua frustratus Prætor, accensus ira, quòd in Bibiana perdidisset operam, à lictoribus eam denodari vinctisque manibus columnæ alligari, eamque plumbatis cædi iubet, donec efflaret animam. Cuius sacrum corpus obiectũ canibus, biduò iacuit in foro Tauri, illæsum tamen & diuinitùs seruatum, quod deinde Ioannes Presbyter sepeliuit noctu, iuxta sepulchrum matris & sororis, ad palatium Licinianum, vbi vsque in præsens, extat Ecclesia Deo sanctæ Bibianæ nomine, dicata, à S. Simplicio Papa erecta; (vt constat ex lib. de Roman. Pontif. in eo) quam Vrbanus VIII. instaurauit SS. Demetriæ, Bibianæ, & Dafrosæ corporibus in ea repertis, & sub ara maxima collocatis: cuius S. Bibianæ festum, sub ritu semiduplicis deinceps intra Breuiarium Romanum, cum lectionibus propriis apponendum curauit. Agunt de ea Beda, Vsuardus, Ado, Breuiarium, & Martyrologium Romanum, hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 4 Annal. Eccles. ad ann. 362. Vincentius Beluacens. lib. 14. specul. Historial. cap. 38. Bergomas lib. 9. Supplement. Chronic. ad annum Christi 364. perperam, *Iuliana*, ab eo (sicut & ab Hermanno Schedel, in Registro mundi, pag. 132.) vocata. Petrus de Natalibus lib. 1. Catalog. SS. cap. 19. Dominicus Fedinus, Ferrarius de SS. Italiæ, Foderctus, Ribadeneyra, Bachotus, &c. hac die. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ, Regione 2. Ecclesia 15.

SS. Paulina, &c. Martyr. [b]] Hæ ad Christum conuersæ sunt, & baptisatæ per S. Stephanum Papam, postea Martyrem: scilicet *Paulina*, vxor S. Adriæ Martyr. & *Maria*; filia eorum puella annorũ tredecim: quæ à Iudice comprehensæ, & in carcerem trusæ, ac deindè, in publicum productæ: iussit Tyrannus, omnes expoliari, nudè extendi, ac fustibus cædi. Tunc B. Paulina, cùm acrius cæderetur, reddidit Deo spiritum; cuius corpus foras iactatum est; quod Hippolytus Diaconus colligens, sepeliuit via Appia, milliario ab vrbe, in arenario, vbi frequẽter Christiani conueniebant. Sanctam verò *Mariam*, iudex fecit torqueri simul cum fratre suo S. Neone, puero 10. annorum, ac dirè cædi: deindè iussit vt ducerentur ad Petram-Sceleratam, & illic necarentur in conspectu parentis: quò ducti, gladio cæsi sunt, iactata ibique corpora eorum; quæ collecta à fidelibus, sepulta sunt in præfato arenario 6. Calend. Nouemb. Post mensis nouem, venit Fœmina, *Martha*, (aliis *Martana*) nomine, Græca genere, vnà cum filia *Valeria* (seu *Aurelia*) Ambæ Christianæ: SS. *Adria & Paulina*, consanguineæ; cumque eos quærerent, nec inuenirent; audientes eos Martyrio coronatos esse, gauisæ sunt vehementer. Et inquirentes de corporibus illorum, cùm inuenissent, ibid. diebus ac noctibus, vigilantes in orationibus permanserunt §. 2.

vsque

vſque ad annos 13. reddentes in pace ſpiritum Deo, ſepultæ ibidem ſunt 4. Idus Decemb. Licet autem diuerſis diebus paſſæ repertantur, tamen vnà ſimul de omnibus eadem die agitur. Porrò ſacra pignora Adriæ, Paulinæ, Neonis & Mariæ, Romæ aſſeruantur in Eccleſia S. Agathæ in Suburra: vt eius Eccleſiæ antiqua monumenta demonſtrant. Hæc ex Martyrologio Romano, hac die, Baronio, ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Eccl. ad ann. Chriſti 259. poſt Acta illorum SS. Martyr. apud Surium, hac die, Panciro-lam ſup. Eccleſia 49. & Gallonium de Virginibus Roman.

§. 3. *S Vveeda, Virg. Abbatiſſ.* [c]] Vixit circa an. 692. fuitque S. Eadburgæ ſoror, cui in Abbatiſſæ munere ſucceſſit, eodem Sabrinæ Monaſterio; Eadem eſt cùm S. *Ena*, Virgine; (quæ Thormeburiæ in Gloceſtrenſi tractu quieſcit) ſed in diuerſis locis veneratur. Ita Ferrarius in catalogo generali Sanctor. hac die, ex Martyrologio Anglican. & Tabulis Eccleſiæ Petroburgenſis, Chorographia Britanniæ fol. 276. & Vvion. lib. 4. Ligni vitæ cap. 28.

§. 4. *B. Methildis, Virg.* [d]] Ipſa eſt, quæ vidit S. Thomam de Aquino, & B. Albertum, ante Thronum Dei, & multos Angelos, qui eos comitabantur. Flagellis, ieiuniis, aliiſque pœnitentiæ exercitiis, carnem ſpiritui ſubiecit, multiſque ſignis ac Reuelationibus cœleſtibus à Deo honorata: prout referunt Barnabas de Montalbo Tom. 1. Chronic. Ciſtertienſ. lib. 2. cap. 41. Henriquez, in Menologio Ciſtertienſi, hac die.

§. 5. *B. Annæ, Virg.* [e]] Socia fuit B. Catharinæ *Ruiz*, mira deuotione & indefeſſæ orationis virtute pollebat, necnon & Oeconomiæ prudentia, rara extitit; quæ cùm vbique celebris haberetur, miſſa eſt, vt cœnobij matrem ageret ad clauſtrum ſororum Beatarum S. Clementis, cui officio 20. annorum decurſu, ampliſſimis laboribus, & incommodis obſecuta, rediit (relicto frangrantiſſimo conuerſationis odore) in locum priorem: vbi pœnitentiis, vigiliis, & orationum inſtantia, fracta, & fatigata, diem vltimum obiit ſanctiſſimè: cuius pauperculum ſtratum cum paruo ſuo tuguriolo, ſplendore quodam inſolito irradiatum, aliquandiu, multis inſpicientibus, apparuit. Illius meminerunt Martyrologium Franciſcanum, hac die, Annotationes ad illud. Blaſius Laghina in ſuo memoriali. Marianus lib. 6. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformator cap. 13. Thielmans, Tom. 2. vitar. SS. Ordin. Seraphic.

§. 6. *Conſecratio S. Gertrudis, Virg. Abbatiſſ.* [f]] Tanta celebritate, & fama ſanctitatis totum Belgium peruaſit, illicque veneratur: vt ex peculiari cultu ac honore habeat diem, quo à ſancto Amando Epiſcopo, Deo hæc Chriſti ſponſa, conſecrata ſit & velata. Qua de re, vide Molanum in Additionib. ad Vſuardum, & in Indiculo SS. Belgij. Vvion, in Martyrologio Benedictino. Sauſſayum in Martyrologio Gallicano, hac die.

TERTIO NONAS DECEMBRIS.

ROMÆ, ſanctæ [a] Hilariæ, Martyris, vxoris Beati Claudij Tribuni, matriſque Iaſonis & Mauri, Martyrum: quæ cùm filiorum corpora ſepeliſſet, ad eorum ſepulchrum orans, paulò poſt à Paganis tenta, migrauit ad Dominum. Argentinæ, ſanctæ [b] Attalæ, Virginis. In Gallia, Beatæ [c] Luciæ, Virginis, Ordinis ſancti Dominici alumnæ: quæ mirabili vitæ integritate, & caſtimoniæ laude floruit. Coloniæ Beatæ [d] Anonymæ, quæ aliquando lapſa, ſed facti pœnitens, totius honeſtatis & religionis prorupit in fructus, quibus Diuinum ſibi reparauit, auxitque amorem. Conſtantiæ ad radices Montis Mariani, in ſaltu Caſtulonenſi, Beatæ [e] Conſtantiæ Velaſquez, Viduæ, Clariſſæ; huiuſce loci Monaſterii Fundatricis; genere, abſtinentia, & oratione inſignis. Arelate, Reuelatio ſanctarum Mariæ Iacobi & Salomæ, in Puellari Monaſterio ſancti Petri Montis Maioris quieſcentium.

DECEMBRIS III.

§. 1. S. *Hilaria, Martyr.* [a]] Hæc cum marito & filiis, conuerſa ad Chriſtum per S. Chryſantum: omnes ſimul, eodem die, baptiſati ſunt: ac mox iuſſo Numeriani imperat. Martyrio coronati. Cùm S. Hilaria, ad monumentum, vbi corpora Martyr. ipſorum condita erant, frequentius ingrederetur orationis cauſa; à quibuſdam gentilibus comprehenſa eſt; quæ cùm abſtraheretur; ſinite me, (inquit) precationem meam abſoluere, & veniam quocumque volueritis. Cùm igitur genibus flexis, expanſiſque manibus oculos in cœlum ſuſtuliſſet: Domine: (inquit) Ieſu Chriſte, quem ex toto corde confiteor; nunc me filiis meis adiunge, quos ex ventre meo, ad tuam Religionem aduocaſti; hæc cùm dixiſſet; tacitæ præcationi ſe dedit, atque inter precandum, ſpiritum reddidit. Agunt de ea. Beda, Ado, Vſuardus, Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccleſ. ad ann. Chriſti 284. Vincentius Beluacenſ. lib. 11. ſpecul. Hiſtorial. cap. 127. D. Antonin. part. 1. Chronic. Titul. 7. cap. 9. §. 5. Petrus de Natalib. lib. 1. catalog SS. cap. 23. Ferrarius de SS. Italiæ. Vaquerius in Enchiridio benè morientium. Vide Acta SS. Chryſanthi & Dariæ ad 25. Octob. apud Surium, Lippeloum, &c. Pancirolam in Theſauro vrbis Romæ, Regione 2. Eccleſia 42. & Regione 3. Eccleſia 5. Gallonum de Matronis Roman.

§. 2. *Ss Attalæ, Virg.* [b]] Floruit in ciuitate Argentina, vulgò, *Straſbourg*: de qua Molanus in Additionib.

Sſ

ad Vsuardum, hac die.

§. 3. *B. Lucia, Virg.* [c] Raderus, part. 3. Viridarij SS. cap. 3. de excis Sanctis §. 9. ex Conrado Zittardo; & Iacobo de Victriaco; S. Dominici alumnam facit: secutus ab Arnulpho lib. 5. comitior general, cœlo, cap. 19. ex Antonin. Senens. in Chronic. Ordinis Prædicat. ann. 1410. quam Ignatios Ioseph lib. 5. Histor. Ecclesiastic. Abbatisvillæ, cap. 91. vult fuisse, ex Ordine Fontis-Ebraldi ex Ioãne Vallensi in illustrationib. super cantica canticor. Haoc ipsorum oculorum gratia exosolaoit. Ausa est enim facinus supra sexus cooditionem forte & geoerosum, sollicitata frequenter à nobili adolescente ad mutoos amores; amores; Tandem, qoid est, inquit, quod in me tantoperè ames? Lomina, inquit, tua me vulnerarunt. Irata sibi ipsi intacta Virgo: ita ne ego meis oculis lædo mortalium animos, & perdo? Sequor coosiliom Magistri mei: *si oculus tuus scandalisat te, erue eum, & proiice abs te, melius est tibi cum vno oculo intrare in Regnum cælorum, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam.* Math. 5. Marc. 4. Expunxit ergo vtrumque, & transmisit amatori, qui tam admirando spectaculo attonitus, exclamasse fertur.

Heu! qua legi, oculi, Virgo castissima, pœnam
Quam merueri mei, sustinueri tui!

Ac Illicò facti pœnitens, tanquam ipse Virginem oculis exuisser, abiectis rebus bumanis, S. Dominici sodalibus se adiũxit. Lucia verò diuinitùs lucem recepit, & in summa vitæ sanctimonia, vltimom vitæ diem claosit: bodie multis beneficiis passim in ægros & alios clara celebrisqoe. Illius meminit Bergomas, de claris mulieribus cap. 107. quod factum perperam S. Luciæ, Virgini ac Martyri Syracusanæ tribuerit.

§. 4. *B. Anonyma.* d] Erat saoctimonialis, Coloniæ, io Monasterio B. Mariæ Virgio. Deiparæ, omni morum honestate, omniqne vitæ sanctitate, inter consodales refulgens; sed ex superbia, oimiaque soi coosidentia, in peccatum prolapsa est, confestim tamen, & gratia Dei speciali, surrexit, fletoque maximo culpam admissam diluir, annis siquidem nòn paucis iugiter in pœnitentia perseuerans, corpus vigiliis, ieiuniis, orationibus & lachrymis atterebat, humilitatem summè amplexata, & piis S. Annonis, Coloniensis Archiepiscopi monitis confortata. Ita copiosius Surius in Actis ipsius S. Aononis 4. Decembr. lib. 1. cap. 14. sub ann. 1040.

§. 5. *B. Constantia, Vidua.* 1] Hæc nobilis molier, orbata marito, suis propriis expensis, Constantiæ Monasterium Clarissarom extruxit, atque fundanit ann. 1579. vbi & ipsa secundam S. Claræ Regulam professa, claruit admirabili vitæ sanctitate. Cibus eius, panis & aqua: oratio autem, exercitium sibi assiduum, sæpè à sanctissima Virg. Deipara visitabatur, maximè illis nouem vltimis vitæ suæ diebus Memoratur in Martyrologio Franciscano; hac die, Annotationibus ad illud, à Gonzaga in præfato Monasterin, quod est 5. Prouinciæ Angelor. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 50. ad ann. 1600.

§. 6. *Reuelatio SS. Maria Iacobi & Salome f*] Ita Saussayus in Supplemento Martyrologij Gallicani, hac die. Sanè Rhemis fit festum BB. Mariæ Iacobi & Salomæ 11. Maij ex eodem Saussayo, in Martyrologio Gallican. Easdem verò ambas colit Burdigalensis Ecclesia, sub ritu duplici 25. Maij: teste ipsomet Saussayo, in Supplemento suo. Porrò, Arelate, agitur festum speciale S. Mariæ Iacobi, die 25. Maij: iuxta ipsum Saussayum, tom io ipso Martyrologio Gallicaoo, eod. die: tom io Supplemento eiusdem; hac. 3. Decemb. Cur autem tanta diuersitas, & talis solemnitas? Non aliundè certè, nisi ex ipsarum SS. corporum apud Gallos assetuatione: nam Petrus de Natalibus lib. 4. catalog. SS. cap. 4 expressè tradit corpus S. Mariæ Iacobi in Prouiocia Prouiociæ quiescere: præterea, de Reliqoiis SS. Mariæ Iacobi & Salomæ, habetur in æde Parœchiali S. Mariæ Magdalenæ apud vrbem Parisiens. teste Brulio lib. 1. Aotiquitat. Parisiens. in ea Ecclesia. At verò, coostat anno 1448. ad instantiam Regis Siciliæ, Renati, Prouinciæ in Gallia Comitis, perquisita, & effossa fuisse sub terrs, corpora BB. Mariarum Iacobi & Salomes, in Ecclesia Parœchiali B. Mariæ de *Mari*: & reperta in decentiori loco recondita esse. Tunc enim præfati Regis precibus, & Nicolai 5. authoritate, Petrus 4. de Fuxo, Arelatensis Archiepiscopus, 105. seu 106. Hasce Reliquias sacras, Religioso cultu, quæ sic iacuerant io sobterraneo loco, sustulit, easque lauauit. & honorificè in altum, ornatumque locum retulit: vti testatum habetur In Actis, & libello huiusmodi innentionis & Translationis anno 1448. & Relatione Nicolai Brancassij, Massiliensis Episcopi, ad præfatum Petrum de Fuxo, tunc Cardinalem Legatum Auenionensem, à quo specialiter deputatus fuerat, pro exactissima huiusce rei inquisitione: cuius rei meminerunt, Saxius in Pontificali Arelatensi sub eo Petro de *Fuxo*. Scoertius, in Arelatens. Archiepiscopis ibid. Frisonus, lib. 4. Galliæ purpuratæ, in eo Petro Cardinali seniore, pag. 470. *le Ian*, in Episcopis Ebroicensib. sub 51. Dionysius in Triumpho S. *Magdalene* pag. 29. Honoratus *Bouche* libro *vindicia fidei & pietatis, pro S. Magdalena*, post Geruasium Tilliberiens. Mareschallum Regni Arelatens. Deotiis imperialibus, MS. lib. 2. De diuisione orbis & Prouinciarum, in parcella, de Prouincia Arelatensi, in § Narbonens. Michael Iordanus libro coi Titulus. *Ratio vindicatrix calumnia.* pag. 10. & 11 & seq. Antonius *de Ruffy*, in Historia Massiliensi. Vide part. 2. *Neustria Christiana* in Episcopis Ebeoicensib. item *Neustriam sanctam.* ad 25. Maij: Oppidom autem propterea dictum. Trimarianum, (*des trois Maries*) extat ad hostia Rhodani fluminis, vbi adest Ecclesia illa Parœchialis, sub honore Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ constructa, dicta de Mari, aut de *Villa-Maris*, non longè à ciuitate Arelatensi, vocata *B. Maria de Ratis*; eò quòd illic appulerint BB. Maria Magdalena, Iacobi & Salome, illieque requiescuot earum corpora sororum vltimarum: ex legenda, quæ inibi asseruatur, & Archiuis Regiis Aquensibus, iusto opusculo, de Translatione BB. Mariarum & Actis B. Marcellæ pedissequæ, apud probos Authores: vltra præfatos citatos.

PRIDIE

PRIDIE NONAS DECEMBRIS.

NICOMEDIÆ, Passio sanctæ [a] Barbaræ, Virginis & Martyris: quæ in persecutione Maximini, post diram carceris macerationem, Lampadarum adustionem, mamillarum præcisionem, atque alia tormenta, gladio Martyrium consummauit, quo in genere Martyrii sociam habuit S. Iulianam Virginem eius collactaneam. Curiæ in Rhætia sanctæ [b] Emeritæ Virginis & Martyris. Cœnomanis, Beatæ [c] Adnettæ, Virginis, Abbatissæ Benedictinæ, multarum prærogatiua virtutum spectabilis. In Territorio Bituricensi, sanctæ [d] Bertoaræ, Christi famulæ, & meritis insignis. Palmæ in Hispania, Beatæ [e] Catharinæ, Virginis, Clarissæ; quæ Angelicam propè vitam ducens in Terris, Christo sponso sociari meruit in cœlis. In Flandria, Monasterio Bello-Prarensi, iuxta Gerardi-Montem, Mechliniensis Diœcesis, Beatæ [f] Ioannæ Spirinæ, conuersæ, Ordinis Cistertiensis; quæ nobilitatem generis, admiranda humilitate decorauit, & post obitum, in magna visa est claritate & gloria. Ephesi in Asia, veneratio sanctæ Myropis, Martyris.

DECEMBRIS IV.

§. 1. SAncta Barbara, Virg. Martyr. a] Patrem habuit Dioscurum, Græcum hominem, nobilem quidem virum, diuitijsque affluentem; at impium, & Idolorum cultui vel maximè deditum. Huic patri filia vnica planè dissimilis extitit, æternæ salutis appetens; in assidua Dei, diuinarumque rerum contemplatione versabatur. Nã ab ineunte ætate ita se à rerum caducarum cogitatione abduxit, vt cum mundi fabricam sæpè, intentoque animo consideraret, tum magnitudine eius & pulchritudine animaduersa, perpetuam constantiam, & certum rerum ordinem admiraretur, facilèque ad Dei cognitionem perueniret: Idola autem contemneret ac execraretur: cumque egregia forma, & morum sanctitate præstaret, Dioscorus, ne ipsa ab hominibus videretur, turrim altam ædificauit, in quam Virginem inclusit. Multis verbis postea suadere ei conatur viro nubere: cui intrepidè respondet, se iam semel cœlesti sponso dicatam, haud posse terrenas nuptias inire. Mox autem patris furentis, vt conatus deuitaret, fuga, salutem quæsiuit; quam cùm insequendo apprehendisset, crudeliter cædit, ac Præsidi Prouinciæ Martiano tradit cruciandam. Itaque eius iussu, nuda neruis bubulis cæditur, & quo acrior ei dolor inureretur, præacutis testulis vulnera perfricantur: atque in carcerem reducitur: quæ Christi visitatione confortata est, & omnia eius vulnera sanata.. Quo viso, Præses vehementius commotus, Virginem ferreis vnguibus dilaniari, eius lateribus faces accensas admoueri; demum caput Malleulis quibusdam pertundi iubet: cui & postea vbera præciduntur, ac capite plectitur: simul cum *Iuliana*, pia ac religiosa Virgine: quæ tot pœnarum horribilium fuerat consors & socia. Agunt de ea Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom 2. Annal. Eccles. ad annum 237. Græci in Menologio, Vincentius Beluacens. lib. 12. specul. Historial. cap. 67. D. Antoninus part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 3. § 15. Petrus de Natalibus lib. 1. catalog. Sanctor. cap. 25. Mantuanus in sacris diebus. Molanus in Annotationib. ad Vsuard. Bergomas, de claris mulieribus cap. 110. & lib. 8. Supplement. Chronic. ad ann. Christi 305. Galesinius, Metaphrastes, Monbritius, Surius, Lippelous. De voragine, Foderetus, Renatus Benedictus, Haræus, Doubletus, Ribadeneyra, &c. in vita eius. Bichotus, in Fastis Christianis. Ferrarius, in noua Topographia ad Martyrologium Romanum verb. *Nicomedia*, & in catalogo generali Sanctor. ex Siculo Martyrologio. Saussayus, in Martyrologio Gallicano, & Supplemento eiusdem, hac die, Vghellus Tom. 1. Italiæ sacræ in Episcopis Reatinis. Schedel. sexta mundi ætate fol. 123. Malbrancque Tom. 1. de Morinis lib. 8. cap. 4. Ludouicus Iacob. in Bibliotheca illustr. fœminar. Fulgosus lib. 3. memorabil. cap. 3. De eius festu, vide constitutionem Emanuelis Imperat. Quàm recitat Theodorus in Nomocan. Photij, Titul. 7. cap. 1. Huius sacræ Reliquiæ in Occidentem delatæ, apud Drepanum in Sicilia primum repositæ fuerunt in æde S. Francisci: Deindè Venetias allatę in Monasterij S. Mariæ crucigerorum sacello, suo nomini dicato, asseruantur. Itemque apud Reatinam ædem cathedralem. Maior autem harum pars, in Gallias fuit aduecta. Nam caput eius, in Neustriam translatum, pro fidelium, vndique aduentantium concursu veneratur apud Abbatiam prȩclaram de suo nomine nuncupatam: in Algia, Diœcesis Lexouiensis, Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini. Colitur etiam magna cum deuotione, in Territorio Rothomag. infra Leucam, ab ipsa vrbe, secus Sequanam, propè pagum *Croisset*. Non minori pietate habetur, intra ipsam ciuitatem Rothumagens. vbi nobile oratorium extat sub eius inuocatione, quod nunc incolunt Presbyteri Oratorij. Itemque apud Mediomatrices, duabus leucis à Metensi vrbe; qua adhuc prostat S. Barbaræ insignis Parœchialis Ecclesia; &c. quibus in locis sacræ huiosce Athletæ Christi exuuiæ reuerenter asseruantur. Vocatur *Mater Confessionis*: nec abs re, quandoquidem peccatoribus, ipsam piè, & ex corde inuocantibus, præstò adest, vt non sine Contritione, & Sacramen-

tu confessionis è vita excedant, quòd & sæpè miraculis euasit comprobatum. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Regione 12. Ecclesia 1. Sanderus in Hagiologio Flandr.

§. 2. *S Emerina, Virg. Martyr. b*] Sic Ferrarius in Catalogo generali Sanctor. hac die, ex Breuiario, & Tabulis Ecclesiæ Curiensis: ac quibusdam Calendariis. Soror extitit S Lucij, Britanniæ Regis; de quo, Curiæ, die præcedenti festum solemne agunt. Florebat ad ann. 178. sub Eleutherio Papa & Martyre.

§. 3. *B. Adneta, Virg. Abbatiss. c*] Cùm S. Innocentius, Episcopus VIII. Cœnomanensis, Monasterium S. Iuliani de Prato iam antea extruxisset, hæc Christi ancilla & sponsa eximia; et sacris Virginibus illic aggregatis prima Ordinis Benedictini Abbatissa, præesset, euocatur è Monasterio S. Mariæ dam Suessionensi, quibus vita & virtutibus admodum eluxit. Nuncupatur etiam ab aliquibus S. *Adrechildes*, florebatque ad ann. 550. postea verò, ob timorem Danorum in Gallias irrumpentium, circa ann. 835. S. Aldricus, Episcopus Cœnomanens. 23 ossa eius, & plurium aliorum Sanctorum exhumauit, & in ædem cathedralem veneranter transtulit, capsis argenteis ac pretiosis contecta: qua de re vide Coruaiserum, in Episcopis 8. & 23. Cœnomanens. ex MSS codicibus & Bondonnetum ibid. pag. 250. & seq.

§. 4. *S. Bertoara. d*] Constat in primis S. Vrsinum, primum Bituricensem Episcopum ab Apostolorum discipulis ordinatum, illic oratorium construxisse B. Mariæ *de Salis*, (vbi adhuc à Canonicis Casula ipsius asseruatur) quod extat propè Fossata vrbis Bituricensis è Regione Turris maioris. Hunc locum incoluit *S. Bertoara*, seu *Bertrada*, genere quidem illustris, quippe quæ erat filia Theodeberti Regis Austrasiæ, quam mirificè laudat Fortunatus, libro secundo carminum, capite duodecimo, sed mente longè nobilior: quæ mundi omnem gloriam Christi vnico amore calcauit: sanctisque orationibus die ac nocte intenta, post actas laboriosas, at fœlices excubias, in occursum cœlestis sponsi glorificanda processit: cum oleo misericordiæ, lampade charitatis, & igne charitatis: tempore S. Austregisili Episcopi Bitoricensis. Discipulam crediderim illam fuisse S. Eustasij Abbatis, Luxouiensis; secundum cuius Regulam, amore eiusdem viri Dei feruens, apud Bituricas ascetorium ædificauit. *In Bituricensi vrbe* (ait Ionas) *puellarũ Monasterium ex B. Columbani Regula, Bertrada, nobili genere & religione, fœmina sanctissima construxit.* Colitur autem patronę Titulo & honore: hodie, in hac propria Ecclesia, quæ cognominatur *de Salis* De ea scribunt Surius In Actis præfati S. Eustasii Abbatis cap. 6. sub 29. Martii: & in Actis S. Austregisili, Episcopi, cap. 8. sub. 20. Maii, Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, & Ferrarius in noua Topographia, sup. verb. *Biturica*, circa annum 620. Gallia Christiana, in Archiepiscopis Bitoricens. sub. 2. 30. & 56.

B. Catharina, Virgin. e] Florebat anno 1525. sanctarum virtutum exemplar, obiitque omnino opima, apud Monasterium Clarissarum Vrbanistarum Palmæ quod est 2. Prouinciæ Angelor. Cuius corpus honesto loco reconditum, apud omnes, in maxima veneratione est: nec ab re quidem, cùm Angelicam potiùs quàm humanam vitam duxerit: omnesque virtutes summa sollicitudine coluerit. Illam commemorant Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Originis Seraphic Religion. in ipso Monasterio. Barrezzus, part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 28. sub. an. 1517. Daça ibid. libro 1. capite 77. ad annum 1575. à quo cognominatur ab *Angelis*, ab ipsis quippe fuit sæpè visitata, tum in vita, tum in morte. §. 5.

B. Ioanna conuersa. f] Nobilibus parentibus orta, conuersarum sororum, in domo Domini statum elegit; pietatis & humilitatis operibus, imò abiectissimis totius loci exercitiis, sese addixit; in cuius præmium, apud Deum exaltata in cœlis, post obitum apparuit immenso lumine, ac gloria circumfusa: vti testantur Vvaesbergius libro 3. Gerardi-Montis capite 4. Kayssa in Auctario ad Natales Sanctor. Belgij Molani. Henriquez, in Menologio Cistertiensi, hac die. §. 6.

Veneratio S. Myropis Martyr. g] Ita Ferrarius in noua Topographia, suprà, verb. *Chios*, hodie, *Scio*, & in catalogo generali Sanctorum, hac die, ex Menologio Græcorum, de qua iam egimus, suprà, ad decimum tertium Iulij. Ephesina Matrona extitit Martyrio coronata in Insula Chio, Maris Icari Ioniæ. §. 7.

NONIS DECEMBRIS.

THEBESTÆ in Africa, sanctæ [a] Crispinæ, nobilissimæ fœminæ: quæ temporibus Maximiani & Diocletiani, cùm sacrificare nollet, iussu Anolini proconsulis, decollata est, quam sanctus Augustinus sæpè laudibus celebrat. Thagutæ item in Africa, sanctæ [b] Potamiæ, Martyris. In Anglia, sanctæ [c] Christinæ, Virginis Abbatissæ, Ordinis Benedictini; quæ ex antiquorum Saxonum Angliæ Regum, stirpe orta; Christiana tamen humilitate ac pietate multò extitit illustrior, ac post plures annos in Monastica obseruantia sanctissimè prudentissiméque transactos, cœlesti sponso copulata est. Genuæ, sanctæ [d] Consolatæ, Virginis admirandæ. In Germania, Monasterio Houenensi, propè Tolbiacum, Ordinis Cistertiensis, Beatæ [e] Elisabeth, Virginis i magnæ virtutis & insolitæ pietatis. Beneuenti in Hispania, Beatæ [f] Anonymæ, Virginis, Clarissæ; quæ vitæ perfectioris amore succensa, primo sub virili habitu, deindè agnita, ac Monasterium Virginum ingressa, adeò in omni virtutum genere, pietate

re, pietate, ac religione eluxit; vt cæteris totius sanctitatis norma facta sit, Marchetæ, propè Insulam, Diœcesis Attrebatensis, Beatæ g Ioannæ, huiusce loci fundatricis; quæ ex Comitissa Flandriæ, humilis monialis, Ordinis Cistertiensis effecta, virtutibus plena, & opinione sanctitatis clara refulsit. Treuiris, apud Horreum Monasterium, Festum sanctæ h Basilissæ, Virginis, Abbatissæ.

DECEMBRIS V.

§. 1. *Sancta Crispina, Martyr.* a] Meminit eiusdem frequenter S. Augustinus, in Psalm. 120. in fin. in Psal. 137. sermo 2. 53. de Verbis Domini, lib. de Virginitat. cap. 44. in fin. & sermon. 39. de diuersis cap. 2. in fin. Memoratur apud Bedam, Vsuardum, Adonem, Martyrologium Romanum, hac die, Baronium ibid. in notis & Tom. 2. Annal. Eccl. ad ann. 302. Molanum in Annotationib. ad Vsuard. Ferrarium; in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Thebesta*. Petrus de Natalib. lib. 1. catalog. SS. cap. 31. qui eam vocat Virginem, scilicet castam in fide. Laudatur eius à S. Augustino, in Psal. 120. audiamus. *Saeuiebant persecutores in S. Crispinam, in fœminam diuitem & delicatã: clarissima etiam fuit, nobilis genere, abundans diuitiis; sed fortis erat; quia Dominus tegumentum eius, super manum dexteræ eius*; & in Psal. 137. *Gaudebat cùm tenebatur, cùm ligata producebatur, cùm in catasta leuabatur, cùm audiebatur, cùm damnabatur. Illa propter desiderium sanctũ. dimisit felicitatem quam habebat in terris; dimisit filios flentes, & tanquam crudelem matrem dolentes. quia velut perdiderat humanam misericordiam, qua ad diuinam festinabat coronam: &c. Crispina occisa est. sed nunquid deseruit illam Deus? non illam fecit saluam in sinistra sed fecit in dextera, &c.* sed idem S. Doctor lib. de virginitate, cap. 44. id adhuc apertius declarat, illam conferens, cum S. Thecla & serm. 53. de Verbis Domini cap. 5. cum S. Agnete? atque serm. 39. de diuersis cap. 2. hæ quidem Virgines erant, ista mulier, idest, vxorata: non Virgo. Vti clarè deducitur ex eius verbis.

§. 2. *S. Potamia Martyr.* b] De ea, Beda, Vsuardus Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid in notis, & Tom. 2. Annal. Ecclesi. ad annum Christi 302. Petrus de Natalib. lib. 11. sup. cap. vltim. §. 3. Ferrarius sup. verb. *Thagura*.

§. 3. *S. Christina, Virg. Abbatiss.* c] Wintoniæ, seu Rumsey, Monacha fuit, Eduardi, Angli Principis filia, sororque S. Margaritæ, Reginæ Scotiæ, Wintoniæ autem, ob vitæ sanctissimè actæ merita, à sanctimonialibus Abbatissa est electa; consenuitque in via Domini, & Monasticæ Obseruantiæ laude, ac virtutum exercitio. Scribunt de ea, Malmesburiensis lib. 2. de Gestis Anglor. Regum, cap. 10. & 13. Vvigorniensis, ad ann. 1017. Matthæus Parisius, ad annum 1067. & 1101. Vvestmonasteriensis, ad annum 1017. 1067 & 1092. Polydorus, lib. 6. Histor. Anglor. Capgrauius, in vita præfatæ S. Margaritæ. Vvion, lib 4. Ligni vitæ cap. 18. Ferrarius in catalogo generali Sanctor. ex Martyrologio Anglic. hac die. & Eduardus Maihew, Tom. 3. Trophæor. Congregation. Anglic. Benedictin. ad Natales Sanctor. eadem die.

§. 4. *S. Consolata, Virg.* d] Sic Ferrarius sup. & in SS. Italiæ, ex Tabulis Ecclesiæ Genuensis, hac die: cuius corpus in propria Ecclesia, vnà cum Actis eius, asseruatur.

B. Elisabeth, Virg. e] Floruit circa ann. 1285. eius meminerunt, Cæsarius lib. 5. Illustr. Miraculor. §. 5. cap. 45. Manriquez in Calendario Sanctor. Ordin. Cistertiens. Calendarium Gallicum ibid. & Henriquez in Menologio Cistertiensi, hac die.

B. Anonyma, Virg. f] Fuit sartori cuidam Beneuē- §. 6. tano filia nubilis, a que optimis moribus prædita, quam cùm alteri sartori pater connubio iungere vellet illaque omnino recusaret, magis magisque furens pater in huiusmodi nuptias insisteret, Virgo castitatis amantissima, sumpto cuiusdam fratris vterini virili habitu, intempesta nocte, dùm cæteri omnes sopori dedissent, domumque egressa S. Iacobi iter arripuit. Cùmque ad Conuentum lassa applicuisset, Fratrum Minorum tanti itineris pertæsa, atque perfectiorem vitam anhelans, Seraphicæ Religionis habitum, à loci Guardiano, quàm humillimè petiit. Quo denique sibi concesso, adeò in omni virtutum genere, maximè verò in humilitate atque oratione profecit; vt omnibus fratribus charissima, & sanctitatis exemplum norma facta sit. Quapropter, cùm huius Prouinciæ minister, R. P. Antonius *Gusmanius*, post transactum quinquennium istac transiret, eiusque religionem atque sanctitatem accepisset: illam non fœminam, sed masculum existimans, ad subdiaconatum promouere voluit. Quamobrem pia Virgo, ne in tantum veniret conscientiæ discrimen, postquam sæpius eumdem Ministrum (sed frustra) vt sibi ablata tonsura, FF. Laicorum statum concedere dignaretur, rogasset, sui sexus conditionem eidem maximis cum lachrymis aperuit. Qua recognita, prudens Prouincialis, vt primùm vnam vel alteram nobilem Matronam deuotam, ad rei veritatem certius firmandam adhibuisset: eam habitu mulicbri indutam, ad Monasterium S. Claræ Beneuentanum, cum cæteris Clarissis sororibus vestiendam transmitit. Quæ ibi professa, postquam quinquennium integrum in omni sanctitate, religione, atque pietate vixisset. Spiritum Deo reddidit. Vti testantur Martyrologium Franciscan. hac die. Annotationes ad illud. Gonzaga 3. part Origin. Seraphic. Religion. in Conuentu S. Mariæ de capite Albæ, qui est 24. Prouinc. S. Iacobi, Barrezus, part. 4. Chronic. lib. 4. cap. 38. ad ann. Christi 1562. quo floruit. Vvadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1441. §. 67.

B. Ioanna, Comitiss. g] Filia extitit Balduini, Con- §. 7. stantinopolitani imperatoris, & Flandriæ Comitis; quæ primùm nupsit Ferdinando, Sancij Portogalliæ Regis filio; Deiodè, eo mortuo, Thomam, Sabaudiæ Comitis fratrem, matrimonio sibi copulauit: quæ postquam Flandriam sanctissimè rexisset, varia pia loca extruxisset, personas religiosas summopere coluisset, pauperibus abundanter subuenisset, & omnium virtutum genere claruisset, assumpto in Marchetensi Monasterio, ex consensu mariti, habitu Cistertiēsi. magna cum sanctitatis opinione, diem clausit

extremum ann. 1244. Ita Meyerus in Annalib. Flandriæ. Buzelinus lib. 2. Gallo Flandriæ cap. 13. & 30. item lib. 3. cap. 5. & sæpè in Annalibus. Henriquez in Menologio Cisterciensi, & Saussayus in Gallicano Martyrologio, hac die.

§. 6. *B. Basilica, Virg. Abbatiss. b*] Sic Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, de ea iam superius egimus ad 20. Maij: quare dicendum venit sic fieri, vel ob ipsius Translationem, & eleuationem; vel aliquam decã, propter aliquod beneficium, commemorationem. Wion in Martyrologio Benedictino, Ferrarius in catalogo generali Sanctor. hac die.

OCTAVO IDVS DECEMBRIS.

COLONIÆ, Natalis sanctæ a Florentinæ, Virginis & Martyris: quæ pro pudicitiæ virginalis integritate, & fidei Christianæ tutela, occisa, ad coronam euolauit. In Africa, sanctarum mulierum b Dionysiæ, Datiuæ, eius Germanæ, & Leontiæ, sancti Germani Episcopi filiæ; quæ in persecutione Vvandalica, sub Hunnerico, Rege Arriano, pro defensione Catholicæ fidei grauissimis & innumeris suppliciis cruciatæ, Christo sociari meruerunt. Romæ sanctæ c Asellæ, Virginis: quæ (vt Beatus Hieronymus scribit) ab vtero matris benedicta, vitam in ieiuniis & orationibus, vsque ad senectam produxit. Florentiæ, Beatæ d Philippæ à Medicæa, Virginis & abbatissæ Clarissæ: quæ virtutum omnium cxcultrix effecta, signis etiam illustris euasit. Genuæ, Beatæ e Mariæ Angelæ-Catharinæ, Virginis; ex Ordine Annuntiatarum; quæ non tam nobilitate generis, qua præfulgebat, quàm eximia virtute, & vitæ sanctimonia illuxit. Martianis ad Scarpam fluuium, in Territorio Attrebatensi, sanctæ f Gertrudis, viduæ, Fundatricis, & primæ Abbatissæ Hamaticensis Monasterij, Ordinis Benedictini, haud procul à Duaco; quæ post virtutum optimam messem, relictis multis sanctæ conuersationis imitatricibus, ad Beatorum optatam processit gloriam. Ferrariæ, Beatæ g Dorotheæ Perinatis, viduæ; quæ sancti Dominici assumpto habitu, oratione, silentio, pœnitentia, ac patientia admodùm enituit. Apud Orpium, in Diœcesi Namurcensi, veneratio sanctæ h Adiliæ, Virginis, Abbatissæ.

NOVEMBRIS VI.

§. 1. *Sancta Florentina, Virg. Martyr. a*] Passa traditur circa ann. 383. De qua Ferrarius, in Catalogo generali Sanctorum, hac die, ex Calendario Germanico, & Tabulis Ecclesiæ Coloniens. Saussayus in Supplemento Martyrologij Gallicani, eadem die.

§. 2. *SS. Dionysia, &c. Martyr. b*] Agunt de his, Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 6. Annal. Eccles. ad ann. Christi 484. §. 82. & seq. Vincentius Beluacens. lib. 20. specul. Historial. cap. 88. D. Antoninus, part. 2. Chronic. Titul. 11. cap. 10. §. 7. Petrus de Natalibus, lib. 1. Catalog. Sanctor. cap. 35. Græci autem annuam commemorationem celebrant postridiè. Horum certamina egregiè describit Victor Vticens. lib. 3. de persecutione Vvandalica: apud Surium, in Actis S. Eugenij, Episcopi Carthaginens. cap. 21. Iob 13. Iulij, & hac die, vbi de his SS. mulieribus. *Mulieres & præcipuè nobiles* (inquit) *contra ius naturæ, nudas omninò in facie publica cruciabant. Ex quibus vnam nostram Dionysiam cursim ac breuiter nominabo. Cùm viderent eam non solùm audacem, sed etiam matronis cæteris pulchriorem, ipsam primò iussi sunt fustibus expoliatam aptare. Quæ cùm pateret, diceretque, de Domino suo secura: Qualiter libet, cruciate: Verecunda tamen membra nolite nudare, amplius illi magis furentes, celsiori loco, vestimentis exutam constituunt spectaculum eam omnibus facientes. Quæ inter ictus Virgarum, dum riuuli sanguinis toto iam corpore fluitarent, libera voce dicebat: ministri Diaboli, quod ad opprobrium meum facere computatis, ipsa est laus mea. Et quia erat scripturarum diuinarum scientia plena, arctata pœnis, & ipsa iam Martyr, alios ad Martyrium confortabat. Quæ suo sancto exemplo, vniuersam patriam liberauit. Quæ cùm suum vnicum filium admodum adhuc tenera ætatis & delicatum, timore pœnarum formidolosum conspiceret, verberans eum nutibus oculorum, & increpans authoritate materna, ita confortauit: vt matre multò fortior redderetur. Cui inter crudelia verbera constituto ita dicebat: memento, fili mi, quia in nomine Trinitatis in matre catholica baptisati sumus: non perdamus indumentum nostræ salutis, ne veniens inuitator, vestem non inueniat nuptialem, & dicat ministris: mittite in tenebras exteriores, vbi erit fletus oculorum, & stridor dentium, illa pœna timenda est, quæ nunquam finitur; illa desideranda vita, quæ semper habetur. Talibus itaque filium solidans verbis, velociter Martyrem fecit. Venerabilis verò adolescens* Maioricus *nomine, in certamine Confessionis spiritum reddens, cursum palmiferum consummauit: amplexansque illam hostiam suam, quantis potuit vocibus Domino gratiam agens,*

ugens, ad gaudium ſpei futuræ in ſua domo maluit ſepelire vt quoties ſuper ſepulchrum eius, Trinitati preces effunderet, alienam ſe a filio nunquam eſſe confidat. Quanti igitur per eam in illa ciuitate vt fati ſumus, acquiſiti ſunt Deo, longum eſt enarrare. Nam eius Germane nomine Datiua *atque* Leontia *filia* S. Germaui *Epiſcopi, cognatuſque* Datiuæ, Emerius *medicus; religioſus quoque* Tertios *Trinitatis confeſſione præclarus, vel* Sibidculis Bonifacius, *quanta pertulerint, qualibuſque cruciatibus euiſcerata, vel euiſcerati ſint, qui valet, ordine dicat.* Doubletus, hac die, & Haræus.

§. 3. *S. Aſilla, Virg. c*] Memoratur in Martyrologio Romano, hac die, Baronio ibid. in notis & Tom. 4. Annal. Eccleſ. ad an. Chriſti 382. & 385. §. 12. De eadem Palladius cap. 29. Hiſtor. Lauſiac. & 135. Vincentius Beluaceoſ. lib. 16. ſupr cap. 86. Bergomas de claris mulieribus cap. 12. Molanus in appendice ad Vſuard. Surius, Lippelous, Doubletus, Moſander, Haræus, Ribadeneira, &c. hac die, Antonius Alegre, in paradiſo Carmelitici decoris, ſtatu 2. ætate 6. poſt Chriſtum cap. 138. Eius vitam admirabilem S. Hieronymus ad Marcellam retexit, Epiſtol. 15. itemque Epiſtol. 140. ad Principiam: extat ad eamdem eiuſdem Epiſtola 99. cùm iam egreſſus eſſet ab vrbe. Dandillius in vita eius, poſt Gallonium, de Virginib. Roman. & Ludouicus Iacob in Bibliotheca Illuſtr. Fœminar. Ferrarius de SS Italiæ.

§. 4. *B. Philippa, Virg. Abbatiſſ. d*] Primaria vrbis Florentiæ ſata progenie, & annos nata nouem, Monaſterium *de Monticellis* ingreditur: vbi profeſſione tandem emiſſa, præfuit Abbatiſſa annos vndecim, ſtudens in omni virtute & ſanctitate prælucere. Silentij amantiſſima, orationi iugiter intenta, in templo pernoctabat, & zelo monaſticæ obſeruantiæ ſtudebat. Denique meritis cumulata, anno ætatis ſuæ 63. Chriſti vero 1488. hac die, ad cœlos euolauit. Scribunt de ea Martyrologium Franciſcanum: hac die, Annotationes ad illud, Marianus, lib. 2. cap. 25. Toſſinianus, lib. 1. Hiſtor. Seraphic. in ea, Wadinghus, Tom. 7. Annal. Minor. ad an. 1488. §. 4. Gouſſancourt, Tom. 2. Martyrolog Equit. Meliteni fol. 24. Thielmans, Tom. 2. Vitar. SS. Ordin. Seraphic.

§. 5. *B. Maria Angela Catharina, Virg e*] D. Hieronymi Iuſtiniani, viri illuſtris, filia erat, virgo Genuenſis, quæ ardenti vitæ perfectioris deſiderio incenſa, in illa exoriente Annuntiatarum religione, habitum ſuſcepit, die 26. Octob. anno 1604. ex quo ſic mundo abdicato, cor ſuum ab amore ſæculi diſtraxit, vt Chriſto prorſus addicta, viam perfectionis læta cucurrerit: ſilentij & ſolitudinis extitit amantiſſima, regulariſque diſciplinæ zelo exæſtuans, exemplo ſuo conſodales ad virtutem alliciebat, patientia in infirmitatibus enituit ſingulari: & in regimine monaſterij, cui præfuit triennalis priorissa, prudentia, charitate, & magna animi virtute claruit. Tandem poſt 10. menſium decurſum, in maximis doloribus, & ægritudinibus lecto decubans, expletum puriſſimum ſpiritum cœlo reddit, hac die, anno 1617. iuxta Ferdinandum Melium lib. 3. vitæ B. Mariæ Victoriæ: Annuntiatar. Genuenſ. fundatricis cap. 6.

§. 6. *S. Gertrudis, Vidua f*] Hæc Adalbadi, Toparchæ Duacenſis Auia, coniux verò Rigomari, Dynaſtæ præpotentis, poſt eius mortem, Apoſtoli conſilium, numine aſpirante, amplexata, libertatem, quam viri obitu, adepta erat, in Chriſti deſiderabilem ſeruitutem commutauit, cui corpore & ſpiritu deinceps tota dedita, ſuſcepto ſacro religionis velamine, iſtud Monaſterium, ex ſuis facultatibus, erexit ac dotauit: quodque nitore morum, ardore pietatis, & omni religionis obſeruantia decorauit. Obijt ſanctiſſimè, poſtquam illic Abbatiſſa præfuiſſet, anno Chriſti 655. Vide Acta S. Rictrudis Martianenſ. Abbatiſſæ, poſt ipſam, apud Surium 12. Maij, Molanum in Additionib. ad Vſuard. 6. Decemb. & in indiculo SS. Belgij ac Calendario. Wion. in Martyrologio Benedictino, Ferrarium in noua Topographia ad Roman. Martyrolog. verb. *Martiana.* Sauſſayum in Martyrologio Gallicano, hac die, Malbrancque, lib. 2. de Morinis cap. 57. Sanderum in Hagiologio Flandr.

§. 7. *B. Dorothea. Vidua. g*] Lucæ Perinati, viro pio ac Catholico iuncta fuit in matrimonio: quo in ſtatu Spiritus ſancti gratia afflata, Chriſto ſeruire ex animo contendit e nocte à latere viri ſurgens intererat horis matutinis; ſuper aſſeres ſomnum capiebat, diſciplinis corpus aſſiduè caſtigans: orationique intenta, ſpiritualibus ſibi cœlitus illatis affluebat conſolationibus: Marito defuncto, Monaſterium S. Catharinæ Senenſ. apud Ferrariam Ordinis B. Dominici, ingreſſa, ſanctimonialis efficitur: & obedientia, humilitate, charitate, ac puritate, ſic reſplenduit; vt præſentia Chriſti, ſæpè dignata fuerit perfrui, ac viſione & conſolatione eiuſdem potiri. Demum pleuritide laborans, ſanctiſſimè, hac die, obdormiuit in Domino, anno 1507. cuius anima viſa eſt à compluribus virginibus ſodalibus in cœlum glorioſa conſcendere: ac biennio poſt fœlicem eius obitum, ſacrum corpus illius repertum eſt integrum, & omninò ſanum: vti teſtantur Seraphinus Razzius part. 2. vitar. SS. ac BB. Ordinis Prædicator. in ea, & Boſius Tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 23. illam vocans virginem.

§. 8. *S. Adilia, Virg. h*] Ab alijs etiam *Odilia* nominatur: cuius memoria colitur, hac die, & 13. Decemb. apud Ferrarium, in Catalogo Generali Sanctor. ex Calendario Scotico. Erat autem charitate plena, hoſpitaque peregrinorum Scotorum, circa an. Chriſti 540. Vide ſup. ad 30. Iunii in eius natali.

SEPTIMO IDVS DECEMBRIS.

IN Pago Meldensi, Natalis Sanctæ [a] Pharæ, Virginis, Beati Pharaonis, Episcopi Meldensis sororis; quæ prima existens, Euoriacensis Monasterii Abbatissa, vitæ sanctimonia, Regulari obseruantia, & miraculorum copia, celeberrima euasit. In Territorio Herbipolensi, beatæ [b] Imminæ, Virginis, Abbatissæ Benedictinæ: natu & moribus nobilissimæ; quæ sponsi cœlestis conspectui occurrere exoptans, vigiliis, ieiuniis, & orationibus: cunctis bonis actibus se continuè præparare non desiit. Panormi in Sicilia, Sanctæ [c] Benedictæ, Abbatissæ, genere & virtutibus Illustris. Perusiæ Beatæ [d] Lucretiæ, Virginis: quæ singulari castimonia refulgens, vitam in magna perfectionis pietate peregit. Apud Tordessyllarium Monasterium, in Territorio Palentino, Bearatum [e] Carharinæ, à Gueuarra & Leonoræ Vlloæ, Virginum Clarissarum, meritorum prærogatiua insignium.

DECEMBRIS VII.

§. 1. S*ancta Pharæ, Virgin. Abbatiss. a*] Nobilissimis orta natalibus, patre videlicet Hagnerico, ex Burgundia oriundo, in aula Theodoberti Francorum Regis inclyto, matre verò Leodegunda, Meldensi comitissa: piè à tenera ætate fuit erudita; & adhuc infans, à sancto Columbano, celebri illo Abbate Luxouiensi, benedictione donata. Cùm autem iam rara venustate floreret, virginitatemque suam Deo adhuc septennis deuouisset, illud cordis sui desiderium firmiori sponsione solidauit facta annorum quattuordecim: propter quod à patre id acerbius ferente impetita; quippe, quam nuptijs tradere curabat, in proximam sacram ædem, ad orationem, tanquam ad asylum, confugiens. Sic deprecata est: *O Petre, qui iussu reseras Regna cœlestia, obseras iniustis, huc ad tua confugi limina; tua volens esse virguncula. Et tu, O Christe, qui semper humilium flecteris precibus remittendo sordes, serua virginitatem meam, per æterna tibi oblatam sæcula*, cuius rei gratia, ita fleuisse dicitur, vt oculorum lumen amiserit; quod tamen Deus ad preces B. Eustasij Abbatis, præfati D. Columbani successoris ei restituit. Adhuc patre persistente, vt nuptias contraheret; & ipsa S. Phara quæque grauia ac carcerem, ab eo sufferente: prædictus S. Eustasius suis monitis, in tantum, apud patrem profecit, vt ipsa secundum voti sui desiderium à sancto Gundoaldo, Meldend. Episcopo, Religionis sanctæ habitum sacrumque velum acceperit. Tum pater, ad saniorem conuersus affectum, in sui manerium dedit ei Terram de Campellis: vbi aliquot annis moram traxit cum sodalibus virginibus: dono etiam illi contulit *Euoriacam*, seu *Eboriacam* Terram: quo celebrem extruxit Abbatiam, in sui Dominij prædio, in saltu Brigensi, qui locus postea, ab ipsius S. Abbatissæ memoria, *Pharæ Monasterium*, tulit vocabulum. Derelicto igitur Priori loco, *de Campellis*: cum omnibus redditibus ad se pertinentibus pro sustentatione 12. Sacerdotum canonicorum: (quod etiamnum extat in Diœcesi Senonensi, sed tamen Diœcesis Parisiensis) venit ad *Eboriacas*, vbi noua consurgens Abbatia aderat, illicque potita votis sanctissima virgo, socias multas adlegit, quibus facta mater ac prima Abbatissa, non tam nomine præfuit, quàm præluxit gratia & virtute, sed & fratrem eius S. Pharaonem, sic pijs, spiritualibus, & efficacibus verbis deliniuit, vt amplissimos Palatij honores, regisque singularem amicitiam sibi negligendam putarit, ipsiusque coniugij oblectamenta, adhuc vigente iuuentutis flore, respuerit & consentiente vxore. Ecclesiastico ordini se adiunxerit ac postea ad Episcopatum euectus sit: cum denique ipsa Christi sponsa anno 86. vitæ suæ spiritum ad cœlos emisit anno 668. Agunt de ea Vsuardus, & Martyrologium Roman hac die. Baronius ibid. in notis & Tom. 8. Annal. Eccles. ad ann. Christi 610. 614. 617. & 640. Sigebertus, in chronic. an. 620. Vincentius Beluacens. lib. 25. specul. Histor. cap. 15. Petrus de Natalib. lib. 1. Catalog. Sanctor. cap. 39. D. Antoninus part. 2. chronic. Titul. 13. cap. 6. Trithemius lib. 3. viror. Illustr. Ordin. Benedictin. cap 55. & 65. Wion in Martyrologio Benedictino Bachotus in Fastis, Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Meldæ*. Galesinius, Maurolicus, & Felicius in suis Martyrologiis, Saussayus in Martyrologio Gallicano Grisius de Clericis regularib. section. 10. numer. 12. Gallia Christiana. in Abbatiis, Pharæ Monasterio, Sch. del sexta mundi ætate fol. 149. Malbrancque Tom. 1. de Morinis lib. 4. cap. 6. & 8. Ludouicus à Chetardia in vita eius, Robertus Renault ibid. hac die, pura de ea, in gestis S. Eustasii, Abbatis 29 Martii cap. 3. & 6. item in Actis S. Pharaonis, Meldens. Episcopi 28. Octob. cap. 4. ac S. Columbani 21. Nouemb. cap. 25. apud Surium, Beda lib. 3. Histor. Anglor. cap. 8. Vacquerius in Enchiridio bene morientium, Lippelous &c. in vita eius 7. Decemb. Augustinus Carcat. ibid. cap. 3. Menardus lib. 1. Obseruationum ad Martyrolog. Benedictin. 3. April. & 7. Decemb. post Baronium sup. ad an. 617. §. 13. qui scite probant, eamdem D. Pharam, cum S. Burgundofora, eosque errare, qui illas distingunt: nec abs re, quandoquidem, cùm esset patria Burgunda *Fara*, mox dicta *sit*, *Burgundofora*: corrupto vocabulo: sic enim in suo Testamento, legitur: *Ego Burgundofara*.

B. Imminæ, Virg. Abbatiss. b] Dicitur, *Immina*, & *Irmina*, neptis Gilberti Ducis Franciæ Orientalis & sanctimonialis cœnobii de *Karelburg*, super montem, qui nunc *S. Mariæ mons*, dicitur *Wirceburg* antiqua:

antiqua : vbi continentissimam cum plerisque voti eiusdem fœminis degebat vitam : & sanctis moribus ac virtutibus exornata, sumpto viuifici sacramenti viatico, ad Dominum migrauit, circa anno 670. cuius venerandam corporis glebam, Burchardus, Herbipolensis Episcopus, in eodem Dei genitricis templo, quondam à B. Gertrude constructo, officiosè curatam iuxta altare, versus Aquilonem, condignis exequijs, animam Christo commendans, rectè recondidit. Memoratur in actis præfati S. Burchardi cap. 4. & 5. apud Surium 14. Octob. à Cratepolio, de Episcopis Germaniæ, Menardo in appendice, ad Martyrologium Benedictinum. Ferrario in Catalogo Generali Sanctor. sub. 23. Ianuar.

§. 3. *S. Benedicta, Abbatiss. c*] Ex *Regiorum* familia Panormitana ortum duxit, claruitque Panormi apud Monasterium sanctimonialium Immaculatæ-Conceptionis Deiparæ ; vbi sepulturam nacta est. Ita Octauius Caietanus, in idea operis de sanctis Siciliæ ; & Menardus in 2. Appendice ad Martyrologium Benedictinum.

§. 4. *B. Lucretia, Virg. d*] Plures de hac Virgine sanctissima scribunt, præclarumque illius facinus sic recitant. Bello pedemontano, nostra penè memoria, cùm ciuitas quædam occuparetur, Dux militum, virginem iam marito desponsam, eximia pulchritudine corporis maiore iam animæ, quam adamare cœperat, in sua domo validè est aggressus. Illa verò cùm celerrimè manus hominis euasisset, ostium, quo effugiendum erat, præter spem, occlusum inuenit. Itaque cùm incerta hæreret, quorsum euaderet ; hoc inuenit consilium. Fenestra erat patens, in publicum versa ; per hanc ita exilijt, vt postem fenestræ medium amplexa penderet. Sic enim futurum cogitabat vt tum ipsius conspecto periculo, tum concursu hominum in via publica, quos rei nouitas contraheret, absterritus, vim adhibere non pergeret. Sed immanis, & huic prædæ inhiantis belluæ libido, nec sic quidem repressa est. Cùm ergò, ne sicquidem molestus esse desineret, casta Lucretia (hoc ei nomen erat) coacta est nodum, quem manibus strinxerat, soluere atque in terram (& erat fenestra loco satis edito) deorsum labi ; vt corpore confracto, animus integer maneret. Sed hoc corporis damnum præclarissimis virtutis donis postea pensauit. Cùm enim vitam sanctissimam, multis deinde annis egisset, mortua est perusiæ, in Alexandrinorum ædibus : ita Guillelmus Baldesanus lib. 2. stimul. virtut. cap. 1. Iodocus Coccius lib. de signis Eccles. art. 21. Iacobus Galterius in tabula chronographie. sæcul. 16. in sanctis & Illustrib. viris. Laurentius Beyerlinch. Tom. 2. Theatri vitæ humanæ verb. *Castitas* pag. 538. column. 2.

BB. Catharina, &c. Virg. e] Prior anno 1590. sanctissimè obiit ; cuius animam clarissima in cœlum subuehi nubecula vidit B. Agnes *Loperia*, extasim passa : Altera verò, scilicet B. Leonora Vlloa, eodem anno, cœlum est etiam inuecta ; in cuius decessu, multæ sorores concentum audierunt Angelorum : prædicta autem B. Agnes, post aliquot annos defuncta meruit sæpè Christum infantulum se alloquentem excipere. Ita Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud Wadinghus Tom. 4. Annal. Minor. ad an. 1365. § 12. §. 5.

SEXTO IDVS DECEMBRIS.

CONCEPTIO [a] Immaculatæ gloriosæ semper Virginis, Genitricis Dei Mariæ. In Lusitania, propè Eboram, Monasterio Sancti Benedicti de Castris, Passio Beatæ [b] Ioannæ, Virginis, Abbatissæ ; quæ zelo Dei accensa, cùm quorumdam Lusitanorum militum scelera argueret, ab ipsis immaniter trucidata, Martyrii coronam promeruit. In Territorio Auinionensi, Sanctæ [c] Cæsariæ, Virginis, summis virtutibus & signis admirandis celebris. In Romarico Monasterio apud Vogesum montem, Diœcesis Tullensis, Commemoratio [d] centum Virginum, sanctæ Magdelfledis, Virginis, primæ illius loci Abbatissæ, magnæ sanctitatis & perfectionis vitæ fama conspicuæ discipularum, cum Christo sponso in cœlis regnantium. In Thuringia, Veneratio sanctæ Chunhildis Abbatissæ, quæ vnà cum aliis sanctis fœminis ac Virginibus monialibus, ex Anglia in Germaniam, à magno illo Sancto Bonifacio Episcopo, & Martyre accersita, post plurimos labores, pro conuersione animarum, & institutione Monasticæ disciplinæ sedulò impensos, multis præfecta Monasteriis, sanctissimè obdormiuit in Domino. Fulginii in Vmbria, Beatæ [f] Claræ, Fulginatis, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ, pietate & oratione insignis. In Sclauonia, cœnobio Rubusensi, Spalatensis Diœcesis, Beatæ [g] Anastasiæ, principis ac Ducissæ Pomeraniæ, viduæ, quæ cunctis huius sæculi pompis abdicatis, humilem, sed virtutibus plenam, vitam duxit in ordine Præmonstratensi.

DECEMBRIS VIII.

§. 1. C*Onceptio Immaculat. Virg. a*] Tam Latini, quàm Græci, eamdem celebrant solemnitatem, sed illi non eadem die, postridie tamen: quiquidem cultus circa an. Christi 1070. cœpit: cùm Guillelmus Normanorum Dux regnaret in Anglia, occasione cuiusdam reuelationis, Elsino, aliàs, Elpino, Anglo Abbati, maris tempestate periclitanti exhibitæ, & subsequentis miraculi testimonio probatæ. Eum postea recepit Ecclesia Lugdunensis, ex Epistola S. Bernardi 174. ad Canonicos Lugdunenses. Inde patres in Consilio Basileensi; postremo, accessit Romanæ Ecclesiæ, omnium matris, assensus & decretum, sub Sixto 4. Extra de Reliq & veneration. Sanctor. cap. *Cùm præcelsa*, Nouissimèque sacrum Concilium Tridentinum, ac Pius V. Papa. eum se. uandum esse firmarunt. Hinc vniuersa Ecclesia Gallicana, maximè verò Rothomagensis, & sacer Ordo Minorum, peculiari solemnitate & honore, istud festum ingenti cum apparatu ac tripudio celebrat: multis indulgentiis à sede Apostolica cunctis fidelibus tantæ festiuitati piè interessentibus dilargitis. Qua de re Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis. Molanus in Additionib. & Annotationib. ad Vsuard. Saussayus in Martyrologio Gallicano. Martyrologium Franciscanum, & Annotationes ad illud. Surius, Lippelous. Petrus de Natalib. Renatus Benedictus, Ribadeneira & alii, hac die, ac Beyerlinck. Tom. 2. Calandarii B Virg Mariæ.

§. 2. *B. Ioanna, Virg. Abbatiss. Martyr. b*] Eius agonem elegantistylo prosecutus est, Bernardus de Brito in suis chronicis Tom. 1. lib. 5. cap. 32. Manriquez in Calendario SS. Ordinis Cisterciens. die 11. huiusce mensis, Calendarium Gallicum. ibid. eadem die, Henriquez vero in corona Sacra ordin. Cisterciensis & in Menologio eiusdem. Ordin. hac die. 8. post monumenta istius Monasteril, passa est ann. 1383. vide sup. ad 25. Ianuar. quo recolitur eius memoria.

§. 3. *S. Cæsaria, Virg. c*] Iuxta oppidum S. Andreæ, quod in Gallia Occitana situm est, Diœcesis Aueniomensis, inquilina extitit virgo ista nobilissima; quæ cùm ad nubiles peruenisset annos, à parentibus matrimonio copulata est cuidam illustri viro, nomine *Valenti*. Viuebant autem ambo in timore Dei, eleemosynas multas facientes, ac virginitatem suam illibatam in matrimonio seruantes: qui tandem ex mutuo consensu, *Valens* ex coniugio transiuit in Sacerdotium t Beata autem Cæsaria, quæ dudum ad vitam solitariam anhelabat, secessit in speluncam, in summitate montis dicti oppidi, vbi per totum vitæ suæ curriculum, solitaria vixit, in magna abstinentia, & penuria omnium rerum: vndè eam Deus, ad declaranda eius merita, multis decorauit virtutum ac miraculorum insigniis Obiit autem hæc gloriosa virgo in dicta spelunca (vbi nunc est capella in ipsa rupe excisa) circa medium noctis, die Dominico illucescente 6. idus Decembris, cuius sacrum corpus honorificè in Ecclesia præfati S. Andreæ oppidi; vbi caput eius ostenditur argenteo loculo deaurato inclusum; quod deuotionis causa, ægrotantium ceruicibus impositum, opem eisdem confert, secundum vim fidei salutarem: multæque indulgentiæ à sede Apostolica sunt collatæ dictam Ecclesiam visitantibus. Hæc ex antiquis monumentis Monasterii S. Andreæ Ordin. Benedictin. propè Auenionem, & Breuiario antiquo illius loci, vbi festum eius reponitur in alteram diem, ob solemnitatem Conceptionis Immaculat. Virg. Mariæ. Franciscus Claretus, Archidiaconus Arelatensis, in suo memoriali. Baronius Tomo. 7. Annalium. Ecclesiæ ad anu. 587. sub fin. quo claruit. Gononus libro. 4. de vitis Patrum Occidentis in ea. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, vulgò vocatur *S. Cazaria*.

Commemoratio centum Virg. d] Cùm S. Romaricus, vir insigni nobilitate ac potentia illustris, B. Amati, Presbyteri consilium secutus, Monasterium virginum extruxisset, in monte Vogeso, Diœcesis Tullensis, in Lotharingis, iuxta Hibendum vel Habendum, seu Auendunum castrum, ad Mosellam, sub Regula S. Columbani, B. Magdefledem eximiæ sanctitatis nonnam, primam illic instituit Abbatissam, filiasque duas, quas è coniugio susceperat, *Gegobergam*, & *Adfalduidem*, cum numeroso delectarum piarum virginum sodalitio, eidem regendas commisit. Diuisit autem vir plus hunc virginalem cœtum, in septem turmas, quarum singulæ, ex 12. monialibus constatæ erant: quæ sibi inuicem succedentes, Diuinas laudes perpetuò, die ac nocte modulabantur. Muniuit sacrum hunc locum principalibus præsidiis, ac diuitiis, vtque sub tutela esset sedis Apostolicæ, à Ioanne 4. Papa impetrauit. Factus autem & ipse B. Romaricus, monachus, & Abbas Luxouiensis post præfatum S Amatum, curam istius Abbatiæ summè excoluit. Cæterùm Dei seruus, paulo *ante obitum, magna lætitia perfusus est: extra se enim raptus, vidit in cœlo: Centum sui Monasterij Virgines, cum Abbatissa Magdeflada, sempiterna fœlicitate frui*. Vide Surium, Lippeloum, &c. in actis SS. Eustasii 29. Martii, Amati 13. Septemb. & Romarici 8. Decemb. Abbatum Luxouiensium, Saussayum in Martyrologio Gallicano, hac die, Florebant an 620. §. 4. §. 5.

S. Chunhildis, Abbatiss. e] Matertera extitit S. Lulli Episcopi Moguntini, quæ à S. Bonifacio, Germaniæ Apostolo, multis Monasteriis præfecta, in Thuringia, Monasticam vitam restituit, propagauitque, & auxit; tumque post plures exantlatos labores, ad requiem migrauit cœlestem: ac post fœlicem eius obitum, inter præcipuos Ecclesiæ Eystetensis patronos meritò recenseri meruit. Nominatur *Cunigildes*, quandoque *Chunhildes*, & *Gunthildes*. De ea scribunt Othlonus in vita S. Bonifacii lib. 2. cap. 38 Serrarius ibid. notat. 24. Gretxerus, obseruationum in Philippi Episcopi, de Diuis Eystetensib. Commentarium lib. 2 cap. 3. Baronius Tom. 9 Annal. Eccles. ad an. 725 §. 11. Myræus in fastis Belgic. ad 1. Maii in S. Walburga Virg. Menardus in Martyrologio Benedictino & lib. 2. Obseruat. ad illud, Eduardus, Mathew Tom. 3. Trophæor. Congregation. Anglic. Benedictin. hac die, claruit an 740.

B. Clara, Virg. f] Sanctimonialis extitit, zelo regularis obseruantiæ præfulgida, quæ sæpè meruit à Seraphico Patre S. Francisco, apparitionibus consolari. De qua Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud, Iacobillus, de sanctis Fulginatib. in vita B. Margaritæ Dominici 21. Iunii, & Vvadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad an. 1440. § 14. florebat circa an. 1500. §. 7.

Beata Anastasia, vidua g] Diuino feruore accensa, & candidi ordinis suauolentis excitata fragrantia, vtrique filio diuisis prouinciis, Rubi cœnobium fundat, in quo inter sacratas §. 6.

Deo

Deo Virgines, Ordinis Præmonstratens. ipsa conuersarum sororum statum eligens, semet Ordinis rigori illustrissima Heroina, magna humilitate subiecit; ac peractam viam, & Angustam per actam ingressa est in æternam vitam, postquam sanctissimè quieuit in Domino. Illius meminerunt. Ioannes Chrysostomus stella, in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonstratens. hac die, Ioannes le *Paige*, lib. 1. Bibliothec. *Præmonstratens.* cap. 18. & lib. 2. in Epitome vitæ eius ex Sibrando, Cœnobij Horti S. Mariæ Abbate, & Chronico Myræi.

QVINTO IDVS DECEMBRIS.

LEMOVICIS in Gallia, sanctæ [a] Valeriæ, Virginis & Martyris: sub Claudio Imperatore; quæ capitis obtruncatione, ad duplex virginitatis & Martyrii præmium euolauit. Toleti in Hispania, sanctæ [b] Leocadiæ, Virginis & Martyris; quæ in persecutione Diocletiani Imperatoris à præfecto Hispaniarum Daciano, dira carceris custodia macerata, cùm grauissimos Beatæ Eulaliæ, & reliquorum Martyrum cruciatus audisset, genibus in oratione positis, impollutum spiritum Christo reddidit. In Iapponio Passio sanctarum [c] Ioannæ, Agnetis, & Magdalenæ; quæ cruci affixæ illustre Martyrium obiere. Apud Iotrum Monasterium, Diœcesis Meldensis, sanctæ [d] Baldæ, Virginis, Abbatissæ, Benedictinæ: quæ ob spectatam vitæ integritatem, & præcipuum Religionis studium, Parthenonæ huic præfecta, religiosissimè rexit, & moriens, pietatis suæ ac sanctimoniæ testimonia reliquit. In Anglia, sanctæ [e] Ethelginæ, eiusdem Ordinis Abbatissæ; Regis Alfredi filiæ; quæ eximia vitæ castimonia fulgens ac monastica obseruantia, ad æterna tabernacula commigrauit. In Monasterio Barkingensi, comitatus Essexiæ, prope Londinum, sanctæ [f] Wulfhildis, Virginis, Abbatissæ, Benedictinæ: quæ Monasticam vitam Regalibus nuptiis ac delitiis præferens, sanctitate & rebus præclarè gestis, celebris ad sponsum Christum læta perrexit, omnium virtutum floribus adornata. Perusiæ, Beatæ [g] Luciæ Petri à Fulginio, Virginis Abbatissæ Clarissæ: zelo Regularis disciplinæ, & perfectionis religiosæ insignis. Valentiæ Beatæ [h] Margaritæ Agullonæ, Virginis eiusdem instituti; quæ paupertatis, humilitatis: abstinentiæ actibus ad extremum vsque diem insistens, necnon oratione extatica copiosè renitens, & in extasim abiens, Dominicæ Passionis memoria sic recolebat mysteria, vt & dolorum Christi particeps fuerit, & ipsius gloriæ consors tandem euaserit. Apud Hybarum Prouinciæ Guipuscoæ, in Hispania, Monasterium, Ordinis sancti Augustini, Beatæ [i] à Iesu, Virginis; quæ spiritus feruore, & perfectionis amore plena, initium dedit Reformationi, seu Recollectioni sanctimonialium excalceatarum eiusdem instituti. Nazianzi, sanctæ [l] Gorgoniæ, sororis Beati Gregorii Theologi; cuius ipse virtutes & miracula commemorat. Augustæ Treuirorum Translatio sanctæ [m] Anastasiæ, Virginis, Abbatissæ, Benedictinæ.

DECEMBRIS IX.

§. 1. S*ancta Valeria, Virg. Martyr. a*] Hæc vnà cum matre B. Susanna, edocta à S. Martiali, baptisata est: & ipso Christi seruo orante pro eis repletæ sunt fuor mbæ Spiritu S. Post matris fœlicem ad Deum transitum, B. Valeria abiens ad S. Martialem voto se obstringens Domino promisit se permansuram Virginem. Quod votum implere gestiens, quotidiè ad prędicationem B. viri pergebat, & verba salutis audiens vt bona terra retinebat, & centuplicatum fructum ex se Domino reddebat. Erat enim repleta Spiritu sancto, permanens die ac nocte in orationibus, vigiliis, ieiuniis, & in omnibus bonis se probabilem Deo exhibebat, vt corde & corpore Virgo permaneret; quam cùm Stephanus Dux ad nuptias impelleret; generosæ pietatis impulsu respondit; nullam illi inferri iniuriam, quòd mortali homini, immortalem Deum, rerum omnium authorem præponeret. Quibus auditis, iracundia furens, cùm intelligeret Virginem à sententia, nullis blanditiis, nullis minis, neque tortoribus posse dimoueri, capite plecti iussit. Illa autem mox fusis ad sponsum cœlestem precibus, lubens caput presciddendum dedit, quod abscissum sustulisse,

& progressam ad B. Martialem, Lemooicia in oratorio sacris operantem, per quatuor ferè stadia in manibus gestasse, memoriæ proditom est. Corpus honorificè sepultum est, ac postea io Cambonense Monasteriu mad venerationem delatum: extat etiamnum vetus Ecclesia in Suburbio Lemouicensi, sub Titulo S. Valeriæ: (quam incolunt nostri Fratres Minores Recollecti, ædificato iuxta ipsam Coouentu.) Hanc dedicauit Ioannes de *Veyrat*, vel *Verac*, Lemouicensis 55. Episcopus anno 1212. in festo Sanctor. Victorit & Corooæ Martyr. die 14. Maij, teste Gallia Christiana, in Episcopo Lemouicens. Præterea S. Eligius, Episcopus Nouiodunensis, tanta erga hanc Christi Athletam pia ferebatur veneratiooe, vt Lutetiæ Parisiorum insignem ei extruxerit Ecclesiam, quæ hoc tempore ipsius S. Eligii nomen habet. Deca agunt Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, Vincentius Belocens. lib. 9. specul. Historial. cap. 59. Molanus in Additionibus & Annotationibus ad Vsuard. hac die, Ferrarius in noua Topograph. ad Martyrolog. Roman. verb. *Lemouici*, eadem die. At in catalogo generali Sanctor. & Saussayus in Martyrologio Gallicano, die sequenti. Petrus de Natalibus, lib. 6. catalog. Sanctor. cap. 29. Surius in Actis S. Martialis Lemouicens. Episcopi ad 30. Iunii ex Aureliano Episcopo, & Thoma Beaulxamyt Carmelita, & Gallia Christiana in Chambonio, Abbatis. Ordericus vitalis. lib. 2. Histor. Eccles. pag. 450. Simon Martinus in vita eius.

§. 2. *S. Leocadia, Virg. & Martyr. b*] Hæc celeberrima Virgo Toleti orta fuisse perhibetur, quæ propter saoctissimos eius mores, & Christi cultum, cui feruentissimè seruiebat, à Daciano Hispaniæ præfecto, tanquam Christiana capitur, & apud vrbem Toletanam carceri mancipatur: vbi cùm grauissimos B. Eulaliæ Virgin. ac reliquorum Martyrum cruciatus audisset, genibus in terra positis orans, in confessione Domini, emisit Spiritum. Toleti tres Basilicæ in eius memoriam erectæ permanent; quarom prima, vbi nata: altera, vbi passa: tertia verò vbi sepulta fuit. Leguntur plures Synodi Toletanæ, habitæ in Ecclesia S. Leocadiæ. Cùm Sarraceni Hispaniam inuasissent, venerandom eius corpus io Gallias delatum est, & in celebri cella S. Gisleni, Diœcesis Cameracensis, decenter repositum, magnam apud loci habitatores, vicinosque populos habuit venerationem; quo vsque ad petitionem Philippi II Hispaniar. Regis, mandante Gregorio XIII. Pontif. Max. Toletum reportatum, anno 1587. ac regali Pompa & Triumpho, in templum primatiale illatum fuit ac repositum. Deca, Beda, Vsuardos, Ado; Martyrologium Roman. hac die. Baronius, ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccl. ad an. 303. Vincentius Beluacens. lib. 11. sup. cap. 119. Luitprandus lib. 4. Chronicor. Petrus de Natalib. lib. 1. sop. cap. 48. Bergomas de claris mulieribus cap. 99. & lib. 8. Supplement. Chronic. ad aonum Christi 305. Breuiarium. Toletanom. Ferrarius sup. io noua Topographia, verb. *Toletum*. Saussayus, sop. hac die, Laurentius Padilla, & Vasæus in Chronic. Marinus Siculus. Rerum Hispan. lib. 5. Trugillus, in Thesauro Concionator. Villegas in Flore Sanctor. Surius, Foderetus, Ribadeneyra. Bachotus, Doubletus, Mosander, Haræus, &c. hac die, in Fastis Belgic. Petrus Salazar in poœmio Chronic. Cardinalis Gondisalui Mendozæ. Portocarrecus lib. de Descens. Virg. Carus in notis ad Pseudo Lucium Flauium Dextrum. Aotonius Alegre in Paradiso Carmelitici decoris, statu 2. ætat. 5. post Christum cap. 55. ex multis, Rayssa in Auctario ad Natales SS. Belgii Molani, hac die.

BB. Ioanna, &c. Martyr. c] Ex litteris Iappooicis; & Gretzsero. De cruce Sancta lib. 1. cap. 98. Galterio io Tabula Chronographica sæcul. 17. io SS. & illustribus viris. Recensentur sex nobiles Iapponii, hac die, anno 1603. Martyrium passi videlicet; Ioannes *Gorozaymon*, Simon *Gosioys*; quibus aures, in primis, postea, capita amputantur. Deinde Ioanna, mater & Agnes, vxor Simonis, tum Magdalena, Ioannis coniux: & Ludouicus filius adoptatus, annos taotom septem natus; qui omnes cruci fuere affixi. §. 3.

S. Balda, Virg. Abbatiss. d] Præclarissimarum virtutóm gloria cum longè lateque corruscaret, mentis puritate & corporis castitate, Christo mirifice placuit, & sacris Virginibus, (quibus tertia præfuit Abbatissa) suo exemplo, via ad cœlos præmonstrata, inter sponsas Agni beatas, fœlici progressu suscepta est. Iuxta Molanum io Additionib. ad Vsuard. Canisium in suo Martyrologio. Ferrarium, io catalogo generali Sanctor. Vuionan Martyrolog. Benedictino. Menardum ibid. lib. 1. obseruation. ad illud. Saussayum, sup. hac die, Des-Goerroys in sanctitate Christiana sæcul. 7. ad annum Christi 690. quo florebat. §. 4.

B. Ethelgina, Abbatiss. e] Vitam duxit sanctissimam in Monasterio Schireburgensi, à Patre. Anglorum Occidentalium Rege sibi constructo, Diœcesis Sarisberiensis: cuius meminerunt. Vvestmonasteriensis ad ann. Christi 870. 871. & 888. Polydorus lib. 5 Histor. Anglor. Vvion lib 4. Ligni vitæ, cap. 28. Ferrarius in catalogo generali Sanctor. hac die, ex Martyrologio Anglican. §. 5.

S. Vulfhilda, Virgin. Abbatiss. f] Ex oobilibus piisque parentibus originem traxit; à quibus amplum patrimonium ad ipsam deuolutum est: à pueritia aotem Virgioibus Vvintoniæ, in Monasterio edocanda traditur. Cùm verò spirituali gratia in dies proficeret, & ad apicem perfectionis toto corde aspiraret; vt tentatione etiam, eius constantia probaretur agente Diabolo, Rex Edgarus, modis omnibus, castitati eius est insidiatus; ex quibus tandem speciali Dei patrocinio, liberata, sacrum religionis velum apud Monasteriom Barkingense sumpsit, ac sacris votis emissis, vitam Monasticam profitetur. Vbi Abbatissa paulò post facta, miris quidem virtutibus emicuit, ac miraculis non paucis claruit. Obiit anno circiter 1001. De ea scribunt. Malmesburiensis lib. 2. de Pontificib. Aoglor. §. de Episcopis Londinens. Vvigorniensis ad ann. 675. Ioannes Capgrauius, io vita eius. Harpsfeldius Eccles. Histor. Anglic. sæcul. 10. cap. 9. Eduardus Maihew Tom. 3. Triumph. Congregation. Anglic. Benedictin. ad Natales SS. hac die, Menardus in Martyrologio Benedictino, & lib. 2. Obseruation. ad illud. §. 6.

B. Lucia, Virg. Abbatiss. f] Religioso Monasterio S. Luciæ apud Fulginates nomen dedit circa ann. 1435. vbi in maxima vitæ bonitate vixit. Ex eo postea superiorum iussu, anno 1448. vnà cum 22. sociis, Perusiam ablegatur ad Monasterium S. Mariæ Montis Lucis (quod est 1 Prouinciæ S. Francisci) vt inibi moniales ad pristinam Regulæ obseruantiam, reduceret. Erat quippe Virgo vitæ admodùm exemplaris, reliquearden tissimi circa Monasticam perfectionem, & regulæ ac constitotiooom praxim. In operibus agendis prima apparebat, in oratione stabat feruens & assidua, vigiliis & pœnitentiæ actibus dedita, §. 7.

profunda

profunda humilitate & plena charitate gaudebat Qua
propter semel & iterum, nempe ann. 1459. & 1473.
vltimò in Abbatissam est electa: quod quidem munus
laudabiliter, & ingenti cum pace ac prudentia exer-
cuit. Demùm meritis & virtutibus exornata, sæcu-
lum deseruit, cœlùmque inuecta est, hac die, anno
1499. octagenaria cùm esset. Vide Martyrologium
Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud, Iaco-
billum de SS. Fulginatib. sub 22. Iulij pag. 152. &
253. Vvadinghum Tom. 7. Annal. Minor. ad ann.
1490. §. 6.

B. Margarita, Virg. g Ex Xatiua in Regno Valen-
§. 7. tiæ erat oriunda. Ab ineunte ætate totam se Deo de-
uouens, admirabili mox luce apparuit circumdata:
quæ ad motum eius mouebatur, & quocumque gres-
sus corporis pergebat, insequebatur: vt proindè à
patre luminum, eam pretiosam Margaritam sic esse
adornatam omnes inspicientes aduerterent. Viginti
annorum facta, Virgo omnibus modis tentata fuit,
vt matrimonio iungeretur; quibus obuians pruden-
tissima Virgo, habitum Tertij Ordin. S. Francisci
suscepit, votumque castitatis emisit, in manibus Præ-
lati. Validis tentationibus à Dæmonio sibi illatis agi-
tata, ad fidei, spei, charitatisque præsidia confu-
giens, aduersarij vires exertissimè propulsabat; tum-
que disciplinis, ieiuniis, cilicio, corporis nudi super
natas, spinas, vepres, & vrticas, reptatione, ac volu-
tatione, omnia tela inimici quantumvis ignita, ener-
uiebat, & extinguebat. Insignis erat eius obedientia,
quâ non solùm Superiorum, Confessariorum, ac pa-
trum spiritualium iussis vltrò parebat; sed & solis eo-
rum nutibus ac internis propositionib. incunctanter
obtemperabat. Paupertatis verò amatrix effecta, eam-
que sub voto amplexata, ad amussim seruauit; Qua-
propter rebus cunctis temporalibus à se abdicatis, &
reiectis, labore manuum deinceps victum sibi com-
parabat. Paupere habitu, & lacera tunica vestita, in-
ter pauperes publicos prodibat in vulgus, cum illis
ad ostium Conuentus FF. Min. stabat, panis frustula
expetebat, grantanterque comedebat: relictis Pro-
cerum, Ducum, & Optimatum, lautis dapibus, ad
se, pro pietate missis, quas omninò accipiare renue-
bat. Exindè profundissima humilitate pollebat, qua
se omnium minimam arbitrabatur, cunctorum pedes
genibus flexis osculabatur & vlcera, prona in terram.
Hos amantissimè diligebat iisque, omnia quæritan-
do suppeditabat etiam vsque ad propriam subuculam,
quam vltrò eis elargita est. Conflictus spirituales ei
non defuerunt, in multis tribulationibus, quæ sibi
euenerunt, quibus arma cœlestis patientiæ opposuit.
Omitto orationes eius extaticas, raptus, extases, &
miracula ingentia. Migrauit in cœlum, hac die, an.
1600. ætatis suæ anno 64. Honorificentissimè sepul-
ta ab Archiepiscopo Valentino. Primò in capella
Conuentus Minor. Fratrum, postea translata ad Col-
legium seminarium. Vide Martyrologium Francis-
cilcanum, hac die, Annotationes ad illud. Daça part.
4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 34. & sequ. De
Torrez in suis practicis exhortationib. super Regul.
Tertiar. fol. 38. Salazar. lib. 3. Chronic. Prouinc.
Castellæ, cap. 3. à quo *B. Bellona*, simpliciter voca-
tur. Thielmans Tom. 2. vitar SS. Seraphic. Ordin.

B. à Iesu, Virg. h] Anno 8. suæ ætatis, virginita- §. 8.
tem suam Deo consecrauit: à quo tempore, pœniten-
tiæ exercitiis dedita, aspero cilicio carnem edomabat,
disciplinis cruentis corpus castigabat; vanitatem om-
ninò refugiens, & vestibus modestis induta, summo
perfectionis desiderio, Monasterium S. Vrsulæ Tole-
ti, Ordinis S. Augustini, ingreditur anno suæ ætatis
16. vbi annos 24. transegit in summa humilitate, ani-
mi tranquillitate, patientia, charitate, in pauperes
debiles, & infirmas consocias; præ spiritus feruore,
ad maiorem vitæ regularis obseruantiam semper as-
pirans; initium dedit Recollectioni ac Reformationi
sanctimonialium sui Ordinis excalceatarum, Madri-
ti: indèque progrediens ad Monasterium *Hybars*, an.
1608. moram inibi fixit, superior instituta. A Chri-
sto sponso miris gratiis & fauoribus dignata est, futu-
ra præuidit, & finis sui præscia, iugiter suspirabat
ad cœlum, vsquequo, hac die, efflauit animam; tunc-
que magno piorum concursu, sacrum eius corpus
(per dies 60. quibus in propatulo fuit) visitatum est;
ipsaque venerata & acclamata ab omnibus, vt sancta,
& Christo Domino Virgo amabilis: vti testatur Sim-
plicianus, part. 2. Histor. Augustinian. Ordin. in
vita eius.

S. Gorgonia. i] Hanc Græci commemorant in Me- §. 9.
nologio, Latini in Martyrologio Romano, hac die,
Baronius ibid. in notis. Ferrarius in noua Topogra-
phia, sup. verb. *Nazianzum*. Vaquerius, in Enchi-
ridio beoè morientium: post S. Gregorium Nazian-
zenum, clarissima oratione 11. quam dixit in eius fu-
nere, apud Surium, hac die, sub ann. 360. Lauda-
tur quippe, à sanctis moribus, à pudicitia, à mundi con
temptu, à silentio, à liberalitate, à pietate, & deuo-
tione, à castigatione corporis. à vigiliis, à patientia,
à fœlici fine; cui & dies obitus cœlitùs innotuit,
&c.

Translatio S. Anastasiæ, Virg. Abbatiss. l] Illius §. 10.
meminit Saussayus in Martyrologio Gallicano, Fer-
rarius in catalogo generali Sanctor. hac die, ex Ta-
bulis Treuirensis Ecclesiæ. Molanus verò, in Addi-
tionibus ad Vsuardum, die præcedenti. Natalem re-
ponit: sed perperam; cùm tantummodo fuerit eius
Translatio: Natale quippe festum colitur 9. Septem-
bris, vti superius notauimus.

QVARTO IDVS DECEMBRIS.

EMERITÆ in Hiſpania, Paſſio ſanctæ [a] Eulaliæ, Virginis, quæ ſub Maximiano Imperatore, cùm eſſet annorum duodecim, iuſſu Daciani Præſidis, pro confeſſione Chriſti, plurima tormenta perpeſſa eſt; nouiſſimè in equuleo ſuſpenſa, & exungulata, facibus ardentibus ex vtroque latere appoſitis, hauſto igne ſpiritum reddidit. Item ibidem, ſanctæ [b] Iuliæ Virginis & Martyris; quæ Beatæ Eulaliæ ſocia fuit, & illi ad Paſſionem properanti comes indiuidua adhæſit: Andegauis in Gallia, Depoſitio Beatæ [c] Petronillæ. Cadomi in agro Baiocenſi, Beatæ Geuæ; ſororum, Virginum, Ordinis S. Benedicti; quæ genere, & Monaſtica Obſeruantia, ac virtutum laude, plurimùm emicuerunt. Volaterræ in Hetruria, Beatæ [d] Eufraſiæ Volaterranæ, Virginis, Clariſſæ, dono prophetiæ & miraculorum celebris. Acquiriæ in Brabantia, memoria Beatæ [e] Iolentæ pœnitentis; quæ poſt ſeueriſſimæ, & puriſſimæ vitæ decurſum tramitem, præſcia fœlicis migrationis ad Chriſtum quem ardenter ſitiebat, lætanter euolauit. In Picœno Tranſlatio [f] ſanctæ domus Lauretanæ, in qua Beatiſſima ſemper Virgo Maria, ſalutata fuit ab Angelo, concepitque Saluatorem mundi, illicque eum educauit, enutriuit, fouit, & cuſtodiuit; cui viciſſim ipſe Dominus noſter, Ieſus Chriſtus, Dei & Virginis verus filius, erat ſubditus.

DECEMBRIS X.

§. 1. *Sanctæ Eulaliæ, Virg. Martyr.* [a]] Emeritæ nobili genere naſcitur; cuius pater, Liberius dicebatur: quæ à prima ætate, cœpit Chriſti amore flagrare, adeò, vt verbis, & veſtitu modeſto, Chriſtianæ religionis præ ſe ferret ſinceram mentem. Duodecim verò annos nata, cùm audiret multa dici de crudelitate Daciani in Chriſtianos, feruenti quodam deſiderio effundendi pro Chriſto ſanguinem, fidenter ſe offert Tyranno, eumque liberè ac intrepidè reprehendit: quam cùm primò blanditiis demulcere conaretur, minas ei intentat, ac crudeliter cœpit eam tormentis cruciare, vſque ad mortem: cuius anima viſa eſt ſub ſpecie columbæ in cœlum conſcendere. Agunt de ea Beda, Vſuardus, Ado Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccleſ. ad an. 303. Molanus in Annotationib. ad Vſuardum. Ferrarius in noua Topographia ad Romanum Martyrologium, verb. *Emerita.* Prudentius Hymno 4. Periſtephan. Venantius Fortunatus lib. 7. carmin ad Bed. Ducem. Item, de Gaud. vitæ æternæ D. Gregorius Turonenſ. lib. 1. de gloria Martyr. cap. 91. Adelelmus. De laudibus Virginitat. S. Iſidorus in Hiſtor. Gothor Æra 491. Vincentius Beluacenſ. lib. 12. ſpecul. Hiſtorial. cap. 121. D. Antoninus, part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1 § 15. Petrus de Natalibus lib 5. catalog. Sanctor. cap. 54. Marietta lib. 4. de SS. Hiſpaniæ cap. 7. Bergomas de claris mulieribus, & lib. 8. Supplement. Chronic. ad ann. Chriſti 305. Villegas, Surius, Trugillus, Renatus Benedictus, Foderetus. Haræus, Ribadeneyra, Bachotus &c. hac die: Biuarius, Commentar. 3. in Lucij Dextri Pſeudochronicon. ſub ann. 300. §. 15. ex multis. Porrò ipſa S. Eulalia monente, S. Vvaningus Monaſterium Fiſcanenſe, in ſuo fundo extruxit: vti habetur in Actis S. Vvandrigiſili Abbatis 22. Iulij, cap. 15, & S. Audoeni, 24. Auguſt. cap. 17. apud Surium, circa ann. 640. Fulgoſus lib. 1. memorabil. cap. 3. Barnabas Moreno de Vargas; libro ſecundo Hiſtor. Emerit.

S. Iuliæ, Virg. Martyr. [b]] Eodem etiam die gladio interfecta, Martyrium conſummauit, ſocia cùm eſſet ipſius S. Eulaliæ: cuius meminerunt Beda, Vſuardus, Ado, Martyrologium Roman. Baronius, Petrus de Natalibus, Trugillus, in Theſauro concionator. Ferrarius, & alij ſup. §. 2.

BB. Petronillæ, &c. Virg. [c]] Filiæ erant illuſtriſſimi viri, *Ernaldi*, Dynaſtæ Monaſterioli, Eſcalfoij, S. Cerenici, & Sabloili in Diœceſi Sagienſi, &c. cuius familiæ ortum ac ſeriem, deſcribit Andræas. Quercetanus, in Tabulis Genealogic. ad calcem Hiſtor. Norman. pag. 1101. Vbi de hiſce Heroinis mentionem facit: ex Orderico vitali, Vticenſi Monacho. Authore coæuo, & oculato, lib. 3. Hiſtor. Eccleſiaſtic. ſub Guillelmo 2. Duce Normanor. pag. 490. *Duæ*, inquit, *Ernaldi filiæ poſt mortem patris, & deſolationem ſuorum, optauerunt magis Deo placere, modeſta compoſitione morum, quàm ſæculo ſubiacere, corruptibili pulchritudine corporum. Vnde Virginitatem ambæ Deo dicauerunt, mundoque ſpreto, ſanctimoniales effectæ ſunt. Nam Petronilla in Cœnobio S. Mariæ Andegauis velum ſuſcepit: diuque ſecundum morem aliarum Virginum diligenter ſacrum Ordinem ſeruauit, ac demum per decem annos iam incluſa, fama ſanctitatis, & virtutis exemplo longe latèque multis innoteſcit, porrò Geua, ſoror eius, in Cœnobio Sanctæ Trinitatis quod Mathildes Regina, apud Cadomum conſtruxit, ſub Beatrice Abbatiſſa, ſacram ſeriem diu gerendo & ducendo, ſibi & laudabiliter profecit.* Florebant circa ann. 1130. §. 3.

B. Eufraſiæ, Virg. [d]] Florebat circa ann. 560. Volaterranæ

Volaterræ apud Monasterium Clarissarum vbi & tumulata iacet, insigni vitæ sanctitate conspicua; quippe, quæ tam in vita, quàm in morte, plurimis claruit miraculis, atque prophetico spiritu. De qua Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud, Gonzaga part. 2. in eo Monasterio, quod est 1. Prouinciæ Tusciæ. Barrezaus, part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 30. sub ano. 1564. Valerius lib. 4. de SS. Fœminis Ordin. Minor. cap. 39.

§. 5. *Memoria B. Iolentæ.* e] Hæc post fœlicem transitum S. Lutgardi apparens, se æterna in cœlo gloria donatam eidem intimauit: vti testantur Saussayus in Martyrologio Gallicano. Henriquez in Menologio Cisterciensi, hac die, B. Thomas Cantipratanus lib. 2. vitæ S. Lutgardis, cap. 11. Sacrarium Namurcense, in Epitome SS. & BB. Namurcens. Comitatus. De ea superius, ad 9. Octob. quo sanctè obiit.

Translatio S. domus Lauretanæ f] Memoratur à Saussayo, in Supplemento Martyrologij Gallicani, hac die, post Baronium Tom. 1. Annal. Eccles. ad ann. Christi 9. ex Canisio de S. Maria lib. 5. cap. 25. Baronium Tom. 13. Annal Eccles. ann. 1296. §. 14. Odericum Raynaldum, ibid. Tom. 14. ad annum 1263. 1291. 1294. 1295. & 1296. Huiusce admirandæ Translationis Historiam Horatius Tursellinus libello integro luculenter ac copiosè edidit: & nouissimè Georgius Colvenerius, in Calendario Virgin. sub 9. Maij. & Decemb. 10. §. 6.

TERTIO IDVS DECEMBRIS.

TOLENTI in Picœno, sanctæ a Septimiæ, Martyris; quæ simul Sancto Caterio viro suo, passa est pro Christo. Eodem die sanctarum b Syncleticæ, Virginis, & Perpetuæ sororum: quæ multarum prærogatiua virtutum floruerunt. In Germania apud Abbatiam sanctimonialium, non longè ab Hemmenrodensi cœnobio, Ordinis Cisterciensis, Beatæ c Ascelinæ, cœlestibus dotibus, ac supernis visionibus celebris. In Brabantia, Rameya Monasterio, eiusdem Ordinis, Diœcesis Louaniensis, Natalis Beatæ d Idæ de Niuella, Virginis: quæ varijs illustrata diuinis charismatum donis, gratia etiam miraculorum refulsit. Bellalcazari, in Territorio Corduben si, beatæ e Agnetis à sancto Antonio, Virginis Clarissæ; quę iugi memoriæ Passionis Dominicę addicta in terris, meruit tandem ab ipso Christo conglorificari in cœlis.

DECEMBRIS XI.

§. 1. SAncta Septimia, Martyr. a] Ita Ferrarius in catalogo generali Sanctor. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Tolentinatis, vbi corpora eorum asseruantur: Item in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Tolentinum* & in SS. Italiæ.

§. 2. *SS. Syncletice, Virg. &c.* b] Vocatur etiam *Syncletica*, vel *Synclerica*: quæ dicta est iunior, ad differentiam senioris, quæ vixit temporib. Constantini magni Imperator. De quâ superius ad 5. Ianuarij. Nostram itaque Syncleticem iuniorem, Virginem, Sedulius Presbyter (cuius æuo claruit, circa annum 430.) in Epistola ad Macedonum, quæ est præfatio Paschalis operis, summis laudibus celebrat; necnon sororem eius *Perpetuam*, coniugij vinculo adstrictam hisce verbis. *Quis non optet & non ambiat eximiæ Syncleticis, sacræ Virginis & ministræ Christi, placere iudicio, quæ superbi sanguinis nobilitatem, sic humilitata prouexit ad gloriam, vt in cœlestis patria Senatu fieri mereatur Athleta? verè dignum, in quo Dominus habitet, Templum, ieiunijs castigatum, orationib. refertum, puritate mundissimum, scripturas etiam Ecclesiastici dogmatis, ita sitiens epotauit, vt nisi sexus licentia defuisset, potuisset docere, quàm membris fœminei corporis animum sic virilis. De quotidiana verò misericordia dispensatione reticeo, quam sic exercet, vt sileat; sic largitur, vt lateat, Indicat tamen eius pauper habitus; vbi census proficiat diues. Et vt magnitudo tanta prudentia gemina resplendens lampade plus luceret, habet & Germanam, nomine morisque* Perpetuam, *annis imparem, factis æqualem, æuo teneram, probitate grandæuam; quæ dum nominis dignitate pascit, sic viuit, vt nequeat amittere quod vocat. Illustris maritali potentia, illustrior religione diuina; proximam virginitati continet palmam, in coniugij fœdere permanens pudica. Cætera, præter conspicuos (vt poté nuptæ conuenientes) ornatus, quæ de sorore diximus, in huius quoque moribus inuenimus.* Hæc ille, cui adstipulantur Baronius, in notis ad Martyrologium Roman. sub 5. Ianuar. Raderus, part. 1. viridarij SS. in Annotationib. ad vitam S. Apollinaris, Syncleticæ, seu Patriciæ 5. Januar.

§. 3. *B. Ascelina.* c] Hæc est, cui S. Dauid Diui Bernardi Abbatis discipulus, moriens, anno 1179. apparuit post obitum magna cum gloria. De eaque scribit Cæsarius, libro sexto Dialogor. seu miracułor. illustr. capite 10. & libro 12. capite 25. 42. & 43. Manriquez Tom. 3. Annal. Cisterciens. ad ann. 1179. capite 6. §. 4. item anno 1195. cap. 3. §. 9. Extat liber visionum B. Ascelinæ.

§. 5. *B. Ida, Virg.* d] Hæc primò habitauit in Kerchum apud Thenas sesqui milliari à Louanio, sed cùm linguam Teutonicam addiscere non posset, & locus *Aequiriæ* inopia laboraret, aliud est ædificatum Monasterium in Brabantiæ limitibus, versus Namurcum, dictum *Rameya*, in quo, hæc Virgo vitam suam sanctitate finiuit. Nam Cisterciense institutum amplexa, varijs virtutibus, & gratia miraculorum effulsit, ad tantamque perfectionem peruenit; vt intima cordium cognoscere, futura prædicere, viuentium animas à tentationibus; defunctorum, à Purgatorij pœnis liberare, Angelicos spiritus, & Angelorum Reginam

familiariter ac frequenter videre, ipsumque puerum Iesum amplecti, & osculari meruerit; cuius corpus radios splendidissimos ex se emittens, instar solis fulgere, sæpissimè visum est: & post mirabiles ac cœlestes visiones, multis etiam summæ dilectionis fauoribus à Christo, castarum Virginum sponso, nobilitata; ad eum, quem ab ipsa infantia indesinenter, & intimo cordis affectu dilexit, deposito corpore feliciter migrauit, tertio die ante festum S. Luciæ feria 5. anno Domini 1231. expletis in Ordine Cisterciensi decem & sex annis, & nouem mensib. ætatis suæ anno 32. mense nono, tertio idus Septemb. Ita vita eius Ms. in Bibliotheca Rubræ-Vallis. Rayss. in Auctario ad Natales SS. Belgii Molani. Myræus in Chronico Cisterciens. ad ann. 1219 & in Fastis Belgic. hac die. Henriquez in liliis Cisterciens Tom. 2. & in Menologio eiusdem Ordinis, ead. die. Bernardus de Brito Tom. 2. Chronic. lib. 6. cap. 19. & Ferrarius in catalogo Sanctor. die sequenti. Robertus Rusca, in suo compendio Titol. de SS. ac BB. Monialib Ordin. Cisterciens. Dens ipsius argento inclusus, multis contra dentium dolores efficax adfert remedium.

B. Agnetis, Virg. c] Tantoperè Passionis Dominicæ memoria delectabatur, vt omnia in eius honorem referret: propterea & disciplinis sanguinolentis carnem affligebat; solaque vulnerum Christi recordatione, sic ad fletum planctumque excitabatur, vt ex lacrymarum copia, genæ eius adurerentur, & maxillæ. Sanctam efflauit animam in Monasterio Bellalcazaris, quod est 1. Prouinciæ Angelor. circa ann. 1570 Ex Martyrolog. Franciscan. hac die, Annotationib. ad illud D 52, part. 4 Chronic. Minor. lib. 3. cap. 77. & monimentis MSS. Illius loci. §. 3.

PRIDIE IDVS DECEMBRIS.

ALEXANDRIÆ sanctarum [a] mulierum Ammonariæ, Virginis, Mercuriæ, Dionysiæ, & alterius Ammonariæ; quarum prima in persecutione Decii Imperatoris, inauditis tormentum generibus superatis, ferro cædente, beatum vitæ finem percepit; tres verò aliæ, cum Iudex à fœminis superari erubesceret, ac dubitaret, ne eadem in illas exercens cruciamenta, etiam earum constantia vinceretur; statim iussæ sunt decollari. Romæ sanctæ [b] Eadburgæ, Benedictinæ, Virginis, Abbatissæ; quæ genere ac multis virtutum exercitiis extitit spectabilis. Fiscannii in Diœcesi Rothomagensi, Beatæ [c] Margaretæ, Virginis: quæ inclyta stirpe orta, cœlestia & æterna animo verè Regio amplexa est, tum vitæ integritate prefulgida, ad Christum fœlici donanda præmio pertransiuit. Fulginii in Vmbria, Beatæ [d] Hieronymæ Monsfeltriæ, Viduæ, Clarissæ; nobilitate prosapiæ, eruditione, ac vitę sanctitate illustrissimę. In Territorio Beluacensi, [e] Inuentio ac Repositio corporis sanctæ Maxentię, Virginis ibidem in agone pietatis ac puritatis coronatę. In Anglia, memoria [f] sanctę Elfredæ, Virginis Benedictinę.

DECEMBRIS XII.

§. 1. *SS. Ammonariæ, Virg. & c. Martyr a*] Agunt de his Beda, Vsuard Ado, Martyrolog. Roman. hac die, Baronius in notis, & Tom. 2. Annal. Eccl. ad an. Christi 253. Surius, Lippeloos, &c. hac die, tum in actis S. Dionysij. Alexandrini Episcopi 8. April. Petrus de Natalib. lib. 1. catalog SS. cap. 63. post Eusebium libro 6 Histor. Eccl. capite 34. ex Epistola ipsius S. Dionysij Alexandr. ad Fabium Antiochenum.

§. 2. *S Eadburgæ, Virg Abbatiss. b*] *Bugga* cognominabatur. Cantiorum Regis in Anglia consanguinea; quę pia matre eius Cangitha, Abbatissa; migrante, à sęculo, electa fuit in eius locum Antistita; mutuis Epistolis, cum S. Bonifacio, Moguntinensi Episcopo, sæpè est consolata, maximè super peregrinatione sua ad limina Apostolor. cùm Romam profecta, illic moram fixit, vitæ contemplatiuæ. ac cœlestium rerum exercitio dedita, vigiliis & orationibus vacans in cella, iuxta ædem S. Petri, vnà cum *B. Vuitburga*, optima Matrona (de qua sup. ad 16. Octob.) Deo sanctissimè inseruiens. Vide Baronium Tom. 9 Annal. Eccl ad an. Christi 716. 1.18. an. 714 §.7. & seq. ac an. 755. §. 17. &c. Ludouicus Iacob. in Bibliotheca illustr. Fæminar. ex Pitsco, in Appendice illustr Angliæ scriptor.

B. Margaritæ, Virg, c] Filia erat Hereberti senioris, ac soror item Hereberti iunioris comitum Cœnomanensium: quæ (ad instantiam magnam Willelmi 2. Normanorum Ducis) ex conuentione parentum desponsanda erat Roberto, filio primogenito illius Ducis, ad an 1060 Qua de re, authorem coæuum, Willelmum Pictauens. Lexouiorum Archidiaconum hęc scribentem audiamus. In Gestis Guillelmi Ducis Norman ac Regis Anglor. *Et quoniam pueri (& puella) ætas nondum fuit matura coniugio, in locis tutis illam proponnubilem magno cum honore custodiri fecit, nobilium atque sapientium virorum ac matronarum curæ commissam. Hæc generosa Virgo nomine* Margarita; *insignis specie, decentior fuit omni Margarita. Sed ipsam non longè ante diem, quo maritali sponso iungeretur, hominibus abstulit Virginis filius, Virginum sponsus, cœlestis Imperator: cuius igne salutifero, pia puella flagrabat, pro cuius desiderio. orationibus, abstinentia misericordia. humilitati, denique plurima bonitati studebat vehementer exoptans, præter ipsius connubium, aliud perpetuò ignorare. Sepelimus eam Fiscannense cœnobium quod* §. 3.

quamuis

quantum licebat religioni nimirum doluit, raptam properato obitu, cuius longanimitatem effectuosissime concupinit. Illius etenim anima prudenter euigilans cum lucerna ardente Christi aduentum expectans, Ecclesias colere cœpit cum reuerentia. Cilicium quoque, quo latentius carnem domare proposuerat, postea quam transmigrauit, proditum, mentem æternæ intentam prodidit. De eadem aguut, Guillelmus Gemeticensis lib. 8 Histor. Normanor., cap. 2. Ordericus vitalis, lib. 3. Histor. Eccles. ad annum 1064. item lib. 4. ad ann. 1075. ac lib. 8 ad ann 1090. Gabriel à Mulinæo, lib. 8. Historiæ general. Norman. in fin. ad ann. 1106.

B. Hieronyma, Vidua. d] Prius hæc nobilissima
§. 4. Heroina Nuncupabatur Baptista Monti-Feltria, Galeatij Malatestæ, Pisauri Principis amātissima coniux, quæ cùm eruditione ac singulari eloquentia polleret, erga subditos clemens, in pauperes misericors, erga omnes affabilis, omnium conciliauit beneuolentiam. Monasterium sub titulo corporis Christi Pisau. i fundauit, anno 1439. vbi B. Fœlicis *Meda*, Abbatissæ, solemnes curauit celebrari exequias, ann. 1444. Post aliquot verò annos à viri discessu, Fulgineum veniens, in Monasterio S Luciæ habitum Clarissarum assumpsit, anno 1445. deinceps *Hieronyma*, vocata. Illic per labores maximos, quibus religioni operam exactissimè dedit, pro adipiscenda cœlestium vita, summa cum humilitate, morum probitate, & exemplo, ex sæculo migrauit, in cœlum anno 1447. multis memorabilibus documentis, & vitæ sanctitate claruit, relicto magno sui desiderio, & virtutis opinione. Ita Martyrologium Franciscan. hac die, Annotationes ad illud. Philippus Bergomas de claris fœminis cap. 152 Marianus lib. 3. cap. 14. Vvadinghus, Tom. 5. Annal. Minor. ad annum. Christi 1439. §. 49. ann. 1444 §. 59. & ann. 1447. §. 61. & seq. Iacobillus de SS. Fulginatib Ludouicus Iacob. in Bibliothec mulier. scriptis illustr. Thielmans. Tom. 2 vitar SS. Seraphic. Ordin.

Inuentio corporis S Maxentiæ, Virg. Martyr. e] Illius meminerunt, Sausfayus in Supplemento Martyrolog. j Gallicani: & Ferrarius in catalogo generali, Sanctor. hac die. §. 5.

Memoria S. Elfiedæ, Virg f] De ea scribunt, Ferrarius, sup. Martyrolog. Anglicum, hac die, Polydorus lib. 4. Histor. Anglor. Stephanus Lusinianus curona 4. cap. 9. Vvion lib. 4. Ligni vitæ cap. 28. nam festum eius natale colitur 8. Februar. sup. §. 6.

IDIBVS DECEMBRIS.

SYRACVSIS in Sicilia, Natalis sanctæ [a] Luciæ Virginis & Martyris in persecutione Diocletiani, quam cùm lenones, quibus iubente Paschasio consulari, tradita fuerat, vt à populo, castitati eius illuderetur, ducere vellent, nullatenùs eam mouere potuerunt, nec funibus additis, nec boum iugis plurimis; deindè verò, picem resinam, feruens oleum, nil læsa, superans, tandem gladio in gutture percussa, Martyrium consummauit. Pictauis, sanctæ [b] Apræ, Virginis, filiæ Beati Hilarij Episcopi: quæ vocante Christo, ad cœlestia gaudia festinauit. Dormancestriæ, in Anglia, non procul à Monasterio Petro Burgensi, Diœcesis Lychfeldensis, sanctæ [c] Tilbæ, Virginis Benedictinæ, genere & virtutum meritis conspicuæ. Cantuariæ in Anglia, sanctæ [d] Edburgæ, Virginis Abbatissæ, eiusdem Ordinis: quæ Regia exorta prosapia, summis virtutibus ac miraculis refulsit. In Territorio Argentoratensi, Sanctæ [e] Otiliæ, Virginis, Abbatissæ Benedictinæ; quæ in multorum vtilitatem cœlitùs data, sanctitatis radiis circumquaque eluxit. In Lusitania, propè Eboram, Monasterio sancti Benedicti Castrensis, Ordinis Cisterciensis, Beatæ [f] Manciæ, Priorissæ. quæ silentio, orationi, ieiuniis, ciliciis ac disciplinis addicta, magnis diuini amoris indiciis exornata, discessit à sæculo. Senis in Tuscia, Beatæ [g] Meæ Tertiariæ Franciscanæ, Religiosissimæ fœminæ. Fulginij, Beatæ [h] Innocentiæ-Angeli, Clarissæ: vitæ regulari, iugi orationi, ac pœnitentiæ operibus insignis,

DECEMBRIS. XIII.

§. 1. *S. Luciæ, Virg. Martyr.* [a]] Hæc dùm à matre ægrotante, ad tumbam S. Agathæ precatur, adest hæc ipsa sanitatis primò nuntium matris ferens, tum Luciæ mortis pretiosissimæ pro Christo obeundæ. Sic igitur moritura Lucia, omnium primùm testamentum cogitat, & pauperes non iam scribit, sed facit hæredes. Id enim verò non ferendum ratus Luciæ sponsus, queritur apud iudicem, & sponsæ dotem sibi clamat deberi: hic demùm agnoscit in amoribus non se, sed Christum esse. Mox igitur amori ira successit; Dei nupta Lenonibus traditur, mancipiis amoris prostituenda. Sed nequeunt mille manus vnam virgunculam, nequeunt funes, & plura boum iuga, de loco, minus de proposito casto dimouere Ergo fermenta congeruntur, rogus accenditur; sed lucet pulchrius ignibus suis Lucia. Gladio traiicitur, sed viuit Virgo & viros animat, & è flammis, Imperatoribus mortem, Syracusanis præsentem opem, Ecclesiæ pacem

vaticinatur: sicque diuino cibo recreata, cœlo sydus inseritur. Agunt de ea Latini omnes, hac die, & Græci: eiusque Martyrij acta, iisdem omnibus notissima recitant. Adelelmus lib. de Laudib. Virginitat. & Mantuanus eadem carmine decantauit. Monbritius, Surius, Lippelous, de voragine. Foderetus Renatus Benedictus, Ribadeneyra, Doubletus, Haræus, &c. ead. die. Sigebertus, lib. de vir. illustrib. cap. 172. Martyrologium Roman. Vsuardus, Beda, Ado. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2, Annal. Eccles. ad an. 305. Molanus in Annotationib. ad Vsuardum. Vincentius Beluacens. lib. 13. specul. Histor. cap. 2. & 3. D. Antoninus part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. §. 36. Bergomas lib. 8. Sopplement. Chronic. ad ann. Christi 305. & lib. de claris mulieribus, cap. 107. Petrus de Natalib. lib. 1. catalog. Sanctor. cap. 64. Trugillus in Thesauro Concionator. Saussayus in Martyrologio Gallicano. Bachotus in Fastis Christianis. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romano. verb. *Syracusa*, & in SS. Italiæ. Vaquerius in Enchiridio benè morientium, hac die. Veneratur peculiari cultu apud Mediomatrices, & Bituricenses; ex quo in Galliam sacrum eius corpus, & caput allatum, illic religiosè asseruatur: qua de re. Vide sup. ad 18. Ianuar. Ipsius S. Luciæ laudes carmine cecinit Alphanus. Salernitanus I. Archiepiscopus, Schedel mundi sextâ ætate fol. 125.

§. 2. *S. Apra, Virg.* [b]] Hæc ab optimo patre, in castitatis cultu & Christi amore erudita: promissis etiam illecta diuinis, iam ab ætate vicenti, cœlum aoimo concipiens, nihil mente, nisi diuinum & cœleste complexa est; spretisque nobilis viri, qui in speciem eius eximiam exarserat, nuptiis toto pectore ad cœlestis sponsi conspectum anhelauit. Quo vsque tandem charissimi patris, qui pium filiæ ardorem suspiciebat, orationibus ad Dominum commendata, lenta correpta febre, migrauit in cœlum: nam sine dolore, sine contagio, se præsente, mortem obtinet in Christo; de mundi ludibrio est erepta, & ad Christum transmissa in cœlum: quam propriis manibus sepeliuit in Ecclesia SS. Ioannis & Pauli, extra vrbicos muros sepeliuit; vbi miris gloriæ coruscationibus respleoduit. Florebat anno 365. Hæc Fortonatus apud Surium 13. Ianuar. in vit. S. Hilarij Episcopi Pictauiens. quem obsequuntur Iacobus de voragine, Petrus de Natalibus, suprà, capite 68. libro 2. Saussayus. Iacobus Rinaldus, in liliis Galliæ sanctæ, part 1. cap. 1. Renatus Benedictus, Ribadeneyra, &c. ibid. item Saossayus; hac die, sup. quandoque nominatur *Abra*, *Afra*, & *Apra*. Doubletus verò 7. August.

§. 3. *S. Tilba, Virg.* [c]] Constat Kineburgam, Angliæ Reginam, postea monialem Abbatissam: & Kinisuidam, Virginem Deo sacram, apud Dormancæstriam, vulgò, *Dormoncaster*. Vitam religiosam duxisse: (vti vidimus, sup. die 6. martij.) Secumque inibi consanguineam. Virginē quandam, nomine *Tibbam*, seu *Tilbam*, in consortio habuisse, insigni pietate præditam; quæ obiit in die sacro S. Luciæ: cuius constans in virginitate propositum strenuè imitata est, illiusque sacræ Reliquiæ semper fuerunt illic in magna veneratione. Scribunt de ea. Ingulphus in Histor. Crovlandensi, vbi de Monasterij Petriburgensis clade miseranda. Harpsfeldius in Histor. Eccles. Anglic. sæcul. 7. cap. 23. Eduardus Maihew Tom. 1. Trophæor. Congregat. Anglic. Benedictin. ad Natales SS. die 6. Martij. Menardus in Martyrologio Benedict. & lib. 2. Obseruation, ad illud, Robertus Bucklandius, in vita eius. Ferrarius, in catalogo SS. 26. Decemb. ea Martyrolog. Anglic. & Tabulis Eccles. Petroburgens. claruit ad ann. 668.

S. Edburga, Virg. Abbatiss. [d]] Filia erat S. Ethelberti, Cantiæ Regis, & Berthæ Reginæ, ea Regio Francorum sanguine ortæ; quæ seipsam, Christo totam dicauit; quod vt facilius efficeret, in Monasterium, cui neptis sua S. Mildreda, Abbatissa præerat, quod in Taneto Insula, quæ Cantio adiacet, extat, se tradidit regularibus disciplinis imbuendam; ibique summa diligentia, ac studio, summisque laboribus, ad virtutum omnium apicem peruenire contendit; & quidem tam fœliciter, vt defuncta S. Mildreda, ipsa summo omnium consensu, digna iudicaretur, quæ ipsi in munere regiminis succederet. Abbatissa igitur eiusdem Monasterij constituta, hanc functionem, cum per aliquot annos sanctissimè ac prudentissimè obiisset, anno circiter 680. decessit è vita, hac die, ad cuius sepulchrum insignia edita sunt miracula: quapropter sacrum eius corpus indè translatum fuit Cantuariam an. 1088 à B. Lanfranco Archiepiscopo: Vitam eius composuit Robertus Buchlandius: & Capgrauius, in legenda SS. Angliæ: de ea scribunt Ferrarius in catalogo generali Sanctor. hac die, ea Martyrologio Anglic. cui consentiunt Tabulæ Eccles. Cantuariens. Harpsfeldius sup. cap. 10. Eduardus sup. Tom. 3. hac die. §. 4.

S. Othilia, Virg. Abbatiss. [e]] Illustre Virginum sydus, & nobile Ethiconis, siue Adalrici germen, fuit ipsa fœlix Virgo; cuius pater a Clodouæo II. Ducatū Germaniæ, seu Alsatiæ, propter consanguinitatem, adeptus est, habuitque sedem in Villa Regia, *Ebenheim*, & in castro quod dicitur, Hohemburgum in Alsatia; genuit autem S. Othiliam, à natiuitate cæcam; correxit vitium naturæ cœlestis gratia; sacro enim fonte baptismatis à S. Erhardo, Reginoburgensi Pontifice, & Beato Hidulpho, Treuirensi Episcopo, tincta, oculorum caliginem abstersit: visumque recepit, vti cœlum, quo tendebat, intueri posset, quod illi adeo placuit, vti terra fastidita, abiiceret omnia, quæ ex illa nata rursum occidunt: & quæreret nullis sæculorum æternitatibus finienda. Condidit ergo pater filiæ parthenona, apud altissimum Alsatiæ montem, (qui etiamnum *mons S. Othiliæ* dicitur) in quo trecentis & triginta Virginibus ad cœlum facem luxit: vbi pane hordiaceo, (diebus solemnioribus exceptis) pelle vrsi, pro lecto, & pro puluinari, lapide, in summa vitæ austeritate degebat: magnis ac crebris miraculis claruit: circa ann. 750. vas vino vacuum, sua oratione, impleuit: baculo montem percussit, & mox lympidissimam aquam dedit. Solitudini & silentio studebat, manens in tugurio reclusa, iuxta Monasterium: Tandem post plurima virtutum insignia, præscia diei suæ vltimæ, conuocatis cunctis ad se sororibus & alumnis, monita salutis dedit omnibus: ac sanctissimè purissimum ann. 772. efflauit spiritum: tuncque tantus odor obortus est, quasi tota domus plena esset aromatibus. Vitam eius descripserunt, de voragine, in Historia Lombardic. propè fin. Petrus de Natalib. ad calcem catalogi SS. Tuul. de Sanctis nuper canonisatis cap. 23. Georgios Vicelius, de SS. Ecclesiæ Dei. Gononus de vitis Patrum Occident. lib. 2. Raderus part. 3. viridarij Sanctor. cap. 3. De cæcis Sancti: § 8. & in Bauaria pia. Ioannes Ruys, in sacris Antiquitatib. Vosag. libro quarto, part. 2. capite primo & seq. Iacobus Rinaldus, in Lilio Galliæ sanctæ, part. 1. capite secundo. Grasius, Hieronymus Sebwilerius, &c. Agunt de ead. Martyrologium §. 5.

Roman

Romen. hac die. Baronius ibid. in notis. Molanus in Adduionib. ad Viuard. Wion in Martyrolog. Benedict. Maurolycus, Felicius, Canisius, &c. in suis Martyrologiis, hac die. Ferrarius in noua Topograph. sup. verb. *Argentoratum*, & *Laudunum*. Michael Buchingerus. in Histor. Eccles. sub. Zacharia. 91. Papa. Chifflecus in sacra Vesuntione. Wolphangus, Lazius, in Histor. Habpurgic. Myræus, in Fastis Belgic. ad. 30. Iunij, & 13. Decemb. Sabellicus. lib. 11.

§. 6. *B. Mencia Priorissa f*] Ab ipsis conuersionis primordiis, Vberrimos in omni sanctitate fecit progressus, miroque pietatis ardore succensa, reliquas sorores, virtutum exemplo, & regularis obseruatione disciplinæ præiuit. Horam obitus sui, Diuina reuelatione cognouit; quam, Ecclesiæ sacramentis præmunita, auidè expectauit, & inter celestes spiritus, qui eius migrationi visibiliter interfuerant, animam reddidit creatori; super cuius tumulum, per multos dies, miræ claritatis splendores apparuerunt, & multis aliis signis, eius gloria omnibus innotuit. De qua Bernardus de Brito, Tom. 1. Chronic. lib. 5. cap. 33 Henriquez in menologio Cisterciensi, hac die

§. 7. *B. Mea, Tertiar. g*] Virtutibus plena fuit hæc pia & miraculosa fœmina, ex tertio Ordine Minorum; cuius corpus conditum est Senis Ecclesia Scruitarum: memoratur in Martyrologio Franciscano. hac die, & in Annotationibus, ad illud: cuius memmerunt, Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in BB. Fœminis. 2. ac 3. Ordin. Minor. De Rustis. part. 2 Rosarij quadragesimal. Concion. 77. Wadingho. Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. Christi. 1289. §. 39. De Sillis, in cap. 1. Regul. Tertiar. Franciscan. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Minor. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

§. 8. *B. Innocentia. h*] Patria Tudertina, & Clarissa religiosissima extitit: prouecta ætate, suscepto habitu in Monasterio S. Luciæ Fulginatis, decreuit per viam mandatorum Domini, celeriter currere, & quam seriò aggressa est, vitæ regularis perfectionem, velociter adipisci. tarditatem accessus, Spiritus feruore compensatura. Abducta procul-terrenis, mente semper cogitabat cœlestia; in oratione etiam assidua, singulis diebus veneris, ad sanguinem vsque se castigabat, hortabaturque sodales, vt Christo sanguinem pro nobis Innocenter spargenti, quem ab eo acceperunt, redderent lætanter. Denique circa ann. 1476. ætatis suæ centesimum quintum, ex humanis sublata, morientis anima visa est in cœlum ferri, in similitudine splendidissimæ infantulæ. Agunt de ea Martyrologium Franciscanom, hac die, Annotationes ad ipsum. Iacobillus de SS. Fulginatibus pag. 249. Wadinghus. Tom. 7. sup. ad ann. Christi. 1476. §. 51.

DECIMO NONO CALENDAS IANVARII.

RHEMIS, passio sanctæ Eutropiæ,[a] Virginis; quæ vnà cum fratre suo Beato Nicasio Episcopo, à barbaris Ecclesiæ hostibus cæsa est. Alcaudetæ in Bætica Hispaniæ Regione, Beatæ [b] Ludouicæ à Sandoual, Virginis Clarissæ: quæ vigiliis, orationibus, & carnis macerationi vacans, sancto fine quieuit. Romæ, Beatæ [c] Agnetis, Augustæ, Henrici. 4. Imperatoris Matris, pietate, humilitate, patientia, aliisque summis virtutibus illustris. Leodij ad sanctum Ægidium, Beatæ [d] Odiliæ, viduæ, Reclusæ, cælestium rerum meditatione, & meritorum fulgore, insignis. Syracusis, veneratio [e] sanctæ Deodatæ, Matryris.

DECEMBRIS. XIIII.

§. 1. *SAncta Eutropia, virg. Martyr. a*] Cùm Wandali Rhemensem vrbem graui obsidione premerent, iam in procinctu, victoria potiri gauderent: S. Nicasius in oratione positus, Dominum obnixè exorabat pro populo, vt ex sua bonitate, illi parceret, misereretúrque, Aderat etiam germana sua B. Eutropia, virgo Christi sacratissima, quæ ob castitatis munitionem, sanctissimum semper imitando, & adhærendo, sequebatur Episcopum, vt & ab spiritalibus aliena nequitiis, à Domino seruaretur puritas mentis, & à carnalium corruptione delectationum tegeretur immunis integritas corporis. Ambo itaque plebem Dei pro viribus, ad coronam Martyrij piis exhortationibus animabant, & agonem victoriæ domino precibus commendabant: itaque irruentibus barbaris in vrbem, indè ad Ecclesiam. S. Dei genitricis virginis mariæ, B. Nicasium confodiunt: & sororem eius B. Eutropiam, virginem speciosissimam trucidant, hac die, ann. Christi. 407. quorum sacræ Reliquiæ primùm in cœmeterio. S. Agricolæ sunt tumulatæ; quas postea. B. Fulco Archiepiscopus, in Cathedralem transtulit. Agunt de ea Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 5. Annal. Eccles. ad an. 407. §. 42. Otho Frisingens. lib. 4. cap. 18. Flodoardus, lib. 1. Histor. Rhemens. cap. 6. & 7. Colucnerius ibid. in scholiis. Sigibert, in Chronic. ann. 453. Nicolaus Olaus in Attila. Harigerus de Episcopis Leodiens. cap. 24. apud Chapeauillum Tom. 1. Histor. Leodiens. in Annotationibus ibid. Vincentius Beluacens. lib. 20. Histor. Specul. cap. 57. & 58. Petrus de natalibus lib. 1. Catalog. SS. cap. 69. D. Antoninus, part. 2. Chronic. Titul. 11. cap. 8. §. 2. Surius, Monbritius. Lippelous, Mosander, Ribadeneira, Renatus Benedictus, &c. hac die, in actis S. Nicasij. Episcopi Rhemens. Saussayus, in Martyrologio Gallicano, Myræus in Fastis Belgic. Ferrarius, in Noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Rhems.* Ignatius Ioseph. lib. 1. Histor Eccles. Abbauillæ. cap. 11. Malbrancque Tom. 2. de Morinis. lib. 7. cap 49.

§. 2. *B. Ludouica, Virg. b*]. Patria Cordubensis erat,

quæ carnis macerationibus, vigiliis, orationibus, cæterarumque virtutum incremento sedulo iurenta; sanctissimè obiit apud Monasterium. S. Claræ, Alcandetæ, quod est 19. Prouinciæ Granatens. in cuius Ecclesiæ choro sepulturam nacta est, & in eius funere dulcissimus Angelorum cantus, à circunstantibus auditus. Vide Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad ipsum, Gonzagam part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in eodem Monasterio, Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 14. ad ann. 1514. Valerius, De SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 17. & VVadinghus, Tom. 7. Annal. eiusdem Ordin. ad ano. Christi. 499. §. 40.

§. 3. *B. Agnetis, Augustæ. c*] Guillelmi Pictauorum Principis filia erat, & Henrici 4. Imperatoris mater. Ann. 1051. Patria & Regno abdicatis, Romam perrexit: illic, quem impugnauit pontificem Max. filius, coluit mater: in sedem Apostolicam tam propensa, quàm infensus ille; & majorem lachrymarum vim profudit ex pietate, quàm ille ex immanitate fudit sanguinis: In Templis, tam frequens, vt Sacra Templa in eius ædes mutata viderentur: in priuatis ædibus tam pia, vt Templum esse crederetur. Lana semper vestiebatur, quòd ouis esset; & quiquid habebat auri, gemmarum, & ornamenti, in aras coniiciebat, vt in iis, vanitatem mactaret. Ieiuniis autem sic addicta, vt mediis in epulis, nihil illi, præter famem, saperet: eò magis dilatans animam, quo contractiorem faciebat stomachum. Viginti ipsis annis, quibus Romæ fuit, imperauit nemini, nisi sibi, summo autem obediuit Pontifici, piisque B. Petri Damiani monitis: quo authore, & principe, licet abjecisset omnia, tulit multa: sed illa, per contemptum pium; hæc, per studiosam tolerantiam; quo ad tandem ad culmen prouecta virtutum, in cœlum euolauit, hac die, ano. 1077. Vitæ sanctitate conspicua, atque in Lateranensi Basilica ad tempus sepulta; post dies autem. 21. Translata est ad Basilicam S. Petri apud S. Petronillam: scribunt de ea. Bertholdus Constantiens. & Vrspergensis. ann. 1077. Baronius. Tom. 11. Annal. Eccles. ad ano. Christi. 1043. 1046. 1047. & seq. ac 1077. Wion. lib. 4. Ligni vitæ cap. 3. Raderus, in Bauaria sancta Tom. 3. Iacobus Rinaldus, in Liliis Galliæ sanctæ. part. 2. cap. 1. in ea. Platus lib. 2. De Bono statu. Religios. cap. 17.

B. Odiliæ, Viduæ. d] Mater extitit. B. Ioannis Abbatuli, viri sanctissimi, quæ multis visionibus diuinis, & cœlestibus fauoribus à Deo exornata est, reclusa manens in iugi contemplatione rerum supernarum & virtutum exercitio; quibus plena meritis transiuit fœliciter ad æternæ beatitudinis gloriam, viuebat adhuc. anno 1120. De ea scribunt, Molanus in Additionibus & Annotationibus ad Vsuardum, Wion, in Martyrologio. Benedictino. Ferrarius in Catalogo generali sanctor. Saussayus in Martyrolog. Gallicano hac die, Ægidius aureæ-vallis. De Episcopis Leodiens. cap. 102. 118. & 122. item Triumphus. S. Lamberti, Episcopi Leodiens, in Steppes. cap. 5. 11. & 19. Chapeauillos, ibid. in Annotationibus Tom. 2. Histor. Eccles. Leodiens. Extat vita eius MS. tribus libris distincta. §. 4.

Veneratio. S. Deodatæ, Martyr. e] Ita Ferrarius sup. hac die, ex Tabulis Ecclesiæ Syracusanæ, & Leontinæ: cuius natalis colitur. sup. ad. 31. Aug. item in SS. Italiæ. §. 5.

DECIMO OCTAVO CALENDAS IANVARIj.

APVD Iberos, tans Pontum Euxinum, sanctæ [a] Christianæ, ancillæ: quæ virtute miraculorum, gentem illam, tempore Constantini Magni, ad fidem Christi perduxit. Brixiæ, sanctæ [b] Syluiæ, virginis. Romæ, sanctæ Iustæ, [c] Matronæ, vitæ perfectione, & sanctis moribus conspicuæ. Villæ-Nouæ Archiepiscopi: in territorio Giennensi, Beatæ [d] Elisabeth à sancta Cruce, Tertiariæ Franciscanæ, admirandæ patientiæ, continentiæ, & abstinentiæ virtute spectabilis. Genuæ, Dormitio Beatæ [e] Mariæ-Victoriæ Fornari, viduæ: fundatricis Monialium Annuntiatarum virginis Deiparæ: quæ Diuinis Benedictionibus afflata, meritis & exemplis luxit, nec non, Spiritu Prophetico, dono orationis extaticæ, & signis admirandis gloriosa, transiuit ad gaudia æterna. Romæ, veneratio sanctæ [f] Anthiæ Martyris. Ibidem memoria sanctæ Claudiæ [g] viduæ, nobilissimæ, matronæ, matris, sanctæ Eugeniæ, virginis & Martyris.

DECEMBRIS XV.

§. 1. *Sanctæ Christianæ, Ancillæ. a*] Hæc, de qua agitur, eò quod nomen eius incognitum haberetur, non proprio sed appellatiuo potius nomine, *Christiana Ancilla*, dicta videtur: cùm autem illa captiua esset apud Iberos populos, fidelem & sobriam, ac pudicam duceret vitam, & dies noctesque in orationibus consumeret, in admiratione esse ipsa rei nouitas Barbaris cœpit, & quid hoc sibi velit curiosiùs perquirebant. Illa vt res erat, simpliciter se Christum Deum hoc ritu colere fatebatur. Nihil ex hoc amplius Barbari, præter nouitatem nominis mirabantur. Verùm (vt fieri solet) ipsa perseuerantia, curiositatem quandam mulierculis inferebat, si quid emolumenti ex tanta deuotione caperetur. Moris apud eos esse dicitur, vt si paruulus ægrotet, circumferatur à matre, per singulas domus, quo scilicet, siquis experti aliquid remedij nouerit, conferat laboranti: cùmque mulier quædam paruulum suum per omnes circumtulisset ex more, nec aliquid remedij cunctas domos lustrando cœpisset, venit etiam ad Captiuam,

vt si

vt ſi quid ſciret, oſtenderet. Illa ſe humani quidem remedij nihil ſcire teſtatur: Deum tamen ſuum Chriſtum, quem colebat, dare ei deſperatam ab hominibus poſſe ſalutem confirmat: cùmque cilicio ſuo paruulum ſuper poſuiſſet, atque ipſa deſuper orationem fudiſſet ad Dominum, ſanum matri reddidit infantem. Hinc rumor volat in vulgus, & ad proceres, optimateſque defertur, Regina ægrota, eodem modo ſanatur: Rex etiam ad Chriſtum conuertitur, fides palam populis per Captiuam annuntiatur, Eccleſia conſtituitur, & religionē Chriſtianam, captiua, miraculis quam plurimis confirmat, dilatat, ac promouet: in tantum, vt Legatio Regis ad imperatorem Conſtantinum magnum decreta ſit pro miniſtris ad tantam fidei meſſem excolendam expectandis & adducendis. Nec mirum! Etenim ipſa, S. Captiua Chriſtiana, dona reijciebat, aurum deſpiciebat, reſpuebat argentum, ieiunio quaſi cibo paſcebatur; hoc ſolum expetens pro munere, vt ſolùm Deum cognoſcant, & quem miſit filium Ieſum Chriſtum Deum colant. Mortua autem, in tam grandem, apud eas gentes ſanctitatis, venerationem euaſit, vt illi ſacella nonnulla conſtruerentur: & Eccleſia Catholica, nomen eius ſupplicis ſacris inſeruerit. De ea agunt. Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 3. Annal. Eccleſ. ad ann. Chriſti 317. Ferrarius, in noua Topographia ad Martyrol. Roman. verb. *Iberi* Ruffinus, lib. 1, cap. 10. Socrates, lib. 1. cap. 16. & 22. Soxomenus, lib. 1. cap 6. Theodoretus. lib. 2. cap. 23. Caſſiodorus: lib. 9. Tripartit. Hiſtor. cap. 45. Nicephorus, lib. 8. cap. 34 & 45. Suydas, &c. Petrus de Natalibus, lib. 11. Catalog. Sanctor. cap. 14. Bergomas. De Claris mulieribus, cap. 116. & lib. 9. ſupplement. Chronic. ad ann. Chriſt. 318. Sorius, hac die.

§. 2. *S. Sylvia, Virg b*] Sic Ferrarius ſup. in Noua Topographia. verb. *Brixia*, & in Catalogo generali ſanctor. hac die, ex antiquo Martyrologio, & Tabulis Eccl. Brixienſ. cuius corpus ibid. in æde. S. Ioannis aſſeruatur & colitur.

§. 3. S. *Iuſta, Matrona. c*] Ea eſt etiam *Iuſtina* vocata, famoſa ſancta fœmina; cum qua S. Lutrudes, virgo Gallica, continuis Romæ inſiſtens Ieiuniis & Pſalmodiis, ſuæ ſanctæ conuerſationis odorem & opinionem latè diſperſit, omnibus piæ vitæ ſe præbens exemplum. Ex Actis S. Lutrudis virg. apud Surium. 22. Septembris. Ex Theodoro, Treuirenſi Epiſcopo. Item Ferrario, in Catalogo generali ſanctor. hac die, 15. Decembris ex Tabulis Eccleſiæ. S. Martini in Mon‛ib. vbi colitur eius memoria cum Reliquiis.

§. 4. *B. Eliſabeth. tertiar. d*] Copioſè de ea ſcribunt, Martyrologium Franciſcanum, hac die, Annotationes ad illud. Laghina ſuo Memoriali. Marianus, lib. 6. cap. 9. Thielmans. Tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. ipſa namque profundiſſimæ humilitatis fundamento conſiſtens, conuerſatione propemodum Angelica, fuit; rariſſima quoque abſtinentia, & continentia. Etenim, quæ dabantur communitati edulia, vix libabat ipſa; ſed aſſeruata, pauperibus largiebatur. Diebus veneris per annum, & vigiliis. B. Mariæ virg. Deiparæ, perindè & longis Quadrageſimis, victitabat Ieiunio panis & aquæ; nec erat vllum officium, incommodum, vllumne malum, quod corpori accideret, cuius impulſu, Ieiunia ſuſtuliſſet. Triginta continuis annis, membris debilitata, & clauda: nihilominus pertinaciſſimo gaudio, ſubibat obedientiam ſacriſtæ: decori Eccleſiæ & altaris ſummè vacabat, totis verò affectibus meditando & orando, rapiebatur: nec interea ſtrato decumbere viſa, neque lectis iacere comperta fuit; & cùm nec manus ad veſcendum adhibere poſſet, paralyſi quaſi penitùs reſoluta, patientiam tamen huiuſmodi foris oſtendit, vt ne facies quidem doloribus alterata, rugoſa, aut quapiam contractione dolens, notari poſſet. Tandem, hac die, mundo valedixit, anima cœlum inuecta; corpus verò humatum eſt in Monaſterio. S. Franciſci Vallis Nouæ, quod eſt in Prouinciæ Carthaginenſ. Hiſpan.

B. Maria Victoria, vidua. e]. Genuæ honeſtis parentib. patre videlicet Hieronymo Fornaro, matre §. 5. verò Barbara Verenoſa, naſcitur. ann. 1562. quæ ab infantia ac pueritia pietati ac religioni animum dedit, ludicris, nugis, & vanitatibus penitùs à ſe eliminatis, cùm autem annum. 17. ſuæ ætatis attigiſſet, nuptui traditur ex voluntate parentū: quo in ſtatu, pacificè, piè, ac virtuoſè, ſua ſorte contenta, optimè vixit: vſque ad ann. 1587. quo, morte Mariti interueniente, vidua facta eſt: cum ſex liberis ſibi relictis. Senſit B. victoria, huiuſce mariti occaſus triſtitiam. ſed ex viſitatione ſanctiſſimæ Deiparæ virginis confortata, vires addidit animo. Nam mortificationi corporis & animæ, vacans; vigiliis, orationibus, abſtinentiis, cathenis ferreis, ciliciis &c. Totam ſe dedit, veſtitu vulgari & humili in poſterum induta: miſericordiæ operibus tum corporalibus, tum ſpiritualibus iugiter occupabatur, multis modis à dæmone tentata, toties de eo reuexit triumphum. Cùm igitur domui ſuæ benè prouidiſſet, ac filiis; cogitauit de inſtituenda Religione Annuntiatarum virgin. Mariæ, quod tandem à Deo fœliciter obtinuit: Horatio Spinula, Archiepiſcopo Genuenſi aſſenſum præbente, ann. 1602. à quo, & poſtea, habitum huiuſce inſtituti ſumpſit, die 5. Auguſti, virgini dicata, ann. 1604. ſicque mater, & prima Prioriſſa, ac fundatrix euaſit tantæ Religioni, vbi, per omnem vitam, tot virtutum Radiis illuxit, vt verè totius Monaſticæ ſpecimen diſciplinæ ac perfectionis Regularis extiterit: quovſque, feria ſexta, die 15. Decemb. ann. Chriſti. 1617. ſuæ ætatis. 55. ad cœlum euocata, cucurrit fœliciter: multis ſignis & miraculis poſt obitum illuſtris; Eius præclara facinora egregiè tribus libris perſtringit. R. P. Ferdinandus Meltius.

Veneratio. S. Anthia, Martyr. f] Ex Galleſinio, & Græcorum Tabulis, ac Ferrario, in Catalogo gene- §. 6. rali, ſanctor. hac die, vide ſupr. ad 18. vbi ex Martyrologio Romano, & aliis, Meſſanræ in Sicilia dicitur Martyrium ſubiiſſe.

Memoria S. Claudia, virg. g] Ita Ferrarius in Ca- §. 7. talogo generali ſanctor. hac die, & Tabulis Eccleſiæ. 12. Apoſtolorum, vbi corpus eius requieſcit Romæ, & Paneirola, in Theſauro vrbis Romæ Regione. 3. Eccleſia 5. non fuit virgo, vel Martyr. vti perperam ſcribit Ferrarius ſup.

DECIMO SEPTIMO CALENDAS IANVARII.

FORMIIS in Campania, ſanctæ [a] Albinæ, virginis & Martyris: ſub Decio imperatore. In Africa, paſſio plurimarum [b] ſanctarum virginum quæ in perſecutione Vvandalica, ſub Hunnerico, Rege Ariano, ſuſpendia, pondera, laminaſque ignitas tolerantes, Martyrij agonem fœliciter conſummarunt. Vincentiæ, Beatæ [c] Eufroſinæ, virginis, Ordinis Auguſtiniani, quæ Chriſto ſponſo placens, ab eo compluribus Chariſmatum donis meruit exornari. Villæ-Comitis in territorio Braccarenſi, Beatæ [d] Eliſabethæ à ſancto Franciſco, virginis Clariſſæ: quæ vita & ſignis admirandis emicuit. Conſtantinopoli, ſanctæ Theophaniæ, [e] Auguſtæ, Leonis ſexti imperatoris vxoris: magnæ Religionis, & ſanctimoniæ fœminæ. In Monaſterio Schlſenſi, ad Rhenum, depoſitio ſanctæ [f] Adelheidis, Imperatricis: Monialis religioſiſſimæ, Ordinis Benedictini: cuius mores egregios ac miracula, ſanctus Odilo, Abbas Cluniacenſis, litteris conſignauit. Apud Brixiononem in Norico, Tranſlatio [g] ſanctæ Othiliæ virginis.

DECEMBRIS XVI.

§. 1. *SAncta Albina, Virg. Martyr. a*] Memoratur in Martyrologio Roman. hac die, Baronio ibid. in notis, Ferrario, in Noua Topographia, ad Martyrologium Romanum, verb. *Formia*, ex Actis Eccleſiæ Cajetanæ, cuius corpus Caietæ, Cathedrali æde aſſeruari teſtatur *Vghellus*. Tom. 1. Italiæ ſacræ, in Epiſcopis Cajetanis.

§. 2. *SS. Virg. Martyr. b*] Harum fortem in confeſſione conſtantiam, atque coronam, commemorant. Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis; Arnoldus Hauenſis, in ſpeculo Hæreticæ crudelitatis. cap 10. poſt. Victorem de perſecutione Wandalica lib. 2. in hunc modum. *Quas cremantes ſuſpendio, atque ingentia pondera pedibus colligantes, laminas ferri ignitas dorſo, ventri, mammillis, & cruribus apponebant: quarum acerbitate pœnarum, plurimas tunc ſcimus extinctas: aliæ, quæ remanſerunt, cruribus areſcentibus factæ ſunt curuæ*, &c. Nam in Monaſteriis ſceleratius ſæuiebant, hæretici, vt idem antea affirmabat. lib. 1.

§. 3. *B. Euphroſina, Virg. c*] Vincentiæ, honeſtis, piiſque parentibus nata, ann. 1427. poſtea ætatis ſuæ, ann. 21. Monaſterium, S. Thomæ, Ordin. S. Auguſtini, in eadem vrbe ingreditur; vbi tanta charitate, oratione, paupertate, &c. Illuxit: vt cæteris totius perfectionis eſſet in exemplum. Sæpè cantibus Angelorum recreabatur, & extaſes ac raptus, maximè poſt ſacram communionem, paſſa, miris fauoribus cœleſtibus fruebatur. Obiit miraculis clara, hac die, ann. 1465. vti teſtantur Cellius Monachus Caſſinenſis, Simplicianus, in vita eius part. 2. Hiſtor. Ordin. Auguſtinian. & Aſcanius, in vita eius.

§. 4. *B. Eliſabetha, Virg. d*] Claruit circa ann. 1560. Cum maxima autem ſanctitatis fama in Domino obdormiuit, apud Monaſterium, S. Claræ Villæ-Comitis. Huius vita atque mores omninò mirabiles fuere: in cuius rei teſtimonium, Deus plura beneficia, eaque ſtupenda, fidelibus ipſam implorantibus, eiuſque fauorem inuocantibus, ob illius egregia merita, præſtare dignatus eſt. Iuxta Martyrologium Franciſcanum, hac die, Annotationes ad illud. & Gonzagam. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in eo Monaſterio. quod eſt. 14. Prouinc. Portugalliæ. Barrezzum. part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 40. ad ann. 1565. Valerium de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 41. & Wadinghum. Tom 3. Annal. minor. ad ann. Chriſti. 1318. §. 46. Cardoſum, in Agiologio Luſitano, & commentar. ad illud. ſub 9. Ianuar.

§. 5. *S. Theophania, Auguſta. e*] Conſtantini filia fuit illuſtris, trium imperatorum conſanguinea, Leonis 6. Imperator. Vxor prima, in pauperes pia & liberalis, virtutibuſque exornata. De eius miraculis Glycas meminit; Additque Curopalates, eundem Leonem imperatorem, in honorem Theophaniæ defunctæ coniugis, ſtruxiſſe Templum pulcherrimum, proximum Eccleſiæ, SS. Apoſtolorum. De ea Baronius, Tom. 10. Annal. Eccleſ. ad ann. Chriſti. 901. Ferrarius in Catalogo generali. SS. hac die, ex Menologio Græcorum, qui eadem die illam miraculis claram mirificè colunt. Coluenerius Tom. 2. Calendarij. B. Virgin. Mariæ §. 2. hac die.

§. 6. *S. Adelheidis, Imperatric. f*] Filia erat Rodulphi, Burgundiæ Regis, & Italiæ, Imperatoris; primiſque nuptiis copulata eſt Lothario, Italiæ Imperatoris, Hugonis Imperatoris Filio, quo defuncto, Othoni. 1. Romanor. Imperatori, nupſit, eoque mortuo, ann 973. vitæ ſe Monaſticæ dedit in cœnobio Schlſenſi, ad Rhenum, quod ipſa propriis ſumptibus conſtruxerat. Migrauit in cœlum, miraculis glorioſa, ann. 999. Seu. 1000. hac die. Hæc circa Argentinam. In littore Rheni fluminis, apud *Olſam*, ceu, *Salſam*, vel *Selſam*, Monaſterium, magna cum veneratione, ab omni populo, pro ſancta habetur: poſtea tamen, Magdeburgum relata, apud virum ſepulta eſt. Scribunt de ea Molanus in Additionibus & Annotationibus ad Vſuardum, Sauſſayus, in ſupplemento Martyrologij Gallicani, Ferrarius, in Catalogo generali ſanctor. hac die. Wion. lib. 4. Ligni vitæ. cap. 3. & in Martyrologio Benedictino. Menardus. ibid. lib. obſeruation. ad illud. Baronius Tom. 10. Annal. Eccleſ. ad ann. 951. §. 1. & 964.

§. 31.

§. 31. Canisius, in suo Martyrologio, Stengelius. De imaginibus, SS. Ordin. Benedictin. Panuinus. lib. 3. Roman. Princip. Sigonius, de Regno Italiæ. lib. 6. & 7. Cratepolius de Episcopis Germaniæ. Leopoldus Babenburgensis lib. de veterum princi-pum Germanor. fide & Religione. Rhegino. lib. 2. Chronic. ann. Christi. 951. Schafnaburgensis. ann. 946. 914. & 999. Sifridus, ann. 940. compilatio Chronologica, eodem ann. post. S. Odilonem, Cluniacens. Abbatem; hæc de ea scribentem. apud Surium, hac die. *Anno igitur instante ab Incarnatione Domini 1000. desiderans videre diem vnum nescientem occasum, in atriis Domini super millia; dicebat sæpe cum Apostolo, cupio dissolui, & esse cum Christo; Præstolans etiam impræsentiarum cuius spiritualis lætitia, eiusdem Domini nostri Iesu Christi Natiuitatis festum: cum 16. diem solueret December fœlix, & ipsa fœliciter deposito carnis onere, euolauit ad purum purissimi ætheris fulgorem. Erat enim ei cum domesticis grauis iucunditas, cum extraneis honestissima grauitas, in pauperibus verò infatigabilis pietas, in honorandis Ecclesiis Dei affluentissima largitas, erga bonos perseuerans benignitas, contra improbos liberalis seueritas: in appetendis in appetitis vigor, in prosperitatibus vera humilitas, in aduersitatibus patiens longanimitas, in victu quotidiano sobrietas, in vestitu etiam mediocritas, in lectionibus, & orationibus, vigiliis, & ieiuniis assiduitas, in dandis eleemosynis vna eademque voluntas. De nobilitate carnis tam nulla præpediebat elatio, nulla de bonitate sibi à Deo concessa, ad se trahi poterat humana laudis cupido; nulla de virtutibus à Deo sibi concessis præsumptio, nulla de excessibus propriis dominabatur ei malesuada desperatio; nulla de honoribus, diuitiis, & deliciis mundi, in ea principabatur ambitio: sed continebatur tam in omnibus, omnium virtutum matre, discretio. Erat quoque ei in fide secura firmitas, in spe firma securitas, in dilectione Dei & proximi, radix omnium bonorum, principalisque causa virtutum, Charitas: sed vt verè fatear, quanta & qualis fuerat eius vita, clarescentibus ad sepulchrum eius miraculorum prodigiis, virtus patefecit Diuina: quæ si describerentur ex ordine, proprio indigerent volumine: non enim possum nostro explicari eloquio; sed ne ex toto remaneant tecta silentio, prolixitatem loquendi vitando, breui comprehendere placuit capitulo. Ad sepulchrum eius cæci amissa oculorum lumina recipiunt, paralytici valetudinem corporum, febricitantes sanantur ibi, ex diuersis infirmitatibus multi reparantur infirmi.* &c.

Translatio. S. Othiliæ, Virg. g.] Filia extitit Attonis, seu Ethiconis, Alsatiæ principis, exercuitque monasticam disciplinam in Alsatia; tam multas verò fudit lachrymas, & preces, pro animabus parentum suorum defunctorum, vt eos à purgantibus liberarit flammis: in loco autem vbi fleuit, erectum est sacellum, quod etiamnum, *Lachryma S. Othiliæ* vocatur. vitam cum morte commutauit, si Cratepolio credendum, ann. 772. (quod Wioni, & aliis minùs videtur) forte vult dicere ann. 717. vel 727. cuius sacrum corpus, hac die, ex Alsatia, prima Belgiæ portione, vbi insigne monumentum sui nominis habet, ad Ecclesiam Brixonensem, apud Noricos, in Comitatu Tyrolensi, translatum ibidem seruatur & colitur: ex Tabulis illius Ecclesiæ, Saussayus in supplemento Martyr. Gallicani, Ferrarius, in Catalogo generali sanctor. hac die, Cratepolius, de Episcopis Germaniæ, Vvolphangus Lazius, lib. 1. Commentar. in Genealog. Austriacam, cap. 1. & 10. & in Epistola Dedicatoria, & alij sup. ad 13. Decemb. in eius Natali. Quod fuerit Augustiniana Canonica, seu, ex ordine S. Augustini: dicunt Ruizius. in sacris Antiquitat. Vosag. lib. 4. part. 2. cap. 8. & Iacob. Rinaldus, in Lilio Galliæ sanctæ part. 1. cap. 2. sed paucos, aut nullos habent sui asserti sectatores. §. 7.

SEXTO DECIMO CALENDAS IANVARII.

CONSTANTINOPOLI sanctæ Olympiadis, [a] Virginis, Viduæ præclaris laudum Encomiis à sanctis patribus Gregorio Nazianzeno, & Ioanne Chrysostomo, celebratæ. In Bigardia Maiore, propè Bruxellas, Mechliniensis Diœcesis, sanctæ Vviuinæ, [b] Virginis, Abbatissæ Benedictinæ; cuius egregiam sanctitatem, miracula crebra testantur: quam Beata [c] Emmura, virgo, eius socia, secuta est ad gloriam. Florentiæ, Beatæ [d] Constantiæ, virginis, Clarissæ: quæ Diuinis virtutibus imbuta, puritate Angelica admodùm illuxit. Arcuali in territorio Abulensi, Beatæ Ioannæ [e] de Sylua, Virginis, Tertiariæ Franciscanæ: quæ miris pœnitentiæ operibus iugiter intenta fuit. Andaniæ apud septem Ecclesias, Diœcesis Leodiensis, sanctæ [f] Beggæ viduæ Benedictinæ: Sororis sanctæ Gertrudis: quæ eximio virtutis suæ fulgore, & ardentibus suæ pietatis studiis, radians, signis ac meritis, ad beatitudinem euolauit. Coutissæ, in Belgio, Depositio sanctæ [g] Orbiæ, Ancillæ honorariæ præfatæ. S. Beggæ: cuius exemplo, in amore Christi, & disciplina regulari confirmata, ad miros perfectionis progressus peruenit. Apud Senonas, Translatio, sanctæ [h] Columbæ, Virginis & Martyris.

DECEMBRIS XVII.

§. 1. SAncta Olympiadis, virg. Vidua. a] Iam de ea egimus sup ad a 5. Iulij, ex Græcorum Menologio, nunc autem in Ecclesia Latina fit de ea memoria. Apud Romanum Martyrologium, hac die, sic & Baronius ibid. in notis, & Tom. 4. Annal. Eccles. ad ann. 388. ac Tom. 5. an. 398. 400. 404. 407. Ferrarius in Noua Topographia, ad Martyrologium Roman. verb. Constantinopolis, vixit sub Theodosio Imperatore, & Filiis eius Arcadio & Honorio, Filia erat Anysij secundi, Comitis, Neptis Ablauij præfecti, desponsata Nebridio, cum quo paululùm temporis vixit, antequam cum eo copula iungeretur; sicque virgo simul & vidua remansit, tempus omne transigens, in Ieiuniis, & orationibus, & pauperum beneficentia; venerata plurimum Sacerdotes Dei: præsertim, S. Ioannem Chrysostomum, quem præcipuè honorabat: Extant eiusdem sancti Doctoris ad eandem Epistolæ Septemdecim: quibus quasi quibusdam coloribus, eius egregiæ laudes panduntur: cùm præsertim hæc vitans Schismaticos, inhærens Catholicis, Ioannis Partibus, eius causa, ad Tribunal vsque perducta, bonis mulctata, & in exilium acta, aliisque grauissimis ærumnis confecta est; quando ipsam idem Ioannes Chrysostomus pluribus litteris est consolatus, Nicomediæ sanctissimè obiit. De ea S. Gregorius Nazianzenus Epistola 57. ad Anysium, & in Carmine parænitico ad ipsam, Palladius, in Histor. Lausiaca. cap. 144. Rosvveydus, ibid in Notis. & in Dialogo de S. Ioanne Chrysostomo, Sozomenus. lib. 8. cap. 24. Heraclides, in Paradiso cap. 43. Leo Imperator. in Encomio, S. Ioan. Chrysostomi, Nicephorus. lib. 13. cap. 24. Surius, in Actis. S Ioannis Chrysostomi, 27. Ianuar. cap. 115. ex Metaphraste, & Georgio, Alexandrino Archiepiscopo, Reuerendissimus, Martinus Meurisseus, Episcopus Madauræ, Metensis suffraganeus Historiam. S. Olympiadis integram, Gallico Idiomate, nuper edidit Metis, ann. 1640. Decretus part. 2. veræ viduæ.

§. 2. S. Vvinina, Virg. b] Hæc in pago Flandrensi orta sed postea patria derelicta, & Diuino spiramine afflata, cum socia. B. Emvvara, omnem suum Christo amorem dedicauit: nixaque beneficentia Godefridi, Barbati. Lotharingiæ, ac Brabantiæ Ducis, Bigardiensis majoris Abbatiam excitauit: vbi aggregato puellarum collegio; erga eas zelo charitatis exarsit: sese omnibus exemplar præbens castitatis, abstinentiæ, humilitatis, dilectionis. perfectum sui holocaustum in ardore fidei, & candore puritatis, an. 1170. consummauit. Cùmque corpus eius è tumulo radios gloriæ mirables expanderet, leuatum est de humo, inque hierotheca ad cultum collocatum fuit. ann. 1177. die 27. Septemb. per Arnulphum Abbatem infulatum Affligimiensem, mandante Alardo, Cameracensi Episcopo; qui eodem ann. Ecclesiam Bigardiensem solemniter dedicauit. De eo agunt, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius, ibid. in Notis: Molanus in Additionibus ad Vsuardum, & In indiculo. SS. Belgij. Ferrarius, sup. in noua Topographia, verb. Bigarda. & in Catalogo generali sanctor. Saussayus, in Martyrolog. Gallic. Vvion, in Martyrolog. Benedictino, hac die, ad cuius inuocationem, surdi, contracti. Dæmonici, &c. Pristinam sospitatem, sunt adepti, Sanderus, in Haglologio Flandr.

§. 3. B. Emvvara, Virg. c] Socia amantissima extitit, præfatæ. S. Vvininæ: cum qua ad Brauium virtutis & perfectionis se accingens, peruenit ad præmium, cum ea regnatura in cœlo. Illius meminit. Saussayus, sup. & in Catalogo sanctor.

§. 4. B. Constantia, Virg. d] Miro Spiritus feruore efferbuit in proposito seruandæ castitatis, obiit. ann. 1320. eius meminere Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Marcus Vlyssiponens. part. 2. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 54. Marianus, lib. 4. cap. 5. Tossinianus. lib. 1. Histor. Seraphic. Vvadingus Tom. 3. Annal. Minor. ad ann. 1310. §. 4. & Thielmans Tom. 2. Vitar SS. Ordin. Seraphic. Dantes Poëta. Cantu. 2. sui Purgatorij. cap 4. & Cantu. 3. Paradisi. cap. 3.

§. 5. B. Ioanna, Virg. e] Hæc in iuuentutis flore de sua pulchritudine vanè gloriata; pœnitentiæ excita Spiritu, vultum fœdauit, corpusque macerauit. multis verberibus inflictis, quotidie terram sanguine rigabat; brachia ferreis craticulis, & collum circulò stringebat. Ad dorsum crucem crebris clauorum aculeis asperrimam, super nudam carnem ferebat. Pana solo & aqua anni partem transigebat. Hora tertia post mediam noctem exurgens, in oratione vsque ad prandium perseuerabat: & ab hora. 5. post meridiem, vsque ad nonam. pauperem vnum impenso quotidiè cibo, perpetuò alebat; cuius pedes sæpè deosculabatur. Multos autem egenos in festiuitatibus, B. Mariæ Virginis, cibo potuque recreabat: moritur ann. 1617. virtutibus illustris, provt referunt. Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Monimenta MSS. Monasterij, S. Elisabeth de Iesu Areuali, quod est 34. Prouinc. Conception. in Hispania vbi requiescit. & Vvadinghus, Tom. 7. sup. ad ann. 1496. §. 10.

§. 6. S. Begga. Vidua. f] Patrem habuit Pipinum, 1. Ducem Brabantiæ, & majorem Domus Austrasiæ; Germanam verò sororem, S. Gertrudem. Hæc igitur Ansigiso. S. Arnulphi Filio iuncta fuit matrimoniali fœdere: quo è viuis sublato, Romam adijt, limina Apostolorum visitatura: vndè cum Benedictione Adriani Papæ, & donatis sibi reliquiis sacris reuersa, in honorem. 7. Ecclesiarum Romanarum, Andainæ ad Mosam, in Sylua Arduenna, inter Namurcum & Huvyum. Monasterium, 7. Ecclesiarum fundauit: vbi fœminas sub religione congreganit, & secundum, SS Canonum præcepta, claustris regularibus muniuit: ibique vixit monasticis disciplinis, & vitæ sanctitate pollens ac miraculis. De qua Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 8. Annal. Eccles. ad ann. Christi. 631. & 698. Ferrarius, in noua Topographia. super verb. Andainia, & in Catalogo generali sanctor. hac die, Sigebertus in Chronic. ad ann. 686. & 698. quo in cœlum migrauit. Cratepolius de Episcopis Germaniæ Vvion, in Martyrologio Benedictino, Molanus. in Additionibus ad Vsuardum, in indiculo. SS. Belgij, Maurolycus, Felicius, in suis Martyrologiis, Franciscus de Rosieres, Tom. 3. Stemmat. Lotharing. cap. 48. & Tom. 4. cap. 73. Saussayus, supra, in Martyrologio Gallicano. 16. Ianuar. & 17. Decemb. Myræus in Fastis Belgicis, hac die, Doubleaus. Haræus, Simon Martinus, & alij in vita

eius

eius. ead. die. Chapeauillus. Tom. 1. Histor. Leodienſ. in Annotationibus ad Harigerum de Epiſcop. Leodienſ. cap. 14. Surius, Lippelous, &c. in actis. S. Modoaldi. Treuireuſ. Archiepiſcopi, 12. Maij, lib. 1. cap. 3. & 6. Item. S. Gertrudis, Virg. 17. Martii. cap. 11. Sao-marthani. lib. 6. Histor. domus Franciæ. cap. 5. Diuæus, Rerum Brabantin. lib. 5. cap. 3. & lib. 2. Decretus. part. 2. veræ viduæ.

§. 7. *S Orbia.* [g] Meminit Arnoldus Rayſſa, in Auctario ad natales. ſanctor. Belgii, Molani, hac die, iſtius D. Orbiæ, vel Vrbicis, Honorariæ S. Beggæ pediſſequæ: quæ religioſa fuit Canoniſſa Andainenſis Eccleſiæ S. Beggæ: cuius corpus eleuatum fuit ab Epiſcopo Leodicenſi.

Tranſlatio. S. Columbæ, Virg. Martyr. [h] Ita Sauſſayos. hac die, in ſuo Martyrologio Gallicano: cuius §. 8.
Eccleſiam à fundamentis inſtauratam dedicauit Alexander. 3. Papa, dum in vrbe Senonenſi ſeſquiannum moratus eſt: teſte Gallia Chriſtiana, in Archiepiſcop. 68. Senonenſ.

QVINTODECIMO CALENDAS IANVARII.

IN Hiſpania Feſtum Expectationis [a] Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ. Syluanecti, ſanctæ [b] Prothaſiæ, virginis & Martyris: quæ pro gloria & fide Chriſti decertans, coronam fœlici agone retulit. In Anglia, ſanctæ [c] Atcæ, diſcipulæ Beatæ Moduennæ, Benedictini Ordinis; quam ad amuſſim ſecuta ad virtutem, comitata eſt ad gloriam. Lorcæ, in Territorio Carthaginenſi, Hiſpaniæ, Beatarum [d] Franciſcæ, Mariæ & Beatricis, Virginum, ac Munveræ, viduæ: quæ tertio Ordini Franciſcano, addictæ, Chriſto ſanctè ſunt famulatæ. Romæ, memoria ſanctarum Virginum & Martyrum, [e] Anatholiæ & Victoriæ, ſub Decio Imperatore.

DECEMBRIS XVIII.

§. 1. F*Eſtum Expectationis. B. Mariæ Virg.* [a] Reponitur hoc feſtum à Molano, Die. 16. Decemb. in Additionibus ad Vſuardum: ſed hac die agi debere docemur ex Actis Concilii 10. Toletani, ann. 658. celebrati per S. Eugenium. 3. Toletanum Archiepiſcopum, ſub nomine *Annunciationis B. Mariæ Virg.* Verum paucis poſt annis, ab eius ſucceſſore S. Ildephonſo Archiepiſcopo, tranſmutata eſt hæc *Annunciationis* Feſtiuitas, in ſolemnitatem *Expectationis. S. Mariæ Virginis*: quæ alio nomine *Feſtiuitas. S. Mariæ de O* appellata eſt; eo quòd ſcilicet, in primis huiuſce ſolemnitatis veſperis, incipiantur decantari ſeptem illæ maximi Myſterii Antiphonæ, ab O. incipientes; quibus declarantur ſuſpiria, ac deſideria ſanctorum patrum B. Virginis partum exoptantium: quæ ſaluatorem mundi Chriſtum, Dei filium, enixa erat: vti teſtantur Villegas & Ribadeneira in Flore ſanctor. hac die, & in vita. S. Ildephonſi Epiſcopi, 23. Ianuar. Vvion, in Martyrolog. Benedictino, Trugillus in Theſauro Concionator. Maurolycus, in ſuo Martyrologio. Ferrarius, in Catalogo generali ſanctor. Sauſſayus, in Martyrologio Gallican. hac die, & Colueuerius, in Calendario. Virg.

S Prothaſiæ Virg. Martyr. [b] Præcipua, ſingula-
§. 2. rique veneratione colitur vt patrona, apud Syluanectium, cuius ſacrarum Reliquiarum pretioſa Lipſanotheca allata eſt in baſilicam primariam vrbis; quando Cathedralis facta eſt, commutato nomine. S. Reguli Epiſcopi, in ſanctiſſimæ Deiparæ Virginis Mariæ, nuncupationem: vt conſtat ex Martyrologio, eiuſdem Eccleſ. ad 4. Maij, cuiuſquidem ſanctæ Chriſti Athletæ Prothaſiæ præconium tota Gallia proclamat inuocatorque in magnis, publiciſque neceſſitatibus, non ſine præſenti, ingentique beneficio, etiamnum fidelibus cœlitùs exhibito. Anno quippe. 1392. ſub Carolo. 6. Rege Franciæ. pro illius ſanitate obtinenda, delatum eſt ſacrum. S. Prothaſiæ feretrum, ex Cathedrali Eccleſia, in publica proceſſione, die dominica poſt Aſſumptionem Virgin. Mariæ Deiparæ: item ann. 1519. ſub Franciſco. 1. Reg. iterum pro pace, ſolemnis proceſſio decreta. 31. Iulij die dominica. in qua, eadem S. Prothaſiæ, capſa ſummo honore eſt deportata, &c. vide apud D. Carolum Iauinay, in vita & miraculis. S. Reguli primi Epiſcopi Syluanectenſ. pag. 146. 147. 155. 156. 203. &c.

S. Atta. [c] Inter alias S. Moduennæ (de qua ſup. §. 3.
5. Iulij) diſcipulas, refulſit, circa ann. 870. virtutum lauda, ac vitæ ſanctimonia. Illius meminerunt Harpſfeldius Hiſtor. Anglic. Eccleſ. Sæcul. 9. cap. 11. & Menardus, in 2. Appendice ad Martyrolog. Benedictinum.

BB. Franciſca, &c. Virg [d] Cognominatur B. §. 4.
Franciſca, *à Gerao*, duaſque germanas ſorores, *Mariam & Beatricem*, ſocias in monaſtica obſeruantia habuit, ſub tertio inſtituto. S. Franciſci, quibus ſe adiunxit. B. *Munuera*, honoratiſſima matrona, vidua; quæ ſimul Chriſto, tanto Spiritus feruore, tantaque vitæ perfectione, famulatæ; vt cæteris, virtutum ferè omnium ſpecimen præbuerint; & à Deo ſignis ac portentis fuerint meritò illuſtratæ: floruerunt circa ann. 1520. Illas commemorant Martyrologium Franciſcanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga. part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monaſterio. S. Magdalenæ, (quod eſt 13. Prouinc. Carthaginenſ. in Hiſpania) vbi ſepultæ iacent. Marianus. lib. 6. Chronic. ſtrictior. obſeruant. Minor. Reformator. cap. 10 ex Blaſio Laghina, in ſuo Memoriali. Thielmanſ. Tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Memoria. SS. Anatholiæ, &c. Virg. Martyr. [e]
De vtraque nunc ſimul agitur, ex Maurolyco & Galleſinio, in ſuis Martyrologiis, ac Ferrario. ſup. in §. 5.
Catalogo generali ſanctorum, hac die: Nam ſeor-

sum, de S. *Anatholia* superius egimus, ad. 9. Iolij: cuius corpus, in Picœno, apud Castrum, quod S. *Anatholia*, nominatur, in Territorio Camerte asservatur. De ea Antonius Gallonius, lib. de Virginibus, Romanis: De S. *Victoria* autem, inferius, ad 23. Decembris: vide Renatum Benedictum, in ea illo die: Pancirolam. in Thesauro vrbis Romæ, Regione 2. Ecclesia 45. ac Ferrarium de SS. Italiæ qoi illam confundit, cum alia S. Victoria Virg. Placentiæ, de qua inferius, ad. 23. Decemb.

QVARTO DECIMO CALENDAS IANVARII.

GAZÆ in Palestina, passio sanctarum [a] Meuris & Theæ, Martyrum. Mantuæ, Beatæ Victotiæ [b] Gonzagæ, Virginis, Clarissæ, genere, & vitæ sanctitate illustrissimæ. Romæ, sanctæ [c] Faustæ, Matris sanctæ Anastasiæ, nobilitate, & pietate insignis. Taurini, in Pedemontano, principatu, Beatæ [d] Adelais, Sabaudiæ Ducissæ Comitissæque Taurinensis, Religione ac sanctis moribus conspicuæ. Vilicæ propè Bonnam, Diœcesæ Coloniensis, Transitus, Beatæ Girbergæ, [e] magnæ sanctitatis & orationis fœminæ.

DECEMBRIS XIX.

§. 1. SS. *Meuris, &c. Martyr. a*] De eis agunt Græci in Menologio. Martyrologium Romanum, hac die, Baronius, ibid. in noua Topographia, ad Martyrologium Romanum, verb. *Gaza*, Marcus Diaconus, in Actis. S. Porphyrij, Gazæ Episcopi; refert harom venerandas Reliquias Gazæ positas esse, io Ecclesia. S. Timothei. Martyr: vbi fideles, processione publica indicta, ex deuotione, solemniter conuenerunt, pro pluuia habenda; quæ mox cœlitùs data est. Apud Suriom, 16. Februar. & Baronium. Tom. 5. Annal Eccles. ad ann. 398. §. 100.

§. 2. *B. Victoria, Virg b*] Moritur ann. 1490. Mantuæ, hæc virgo Religiosissima, progenie, virtute, & sanctitate nobilissima: non solùm consodalibus, verùm etiam vniuersis ciuibus gratissima, summisque honoribus dignissima: De ea Martyrologium Franciscanum, hac die, Tom. 7. Annal. Minor. ad ann. 1490. §. 8.

§. 3. *B. Faustæ vidua c*] Memoratur in Martyrologio Romano. hac die, Baronio ibid. in notis, Extat. S. Anastasiæ, Martyris, Epistola perbreuis, ad. S. Chrysogonum Martyr. vbi illius meminit. *Mater tamen Fausta, Christianissima semper vixisse probatur & casta; Hac me inter ipsa cunabula fecit fieri Christianam*: &c. Apod Nicephor. lib. 14. in fine *Flauia*, pro *Fausta*, legitur, vt est apud Suydam: & forsan *Flauia-Fausta*, nec abique exemplo. Pancirola, io Thesauro vrbis Romæ Regione 9. Ecclesiæ 35. Gallonius de virginibus, Roman. Ferrarius, in SS. Italiæ.

§. 4. *B. Adelais.*] Nobilissima extitit hæc princeps fœmina: ex geminatione Matrimonij filios habens cum omni castitate; viduaque effecta, ad eam scripsit. B. Petrus Damianus Epistolam 16. lib. 7. Epistolar. quæ extat opusculo. 18. dissertatione. 3. à quo laudatur à bona voluntate, à cultu virtutum, ab humilitate, à pietate, à iustitia, à castitate, à fide Catholica, &c. vt meritò proindè ab ipsomet sæpè vocetur virago Domini, venerabilis soror & Domina. Præterea, S. Annon, Coloniensis Archiepiscopus, rediens ab vrbe Roma, circa ann. 1070. eam inuisit, precibusque contendit ab ipsa vt SS. Martyrum Legionis Thebææ venerandas Reliquias, eius authoritatis iussu, mereretur ab Agaunensibus (eius quippe Ditionis erat locus ille) accipere: vti constat ex Actis. S. Annonis præfati, apud Sorium. Tom. 6. ad. 4. Decemb. lib. 1. cap. 33. & Baronio Tom. 11. Annal. Eccles ad aon. 1070. §. 4. Tandem in cœlum migrauit ano. 1091. ioxta Bertholdum in Appendice ad Hermannum, Baronium sup. ad ann. 1091. §. 23. & Ferrarium in Catalogo generali sanctor. hac die: ex Monumentis Ecclesiæ Taurinensis.

§. 5. *B. Gibergae*] Filia erat Godefridi Ducis, coniux verò Megengosi, Geldriæ Comitis, mater autem. S. Adelheidis, Virginis Abbatissæ: quiquidem optimi coniuges à fundamentis Vilicense Monasterium extruxerunt, & prædiis amplissimis locupletarunt. vbi B. Girberga, ex mutuo mariti consensu, vt Deo religiosiùs seruiret, habitationem elegit, vitam cœlibem agens, & nocte dieque orationibus vacans: vidisque læta, eo in locu, sub regimine ipsius. S. Adelheidis, filiæ suæ, primæ illios Monasterij Abbatissæ, nomerosum virginum sanctè viuentium cœtum; ac tandem rebus humanis exempta, in nomino fœliciter obdormiuit: ita Myræus in Fastis Belgicis. 5. Februar. & 16. Decembr. ex officiis propriis Ecclesiæ Ruræmundensis, quæ Henricus Cuquius, illius in Geldria vrbis Episcopus, concinnauit, & Coloniæ ann. 1605. publicanda curauit, claruit ad ann. 1090.

TERTIODECIMO CALENDAS IANVARII.

IN Africa Natalis, ſanctarum [a] Mulierum Martyrum: quæ ſub Hunnetico, Rege Arriano, quæque grauia perpeſſæ, conſtanter pro Religione Catholica, mortem profuſo ſanguine, oppetiere. Corinthi, ſanctæ [b] Anonymæ, Virginis, quæ Chriſtianæ Religionis apud impium iudicem accuſata, & variis tormentis ſubjecta, tandem ad lupanar damnata, à quodam adoleſcente Magiſtriano, miro Dei fauore, commutatis veſtibus, liberata, euaſit. In Luſitania, propè Eboram, Monaſterio ſancti Benedicti de Caſtris, Ciſtertienſis Ordinis, Beatæ [c] Mariæ Bernardez, Virginis Conuerſæ; quæ admiranda pietate, humilitate, patientia & charitate floruit. Piſauri in Piceno, Beatæ [d] Eugeniæ-Fœlicis, Virginis, Abbatiſſæ Clariſſæ: quæ eximio præſtantis ſuæ virtutis fulgore, & vigilantiæ ſolertiæque indefeſſo ſtudio, celebris, vitæ ſanctimonia, ſibi commiſſis, admodùm præluxit. In Hiſpania, [e] ſanctæ Iluardæ Benedictinæ Matronæ pientiſſimæ: matris ſancti Rodeſvindi, Dumienſis Epiſcopi: multarum virtutum prærogatiua ſpectabilis.

DECEMBRIS XX.

§. 1. SAnctarum Mulierum, Martyr. a] Haromagonem glorioſum, pro fide Catholica confectum, deſcribit Victor. Vticenſ. lib. 2. perſecutionis Vvandalicæ. his verbis, tradens quomodo Arriani deſæuiebant in Barbaros conuerſos ad fidem Catholicam: & prohibentes eis ingreſſum Eccleſiæ. *Nam ſtatuerunt in portis Eccleſiæ collocare tortores: qui videntes fœminam, vel maſculum in ſpecie ſuæ gentis ambulantes, illicò palis minoribus dentatis factis in capite, crinibuſque in eiſdem colligatis ac vehementius ſtringentes ſimul cum capillis, omnem pelliculam capitis auferebant. Nonnulli dùm hoc fieret, ſtatim oculos amiſerunt, alij ipſo dolore defuncti ſunt. Mulieres verò poſt hanc pœnam capitibus pelle nudatis, præcone præeunte, per plateas ad oſtenſionem totius ciuitatis ducebantur: quod ſibi, qua magis patiebantur, lucrum maximum computabant,* &c.

§. 2. S. Anonima, Virg. b] Rem totam dilucidè perſtringit Palladius in Lauſiacis, ex Hippolyto. lib. 8. de vitis Patrum, cap. 148. & 149. in hunc modum. *Fuit quædam nobiliſſima, virgo, & formoſiſſima, quæ in vita, ex virtute agenda, exercebatur Corinthi. Hanc illo tempore detulerunt ad iudicem, qui erat gentilis, in tempore perſecutorum, vt quæ maledictis inceſſeret & tempora & Imperatores, & ſimulacra: proponebant autem eius pulchritudinem harum rerum cauponatores impio iudici, fœminas inſano amore depereuntes: Is, verò, equinis auribus, & fœminas inſanè amantibus cogitationibus, accepit calumniam; ea autem producta ad hominem ſceleratum, multò magis inſana captus eſt intemperantia. Poſtquam autem omnibus aduerſus eam adhibitis machinis, huic Deo homini perſuadere non potuit, variis tormentis ſubiecit fortem fœminam. Poſtquam autem ne hic quidem, id quod volebat eſt aſſecutus, vt qui non poſſet eam abducere à Chriſti confeſſione: in eam inſaniens crudelis, non tradit eam tormentorum cruciatibus, ſed caſtam, & temperantem, ponens in proſtibulo, iuſſit ei, qui eas poſſidebat, dicens: Hanc mihi cape, & tres ſolidos ex ea ad me defers quotidie. Is autem aurum exigens ex turpi actione, eam ira lidit volentibus in officina abominandi flagitij. Cùm hæc ergo noviſſent, qui tenebantur inſano amore mulierum, aſſidebant ſcelerata eius officinæ, mercedem dantes infa-meſta operationis. Illa autem virgo honeſtiſſima, & inprimis veneranda, & verba ad deceptionem deflectens, ſuppliciter eis dicebat, rogans: Habeo vlcus in loco occulto, quod mirandum in modum malè olet, & timeo ne vos, mei odium capiat propter vlcus auerſandum; concedite ergò mihi paucos dies, & tunc licebit vobis, vel me habere gratis. His verbis perſuaſos intemperantes amandabat Beata: aſſiduis autem precibus Deum placans, & compunctis ſupplicationibus eum inflexit ad miſericordiam. Attendens ergo Deus, qui nouit cogitationes, quomodo caſta pudicitia curam gerebat ex animo, in illis diebus pro ſalute omnium tale quid ſtruxit. Quidam adoleſcens Magiſtrianus ſpecie formoſus, mente pius, cui Deus zelum immiſit ſpiritalem adeò ardentem, vt etiam mortem contemneret. is, cùm prætextu intemperantiæ eò acceſſiſſet, profundo veſpere ingreditur ad eum, qui illas alebat, & dat ei quinque ſolidos & dicit ei: Concede mihi manere hac nocte cum hac puella, in locum ergò occultum cum ea ingreſſus dicit ei: ſurge, ſerua teipſam; & cùm eam ſuis veſtibus induiſſet, tunica, camiſia, & Chlamyde, & omnibus virilibus, dicit ei: Egredere, te ſumma Clamydis parte contegens. Quæ cùm ſic feciſſet, & ſe totam crucis ſigno crucis muniſſet; egreſſa ex illo loco omninò incorrupta & impolluta, ſeruata eſt Chriſti gratia, & cauſa adoleſcentis, qui eam ſuo ſanguine, liberauit à turpi vitio* &c. Nam & ipſe ea de cauſa delatus ad iudicem, Martyrio coronatus eſt. Eadem referunt, Heraclydes in paradiſo, cap. 53. Roſweydus, ibid. in notis. Vincentius Beluac. lib. 17 Specul. Hiſtorial. cap. 94. D. Antoninus, part. 2. Chronic. Titul. 15. cap. 10. § 5. Baronius, in notis ad Martyrolog. Roman. 3. Maij, & Tom. 3. Annal. Eccleſ. ad ann. 309 § 14.

B. Maria, Virg. c] Illius vitam, pretioſam mortem, & ſigna, quibus poſt eius fœlicem tranſitum, §. 3.
merita ipſius manifeſtauit Altiſſimus: Deſcripſit in ſuis annalibus Bernardus de Brito. Tom. 1. lib. 5. cap. 31 & Henriquez. in Menologio Ciſtertienſi. hac die, cuius ſacra oſſa, poſt aliquot annos, aperto eius ſepulchro, mirum odorem exhalarunt, & nunc vſque perſeuerant.

B. Eugenia-Fœlicis, Virg. d] Socia extitit, B. Fœ- §. 4.

licis à *Mediolano*, virg. & Abbatissæ primæ Monasterij corporis Domini Pisauriensis: cui ipsa in huiusmodi officio successit; quo in munere tantò laudabiliter se gessit, sicque ad amussim, iuxta exemplar ipsius B. Fœlicis, sorores sibi subditas rexit: vt tum hac de causa, tum ob ingentem humilitatem, & charitatem, aliasque singulares virtutes ac perfectiones, denominata sit. *Eugenia-Fœlix.* Quam ita contendebat imitari, sæpè etiam quidam fulgor cernebatur à facie eius irradiare, in signum eximæ sanctitatis suæ. Ex Martyrolog. Franciscan. hac die, Annotationib. ad illud. Marco Vlyssiponensi. part. 3. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 21. Vvadingho. Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. Christi. 1459. §. 54 & ann. 1444. §. 59. & 61. post Gallucium.

S. Ilduarda. [e]] Nobilis extitit matrona, vxor Guntherij *de Marendez d' Arias*: ex quo genuit S. Resvvindum, Dumiensem Episcopum: viro defuncto, nuntium mundo remisit: & extructo sanctimonialium cœnobio. S. Saluatoris de *Cella noua*, in Gallæcia, illic habitum Religionis induit, vbi & mortua est, hac die, cùm vitam duxisset sanctissimam: vti habet Menardus in Martyrologio Benedictino. hac die, & lib. 2. obseruation. ad illud ex Antonio, D'yeppes, Centuria 5. Chronic. Benedictin. ad ann. 935. cap. 4. §. 5.]

DVODECIMO CALENDAS IANVARII.

NICOMEDIÆ, Natalis sanctæ [a] Iulianæ, Virginis & Martyris. In India citeriore, apud Adrianopolim, sanctæ [b] Pelagiæ, Virginis & Martyris, Regis filiæ; quæ ab Apostolo sancto Thoma baptisata: pro Christo sponso sanguinem fudit. In Anglia, sanctæ Edburgæ [c] Virginis Abbatissæ Benedictinæ: quæ cùm maxima pietate, & singulari prudentia fulgeret: cælestis patriæ repromissam hæreditatem, cursu fœliciter consummato, consecuta est. Bellalcazaris in Territorio Cordubensi, Beatæ [d] Franciscæ à sancto Antonio, Virginis: Clarissæ; quæ pœnitentiæ operibus, & præclaro virtutum exercitio, viam sibi parauit in cœlum. Pictauis, Dormitio Beatæ [e] Anonymæ viduæ Hilarij Episcopi vxoris, optimæ, ac sanctissimæ conuersationis fœminæ. Neapoli in Campania, Beatæ Mariæ [f] Longæ viduæ mulieris nobilis: quæ prima Capucinarum Abbatissa instituta, summis virtutibus, admodùm emicuit.

DECEMBRIS XXI.

§. 1. SAncta Pelagia, Virg. Marty. [a]] Hæc est, quæ dùm S. Thomas Apostolus in Indiam pergeret, transiens, conuertit ad Christum, in Andronopoli ciuitate: quæ dum esset filia regis, relicto sæculo, Christo sponso decreuit deinceps adhærere: & multis aliis virginibus aggregatis, præfuit illis vt mater: persecutione autem exortâ, cum nec nubere vellet, nec idolis sacrificare, capite plexa est: De qua agunt Vincentius Beluacensis. lib. 9. Specul. Historial. cap 64. Petrus de Natalibus l b . Catalog. sanctor. cap. 8. Ferrarius, in Catalogo generali. SS. hac die, ex Martyrologiis Canisij & Maurolyci. Ordericus Vitalis lib 2. Histor. Eccles. pag. 411.

§ 2. *S Iuliana, Virg. Martyr.* [b]] Ex Menologio Græcorum, Galesinij Martyrologio; & Ferrario. sup. hac die, natalis eius est: at. 16. Februarij Translatio illius colitur: quæ ex Nicomedia Bithyniæ Prouinciæ insignis vrbe oriunda, ab infantia timere Deum cæpit: & de Christi Diuinitate edocta, in eum credens, furtim baptisare se fecit: & virginitatem suam ipsi consecrauit. A patre tamen Eleusio, viro nobili, & vrbis Nicomediæ præfecto despondetur, sed quia gentilis erat, negauit Iuliana illi copulari. qui Christo aduersaretur. Ab hoc proposito vt dimoueret parens, blanditiis primò, deinde minis, conatur: ad vltimum, à quattuor viris denudatam durissimè cædi fecit. tum per sex horas capillis appendi, & plumbum liquefactum super caput eius diffundi, iussit: verùm, cum in nullo læsa prorsus euasisset, in teterrimũ carcerem, cathenis ligatam reclusit. Vbi cùm Domino orationē cum lachrymis fudisset; illicò dæmon in forma Angelica ei apparuit; quo cognito, eum apprehendit, ligauit, flagellauit, atque in sterquilinium & cloacam, projecit. Ad tribunal rursus B. Iuliana deducta, in quadam rota ferrea, cui acutissimi claui erant infixi, extenditur; in tantum vt omnia eius ossa vsque ad exitum medullarum confringerentur: Angelus autem Domini rotam comminuens virginem in momento sanauit: quo miraculo multi gentiles conuersi sunt ad Christum, postremò iussa est B. Iuliana ignibus concremari: sed in medio ignis, animo infracto illæsa persistens, glorificabat Dominum, quare in ollam plumbo liqefacto repletam, injecta est, sed plumbo ipso velut suaui balneo tepefacto, læta educitur; quod tamen ebuliens in astantes viciniores, plurimos interfecit: itaque extra vrbem pulsa, capite truncata est: cuius corpus Sophonia, senatorij ordinis mulier sustulit, & in occidentem; nauim conscensa, transmigrans, illud secum deportauit honorificè sepellendũ; in fines Campaniæ appulsa. Qua de re, Bergomas Petrus de natalibus, Vincentius Beluacensis S. Antonin. Surius, & cæteri. sup. ad 16. Februarij

S. Edburga, Virg. Abbatiss. [c]] Apud Sabrinæ Monasterium fluuio contiguum, sorori suæ S. Kineburgæ in Abbatiæ regimine successit. Floruit circa an. 680. de qua Ferrarius, in Catalog. generali sanctor. hac die, ex Martyr. Anglico. Chorographia Britanniæ pag. 376. Vvion. lib. 4. Ligni vitæ. cap. 28. diuersa est ab illa, de qua. sup. ad. 15. Iunij & 18. Iulij. §. 3.

B. Francisca, Virg. [d]] Vitæ Innocentis, sinceræque mentis fuit hæc Christi sponsa, nec non pœnitentiæ exemplar, & totius perfectionis norma. Solo pane & §. 4.

aqua

aqua cuncta eacurrebat ieiunia: aspero cilicio vtebatur ad carnem, disciplinia autem sic frequentibus corpus edomabat, vt eaindè, copiosum sanguinem effunderet; à quibus temperare iussa est, Abbatissæ præcepto. Orationi iugiter vacabat, à qua, nec Dæmonis astutia, aut visio illius horrenda, seu clamor, vel strepitus, potuit vllo modo remouere. Quoties enim tentata fuit, & diuexata ab aduersario, toties de eo victoriam reportauit. Diem sui obitus longè ante præsciuit; sepulturamque nacta in Monasterio Bellaleazareusi, quod est 1. Prouinciæ Angelorum. Hæc ex informatione vitæ eius, & monimentis prædicti Monasterij. Martyrolog. Franciscano, hac die, Annotationib. ad illud, Daça part. 4. Chronic. Min. lib. 3. cap. 77. ad ann. 1575. quo floruit.

§. 5. *B. Anonyma, Vidua. e*] Cùm S. Hilarius, eximiis clareret animi corporisque insignis, puellæ nobili, sacro fœdere copulatus, casti connubii pignus vnicum, Afram nimirum filiam, quam Christo deindè despansauit, Virginem tulit: quæ postea, placido fine, obiens, ad eius intercessionem apud Deum, migrauit in cœlum; cuius rei gratia, & ipsa vxor eius pientissima, cœlesti desiderio impulsa, idem sibi euenire præoptauit. *Hoc* (inquit, Author) *vxor attendens, rogans & ipsa, vt deuotissima mulier, Hilarium Episcopum, vt quod pro filia obtinuerat, hoc & pro se impetraret; quod & secutum est. Ipsa ad Dominum migrauit;* & ponè sepulchrum B. Apræ. Virginis; eius filiæ tumulata est: ita Fortunatus in vita S. Hilarij, Episcopi Pictauiens. apud Surium 13. Ianuar. Petrus de Natalib. lib. 2. catalog. Sanctor. cap. 68. Saussayus in Martyrol. Gallicano ead. die, & 13. Decemb. sup.

B. Maria Longa. f] Fuit hæc genere Hispana, ac Ioannis quondam primi Cancellariu regentis, viri in §. 6.
toto Regno Neapolitano primarij vxor. Quæ cùm in æde Lauretana, à diutino morbo esset curata, hospitale incorabilium, post viri obitum, & Monasterium S. Mariæ in Hierusalem, Neapoli fundauit, quibus ipsa habitu tertij Ordinis Minorum suscepto, omnia suppeditauit, & omnium se obsequiis mancipauit. Verùm postea, cùm sæcularibus exuuiis depositis, mundo nuntium remisisset, atque regulam Monasticam professa, Paulo III. Summo Pontifice iubente, Monasterium illud sub Abbatissæ Titulo moderandum suscepisset, Fratrum Minorum Capucinorum, qui authoritate Apostolica, Monasterium administrabant, hortatu ac exemplo permota, simul cum reliquis huiusce domus monialibus, vno consensu, primæ & arctiori S. Claræ Regulæ, perpetua se voti religione adstriait, atque indè *Capucinarum* nomen sortitæ sunt. Vbi ipsa B. Maria *Longa*, cœpit tanta vitæ austeritate, ac regularis disciplinæ obseruantia, cæteria prælucere, vt totius specimen perfectionis facilè euaserit. In extasim rapta, cœlestia videbat arcana: Deique sui obitus haud ignara, spiritum Deo reddidit anno 1541. Clara post mortem miraculis. Agunt de ea Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Matthias Salodiensis Tom. 2. fol. 112. Historia Clericor. Regular. lib. 1. cap. 4. fol. 24. Cæsar. Dangenius, in sua Neapoli sacra: vbi de Ecclesia S. Mariæ de populo. Bouerius Tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1528. §. 13. &c. item ann. 1542. §. 53. & seq. ex MSS. codic. Prouinc. Vmbriæ

VNDECIMO CALENDAS IANVARII.

PASSIO, sanctæ [a] Anonymæ, Martyris; quæ in persecutione Decii, in desertis & montibus per Ægyptum & Arabiam oberrans, quamplurimis miseriis & ærumnis pro Christo exantlatis consumpta est. Apud Dunelmum in Northumbria, sanctæ [b] Hialdelidæ, Virginis, Abbatissæ Benedictinæ Berkingensis, Ordinis Benedictini: quæ in Obseruantia disciplinæ Regularis fideliter permanens, virtutis ac pietatis insignia multa præstitit. In monte sancti Disibodi, Monasterio Bingensi, Diœcesis Moguntinensis, sanctæ [c] Iuttæ Virginis Benedictinæ: inclusæ, genere, ac vitæ perfectione celebris. Valentiæ in Hispania, Beatæ [d] Esporellanæ, Virginis, Clarissæ; quæ sanctis moribus decorata, Christo sponso occurrit: quem tota mente dilexit. In Gallia, Beatæ [e] Pimeniolæ, sororis ac vxoris sanctorum virorum: quos impensè imitata ad virturem, secuta est ad præmium.

DECEMBRIS XXII.

§. 7. SAncta Anonyma, Martyr. [a]] Hæc ætate grandæus, cum viro suo S. Cheremone Episcopo Nilopolis in Ægypto, ad Arabicum montem, ob immanitatem persecutione Decii, anno 252. discedens; nulli vltra apparuit, fame, siti, frigore, langore, aliisque ærumnis, pro Christo consumpta. Illius meminerunt. Molanus in Additionibus ad Vsuardom, hac die, Surius in Actis S. Dionysii Episcopi Alexandrini, ex eius Epistola. Ad Fabium, Episcopum Antiochenum, apud Ensebium, lib. 6. Histor. Ecclesiæ, capite 34. circa finem, Nicephorus, libro 5. ibid. capite 30. Vincentius, libro 11. capite 40.

§. 2. *S. Hialdelida, Virg. Abbatiss. b*] Fuit Abbatissa Berchyngensis, in Territorio Londinensi post S. Ethelburgam, circa ann. 665. pro qua instruenda, è Calensi, seu Brigensi Monasterio in Gallia, fuerat euocata, cui & successit. Adeo enim diuina charitate, plena erat, vt omnium virtutum doctrix & formula, in vigiliis, abstinentiis, benignitate, clementia, cæterarumque virtutum summa, ita animabus & corporibus prouidit necessaria, vt coram Deo & hominibus incederet, sine querela; ad quam S. Adelelmus Episcopus, librum de Virginitate scripsit. Scribunt de illa, Malmesburiensis lib. 2. de gestis Pontific. Anglor § de Episcopis Londinensib. Beda lib. 4. cap. 10. & 20. S. Bonifacius, Episcopus Moguntinus, & Martyr. Epistol. 22, apud Baronium,

Tom. 9. Annal. Ecclesiæ ad annum 716. Vvigorniensis, ad annum & 664, 675. Harpsfeldius Ecclesiæ Histor. Anglic. sæcul. 7. cap. 14. Capgrauius in vita S. Ethelburgæ. Trithemius lib. 3. viror. illustr. Benedictin. cap. 121. Robertus Bucklandius in vita eius. Martyrologium Anglicanum. Ferrarius in catalogo generali Sanctorum hac die. Wion in Appendice, ad Martyrologium Benedictinum. Menardus lib. 1. Obseruation. ad illud. Eduardos Maihew Tom. 3. Trophæor. Congregation. Anglican. Benedictin. ad Natales Sanctor. ead. die.

§. 3. *S. Iusta, Virg.* c] Soror erat Meginhardi, Comitis Spanheimensis: quæ per spatium 24. annorum, in pœnitentiæ luctu, arctissimam inter Monialés vitam inclusa egit: diuinis autem charismatibus plena S. Hildegardem, in Dei timore, & religionis cul.o mirificè erudiuit. Erat autem B. Iusta, Virgo sanctæ conuersationis, & diuini amoris igne succensa ab adolescentia sua: vnde contempto sęculo, ad Christi seruitutem, toto desiderio conuolauit, de qua fertur, quod siccis pedibus sæpiùs calcauerit vndas fluuij Nahæ, iuxta montem S. Disibodi præterfluentis. Nam si quando imbribus auctus intumuisset fluuius: ipsa super fluctus ambulans, ad officia diuina, sine impedimento; Angelorum suffragiis adiuta, peruenire consueuit. Qualis autem fuerit hæc Virgo beata? quàm humilis, quàm charitatiua, quàm continua in oratione, præsentis operis non est enarrare. Nunquam à diuino seruitio tepuit, nunquam cessauit; sed erat iugiter in oratione, in sermone, prouida, in cogitatione, munda; in operatione præcipua. Post multa autem pietatis exercitia, Domino Iesu vocante eam ad nuptias æternæ fœlicitatis, deuicta morte, transiuit, hac die, anno Domini 1136. Agunt de ea, Dodechinus Abbas in Appendice ad Marianum, anno 1136. Trithemius, sup. libro 33. capite 351. & in Chronico Hirsaugiensi. Vvion in Martyrologio Benedictino, Martyrologium Scoticum. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Roman. verb. *Bingium*, & in catalogo generali Sanctor. Saussayus in Martyrologio Gallicano, hac die, Gononus, lib. 5. vitar. Patrum Occident. in ea. Surius in Actis S. Hildegardis Virg. 17. Septemb. Bogianus ad 22. Februarij: sed mendosè: vult forsan, dicere 22. Decembris Bosius, Tom. 2. de signis Eccles. lib. 15. cap. 3.

S. Esperellana, Virg. d] Hæc vt sanctè vixit, ita §. 4.
sanctissimè in Domino obdormiuit: & à reliquis Monialibus, veluti Christo sponso sociata in cœlis creditur, atque veneratur: de qua Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio Conceptionis B. Mariæ, Valentiæ, quod est 1. Prouinc. Valentiæ. Barrezzus lib. 2. cap. 12. part. 4. Chronic. Minor. sub. ann. 1514. Valerius de Sanctis Fœminis eiusdem Ordin. lib. 4. cap 15.

B. Pimeniola. e] Constat S. Lupum, virum Apostolicum, in Leucorum oppido, nobili familia fuisse § 5.
progenitum: cui iuncta fuit in Matrimonium, illustris puella, *Pimeniola*, S. Hilarij, Arelatens. Archiepiscopi soror, insignis pudicitiæ Virgo; cum qua postquam annos fermè septem casto in coniugii amore vixisset; cœpit vterque occultis virtutum facibus agitari, & sanctioris vitæ disciplinam expetere: ita vt pietatis studio impensius colendæ, ambo ab huius sæculi curis & sollicitudinibus, se subduxerint, & communi voto ad Deum conuersi, monachalem vitam elegerint. Itaque superni spiritus feruore inflammatus Lupus, ad B. Honoratum, Lirinensem Abbatem, opibus in pauperes erogatis se contulit: quo monachismum professus, exindè postea ad Episcopatum Trecensem est euocatus. circa ann. 427. At S. Pimeniola, deinceps sollicita, quomodo Christo placeret, vitam virtutum plenam sanctissimè duxit, & fœlicissimo efflatu animam purissimam cœlo reddidit. Memoratur in Actis S. Lupi, Trecensis Episcopi 29. Iulij apud Surium, Lippeloum, Renatum Benedictum, Ribadeneyram, &c. Patrum de Natalib. lib. 6. catalog Sanctor. cap. 156. Historiam Lirinensem. Baronium, Tom. 5. Annal. Eccles. ad an. 426. § 22. & 23. quam mirificè eam laudat: sic & Galterius, in Tabula Chronographica, sæcul. 5. in SS. & illustrib. viris. Saussayus in Martyrolog. Gallicano ad 29. Iulij.

DECIMO CALENDAS IANVARII.

ROMÆ, sanctæ a Victoriæ, Virginis, & Martyris; quæ in persecutione Decii Imperatoris, cùm esset desponsata Eugenio pagano, & nec nubere vellet, neque sacrificare: post multa facta miracula, quibus plurimas Virgines Deo aggregauerat, à carnifice percussa est gladio in corde, rogatu sui sponsi. In Anglia, sanctæ b Intvvatæ, Virginis & Martyris. Tusciniæ in Tuscia, sanctæ c Iustinæ, Virginis & Martyris. Placentiæ in Æmylia, sanctæ d Victoriæ, Virginis: sororis sancti Sauini, eiusdem vrbis Episcopi; Abbatissæ Monasterii S. Michaëlis Archangeli quæ tantum in diuina gratia profecit, vt illi admirationi esset; demùmque bonorum operum, merita accumulans, ad æternam gloriam transiit. Vincentiæ, Beatæ e Agathæ à Bassano, Virginis, Ordinis sancti Augustini. Spiritus feruore & virtutis amore conspicuæ, Villæ Comitis in Diœcesi Bracatensi. Beatæ f Berengariæ Virginis Abbatissæ, Clarissæ; quæ singulari humilitate, & Regulari obseruantia præfulsit. Parisiis, sanctæ g Vltrogothæ, vxoris Childeberti, primi, Francorum Regis, pietate ac Religione insignis.

DECEMBRIS XXIII.

§. 1. *Sancta Victoria, Virg. Martyr. a*] Romæ quidem orta, & Eugenio, viro pagano, desponsata, à sorore sua, S. Anatholia, ad virginitatem seruandam adducta est, Visione Angeli præmonita; quare comparato prætio ornamentorum suorum, pauperibus mox dilargiri cœpit. Cùm verò nubere nollet, Eugenius timens, ne bona ipsius confiscarentur, si publicè Christianam accusaret, egit cum Decio Imperatore, vt extra vrbem in exilium mitteretur, ad prædia sua, vbi ipsam pœnis afflictam, ad votum suum facilius inclinaret. Tunc enim fame, & inedia, sic vexata est, vt vix ad vesperam modicus panis cibarius ei daretur. Cùm autem immanis Draco *Tibulanam*, seu *Trebulanam*, ciuitatem infestaret, promisit Christi famula, illam profugare, modo populus in Christum crederet; quo promisso. S. Victoria, post biduanum ieiunium, die Dominico, ad ipsam vrbem, Angelo duce, properauit, & præsente populo ad specu draconis accedens, illi in Christi nomine abire præcepit: quod confestim aufugiens adimpleuit: quo viso miraculo, populus fidem Christi suscepit: illicque virginitatis cultum disseminans, Chorum. 75. virginum in eodem specu aggregauit, quibus, domicilio ibidem extructo, multa doctrinæ, & miraculorum gratia illustrata, præfuit: per triennium, quibus illic demorata est. Itaque cùm S. Victoria, in proposito seruandæ virginitatis inuincibiliter persisteret, nec nubere, nec sacrificare vellet, gladio percussa in corde, à Satellite, Martyrij coronam accepit, hac die, cuius corpus, omni cum reuerentia curatum est in eodem loco, à populo illius ciuitatis: celebris admodum hæc virgo extitit apud antiquos: eiusque vitam eleganti carmine cecinit B. Adelelmus, Occidentalium saxonum Episcopus, lib. 2. de Laude Virginitat. De ea agunt Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius, ibid. in Notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi. 253. Vincentius Beluacens. lib. 11. Specul. Historial. cap. 52. Bergomas, de Claris mulieribus. cap. 89. Petrus de natalibus. lib. 1. Catalogi sanctor. cap. 83. Molanus, in Annotationibus ad Vsuardum, Ferrarius, in Catalogo generali sanctor. ead. die, Surius, Renatus Benedictus, &c. In vita eius, hac die, Schedel, sexta mundi ætate fol. 110. Gallonius de Virginibus Romanis Biuarius, in commentario, ad Flauij, Lucij Dextri Pseudochronicon. sub. ann. 255. §. 4. quo mendosè sibi videtur in Hispania certamen iniisse: sacrum eius caput asseruatur in Ecclesia Cathedrali Balneoregiensi, vti scribit Vghellus, in Italia sacra, vbi de Episcopis Balneoregiens.

§. 2. *S. Inuuata, Virg. Martyr. b*] Passa est à Barbaris in Vvallia ann. 709. prout habent illius Prouinciæ Annales; & Rubertus Bucklandius, in vita eius, Ferrarius in Catalogo generali sanctor. hac die, ex Martyrologio Anglic.

§. 3. *S. Iustina, Virg. Martyr. c*] Colitur ab Ecclesia Tuscaniensi in Etruria; in qua illius sacræ Reliquiæ honorificè asseruantur: iuxta Ferrarium, hac die, supra: eritque hic dies natalis ipsius: de qua etiam fit commemoratio. sup. 4. Augusti.

§. 4. *S. Victoria, Virg. d*] Ita Tabulæ Ecclesiæ Placentinæ, & Ferrarius, hac die, sup. & in SS. Italiæ. De eâ agitur. in vita. S. Sauini. Episcopi Placentini, D. Ambrosij Synchroni. 11. Decembr. & in officio dictæ Ecclesiæ nuper à Sacra Rituum Congregatione, approbatis: Colitur etiam, hac ipsa die, apud Segestam oppidum oræ Liguticæ, Prunatensis Diœces. vulgò, *Sestri di Leuante*, vbi corpus illius, debito honore veneratur: cuius sacrum corpus. ann. 443. Transtulit D. Maurus Episcopus Placentinus, ipsius S. Sabini successor. ad Basilicam 12. Apostolor. Teste Vghello. Tom. 2. Italiæ Sacræ in Episcopis Placentin.

§. 5. *B. Agatha, Virg. e*] Socia extitit. B. Eustasinæ, Virginis, (cuius Superius meminimus, ad 16. huiusce mensis.) quam adamussim imitata est in via virtutis & pœnitentiæ rigore. Quæ cùm ætatis suæ ann. 21. iam vitam exegisset Sanctissimam, infirmata ad mortem, & à B. Virgine Deipara confortata, nec non ab eadem D. Eufrosina consolata; cum ea tandem, hac die, ann. 1465. euolauit in cœlum, cuius corpus tumulatum est in eodem sepulchro cum ipsa: B. Eufrosina; Teste Simpliciano, & Celso. in vita eiusdem. B. Eufrosinæ Virg. part. 2. Histor. Augustinan.

§. 6. *B. Berengaria, Virg. Abbatiss. f*] Viguit in Monasterio S. Calaræ Villæ-Comitis in Lusitania oppidi, (quod est 14. Prouinciæ Portugaliæ) à suis incunabulis, hæc virgo, regulari disciplina, vitæ candore, atque summa patientia: quæ humilitatis ergò, culinæ obsequiis, sua sponte, sese omninò dederat. Cùmque semel de eligenda Abbatissa inter sorores ageretur, illarumque plures ad id munus assumi contenderent, cœpit vna quæque sigillatim, altera inconsulta, præfatæ Berengariæ sorori, quæ nihil minus cogitabat, votum in mente offerre, (existimabat vnaquæque se solam id facturam: nam propter nimiam eius humilitatem, inepta omninò ad id munus obeundum, ab omnibus habebatur) nedum alteri votum porrigit, Illa in Abbatissam fortè eligatur. Et ecce dùm ad caculum vota reducuntur; omnia in Prædictam Berengariam conueniunt, consentiuntque. Quæ denique sic electa, ac tandem à prælato confirmata, Moniales sic, Diuina voluntate, delusæ, ei obedire detrectabant. Quamobrem, ipsi primum Capitulum de religioso more celebranti paucissimæ affuere: illa verò cum maximo Spiritus feruore, dixit: quandoquidem meæ sorores mihi obtemperare renuunt, me que legitimam earum prælatam aspernantur; surgite vos, quæ hoc in loco dormitis, mihique paretote. Ecce, ex tempore. 7. Moniales, quæ ibidem sepultæ erant, ex suis locellis egredientes, præstò sibi fuere; nec prius recesserunt, quàm illis ab ea imperatum fuit. Quo facto, exterritæ reliquæ, quæ sibi tergiversabantur, multò dociliores redditæ sunt. De ea Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga. parte 3. Origin. Seraphic. Religion. in præfato Monasterio. Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 40. sub. ann. 1565. Elzearius. lib. 2. Sacri montis Oliueti. cap. 3. Petrus Caluus. in Defensorio sacrarum, Religionum. fol. 294. Daza. part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 29. Vvadinghus. Tom. 3. Annal. Minor. ad ann. Christi. 1318. §. 45. Valerius, de SS. Fœminis. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 41. Cardosus, in Agiologio Lusitano. & commentar. ad illud. sub. 8. Februar.

§. 7. *S. Vltrogotha, Regina g*] Childeberti. 1. Franco-

rum Regis digna coniux fuit hæc Pientissima Heroina: quæ nutrix Orphanorum, consolatrix pupillorum, substentatrix pauperum, atque adiutrix fidelium Monachorum fuisse memoratur. Cuius & pietatem ac deuotionem singularem, D. Gregorius Turonensis, multa commendatione prædicans, ad eius preces fusas, multo gemitu, & mira fide, ac reuerentia, ad S. Martini tumulum, tres cæcos prodit fuisse illuminatos, sepulta est pia illa Regina, ponè Mausoleum viri sui Regis, insuburbicaria Ecclesia Pratensi; tametsi & ipsa ad alteram Sequanæ crepidinem, aliam extruxerit insignem Ecclesiam, quam eodem Titulo. B. Martyris Vincentij, quo Childebertus Rex suam decorauerat, insigniuit; ac vtriusque iam nuncupatio pridem mutata: Hæc S. Germani Antissiodorens. illa Parisiensis, inuocatione consignata. Illam commemorant, multis laudum Encomiis. Fortunatus lib. 5. & 6. Carmin S. Gregorius Turonens. lib. 1. Histor. Francor. cap. 42. & lib. 1. Miracul. S. Martini cap. 1x. Aimonius. lib. 1. de gestis Francor. cap. 20. Vincentius Beluacens. lib. 21. Specul. Historial. cap. 41. D. Antoninus, part. 2. Chronic. Titul. 12. cap. 8. Baronius Tom. 7. Annal. Eccles. ann. Christi. 552. §. 28. & 560. §. 12. Surius, in actis. S. Bathildis. Regin. Francor. 26. Ianuar. cap. 13. & S. Carilnphi, Confess. 1. Iulij cap. 13. Brulius, lib. 2. Antiquitat. Parisiens. vbi de Abbatia. S. Germani à pratis. Saussayus, in Martyrologio Gallicano. hac die.

NONO CALENDAS IANVARII.

IN Hispania, Festiuitas Descensionis [a] Sanctissimæ Dei genitricis semper Virginis Mariæ, à Beato Idephonso, Toletano Archiepiscopo instituta. Antiochiæ, Natalis sanctarum virginum [b] Quadraginta; quæ in Deciana persecutione, per diuersa tormenta, Martyrium consummarunt. Romæ, sanctæ [c] Tharsillæ, Virginis, Amitæ sancti Gregorij Magni, Papæ; de qua ipse testatur, quòd in hora exitus sui, Iesum ad se venientem viderit. Treuiris, Horreo Monasterio, sanctæ [d] Irminæ, Virginis, Abbatissæ Benedictinæ, Filiæ Dagoberti, Francorum Regis: quæ spretis Regalibus pompis, ad cœlestia semper aspirauit. Ibidem, Depositio, sanctæ [e] Adelæ, Virginis, Abbatissæ Monasterii. S. Symphoriani, eiusdem Ordinis, ac Regis Filiæ, miro Spiritus feruore plenæ. In Rameya, Brabantiæ Monasterio, Cistertiensis Ordinis, Diœcesis Louaniensis, Beatæ [f] Anastasiæ, Virginis, eximia vitæ sanctimonia spectabilis. Romæ, Beatæ [g] Theodoræ Annibalis, Virginis, Clarissæ genere, & copiosa virtutum laude insignis. Barcinonæ, [h] Dormitio Beatæ Angelæ-Margaritæ-Seraphinæ, fundatricis Cappucinarum Hispanarum, virtutibus, & signis admirandis conspicuæ.

DECEMBRIS. XXIV.

§. 1. DEscensionis. S. Deigenit. Virg. Mariæ. a] Huiusmodi celebritas ideò fit: quòd sanctissima virgo, Deipara, B. Ildephonso, Toletano Archipræsuli apparens iterum, vestimentum Sacerdotale, (nos Albam vocamus) illi attulerit, donoque dederit: quo tanto prouocatus beneficio, ipse pius Pontifex præsens festum Descensionis Virginis, Dei Matris Mariæ, quando secundò ei apparuit, solemniter agi præcepit, singulis annis, die 24. Decembris. Ita Wion, in Martyrologio Benedictino, hac die, Villegas in Flore, SS. Hispan. die. 23. Ianuar. in vita. S. Ildephonsi, Archiepiscop. Rodericus Toletanus, de Reb. Hispan. lib. 2 cap. 22. Roderius Santius, part. 2. Histo. Hispan. cap. 31. Vasæus, in Chronico, ad ann. 662. Alphonsus à Carthagena in Reg. Hispan. Anacephalæosi, cap. 38. Lucius Marineus lib. 5. de Reb. Hispan. Trugillus, in Thesauro concionator. ad 23. Ianuar Ioannes Tomaio, ibid. in Martyrologio Hispano. & 24. die.

§. 2. SS. Virg 40. Martyr. b] De eis agunt Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid in notis. Wandelbertus, in suo Martyrologio. Vincentius Beluacens. lib. 11. Specul. Historial. cap. 52. Petrus de Natalibus. lib. 1. Catalog. sanctor. cap. 89.

S. Tharsillæ, Virg. c] De ea sic. S. Gregorius 1. parte lib. 4. Dialog cap. 16. & Homil. 38. in Euangelia, post med. §. 3. *Pater meus tres sorores habuit, quæ cunctæ Sacræ virgines erant. Quarum vna Tharsilla, alia Gordiana, alia Æmyliana, dicebatur, vno omnes ardore conuersæ, vno eodemque tempore sacratæ, sub districtione regulari degentes, in domo propria, socialem vitam ducebant. Cùmque essent diutius in eadem conuersatione, cœperunt quotidianis incrementis in amorem conditoris sui Tharsilla & Æmyliana succrescere, & cùm solo essent hic corpore, quotidie animo ad æterna transire,* &c. *Quadam verò nocte, huic Tharsillæ amitæ meæ, quæ inter sorores suas virtute orationis continuæ, afflictionis studiosa, abstinentia singularis, grauitate vitæ venerabilis, in honore & culmine sanctitatis excreuerat, sicut ipsa narrante, per visionem Atauus meus, Fœlix, huius Romanæ Ecclesiæ Antistes apparuit, eique mansionem perpetuæ claritatis ostendit; dicens. Veni, quia in hac te lucis mansione suscipio. Quæ subsequente, mox febre correpta, ad diem peruenit extremum. Et sicut nobilibus viris que morientibus multi conueniunt, qui eorum proximos consolentur: eadem hora, eius exitum præstolantes, viri ac fœminæ lectulum*

lectulum circumsteterunt, inter quas mater quoque mea adfuit. Cum subito sursum illa respiciens Iesum vidit venientem, & cum magna animaduersione coepit circumstantibus clamare, dicens, recedite, recedite, Iesu venit. Cumque in eum intenderet, quem videbat, sancta illa anima carne soluta est. Tantaque subito fragrantia miri odoris adspersa est: vt ipsa quoque suauitas cunctis ostenderet illuc authorem suauitatis venisse. Cumque corpus eius, ex more mortuorum ad lauandum esset nudatum, longa orationis vsu, in cubitis eius & genibus, camelorum more innenta est obdurata cutis excreuisse; & quod viuens Spiritus eius semper egerit, mortua caro testabatur, hæc autem gesta sunt ante Dominici natalis diem: Eadem scribit, Ioannnes Diaconus, apud Surium 11. Martij lib. 5. vitæ S. Gregorij Pap. cap. 38. Martyrologiom Romanum, hac die, Baronius ibid. in Notis, & Tom. 7. Annal. Eccles. ad ann. Christi. 581. §. 4. Petrus de natalibus, lib. 11. sup. cap. 110. Molanus in Appendice ad Vsuard. Antonius Gallonius. lib de Vitis Virgin. Romanar. Vaquerius in Enchiridio benè Morientium. Fulgosus lib. 1. Memorabil. cap. 5. Paocirola, in Thesauro vrbis Romæ. Regione. 9. Ecclesia. 30. Ferrarius. de SS. Italiæ.

S. Irmina, Virg. Abbatiss. d] Cùm Rex Dago-
§. 4. bertus, 2. ipsam abhorrere à nuptiis, oihilque quàm castitatis cultum, & Christi obsequium spirare conspiceret: fouendo in ea cœlesti semini gratiæ affectu fauens pietatis, Monasteriû. S. Mariæ apud Treuerim, extruxit, censuque copioso ditauit; quod, qoia præfatus Rex de horreo suo construxit, multisque redditibus dotauit, ideo, *de Horreo*, est cognominatum. Huic igitur loco, quem sacratum esse voloit, sanctissimæ Virgini Mariæ, Christi amore, & studio puritatis, B. Irmina se conclusit: vbi multis sacris virginibus adunatis, qoibus ob vitæ meritum, Abbatissa præfecta est; ita se Christi dignam sponsam reddidit, vt ipsi sociari meruerit, io cœlis. ann. 710. cuius sacrum corpus Weyssemburgi piè asseruatur: caput verò Spanheimensi. Agunt de ea. Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronios ibid. in notis, & Tom. 8. Aonal. Eccles. ad ann. Christi. 710. Trithemius. lib. 3. Viror. Illustr. Benedictin. cap. 138. Molanus in Additionibus, & Annotationibus ad Vsuardum, Saussayus, in Martyrolog Gallicano, hac die, Belforestius. lib. 2. Annal. Franc. cap. 34. Wion, in Martyrologio Benedictio. & lib. 4. Ligni vitæ. cap. 28 Myræus in fastis, Ferrarius, io noua Topographia ad Martyrologium, Roman. verb. *Treueri.* Ioannes le Paige. lib. 1. Bibliothec. Præmoostratens. Sectione 16. Bosius Tom. 2. de signis Eccles. lib. 22. cap. 3. §. 13.

S. Adela, Virg. Abbatiss. e] Fuit præfatæ. S.
§. 5. Irminæ, germana soror, ex vtroque parente: quæ eius exemplo, Christum sponsom eligens, omnem pompam terreni Principatus, pro Diuino eius amore, contempsit; & post modum in eo Monasterio, quod S. Modoaldus Treuirorum Archiepiscopus, in Palatiolo construxit, Abbatissa, post. S. Seueram. (de qua sup. 20. Iulij.) constituta, sororis, cuius egregia fuit imitatrix, in terris, beata meruit in cœlis fieri, eiusdem glorificationis socia. Ex Trithemio. sup. cap. 158. Wion. lib. 4. sup. & Belforesto, ac Saussayo. sup. hac die, Ioanne le Page, & Bosius. sup.

B. Anastasia, Virg. f] Hæc, ob Diuinæ visita- §. 6.
tionis patienter tolerata flagella, in gloria cælesti, Chlamyde rubra amicta, coronam habens quatuor lapidibus pretiosis decenter exornata, S. Idæ de Niuella, eo ornatu, rutilans, Diuino visu emicuit: vti referunt Catalogus SS Ordinis Cisterticos. Gilemannus in Hagiologio sanctor. & in vita. ipsius S. Idæ. cap. 5. Henriquez, in Menologio Cistertiensi. & Saussayus, hac die, sup.

B. Theodora, Virg g] Nascitur hæc nobilissima §. 7.
Virgo Romana. ann. 1430. quæ iam adulta effecta, cùm per id tempus. R. P. Robertus *à Licio*, postea Aquinas Episcopus, ex Ordine Minor. Obseruantinor. prædicator egregius, Romæ concionaretur, summo cum auditorum omnium applausu, & fructu, illum concionantem aodire concupiens, prædicationibus eius interfuit: cuius verbis mox efficaciter commota, rebus humanis abdicatis, religiosam vitam inseqoi constituit. Fama aotem sanctitatis. B. Margaritæ *Sulmonens.* illecta, Fulgineum se contulit, mense iunio. ann. 1450. illicque apud S. Luciæ Monasterium, de manu ipsius. B Margaritæ habitum sumpsit. Tunc cœpit; perfectionis cursum aggredi, tanta cum animi alacritate, vt breui apicem se consequuturam sperauerit. Erat namque feruida in oratione, affectuosa in meditatione, in abstinentia perseuerans, io mortificatione frequentissima, omnium sororum humillima: qoibus aderat sanctitatis exemplar, & regularis obseruantiæ speculum. Cilicium asperum deferebat ad carnem, amarissimè deflebat, ob recordationem Dominicæ passioois, & Christi mortis. Romam redire inuitatur à Nicolao. 5. Papa. ann. 1454. quod semper complere distulit, donec à Pio. 2. iussa, summo Pootifici paruit. Romam itaque veniens cum sociis. ann. 1460. Monasterium. S. Cosmæ, iohabitauit, (quod est 1. Prouinc. Romæ) ac sanctissimum vitæ reliquom peregit, hac die. ann. 1469. Agunt de ea. Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotatiooes ad illud. Tossinianus. lib. 1. Histor. Seraphic. Iacobus de SS. Fulginatibus ead. die, Gallonios, sup. Vlyssiponensis. 3. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 33. Valerius, de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 2. cap. 32. Vadinghus, Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1449. §. 51. & Tom. 6. ann. 1469. §. 11. & 52. ex Mariano. Paocirola, in Thesauro, vrbis Romæ, Regione 8. Eccles. 12.

B. Angela - Margarita Seraphina. h] Huius famulæ altissimi Dei, & humilis. D. Francisci secta- §. 8.
tricis veræ: eximias virtutes ac præclara merita graphicè quidem, sed sincerè, copiosèque describunt Ioannes Paulus, Fons; Michael Torbani; ex quibus discimus istam Christi sponsam, purissimum spiritum emisse, ann. 1628. Barcinone in Catalonia.

OCTAVO CALENDAS IANVARII.

NATALIS Sanctæ[a] Anastasiæ, quæ tempore Diocletiani, primò diram, & immitem custodiam à viro suo Publio perpessa est, in qua tamen à Beato Chrysogono, confessore Christi, multùm consolata & confortata fuit: deindè à Floro præfecto Illyrici diutina custodia macerata, ad vltimum manibus & pedibus extensis, ligata est ad palos, & circa eam ignis accensus, in quo Martyrium consummauit in insula Palmaria, ad quam cum ducentis viris, & septuaginta fœminis, deportata fuerat, qui variis interfectionibus, Martyrium celebrarunt. Romæ in cœmeterio Aproniani, sanctæ[b] Eugeniæ, Virginis: quæ tempore Gallieni Imperatoris, post plurima virtutum insignia, post sacros virginum choros Christo aggregatos, sub Nicetio vrbis Præfecto, diu agonisans, nouissimè gladio iugulata est. In Iudæa, sanctæ[c] Charitatis, Abbatissæ. Martianis, in Territorio Attrebatensi Transitus Beatæ[d] Adalsendis, virginis, filiæ sanctæ Ritrudis. Apud Auennacum Monasterium, Diœcesis Catalaunensis, sanctæ[e] Flotildæ, Virginis, Benedictinæ; quæ admirandis virtutibus, & Spiritu Prophetico emicuit. In Hannonia, Monasterio Spinosi loci, Beatæ[f] Luciæ, Priorissæ, Cistertiensis Ordinis, multarum prærogatiua meritorum, ac miraculis insignis. Senis in Tuscia, [g] Beatæ Neræ Ptolomei, Virginis Tertiariæ Dominicanæ; mirabili vitæ sanctitate, oratione extatica, Spiritu Prophetico, aliisque charismatibus celebris. Fulginij, in valle Spoletana, Beatæ[h] Angelinæ Corbaræ de Termis, Virginis; quæ cùm Illustrissima esset exorta prosapia, sæculo renuntians, ac diuitiarum iactantia, opibusque contemptis, Tertiariarum Franciscanarum habitum, orbata marito, suscepit, & prima omnium tria vota Monastica professa, Tertiariarum Religioni dedit initium; cuius sanctitatem, miraculis in vita & post obitum Deus illustrauit. In Ethruria: Beatæ[i] Anonymæ, Virginis Clarissæ: quæ ingenti animi contentione mundum delusit, ac cœlestia capessiuit.

DECEMBRIS. XXV.

§ 1. *Sancta Anastasia, Martyr. a*] Hæc mulierum pulcherrima, inclytæ quidem vrbis Romæ erat nata, generis autem splendore, & corporis pulchritudine: animæ nobilitate & morum honestate ac moderatione omnes vincebat, labrisque omnium canebatur: cuius pater *Prætextatus*, paganus: mater verò *Fausta*, Christiana, à qua ad S. Chrysogonum, virum religiosum postea martyrem, adducta, in Diuinis rebus fuit instituta, & litteris Sacris erudita: Fidem tamen in Christum à pia matre accepit. Nupta publio, viro à Christiana religione alieno, lecti consuetudinem, morbo simulato, declinauit: cultum adhibuit modestum ac tenuem, fœminis egentibus familiarissimam semper se exhibuit. Clam Christi Martyres in vinculis curabat, sordes abluebat, vulnera oleo fouebat, saniem expressa abstergebat, alimenta suppeditabat, crines tondebat, &c. (vnde *Medicatrix* extitit cognominata) voica ancilla pedissequa contenta ad ministerium. Ac primùm à viro Publio cùm hæc resciisset, custodes adhibentur Anastasiæ, qui non sinebant eam domo egredi, neque vllum ad eam ingredi. Quare sic detenta velut carcere, scripsit ad S. Chrysonum, qui eam mox est per litteras consolatus, Interim marito tempestatis fluctibus in mari oppresso, secura metus, opes suas pauperibus clargitur, deinceps liberiùs Martyrum curæ inuigilauit, occisosque extulit & honesta sepultura tumulauit; multos autem ad Martyrij certamen cohortata, à multis Prætoribus ad cædem est quæsita, atque Martyrio coronata. Appollonia autem quædam mulier genere insignis, precata Præfecti vxorem, accepit sacrum corpus eius: & cùm ipsum præclarè, & vt oportebat, honorasset, deposuit in horto domus suæ. Postea quoque templum excitauit Martyri præclarum atque magnificum, & anniuersarium ei festum celebrat. Constat autem illud sacrum corpus, Romam allatum ex insula Palmaria, in propria Ecclesia, Titulo Cardinalatus, illustri, adhuc honorificè perseuerat, Deindè, post annos multos nonnullæ sacræ ipsius Reliquiæ Constantinopolim translatæ sunt, & in magnifica Basilica repositæ: celebratur illius memoria in templo ipsius ad Domnini rostra sito, dedicato. ann. 459. De ea Græci, ad. 22. decemb. in Menologio. At Beda, Viuardus. Ado, Martyrologium Romanum, hac die. 25. Baronius, ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi, 300. & 303. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrologium Romanum,

verb.

verb. *Palmaria*. Metaphrastes, Monbritius. De voragine, Surius. Lippelous, Ribadeneyra. Dobletus, Haræus, Vicelius, &c. Ead die, Vincentius Beluacens. lib. 12. Specul. Historial. cap. 57. & Seq. D. Antoninus part. 1. Chronic. Titul. 8. cap. 1. § 14. Petrus de Natalibus. lib. 2. Catalogo, sanctor. cap. 2. Bergomas de claris mulieribus cap. 11. & lib. 8. supplement. Chronic. ad ann Christi. 305. Pancirola, in Thesauro vrbis Romæ. Regione. 9. Ecclesia. 55. Possiuinus, in Apparatu sacro. Raphael Volaterranus, in Antropologia. Schedel sexta mundi ætate fol. 123. Decretus, part. 5. veræ viduæ. Nicephorus, lib. 7. Histor. Ecclef. cap. 14. & lib. 15. cap. 12. Molanus, in Annotatiob. ad Vsuard. Radeus part. 1. Viridarij sanctor. Acta. S. Chrysogoni Martyr. 24 Nouemb. apud Surium & Ludouicus Iacob. Carmelita, in Bibliotheca illustrium fœminar. quæ scriptis claruerunt. MS. cum aliis ab ipso citatis corporis pars. S. Anastasiæ Pisis colitur iuxta Ferrarium sup. itemque Villæ vitiosæ, in Lusitania, vt vult Cardosus in Agiolog. Lusitan. 16 Februar. & in commentario ad illud. nec non Troiæ in Apulia. ex Ferrario. de SS. Italiæ.

§ 2. *S. Eugenia, Virg. Martyr. b*] Philippi, Illustrissimi Romani, & Egypti in Alexandria, pro Commodo Imperatore, præfecti, & Claudiæ filia extitit: quæ à patre litteris imbuta, & iam Latino, quàm Græco eloquio perfectissimè instructa, etiam philosophiam apprimè calluit. Erat enim acris ingenij, & tam memoriæ capax, vt quidquid audiendo semel, vel legendo potuisset arripere, perpetuò retineret. Erat prætereà, pulchra facie, & eleganti corpore, sed pulchrior mente, & formosior castitate. Igitur cùm 15. ætatis suæ ann. ab Aquilio. Aquilij Consulis filio, peteretur sponsa ann. Christi. 188. illius, aliorumque audacter respuit coniugium; porrò, lectione sanctorum librorum commota, credit in Christum, exindèque Philosophorum dogmata contemnit ac confutat: tum è domo parentum, incognita, clam elapsa, fugam, sub virili habitu, init, venitque ad Monasterium S. Heleni, vbi a aptissata. & detonsa, monasticum induit habitum, propè Alexandriam: tantoque sanctitatis fulgore, & virtutum exercitio, nitere cœpit, vt postea Archimandrita defuncto. in eius locum præfecta sit Abbas & superior virorum, vir ipsa credita. Quo in munere, tot admirandis sanctimoniæ, prudentia, & humilitatis exemplis: inter suos claruit, & tanta curationis gratiæ luxit, vt extemplò, quotquot ægrotos inuiseret, in pristinam assereret sanitatem: Dæmoniacis libertatem, & cæcis visum, exhiberet, sed inuidia lubricitatis, à petulanti fœmina, illam virum æstimante, falsò accusata; & detecta; patrem & matrem conuertit ad Christum: quiquidem pater postea Martyrio coronatus est. 15. Septemb. Quo expleto Romam cum matre Claudia reuertitur, vbi & ipsa. S. Eugenia; sanguine fuso. palmam obtinuit Martyrij. De ea Agunt Græci in Menologio, pridie huius diei. Gallesinius, in Martyrologio, & Ferrarius, in Catalogo generali sanctor. At Beda, Vsuardus, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, 25. Baronius, ibid in notis, & Tom. 2. Annal. Ecclef. ad ann. 188. & 204. Alcimus Auitus, Viennens. Archiepiscopus. lib 6. cap. 10. Carmin. ad Fuscinam sororem de laude castitatis. Fortunatus. lib. 8. Carmin. cap. 4. de Gaudio & spe vitæ æternæ Aldelelmus. lib. de Laudibus virginitatis, Metaphrastes, Lipomanus, Surius, Lippelous, Fuderetus, Renatus Benedictinus & c. In vita eius, Rosvveydus, ibid. lib. 1. Vitar. patrum. in notis, Vincentius Beluac. lib. 10. sup. cap. 115. & seq. & lib. 11. cap. 3. 4., 76. & 77. D. Antoninus. sup. Titul. 7. cap. 6. §. 12. Petrus de Natalibus cap. 5. sup. Bergomas cap. 90. sup. & lib. 8. sup. ad ann. Christi. 256. Gallonius de Virgin. Romanis. Ferrarius, in SS. Italiæ. Bidermanus lib. 2. Epigrammat. Ludouicus Iacob. in Bibliotheca illustr. Fœminar. Antonius Alegre in paradiso Carmelitici decoris Statu. 2. ætat. 4. post Christum, cap 36. Fulgosus lib. 6. Memorabil. cap. 1. Bosius. Tom. 2. de signis Ecclef. lib. 15. Pancirola in Thesauro vrbis Romæ Regione. 3. Ecclesia. 5 vbi Iacet corpus eius. Schedel sexta mundi ætate fol. 116.

§. 3. *S. Charnatis, Abbatiss. c*] Illius meminerunt Canisius, in Martyrologio, & Ferrarius, in Catalogo generali sanctor. hac die.

§. 4. *B. Adalsendis, Virg. d*] Cùm sæculi iam fucatam aspernaretur gloriam, Christumque ardentissimo amore prosequeretur. cuius se perenni obsequio dedicauerat. immatura morte præcepta est ad gloriam æternam: matremque S. Rictrudem morte sua præuenit circa ann. 680. ha die, vti scribit Hugbaldus, Monachus Elnonensis, in vita S. Rictrudis 12. Maij apud Surium cap. 12. Wion, in Martyrologio Benedictino, & Ferrarius. eadem die. sup. Molanus, in indiculo. SS. Belgij. Buzelinus lib. 1, Gallo. Flandriæ, cap. 41. Saussayus, In Martyrologio Gallicano, hac die.

§. 5. *S. Florida, Virg. e*] Ex Lauenns pago Remensis Territorij erat oriunda, paupercula censu, at puritate cornis, & mentis deuotione, charitateque locupletissima: quæ ex Diuina reuelatione, facta, in Auennaco Monasterio religiosa, Deo ita placuit, vt ad contemplationes cœlestes euecta, admirandis visionibus honorata, etiam prophetiæ dono illustrata; consummata autem in omni Innocentia & pietate, fœlicem animam emiserit: ann. 942: cuius sacrum corpus apud. S. Lambertum humatum, insignia plurima ediderit Diuinæ virtutis: ita Saussayus, sup. & Menardus, in Martyrologio Benedictino; hac die, & lib. 2. obseruationem ad illud, ex Flodoardo, in Chronico, ad ann. 940. & 945. ad cuius calcem Reuelationes Ipsius B. Flotildis appositæ sunt à Pithœo.

§. 6. *B. Lucia, Priorissa. f*] Plures de ea scripserunt: Nicolaus à Gnysia, in Historia Montis Hannoniæ cap. 40. Ioannes de Assignyo, in vita S. Arnoldi Villariens. Henriquez in menologio Cisterciensi, & Saussayus. in Martyrologio Gallicano, hac die.

§. 7. *B. Nera, Virgin. g*] Piis honestisque parentibus Senis nascitur, ann. Christi. 1230. infans à lacte auulsa, & Maior effecta, in omni pietate ac virtute est educata: atque intra Monasterium S. Prosperi collocata: vbi omnes illas sanctimoniales prouectioria ætatis atque sanctitatis, ieiunandi, vigilandi, contemplationis, sensuum & corporis, & in summa omnium virtutum studio, si non anteibat, æquabat. At ex paradiso illo deliciarum spiritualium, astu quodam parentum educta, Mœrori & lachrymis perpetuis se dedit. A concione autem B. Ambrosij Sansedonij, in qua Spiritum sanctum columbæ specie illi assidentem aspexit, in amorem cœlestium longè ardentius inflammata, tyrociniis se hactenus insistere existimans, ad perfectionem Majorem gradum fecit: perpetua virginitate ante imaginem crucifixi, Christo deuota. Nesciebant parentes, & matrimonio coniungere conabantur; reluctantem in subterraneam cameram carceris loco conjecerunt; dataque

ei ad custodiam petulantiore quadam ancilla, fame, siti, pædore, afflixerunt, iniuriisque variis vexantes, Tolerabat fortiter Nera eas afflictiones, non semel à sponso Iesu, & Angelis apparentibus recreata. Ex quorum visitatione, cùm semel & iterum, ancilla illa adolescentem suspicata, eam criminis & simulatæ sanctitatis accusasset, flagris & contumeliis est affecta: sed dùm se illam deprehendere contendunt, vident. B. Neram lumine cœlesti circundatam, odore suauissimo fragantem, in extasim raptam, & à terra altitudine eleuatam. Procacior Ancilla, cùm magicis artibus id tribueret, maligno spiritu mox possessa, liberari non potuit, donec. B. Nera orasset, & signum crucis illi impressisset: Tunc, veritate detecta, B. Nera hinc educitur: & S. Dominici habitum Tertiariarium ea manu. B. Ambrosij præfati suscepit. ieiuniis, cilicio, ac disciplinis cruentis corpus edomabat; orationi, meditationi, missis audiendis, & seruitio infirmorum perpetuò vacabat. Humi cubabat: extases patiebatur & raptus; intima cordium cognouit, Spiritu Prophetico multa prædixit: ac miraculis quamplurimis illustrata fuit: hac die, Spiritum Deo reddidit: cuius corpus admirandum exhalauit odorem: Vide Seraphinum Razzium. part. 1. Vitar. SS. ac B. Ordin Prædicat. Ioannem à sancta Maria, ibid. lib. 3. Bzouium. Tom. 13 Annal. Ecclesi. ad ann. Christi. 1287. §. 10. quo obiit. Gregorium Lomardelli, in vita eius. Michael. pium Tom. 1. Viror. Illustr. Ordin. Prædicat. lib. 1. & Tom. 1. in progenie. S. Dominici.

B. Anonyma, Virg. h] Tanto Spiritus feruore in-
§. 8. censa fuit: vt sub forma adolescentis, religionem Seraphicam intrauerit, professionemque emiserit. in Conuentu Capriolæ, prope Senas in Tuscia: at postea agnita, indè educta est. & in proximum Monasterium Translata, vbi vitæ sanctitate emicuit. memoratur in Martyrologio Franciscano. hac die, Annotationibus ad illud. Marco Vlyssiponensi. part 3. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 7. & Vvadingho. Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. Christi. 1399. §. 66.

B. Angelinæ, Virg. i] Cùm hæc sacra Tertiariarum societas Franciscanarum in dies magis magisque §. 9.
excresceret, meliusque audiret, illustrissima simul atque pientissima Angelina Corbara à Termis, Ciuitellæ apud Aprutios Comitissa; collecta bona nobilium iuuencularum manu, Fulginij, in Vmbria, Monasterium sub Titulo. S. Annæ sibi construxit, ann. 1397. & illud cum sociis ingressa, tribus religionis votis, Castitatis, scilicet, obedientiæ, atque paupertatis, emissis, ibidem in ieiuniis, orationibus, & aliis pœnitentiæ exercitiis intenta, ad mortem vsque sanctissimè perseuerauit: cuius exemplo, quamplurimæ aliæ virgines permotæ, collatis in medium propris facultatibus, octo Monasteria, in quibus, sub habitu, atque legibus tertij Ordinis, Seraphici patris. S. Francisci, conuiuerent, in diuersis Italiæ partibus, post breuissimi temporis spatium, ædificari curarunt: Ab his sacra Tertiariorum Religio initium sumpsit; quam Martinus, 5. & Eugenius, 4. Pont. Max. statutis, atque Apostolicis concessionibus honestarunt. Porrò Egregia ipsius, B. Angelinæ opera, virtutes, ac miracula, tum in vita, tum post obitum recensent, Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Marcus Vlyssiponens. lib. 1. sup. cap. 39. & lib. 3. cap. 1. Marianus, lib. 5. cap. 14. Gonzaga, part. 1. Orig. Seraphic. Religion. vbi de Tertij Ordin. Minor. Exordio & part. 2. in Monasterio. S. Annæ Fulginij, quod est 10. Prouinciæ. S. Francisci. Barrezus, part. 4. Chronic. Minor lib. 2. cap. 14. Iacobillus de SS. Fulginatibus in vita B. Margaritæ Sulmonens. 5. Septemb. Valerius. lib. 4. de SS Fœminis. Ordin. Minor. cap. 17. & lib. 1. cap. 32. Algezira, in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciscani De Sillis. in cap. 1. Regul. Tertiarior. Minor. Vghellus, Tom. 1. Italiæ sacræ in Episcopo 34. Fuginat. Vvadinghus, Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. Christi. 1397. §. 3. quo cœlo nascitur, & an. 1392. §. 7 & seq. item. Tom. 5. ad ann. 1415. §. 24. ann. 1418. §. 17. ann. 1435. §. 18. & seq. ann. 1439. §. 76. & ann. 1449. §. 51.

SEPTIMO CALENDAS IANVARII.

SPOLETI in Vmbria, sanctæ Abundantiæ, [a] Matronæ: quæ funus sancti Gregorij, Spoletani presbyteri & Martyris, curauit: cuius festum Decimo nono Ianuarij potissimùm recolitur. Apud Vviibium Angliæ Monasterium, sanctæ Ethelfredæ, [b] Virginis Benedictinæ, sororis sanctæ Elfledæ, Virginis. Venetiis, Beatæ [c] Fœlicis, Veronensis, Virginis Clarissæ, Abbatissæ: quæ zelo Monasticæ obseruantiæ plena, cæteris, perfectionis specimen extitit, & Norma virtutis. In Gallia, sanctæ [d] Galsandæ, Reginæ, Chilperici, Francorum Regis vxoris: cuius sanctitatem, Deus Signis admirandis ostendit. In Tuscia ad Carsulanum Suinates, propè Aquam-spartam, Beatarum Helenæ [e] & Floræ, tertij Ordinis Seruitarum: quæ fructus dignos pœnitentiæ facientes, prioris vitæ maculas diluerunt, & gratiam & gloriam à Domino obtinuerunt.

DECEMBRIS XXVI.

§. 1. *Sanctæ Abundantiæ, Matronæ. a*] Decia Canisius, in Martyrologio, Ferrarius, de SS Italiæ; & in Catalogo generali sanctor. hac die, At in Tabulis Ecclesiæ Spoletanæ, vbi corpus, & Acta MSS. asseruantur 19. Ianuarij sup. ob intercurrentia festa, in cum diem eius celebritas est translata: Porro Acta ipsius S. Gregorij Spoletani presbyteri & Martyris, apud Surium. 14. Decemb. hæc de ea referunt:

Corpus

[illegible] verò B. G[illegible] iacebat in medio Amphitheatro. [illegible] autem quæ[illegible] mulier Christiana, Abundantia, [illegible]. Ea accedens ad T[illegible], petiit corpus, B. [illegible] vt [illegible] colligeret de medio Amphitheatri: [illegible] dixit: Da mihi aureos [illegible] quinque, & [illegible] corpus. Abundantia dixit: Quod iubes libenter dabo [illegible], ut celeriter mihi corpus detur. T[illegible] dixit, Affer mihi quod dixi & tolle corpus. [illegible] numeratis [illegible] aureos [illegible] quinque, accepit corpus gaudens, & benedicens Deo, sic que dicens: Benedictus Dominus, qui non amouit deprecationem meam, [illegible] à me. Et [illegible] illud conditum [illegible] & aromatibus [illegible], & posuit [illegible] pontem lapideum, [illegible] qui Sanguinarium appellatur, prope muros ciuitatis. Nono calend. Ianuarii, cum hymnis & canticis, ita dicens: mirabilis Deus in sanctis. &c.

S. Ethe[illegible]eda, virg. b] Meminerunt de ea Polydorus, lib. 4. Histor. Anglor. Vvion. lib. 4. Ligni [illegible] cap. 28. Martyrologium Anglicum, Ferrarius [illegible] hac die.

B. Falicis virg. Abbat. c] Virgo fuit religiosissima, & [illegible]: quæ è Monasterio Mantuano, [illegible] cum aliis Sodalibus venit Taruisium, vt Monasterium *de Cella*, [illegible]formaret; vnde [illegible] ad rectam viuendi normam [illegible]. Exinde post biennium euocata, authoritate [illegible] 4. ad Monasterium Venetum. S. [illegible] de M[illegible]iano transfertur; [illegible] ordine [illegible]nedictino & [illegible] per [illegible] alia loca sororibus [illegible], ibi [illegible] S. Claræ instituerentur quod [illegible], tamque [illegible] virtutis Magisterio primas instruxit discipulas, vt [illegible] temporis spatio, intra præcipua vrbis Monasteria potuerit referri. De ea Martyrologium Francican. hac die, Annotationes ad illud. Gonzaga part. 2 Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio 4. Prouinciæ S. Antonij, Vvadinghus. Tom. 5. Annal. minor. ad an. Christi. 1459. §. 72.

S. Galsundæ. Reginæ d] Variè nominatur, *Galsorta, Gelsuintha & Gelesuinta, Glassunita, Chilsuinta, Galsuintha* Chilpericus. 1. Rex Franc. æmulatus fratrem suum Sigebertum Regem, cùm iam plures vxores haberet, Brunichildis, vxoris ipsius Sigeberti, sororem natu majorem, G[illegible]lontam nomine, per Legatos, ab Athanagildo Hispaniæ Rege patre eius, expetiit: promittens se alias vxores relicturum, tantum condignam sibi, regnisque prolem mereretur accipere. cuius verbis annuens Athanagildus, filiam [illegible] cum [illegible] direxit. Quæ cum ad Chilpericum Regem venisset, cum grandi honore [illegible] coniugio à quo etiam magno amore diligebatur. Detulerat enim magnos thesauros: sed per amorem Fred[illegible]undis quam prius habuerat, ortum est inter eos magnum scandalum. Iam enim in lege Catholica conuersa fuerat, & Chrismata magnæ sanctitatis effecta est fœmina: Per odium autem præfatæ Fredegundis, [illegible]ssimæ côcubinæ iurgium exortum est haud modicú. nec [illegible] labat Fredegundes Gal[illegible]ondam contumeliis afficere. Cùmque [illegible] Regi quereretur iniurias assiduè ab ea perferre, petiit à Rege, vt relictis the[illegible] quos secum de Hispania attulerat liberam se dimitteret redire in patriam: sed ille per ingenia dissimulans, eam verbis mollibus blandiebatur: per consilium itaque Fredegundis, immisso puero, eam strangulauit in lecto sito, post cuius obitum, Deus magnas virtutes ostendit. Inter quas magnum illud refertur miraculum: de vase vitreo, fune suspenso, ante eius sepulchrum, in quo oleum accendebatur: in terram decidente, nec colliso, vel fracto, fugiente eum duritia pauimenti, ac si in modium farinæ, fuisset defixum, permansit integrum & sanum, qua de re. D. Gregorius Turonens. lib. 4. Histor. Franc. cap. 27. Aimonius ibid. lib. . cap. 5 Ado Viennensis, in Chronico ætat. 6. Vincentius Beluacens. lib. 21. Specul. Historial. cap. 17. & 118. D Antoninus. part. 1. Chronic. Titul. 12. cap. 6 §. 3. Æmylius. lib. 1. de Rebus Francor. in Clotario. 2. Reg. Tillius, in Chronic. Reg. Franc. ad ann. 569 Bergomas. lib. 10. Supplement. Chronic. ad an. Christi. 546. in Chilperico Rege Franc. Raphael Volaterranus. [illegible]

BB. Helenæ &c e] Cum B. Philippus Florentinus, Seruita, [illegible]dertum pergeret propéque iam adesset, ecce duas meretrices *Helenam & Floram*, per cliuum montis vltro sibi, & sociis occurrentes, [illegible] ardentissimis monitionibus adeò flectit, vt statim ad agendam pœnitentiam conuerterentur; & non solùm à turpissima ea lue de cætero abstinere pollicerentur, sed etiam se Diuino suffragante auxilio peccatricem. S. Magdalenam perpetuis pœnitentiæ lachrymis, imitari proponerent. Quamobrem sanctissimi viri suasu, in perpetuam clausuram, ad Carsularum Suinates, propè Aquam-Spartam, ad pœnitentiam agendam se recipiunt ann. 1285 sumpto Tertij Ordinis Seruitarum habitu; quo tandem loco (ubi nunc etiam viget Monasterium. S. Catharinæ einsd. Ordin.) post diuturnas corporis castigationes, non modò veniam, sed & gratiam & gloriam, inter Beatas relatæ meruisse traduntur. Ita Michael Poccíantius, in Chronic. Seruitar. Thadæus Adamarius in vita. B. Philippi. [illegible]mon à Castellaccio, in Chronic. MS. & Archangelus Gianius part. 1. Annal. Seruitar. Centur. 1. lib. 4. cap. 15. & Centur. 2 lib. 5. cap. 13.

SEXTO CALENDAS IANVARII.

IN Anglia, Beatæ [a] Margaritæ Polæ, Comitissæ illustrissimæ, quæ ab hæreticis, ob religionis Catholicæ defensionem, securi percussa, glorioso Martyrio est decorata. Constantinopoli, sanctæ [b] Niceratæ virginis; quæ sub Arcadio Imperatore, eximia vitæ sanctitate floruit. Apud Monasterium Tues, Constantiensis Diœcesis, Beatæ [c] Anonymæ, virginis, meritis ac virtutibus insignis. Ilturgi in Territorio Giennensi, Beatæ [d] Magdalenæ à Cruce, virginis, Clarissæ, pietate & humilitate conspicuæ. Romæ, sanctæ [e] Fabiolæ, Matronæ

optimæ, fide ac Religione celebris ; cuius laudes sanctus Hieronymus egregie conscripsit. Soncini in Dominio Veneto, Beatæ [f] Priscillæ, Tertianæ Dominicanæ : quæ orationi & mortificationi intenta, transiuit ad Christum.

DECEMBRIS XXVIII.

§. 1. *Beata Margarita, Martyr.* [a]] Hæc illustris Heroina Comitissa, mater erat Reginaldi Poli, Cardinalis : vxor Richardi Poli, Henrici. 8. Regis Angliæ, fratris consobrini, Filia verò Georgij Clarentiensis Ducis ; scribunt de ea Bosius de signis Ecclesiæ Dei. Tom. 1. lib. 22. cap. 22. Arnoldus Hauensis, in Speculo hæreticæ crudelitatis. cap. 24.

§. 2. *S. Nicerata, virg.* [b]] Ipsa est, quæ S. Ioanni Chrysostomo, stomachi morbo laboranti subuenit, & salubre parauit antidotum, (pro vt scribit Epistol. 4. ad Olympiadem) fuerat etenim medicæ artis perita: sed præstat Nicephorum Calixtum lib. 13 Histor. Eccles. cap. 25. audire sic loquentem. *Erant autem alia quoque plures eodem cursu cum illa concertantes, eademque erga magnum patrem charitate flagrantes: quarum vna bona admodum fuit, Nicareta Bithyna, nobilibus maximè parentibus apud Nicomedienses orta. Genus ei præclarum erat ; perpetua verò virginitate, & reliqua vita virtute valde celebris fuit. Fastu prorsus caruit, humilitate inter eas, quæ idem studium sequebantur, præcipuè insignis. Ordinem in moribus, sermone & vita, quotidiana seruauit : res humanas ad mortem vsque Diuinis post habuit. Ad fortitudinem quoque composita fuit, & rerum difficultates facilimè pertulit. Et quòd diuitiæ multæ ei ablatæ essent, non ægrè id tulit, atque eo quòd ei ex illis reliquum fuit exiguum admodum, optimè dispensando, ad necessitatem est vsa : cùm quidem ad multam peruenerit senectutem, aliisque etiam liberaliter impertierit. Et quum mundiciæ studiosa esset, remedia etiam egregia promptitudine condidit, ad variorum morborum vsum commoda, quæ plurimis ægrotis dedit : quibus nil opus & adiumentis à consuetis medicis erat. Diuiniore enim quodam, nutu quascumque aggrederetur, finem bonum illa capiebant. Atque vt in summa dicam, in fœminis quæcumque apud laudata fuere, non aliam repertè fuit, moribus, sanctitate, & virtutibus, vel quis præstantiorem. Et talis quum esset, perpaucis tamen nota fuit. Propter morum namque modestiam, & mediocritatis studium, vt lateret, potissimum operam dedit, adeo, vt neque Diaconissæ honorem suscipere, ne ne Sacrarum virginum cœtui præesse voluerit, quamuis ad id Ioannes Patriarcha eam sæpè cohortatus sit, & excitarit. Talis quoque suo ipsius respondens nomini Nicareta fuit.* Hanc sibi cognitam Sozomenus Constantinopoli, quoque, cum plurimis aliis in voluntarium exilium discessisse scribit lib. 8. cap. 23. De ea Martyrologium Romanum. hac die, Baronius ibid in notis. Molanus in Appendice ad Vsuard. Ferrarius in Noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Constantinopolis. Nicareta* etiam dicitur.

§. 3. *B. Antonina, virg.* [c]] Fuit virgo simplex & recta ac timens Deum, Zelatrixque suæ religionis ; Sacristiæ præerat, & sacris vestibus pro officio Ecclesiæ, et ad honorem sanctorum, qui sunt in patria, multo tempore deuotè obsecuta fuerat quæ cùm iam propectæ esset ætatis, peste, qua Monasterium laborabat, & ipsa infecta est. Quare piè Ecclesiasticis susceptis Sacramentis, adfuerunt sancti Angeli, quorum cantus auditi sunt ab aliis sororibus, itaque anima illius. B. Virginis, in magna alacritate corpusculum reliquit proprium, & ad cœlos euolauit, non sine ingenti adstantium admiratione, iuxta Ioann. Nyder. lib. 1. Formicarij. cap. 2. florebat circa ann. 1420.

B. Magdalena, virg. [d]] Falsis visionibus aliquando decepta, vel imaginaria sanctitate insolescens, è Monasterio. S. Elisabeth Cordubensi ad istud. S Agnetis, intra muros vrbis Illiturgensis (quod est 5. Prouinciæ Granatens) translata : in en annis. 24 dignos fecit fructus pœnitentiæ, & dolosum vitæ genus, vera pietate, & insigni humilitate compensauit. Obiit, hac die, ann. 1560. vide Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud, Wadinghom. Tom. 5. Annal. Minor. ad ann. Christi. 143 . . 53. ex monimentis MSS. illius loci §. 4.

S Fabiola, Matrona. [e]] Fœlix mulier, quæ talem ac tantum laudum suarum præconem habuerit. Dico S. Hieronymum Epistol. 30. ad Oceanum, qui initio sui sermonis, eam vocat. Laudem Christianorum, miraculorum gentilium, luctum pauperum, solatium Monachorum. Augusta misericordiæ eius Roma fuit. Hierosolymam vadit, à qua tamen timore Hunnorum Syriam grassantium recedit, ac Romam reuersa, illic Hospitale ægrotantium condidit, quibus & ministrabat, & inuisebat & alebat Monachos : studio lectioneque lætabatur, solitudinis amans, mortis semper memor fuit · quis pœnitentiam, lachrymasque eius referre valeret ? Dormiuit tandem in Christo, & deposita corporis sarcina, leuior volauit ad cœlum : ad cuius exequias, est totius vrbis concursus cum hymnis & laudibus sepulta, anno Christi. 40 Matrona sanè spectatæ egregiæque sanctitudinis, & generis claritudine celebris. De qua Molanus in Appendice ad Molanum Canisius, in suo Martyrologio Ferrarius in Catalogo generali sanctorum hac die, Baronius. Tom. 4. ad ann. 390 §. 33. Tom. 5. Annal. Eccles. ad ann. Christi. 99 §. 3. & ann. 4 . §. 36. Bergomas de claris mulieribus. cap. 127. Rosvveydus. lib. 1. Vitar. patrum, in notis ad vitam eius, Antonius Allegre in Paradiso Carmelitici Decoris, Statu. 1. ætat. 5. post Christum. cap. 53. Pancirola, in Thesauro vrbis Romæ. Regione. 2. Ecclesia. 1. Dandelyus, in vita eius & Ferrarius in SS. Italiæ. §. 5.

B. Priscillæ, Tertiariæ [f]] Socia & imitatrix fuit B Stephanæ à Soncino, cui, & post illius obitum §. 6. omnium consensu sororum, successit in regimine Domus, ob ius egregias animi dotes ac virtutes quibus mirabiliter resplendebat ; à præfata Beata Stephana visitata & inuitata ad gloriam, transiuit ex hoc mundo. Vide Ioannem à sancta Maria. par Vitar. SS. ac BB. Ordin Prædicat. lib. 3.

QVINTO CALENDAS IANVARII.

NICOMEDIÆ Natalis sanctarum [a] Domnæ, Agapis & Theophylæ, virginum: quæ in persecutione Diocletiani, post longa certamina, diuerso mortis genere, Coronam Martyrii sunt assecutæ. Apud Monasteriolum, Ordinis Cistertiensis, in agro Laudunensi, Depositio Beatæ [b] Margaritæ, Virginis, quæ egregiis virtutibus floruit. Apud Atestum, in Gemmula Monasterio, Diœcesis Patauinæ, Beata Beatricis, [c] Virginis, Benedictinæ: generis nobilitate, & vir utum splendore, mirificè conspicuæ. Apud Calabazanos oppidum in Territorio Palentino Beatæ Annæ [d] ab Heredia, Virginis, Clarissæ, dono orationis insignis. In Lusitania, Beatæ [e] Violantiæ à Cruce, Ordinis Cistertiensis conuersæ, admirandæ simplicitatis, humilitatis, ac charitatis.

DECEMBRIS XXVIII.

§. 1. SS. *Domna*, &c. *Virg. Martyr. a*] Hæc virgo, pulchra admodum gloriaque insignis, in Regia Maximiani Imperatoris educta, & Sacrorum Impiorum Antistita, ab ipso Imperatore designata; pertæsa profanas impietatis inanium deorum cæremonias, in audita de casta Christi disciplina, (legendo S. Pauli Epistolas) quam mox ardenter efflagitauit. Adfuit desiderio eius, senatore nata virgo quædam, Sacris Christianis probè imbuta, quæ illa vnà cum Eunucho Inde, ad S. Cyrillum, Nicomediens. Episcopum adduxit, qui ambos inter candidatos Christianæ Religionis relatos, Diacono admodum religioso instituendos commisit: ac probè iam elementa mysteriorum edoctos, cœlesti fonte tinxit, Christoque initiauit. Erat tum S. Domna, quattuor decennis tantùm, sed animo præmatura, & rerum humanarum contemptrix insignis; eòque profusa in egentes, adeò vt omnes opes, & mundum muliebrem, & magnam etiam partem quottidiani victus in pauperes, per occultos ministros tribueret, ieiunio & orationi interim vacans; cuius alimentum erat panis siccus; aqua, potus. Quod vbi Quæstor & Oeconomus Regiæ, cognouit, flagris in eam animaduerti præcepit; & cùm Christianam didicisset, in caueam coniectam, famis inedia necasset, nisi Angeli ministerio, in carcere, fuisset alimento recreata: Aulæ Magister id expertus, demiratur, & ad blanditias conuersus, illi cœpit lautas mensas apponere, pecunias præbere, & omnia vitæ commoda præstare. Hic verò magis sollicita, ne per luxum & rerum affluentiam, animus iacturam innocentiæ faceret, in ipsa maximè copia cœpit laborare inopia; cùm ipsa sibi mensæ abstinentiam arctiorem indiceret, & epulas ad inopes transmitteret. Tandem etiam verita, ne in aula pudoris adiret periculum, aut per vim etiam defloraretur, magno consilio (ad exemplum Dauidis) amentiam simulauit: cœpitque inconditos edere clamores, iactare brachia, deprauare os, &c. Re ad præsidem, & præfectum Regiæ, absente tunc imperatore; decretum est, vt emissa de custodia, ad Christianos, à quibus curaretur, transmitteretur. Accersitur itaque, S. Anthimus (qui Cyrillo successerat) Nicomediæ Episcopus, eique virgo abducenda, cum eius custode Eunucho, S. Inde, & in cœnobium detrudenda, committitur; Adfuit extemplò S. Anthimus, virginemque coram contemplatus, illicò sensit rem esse virtutis causa simulatam. Et virgo præsulem intuita, ad modestum corporis habitum, se reuocauit: nec vllum prioris infamiæ indicium dedit. Maximianus vbi rei seriem cognouit, S. Domnam inquiri præcepit: quæ sumpto virili habitu latuit in spelæo: quo ad intellexit, S. Indem Eunuchum cum aliis laurcam adeptum, quorum corpora à piscatoribus mirò modo extracta, inuenit, atque veneratione maximè coluit: ac paulo post eodem in loco, orans, reperta ad eorum Tumulum, capite amputato, comburitur: vnà cum BB. Agape, & Theophyla, virginibus. Quidam de eis agunt, die 26. Ianuarij: alij 28. eiusd. mens. vti Molanus, in Additionibus ad Vsuardum. Alij. 26. Decemb. vti Renatus Benedictus, in vita eius, & Vaquerius, in Enchiridio benè morientium, Græci autem in Menologio: Martyrolog. Roman. hac die, 28. Decemb. Baronius ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad ann. Christi. 293. 301. §. 11. & 302. §. 45. Ferrarius, in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Nicomedia*. Nicephorus, lib. 7. Eccles. Histor. cap. 6. Metaphrastes, Lipomanus, Surius, Lippeloos, &c. 26. die, Raderus, part. 2. Viridarij sanctor. cap. 3. Franciscus Arias, de mortificatione. cap. 4. Grisius, de clericis Regularibus Sect. 6. §. 1. & Sect. 10. §. 1.

§. 2. *B. Margarita, Virg. b*] Ex prosapia Anglica oriunda, Hierosolymis nascitur, quò genitrix grauida, religionis ergò peruenerat: obidque Hierosolymitana cognominata: tum etiam, quod inter reliqua eius pietatis opera, quater veneranda terræ sanctæ loca, nudis pedibus adierit, lachrymis rigarit, & religiosis obtutibus perlustrauerit: quæ tandem virginitate sua Christo inter moniales Cistertienses dicata ann. 1192. sanctis operibus, & euidentibus, admirandisque sanctitatis signis illuxit. Obiit circa ann. 1210. cuius vitam carmine decantauit. B. Thomas, Monachus Frigidi montis, eiusdem Christi ancillæ frater Germanus, Franciscus, Biuarius, in Compendio, SS. Ordin. Cistertiens. Henriquez, in menologio Cistertiens. hac die, Manriquez. Tom. 3. Annal. Cistertiens. ad ann. 1174. cap. 3. §. 8. & 9. item ann. 1187. cap. 8. an. 1189. cap. 5. & ann. 1192. cap. 3.

§. 3. *B. Beatricis, Virg. c.*] Azonis, Marchionis Estensis, (demortui ann. 1264.) Soror extitit: quæ cum esset mira pulchritudine corporis & virtute multi-

pliciter decorata, mundum enm sua pompa cootempsit, morralem spoosnm accipere recusauit, ad castos amplexus æterni sponsi, præ filiis homioum speciosi, cupieos peruenire: quare Gemmulam adiens, illic Religionis ioduit habitum: cum quibusdam aliis honestis virginibus, ibique saocta conuersatione Indefinenter permanens, totam Italiam suæ sanctitatis candore illustrauit, illius etenim tam verba quàm facta, spirabant quendam cælestis gratiæ odorem: cùmque dio in Diuinis obsequiis & disciplinis regularibus permansisset: vocata ad cœlum excessit è vita: cuius corpus honorificè tumulatum, magna io veneratione habetur: teste Bzouio. Tom. 13. Annal. Eccles. ad ann. 1264. §. 16. ex aliis.

B. Anna, Virg. d] Religiosissimè Altissimo famulata est, apud Calabazanos, in Monasterio Dominæ nostræ de consolaclone; vbi tanto Spiritus feroore pietati se addixit; vt raptum inter orandum sæpius passa sit. Floruit aon. 1530 illius meminenerunt. Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud, Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in prædicto Monasterio, quod est. 3. Prouin. Conception. in Hispania. barrezzus part. 4. cap. 37. & Wadinghus. Tom. 5. Annal. Minor. ad aon. Christi 1449. §. 54. §. 4.

B. Violantia Conuersa.] Scribunt de ea Henriquez sup. hac die, & Bernardns de Brito. Tom. 1. Chronic. Cistertiens. lib. 6. cap. 37. §. 5.

QVARTO CALENDAS IANVARII.

IN Hybernia, passio Beatæ Eleonoræ [a] Berminghamæ: quæ ob fidei Catholicæ constantiam, ab hæreticis necata, Martyrii lauream est adepta. Metis, in Monasterio sancti Petri, Ordinis Benedictini, sanctæ [b] Vvalburgis, Virginis: quæ iugi Dominicæ passionis memoria, mirificè delectata, per eam ad gaudia peruenit sempiterna. Argensolii in Diœcesi Catalaunensi Beatæ [c] Anonymæ, Abbatissæ Benedictinæ, Diuinis eharismatibus, & scientia sanctorum exornatæ. Pistorii in Tuscia, Beatæ [d] Ioannæ de Magnis, Virginis, Ordinis Seruitarum: quæ virtutum exercitio iugiter intenta, fœliciter migrauit ad astra. Budæ in Pannonia, Beatæ [e] Elisabeth, Polonæ, Vngarorum Reginæ, viduæ, Tertiariæ Franciscanæ; quæ cœlestis vitæ desiderio incensa, proculcatis omnibus, in perfecto Dei famulatu, & sanctis operibus, obdormiens, Beatitudinem consecuta est immortalem.

DECEMBRIS XXIX.

§. 1. BEata Eleonora, Martyr. a] Multæ moriendo generosè Catholicam fidem illnstrarunt Christianæ Amazones, Dublini, Corcagiæ, Limiriei, & cæteris vrbibus, oppidis, ac vicis, per Hyberniam; inter quas emicat hæc piissima Matrona, Catholicorum liberalis receptatrix, quæ suam io Orthodoxa religione firmitatem multis argomentis comprobauit, in conspectn iudicum; coram tribunali proregis, & Ordioum Regni, in carceribus frequenter: vbi demùm io ætate deuexa, glorioso Martyrio occubuit: ano. 1584. Teste Ioanne Molano, Careagicosi, in Epitome. 2. de Martyribus Hyberniæ. sub fin. §. 93.

§. 2. *S. Vvalburgis, Virg. b*] Moriens, Christi crucifixi iosignia quibus dùm viueret, potissimùm glorabatur, suo collo iussit appendi; vt spem, quam in passione saluatoris omnem reposuerat, hoc indicio proderet, hoc fuleimento muniret; ait Saussayus, in Martyrologio Gallicano, hac die, Extitit Ecclesia, S. Vvalburgis, in vicina regione Cluniacensi, in qua miracula fiunt, ob eius Reliquias inibi asseruatas: Teste. S. Odone, Abbate. 21. Cluniacensi. lib. 2. Collation. cap 28.

§. 3. *B. Anonyma, Abbatiss. c*] Floruit in Campania Gallica, circa ann. Christi. 1210. quæ Diuinitus edocta, sacram scriptoram, & Ss. Patres interpretabatur, vidit quandoque Aogelum, qoi gladinm tenens, volebat Blancam Campaoiæ Comitissam, & Monasterij fundatricem, interficere; sed largo lachrymarum profluuio Angelnm impensiùs deprecata est, vt illi parceret: Angelus autem contrà dixit: Hæc non posse fieri, nisi pro Comitissa, animam poneret; quæ cùm annuisset, lecto decumbens, fœliciter obiit, abiitque in cœlum. Qua de re, vide B. Thomam Cantipratanum. lib. 2. Apum. cap. 40. §. 32. & cap. 46. §. 5. & 6. ac. Menardum, in Appendice. 2. ad Martyrologium Benedictinom.

B. Ioanna, Virg d] Pistoriensis, virgo erat; quæ §. 4.
inter Mantellatas sorores, huiusce Ordiois, olim à B. Philippo Florentino conscripta; vita & virtutibus, ac sanctimoniæ laude, adhuc florebat, ann. 1319. *Ioanna*, ceu *Giana*, vocata, iuxta Archangelum Gianium, part. 1. Annal. Seruitar. Centuria. 1. lib. 7. cap. 6. ex Historia B. Philippi. lib. 5. in vita B. Bonaoenturæ eiusd. Ordin.

B. Elisabeth vidua, Regina e] Casimiri Regis §. 5.
Poloniæ soror extitit; quæ Carolo Hungariæ Rege mortuo, eius marito, se totam pietatis operibus, & Tertio Ordin. S. Francisci addixit, ann. 1341. eius pietatem & sanctitatem multi deprædicant, nimirum. eam nullo tempore à virtutibns insectandis destitisse; pauperibus & egenis, snis maoibos largans distribuisse eleemosynas; &c. vt pote, fœminarnm pientissimam, Matronarum decus vnicum, prudentiæ ac sanctitatis exemplar: quæ præter alia Minoritis extructa Domicilia, Budæ insigne Clarissarum Monasterium condidit, in qoo magnifico conditur sepulchro: vbi sanctè obiit, hac die, Octogenaria

miraculis

miraculis Clara. ann. 1381. Agunt de ea Martyrologium Franciscan. ead. die. Annotationes ad illud. Pisanus. conformitat. lib. 1. fruct. 8. part. 2. & fruct. 11. part. 2. Michouius lib. 4. Histor. Polon. cap. 30. & 31. Simon de Kesa. ibid. Bzouius. Tom. 14. Annal. Ecclesi. ad ann. 1378 §. 4. Wadinghus. Tom. 3. Annal. Minor. ad ann. Christi. 1342. §. 15. & 16. Item. Tom. 4. ad an. 1378. §. 11. & 13. an. 1381. §. 3.

TERTIO CALENDAS IANVARII.

TESSALONICÆ, sanctæ [a] Anysiæ, Virginis, & Martyris, in persecutione eiusdem Imperatoris. Assisij in Vmbria, Natalis sanctæ [b] Anonymæ, Martyris, vxotis Beati Venustiani, Præsidis sub maximiano Imperatore; quæ simul cum viro, & filiis, gladio necata est. Spoleti sanctæ Serenæ, [c] Virginis, ac viduæ, Matronæ nobilissimæ, quæ Martyrum obsequiis impensè vacans, Martyrio & ipsa tandem coronata est. Apud Vveaunense Monasterium Diœcesis Massiliensis, passio, sanctarum [d] Eusebiæ & sociarum sanctimonialium Virginum, quæ mira constantia, pro tuitione castitatis, & fidei, decertantes, Martyrii palmam reportarunt. Romæ, Beatæ [e] Margaritæ Columnæ, Virginis, Clarissæ: genere, virtutibus ac miraculorum gloria illustrissimæ. Apud Niuellam, in Brabantia, Diœcesis Namurcensis, Beatârum Virginum, [f] Elisabeth de Grauio, & sociæ eius; quæ sanctis operibus intentæ, ad fœlicitatis æternæ præmia transmigrarunt.

DECEMBRIS. XXX.

§. 1. *Sancta Anisia, Virg. Martyr. a*] Nobili loco, Tessalonicæ nata, alebatur apud diuites, & fideles parentes, erudita in timore Domini, magis virtutibus, quam ætate proficiens. Et primùm quidem parentes eam magis dogmatibus pietatis nutriuere, quàm lacte: postquam autem ætatem transiit puellarem, videreturque puellæ grauitas, & decus maius quàm sperassent, eam solidioribus disciplinis erudiebant. Illi verò, cùm, vt quæ bono esset ingenio prædita, facilè apprehenderet, fructus dignos disciplinæ, actione proferebat; cùmque verè cœlestes & Angelicos planè haberet Spiritus, insignis pulchritudo micabat ex oculis. Magna autem ex parte domi latebat. De iuuentute verò sæpissimè conquerebatur, dicens: O Insidiosam ætatem, quæ aut lædit, aut læditur. Pulchra res est senectus. Hei mihi: Longitudo temporis me mœstitia afficit, quæ tamdiu separata cœlestibus: & vt semel dicam, numquam intermittebat Christum vocare ad suum auxilium: & genua flectens, solum adspergebat lachrymis. Interea autem, cum parentes mortui, ingentes ei opes reliquissent, seipsam hortatur ad exuendas diuitias: venditque omnia bona sua, pro Christo, ac prætium expendit in pauperes, ægrotos, incarceratos, &c. Quos sua manu confouebat, & desiniebat. Hortatur quoque seipsam ad seruandam virginitatem: quam ex toto corde Christo sponso consecrat, precibus deinceps vacabat, & orationi ac ieiuniis: diem consumebat in lectionibus, noctem autem in Psalmis & precibus: pro lecto, solo: pro veste, stragula: storea, sacro vtens: breuissimo somno contenta. plures verò fundebat lachrymas; gemitus ac suspiria illi erant continua. Vincta autem erat tanto Domini desiderio, vt præsentem sibi faceret in eo loco. Cùm igitur ex edicto Maximiani imperatoris, alij concurrerent ad idola veneranda: ipsa intrepida perrexit ad Ecclesiam: cùmque ingrederetur portam Casandrioticam: quidam ex satellitibus Imperatoris: illam interrogauit, quo tenderet: cui; facto crucis signo super se in fronte, respondit: *Sum Christi Ancilla, & vado ad Dominicum*. Quo audito, ille, stricto quem ferebat gladio, eius latus eo transfodit: sicque corruens, pro Christo, sanguinem fudit, & gloriosè occubuit. Agunt de ea. Græci in Menologio. Martyrologium Romanum, hac die, Baronius, ibid. in notis, & Tom. 2. Annal. Eccles. ad an. 303. Molanus in Additionibus, ad Vsuardum Ferrarius, in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb *Thessalonica*. Vaquerius in Enchiridio benè Morientium, Metaphrastes, Lipomanus, Surius, &c. hac die.

S. Anonyma. Martyr. b] Cùm Maximianus imperator. Rescriptum dedisset ad Venustianum Augustalem Tusciæ, vt Christianos insequeretur ad mortem: S. Sabinum, Spoletinum Episcopum, tunc Assisij prædicantem, simul cum suis comprehendit: & quia Iouis simulachrum proiiciens in terram confregerat, iussit vt præciderentur eius manus; & in carcerem truderetur, interim venustianus immani oculorum dolore correptus, Sabinum, ad se adductum rogat: vti sibi mederetur: statimque ipse Venustianus, postrauit se ad pedes eius, cum fletu; similiter vxor eius, ac Filij, veniam petentes, & pœnitentiam agentes, rogantes se baptisari: qui propterea Catechisati, & de fide Christi instructi, mox vt baptisati fuerunt: Dolor omnis oculorum ab ipso Venustiano abscessit, quod cùm rescivisset Imperator, eum ab officio remouit: iussitque Lucio Tribuno illic à se misso, illum capite truncari: qui Assisium veniens. S. Venustianum, cum Vxore, & filiis, in fide Christi constantè, capite plectendum curauit circa initium Mensis Decemb. quorum festum, hac die, fortè recensetur Translatũ, ob insignem aliquam Reliquiarum Translationem: aut Ecclesiæ alicuius §. 2.

Dedicationem, vel aliquod beneficium ab eis cœlitùs obtentum. Memorantur apud Bedam, Vsuardum, Adonem, Martyrologium Romanum, hac die, Baronium, ibid. in notis, & Tom. 1. Annal. Ecclef. ad ann. 301. Vincentius Beluacenf. lib. 12. Specul. Historial. cap. 56. Petrum de Natalibus lib. 2. Catalog. sanctor. cap. 19. Surius, Lippelous, &c. hac die, Ferrarius sup. verb. *Spoletum*. Ferdinandus Vghellus, in Italia Sacra. Tom. 5. part. 2. in Spoletanis Episcopis. sub. S. Sabino. 4. ex aliis. MSS. Monimentis Pancirola, in Thesauro vrbis Romæ Regione. 9. Ecclesia. 1.

§. 3. *S. Serena, vidua Martyr. c*] Hæc est illa nobilis ac Christianissima virgo Matrona, insignis pietatis ac religionis vidua Spoletina: quæ Assisium veniens, dùm Sabini, sanctissimi sui Episcopi, in carcere piam curam agit, ac frequenter cibo reficit, lumen oculorum, Priscilliano Nepoti ab eo exorato. Tum. S. Sabinus, Truncos suos, (diximus nuper illum pro Christo manibus fuisse truncatum) super oculos ipsius cæci posuit, & in fide Christi, oratione facta, illum illuminauit: Deinceps. B. Serena duas eiusdem. S. Sabini manus truncas, pro Reliquiis reseruabat apud se, in vase vitreo inclusas, & aromatibus conditas, infra domum suam: cùm autem idem: S. Sabinus, Martyrium apud Spoletum subiisset, corpus eius sacrum, iunctis præfatis manibus, plus minus vno à ciuitate Spoletana, honorificè sepeliuit: ipsa verò Paulò post Martyrij coronam à Christo meruit obtinere. De ea Surius, Petrus de Natalibus: Vincentius, Lippelous ac Vghellus, sup. Simon Martinus, & alij sup. ad 30. Ianuarij, vbi de eius Translatione.

§. 4. *BB. Eusebia, Abbatissa, &c. Martyr. d*] Celebre ac notissimum extitit præsens Monasterium, ob Translationem Crucis. S. Andreæ Apostoli, in ipsum factam. operâ Regis Burgundiæ; ex certioribus siquidem Monimentis collocatam censemus, in agri Massiliensis præfato sanctimonialium de *Vveaune* Monasterio ad littus maris, vno & altero circiter à Massilia milliario. Cùm autem Sarraceni Cataloniæ Incolæ Prouinciam deuastarent. Moniales dicti Monasterij de *Vveaune*. B. Andreæ Cruci, quam religiosè asseruabant, à flammis, aliaue iniuria cautum esse voluerunt; igitur excauata humo, crucem sepeliunt, ratæ nimirum ita Barbarorum oculos manusque euasuram. Barbaris deindè in Monasterium irrumpentibus, veritæ ne pudori suo vim inferrent, nasum sibi & aures, & labia, pia crudelitate præsciderunt; & sanè omnes interfectæ sunt: quarum corpora aliquo post tempore disquisita, in Monasterium. *S. Victoris*, Translata sunt, & in Sacello Ecclesiæ inferioris reposita: cuius ingressu, Pontificia authoritate sub pœna excommunicationis, mulieribus interdictum est. Ita habetur in Massiliensium Commentariis. Paradino, De Antiquo statu Burgundiæ ad ann. 401. Chiffleto, part. 1. Vesuntionis Sacræ. cap. 48. Saussayo, Tullensi Episcopo, S. R. I. Principe, in Martyrolog. Gallicano. pridie Calend. Decembr. & in Supplemento eiusdem Martyrologij Sexto idus Nouemb. ac part. 2. lib. 5. De gloria. B. Andreæ Apostoli. cap. 1. art. 2. Enncleatiùs verò. in libro nuper edito, cui Titulus est. S. *Ioannes, Cassianus, illustratus*, seu Chronologia eius vitæ, & Monasterij ab eo Massiliæ Conditi, lib. 2. cap. 21. §. 2. Numer. 9. Verùm hìc prætermitti non debet, numerus virginum illarum Weaunensium, & earum situs sepulchri, peculiarisque Tumuli. S. Eusebiæ ipsarum primiceriæ *E Regione autem* (inquit Gainæus) *illius speluncæ (vbi corpora. SS Hadriani & Hermetis in sepulchris marmoreis reposita sunt) amplius quoddam & patentius*, Sacellum, cui nomen *B. Virginis à confessione*, summa frequentia celebratum: tum ob elegantem. B. Virginis propositam in eo effigiem, tum quia in ea nouem & triginta dicatarum Deo virginum, à Sarracenis, Wandalisque interfectarum corpora sepulta sunt, eòque fit, vt & puellæ, cæteræque mulierculæ ab illius aditu, & iam nunc hodiè, vt à maioribus religiosè obseruatum vidimus, prohibeantur: ideo enim ferreis cancellis, ex munificentia & liberalitate Reginæ cuiusdam, & Saliorum Comitiis septum est. Ad huius Sacelli dexteram, marmoreum sepulchrum constitutum est, in eoque *S. Eusebiæ*, earumdem nouem & triginta Monialium quondam Abbatissæ ossa recondita: hæ autem omnes cùm vitam agerent in monasterio ad marc olim à *B Cassiano* excitato, duobus tantum tribusue à Massilia milliaribus dissito, quod etiamnum vulgari appellatione. B. Virginis de *Vveaune*, dicitur, ne à Sarracenis violarentur, mortem oppetere, quàm Virginitatem Deo dicatam, sibi deperire maluerunt.

B. Margarita, Virgo] Illam commemorant. §. 5.
Marcus Vlyssiponens. part 2 Chronic. Minor. lib. 4. cap. 32. Martyrologium Franciscanum, hac die, Annotationes ad illud. Anonymus in vita eius MS. Marianus, in Appendic. lib. 1. Antonius de Virginibus Rom. Tossinianus lib. 1. Histor. Seraphic. vbi de 2. Ordine Minor. ann. Christi. 1286. Gonzaga. part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in Monasterio. 2. Prouinciæ Roman. Gouonus in Chronic. SS. Deiparæ virg. Sæcul. 12. ad ann. 1284. Algezira, in Arbore Epilogica totius Ordin. Francisican. Valerioa. de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 2 cap. 15. Vadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. Christi. 1284. §. 4. & Seq. item. Tom. 3. ad ann. § 41. & Tom. 4. ad ann. 1433. §. 8. Thielmans, Tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. Ex quibus discimus, Romæ ex illustrissima gente, natam; quæ parentibus mortuis virginitate sua Christo consecrata, ex visione & suaso sanctissimæ Deiparæ, nuptias respuit corporales, orationi continuæ vacat, cubat humi, abundè lachrymatur, & Sacro-sanctam Eucharistiam dignè veneratur, ieiuniis, & silentio ac solitudinè intenta: tumque depositis pretiosis quibusquo vestibus, habitum. S. Claræ induit, capillos tondet, cilicium ad carnem defert: pauperibus & ægrotis inseruit, visionibus & apparitionibus Christi, & S. Francisci potitur: patientia micet eximia in infirmitatibus, obiitque sanctissimè, hac die, ann. 1284. miraculis creberrimis nobilitata. Romæ, in Ecclesia Monasterij. S. Syluestri, vbi iacet sepulta, vide Pancirolam. sup. Regione. 4. Ecclesia. 5.

BB. Elisabeth. &c. Virg. f] Hæ sunt, quarum §. 6.
sic meminit. B. Thomas Cantiprat. lib. 2. Apudius. cap. 54. §. 10. *Elisabeth de Granio, apud Niuellam in Brabantia, virgo deuotissima fuit. Hae cum socia deuota & bona, quam viuentem adhuc, & Magistram nunc duorum millium Beghinarum, prodere noluimus, de Niuella in Lemlos, ad duo ferè milliaria properabat; & contigit ei in via, quòd densa fuit secuta. Pauefactæ ergo propter Syluam proximam, flere cœperunt. Quibus flentibus vehementer, subitò iuuenis apparuit coram eis. Erat autem iuuenis, vt mihi earundem vna narrauit, crine crispo, & erecto, alba indutus tunica, & albo pariter collobio superducto, salutatis autem illis, ab eis,*

quò

quò pergerent, inquisiuit. Respondentibus verò eis: in Lamlos ire vellemus: si viam sciret, inquerunt. Scio, inquit, me sequimini. Illa igitur cum silentio precedente, sequuntur & illa. Nec fuit aliqua earum, qua aliquid loqui poterat, prænimio mentis gaudio, vel stupore. At vbi properantes, viderunt villam subitò in ictu oculi, ductorem inuenem perdiderunt. Quæ mox prostratæ, in terram, amarè cæperunt flere, quòd ductari tanto nihil amplius sunt locuta. Ad cor autem, post lachrymas redeuntes, Deum magnificè collaudarunt: & sæpius dulce Factum ad memoriam reducentes, exindè in spirituali vita, tali solatio profecerunt. Rayssa, in Auctario ad Natales. SS. Belgij Molani. 19. Nouemb.

PRIDIE CALENDAS IANVARII.

ROMÆ, via Salaria, in Cœmeterio Priscillæ, sanctarum Martyrum. Donatæ, [a] Paulinæ, Rusticæ, Nominandæ, Serotinæ, Hilariæ, & Sociarum. Apud Senonas, Natalis sanctæ [b] Columbæ, Virginis & Martyris: quæ igne superato, in persecutione Aureliani Imperatoris, gladio cæsa est. Nouariæ, Beatarum [c] Lucidæ, & Catharinæ, virginum Clarissarum: quæ charitate, & vitæ sanctimonia admodùm illuxerunt. Eodem die, sanctæ [d] Melaniæ iunioris; quæ cum viro suo Piniano, Roma abscedens, & Hierosolymam proficiscens, ibi inter fœminas Deo sacras, vir inter Monachos, Religiosam vitam exercuit, & ambo sancto fine quieuerunt. Romæ Beatæ [e] Claudiæ, viduæ, Matris. S. Eugeniæ Virginis & Martyris. Pisauri, Beatæ [f] Syræ, Tertiariæ Franciscanæ Religione, pietate, & oratione extatica celebris. Cortembergæ Monasterio, Ordinis Benedictini, inter Bruxellam & Louanium, Beatæ [g] Columbæ, inclusæ, rerum cœlestium contemplatione spectabilis. Compendii in Territorio Suessionensi, Domitio Beatæ [h] Catharinæ Thibault, Tertiariæ Ordinis Minimorum, oratione, patientia, sanctisque moribus spectabilis. In Calensi Monasterio, Diœcesis Parisiensis veneratio sanctæ [i] Bathildis, Reginæ Franciæ.

DECEMBRIS XXXI.

§. 1. SAnctarum Donatæ, &c. Martyr. [a]] Illarum meminarunt, Ado, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in Notis, Pancirola, in Thesauro vrbis Romæ, Regione. 2. Ecclesia 41. Ferrarii: 8, de SS. Italiæ.

§. 2. *S. Columbæ, Virg. Martyr.* [b]] Hæc Nobilissima, & perpulchra, Senonensis virgo, parique animi decore, sua corporis venustate florens, eo tempore, quo Aurelianus Imperator, Senonas venit, religionis Christianæ est accusata: Magnificoque præconio, fidem, quam profitebatur, & pudicitiam in ipsius furentis Principis conspectu, vix dum sexdenis, asseuerauit. In lupanar ducta, defenditur mirabiliter ab vrsa: iubetur flammis comburi, sed Diuinitùs ignis: tandem capite plectitur, & Spiritus ad cœlos euolauit, ipsamque Senonensem ortus sui Metropolim, sui Martyrij confessione illustriorem fecit. Ad cuius tumulum postea, cùm Diuinæ gloriæ miracula coruscarent, extructa est cœnobitica Ecclesia, quò & sacra asseruantur ossa. Exindè cultus eius, par Gallias longè latèque dilatatus: apud Tolosates, Morinos, Colonienses, &c. Templa, Abbatiæ, ac Parœchiales Ecclesiæ, in eius honorem prostant: Sacræ quoque eius Reliquiæ, habentur apud. S. Maurum de Fossatis, Diœcesis Parisiensis; sed & Ariminensis Cathedralis Ecclesia nomen. S. Columbæ præse fert, ob sacras eius Reliquias illic è Gallia allatas: teste Vghello. Tom. 2. Italiæ sacræ, in Episcopis Ariminensibus sub. 5. Agunt de ipsa. S. Columba, Vsuardus, Martyrologium Romanum, hac die, Baronius ibid. in notis, & Tom. 2 Annal. Eccles. ad ann. Christi 275. §. 6. Vincentius Beluacens. lib. 11. speculi Historial. cap. 103. & 104. Petrus de Natalibus. lib. 2. Catalog. sanctor. cap. 24. B. Petrus Damianus, Homilia de ea Breuiarium, Senonansa, Monbritius, Surius, Lippelous, Federetus, Renatus Benedictus, Simon Martinus, &c. In vita eius, eadem die, Bergomas de claris Mulieribus. cap. 95. Volaterranus lib. 5. Geographiæ fol. 15. part. 2. Brulius. lib. 4. Antiquitat. Parisiens. in præfata Abbatia. S. Mauri de Fossatis. Ferrarius, sup. & in noua Topographia ad Martyrologium Romanum, verb. *Senones*, Saussayus in Martyrologio Gallicano, Bachotus, in Fastis Christianis, eadem die, Rinaldus part 2. Liliorum Galliæ sanctæ, cap. 1. Longè hæc alia est à S. *Columba*, Cordubensi, de qua D. Eulogius. lib. 3. Memorial. sanctor. cap. 10. cuius Natalis est 15. Calend. Octobr. Hispana origine: passamque tradit, anno Domini. 853. Cùm autem celebres illi, S. Eulogij Commentarij aliquandiu delituissent, & varijs cladibus Hispania esset agitata; euenit, vt hæc eadem *Columba* celebraratur, pridie Calendas Ianuarii, quà item die agitur de *S. Columba* Senonensi: deperditis etenim eius Ecclesiæ Tabulis, qua potissimùm die argeretur remansit obscurum: inquiunt Ambrosius Morales in scholiis ad ipsum. D. Eulogium: & Baronius. In notis ad Martyrologium Romanum. 17. Septemb. & 31. Decemb. Hinc error complurium. Vnam pro alia sumentium: cùm sint

omninò diuersæ; nostra. S. Columba, Galla oatione, apud Senones Martyrio coronata, ann. 275. die vltima Decembris: illa verò Hispana, Cordubæ, Martyr effecta, ann. 853. cuios erroris aniam præbuit Pseudochronicon Iuliani ad ann. Christi 132. & 253. Numero. 59. & 80. pag. 22. & 25.

§. 3. *BB. Lucida, &c. Virg. c*] Prior *Lucida* vocata, patria Nouariensis, eximia Charitate erga proximos extitit insignis; Altera verò *Catharina-Francisca-Cerina* Olim Abbatissa, à pietate, prudentia & pœnitentia Laudata. Ita Martyrolog. Franciscanom, hac die, Annotationes ad illud. MSS. Monimenta Mediolanens. & Nouarien s. Wadinghus, Tom. 6. Annal. Minor. ad ann. Christi. 1455 §. 120.

§. 4. *S. Melania, Iunioris. d*] Hæa iunior dicta est, respectu senioris, cuius neptis erat, quæ cùm esset. 20 annorum, se continentiæ (consentiente viro) dedit, & in Palæstinam, ano. 416. simul cum eo, adorationis gratia, pergit: vbi vitam sanctitate plenam duxit: inter eius Acta nobilia, illud celeberrimom est; quòd Volusianum Patruum, (ad quem litteris coocata Constantinopolim venit: cuios consuetudine Theodosius Imperator, & Eudoxia Augusta, redditi meliores) Romanorum nobilissimum, quem vt ad Christum conuerteret, S. Augustinos tantopere laborauit. (vt ad eum, & ab eo scriptæ Epistolæ, 1. 2. 3. & 4. indicant) illum, inqnam disertissimum virum, & à Christiana lege alienissimum, tandem ipsa B. Melania iunior Christo subegit. Scribunt de ea Martyrolog. Romxn. hac die, Baronios ibid ionotis, & Tom. 5. Annal. Eccles. ad ann Christi. 408. 409. et seqo. 419. 434. & 437. Græci in Menologio. Molanus. in Additionibus & Annotationibus ad Vsuard. Ferrarius, sup. verb. *Hierosolyma*. Metaphrastes, Lipomanos, Surius, Lippeious, Foderetus, Ribadeneira, &c. hac die, Palladius, in Historia Laosiaca. cap 33. & 119. S Augustinus. Epistol 254. 255. & 527. D. Hieronymus Epistola. 79. Rosvveydus. lib. 8. de Vitis patrum, initio, ante Historiam Lausiacam, vbi de peregrinatione Melaniæ Iunioris Vincentius Belnacens. sup. lib. 17. cap. 92. Petrus de Natalibus, lib. 9. sup. cap. 9. Bergomas sup. cap. 117. & lib. 9. Supplement. Chronic. ad ann. 377. Nyder. lib. 1. Formicarij. cap. 5. D. Antoninus part. 2. Chronic. Titul. 15. cap. 5. §. 4. & cap. 13. §. 7. Vaquerius. in Enchiridio benè morientium, Antonios Al g e. in Paradiso Carmelitici decoris. Stato. 3. ætat. 6. post Christum cap. 2. Ludouicus Iacib. in Biblio heca illostr. fœminar. ex multis, Grisius. D. clericis Regularibos Sect. 10. §. 3. & 4. Morisius. lib. 3. cap. 14.

§. 5. *B. Claudia, vidua e*] Constat. S. Eugeniam, post Christi agnitionem, cum aliis virginibus, elegisse castitatem & vitam secundum Christum. Beata verò Claudia (quam Philippi, postea Martyris, vxorem, Eugeniæ autem matrem antea ad 25. Decemb. ostendimos) aliam quoque domum ædificauit, Alexandriæ, ad excipiendos hospites, præter eam, quæ iam facta fuerat à merito, magnam vim pecuniæ in ea conserans, ad suppeditanda, quæ erant necessaria, iis qui accipiebantur hospitio. Verùm aliquanto elapso tempore, B. Claudia, assumptis secum duobus, filiis, & S. Eugenia, Filia, Romam reuertitur: vbi ab amicis benique excepta est. Persecuti ne autem commota. S. Eugenia virgo, Martyr efficitur, die Natali Christi 25. Decemb. cuius sacrum corpus ab affinibus Christianis sublatum. positum est, non longè ab vrbe, via Latina, in prædio eius proprio, vbi multorum sanctorum ipsa piè sepelierat membra. Beata autem Claudia mater eius, cum ad eios sepulchrum, oraret, flesetque quòd à tali Filia disiungeretur, & ægrè ferret separationem: apparuit ei vigilanti in medio noctis silentio, auro texta Cyclade induta, cum multa virgioum copia, dixitque ei: Gaude & lætare; quia & me iotroduxit Christus in exultationem sanctorum, & patrem meum in Patriarcharum oumerum. Ecce die Dominico, & te suscipiet in gandium sempiternum. Commenda filiis tuis, fratribus meis, custodire signaculum crucis & efficiantur nostri participes: & ecce ioqoente ea, facta est claritas quam oculus ferre non poterat; & Angeli transeontes, Hymnum dicebant Deo, ioenarrabilibus vocibus. Itaqua die sibi prædicto. B. Claudia, ad Christum migrauit: & à filiis iuxta. S. Eugeniam sepulta est: ex quo loco, postea, crediderim, corpus Ipsius B. Claudiæ Alexandriam Traoslatum fuisse, in Ecclesiam, vbi S. Marci Euangelistæ, corpus asseruatur: vti repertum fuit, quandò exindè ipsios. S. Marci corpus ablatom, Venetias allatum est circa. ann. 831. quâ de re Petrus de Natalibus lib. 3. Catalog. sanctor. cap. 61. Petros Iustinianous lib. 1. Rerum Venetar. Surius, ad 31. Ianuar. Baroni us, Tom. 9. Annal. Eccles. sub. ano. Christi. 820. §. 28. Addit. Pancirola. In Thesauro vrbis Romæ. Regione. 3. Ecclesia. 5. vbi corpus eius nonc Iacet. De B. Claudia scribunt, Metaphrastes, Lipomanns, Surius, Vincentius Petrus de Natalibus & quotquot res S. Eugeniæ, Virg. & Martyr. sup. proseccuti sunt, Gallonus de Virginibus Roman:

B. Syra. f] Hæc est religiosissima mulier: quæ Syria Italiam petens. *B. Michaelinam*, viduam Pisauriensem, ad virtutis & perfectionis amorem illexit: pia & honestissimæ fœmina erat, tertium. S. Francisci iostitutum professa; quæ pietatis operibus vacans, & victum mendicans, eum perfectionis attigit gradum, vt cœlestibus iotenta meditationibus, tota absorberetur in Deum; & veluti terram fastidiens mirificè in aërem efferretur: raptusque sæpè pateretur. Memoratur in Martyrologio Franciscano, hac die, Annotationibus ad illud. Salazar. lib. 6 Prouinc. Castellæ. cap. 16 De Sillis in cap. 1. Regul Tertiarior. Minor. Wadingho, Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. Christi. 1456. §. 23. Marco Vlyssiponensi & alii, qui gesta ipsius B. Michaelinæ descripserunt. sup. ad 19. Iulij. §. 6.

B. Columba, Inclusa g] Ita Rayssa. In Auctario. ad Natales sanctor. Belgij, Molani: hac die, ex Ecclesiastica historia Belg. Gazæi, quæ ibidem iuxta Ecclesiam inclusa cellulæ sese contiouit, ieiuniis & orationibus addicta, signis ac virtutibus conspicua. §. 7.

B. Catharina Tertiaria h] Anno demùm exeunte mortalitatem exuit hæc Christi famula, Tertium Ordinem Minimor. professa; cui singularem sanctitatis opinionem vita & mors conciliauerunt, vitam egit sanctimonia morum, piis exercitationibus, Diuina gratia, & opitulatione præstantem, summis & acutissimis doloribus exercitam, molestis dæmonom infestationibus agitatam, sibi, (qood summum fuit) plerumque derelictam, tam multis denique ac diuersis modis à Deo in exitum perductam, vt argumentum eximij operis dederit iis, quibuscum communicauit. Mors illi fuit, quæ iustis esse solet, optata, quieta, sancta; quam piorum studiũ, qoi reculas eius magna contentione diripoerunt, oris decor & species, qualis fingitur Angelorum, aspirans cœlestis fragrantia, exaudita (vt creditur) vota, & pleraque §. 8.

alia

alia exaggerauerunt. Annos non plures, 52. nata erat: deposita est in æde Ordin. Minimor. è regione sacelli. S. Francisci de Paula: ita Lanouius in Chronico generali eiusd. Ordin. ad ann. 1652. §. 6. quo obiit, & in Appendice. 4. ad illud. hac die.

Veneratio. S. Bathildis Regin. Franc. i] Sic Ferrarius, in Cathalogo generali sanctor. hac die, ex Renato Benedicto in vita eius. §. 9.

FINEM his facientes, concludamus, hac coronide, singulari exemplo, & authoritate. D. Augustini. lib. 8. confession. cap. 11. qui cùm in hæsitatione esset de mutatione prioris vitæ, vnum aliquid vidit, quo vehementer in cogitatione est confirmatus. Rem ex ipsomet discamus. *Aperiebatur* (inquit) *ab ea parte, qua intenderam faciem, & quò transire trepidabam, casta dignitas continentiæ, serena, & non dissolutè hilaris, honestè blandiens, vt venirem, neque dubitarem: & extendens, ad me suscipiendum & amplectendum pias manus, plenas gregibus bonorum exemplorum: ibi tot pueri, & puellæ; ibi iuuentus multa, & omnis ætas: & graues viduæ, & virgines anus; & in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis; & irridebat me, irrisione exhortatoria, quasi diceret: tu non poteris, quod isti & istæ? An verò isti & istæ in semetipsis possunt, ac non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis: quid in te stas, & non stas? proiice te in eum, noli metuere: non se subtrahet, vt cadas: proiice te securus, excipiet te, & saluabit te.* Faxit Deus, vt quicumque præfata legeris, eadem (Diuina tibi aspirante gratia) imitatione efficaci, fœliciter compleas: ad majorem Dei gloriam, & tot sanctarum honorem, cuique salutem.

Mirabilis Deus in Sanctis suis. Psalm. 67. vers. 36.

Omnia iudicio Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ sunto.



INDEX
TOPOGRAPHICVS
IN QVO REFERVNTVR
PROVINCIÆ, REGIONES, VRBES, OPPIDA, AC LOCA, DE QVIBVS IN HOC Sacro Ginecæo fit mentio.

S. Celerina

S. Celerina, Martyr. Februar.
S. Corocha, Martyr. 31. Martii.
S. Datiua Martyr. 6. Decemb.
S. Demetrias, virgo. 10. April.
S. Dionysia, Martyr. cum Datiua. sup.
S. Eua, Martyr. 11. Februar.
S. Fœlicitas, Martyr. 8. Martii.
S. Galla. 24. Ianuar.
S. Germana, virgo, Martyr. 19. Ianuar.
S. Herectina, Martyr. cum Eua. sup.
S. Hereuia, Martyr. 8. Martii.
S. Honorata. Marty. cum Eua. sup.
S. Ianuaria. { Martyres. sup. cum Eua.
S. Iannaria.
S. Leontia, Martyr. cum Datiua sup.
S. Macaria, Martyr. 8. April.
S. Margarita Major. Martyr. sup. cum Eua.
S. Marta, Virgo, Martyr. 11. Februar.
S. Matrona. { Martyres. sup. cum Eua.
S. Matrona.
S. Maxima, Martyr. sup. cum Macaria.
S. Maxima, Martyr. 11 Iulii.
S. Maxima, virgo, Martyr. 16. Octob.
S. pia, virgo, Martyr. 19. Ianuar.
S. Pomponia. { Martyres. sup. cum Eua.
S. prima,
S. Quartillosa. Martyr. 21. Martii.
S. Regiola. { Martyres. sup. cum Eua.
S. Restituta.
S. Restituta, Matrona. 12. Februar.
S. Saturnina. { Martyres sup. cum Eua.
S. Secunda.
S. Victoria, virgo. Martyr. 11. Februar.

AGANNII. in Territorio Nouartensi.

S. Panacea, virgo, Martyr. 6. Maii.

AGATHÆ. in Volcis Arecomicis Galliæ. vulg. *Agde*.

S. Florentiæ Martyris, Repositio corporis. 20. Iunii.

Agennii, vulg. *Agen*. in Aquitania.

S. Fides, virgo, Martyr. 6 Octob.

In Territorio Agennensi.

S. Alarauna, Martyr. 16. Nouemb.

Apud AGRVM-Clauium, Schlussel-auue. Germaniæ Monasterium.

B. Anna, Abbatissa, Cisterciensis. 8. April.

AICVRIÆ. vulg. *Eincourt*, in Hasbania, Diœcesis Leodiensis.

S. Ragenufla, virg. 14. Iulii.

AILESBVRIÆ. in Comitatu. Buchinghamiæ.

S. Eadburga, { Virgines Benedictinæ. 18. Iulii.
S. Eaditha.

AILLONII. in Territorio Saguntino.

Anna ab Angelis, virgo Clarissa, Abbatissa. 24. Iulii

Maria à Sancto Paulo. virgo Clarissa. 14. Septemb.

ALANQVERII. vulg. *Alanquer*. In Territorio Vlyssiponensi.

Achatia à Passione, virgo Clarissa. 16. August.
Maria ab Assumptione, virgo Clarissa. 12. August.

ALBÆ. in Liguria, ad Tanarum Flumen.

Margarita à Sabaudia, vidua, Dominicana. 23. Nouemb.
Maria-Margarita, Delphinæ, Dominicana, virgo. 30. Martii

ALBÆ. in Lusitania. vulg. *Elnat*.

Anna à Conceptione, Dominicana. 20. Ianuar.

Isabella à Sancto Benedicto, virgo Dominicana. 10. Ianuar.
Magdalena à Cruce virgo Dominicana, 26. Februar.
Maria à Christo. Dominicana. 20. Ianuar.

Apud ALBAM-Terram, Diœcesis Claromontensis. vulgo. *Aube terre*.

Pontia, virgo, Abbatissa, Præmonstratens. 16. Maii.

ALBAZETI. in Territorio Carthaginensi.

Maria à Fonte, Tertiaria Franciscana. 16. Septemb.
Marina-Aluarez-Marct, Tertiaria minoritana. 13. Februar.

ALBENDONIÆ. in Anglia.

Mabilia, vidua. 7. April.

ALBIÆ, vulg. *Alby*. in Aquitania.

Elisabeth à Nauarra, virgo Regia, Clarissa, 11. Iunii.
S. Marciana, virgo. 2. Nouemb.

In Agro Albiensi.

S. Charissima virgo. 7. Septemb.
S. Segolina virg. Abbatissa Benedictina. 24. Iulii

ALCACERI. Salariensis, in Territorio. Eborensi. vulg. *Alcacer do sal*.

Philippa à sancta Clara, virgo Abbatissa, Clarissa. 8. Februar.

ALCARAZII. in Territorio. Toletano.

Catharina-Aluarez, virgo Clarissa. 1. Septemb.
Francisca à sancta Cruce, virgo Tertiaria, Minorit. 12. Martii.
Ludouica Auendagno, virg. Tertiaria, Francisc. 22. Martii.
Maria, monacha, virgo Tertiaria Franciscana. 28. Septemb.
Maria Mugnoz. Tertiaria Franciscana. 18. Maii.
Maria de Ortega. virgo Tertiaria minorita, cum Francisca. sup.
Maria Ruiz. virgo Tertiaria Franciscana. 7. Nouemb.

ALCAVDETÆ. in Hispania Bætica.

Ludouica à Sandoual, virgo Clarissa. 14. Decemb.
Maria-Spinosa, virgo. Clarissa. 8. Iulii.

Apud ALCIACVM Monasterium. Diœcesis Morinensis.

S. Bichedet, virgo Abbatissa Benedictina. 22. August.

In ALDEN-Bergensi Monasterio. Diœcesi. Treuirensi.

Gertrudes, virgo Dominicana. 13. August.

ALENCONII. in Neustria inferiore, vulgo, *Alençon*, Diœcesi. Sagiens.

Agnes viotta, virgo Clarissa. 15. Iulii.
Gabriela à Nozayo, virgo Clarissa. 22. April.
Maria Clementii, virgo Clarissa. 30. Martii.

Apud ALEPPVM. Syriæ, vulgo *Aleppo*. Comagenæ Prouinciæ in Asia.

Mentia Pimentia. 2. Ianuar.

Apud ALETIVM, vulgo. *Lecce*. Salentinorum. in Regno Neapolitano.

S. Herina. { Virgines Martyres. 27. Iulii.
S. Venera.

ALEXANDRIÆ.

S. Ammonaria, virgo. { Martyres. 12. Decemb.
S. Ammonaria, mulier.
S. Anonyma, virgo. 2. Maij.
Ss. Anonymæ, virginum, & mulierum aliarum Martyrum, Commemoratio. 13. Maii.

S. Eanfleda, Regina, vidua, Benedictina. 24. Nouemb.
S. Eansvvidæ, virginis, Abbatissæ, Benedictinæ. Commemoratio. 12. Septemb.
S. Edburga, virgo, Abbatissa, Benedictina. 21. Decemb.
S. Edithæ, virgin. Commemoratio. 14. Maii.
S. Elfiida, virgo. 15. April.
S. Elfredæ, virgin. Benedictinæ, Memoria, 12. Decemb.
S. Engelburga, virgo, Regina. 11. April.
S. Ermenburgæ, Reginæ, Abbatissæ Benedictinæ, veneratio. 19. Nouemb.
S. Ethelwida, Regina. 20. Iulii.
S. Ezeleides, virgo. 7. Maii.
S. Gertrudes, Matrona, Martyr. 8. August.
S. Heroa, virgo Benedictina. 31. Iulii.
S. Hiev, virgo Benedictina. 30. Maii.
S. Intvvata, virgo, Martyr. 23. Decemb.
Ss. Leofrona, Abbatissa, &c. virgines Benedictinæ, Martyres. 1. Octob.
S. Levvina, virgo, Martyr. 24. Iulii.
S. Margarita, Priorissa. 15. August.
S. Margarita Pola, Martyr. 27. Decemb.
Maria Midleton, Martyr. 11. April.
Maria Stuarta, Regina, vidua. 18. Februar.
S. Merwina, virgo 13. Maii.
S. Mildritha, virgo Benedictina, Martyr. sup. cum Leofrona.
S. Milgitha, virgo Regia, Benedictina. 26. Februar.
S. Pandwina, virgo. 26. August.
S. Petrona, virgo. 1. April.
S. Quemburga, virgo Regia, Abbatissa Benedictina. 12. Septemb.
S. Sandra, virgo, Martyr. 4. Martii.
S. Sexburgis, Reginæ, Abbatissæ Benedictinæ Commemoratio. 8. April.
S. Taraghta, virgo. 4. Februar.
S. Vveda, virgo, Abbatissa, Benedictina. 2. Decemb.
S. Wilfreda, Regina, Abbatissa, Benedictina. 12. iulii.
S. Welfreda virgo Abbatissa. 11. Septemb.
S. Witburga, virgo. 30. Nouemb.
S. Witburgæ virgin. Benedictinæ Commemoratio. 17. Martii.

Apud ANTINOVM, vulg. *Antios* Ægypti.

S. Ammata, virgo sacra, Abbatissa Martyr. 5. Ianuar.
Ss. Anonymæ, virgines, Martyres,
S. Irais, virgo, Martyr. } 22. Septemb.
S. Thora, virgo Sacra, Martyr. 5. Ianuar.

ANTIOCHIÆ.

S. Anonyma, Martyr. 5. April.
S. Anonyma, virgo.
S. Mater eius, vidua. } Martyres. 9. Iunii.
Ss. Anonymæ quinque virgines Martyres. 18. Februar.
Ss Anonymæ Martyres, Mater & Filia. 11. Martii.
Ss Anonymæ. 40. virgines, Martyres. 24. Decemb.
S. Basilissa. vxorata, virgo, Abbatissa. 5. Ianuar.
S. Fructuosa, Martyr. 25. August.
S. Ioanna, Matrona. 24. Maii.
S. Marcionilla, vidua, Martyr. 9. Ianuar.
S. Margarita, virgo, Martyr. 20. Iulii.
S. Marina, virgo, Martyr. 17. Iulii.
S. Pelagia, virgo, Martyr. 18. Martii.
S. Pelagia, virgo, Martyr. 9. Iunii.
S. Pelagia, virgo Martyr. 19. Octob.
S. Publia, Abbatissa. 9. Octob.
S. Salomona, vidua, Martyr. 1. August.
S. Theodula, vidua, Martyr. 24. Ianuar.

ANTIQVÆ-Mellariæ in Territorio Cordubensi.

Francisca à Cruce, virgo, Clarissa, Abbatissa. 21. Nouemb.
Ioanna à sancto Stephano, virgo Clarissa. 15. iunii.
Maria à sancto Hieronymo, virgo, Clarissa, Abbatissa. 29. April.
Maria de Iesu, virgo, Clarissa. 2. April.

ANTISSIODORI, vulg. *Auxerre*. Galliæ.

S. Flauiana, virgo. 5. Octob.
S. Helena, virgo. 22. Maii.
Translatio eiusdem. 20. Iunii.
S. Syriæ, virginis, Commemoratio. 23. August.

APOLLONIÆ. in Macedonia.

Ss. Ammonia.
Et Coincta. } Martyres. 19. Februar.

Aptæ IVLIÆ. Vulgientium. vulg. *Apt*. in Prouincia Galliæ.

S. Annæ, Matris Deiparæ veneratio Reliquiarum. 26. iulii.
S. Aogia, Martyr. 14. Maii.
Delphina, vidua, virgo, Tertiaria ex Ordine Minor. 26. Nouemb.
Garsenda, Tertiaria Franciscana. 8. Nouemb.

AD AQVAS DVRAS, in Territorio Constantiensi Rheni.

S. Verena, virgo. 1. Septemb.

AQVILÆ. in Vestinis.

Antonia à Florentia, vidua, Abbatissa, Clarissa. 28. Februar.
Bonauentura de Antredocho, virgo Clarissa. 24. iunii.
Christina, virgo Augustiniana. 18. Ianuar.
Iacoba Aquilana, virgo Clarissa. 27. iulii.
Ludouica Aquilana, virgo Clarissa. 27. iunii.
Paula à Fulgineo, virgo Clarissa. 26. Ianuar.

AQVILEIÆ Carniorum.

S. Cantianilla, virgo, Martyr. 31. Maii.
S. Cyrica, virgo, Martyr. 17. iunii.
S. Dorothæa, virgo, Martyr. 3. Septemb.
S. Erasma.
S. Euphemia. } virgines Martyres. 3. Septemb.
S. Musca, virgo, Martyr. sup. cum Cyrica.
S. Thecla, virgo, Martyr. sup. cum Dorothæa.

Aquis SEXTIIS. vulg. *Aix*. in Gallia Narbonensi.

S. Marcella, Matrona. 29. iulii.

In AQVITANIA.

S. Alchima.
S. Placidina. } Matronæ. 15. Nouemb.
S. Veronæ, Matronæ, Commemoratio. 15. Februar.

In ARABIA.

S. Anonyma.
S. Derbusha.
S. Thermes. } Martyres. 5. April.

Apud ARBOREAM in Sardinia.

S. Henedina.
S. Iusta.
S. Iustina. } virgines Martyres. 14. Maii.

In ARCELLA, Monasterio propè Patauium.

Helena Paduana, virgo Clarissa. 4. Nouemb.
Lucia, virgo Clarissa. 25. Septemb.

Apud ARCHENSE. Monasterium Lamacensis agri.

Ss. Columba Ozorez, Abbatissa Benedictina, virgo.

apud Ciuitatem ASTVRICENSEM.
vulg. *Astorga*. in Hispania Tarraconensi.

Maria Alphonsi, virgo Clarissa. 2. *Maii.*
S. Martha, virgo Martyr. 23. *Februar.*

ATINÆ. vulg. *Atino*. in Latio.

S. Dariæ, Martyris Memoria. 20. *Iunii.*

ATTREBATI. vulg. *Arras*. in Belgio.

S. Saturnina, virgo Martyr. 4. *Iunij.*

In AVEIRO Lusitaniæ oppido Diœces. Conymbricens.

Agnes Pacifica, Dominicana. 8. *Februar.*
Catharina Gomez. / Catharina Gonsalua. { virgines Dominicinæ. 17. *Februar.*
Guiomar, Dominicana. 15. *Ianuar.*
Ioanna, virgo Regia, Dominicana. 14. *Maii.*
Isabella Gomez, virgo Dominicana. 16. *Februar.*
Isabella Ludouici, virgo Dominicana. 21. *Iunij.*
Philippa Botelha, virgo Dominicana. 1. *Februar.*
Philippa Gouuea. / Maria Correa. { virgines Dominicanæ. 21. *Februar.*
Violenta à Sylua, virgo Dominicana. 25. *Februar.*

In AVENA Monasterio vulg. *Auenay*. Diœces. Catalaunens.

S. Bertha, Abbatissa Benedictina, Martyr. 1. *Maii.*
S. Flotilda, virgo Benedictina. 25. *Decemb.*

apud AVGVSTAM EVPHRATESIAM.

Iuliæ, virgo Martyr. 7. *Octob.*

AVGVSTÆ Taurinorum. vulg. *Turin*.

S. Iulianæ, Matronæ Eporediensis inuentio, 10. *Februar.* vide Taurinum.

AVGVSTÆ TRECARVM, vulg. *Troyes*.

S. Exuperantia, virgo. 26. *April.*
S. Fioa, virgo. 8. *Iunii.*
S. Helena, virgo Regia. 4. *Maii.*
S. Hoyldis, virginis inuentio. 30. *April.*
S. Mastidia, virgo Regia Martyr. 5. *Maii.*
Eiusdem inuentio & Translatio. 7. *Maii.*
Item, illius Hierothecæ Reseratio. 20. *Maii.*
S. Mauræ, virgo. 21. *Septembr.*
S. Tanchæ, virgin. & Martyris Translatio. 17. *April.*

AVGVSTÆ TREVIRORVM. vulg. *Treues*.

S. Anastasiæ, virgin. Abbatissæ Benedictinæ, Translatio. 9. *Decemb.*

AVGVSTÆ VEROMANDVORVM.
vulgo *S. Quentin*. Diœces. Nouiodunens.

Eusebia, Matrona. 17. *Februar.*
S. Pœcinæ, virginis Translatio. 24. *Iulii.*
S. Polenæ. / S. Valeriæ. { virginum Translatio. 4. *Februar.*

AVGVSTÆ VINDELINCORVM
vulg. *Ausbourg*.

S. Afra, Martyr. 5. *August.*
S. Agapes. / S. Digna. / S. Diomeda. / S. Eunomia. / S. Eupropia. / S. Euria. / S. Fausta. / S. Hilaria. / S. Iuliana. / S. Leonida. / S. Nummia. } Martyres. 12. *August.*
S. Herulia, virgo. 18. *April.*

AVGVSTODVNI. vulg. *Autun*.

S. Anonyma, virgo. 14. *Iunii.*

In Territorio AVGVSTODVNENSI.

S. Regina, virgo, Martyr. 7. *Septemb.*

AVENIONE. vulg. *Auignon*.

Francisca à Claromonte, virgo Clarissa, Abbatissa, 6. *Septemb.*

in Territorio AVINIONENSI.

S. Cæsaria, virgo solitaria. 8. *Decemb.*

AVRELIÆ. *Orleans*.

S. Agyr, Matrona. 9. *Octob.*
Eiusdem Translatio. 14. *Iunii.* & 26. *Octob.*
S. Sicharia, virgo. 2. *Februar.*

AVRIÆ, vulg. *Orense*, in Gallœcia seu Hispania Tarraconensi.

S. Constantia, virgo, Martyr. 21. *Octob.*
S. Euphemia, virgo, Martyr. 16. *Iulii.*
Eiusdem Translatio. 7. *August.*

in AVRINIACO Monasterio, Laudunens. Diœces. ad Æsiam amnem.

S. Benedicta, virgo Martyr. 8. *Octob.*
Eiusdem Translatio. 6. *Octob.*

In Territorio AVSCIENSI, vulg. *Auch*. in Aquitania.

S. Deuota, Matrona. 26. *Septemb.*
S. Doda, virgo. 28. *Septemb.*
S. Mera, virgo, Martyr. 20. *Iulii.*

In AVSTRASIA.

S. Goda, & / S. Maria. } virgines. 22. *Nouemb.*

In AVSTRIA.

Agnes, Matrona. 15. *Nouemb.*

AVXIMI. vulg. *Osimo* in Picœno.

S. Exuperantia, virgo, Martyr. 26. *April.*

AVXONÆ in Burgundia.

Anna, & / Colletta. } virgines Clarissæ. 29. *Iulii.*

B.

BAIOCIS, in Neustria inferiori.

Agatha, virgo Regia 7. *August.*

Apud BALNEENSES. in Hethruria.

Ioanna à sancta Maria Tertiaria, Franciscana. 22. *Ianuar.*

BALNEIS. in ROMANDIOLA.

S. Ioanna, virgo, conuersa, Camaldulensis. 16. *Ianuar.*
Eiusdem Translatio. 1. *Maii.*
Et Commemoratio. 20. *August.*

BAMBERGÆ. in Franconia.

Catharina Zollerina, virgo, Clarissa, Abbatissa. 21. *Martii.*
S. Chunegundes, virgo, Augusta. 3. *Martii.*
Translatio eiusd. 1. *August.*

BARBARANI. in Agro Romano.

Fœlix, virgo. 30. *Martii.*

BARCELLÆ. in Territorio Braccarensi.

Catharina Alphonsi. 21. *Februar.*

BARCINONE. vulg. *Barcelone*. in Catalonia.

Agnes Peranda, virgo Clarissa, Abbatissa. &
Angela Margarita Seraphina, Capucina. 24. *Decemb.*
Clara, virgo Clarissa. 17. *Septemb.*
Constantia, vidua, Regina, Clarissa. 17. *Iulii.*
Delphina, vidua, Clarissa. 6. *Iunii.*
S. Eulalia, virgo, Martyr. 12. *Februar.*
Inuentio corporis eiusdem. 2. *Iulii.*
Translatio illius. 10. *Iulii.* & 23. *Octob.*
S. Iuliæ, virg. & Martyris. Commemoratio. 26. *Februar.*

S. Paula, virgo. 1. Iunii.
S. Zoë, penitens. 7. Ianuar.

Apud BIBVRGVM. Diœcef. Ratisponens.

Bertha, Biburgensis, Abbatissa benedictina. 6. *August.*

BIGARDIÆ Majori in Brabantia, Agri Bruxellensis, ad Sennam fluuium.

B. Emvvra, virgo. 17. *Decemb.*
S. Vviuina, virgo, Abbatissa benedictina. 17. *Decemb.*
Eleuatio eiusdem. 25. *Septemb.*

In BILEBENSI. Germaniæ Monasterio.

S. Guntildes Abbatissa benedictina. 11. *Februar.*

Apud BINCÆIVM. in Hannonia, inata Bonæ spei Cœnobium.

Oda, virgo Præmonstratensis. 20. *April.*

BINCHII in Hannonia, Diœcesi Cameracens.

S. Amalberga, vidua. 10. Iunii.
Translatio eiusdem. 10. Iunii. 2. & 10. Iulii.

Apud BINGIVM Germaniæ Monasterium Diœcesis Moguntinæ: in Monte. S. Disibodi.

S. Hildegardes, virgo, benedictina Abbatissa. 17. *Septemb.*
Translatio eiusdem. 22. Iunii.
S. Hiltrudes, virgo benedictina. 17. *Nouemb.*
S. Idæ, benedictinæ, memoria. 19. *Martii.*
S. Iutta, virgo inclusa, benedictina. 22. *Decemb.*

In BITHINIA.

S. Maria, virgo Monialis. 8. *Februar.*
S. Menodora. / S. Methrodora / S. Nymphodora. } Virgines Martyres. 10. *Septemb.*

Apud BITVMEN. Monasterium, Diœces. Maurianens.

S. Anonyma, vidua. / S. Anonyma, virgo. } Cistercienses. 21. *Februar.*

BITVRGIÆ. in Vmbria

Euphrosyna, vidua, Tertiaria Franciscana. 15. *Septemb.*

Apud BITVRICAS. vulg. *Bourges.*

Euphrasia, virgo Abbatissa, benedictina Regia. 10. *August.*
S. Eustadia, virgo Abbatissa, benedictina. 10. *Maii.*
S. Faustæ, Translatio. 11. *Octob.*
B. Ioanna, virgo, Regina Franc. Monialis Annuntiationis virginis Mariæ. 4. *Februar.*
Paterna, Matrona. 20. *Maii.*

In Territorio BITVRICENS.

S. Bertoara, Regia proles. 4. *Decemb.*
S. Solangia, virgo Martyr. 10. *Maii.*

BIZANTII.

S. Theodosia, Martyr. 29. *Maii.*

In BLANDINIO Monasterio Apud Gandauum.

S. Amabbergæ virginis benedictinæ, corporis aduentus. 27. *Octob.*
Blanda. 10. Iunii.
Thecla, Matrona. 20. *Februar.*

Apud BLANGIACVM. Artesiæ. Monasterium, In Morinis.

S. Bertha, vidua, Abbatissa benedictina. 4. Iulii.
B. Emma, Regina. Angliæ. 28. *August.*

Apud Monasterium. S. BLASII. à Catoldo, apud Venetias. In Iudaica.

S. Iuliana, virgo benedictina, Abbatissa. 1. *Septemb.*

BLESIS. vulg. *Blois* in Diœcesi Carnotena.

Claudia, Regina Franc. 26. Iulii.

In BOBIO Liguriæ Monasterio.

S. Petronillæ / S. Rotradæ. / S. Sunniuergæ. } Virgin. benedictinarum Translatio. 31. *August.*

in BOHEMIA.

S. Ludmilla, Martyr. 16. *Septemb.*

Apud BOICAM. in Bauaria.

S. Herluca, virgo. 18. *Martii.*

in pago BOLONIENSI. Morinorum. *Bologne en Picardie.*

Bertrana, Abbatissa benedictina. 20. Iulii.

BONONIÆ. vulg. *Bologna.* in Æmylia.

Apollonia, vidua, Tertiaria Franciscana. 12. *Martii.*
Cæcilia, virgo Dominicana. 4. *August.*
S. Catharina Bononiensis, virgo, Abbatissa Clarissa. 9. *Martii.*
Diana, virgo Dominicana. 16. *Februar.*
Illuminata Bemba, virgo Clarissa 18. *Martii.*
Imerda Lamberdina, virgo Dominicana. 5. *Februar.*
Ioanna de Lambertinis, virgo Clarissa 12. *April.*
Iuliana Bauci, vidua. 7. *Februar.*
Margarita Fernandez, vidua, Tertiaria Dominicana. 16. Ianuar.
Paula Baptista à Mezavacca, virgo Clarissa. 3. *Octob.*
Paula Brunetta, Dominicana. 6. *August.*

in BRABANTIA. Diœcesis Mechliniens.

Anonyma, Matrona. 6. Ianuar.
Anonyma Reclusa. 6. *August.*
S. Anonyma, virgo. 24. *Martii.*
S. Hemelays, virgo. 13. *Maii.*

BRACCARÆ in Lusitania.

S. Susanna, Martyr. 12. *April.*

BRAGANTIÆ. in Territorio Mirandensi.

Maria Pirez, de Moraez, Matrona. 12. *Februar.*

In BRASILIO.

Anonymæ, Martyres. 18. Ianuar.

BREMÆ. in Saxonia.

Emma, vidua. 1. *April.*

BRIGANTII. in Gallœcia.

Clara Roderica, virgo Clarissa. 21. *Nouemb.*

Apud BRIGENSE Monasterium. Diœcef. Meldens. *Phar-Monstier.*

S. Annofledes, virgo Bedictina. 2. *Martii.*
Ss. Anonymæ virgines benedictinæ. 8. *Nouemb.*
S. Blithildes, benedictina 25. *Martii.*
Diorchildes, virgo benedictina. 20. *Octob.*
S. EreKentrudes, virgo benedictina 21. *Nouemb.*
Gibitrudes, virgo benedictina. 26. *Octob.*
Landeberta virgo benedictina. 2. *Octob.*
Leudeberta, virgo benedictina. 11. *Septemb.*
Quilisinda, virgo benedictina. 22. *August.*
Silintrudes, virgo benedictina. 5. *Maii.*
Vide Pharæ Monasterium.

in BRITANNIA ARMORICA.

S. Nannoka, virgo, Abbatissa benedictina. 4. Iunii.
S. Noyola, virgo. Martyr. 20. *Martii.*

BRIXIÆ. vulg. *Brescia.* in Insubria.

S. Afra, Martyr. 24. *Maii.*
S. Syluia, virgo. 15. *Decemb.*

Apud BRIXIONONEM. In Norico.

S. Othiliæ, virginis Translatio. 16. *Decemb.*

Apud BRIXMVNDVM. Saxoniæ.

C.

CAMINHÆ. Diœceſ. Braccarens.

Suſanna à Deo, virgo Clariſſa. 16. *Ianuar.*

In CAMPANIA.

S. Anonymæ, Martyres. 2. *Iulii.*

S. Dominica, virgo, Martyr. 6. *Iulii.*

S. Helena, Matrona, Martyr. 3. *Auguſt.*

S. Martia. } Martyres 2. *Iulii.*
S. Symphoroſa. }

In CAMPANIA. inter Atinam, & Venafrum

S. Daria, Martyr. 12. *Iunii.*

CAMPIDONI. Diœceſ. Conſtantiens. ad Rhenum.

Anna, virgo. 5. *Martii.*

Hildegardes, Regina. 30. *April.*

Margarita, virgo. 5. *Martii.*

Apud CANTABRIGIAM. in Anglia.

S. Pandiona, virgo. 26. *Martii.*

Apud CANTIPRATANVM. Cœnobium, iuxta Cameracum.

Anonyma, virgo. 1. *Maii.*

CANTVARIÆ. in Anglia.

S. Ethburga, virgo Regia, Benedictina Abbatiſſa. 13. *Decemb.*

S. Giſla, virgo Benedictina. 9. *April.*

S. Mildreda, virgo, Abbatiſſa Benedictina. 18. *Maii*

S. Miluida, virgo Regia, Benedictina. 17. *Ianuarij.*

S. Rictrudes, virgo Benedictina. 8. *April.*

In CAPPADOCIA.

S. Capitolina. } Martyres. 27. *Octob.*
S. Erotheis. }

S. Macrina iunior, virgo. 19. *Iulij*

B. Theognia, virgo vxorata. 1. *Ianuar.*

Theoſebia, Matrona. 24. *Februar.*

Apud CAPVAM veterem.

S. Matrona, virgo Martyr. 5. *Martii.*

CARMENÆ in Carpentana Regni Toletani Prouincia.

S. Iuſtina, virgo, Martyr. 30. *Nouemb.*

CARMONÆ. Diœceſ. Hiſpalens.

Lucia Sancia Berciana, vidua, Monialis Conceptionis virg. Deiparæ. 18. *Februar.*

CARNOTI. in Cœnobio. S. Petri de valle. *Chartres.*

S. Solina, virgo, Martyr. 17. *Octob.*

Suſceptio eiuſdem. 25. *Martii.*

In pago CARNOTENSI.

B. Scaraberga, virgo, Solitaria. 18. *Iulii.*

CARPI. in Inſubria.

Camilla Pica, virgo Clariſſa. 26. *Iulii.*

CARRIONI de Comiribus Diœceſ. Palentin.

Ludouica ab Aſcenſione, Abbatiſſa Clariſſa. 28. *Octob.*

Apud Monaſterium de CARRIZO. Aſtoricenſ. Diœceſ. ad Ripas Orbigi fluminis.

Maria, virgo Ciſtercienſ. Abbatiſſa. 4. *Octob.*

In Tuſcia, ad CARSVLARVM Svinatas, propè Aquam-Spartam.

Flora. } Tertiariæ Seruitarum 16. *Decemb.*
Helena. }

CARTAGINE.

S. Agathonica, Martyr. 10. *Auguſt.*

S. Baſſa, Martyr. 10. *Auguſt.*

S. Beſſia, Martyr. 17 *Iulij.*

S. Candida, virgo. 29. *Iunii.*

S. Candida, virgo, Martyr. 20. *Septemb.*

S. Conceſſa Martyr. 8. *April.*

S. Dagila, Martyr. 12. *Iulii.*

S. Donata. Martyr. 17. *Iulii.*

S. Generoſa, Martyr. 17. *Iulii.*

S. Gondenes, virgo, Martyr. 18. *Iulii.*

S. Ianuaria Martyr. 17. *Iulii.*

S. Iulia. } Martyres. 15. *Iulii.*
S. Iuſta. }

S. Paula, Martyr. 10. *Auguſt.*

S. Secunda, Martyr. 17. *Iulii.*

CARTHAGINE. in Hiſpania Tarraconenſi.

S. Florentiæ, virgin. Commemoratio. 14. *Martij*

CASSALIÆ. in Territorio Hiſpalenſi.

Anonyma virgo Clariſſa. 21. *Auguſt.*

CASSII. in Vmbria, Diœceſ. Spoletan.

Rita, Auguſtiniana. 23. *Maii.*

CASTANETI. in Luſitania.

Mentia à Conceptione, virgo Clariſſa. 19. *Ianuar.*

CASTANHEIRÆ, Diœceſ. Vlyſſiponenſ.

Catharina à Trinitate, Clariſſa. 19. *Februar.*

In CASTELLA, propè Calceatenſem Vrbem. Monaſterio de Arundinibus, Diœceſ. Calaguritonenſ.

Armezanæ, virginis Abbatiſſæ Ciſtercienſ. Commemoratio. 22. *Auguſt.*

Vrraca, virgo Ciſtercienſis, Abbatiſſa. 7. *Iunii.*

In. Ciuitate CATELLANA.

Margarita, virgo Tertiaria Dominicana. 13. *April.*

Apud Monaſterium. S. Benedicti de, CASTRIS. propè Eboram. in Luſitania.

Antonia Nonguez, Ciſtercienſis. 24. *Nouemb.*

Catharina Perez de Caruallo, Ciſtercienſis. 15 *Nou.*

Eliſabeth de Aquilar, virgo Ciſtercienſ. 3. *Martii.*

Ioanna, Abbatiſſa, Ciſtercienſis virgo, Martyr. 8. *Decemb.*

Ioanna Ferreiris, virgo Ciſtercienſis, Martyr. 25. *Ianuar.*

Maria Bernardez, virgo conuerſa Ciſtercienſis. 20. *Decemb.*

Mentia, Prioriſſa, Ciſtercienſis. 13. *Decemb.*

Violantia de Souſa, virgo Ciſtercienſis, Abbatiſſa. 28. *Februar.*

Apud CASTRVM CVLMINVM Maiorum in Montibus Marianis, Diœceſ. Hiſpalenſ.

Catharina de Porta, Clariſſa, Abbatiſſa, 11. *Iulij*

Apud Caſtrum REGALE., in Sicilia,

S. Verena, virgo, Martyr. 26. *Iunii.*

CASTRI-LOCO, apud Montes, in Hannonia, Diœceſ. Cameracenſ.

S. Aya, Matrona Benedictina. 18. *April.*

S. Vvaldetrudes, vidua Benedictina. 9. *April.*

Eiuſdem Tranſlatio. 3. *Februar* 12. *Auguſt.* & 2. *Nouemb.*

Item, eiuſdem Sacrarum Reliquiarum Reſeratio. 18. *Auguſt.*

CATALAVNI *Chaalons.*

S. Poma, virgo. 27. *Iunii.*

In Territorio CATALAVNENSI.

S. Anna virgo. 13. *Octob.*

S. Gertrudes, virgo. 18. *Octob.*

S. Lutrudes, virgo Benedictina. 22. *Septembr.*

S. Manegildes, virgo Solitaria. 14. *Octob.*

S. Oda, virgo. 18 *Octob.*

S. Syræ, virginis Benedictinæ, Abbatiſſæ memoria. 8. *Iunii.*

In CATALONIA. *Catalogne.*

S. Fides, virgo, Martyr. 14. *Ianuarii*

Catharina

Catharina à sancto Paulô, virgo Clarissa. 28. *Ianuar.*
Catharina de Salazar, virgo Clarissa. 13. *April.*
Francisca à Gueuarra, virgo Clarissa 23. *Februar.*
Ioanna à Gueuarra, virgo Clara, Abbatissa. 18. *Iunii.*
Maria à Montalua, virgo Clarissa. 21. *Maii.*

CONCÆ, in Territorio Giennensi.

Mentia Velez de cœlis, virgo Clarissa. 2. *Septemb.*

CONFLVENTIÆ, Diœces. Treuirens. *Coblant.*

S. Noitburgis, virginis Commemoratio. 14. *Octob.*
Eiusdem Translatio. 31 *Octob.*

Apud CONFLVENTVM. ad Oesiam Fluuium: Diœces. Parisiens. *Conflant.*

S. Honorinæ, virginis, Martyris Festiuitas. 27. *Februar.*

CONGÆ. in Iapponnio.

Agnes. } Helena. } Martyres. 26. *Februar.*

Congami in Regno de Fingo, apud Iapponium:
Thecla, Martyr. 27. *Octob.*

Constantiæ ad Radices Montis Mariani in saltu Castulonansi.

Constantia, vidua Velasquez, Clarissa. 3. *Decemb.*

CONSTANtiæ ad Rhenum. *Constance.*

Anonyma, virgo. 9. *Maii.*

In Territorio CONSTANTIENSI

Adelheydes, virgo. 2. *Iunii.*
Anonyma, Reclusa. 5. *Iunii.*
S. Christinæ virginis Eleuatio. 17. *Iunii.*
S. Seriosa, virgo. 4. *Ianuar.*

CONSTANTINOPOLI. *Constantinoble.*

S. Anna, vidua. 28. *Nouemb.*
S. Anna, vidua, Martyr. 28. *Nouemb.*
Ss. Anonymæ, Martyres. 21. *Martii.*
Ss. Moniales. 30. Anonymæ, Martyres. 3. *Octob.*
S. Antonina, virgo, Martyr. 3. *Maii.*
S. Anthusa, virgo. 27. *Iulii.*
Depositio Stolæ, Beatæ, [vir]gin. Deiparæ Mariæ, in Blachernis. 2. *Iulii.*
S. Eugenia, Matrona. 25. *Nouemb.*
S. Eustolia, virgo. 9. *Nouemb.*
S. Febronia, virgo Augusta. 28. *Octob.*
Galanducha. vidua, Martyr. 11. *Iulii.*
S. Iuliana, Matrona. 25. *Octob.*
Maria Patricia cum sociis, Martyribus. 9. *August.*
S. Matrona Pergensis, abbatissa. 9. *Nouemb.*
S. Maura, virgo, Martyr. 30 *Nouemb.*
S. Natalia, vidua. 1. *Decemb.*
S. Nicerata, virgo 27. *Decemb.*
S. Olympias, vidua, virgo, Martyr. 17. *Decemb.*
Eiusdem Memoria. 12. *Ianuar.*
Veneratio ipsius. 25. Iulii.
S. Paula, virgo, Martyr. 3. Iunii.
S. Pulcheria, virgo Augusta. 10. *Septemb.*
S. Sopatra, virgo. 9. *Nouemb.*
S. Susanna, virgo. 25. *Nouemb.*
S. Theodora Augusta. 11. *Februar.*
S. Theodota, Martyr. 17. *Iulii.*
S. Theodota, virgo. 28. *Nouemb.*
S. Theophania, Augusta. 26. *Decemb.*

CONYMBRICÆ, seu CONYMBRIÆ. in Lusitania.

Beatrix Vaz ab Oliueira, virgo Augustiniana. 6. *Ianuar.*
S Columba, virgo, Martyr. 5. *Septemb.*
Constantia de Noronha, Abbatissa Benedictina de Semide. 5. *Ianuar.*
S. Elisabeth, Regina, vidua tertiaria Franciscana. 4. *Iulii.*
Fœliciana, virgo, Canonica Regularis. 4 *Februar.*
Ioanna de Saa, virgo Benedictina de Semide. 28. *Februar.*
Leonora à Sylua, Clarissa. 9. *Februar.*

CORBIÆ, in Veromanduis Diœces. Ambianens. *Corbie.*

S. Dusinna, virgo Sacra. 23. *April.*

CORDVBÆ in Hispania Bætica.

Artemia, Matrona. 28. *Septemb.*
S. Aurea, virgo, Martyr. 19. *Iulii.*
S. Aurelia, Martyr. 14. *Octob.*
S. Benildes, Martyr. 15. Iunii.
S. Columba, virgo, Martyr. 17. *Septemb.*
S. Digna, virgo. Martyr. 14. *Iunii.*
Elisabeth, Benedictina, Abbatissa Tabauensis. 8. *Maii.*
S. Eugenia, virgo, Martyr. 26. *Martii.*
S. Flora, virgo, Martyr. 24. *Nouemb.*
Francisca de Heruas, virgo Clarissa. 24. *Iulii.*
S. Leocritia, virgo, Martyr. 15. *Martii.*
S. Liliosa Martyr. 27. iulii.
Commemoratio, eiusd. 27. *August.*
Ludouica de Parcia, virgo Clarissa. 19. *Septemb.*
S. Maria, virgo Benedictina. 24. *Nouemb.*
S. Maria à Iesu, virgo Clarissa. 12. iunii.
Marina à Christo, virgo Clarissa. 14. iunii.
S. Monica, virgo, Martyr. 19 *Septemb.*
S. Natalia, Martyr. 27. iulii.
Eiusdem commemoratio. 27. *August.*
S. Pomposa, virgo Martyr. 19. *Septemb.*
S. Tranquilla Perez, virgo Benedictina. 24. *Martii.*
S. Victoria, virgo Martyr. 17. *Nouemb.*

In Territorio CORDVBENSI.

Agnes à sancto Antonio, virgo Clarissa 11. *Decemb.*

CORINTHI. in Peloppenesi.

S. Anonyma, virgo, Martyr. 10. *Decemb.*
S. Helconides, Martyr. 28. *Maii.*
S. Phœbe, Matrona. 3. *Septemb.*

Apud CORNELION. Montem Leodii.

Ermentrudes virgo, Cisterciensis. 7. *April.*
Iuliana, virgo Cisterciensis. 5. *April.*

In CORNVBIA. Angliæ Prouincia.

S. Buriana, virgo Solitaria. 29. *Maii.*

In CORSICA Insula.

S. Deiuota, virgo Martyr. 27. *Ianuar.*
S. Iulia, virgo Martyr. 22. *Maii.*

CORTEMBERGE Monasterio inter Bruxellam & Louanium.

Columba inclusa, Benedictina. 31. *Decemb.*

CORTONII. in Tuscia.

Gilla Tertiaria Franciscana. 23. *Septemb.*
Hadriana Tertiaria Franciscana. 11. *August.*
Margarita à Cortona Tertiaria Minoritan. 22. *Februar.*

Propè Cossam Pagum Diœces. Catalaunens.

S. Frauda. } S. Possena. } S. Promptia. } Solitariæ. 8. *Maii.*

COVTISSÆ, in Belgio, vulg. *Coutisse.*

S. Orbia ancilla. 17. *Decemb.*

In COVTO, Diœces. Conymbricens.

Guiomar de Sousa, Tertiaria Franciscana. 2. *Februar.*

CREMONÆ. in Insubria.

Margarita Clitheroa, Martyr. 13. *Iulii.*

EBORÆ. vulgò *Euora.* in Lusitania.

Antonia à Fonseca, Priorissa Augustiniana. 15. *Ianuar.*

Beatrix ab horto, Dominicana. 9. *Ianuar.*

Beatrix de Matis, Priorissa, Dominicana. 22. *Ianuar.*

Bryolaya, virgo Cisterciensis. 18. *Octob.*

Ioanna à præsepio, virgo Dominicana. 9. *Februar.*

Isabella de Carualho, virgo Clarissa Abbatissa. 22. *Ianuar.*

Leonora Correa, Cisterciensis. 23. *Februar.*

Maria à Purificatione, vidua, Clarissa. 16. *Februar.*

Mentia de Paiua, Augustiniana. 1. *Ianuar.*

In Territorio EBROICENSI.

Anonyma, Matrona. 19. *Octob.*

Non longè ab ECKA. in Territorio Morinensi.

Ss. Anonymæ tres, virgines, Martyres 9. *Maii.*

Apud EBROICAM Ciuitatem. vulg. *Evreux.* in Neustria.

S. Euticia, matrona, Martyr. 11. *August.*

S. Leonilla, Martyr. 11. *August.*

EDESSÆ. in Syria

S. Bassa, Matrona, Martyr. 21. *August.*

EDIMBVRGI in Scotia.

S. Margaritæ, Reginæ, memoria. 16. *Nouemb.*

In vico EDRA, apud Palæstinam, iuxta Taborium, Cleopatra, vidua. 19. *Octob.*

Apud Castrum EGINISKEIM. In Alsatia.

Heilewida, Matrona. 19. *April.*

Apud EIKENSE. Monasterium, ad Mosam, in agro Leodiensi, Diœcef. Ruræmundens.

S. Harlindes, virgo Benedictina. Abbatissa. 12 *Octob.*

Eiusdem Translatio. 21. *Martii.*

S. Relindis, virginis Translatio. 22. *Martii.*

In pago EISCHELO. Diœcef. Constantiens. in Heluetia.

S. Aurelia. } S. Christina. } virgines Martyres. 28. *August.*

S. Cunegundis, virginis, Memoria. 2. *Maii.*

Eiusdem Eleuatio. 16. *Iunii.*

Et veneratio. 28. *August.*

S. Mecthundes. } S. Vvibrandes. } virgines. 3. *Iulii.*

Earumdem Eleuatio. 16. *Iunii.*

Et Veneratio. 28. *August.*

EISTADII. in Bauaria.

S. Walburgis, virginis Abbatissæ Benedictinæ, Translatio. 21. *Septemb.* & 12. *Octob.*

ELCHII. in Territorio Orisuolano.

Angela Martinez, virgo Clarissa. 25. *Nouemb.*

ELEVTHEROPOLI. in Palæstina.

S. Susanna, Martyr. 10. *Septemb.*

In ELPEDIANO Saxoniæ Monasterio apud Islebium oppidum.

Anonyma, Benedictina 31. *Iulii.*

Anonyma, virgo Benedictina. 29. *Nouemb.*

Anonymæ duæ virgines Benedictinæ. 18. *Octob.*

S. Gertrudes, Abbatissa Benedictina. 12. *Octob.*

S. Mechtildes virgo Benedictina. 19. *Nouemb.*

EMERITÆ. in Hispania.

S. Eulalia, virgo, Martyr. 10 *Decemb.*

Eusebia, Patricia, Matrona. 17. *Ianuar.*

S. Iulia, virgo. Martyr. 10. *Decemb.*

S. Lucretia, virgo, Martyr. 25. *Nouemb.*

EMESÆ. in Phœnicia.

Ss Anonymæ mulieres, Martyres. 14. *Nouemb*

S. Epistemes, Martyr 5. *Nouemb.*

EPHESI.

S. Anonyma, virgo Prophetissa. 6. *Iunii.*

S. Drusiana, Matrona. 21. *April.*

S. Hirenes, virgo Regia, Martyr. 5. *Maii.*

S. Myropis, Martyris veneratio. 4. *Decemb.*

Apud ESCHAM, Flandriæ vicum, Diœcef. Cameracens.

S. Caphraildes, vidua, Martyr. 12. *Nouemb.*

Apud ESTREIAM. Cantiæ Monasterium in Anglia.

S. Ermenburga, Regina, vidua, Abbatissa, Benedictina, 21. *Ianuar.*

In Regione EVCHAITARVM, quæ vergit ad Austrum, propè Heracleam Ponticam.

Eusebia, Matrona. 7. *Februar.*

EVGVBII. in Vmbria.

Franceschina, virgo Clarissa. 4. *Martii.*

Francisca, Eugubina, Tertiaria Franciscana. 12. *Februar.*

Ianuaria, virgo. 26. *Martii.*

Octauia Gambaccia, Tertiaria Dominicana. 27. *April.*

EVMENIÆ in Phrygia magna. Asiæ Prouinciæ.

S. Anthusa, virgo Augusta. 27. *Iulii.*

Apud EVORIENSE Monasterium in Brigensi Saltu, Diœcef. Meldens.

S. Faræ, virginis Benedictinæ, Abbatissæ, Eleuatio. 3. *April.*

Vide Pharæ-Monasterium. infra.

EXTREMI. in Territorio Eborensi.

Ioanna à sancto Ludouico, Ordin. Melitensis. 27. *Februar.*

Maria de e u, Melitensis Ordin. 21. *Februar.*

In Diœcef. EYSTETENSI.

B. Stilla, virgo Schirensis. 30. *Maii.*

F.

FALERÆ in Tuscia.

S. Fœlicissima, virgo Martyr. 12. *August.*

FELTRIÆ. in Dominio Venetorum.

S. Stephanæ, Martyris Translatio. 18. *Septemb.*

Apud FERRARIAS. Monasterium Diœcef. Senonens. vulg. *Ferrures.*

S. Montana, virgo Benedictina, Cauensis Abbatissa. 1. *Octob.*

FERRARIÆ. ad Padum flumen.

Angelica Seraphina, virgo Dominicana. 24. *Martii.*

Antonietta à Brizia, virgo Priorissa Dominicana. 27. *Octob.*

Beatrix Estetensis, vidua, Benedictina. 18. *Ianuar.*

Beatrix Ferrariensis, virgo Dominicana. 26. *Nouemb.*

Cæcilia, virgo Dominicana. 25. *Ianuar.*

Cæcilia, Priorissa Dominicana. 7. *Martii.*

Constantia, virgo Dominicana. 19. *Iulij.*

Dorothæa Perinas, vidua, Dominicana. 6. *Decemb.*

Eustochium, virgo Dominicana. 24. *Ianuar.*

Ioanna., virgo Dominicana. 12. *April.*

Lucia, Narniensis, virgo Dominicana, Tertiaria. 15. *Nouemb.*

Lucia virgo Clarissa. 28. *Nouemb.*

Paula Spessani, virgo Dominicana. 18. *August.*

Perpetua Fadry, Priorissa Dominicana. 10. *August.*

Veronica, virgo Tertiaria Dominicana, 6. *Iulii.*

FIDENCIACI. in Aquitania.

S. Fausta, virgo, Martyr. 4. *Ianuar.*

G.

G.

IN GALATIA Apud Monasterium sancti Chrystophori, Diœcesʃ. Anastasiopol.
S. Elpidia, Matrona, monialis. 26. *April.*

Apud Monasterium sancti GALLI. Diœcesʃ. Constantiensʃ. in Heluetia.
S. Bachildes, virgo Benedictina 11. *April.*
S. Wilberada, virgo, Martyr. 2. *Maii.*

In GALLIIS.
S. Afra virgo. 26. *Iunii.*
S. Anonyma, virgo, Minoritana. 24. *Februar.*
S Anonyma, virgo. 8. *Maii.*
S. Bassula, Matrona. 11. *Martii.*
S. Confortia, virgo. 16. *Nouemb.*
S. Eluaria, virgo, Martyr. 2. *Maii.*
S. Eutropia, vidua. 15. *Septemb.*
S. Galla, vidua. 16. *Nouemb.*
S. Galionda, Regina Franc. 6. *Decemb.*
S. Ingoberga Regina. Franc. 30. *August.*
Lucia, virgo Dominicana. 3. *Decemb.*
Maura, vidua. 11. *Nouemb.*
S. Maxima, virgo Martyr. 1. *Decemb.*
S. Melchthilda, virgo Solitaria. 12. *April.*
Oildes, virgo Cisterciensis, 30. *April.*
Pimeniola. 22. *Decemb.*
S. Sponsaria, virgo, Martyr. 2. *Maii.*
Tharsita, virgo. 11. *Maii.*
S. Tullia, virgo. 16. *Nouemb.*
S. Veneranda, virgo Martyr. 14. *Nouemb.*

In GALLOECIA.
Leonora Roderica, Clarissa, Pontisvedri Abbatissa 5. *Ianuar.*
S. Marina, virgo Martyr. 18. *Iulii.*

GANDAVI. vulg. *Gand.* in Flandria.
S. Adelæ, virginis Commemoratio. 25. *Maii.*
S. Agletrudes, virgo Benedictina. 1. *Septemb.*
B. Coletta Boyletta, virgo Clarissa, Abbatissa. 6. *Martii.*
Gertrude de Pottellis, virgo Cistertiensis Abbatissa. 31. *August.*
S. Idæ, viduæ, Martyris, Commemoratio. 20 *Iunii.*
S. Landradæ virginis corporis Eleuatio. 13. *Iunii.*
S Pharaildes, virgo. 4. *Ianuar.*
S. Rosæ Commemoratio. 24. *Ianuar.*

Apud GANYACVM. Wileassini Pagum, Rothomagensis Diœcesʃ. ad Eptam amnem. propè Venonem. vulg. *Gagny.*
Domana, Matrona. 1. *Septemb.*

Apud GAVDERSHEIMENSE. Saxoniæ. Monasterium.
S. Gerburges, Abbatissa, Benedictina. 24. *Iunii.*

GAZÆ in Palæstina.
S. Anonyma, Martyr. 25. *Iulii.*
Ss. Anonymæ, virgines Martyres. 2. *Ianuar.*
S. Meuris, Martyr. 19. *Decemb.*
S. Salaphtha, virgo Monialis. 16. *Februar.*
S. Thea, Martyr. 19. *Decemb.*
S. Valentina, virgo Martyr. 25. *Iulii.*

GEBENNÆ. in Gallia, ad Rhodanum. vulg. *Geneue.*
Anonyma, virgo Clarissa 19. *iulii.*
Claudia Mansæa, virgo Clarissa, Abbatissa. 18. *August.*

GEMETICI. Diœcesʃ Rothomagensʃ. vulg. *Iumieges.*
S. Ameltrudes, virgo. 30. *August.*

Apud. S. GEMINIANVM. in Tuscia.
S. Fina, virgo. 12. *Martii.*

In GEMMVLA Monasterio, Apud Athestum, Diœcesʃ. Patauinæ.
Beatrix, Athestina, virgo Benedictina. 10. *Maii.*
Beatrix, vidua, Benedictina. 21. *Iulii.*
Beatrix, virgo Benedictina. 28. *Decemb.*

In GENESTINO Monasterio.
Petrucia, Matrona Augustiniana. 7. *Iunii.*
B. Sancta, virgo Augustiniana. 22. *Ianuar.*

GENVÆ ad Mare Ligusticum.
Catharina à Flisco, vidua. 14. *Septemb.*
Consolata, virgo. 5. *Decemb.*
S. Limbania, virgo Monialis. S. Thomæ. 16 *August.*
Maria-Angela Catharina, virgo Annuntiata. 6. *Decemb.*
Maria Genuensis, virgo Seruita. 7. *Nouemb.*
Maria Magdalena, Monialis Annuntiata. 8. *April.*
Maria Victoria, Fornari, vidua, Priorissa Annuntiata. 15. *Decemb.*

In GERMANIA.
Anonyma, virgo. 16. *Februar.*
Ss. Anonymæ virgines, Martyres. 12. *Ianuar.*
Catharina Ciaulina, virgo Tertiaria Franciscana. 9. *Ianuar.*
Catharina, Cistertiensis. 25. *ianuar.*
Clara, virgo. 24. *ianuar.*
S. [illegible]nletta, virgo Regia, Clarissa. 4. *iunii.*
S Eoliba, virgo Benedictina 21. *Nouemb.*
Hildegundis, virginis, Cistertiensis Commemoratio. 5. *August.*
Matildes, virgo Cistertiensis. 25. *Februar.*
S. Nana, virgo Benedictina. 22. *Nouemb.*
S. Othilia, virgo Reclusa, Benedictina. 16. *Nouemb.*
Relindes de Bilegh, vidua, Tertiaria, Dominicana. 15. *Octob.*
Richa, virgo Benedictina. 2. *Iulii.*
Ss. Rosula, cum. 4. Sociis virginibus. 15. *Maii.*
S. Walpurges, virgo Benedictina Reclusa. 25. *Iulii.*

GERPINIÆ, in Territorio Leodiensi. vulg. *Gerp.*
S Rolenda virgo 13. *Maii.*

GERVNDÆ in Catalonia.
S Candida. Matrona, Reclusa. 17 *Ianuar.*

In GESTELLO. Diœcesʃ. Boloniensʃ.
S. Godolena, Martyr. 6. *Iulii.*

In GHELA Brabantiæ pago, Diœcesʃ. Cameracensʃ.
S. Dympna, virgo Regia, Martyr. 30. *Maii.*
Eiusdem Translatio. 15. *Maii.*

GIENNI. in Hispanis.
Catharina. ab Angelis, virgo Clarissa. 1. *ianuar.*
Francisca à sancto Antonio virgo Clarissa. 8. *April.*
Maria à sanct Francisco, virgo Clarissa. 8. *April.*
Maria à Gratia, virgo Clarissa. 7. *Martii.*
Mentia à Mendosa, virgo Clarissa. 25. *Maii.*
Quiteria à Cruce, virgo Clarissa. 23. *Maii.*

GLASCANIÆ in Scotia.
Chinedrita, Matrona. 8. *Maii.*
Elsgina, Matrona. 19. *Maii.*

Apud GLASCOVIENSE Poloniæ. Monasterium.
S. Benedicta, virgo Cistertiensis, Martyr. 8. *Iulii.*

GLASTONIÆ. in Majori Britania.
Ælfleda, vidua, Benedictina. 11. *Nouemb.*

HISPELLI, in Vmbria.
Balbina, virgo Clarissa. 5. *Februar.*
Apud HOLGENSE Monasterium, propè Burgos in Hispania Tarraconensi.
Berengaria Benedictina. 8. *Martii.*
In HOLLANDIA.
Brigida, virgo Dominicana. 25. *Iulii.*
Apud HOMERITAS. Arabiæ Fœlicis.
Ss. Anonymæ. Moniales, ac mulieres, Martyres. 24. *Octob.*
Apud HORREVM, Monasterium Diœcesi. Treuirensi.
S. Anastasia virgo abbatissa Benedictina. 9. *Septemb.*
S. Basilissa, virgo, abbatissa Benedictina. 20. *Maii.*
Memoria eiusdem. 5. *Decemb.*
S. Irmina, virgo Regia, benedictina abbatissa. 24. *Decemb.*
Eiusdem Veneratio. 23. *Ianuar.*
S. Modesta, virgo, abbatissa benedictina 6. *Octob.*
S. Seuera, abbatissa Benedictina. 2. *Ianuar.*
In Monasterio HORTI conclusi, ad Herentale oppidum, Diœcesi. Antuerpiensi.
Elisabeth Arnestia, Præmonstratensis Antistita. 14. *Octob.*
Apud HOVENENSE Germaniæ Monasterium, propè Tolbiacum.
Elisabeth, virgo abbatissa, Cisterciensis. 27. *August.*
Elisabeth, virgo Cisterciens. abbatissa. 15. *Octob.*
Elisabeth, virgo Cisterciensis. 5. *Decemb.*
Euphemia, virgo Cisterciens. 8. *Septemb.*
Guda, Conuersa, Cisterciens. 28. *Iunij.*
Sophia, virgo Cisterciens. abbatissa. 19. *Septemb.*
Apud HVIENSE ad Mosam oppidum. Leodiens. Diœcesi.
S. Odiliæ, virginis Martyr. Translatio. 18. *Iulii.*
Apud HVMMOLARIENSE, Monasterium, iuxta Quintinopolim, in Veromanduis Diœcesi. Nouiodunensi.
S. Bertha, virgo Abbatissa benedictina. 20. *Februar.*
S. Hunegundes, virgo, Benedictina, abbatissa. 25. *August.*
Eiusdem Inuentio, & Eleuatio. 7. *Nouemb.*
Apud HVNONIS Curiam. vulg. *Honecourt.* Diœcesi. Cameracensi.
S. Pollena. } virgines benedictinæ. 8. *Octob.*
S. Valeria.
Apud HYBARVM. Prouinciæ Guipuscoæ. in Hispania Monasterium.
Beata à Iesu, virgo Augustiniana excalceata. 9. *Decemb.*
In HYBERNIA.
Anonyma, virgo. 20. *Nouemb.*
Eleonora Berwinghama, Matrona, Martyr. 29. *Decemb.*
Lupita, virgo. 27. *Septemb.*
Margareta Barnauella, virgo. 6. *Ianuar.*
S. Osmannæ, virginis Memoria. 22. *Nouemb.*
S. Tarnutha, virgo. 9. *Februar.*

I.

IACCÆ. in Hispania Tarraconensi.
S. Eurosia, virgo, Martyr. 24. *Iunii.*
In IAPPONIA.
S. Agnes.
S. Ioanna. } Martyres. 9. *Decemb.*
S. Magdalena.
Apud Regnum de Bungo in IAPPONIO.
Anna Martyr.
Anonyma, Martyr. 20. *Februar.*
Anonyma, Martyr. 31. *Iulii.*
Anonyma, virgo, Martyr. 11. *Septemb.*
Martha, Martyr. 20. *Februar.*
Maxentia, Martyr. 15. *Iulii.*
Apud IBEROS. transpontum Euxinum.
S. Christiana, Ancilla. 15. *Decemb.*
ICONII. in Lycaonia.
S. Thecla, virgo, Martyr. 23. *Septemb.*
ILLESCIS. in Hispania.
Agnes à Conceptione, virgo Clarissa, abbatissa. 24. *Ianuar.*
ILLICI. in Hispania.
S. Corona, virgo Benedictina. 24. *April.*
ILLITVRGI. in Diœcesi Giennensi.
Agnes Cana, virgo, Clarissa abbatissa. 5. *Februar.*
Clara Serrana, virgo Clarissa. 4. *Maii.*
Francisca Beldmia, virgo Clarissa. 14. *Martii.*
Magdalena, à Cruce, virgo Clarissa. 27. *Decemb.*
In INDIA Orientali.
Anonyma, Martyr. 18. *Octob.*
Clara, virgo Regia. Dominicana. 3. *Iulii.*
In INSVBRIA.
Angela Brixiana, Congregationis Vrsulanæ. 21. *Iunii.*
INSVLÆ Flandrorum Maria Insulensis, virgo. 10. *Septemb.*
Apud INSVLAM Palmariam.
S. Anastasia, vidua, Martyr. 25. *Decemb.*
INTERAMNÆ. in Aprutio. vulg. *Teramo.*
S. Agapes, virgo, Martyr. 15. *Februar.*
S. Domnina, virgo, Martyr. 14. *April.*
Apud IONAM. Scotiæ Insulam.
Anonyma, Solitaria. 9. *Iunii.*
Apud IONVILLÆAM Diœcesi. Catalaunensi.
S. Ama, virgo. 22. *Septemb.*
Apud IOPPEN. in Palæstina. vulg. *Iaffa.*
S. Tabitha, Matrona. 13. *Septemb.*
IOTRO, Monasterio, Diœcesi. Meldensi. vulg. *Iouarre.*
S. Aguilberta, virgo, abbatissa benedictina. 11. *August.*
Eiusdem, Translatio. 14. *Octob.*
S. Balda, benedictina, abbatissa. 9. *Decemb.*
S. Pelagiæ Pœnitentis Translatio. 31. *Maii.*
S. Sabina, virgo, benedictina. 30. *April.*
S. Telecbildes, virgo, abbatissa benedictina. 10. *Octob.*
Eiusdem Translatio. 14. *Octob.*
IPERSLOTI. in Confinibus Agri Amstelrodanensis.
Gertrudes, Matrona, Martyr. 28. *Iunii.*
Apud Monasterium. S. IRENÆ. In agro Thomariensi.
Hilaria à Sylua, abbatissa Clarissa. 10. *Februar.*
In ITALIA.
Catharina Ciaulina, virgo Clarissa 9. *Ianuar.*
Clara, Mantuana, Clarissa. 25. *Nouemb.*
Isabella Losa, vidua, Tertiaria Clarissa. 5. *Martii.*
Methildes, virgo Cisterciensis. 2. *Decemb.*

Zz ij

LONDINI. in Anglia.

Anna Lina, vidua, Martyr. 27. *Februar.*

Apud LONGVM CAMPVM. Diœceſ. Pariſienſ. Monaſterium, vulg. *Longchamp.*

Blancha, virgo Regia, Clariſſa. 26. *April.*
Eliſabeth, virgo, Regia, Clariſſa. 31. *Auguſt.*
Ioanna à Brabantia, virgo, Clariſſa. 19. *Auguſt.*
Ioanna à Nauarra, virgo Regia, Clariſſa. 3. *Iulii.*
Magdalena à Britannia, virgo Clariſſa. 29. *Martii.*
Margarita à Brabantia, virgo Clariſſa. 19. *Auguſt.*

Apud LONGVM PONTEM. Diœceſ. Sueſſionenſ. vulg. *Longpont.*

Maria, vidua, Ciſtertienſis. 6. *Februar.*

LORCÆ. in Territorio Carthaginenſ. Hiſpanic.

Beatrix à Gerao, virgo Tertiaria Franciſcana. 18. *Decemb.*
Eliſabeth Pontia, vidua, Tertiaria Franciſcana. 30. *April.*
Franciſca à Gerao, virgo Tertiaria Franciſcana. 18. *Decemb.*
Franciſca Pontia, virgo, Tertiaria Franciſcan. 19. *Februar.*
Maria à Gerao, virgo Tertiaria Franciſcana. 18. *Decemb.*
Maria Sanctia, virgo Tertiaria Franciſcana. 20. *Martii.*
Monuera, vidua, Tertiaria, Franciſcana. 18. *Decemb.*

LORVANII. in Luſitania. Diœceſ. Conymbricenſ.

Guiomaria, virgo Ciſtertienſis. 3. *April.*
Maria, Conuerſa, Ciſtertienſis. 3. *Iunii.*
Tereſia, Regina, Ciſtertienſis. 17. *Iunii.*
Eiuſdem corporis Inuentio. 11. *Auguſt.*

Apud LOTHARINGIAM. in Brabantiæ Partibuſ. vulg. *Lotreich.*

Anonyma, Ciſtertienſis. 8. *Auguſt.*

In LOTARINGIA. vulg. *Lorraine.*

Aleys, vidua, Pœnitens. 19. *Auguſt.*
S. Pretia. / S. Victorina. } virgines Benedictinæ. 19. *Septemb.*

LOVANII. in Brabantia, Diœceſ. Mechlinienſ. vulg. *Louuain.*

Margarita, virgo Ciſtertienſis. 2. *Septemb.*
Maria Sulperia, Hoſpitalaria. 25. *Februar.*
Solemnitas Recollectionis feſtorum Beatiſſimæ ſemper virginis Dei genitricis, Mariæ. 1. *Septemb.*

LVBECI. in ora Sinus Balthici.

S. Hildæ, Abbatiſſæ Benedictinæ Memoria. 5. *Auguſt.*
Eiuſdem Tranſlatio. 15. *Auguſt.*

LVCÆ in Tuſcia vulg. *Lucques.*

Chriſtiana à Cruce, virgo Auguſtiniana. 4. *Iannar.*
S. Fauſtæ virgin. Tranſlatio. 25. *Septemb.*
S. Lucina, vidua. 30. *Iuny*
S. Zita virgo. 27. *April.*

LVGDVNI. in Celtica Gallia. vulg. *Lyon.*

S. Didia, Abbatiſſa. 25. *Ianuarij.*
Lucia, vidua. 22. *April.*
S. Æmylia.
S. Æmylia. / S. Albina. / S. Antonia. / S. Auſonia. / S. Biblides. / S. Blandina. / S. Domna. / S. Grata. / S. Helpia, quæ & Amoa. / S. Iamnica. / S. Iulia. / S. Iulia. / S. Iuſta. / S. Materna. / S. Pompeia. / S. Pompeia. / S. Potamia. / S. Quartia. / S. Rhodana. / S. Rogata. / S. Trophima. } Martyres. 2. *Iunii.*

In Territorio LVGDVNENSI.

Beatrix, Carthuſiana. 13. *Februar.*
Margarita, Prioriſſa Carthuſian. 30. *April.*

In LVSITANIA.

S. Celerina, Regina, Martyr. 17. *Maii.*
Violentia à Cruce, conuerſa Ciſtertienſis. 28. *Decemb.*
Vrracca, Regina. 25. *Septemb.*
S. Vvilgefortis, virgo, Martyr. 20. *Iulii.*

LVTETIÆ Pariſiorum.

S. Agnetis, virginis, Martyris Reliquiarum Translatio. 20. *April.*
S. Albina, virgo Martyr. 23. *Septemb.*
Aliza Burgotta, Recluſa, Tertiaria Franciſcana. 29. *Iunii.*
Auda, virgo. 18. *Nouemb.*
S. Aurea, virgo Abbatiſſa. Benedictina. 4. *Octob.*
Catharina à Ieſu, virgo Carmelitana. 19. *Februar.*
Clothildes, Regina Hiſpan. 24. *Februar.*
S. Clothildes Regina Franciæ. 3. *Iunii.*
S. Genoueſa, virgo. 3. *Iannar.*
Eiuſdem Tranſlatio. 28. *Octob.*
Ac Veneratio. 26. *Nouemb.*
S. Largia, Matrona, Martyr. 9. *Octob.*
Maria ab Angelis, vidua Carmelitana. 19. *April.*
Maria à Draco, vidua. Tertiaria, Minimor. 11. *Septemb.*
S. Opportunæ, virginis, Benedictinæ Abbatiſſæ. Tranſlatio. 8. *Iannar.*

In LYCAONIA.

S. Tryphenna. / S. Tryphoſa. } Mulieres. 10. *Nouemb.*

In LYCIA, Aſiæ Minoris Prouincia.

S. Aquilina. / S. Niceta. } Martyres. 24. *Iunii.*
S. Domnina, Martyr. 12. *Octob.*

LYRÆ. in Brabantia, Diœceſ. Mechlinienſ.

Anna Boſmans, virgo Conuerſa Ciſtertienſis. 26. *Iulii.*
Beatrix, virgo Ciſtertienſis, Prioriſſa. 29. *Iulii.*
Eiuſdem Tranſlatio. 26. *Februar.*

Propè LYRAM.

Chriſtiana, virgo Ciſtertienſis. 10. *Martii.*

M.

MACLOVIOPOLI. in Britannia. Armorica. vulg. *S. Malo.*

Eſther, virgo. 15. *Iulii.*
S. Euphemiæ, virginis, Martyris, Commemoratio. 13. *April.*

MÆNIS. Apud Leontinos in Sicilia.

S. Agrippinæ, virginis, Martyris Tranſlatio. 17. *Maii.*

Angela Cæcilia à Reinia. virgo Clarissa. 13. *Nouemb.*
Angela Catharina, de Cercamis, virgo, Clarissa, abbatissa. 27. *April.*
Angela Fœlix, Parliona, virgo Clarissa. 7. *Maii.*
Angela Gabriel, virgo Clarissa. 2. *August.*
Angela Seraphina de Danetiis, virgo Clarissa. 8. *Februar.*
Beatrix, virgo, Clarissa. 15. *Ianuar.*
Beatrix à Rusconibus Tertiaria Franciscana. 16. *Martii.*
Dorothæa Lissonia, virgo, Clarissa. 11. *Septemb.*
Fœlix Bésuta, virgo Clarissa. 30. *April.*
Hierooyma Seraphina, virgo Clarissa, Abbatissa. 27. *April.*
Iacoba de Chiuatis, virgo Clarissa, abbatissa. 11. *Nouemb.*
Ioanna Maria. Cauanaga, virgo Clarissa, Abbatissa. 2. *Nouemb.*
Isabella Criuella, virgo Clarissa. 17. *Maii.*
Iulia, virgo Clarissa. 21. *Iunii.*
Laura Fœlix de Saulis, virgo Clarissa. 10. *August.*
S. Marcellina, virgo Sacra. 17. *Iulii.*
Maria Ludouica, Castella, virgo Clarissa. 29. *Ianuar.*
Maria Magdalena, virgo, Clarissa. 5. *April.*
Maria, Mediolanensis, virgo Clarissa. 16. *Iulii.*
Modesta, Soncinas, virgo Clarissa 11. *Ianuar.*
Paula Isabella, virgo Clarissa. 2. *Iunii.*
Paula Maria, virgo Clarissa. 27. *Ianuar.*
Perpetua, virgo Clarissa 15. *Septemb.*
Scholastica, virgo Clarissa. 10. *Februar.*
S. Valeria, vidua, Martyr. 18. *April.*
Veronica de Binasco, Augustiniana. 13. *Ianuar.*

MELDIS. vulg. *Meaulx.* in arya Galliæ Prouincia.

S. Celinia, virgo. 21. *Octob.*
S. Edimia, virgo. 21. *Octob.*
S. Syra, virgo Benedictina. 23. *Octob.*

MELDRICIS, Insula, in Hagardia Brabantiæ, Diœces. Mechlinienſ.

S. Ermelendes, virgo Benedictina. 29. *Octob.*
Eiusdem Translatio. 21. *April.*

MELITINE, in Armenia.

S. Alexandra, Augusta, Martyr. 25. *April.*
S. Galata. } S. Theodosia. } virgines, Martyres. 19. *April.*

MERBECCÆ. in Brabantia, Diœces. Mechliniens.

S. Berlendes. } S. Celsa. } S. Nona. } virgines Benedictinæ. 3. *Februar.*
Earumdem Eleuatio. 2. *Maii.*
Et Translatio. 9. *Septemb.*

MESSANÆ. in Sicilia: vulg. *Messine.*

S. Anthia, Matrona, Martyr. 18. *April.*
Benedictina à Catana, virgo Tertiaria, Ordinis Minimorum. 11. *Ianuar.*
Bernarda à Monteforti, virgo Minima. 15. *Nouemb.*
S. Elisabeth, Solitaria, Benedictina. 19. *Septemb.*
Eustochium, virgo Clarissa, Abbatissa. 22. *Ianuar.*
S. Flauia, virgo Sacra, Martyr. 5. *Octob.*
Eiusdem Translatio. 3. *August.*
Franciscetta, virgo Clarissa. 20. *Nouemb.*
Maria Pharonis virgo Minima. 23. *Ianuar.*
Pinuza da Aribertis, vidua, Tertiaria, Minimor. 10. *Nouemb.*

MESSINIACI, in Morinis.

Adela, vidua, Benedictina, Abbatissa. 8. *Ianuar.*

S. Ghiselindes. } S. Herwiges. } S. Iutta. } virgines. 30. *Nouemb.*

METIS ad Mosellam. vulg. *Mets.*

S. Clodessindes, virgo Abbatissa Benedictina. 25. *Iulii.*
Translatio eiusdem. 20. *Iulii.*
S. Frideburga, virgo, Abbatissa Benedictina. 29. *Martii.*
S. Luciæ, virginis, Martyris Translatio. 18. *Ianuar.*
S. Walburges, virgo Benedictina. 29. *Decemb.*
S. Waldrada, virgo Abbatissa Benedictina. 5. *Maii.*

METHYMNÆ Campi, Diœces. Salmanticens.

Agnes ab Ortega, virgo Clarissa. 15. *April.*
Francisca à Braccamonte, virgo Clarissa. 6. *Iulii.*
Isabella de Moregon, virgo Dominicana. 2. *Februar.*

METHYMNÆ. Rosecæ Diœces. Palentinæ.

Theresia Henriquez, vidua, Tertiaria, Franciscana. 3. *Octob.*

Apud Cœnobium sancti MICHAELIS. Diœcesis Virdunens. in Lotharingia vulg. *S. Mihel.*

S. Humberga, Solitaria. 29. *Iunii.*

Apud Burgum. S. MICHAELIS. in Territorio de Ponte Delgadæ, in Lusitania.

Margarita à Clauibus, vidua Augustiniana. 22. *Februar.*

In Territorio MIMATENSI. Gaualis. vulgo. *Maude.*

S. Emmia, virgo Regia, Abbatissa Benedictina. 6. *Octob.*

MINORE, in Picentibus propè Amalphim.

S. Trophimæ, virginis, Martyris Translatio. 13. *Iulii.*

MINORISÆ, in Catalonia, Diœces. Vicens.

S. Agnetis Martyris Translatio. 31. *August.*

In MIRABILI MONTE. Asiæ.

S. Martha, vidua. 5. *Iulii.*

MODOETIÆ. in Insubria.

Catharina, Ducissa, Tertiaria, Franciscana. 29. *Octob.*

MOGAMI. in Regno de OXV, apud Iapponium.

Lucia, Martyr. 10. *Ianuar.*

MOGVNTIÆ. vulgo, *Mayence.*

S. Bilhildes, vidua, Abbatissa Benedictina. 27. *Nouemb.*
S. Iustina, Martyr, cum Sociabus. 16. *Iunii.*

Apud MOLVCAS Insulas, in India Orientali.

Anonyma, Martyr. 6. *Nouemb.*

MONACHII. in Bauaria.

Magdalena Rottemburga, vidua Tertiaria Franciscana. 17. *Iulii.*

MONASTERII. in Vvestphalia. vulg. *Munster.*

S. Heriburges, virgo Benedictina. 16. *Octob.*

In Territorio MONASTERIENSI, ad Lippam Fluuium.

S. Ida, vidua, Benedictina. 4. *Septemb.*

S. Patricia, virgo. 25. *Auguſt.*
S. Reſtituta, virgo, Martyr. 17. *Maii.*
Sanctia, Regina Siciliæ, vidua, Clariſſa. 28. *Iulii.*

NEOCESAREÆ. in Ponto.

S. Macrina, Senior, Matrona. 14. *Ianuar.*

In NEVSTRIA Inferiore.

Alides, virgo Regia. 7. *Auguſt.*

NICEÆ, in Bithynia.

S. Agapa, virgo, Martyr. 10. *Martii.*
S. Antonina, Martyr. 12. *Iunii.*
S Arabia, Martyr. 13. *Marty.*
S. Cyrilla, virgo Martyr. 14. *Auguſt.*
S. Theodora, Martyr. 1. *Martii.*
S. Theodota, Matrona, Martyr. 2. *Auguſt.*
S. Theuſeta, Martyr. 13. *Martii.*

Apud S. NICOLAVM. de Portu.
Diœceſ. Tollenſ.

S. Menna, virgo. 3. *Septemb.*

NICOMEDIÆ. in Bithynia.
ad Propontidem.

S. Agapes, virgo, Martyr. 28. *Decemb.*
Ss. Anonymæ. Sex virgines Martyres. 29. *Maii.*
Ss. Anonymarum Martyrum Commemoratio. 22. *Iunii.*
S. Barbara, virgo, Martyr. 4. *Decemb.*
S Baſiliſſa, virgo, Martyr. 3. *Septemb.*
S. Baſſa, Martyr. 6. *Martii.*
S Cyriaca, virgo Martyr. 19. *Maii.*
S. Domna, virgo, Martyr. 28. *Decemb.*
S Dula. Martyr. 25. *Martii.*
S Eviampia, virgo, Martyr. 10. *Octob.*
S. Euphraſia, virgo, Martyr. 19. *Ianuar.*
S. Flamina, virgo, Martyr. 2. *Maii.*
S. Frontina, Martyr. 14. *Martii.*
S. Hilaria, Martyr. 19. *Martii.*
S. Iuliana Martyr. 29. *Martii.*
S. Iuliana, virgo, Martyr. 4. *Decemb.*
S. Ioliana, virgo, Martyr. 21. *Decemb.*
S. Iuſtina, virgo, Martyr. 26. *Septemb.*
S. Maria, virgo, Martyr. 1. *Novemb.*
S. Modeſta. Martyr. } 13. *Martii.*
S. Patricia. Martyr. }
S. Theophyla, virgo, Martyr. 28. *Decemb.*

NICOPOLI, in Armenia.

S. Pelagia. Martyr. 11. *Iulii.*

NIVELLÆ. in Brabantia, Diœceſ. Namorcenſ.

Anonyma, Benedictina virgo. 10. *April.*
Anonyma, virgo Benedictina. 30. *Decemb.*
Diedela, virgo Benedictina. 23. *Martii.*
Eliſabeth de Gravio virgo Benedictina. 30. *Decemb.*
S. Gertrudes, virgo, Abbatiſſa Benedictina. 17. *Martii.*
Eiuſdem Conſecratio. 2. *Decemb.*
Et Tranſlatio. 10 *Februar.*
Grimeletha, virgo, Benedictina. 17. *Martii.*
S. Iduberga, vidua Benedictina. 8. *Maii.*
Vvilfrides, virgo, Abbatiſſa Benedictina. 23. *Novemb.*

NOLÆ, in Campania.

S. Secunda. } Martyr. 25. *Iulii.*
S. Iulia. }
S. Theraſia, Matrona. 5. *Martii.*

In NORVVERGIA,

S. Summina, virgo, Martyr. 8. *Iulii.*

NOVARIÆ. in Inſubria, vulg. *Novare.*

Catharina, virgo Clariſſa. 31. *Decemb.*
Concordia, Clariſſa virgo. 1. *Auguſt.*

Lucida, virgo Clariſſa. 31. *Decemb.*
Margarita Torniella, virgo Clariſſa. 13 *Auguſt.*

In NOVESSIANO Monaſterio, propè Coloniam.

Agnes, virgo Ciſtercienſis. 21. *Februar.*

Apud NOVIGENTVM, Abbatiam.
vulg. *Nogent.* Diœceſ. Laudunenſ.

Adelheis, vidua, Benedictina. 23. *Martii.*

NOVIODVNI. in Veromanduis.
vulg. *Noyon.*

S. Godoberta, virgo, Abbatiſſa Benedictina. 11. *April.*
Eiuſdem Tranſlatio. 27. *April.*

NOVOCOMI. in Inſubria. vulg. *Como.*

S. Fauſtina. } virgines Benedictinæ. 18. *Ianuar.*
S. Liberata. }

NVCERIÆ. vulg. *Nocera.* in Vmbria.

S. Conſtantia, Martyr. 19. *Septemb.*

In NVMIDIA Africæ Provincia.

S. Pudentiana Martyr. 10. *April.*

In NVREMBERGENSI Pago.
Apud Germaniam.

Anonyma, virgo. 28. *Novemb.*

NVRSIÆ, in Vmbria.

Lucia, virgo Tertiaria Franciſcana. 12. *Ianuar.*

O.

OCTODVRI, Caſtella veteri.
Maria à Toribus, virgo Clariſſa. Abbatiſſa. 9 *Septemb.*

OGNIACI, vulgò *Ogniez.*

Maria. vidua, Recluſa, Ciſtercienſis. 23. *Iunii.*
Tranſlatio Eiuſdem. 12. *Octob.*

Apud Monaſterium de OLIVA.
Propè Marimontium in Haunonia.

Beatrix, Pœnitens. Ciſtercienſis. 6 *Novemb.*

OLIVENCÆ, in Territorio Albenſi.

Maria à Cruce, Tertiaria Franciſcana. 1. *Ianuar.*

Apud Monaſterium. S. Spiritus de
OLMEDO, in Hiſpania.

Bernarda, virgo Ciſtercienſis, Abbatiſſa. 2. *April.*
Catharina Paez, Ciſtercienſis, Abbatiſſa. 18. *Martii.*

ORAPESSÆ in Territorio Abolenſi.

Maria à Toleto, virgo Clariſſa. 8. *Iunij.*

ORBÆ. in Sabaudia, Diœceſ. Lauſanenſ.

Lodoica, vidua, Clariſſa. 7. *Auguſt.*
Philippina Chalonia, virgo Clariſſa. 16. *Octob.*

Apud ORDIVELLAS. Monaſterium.
Diœceſ. Vlyſſiponenſ.

Hieronyma Lema, virgo Ciſtercienſis. 6. *Ianuar.*
Iſabella de Cooha. Ciſtercienſis. 16. *Ianuar.*
Ioliana Trigueros, virgo Ciſtercienſis. 6. *Ianuar.*
Maria, virgo Regia, Ciſtercienſis. 13. *Iulii.*
Maria à Sylva, Ciſtercienſis. 27. *Ianuar.*
Meotia à Noronha, virgo Ciſtercienſis. 10. *Ianuar.*
Philippa, Regia, Ciſtercienſis. 25. *Iunii.*

In ORIENTE.

S. Charitina, virgo, Martyr. 5. *Octob.*
S. Eliſabeth, Thaumaturga. 24. *April.*

ORIOLÆ. in Regno Valentiæ.

Ioannæ, virgo, Auguſtiniana. 2. *Iunii.*

Apud ORPIVM Gallo-Flandriæ.
In Monaſterio S. Martini de Monte,
Diœceſ. Namurcenſ. vulg. *Erp.*

S. Adilia, virgo Benedictina, Abbatiſſa. 30. *Iunii.*
Eiuſdem Veneratio. 6. *Decemb.*

S. Giſala,

S. Gisala, vidua, Regina, Abbatissa Benedictina. 7. *Maii.*

PATERNI. in Territorio Cosentino Calabriæ.

Hieronyma, virgo Tertiaria, Minima. 8. *Septemb.*

In PAVLIACENSI. Monasterio. vulg. *Pauilly.* Diœcesf. Rothomagenf.

S. Iuliana, virgo, Abbatissa Benedictina. 11. *Octob.*

PENNAFELII. Diœcesf. Palentin. in Hispania.

Ioanna, Matrona, vidua. 9. *Maii.*

PENNEBEKE. in Brabantia, iuxta Bruxellas, Diœcesf. Mechliniensf.

Gilda, virgo Abbatissa, Monasterij Cameræ virgin. Cistertiensf. 12. *Februar.*

PERGAMI. in Asia.

Ss. Agathonica, Martyr. cum Sociabus. 13. *April.*

PERGÆ. in Pamphylia.

S. Philippa, vidua, Martyr. 20. *Septemb.*

In PERSIDE.

S. Anonyma, Sacra, virgo Martyr. 21. *April.*
Ss. Anonymæ, virgines Martyres. 16. *Maii.*
S. Casdoa, Martyr. 29. *Septemb.*
S. Christina, virgo, Martyr. 13 *Maii.*
S. Gudelia, Martyr 29. *Septemb.*
Ss. IA. & Sociæ, Martyres. 4. *Augusti.*
S. Mamelta, Martyr. 17. *Octob.*
Ss. Susanna Martyr. cum Sociabus. 21. *Nouemb.*
Ss. Tarbula, virgo, Martyr. & Sociæ, Virgines Martyres. 22. *April.*

PERVSIÆ. in Hethruria.

S. Anonyma, Matrona. 29. *Augusti.*
Columba, virgo Tertiaria Dominicana. 20. *Maii.*
Lucia Petri à Fulgineo. virgo, Abbatissa Clarissa. 9. *Decemb.*
Lucretia, virgo. 7. *Decemb.*
Symona, vidua, Seruita. 23. *Septemb.*

In Territorio PETRAGORICENSI. vulg. *Perigort.* Galliæ Aquitanicæ.

S. Muodana, vidua, Martyr. 5. *Maii.*

Apud PHARÆ Monasterium, vulg. *Phar Monstier.* Diœcesf. Meldenf.

S. Anonyma, virgo Benedictina. 2. *April.*
S. Earcongotha, Abbatissa Benedictina. 7 *Iulii.*
S. Edilburga, virgo Regia, Benedictina Abbatissa. 7 *Iulii.*
S. Phara, virgo, Abbatissa Benedictina 7. *Decemb.*
S. Sethrida, virgo, Abbatissa, Benedictina. 10. *Ianuar.*

Vide *Eueriacensi* sup.

PHILADELPHIÆ in Asia.

S. Ammia, Prophetissa. 10. *April.*

PHILIPPIS. in Macedonia.

S. Lydia Purpuraria. 3. *Augusti.*
S. Sintyche. 22. *Iulii.*

Apud PHOCENSEM, Galliæ Prouinciam. vulg. *Prouence.*

S. Archotamia, vidua. 9. *Iunii.*
Bertranda Carmata. } Matronæ. 31. *Maii.*
Mablina à Simana. }

In PHRYGIA, Asiæ Minoris.

S. Ariadna, Martyr. 17. *Septemb.*

In PICOENO. vulg. *Marque d'Ancona*

Beneuenuta, vidua, Tertiaria Franciscana. 9. *Ianuar.*
Translatio. sanctæ Domus Lauretanæ, virginis Mariæ Deiparæ. 10. *Decemb.*

PICTAVIS. vulg. *Poictiers.* in Gallia.

Anonyma, vidua. 21. *Decemb.*
Antonia ab Aurelia, vidua, Cistertiensis Fulieosis. 22. *April.*
S. Apra, virgo. 13. *Decemb.*
S. Disciola, virgo Benedictina. 10. *Martii.*
S. Florentia, virgo Reclusa. 1. *Decemb.*
Gundrada, virgo Benedictina. 1. *Ianuar.*
S. Radegundes, virgo, Regina Francorum, Abbatissa Benedictina. 13. *Augusti.*
Eiusdem Reuectio ac Repositio. 28 *Februar.*
S. Tirasia, virgo Reclusa. 16. *Augusti.*

In pago PICTAVIENSI.

S. Columba, virgo Martyr. 24. *Iunii.*
S. Imperia. 6. *Septemb.*
S. Materna, virgo, Martyr. 24. *Iunii.*
S. Neomadia, virgo. 13. *Ianuar.*
S. Pleina, virgo, Martyr. 14. *Iunii.*
S. Virgana, virgo. 7. *Ianuar.*

PINCIIS. in Castella.

Beatrix Hermosilla, virgo Tertiaria Franciscana. 2. *Martii.*

PINORVM Syluæ, Diœcesf. Foroiuliensf. in Gallia.

S. Nympha, virgo Martyr. 9. *Augusti.*

PISAVRI. vulg. *Pesaro.* in Marchia Anconitana.

Eugenia Fœlix, virgo Clarissa, Abbatissa. 20. *Decemb.*
Fœlix à Meda, virgo Abbatissa, Clarissa. 30. *Septemb.*
Francisca à Fano, virgo Clarissa. 30. *Ianuar.*
Magdalena, Tizon, virgo Clarissa. 25. *Iunii.*
Michaelina, vidua, Tertiaria, Franciscana. 19. *Iunii.*
S. Mustia, virgo. 4. *Iulii.*
Seraphina à Columna, vidua, Clarissa, Abbatissa, 8. *Septemb.*
Syra, Tertiaria Franciscana. 31. *Decemb.*

PISIS. in Tuscia, vulg. *Pise.*

Bona, virgo Tertiaria Franciscana. 24. *April.*
Clara Gambacorta, vidua Dominicana. 17. *April.*
Maria Spesalasta, vidua, Tertiaria, Dominicana. 21 *Februar.*
Mathildes, Comitissa. 18. *April.*
Vbaldesca, virgo, Ordinis Melitensf. 28. *Maii.*

PISTORII. in Tuscia.

Dianastella, virgo Tertiaria, Seruitar. 21. *Martii.*
Ioanna de Maguls, virgo Seruita. 29. *Decemb.*
Maria-Petra, Tertiaria Seruita. 8. *Nouemb.*
Thiaoa de Imbarcatis, virgo, Tertiaria Seruita. 10. *Augusti.*

PLACENTIÆ. in Æmylia. vulg. *Plaisance*

Baptista, virgo Tertiaria, Franciscana. 13. *Ianuar.*
Clarentia, virgo Cistertiensis. 8. *Martii.*
S. Francha, virgo Abbatissa Cistertiensis. 25. *April.*
S. Iustinæ, virginis Martyr. Translatio. 17. *Augusti.*
Maria, Matrona. 21. *Septemb.*
S. Victoria, virgo Abbatissa. 23. *Decemb.*

In PLAIA Oppido Insulæ Tertiæ Lusitanæ.

Catharina de Ornelas, virgo Clarissa. 26. *Iunii.*

PLATEÆ in Sicilia.

Anonyma, Tertiaria Franciscana. 7. *Februar.*
Margarita Calaxibeta, virgo, Minorita. 8. *Martii.*

Q.

R.

In Territorio RHEMENSI.

S Macra, virgo, Martyr. 6. *Ianuar.*

In RHENENSI oppido Diœcef. Vltrajectenf.

S Cunera, virgo Martyr. 28. *Octob.*

Eleuatio einfdem. 12. *Iunij.*

Apud RHODIVM. in Taxandria, Brabantiæ; Diœcef. Syluæducenf.

S. Odda, virgo. 27. *Nouemb.*

Eiufdem Eleuatio ac Tranflatio. 27. *Februar.*

RIBEIRÆ. in Territorio Lamecenf. Lufitaniæ.

Antonia à fancto Paulo, abbatiffa, Tertiaria Francifcan. 12. *Ianuar.*

Apud RIPATORIVM, Monafterium, vulg. *l'Arrouer.* Diœcef. Trecenf.

Ioanna, Ciftercienfis Reclufa. 4. *Maii.*

RIPÆ Limofani, in Apulia.

Francifca, Tertiaria Francifcana. 12. *Octob.*

ROMÆ.

S. Æmyliana, virgo. 5. *Ianuar.*

S. Æmyliana, Martyr. 30 *Iunii.*

S Aglaea, Matrona. 8. *Maii.*

S. Agnella, vidua. 16. *Iulii.*

S. Agnes, virgo, Martyr. 21. *Ianuar.*

S. Agnes, vidua, Augufta. 24. *Decemb.*

S. Agrippina, virgo Martyr. 23. *Iunii.*

S Agrippina, Martyr. 1. *Iulii.*

S. Albina, Matrona. 4. *Martii.*

S. Altrudes Tertiaria Francifcana. 22. *Iunii.*

S. Anaftafia Martyr. 15. *April.*

S. Anaftafia, virgo, Martyr. 22. *Octob.*

S. Anaftafia, Senior, virgo Martyr. 28 *Octob.*

S. Anatholia, Martyr. 20. *Martii.*

S. Anatholiæ, virginis Martyr. Memoria. 18. *Decemb.*

S Anoyma, Matrona, Martyr. 23. *Februar.*

Ss. Anonymarum, Mulierum, Infantium, Puellarum ac virginum, Martyrum Inuentio. 17. *Ianuar.*

Ss Anonymæ, Martyres. 10. *Maii.*

, Anthiæ, Martyris veneratio. 15. *Decemb.*

S. Antholiæ, virginis Martyr. Memoria. 18. *Decemb.*

B. Antonia, vidua. 1. *April.*

S. Appollonia, virgo, Martyr. 9. *Ianuar.*

S. Aquilinæ, Tranflatio. 19 *Februar.*

S. Artemia, virgo. 25. *Iunii.*

S. Artemia: virgo Augufta, Martyr. 12. *Auguft.*

S. Afella, virgo. 6. *Decemb.*

S. Attica, virgo. 25. *Iunii.*

S. Aurelia, Martyr, 2. *Decemb.*

S. Balbina, virgo. 31. *Martii.*

Eiufdem veneratio. 6. *Octob.*

S. Barbara, matrona. 21. *Iulii.*

S. Bafiliffa, Martyr. 15. *April.*

S. Bafilla, virgo, Martyr. 20. *Maii.*

S. Beatrix, Martyr. 29. *Iulii.*

S. Benedicta, Martyr. 4. *Ianuarij.*

S. Benedicta, virgo Sacra. 6. *Maii.*

S. Bibiana, virgo, Martyr. 2. *Decemb.*

S. Blanda, Martyr. 10. *Maii.*

S. Blefilla, vidua. 22. *Ianuar.*

S. Brigitta, vidua, Tertiaria Francifcana. 23. *Iulii.*

S. Cæcilia, virgo, Martyr. 22. *Nouemb.*

S. Candida, Martyr. 6. *Iunii.*

Eiufdem Tranflatio. 19. *Februar.*

S. Candida, virgo Martyr. 29. *Auguft.*

S. Candida, Martyr. 1. *Decemb.*

S. Catharina Senenfis, virgo Dominicana Tertiaria. 29. *April.*

B. Catharina, vidua, Regina, Tertiaria Francifcana. 25. *Octob.*

S. Charitas, virgo, Martyr. 1. *Auguft.*

Ss Charitina, Martyr. cum Sociabus. 23. *April.*

S. Claudia, vidua. 31. *Decemb.*

Eiufdem Memoria. 15. *Decemb.*

S. Concordia, Martyr. 13. *Auguft.*

S. Conftantia, virgo Regia. 18. *Februar.*

S. Cortiliæ, virgin. Martyr. Commemoratio. 23. *Ianuar.*

S. Crefcentiana Martyr. 5. *Maii.*

S. Cyriaca, Martyr. 20. *Martii.*

S. Cyriaca, vidua, martyr. 21. *Auguft.*

S. Cyrilla, virgo Martyr. 28. *Octob.*

S. Dafrofa, vidua, Martyr. 4. *Ianuar.*

S. Daria, virgo, Martyr. 25 *Octob.*

Dedicatio Ecclefiæ. S. Mariæ ad Martyres. 13. *Maii.*

Dedicatio bafilicæ. S. Mariæ, ad Niues. 4. *Auguft.*

S. Demetria, virgo, Martyr. 21. *Iunii.*

S. Digna, virgo, Martyr. 22. *Septemb.*

B. Domitilla, virgo Clariffa. 16. *Februar.*

S. Donata, Martyr. 31. *Decemb.*

S. Eadburga, virgo Abbatiffa Benedictina. 12. *Decemb.*

S. Emerentiana, virgo Martyr. 23. *Ianuar.*

S. Emerita, virgo, Martyr. 22. *Septemb.*

S. Epicharis, Matrona, Martyr. 27. *Septemb.*

S. Eudocia, virgo. 6. *Nouemb.*

S. Eugenia, virgo, Martyr. 25. *Decemb.*

B. Eutropia, Matrona. 27. *Iunii.*

S. Exuperia, 26. *Iulij.*

S. Fabiola, Matrona 27. *Decemb.*

S. Faufta, Matrona. 19. *Decemb.*

S Felicula, Martyr. 14. *Februar.*

S. Felicula, virgo, Martyr. 13. *Iunii.*

S Fides, virgo, Martyr. 1. *Auguft.*

S. Flora, virgo Martyr. 29. *Iulii.*

S. Fœlicitas, Martyr. 10. *Iulii.* & 23. *Nouemb.*

S. Fœlicitas, Matrona. 25. *Nouemb.*

B. Fœlix, à Perufio, virgo Clariffa, Abbatiffa. 31. *Maii.*

S. Francifcana, vidua, Tertiaria, Francifcana. 9. *Martii.*

S. Galla, vidua, Monialis. 6. *April.*

Eiufdem Tranflatio. 5. *Octob.*

S. Gaudentia, virgo, Martyr. 30. *Auguft.*

S. Gregoria, virgo. 14. *Auguft.*

S. Helena, vidua, Augufta. 18. *Auguft.*

Eiufdem Eleuatio. 22. *Maii.*

S. Herena, virgo. 4. *Ianuar.*

S. Herundines. virgo. 23. *Iulii.*

S. Hilaria, vidua, Martyr. 3. *Decemb.*

Ss. Hilaria, Martyr. cum Sociabus. 31. *Decemb.*

B. Ioanna à Fœlicibus, Tertiaria Francifcana. 16. *Ianuar.*

S. Iuliana, Matrona. 23. *Maii.*

S. Iuliana, Martyr. 15. *Nouemb.*

S. Iufta, Matrona. 15. *Decemb.*

S. Læta, Matrona. 11. *Maii.*

S. Lea, vidua. 22. *Martii.*

S. Liberia. 1. *Iulii.*

S. Licinia, virgo. Martyr. 25. *Maii.*

S. Lucia, virgo Martyr. 25. *Iunii.*

S. Lucia, Matrona, Martyr. 16. *Septemb.*

S.

IN Pago SAGIENSI apud Neustriam.
S. Lanuldes, Abbatissa Benedictina. 27. April.

SAGVNTIÆ, in Hispania Tarraconensi.
S. Liberata, virgo, Martyr. 18. Ianuar.
Translatio eiusdem. 15. Iulii.

SALERNI Picentinorum.
S. Archelaa, virgo, Martyr. 18. Ianuar.
Iudith, Matrona. 27. Septemb.
Lucia, virgo, Tertiaria Franciscana. 26. Septemb.
S. Susanna. } virgines Martyres. 18. Ianuar.
S. Thecla. }

SALISBVRGI, in Bauaria. vulg. *Saltzbourg*.
S. Cunigundes, virgo 9. Septemb.
S. Erentrudes, virgo Abbatissa Benedictina, 30. *Iunii*.
Translatio eiusdem. 3. Septemb.

SAMANTICÆ. vulg. *Salamanque*.
Agnes, virgo Clarissa. 2. Iulii.
Anna-Maria à sancto Iosepho, virgo Clarissa. 14. *Maii*.
Maria Suarez, vidua, Clarissa. 1. Martii.

SALODII. ad Benacum Lacum, Diœcesi. Brixiensi.
S. Oliua, virgo Martyr. 19. April.

SALSINIÆ. propè Namurcum.
Agnes, Corneliensis, virgo Cisterciensis. 11. *Ianuar*.

SANDECIÆ. in Polonia.
Iolanta, vidua, Clarissa. 25. April.
Kunegundes virgo Clarissa. 24. Iulii.

SANTARENI. in Territorio Vlyssiponensi.
Agnes à Iesu, Clarissa. 15. Februar.
Anonymæ, Duæ, virgines Dominicanæ. 4. *Februar*.
Beatrix à Feijo, Dominicana. 8. Ianuar.
S. Cesta. 20. Octob.
Catharina Rodriguez, virgo Dominicana. 18. *Februar*.
Elisabeth à sancto Hieronymo, virgo Clarissa. 29. *Nouemb*.
Genebra à Magdalena, Clarissa. 3. Februar.
Helena à sancto Antonio, virgo Clarissa. 18. *Nouemb*.
Ioanna ab Angelis. virgo Clarissa. 18. Februar.
Ioanna à Matre Dei. Clarissa. 7. Ianuar.
S. Irenes, virgo Benedictina, Martyr. 20. Octob.
Isabella ab Assumptione, Clarissa, Abbatissa. 21. *Ianuar*.
Isabella à sancto Hieronymo, Clarissa, Abbatissa. 21. *Februar*.
S. Iusta. 20. Octob.
Leonora de Noronha, virgo Dominicana. 17. *Februar*.
Maria à Plagis, virgo Clarissa. 13. Iulii.
Philippa Godina, virgo Dominicana. 9. Februar.

SANTILLANÆ. in Asturibus.
S. Iulianæ, virginis Martyris Translatio. 6. *Martii*.

SANTIS. in Hannonia, Diœcesi. Cameracensi.
S. Reineldes, virgo, Martyr. 16. Iulii.

In SARDINIA.
S. Faustæ, virginis & Martyris veneratio, 5. *Maii*.
S. Fœlix, Martyr. 28. *Maii*.
S. Henedinæ. } virgin. Martyr. veneratio.
S. Iustinæ. } 5. *Maii*.
S. Mathidia Matrona. 16. Februar.

SAREVALLIS. apud Cenetam, Marchiæ Treuisanæ, intra Montes Rhætiarios.
S. Augusta, virgo, Martyr. 27. Martii.

In SAXONIA, vulg. *Saxe*.
Anonyma Benedictina. 15. Septemb.
S. Helentrudes, Reclusa. 31. Octob.
S. Luitpurga, virgo Benedictina. 31. Maii.
S. Mechtildes, virgo Benedictina. 25. August.
S. Tnedwisa, Abbatissa Benedictina. 4. April.

Apud SCALABITANVM Conuentum Ouremij in Lusitania.
S. Irenes, virginis Martyris Commemoratio. 22. *Octob*.
S. Terasia. 3. Septemb.

SCALIS in Picentinis, Salernitani Principatus.
S. Stephania, virgo Martyr. 18. Septemb.

SCALONE Castellæ oppido.
Antonia Pachieca, virgo Clarissa. 20. April.
Francisca Guascina, virgo Clarissa. 17. Ianuar.
Francisca Pachieca, virgo Clarissa. 29. Maii.
Ioanna Pachieca, Clarissa virgo. 20. April.

SCONAVGIÆ. non longè ab Heidelberga, Diœcesi. VVormatiensi.
Elisabeth, virgo Benedictina. 16. Iunii.
Engrides, virgo Dominica. 20. April.
Hildegundes, virgo Cisterciensi. 20. April.

In SCOTIA. vulg. *Escosse*.
S. Bega, virgo Benedictina. 6. Septemb.
S. Beya, virgo, Abbatissa Benedictina. 1. Nouemb.
S. Christinæ virginis Commemoratio. 7. Septemb.
S. Daria, vidua. 21. Octob.
S. Fintana, virgo Solitaria. 15. Octob.
S. Kenneiræ, virgin. Martyr. Commemoratio. 13. *Martii*.
S. Macra, virgo Regia. 16. Iulii.
S. Margarita Regina. 10. Iunii.
S. Otha, virgo Solitaria. 13. Octob.
S. Pumicia, virgo 27. Iulii.
S. Triduana, virgo. 8. Octob.

SCETIS, in Ægypto.
S. Anastasia Patricia, Matrona, Anachoreta, 10. *Martii*.
S. Apollinaris Syncletica & Patricia, virgo. 5. *Ianuar*.
S. Sara, virgo, Abbatissa. 30. Maii.

Apud SCHEDIAMVM Hallandiæ, oppidum.
Lidwina, virgo. 14. April.
Petronilla, virgo. 14. Ianuar.

SCHEDVI in Suetia.
S. Helena, vidua. 30. Iulii.

Apud SCHIREBVRGENSE Monasterium. Diœcesi. Sarisberiensi. in Anglia.
S. Ethelgina, Abbatissa Regia, Benedictina. 9. *Decemb*.

Apud SCHOLAM, vicum Diœcesi Claromontensis.
Petronilla, Abbatissa Præmonstratensi. 13. Iulii.

SEBASTÆ. in Armenia.
Ss. Anonymæ, Mulieres. 7. Martyres. 2. Februar.

SEGOBIÆ. in Hispania Tarraconensi.
Catharina de San-Millan, virgo Clarissa, 1. *Februar*.
Elisabeth Peralta, virgo Tertiaria Franciscana. 3. *Iunii*.

apud

Apud SVMMONTORIANVM Monasterium, Diœcef. Augustan.
Richildes, virgo Solitaria. 23. *August.*
Wiltrudes, virgo Benedictina, abbatissa. 30. *Iulii.*

SVRRENTI Picœntinorum.
S. Quartilla. } Martyres. 19. *Martii.*
S. Quintilla. }

SVRRIGII in Burgundia, vulg. *Seurre.*
Maria à Corbya, virgo, Clarissa. 8. *Maii.*

SVTRII in Toscia.
S. Dulcissima, virgo Martyr. 16. *Septemb.*
S. Fortunata, virgo Martyr. 13. *Iulii.*

Apud SWESTRENSE Monasterium in Germania.
S. Benedicta. } abbatissæ benedictinæ.
S. Cæcilia. } 16. *Nouemb.*

Apud SYLVÆ-BENEDICTÆ Monasterium Diœcef. Aniciens.
Margarita, virgo Cistertiensis. 20. *Iulii.*

SYLVANECTI. vulg. *Senlys.* in Gallia
S. Prothasia, virgo Martyr. 18. *Decemb.*

In vico SYNDVNO. ad Pagum Ducomensem: Diœcef. Rhemens.
S. Basilica. } Martyres. 18 *Nouemb.*
S. Oiikola. }

SYRACVSIS, in Sicilia.
S. Deodata, Martyr. 31. *August.*
Vneratio eiusdem. 14. *Decemb.*
S. Lucia, virgo, Martyr. 13. *Decemb.*
S. Martia, Martyr. 21. *Iunii.*
S. Seraphina Caiectana, Abbatissa Montis virginis. 14. *August.*

In SYRIA.
S. Domnina. 1. *Martii.*
Maria, Pœnitens. 25. *Septemb.*
Maria, Pœnitens. 29. *Octob.*

T.

Apud TABANENSE Cœnobium, in Territorio Cordubensi.
Montesia, virgo. 28. *Iulij.*

Apud TABENENSIOTARVM Monasterium in Ægypto, ad Nilum flumen.
S Isidora, virgo . 5. *Martii.*
S. Tabitha, virgo. 21. *Nouemb.*

TAGASTÆ. in Africa.
S. basilica. } virgines. 29. *Nouemb.*
S. Faustina. }
S. Fœlicitas. }
S. Perpetua. virgo, vidua, Abbatissa. 2. *August.*

In TANETO insula, Diœcef. Cantuariensi.
S. Mildrada, virgo Regia, Abbatissa benedictina. 13. *Iulii.*

TARASCI. vulg. *Tarascon.* in Gallia Narbonensi,
S. Martha, virgo 29. *iulii.*
Translatio capitis eiusdem. 8. *August.*

TARBIÆ. vulg. *Tarbes.* in Nouem populania. Galliæ Prouincia.
S. Confessa, virgo. 10. *Maii.*

TARRACINÆ. in Campania.
S. Euphrosyna. } virgines Martyres. 7. *Maii.*
S. Flauia Domitilla. }
S. Theodora. }

TARRACONÆ. in Hispania.
S. Aquila. } Martyres. 23. *Martii.*
S. Pelagia. }
S. Theodosia. }

TARSI, in Cilicia.
S. Anthusa, Matrona, Martyr. 22. *August.*
S. Cyrenia, Martyr. 1. *Nouemb.*
S. Eustochia, virgo Martyr. 2. *Nouemb.*
S. Iuliana, Martyr. 1. *Nouemb.*
S. Iulitta, vidua, Martyr. 16. *Iunii.*
S. Pelagia, virgo, Martyr. 4. *Maii.*
S. Philonilla. } Matronæ. 11. *Octob.*
S. Zenaides. }

TAVRINI, in Pedemontano Principatu. vulg. *Turin.*
Adelais, Matrona. 19. *Decemb.*

TAVROMENII in Sicilia.
S. Æsia. } Martyres. 7. *Iunii.*
S. Susanna. }

TENERAMVNDÆ. Diœcef. Gandauens.
S. Christinæ, virginis Translatio. 7. *Septemb.*

Propè TENERAMVNDANA
Amelia, virgo. 4. *Maii.*

TENTVGALI. in Diœcef. Conymbricensi.
Agnes ab Assumptione. } virgines Carmelitanæ. 5. *Ianuar.*
Anna ab Angelis. }
Anna de Trinitate. }
Maria à Conceptione, Priorissa Carmelitana. 24. *Ianuar.*
Maria de Incarnatione. } virgines Carmelitanæ. 5. *Ianuar.*
Maria à sancto Iosepho. }
Maria à præsentatione, Carmelitana. 3. *Februar.*
Maria à Saluatore, virgo. Carmelitana. 5. *Ianuar.*

TERGESTI in Istria.
S. Euphemia, virgo Martyr. 17. *Nouemb.*
S. Iustina, virgo Martyr. 13. *Iulii.*
S. Thecla, virgo Martyr. 17. *Nouemb.*

TESSALONICÆ, in Macedonia.
S. Agapes. Martyr. 3. *April.*
S. Anysia, virgo, Martyr. 30. *Decemb.*
S. Casia, Martyr. 3. *April.*
S. Chionia, Martyr. 3. *April.*
S. Cleopatronia, virgo. 8. *Martii.*
S. Eutichia, Martyr. 3. *April.*
S. Irenes, virgo Martyr. 5. *April.*
S. Matrona, virgo Martyr. 15. *Martii.*
S. Philippa, Martyr. 3. *April.*

In TEVTONIA.
Agnes, monialis benedictina. 11. *Ianuar.*
Iutta, virgo, Tertiaria Franciscana. 19. *Martii.*

THAGVRÆ in Africa.
S. Potamia, Martyr. 5. *Decemb.*

In THEBAYDE.
Anonyma, virgo Solitaria. 11. *April.*
Anonyma, Abbatissa 14. *April.*
Ss. Anonymæ, Martyres. 5. *Ianuar.*
S. Eufrasia, virgo. 13. *Martii.*
S. Eufraxiæ viduæ Memoria. 25. *Iulii.*
S. Inlia, virgo 17. *Martii.*
S. Maura, Martyr. 3. *Maii.*
S. Syluia, virgo 30. *Octob.*

THEBESTÆ. in Africa.
S. Crispina, Matrona, Martyr. 5. *Decemb.*

THOMARI. in Lusitania.
Maria à præsepio, Clarissa abbatissa. 26. *Februar.*
Martha à Christo, virgo Clarissa. 19. *Februar.*

In Ciuitate THORA. ad lacum Velinum Diœcef. Reatinæ.
S. Anatholia, virgo Martyr. 9. *Iulii.*

TIBVCE. in Territorio Guardiensi. Lusitaniæ.
Antonia à sancto Michaele, virgo Dominicana. 17. *Ianuar.*

S. Perpetua,

S. Perpetua, martyr. 7. *Martii.*
S. Secunda, virgo Martyr. 30. *Iulii.*

TVDERTI. vulg. *Todi*, in Vmbria.

S. Digna, virgo. 11. *August.*
Translatio eiusdem. 5. *Maii.*
S. Romana, virgo Solitaria. 23. *Februar.*
Eiusdem Translatio. 5. *Maii.*

Apud Monasterium TVES. Diœces. Constantiens. Rheni.

Anonyma, virgo Sacra. 27. *Decemb.*

TVLLI Leucorum. vulg. *Toul.*

S. Apronia, virgo. 15. *Septemb.*

In TVLLENSI Territorio.

S. Libaria. } S. Susanna. } virgines Martyres. 8. *Octob.*

In TVRINGIA, Germaniæ Prouincia.

S Chunhildis, Abbatissæ Benedictinæ Veneratio. 8. *Decemb.*
S. Paulina Reclusa. 14. *Martij.*

TVRONIS. vulg. *Tours.* in Gallia.

Maria de Sally, vidua, virgo Tertiaria, Franciscan. 28. *Martii.*
S. Monegundes, Matrona. 2. *Iulii.*

In Territorio TVRONENSI.

S. Britta. } S. Maura. } virgines. 15. *Ianuarij.*
S. Pappulla, virgo. 20. *Ianuar.*

TVRRI-Lauretanæ, in territorio Hispalensi.

Maria Manuel, vidua, Clarissa. 31. *Martii.*

TVRRIBVS Nouis in Lusitania.

Helena à Latere, virgo Tertiaria Franciscana. 13. *Maii.*

TVRRIBVS. in Sardinia.

S. Petronia. } S. Pisana. } S. Valeria. } Martyres. 22. *Martii.*

TVSCANIÆ. in Hethruria.

S. Agapes, virgo, Martyr. 18. *August.*
S. Cantia, virgo. Martyr. 20. *Nouemb.*
S. Iustina, virgo, Martyr. 23. *Decemb.*
Eiusdem Commemoratio. 4. *August.*

In TVSCIA. vulg. *Toscane.*

Thobia, vidua, Tertiaria, Franciscana. 1. *Martii.*

TYRI in Tuscia ad lacum Wlsinum.

S. Christina virgo, Martyr. 24. *Iulii.*

V.

VACAMATSI, Apud Regnum de OXV, in Iapponia.

Clara. } Maria. } Maria, vidua. } Vrsula. } Martyres. 21. *Februar.*

VALENTIÆ. in Hispania Tarraconensi. vulg. *Valence.*

S. Angelina, virgo, Martyr. 29. *April.*
Barbara Traueria, virgo Clarissa. 12. *Maii.*
Catharina Texada, Carmelitana. 21. *Iunij.*
Clara Builla, virgo Clarissa. 6. *Octob.*
Esporellana, virgo Clarissa. 22. *Decemb.*
Gratia, virgo Tertiaria Minima. 16. *Ianuar.*
Magdalena Angelica à Lorca, Dominicana Tertiaria. 24. *April.*
Margarita Agullona, virgo Clarissa. 6. *Decemb.*
Nicolaa Calatayud, Dominicana. 29. *Septemb.*
Paula, virgo Carmelitana. 30. *April.*
S. Teresa, Regina, Cistertiensis. 15. *Iulii.*
Theodora Pigneria, virgo Tertiaria, Carmelitana. 10. *Maii.*
Raphaela Ibarra, virgo Carmelitana, Tertiaria. 11. *Iunii.*
Vrsula Aguia. virgo Tertiaria Dominicana. 8. *Septemb.*

VALLIS Arragi, in Hispania.

Aldonza Pantoxia, virgo Tertiaria, Abbatissa, Franciscana. 7. *Septemb.*

VALLIS-Asperæ, ad Tessam, in Apulia.

Catharina. } Ioanna. } A Vino. Tertiariæ Franciscanæ. 24. *Octob.*

VALLis. B. Mariæ, Diœces. Treuirens.

Iolenda, virgo Dominicana. 6. *Nouemb.*

Apud VALLIS-Curiæ Monasterium, in Gallia vulg. *Vau-court.*

Maria, Cistertiensis, virgo. 10. *Iunii.*

VALLIS-Ducis. in agro Louaniensi, propè Bruxellam.

Aleydes, Abbatissa Cistertiensis. 5. *Maii.*
Margarita, virgo Cistertiensis, Abbatissa. 4. *Iunii.*
Margarita de Gerinnes, virgo, Tertiaria Dominicana. 20. *Iulii.*

In Monasterio VALLIS-Floridæ. propè Louanium.

Genta, abbatissa, Cistertiensis. 24. *Martii.*

VALLISERII. in Vmbria.

Christina à sancta Cruce, virgo Tertiaria, Franciscana. 10. *Martii.*

VALLISSOLETI. in Territorio Palentino.

Sabina, Dominicana. 5. *Septemb.*

VALLIS-Rosarum Monasterio, primo lapide à Mechlinia, ad Netam fluuium. Diœces. Cameracens.

Ida à Louanio, virgo Cistertiens. 13. *April.*
Elisabeth à Tubbach. virgo Cistertiensis. 4. *Ianuar.*
Margarita, Cistertiensis. 15. *Maii.*

Apud WALTLSEENSE Oppidum Diœces. Constantiens.

Elisabeth Reytensis, virgo Tertiaria Franciscana. 7. *Ianuar*

Apud VVASTHENENSE Monasterium, Diœces. Lincopens. in Suetia.

S. Brigidæ, vidua, Translatio. 28. Maii.
B. Catharina virgo. 20. *Nouemb.*

Apud VEAZ, Hispaniæ Oppidum. Diœces. Carthaginensis.

Bernardina de nota, virgo Tertiaria, Franciscana. 4. *Octob*
Brigitta Gonzalez, virgo Tertiaria Franc. 13. *Octob.*
Eufrasia Rodarica, virgo Tertiaria Minoritana. 15. *August.*
Francisca, vidua, Tertiaria Franciscana. 20. Maii.
Maria Gonsalua, virgo Tertiaria Franciscana. 24. *Nouemb.*

VENETIIS. vulg. *Venize.*

Anna Monacha cœnobij. S. Adriani, apud Amianum. 10. *Ianuar.*
Beatrix à Rayoerils, Clarissa. 10. *Septemb.*
Clara Veneta, virgo Clarissa. 28. *April.*
Fœlix Veronensis, virgo Abbatissa Clarissa. 26. *Decemb.*
S. Helenæ Augustæ Memoria. 21. *Maii.*
S. Iulianæ virginis Abbatissæ Inuentio ac Translatio. 22. *Iulii.*
Lucia Veneta, Tertiaria, Francisca. 21. *Ianuarij.*
Maria; Veneta, Dominicana, Tertiaria. 28. *Iulii.*

Margarita

Margarita à Iesu, Priorissa Augustiniana. 6. Ianuar.

Apud VILLETVM, Monasterium Diœcef. Lingonenf.

S. Humbelina, Cistertiensis. 21. August.

VINCENTIÆ. in Gallia Transalpina.

Agatha à Bassano. virgo Augustiniana. 23. Decemb.
Eufrosina, virgo Augustiniana. 16. Decemb.
S. Euphemia, S. Innocentia. } virgines, Martyres. 16. Septemb.

VINDOGLADIÆ. in Comitatu Dorcestriæ. In Anglia.

S. Cuthburges, virgo Regia, Benedictina Abbatissa. 31. August.

VINHO, propè Goueam, Diœcef. Conynbricenf.

Maria à Iesu, Clarissa. 24. Februar.

VIRDVNI ad Mosam, in Lotharingia. vulg. Verdun.

S. Adalnawa, vidua, Reclusa Benedictina. 25. Ianuar.
Agatha, vidua, Tertiaria, Franciscana. 10. Iunii.

In Territorio VIRODVNENSI.

S. Lucia, virgo Regia, Solitaria. 21. Septemb.

In VISENSI Territorio, apud Cataloniam.

S. Calamandra, virgo, Martyr. 5. Februar.

In VISV, oppido Diœcef. Toletan.

Catharina Lopez, Tertiaria Franciscana. 15. Maii.

VITAVII. in Polonia, Diœcef. Gnesnenf.

Ss. Anonymæ, virgines Cistertienses. } 26. Ian.
Ss. Anonymæ virgines Præmonstratenses. }

VITERBII vulg. Viterbe. In Hethruria.

S. Fœlicissimæ, virginis Martyris Inuentio. 2. Maii.
Eiusdem, Translatio. 2. Septemb.
S. Rosa, virgo Tertiaria Franciscana. 4. Septemb.

VIVERI. in Territorio Mindoniensi.

Constantia à Castro, vidua, Tertiaria, Franciscana. 14. Iunii.

VLMETI. in Diœcesi Abulensi.

Agnes Bizerra, virgo Tertiaria Franciscana. 31. Iunii.
Agnes, à Ferro, Tertiaria Minoritana. 13. Iunii.
Catharina de Quadia, virgo, Tertiaria Franciscana. 13. August.
Maria Rugel Tertiaria, Franciscana virgo. 22. Nouemb.
Vrraca Rodriguez, Bezerra, vidua, Tertiaria Franciscana. 29. Iunii.

VLTRAIECTI. ad Rhenum. vulg. Vtrech.

S. Agnetis, virginis Martyris Translatio. 2. Septemb.

VLYSSIPONE in Lusitania volg. Lisbone.

Agnes ab Assumptione, virgo Dominicana. 3. Ianuar.
Agnes à Deo, virgo, Clarissa, Abbatissa. 20. Ianuar.
Agnes à sancto Dominico, virgo Clarissa. 12. Octob.
Agnes à sancto Elisæo, Carmelita. 15. Ianuar.
Angela de Iesu, virgo Clarissa. 24. Februar.
Anna à Conceptione, virgo Clarissa. 9. August.
Anna à sancto Ioanne, Clarissa. 5. Februar.
Antonia à Plagis, Clarissa. 19. Februar.
Antonia à Trinitate, virgo Clarissa. 4. Ianuar.
Archangela à sancto Michaelo, virgo Carmelitana. 25. Ianuar.
Beatria à Resurrectione, Dominicana 19. Ianuar.
Briolana, Tertiaria Franciscana. 1. Ianuar.
Cæcilia à sancto Ioanne Baptista, Tertiaria Franciscana. 13. Februar.
Catharina à Spiritu Sancto, Clarissa, Abbatissa. 4. Ianuar.
Coletta Talhada, Clarissa Abbatissa. 7. Februar.
Eufrasia, virgo, Abbatissa Clarissa. 5. Octob.
Hieronyma à Regibus, Clarissa. 22. Ianuar.
Ioanna à Conceptione, vidua, Dominicana. 18. Ianuar.
Ioanna de Monte Caluario, virgo Clarissa. 6. Februar.
Ioanna à sancto Michaele, Clarissa. 18. Ianuar.
Isabella Baptista, virgo Clarissa. 7 Ianuar.
Isabella à Cruce, Dominicana. 13. Ianuar.
Isabella à Cruce, vidua, Dominicana. 4. Februar.
Isabella à sanctis, virgo Clarissa. 7. Ianuar.
Isabella, à sancto Francisco, virgo Carmelitana. 22. Februar.
Isabella à Spiritu Sancto, virgo Tertiaria, Dominicana. 22. Februar.
S. Iulia, Martyr. 1. Octob.
Leonora à Regibus, virgo Clarissa. 18. Ianuar.
Margarita à Conceptione, Carmelitana 2. Februar.
Margarita Dominguez, virgo, Dominicana. 24. Februar.
Margarita à Saluatore, Franciscana, Tertiaria. 13. Ianuar.
Margarita à sancto Bonauentura, Clarissa virgo. 6. Ianuar.
Margarita à Spiritu Sancto, virgo Clarissa. 9. Februar.
Maria de Abranches, sanctimonialis Augustiniana. 1. Ianuar.
Maria ab Angelis, Clarissa. 25. Februar.
Maria à Conceptione, Abbatissa, Clarissa. 25. Februar.
Maria à Iesu, Clarissa. 31. Ianuar.
Maria à Spiritu Sancto virgo Clarissa. 9. Februar.
Maria à Trinitate, virgo Brigidiana. 13. Februar.
S. Maxima, Martyr. 1. Octob.
Philippa à sancto Antonio, Clarissa, Abbatissa. 2. Ianuar.
Philippa à Spiritu Sancto, Canonica Regularis. 4. Ianuar.

In VMBRIA.

S. Teutilla, Martyr. 18. Maii.

VOLATERRÆ. In Hethruria.

S. Actinea, virgo, Martyr. 16. Iunii.
Andræa de Bandinis, virgo Clarissa. 20. Iulii.
Apollonia Pighinesia, virgo Clarissa. 24. Maii.
Cæcilia, Volaterrana virgo, Clarissa. 10. Decemb.
Clara Paluia, virgo Clarissa. 14. Octob.
Domicilla de Falconinis, virgo Clarissa. 30. August.
Eufrasia Volaterrana, Clarissa. 10. Decemb.
S. Græciana, virgo Martyr. 16. Iunii.
Maria de Burgo, virgo Clarissa. 21. Octob.

VOLVÆ in Brabantia, propè Bruxellam, Diœcef. Mecliniens.

Maria, cognomento, Dolorosa, virgo, Martyr. 18. Iunii.

VRBEVETERI. vulg. Orvieto. in Hethruria.

Ioanna, virgo Tertiaria Dominicana. 23. Iulii.

VRBINI, in Vmbria.

Elisabeth Malatesta, vidua, Clarissa. 12. Octob.

VTINI Carnorum, in agro Aquileiensi.



NOMINA SANCTARVM, AC BEATARVM, &c. QVARVM LOCA Propria, in hoc Sacro Ginecæo non indicantur.

BEata Abundantis. 19. *Ianuar.*
S. Adelheis, virgo Reclusa, Benedictina. 20. *August.*
S. Agathocla, Martyr, 17. *Septemb.*
s. Alucra, virgo. 25. *August.*
Angela de Arena, virgo Carmelitana. 15. *Septemb.*
s. Anna, vidua. 26. *Iulij.*
Annuntiatio Virginis Mariæ Deiparæ. 25. *Martij.*
s. Anonyma. Martyr. 12. *Decemb.*
s. Ambuta Senior. Martyr. 27. *August.*
Archangela Tardera, Terciaria Minoritana. 26. *Septemb.*
Assumptio Sanctissimæ Deigenitricis Mariæ semp. virginis. 15. *August.*
s. Aollrcberts, virgo abbatissa, Benedictina. 19. *Octob.*
s. Baldegundes, Abbatissa Benedictina. 10. *Februar.*
s. Basilissa, Martyr. 22. *Martij.*
s. Calista, Martyr. 2. *Septemb.*
s. Callinica, Martyr. 22. *Martij.*
s. Calsiope, Martyr. 20. *Iunij.*
s. Catharina, Martyr. 25. *Nouemb.*
s. Clarissima, Martyr. 14. *Ianuar.*
s. Cœlestina virgo, Martyr. 6. *April.*
Conceptio Immaculata gloriosæ virginis Mariæ Deiparæ. 8. *Decemb.*
s. Elisabeth Taumaturgæ Commemoratio. 29. *August.*
s. Elisabeth Zachariæ, Matrona. 5. *Nouemb.*
s. Erotides, Martyr. 6. *Octob.*
Eulalia, virgo Cistertiensis. 11. *Maij.*
s. Euphemiæ, virginis, Martyris Translatio. 2. *Iulij.*
Eiusdem Inuentio. 11. Iulij.
s. Franchildis, viduæ Translatio. 4. *Maij.*
Gentæ, Abbatissæ Cistertiensis Translatio. 10. Iulij
s. Gertrudes, virgo, Reclusa. 11. *August.*
s. Gotha. 23. *Octob.*
s. Harlindis, virginis Benedictinæ Eleuatio. 22. *Maij.*
s. Hedwigis, Ducissæ, Translatio. 1. *Septemb.*
s. Helenes, Martyr. 24. *Maij.*
Ida, vidua. 13. *April.*
s. Innocentiæ virginis Translatio. 22. *Octob.*
Ioanna Regiensis, Carmelitana. 28. *Martij.*
Ireoc, Martyr. 18. *Septemb.*
s. Lewina, virgo Martyr. 22. Iulij.
s. Libaria, virgo Martyr. 11. *Octob.*
s. Lucia, Martyr. 6. Iulij.
Magdalena à sancto Antonio, virgo, Clarissa. 8. *Octob.*
s. Mammæa, Regina, Martyr. 9. Octob.
Marcia, Martyr. 3. *Martij.*
s. Mariæ Ægyptiæ Memoria. 9. *April.*
S. Martiana, Martyr. 24. *Maij.*
s. Mater Dominica. 8. Ianuar.
Matrona, abbatissa. 3. *April.*
s. Megalo Martyr. Cyriaca. 7. Iulij.
Melchiades, Minoritana. 21. *Martij.*
s. Meroflecta, virgo. 16. *Ianuar.*
s. Moduena, virgo Regia, Abbatissa Benedictina. 5. *Iulij.*
Natiuitas Beatissimæ semper Virginis Mariæ Deiparæ. 8. *Septemb.*
s. Neonilla, Martyr. 28. Octob.
s. Nonna, Matrona. 5. *August.*
s. Oda, Matrona. 20. *April.*
s. Odilia, virgo, Martyr. 10. *Septemb.*
s. Palladia, Martyr. 24. *Maij.*
s. Perpetua. 31. *Decemb.*
s. Perseuerands, virgo 26. Iunij.
s. Pinnosa, virgo, Martyr. 28. Februar.
s. Placilla, Augusta. 14. Octob.
s. Relindis virginis Benedictinæ Eleuatio. 21. *Maij.*
s. Reminiscendes virgo Regia. 10 Octob.
s. Reuocata, Martyr. 6. Februar.
S. Silissa, virgo. 25. Octob.
S. Sophia, Martyr. 18. *Septemb.*
S. Susanna, Martyr. 24. *Maij.*
S. Susanna, virgo, Martyr. 21. Octob.
S. Symphronia, virgo, Martyr. 28 *Februar.*
S. Syncletica virgo, Iunior. 11. *Decemb.*
Festiuitas omnium sanctorum. 1. *Nouemb.*
Festum omnium sanctarum virginum, & Beatarum Mulierum Monialium, Benedictinarum. 13. *Nouemb.*
Commemoratio omnium fidelium defunctorum. 2. *Nouemb.*
Variæ Translationes sanctarum virginum Martyrum è Sodalitio sanctæ Vrsulæ. 21. Octob.
s. Theodora, virgo. 13. *Maij.*
s. Vdegeba, virgo Inclusa, Cistertiensis. 28 Iunij.
s. Verenæ, virginis, Martyris Commemoratio. 22. Iulij.
Commemoratio sanctæ Mariæ de Victoria, & solemnitas Rosarij. 7. Octob.
S. Vincentiæ, viduæ, Translatio. 22. Octob.
Visitatio. B. Mariæ virginis Deiparæ Elisabeth. 2. Iulij.
Vrsola à Conceptione, virgo Clarissa. 14. *August.*
S Zoë, Matrona, Martyr. 2. *Maij.*
Depositio Venerandæ Zonæ sanctissimæ Deiparæ, Virginis Mariæ 31. *August.*



INDEX
NOMINVM OMNIVM
SANCTARVM AC BEATARVM,
totius huiusce operis, iuxta cuiuslibet diem Alphabetico Ordine.

A.

Translatio

Translatio eiusdem, ibidem. 14. *Iunii.* & 26. *Octob.*
†. Aglaes, Matrona, Romæ. 8. *Maii.*
†. Agletrudes, virgo, Benedictina, Gandaui. 2. *Octob.*
Agliberta, est Aquilberta, Infra.
†. Agnella, vidua, Romæ. 16. *Iulii.*
S. Agnes, virgo, Martyr. Romæ. 21. Ianuar.
Agnes Secundò, ibidem. 28. Ianuar.
Translatio eiusdem, Parisiis. 20. *April.*
Itemque Vltrajecti. 2. *Septemb.*
Agnes Assisias, virgo Clarissa, Assisij. 3. *Martii.*
Agnes Assisias, virgo Clarissa, Abbatissa, ibidem. 16. *Nouemb.*
Agnes ab Assumptione, Augustiniana conuersa, Villæ-Vitiosæ. 17. Ianuar.
Agnes ab Assumptione, Carmelitana, Teutugalli. 5. Ianuar.
Agnes ab Assumptione, virgo Dominicana, Vlyssipone. 3. *Ianuar.*
Agnes, Augusta, Romæ. 14. *Decemb.*
Agnes de Bandemonte, virgo Præmonstratensis, Præmonstrati. 31. *Martii.*
Agnes Bizerra, virgo Tertiaria Franciscana, Vlmeti. 31. *Iulii.*
Agnes, Bohemica, virgo Regia, Clarissa. Pragæ. 6. *Martii.*
Agnes Cana, virgo, Clarissa, Illiturgi. 5. *Februar.*
Agnes à Castillione, virgo, Cistertiensis, Tornaci. 28. *Martii.*
Agnes à Conceptione, virgo Abbatissa, Clarissa, Illescis. 14. *Ianuar.*
Agnes Corneliensis, virgo, Cistertiensis, Salsinæ. 21. Ianuar.
Agnes à Cruce, virgo, Hieronymita, Vianæ. 10. *Februar.*
Agnes, à Deo, Abbatissa, Clarissa, Vlyssipone. 20. Ianuar.
Agnes, à Ferro, Tertiaria Franciscana, Vlmeti. 13. *Iunii.*
†. Agnes Henriques, virgo, Abbatissa, Cistertiensis, Burgis. 26. *Maii.*
Agnes à Iesu, Clarissa Sanctareni. 25. *Februar.*
Agnes Lopesia, virgo, Clarissa, Tordesyllarij. 6. *Martii.*
†. Agnes, Marchionissa Austriæ. 15. *Nouemb.*
Agnes, Martyr. Zongæ in Iapponio. 26. *Februar.*
Agnes, Martyr. in Iapponio. 11. *Decemb.*
Agnes, Martyr. Xiqui Iapponiæ. 12. *Februar.*
Agnetis virginis Martyris in Anglia, Translatio Coloniæ. 28. *August.*
Agnes, Martyr, Minorisæ Translatio. 31. *August.*
Agnes, Martyr. Regij. 7. *Iulii.*
Agnes, virgo, Cistertiensis, Nouessij. 21. *Februar.*
Agnes, virgo, Cistertiensis, Rameyæ. 15. *Iunii.*
†. Agnes, Sanctimonialis Benedictina, in Teutonia. 18. Ianuar.
Agnes, Abbatissa Benedictina, Venusiæ. 1. *Septemb.*
Agnes, virgo, Dominicana, in Monte Politiano. 10. *April.*
Agnes, ab Ortega, virgo, Clarissa, Methymnæ-Campi. 15. *April.*
Agnes Pacifica, Dominicana, Aueiro. 8. *Februar.*
Agnes Paranda, virgo Abbatissa, Clarissa, Barcinone. 17. *Septemb.*
Agnes à Pescara, virgo, Clarissa, Fulginij. 12. *Nouemb.*
Agnes à Præsepio, Hieronymita, Vianæ. 11. *Ianuar.*
Agnes Quesada, virgo, Ordin. Minimor. Archidonæ. 21. *Ianuar.*
Agnes, virgo, Clarissa, Salmanticæ. 2. *Iulii.*

Agnes, à sancto Antonio, virgo, Clarissa, Bellalcazari. 11. *Decemb.*
Agnes à sancto Dominico, virgo, Clarissa, Vlyssipone. 12. *Octob.*
Agnes à sancto Elisæo, Carmelita, Vlyssipone. 15. Ianuar.
Agnes Viotta, virgo Clarissa, Alenconij. 15. *Iulii.*
Agrippina, virgo, Martyr. in Cilicia. 24. *Maii.*
Eiusdem Translatio, Menis. 17. *Maii.*
Agrippina, virgo, Martyr. Romæ 23. *Iunii.*
Agrippina, Romæ. 1. *Iulii.*
Aguilberta, virgo, Abbatissa, Benedictina, Iotro Monasterio. 12. *August.*
Translatio. 14. *Octob.*
Aldonsa de Iesu, Priorissa Dominicana, Tibucci. 11. *Februar.*
Aldonsa Lopetia, virgo, Tertiaria Franciscana, Abbatissa Areuali. 6. *Nouemb.*
Aldonsa Pantoaia, virgo, Abbatissa, Tertiaria Minoritana, Vallis-Arragi. 7. *Septemb.*
Aletha, est Aliza, infra.
Alaranna Martyr. in Agro Agennensi. 26. *Nouemb.*
Alberea, virgo, Marciniaci, Benedictina. 26. *August.*
Albina, Matrona, Romæ. 4. *Martii.*
Albina, Martyr. Lugduni. 2. Iunii.
Albina, virgo, Martyr. Lutetiæ. 23. *Septemb.*
Albina, virgo, Martyr. Formiis. 16. *Decemb.*
Alchima, Matrona, in Aquitania. 15. *Decemb.*
Alcides, est Alcydes Lotharingiæ, Infra.
Alda, est Auda, Infra.
Aldegundes, virgo, Abbatissa Benedictina, Malbodij. 30. Ianuar.
Ostensio, eiusdem. & 6. Iunii.
Translatio, ibidem. 13. *Nouemb.*
Aldegundes. virgo, Benedictina, Truncini. 20. Iunii.
Aldetrudes, virgo, Abbatissa, Benedictina, Malbodij. 25. *Februar.*
Aldobrandesca, virgo, Tertiaria Ordin. Humilistor. Senis. 26. *April.*
Alcida, est Aleydes, Trebniaci. Infra.
Alena, est Aleria Sequens.
Aleria, virgo, Martyr. Foresti. 17. Iunii.
Aletha, est Aleys, Lingonis, Infra.
Aleaandra, Augusta, Martyr. Melitina. 23. *April.*
Alexandra, Martyr. Amisi. 20. *Martii.*
Alexandra, virgo Reclusa, in Ægypto. 2. *Octob.*
Alexandria, virgo, Alexandriæ. 7. *Maii.*
Alexandrina, virgo, Clarissa, Abbatissa Fulginij. 3. *April.*
Alexandria, Martyr. Ancyræ. 18. *Maii.*
Aleria. est Aliza, Infra.
Aleydes, Pœnitens, in Germania, Cistertiensis. 13. *Februar.*
Aleydes, vidua, Ducissa Lotharingiæ. 19. *August.*
Aleydes, virgo Regia, Ordin. Cistertiens. Trebniaci. 29. *August.*
Aleys. vidua, Lingonis. 4. *April.*
Translatio eiusdem, Claræ-Vallis. 18. *April.*
Aleys Abbatissa Cistertiensis, Louanij. 5. *Maii.*
Aleys virgo, de Scarembera, est Adeleydes. Cameræ.
Alfreda, seu. } 3. *August.*
Alfrida, est Etheldritha, Infra. }
Algisa, seu. } 5. *Maii.*
Algiua, Regina, Angliæ, Septoniæ. }
Commemoratio eiusdem 30. Iunij.
Aliza, Burgota, Reclusa, Tertiaria Franciscana, Parisiis. 29. Iunii.
Alodia, virgo, Martyr. Oscæ. 22. *Octob.*
Aloysia Auendagno, est Ludouica, Infra.

Anna,

†. Anna, virgo Carmelitana, Tolosæ. 6. *Septemb.*
Anna, Martyr. Anconæ. 4. *Maii.*
Anna, Martyr. in Iapponio. 14. *Februar.*
Anna, Martyr. Yendo Iapponij. 16. Ianuar.
†. Annofledes, virgo Benedictina, Brigæ. 1. *Martii.*
†. Anonyma, Vxorata, Vercellis. 19. *Martii.*
†. Anonyma, Benedictina, Coloniæ. 3. *Decemb.*
†. Anonyma, Ebroicis. 19. *Octob.*
†. Anonyma, Cistertiensis, in Lotharingia. 8. *August.*
Anonyma, Perusiæ. 29. *August.*
Anonyma, in Saxonia. 15. *Septemb.*
†. Anonyma, in Scotia. 9. Iunii.
†. Anonyma, Abbatissa, Benedictina, Argensolij. 19. *Decemb.*
Anonyma, Abbatissa, in Thebayde. 14. *April.*
†. Anonyma, Matrona, in Brabantia. 6. *Ianuar.*
†. Anonyma, Matrona, Delphis. 11. Ianuar.
Anonyma, Matrona, Tertiaria Franciscana, Plateæ. 7. Februar.
Anonyma, Martyr. in Africa. 23. *Martii.*
†. Anonyma, Martyr. in Ægypto. 28. *April.*
Anonyma, Martyr. Amysi. 20. *Martii.*
Anonyma, Martyr. Antiochiæ. 11. *Martii.*
Anonyma, Martyr. Antiochiæ. 9. Iunii.
Anonyma, Martyr. in Arabia. 22. *Decemb.*
Anonyma, Martyr. Assisij. 30. *Decemb.*
†. Anonyma, Martyr. Bongo in Iapponia. 31. Iulii.
Anonyma, Martyr. Cyrthæ. 29. *April.*
Anonyma, Martyr. apud Hostia Tyberina: 21 *Octob.*
†. Anonyma, Martyr. in India Orientali. 18 *Octob.*
Anonyma, Martyr. Molucia. 6. *Nouemb.*
Anonyma, Martyr. in Perside. 22. *April.*
Anonyma, Martyr. Romæ. 15. *Februar.*
†. Anonyma, Reclusa, Cistertiensis, in Brabantia. 6. *August.*
†. Anonyma. Reclusa, Constantiæ Rheni. 5. *Iunii.*
Anonyma. Tertiaria Franciscana, Anconæ. 14. *Februar.*
†. Anonyma, vidua, Aruernis. 15. Octob.
†. Anonyma, vidua, Cistertiensis, Bellincuriæ. 26. *Maii.*
†. Anonyma, vidua, Bitumini. 11. Februar.
†. Anonyma, vidua, Lindari. 25. *April.*
†. Anonyma, vidua, Pictanis. 21. *Decemb.*
†. Anonyma, vidua, Dominicana, in Sueuia. 17. Ianuar.
Anonyma, vidua, Tertiaria Minima, Tolosæ. 6. *Martii.*
Anonyma, vidua, Clarissa, Vesuntione. 1. *Maii.*
†. Anonyma, virgo, in Ægypto. 11 *Nouemb.*
†. Anonyma, virgo, Alexandriæ. 2. *Maii.*
Anonyma, virgo, Clarissa, Amarantij 10. *Octob.*
†. Anonyma, virgo, Cistertiensis, Aquiriæ. 1. *Ianuar.*
Anonyma, virgo, Clarissa, Assisij. 16. *Nouemb.*
†. Anonyma. virgo, Augustoduni. 24. Iunii.
Anonyma, virgo Clarissa, Albensis, Beneuenti. 5 *Decemb.*
†. Anonyma, virgo, Bitumini. 11. Februar.
†. Anonyma, virgo, in Brabantia. 24. Martii.
†. Anonyma, virgo, Benedictina, Brigæ. 2. *Martii.*
†. Anonyma, virgo Benedictina, Brigæ. 21. *April.*
Anonyma, virgo, Cantiprati. 1. *Maii.*
Anonyma, virgo Clarissa, Cassaliæ. 21. *August.*
†. Anonyma, virgo, Constantiæ-Rheni. 9. *Maii.*
†. Anonyma, virgo Benedictina, propè Constantiam. 27. *Decemb.*
†. Anonyma, virgo, Corinthi. 20. *Decemb.*
†. Anonyma, virgo Benedictina, Elpidiani. 31. Iulii.
†. Anonyma, virgo Benedictina, ibidem. 29. *Nouemb.*

Anonyma, virgo, Ephesi. 6. *Iunii.*
Anonyma, virgo Carmelita, Florentiæ. 29. Octob.
Anonyma, virgo Clarissa, in Gallia. 24. Februar.
Anonyma, virgo, in Gallia. 8. *Maii.*
Anonyma, virgo Clarissa, Gebennæ. 19. *Iulii.*
Anonyma, virgo, in Germania. 16. *Februar.* †.
Anonyma, virgo Cistertiensis, Gradefesij. 14. *August.* †.
Anonyma, à Iesu, virgo Augustiniana, Hyberi. 9. *Decemb.*
Anonyma, virgo, in Hybernia. 20. *Nouemb.* †.
Anonyma, virgo Monialis, Niuellæ. 10. *April.* †.
Anonyma, virgo, ibidem. 30. *Decemb.* †.
Anonyma, virgo, Nurembergæ. 28 *Nouemb.* †.
Anonyma, virgo, Priorissa, Dominicana, in Sueuia. 5. *Martii.* †.
Anonyma, virgo Solitaria, in Thebayde. 11. *April.* †.
Eadem est cum Herena, virgine in Ægypto, infra.
Anonyma, virgo Clarissa, in Tuscia. 25. *Decemb.*
Anonyma, virgo Martyr. Antiochiæ. 11. *Martii.*
Anonyma, virgo Martyr. ibidem. 5. *April.*
Anonyma, virgo Martyr. ibidem. 9. *Iunii.*
Anonyma, virgo Martyr. in Arabia. 5. *April.*
Anonyma, virgo Martyr. Clarissa, in Burgundia. 12. Iunii.
Anonyma, virgo Martyr. Gazæ. 25. *Iulij.*
Anonyma, virgo Martyr. in Germania. 12. Ianuar.
Anonyma, virgo Martyr. in Hispania. 7. Iunii. †.
Anonyma, virgo Martyr. Bungo Iapponiæ. 12. *Septemb.* †.
Anonyma, virgo Martyr. in Perside. 21. *April.*
Anonyma, virgo Martyr. Popleti. 21. Octob.
Anonyma, virgo Martyr. apud Hostia Tyberina. 21, Octob.
Anonymæ Martyres, in Africa. 13. Iulii. †.
Anonymæ Martyres, in Africa. 20. *Decemb.* †.
Anonymæ Martyres, Alexandriæ. 13. *Maii.*
Anonymæ Martyres, in Anglia. 21. Iunii. †.
Anonymæ Martyres, ibidem. 21. Iunii.
Anonymæ Martyres, Arimæ in Iapponio. 7. Octob.
Anonymæ Martyres, Ascalonæ. 2. Ianuar. †.
Ananymæ Martyres, in Brasilio. 18. Ianuar.
Anonymæ Martyres, in Campania. 2. Iulii.
Anonymæ Martyres, Cæsar-Augustæ. 3. *Nouemb.*
Anonymæ Martyres duodecim, Cæsareæ-Philippi. 29. *Maii.*
Anonymæ Martyres, Constantinopoli. 21. *Martii.* †.
Anonymæ Martyres, Cristolij. 24. Iunii.
Anonymæ Martyres, Emeæ. 24. *Nouemb.*
Anonymæ Martyres, in Iapponio. 21. *Februar.*
Anonymæ, Martyres tres Magnesiæ. 10 *Februar.*
Anonymæ Martyres, Moguntiæ. 16. Iunii.
Anonymæ Martyres, Nicomediæ. 23. Iunii.
Anonymæ Martyres, in Pacensi Vrbe. 13. *April.*
Anonymæ Martyres, Pergami. 13. *April.*
Anonymæ Martyres, in Perside. 4. *August.*
Anonymæ Martyres, ibidem. 21, *Nouemb.*
Anonymæ Martyres, Romæ. 13. *April.*
Anonymæ Martyres, Romæ. 10. *Maii.*
Anonymæ Martyres, ibidem. 31. *Decemb.*
Anonymæ Martyres, Septem, Sebastæ. 2. Februar.
Aoonymæ Martyres, in Thebayde. 5. Ianuar.
Anonymæ virgines duæ, Benedictinæ, Brigæ. 8. *Nouemb.* †.
Anonymæ virgines duæ, Benedictinæ, Elpidiani. 18. *Octob.*
Anonymæ virgines duæ, Dominicanæ, Santareni. 4. *Februar.*

Translatio

Bertrana,

† Bertrana. Abbatissa benedictina, in pago Bolonienti. 20. *Iulii.*
† Bessela, Abbatissa VVortensis Præmonstratensis. 4. *Martii.*
Bessia, Martyr. Carthagine. 17. *Iulii.*
Beta Reytensis, est Elisabetha Infra.
Beya, Abbatissa Benedictina, in Scotia. 1. *Nouemb.*
Bibiana, virgo, Martyr. Romæ. 2. *Decemb.*
Biblides, Martyr. Lugduni. 2. *Iunii.*
Bileld s, est Bilhildea, Infra.
Bilhildes, vidua, Abbatissa Benedictina, Moguntiæ. 27. *Nouemb.*
Bithildes, est Blithildes Brigæ, Infra.
Blancha, Henriquez, virgo Clarissa, Palentiæ. 5. *Maii.*
Blancha, virgo Regia Francica, Clarissa, Longicampi. 26. *April.*
Blancha, vidua, Regina Franciæ, Tertiaria Franciscana, Parisiis. 30. *Nouemb.*
Blanda, Martyr. Romæ. 10. *Maii.*
Blanda, virgo, Blandioij. 10. *Iunii.*
Blandina, Martyr. Lugduni. 2. *Iunii.*
† Blatta, virgo, Ancyræ. 21. *April.*
Blesilla, Matrona, Romæ. 22. *Ianuar.*
Blidechildes, est Blithildes Brigæ, Infra.
† Blithildes, virgo, in Aruernia. 22. *Februar.*
† Blithildes, virgo Benedictina, Brigæ. 25. *Martii.*
Blonda, vidua, Tertiaria, Ordin. Seruitar. Veruculi. 2. *Septemb.*
Bona, vidua, Tertiaria Franciscana, Podij-Bnonij. 5. *August.*
Bona, virgo, Monialis, in Ægypto. 12. *Septemb.*
Bona, virgo, Clarissa Lezigniani. 26. *Octob.*
Bona, virgo, Tertiaria Minoritana, Pisis. 24. *April.*
Bona, virgo, Abbatissa, Rhemis. 24. *April.*
Bonasa, Martyr. in Portu Romano. 15. *Iulii.*
Bonauentura ab Antredocho, virgo, Clarissa Aquilæ. 14. *Iunii.*
Boua est Bona, Rhemis. sup.
† Bramidanula, virgo, Marckdorff. 16. *Iulii.*
Branca Baptista, Tertiaria Franciscana, Castanetis. .. *Ianuar.*
Brienna, Abbatissa Sibapoli. 15. *Iunii.*
† Brigida, virgo, in Fessulano Agro. 1. *Februar.*
Brigida, virgo, Dominicana, Apud Batauos. 25. *Iulii.*
† Brigida, ex Ordin. Minimor. Panormi. 31. *Ianuar.*
S. Brigida, virgo, Scotiæ. 1. *Februar.*
Brigitta, Gonzalez, virgo, Tertiaria, Minoritana. Vesz. 15. *Octob.*
S. Brigitta, vidua, Tertiaria Franciscana, Romæ. 23. *Iulii.*
Translatio eiusdem VVastani. 28. *Maii.*
Canonizatio eiusdem Romæ. 8. *Octob.*
Brigitta, virgo, Martyr. in agro Beluacensi. 13. *Iulii.*
Eleuatio eiusdem. 5. *Maii.*
Briolania, vidua, Tertiaria Franciscana, Vlyssipone. 11. *Ianuar.*
Bryolaya, virgo, Cistertiensis, Eboræ. 28. *Octob.*
Britta, virgo, in Territorio Turonensi. 15. *Ianuar.*
Bugga, est Eadborga Romæ, Infra.
† Burgunda, Matrona, Herbipoli. 8. *Iulii.*
Burgundofora, est Phara. Infra.
Burrienna, virgo, Cornubiæ. 29. *Maii.*

C.

CÆcilia, Abbatissa Benedictina Swestrensis. 16. *Nouemb.*
Cæcilia Caetra-guerra, virgo Clarissa, Assisij. 14. *Iunii.*
Cæcilia Coppoli, virgo, Abbatissa Clarissa, Floro Flaminij. 2. *Ianuar.*
Cæcilia à Cotiniola, virgo, Clarissa, Mortarij. 9. *April.*
Cæcilia da Faccio, Tertiaria Ordin. Minimor. Drepani. 15. *August.*
Cæcilia, Gonzaga, virgo, Clarissa, Mantuæ. 23. *Septemb.*
Cæcilia, virgo, Dominicana, Ferrariæ. 25. *Ianuar.*
Cæcilia, Priorissa Dominicana, Ferrariæ. 7. *Martii.*
Cæcilia, à sancto Ioanne, Tertiaria Franciscana, Vlyssipone. 13. *Februar.*
Cæcilia, Volaterrana, virgo Clarissa, Volaterræ. 30. *Octob.*
Cæcilia, Martyr in Africa. 11. *Februar.*
Cæcilia, virgo Dominicana, Bononiæ. 4. *August.*
Cæcilia, virgo, Abbatissa Benedictina Romarici. 29. *Martii.*
S. Cæcilia, virgo, Martyr. Romæ. 22. *Nouemb.*
Cæsaria, virgo, Abbatissa, Arelate. 13. *Ianuar.*
Calamandra, virgo, Martyr. in Catalonia. 5. *Februar.*
Cæsaria, virgo, in agro Auenionensi. 8. *Decemb.*
Calixta, Martyr. Cæsareæ 6. *Februar.*
Calixta, Martyr. 2. *Septemb.*
Callinica, Martyr. 21. *Martii.*
Calliopa, Martyr. 8. *Iunii.*
Camilla, Pia, virgo, Clarissa Carpi. 16. *Iulii.*
Camionia, virgo, Martyr. Bellouaci. 4. *Februar.*
Candida, Iunior, Neapoli. 4. *Septemb.*
Candida, Martyr. Romæ. 6. *Iunii.*
Translatio ibidem. 19. *Februar.*
Candida, Martyr Romæ. 1. *Decemb.*
Candida, Senior. Neapoli. 4. *Septemb.*
Candida, vidua, Reclusa, Gerundæ 27. *Ianuar.*
Candida, virgo, Carthagine 19. *Iunii*
Candida, virgo, Martyr. Carthagine. 20. *Septemb.*
Candida, virgo, Martyr. Deriolæ. 22. *Octob.*
Candida, virgo, Martyr. Friburgi. 22. *Octob.*
Candida, virgo, Martyr. Romæ. 29. *August.*
Cantia, virgo, Martyr. Tuscanæ. 20. *Nouemb.*
Cantianilla, virgo, Martyr. Aquileiæ. 31. *Maii.*
Translatio eiusdem. 14. *Iunii.*
Caphraildes, Martyr. Eschæ. 12. *Nouemb.*
Capitolina, Martyr. in Cappadocia 27. *Octob.*
Carentia, virgo, Cistertiensis, Placentiæ. 8. *Martii.*
Carina, Martyr. Ancyræ. 7. *Nouemb.*
Casaria, est Cæsaria sup.
Casdoa, Martyr. in Perside. 29. *Septemb.*
Casia, Martyr. Tessalonicæ. 3. *April.*
Cassia, Martyr. Damasci. 20. *Iulii.*
Cassildes, virgo, Regia, Burgis Hispaniæ. 9. *April.*
Cassilla, est eadem.
Cassildes Calderonia, virgo, Clarissa, Veroladi. 14. *Maii.*
Casta, Matrona, in Lusitania. 20. *Octob.*
Catharina Alfonsi, Solitaria, apud Barcellos Eremitorum. 22. *Februar.*
Catharina de Angelis, virgo Clarissa, Gienni. 1. *Ianuar.*
Catharina de Angelis, virgo Clarissa, Palmæ. 4. *Decemb.*
Catharina, Aluarez, virgo, Tertiaria Franciscana, Alcarazij. 1. *Septemb.*
Catharina Bononiensis, virgo, Abbatissa Clarissa,

Chineswida, Regina, Monialis benedictina; Wimburnæ. 31. *August.*
Chionia, virgo, Martyr, Tessalonicæ. 3. *April.*
Chrsta.
Chr ftets.
Christena.
Christiana.
Cbristina.
} Eadem est, Martyr. Cæsareæ, Cappadociæ. 6. *Februar.*
Christeta, Martyr. Abulæ. 27. *Octob.*
Commemoratio, & Translatio eiusdem ibidem. 31. *August.*
Cbristiana. Aocilla, apod Iberos. 15. *Decemb.*
Christiana, à Cruce, virgo, Augustioiana, Lucæ. 4. *Ianuar.*
Christiana, virgo, Clarissa, Assisij. 21. Ianuar.
Christiana, virgo. Cistertiensis, Lyræ. 10. *Martii.*
Christiana, est Christina, Mirabilis, Infra.
Christiana, virgo Regia, Dicliuenni. 26. *Iulii.*
Translatio einsdem Teneramondæ. 7. *Septemb.*
Christiana, virgo, in Scotia. 7. *Sepeemb.*
Christina est eadem.
Christina, est Christiana, Assisij, sup.
Christina, est christiana, Teneremundæ, sup.
Christina, ab Angelis clarissa, Tibucei. 2. *Februar.*
Christina, virgo, Abbatissa, Benedictina, Angliæ. 1. *Decemb.*
†. Christina, Augustiniana. Spoleti. 8. *April.*
Christina, virgo, Augustiniana, Aquilæ. 18. I*annar.*
Christina, virgo cistertiensis, propè Bruclam. 15. *April*
Christina, virgo Martyr. Troade, in Phrygia. 15. *Maii.*
Christina, virgo Martyr. basileæ. 28. *August.*
Eleuatio eiusdem, in agro Constantiensi. 17. I*unii.*
Christina, virgo Martyr. in Perside. 13. *Martii.*
Christina, virgo, Martyr. Tyri. 24. I*ulii.*
Translatio eiusdem Panormi. 7. & 10. *Maii.*
Christina, virgo benedictina, Mirabilis dicta. 23. *Iunii.*
Memoria eiusdem. 24. I*ulii.*
Christina à sancta Cruce Valliserij, Tertiaria Minoritana. 10. *Martii.*
†. Chrysophora, Matrona, in Asia. 24. *Octob.*
Chunegundes, virgo Regia, clarissa, Saodeciæ. 14. *Iulii.*
Chunegundes, Augusta, virgo, bambergæ. 3. *Martii.*
Translatio eiusdem. 1. *August.*
Chunegundes, est Cunegundes. Infra.
Chunihildes, Abbatissa Benedictina, Thuringiæ. 8. *Decemb.*
Cilina, est Celinia, sup.
Cibba, est Tilba. Infra.
Cilinia, vidua. Lāuduni. 21. *Octob.*
Translatio eiusdem. 5. *April.*
Clara, est Cæcilia, Romarici, sup.
Clara, est Gegoberga, Infra.
S. Clara, Assisias, virgo, Abbatissa primaria, S. Damiani, Assisij. 12. *August.*
Translatio eiusdem. 2. *Octob.*
Clara de Aquilaciis, clarissa, Arimini. 1. *Februar.*
Clara, barcinonensis, virgo clarissa. Barcinone. 17. *Septemb.*
Clara, Duilia, virgo clarissa, Valentiæ. 6. *Octob.*
Clara, à Catana, virgo Tertiaria Franciscana, Panormi. 19. *April.*
†. Clara, virgo à Claromonte. 18. I*anuar.*
Clara, Firmana, clarissa, Anconæ. 14. *Februar.*
Clara, Fulginas, virgo Tertiaria Minoritana, Fulginij. 8. *Decemb.*
Clara Gambacorta, Domioicana, vidua, Pisis. 17. *April.*
Clara, virgo, in Germania. 14 I*annar.* †.
Clara, Dullaers, Abbatissa Cistertiensis, belli-Prati, 14. *Octob.*
Clara, Martyr. Zamagatta, Iapponiæ. 10. I*annar.*
Clara Martyr. Iapponiæ. 13. *April.*
Clara, Martyr. Yendo. 24. I*annar.*
Clara, virgo Dominicana, in India. 3. I*ulii.*
Clara, Mantuana, virgo clarissa, io Italia. 23. *Nouemb.*
Clara Martinez, vidua, Tertiaria Franciscana, Villæ-Sillos. 3. *April.*
Clara à Monte Falcone, virgo, Abbatissa, item Tertiaria: Montis Falconis. 17. *August.*
Clara Paluia, virgo clarissa, Volaterræ. 14. *Octob.*
Clara Roderica, virgo clarissa, Brigantij. 21. *Nouemb.*
Clara Sancia, est Sancia Regina, Infra.
Clara à sancta Cruce, est Sancia Regina, Infra.
Clara Serrana, virgo clarissa, Illiturgi. 4. *Maii.*
Clara de Vbaldinis, vidoa, Abbatissa clarissa, Florentiæ. 27. *Februar.*
Clara Veneta, virgo clarissa, Venetiis. 28. *April.*
Clara, Viterbiensis, est Rosa, Infra.
Clarcia, virgo, Augustiniana, Montisfalconis. 9. *Martii.* †.
Clarissia, Leonardi, virgo beghioa, Mechliniæ. 1. *Iulii.*
Clarissima, Martyr. 15 I*annar.*
Claudia Martyr. Amisi. 10. *Martii.*
Claudia à Corio, virgo, Abbatissa clarissa, Polimiaci. 8. *August.*
Claodia, Meancia, virgo clarissa, Gebennæ. 18. *August.*
Claudia, vidua, Romæ. 31. *Decemb.*
Eiusdem Memoria. 15. *Decemb.*
Claudia, virgo, Martyr. Ancyræ. 18. *Maii.*
Claudia, Regina, Franc. Blesis. 26. I*ulii.*
Clementia, vidua, Benedictina, Treueris. 21. *Martii.*
Clementina, virgo, Martyr. Mutinæ, Translatio. 29. *Maii.*
Cleopatra, vidua, Palæstinæ. 19. *Octob.* †.
Cleopatronia, virgo, Tessalonicæ. 8. *Martii.*
Clodessindes, virgo, Abbatissa, benedictina, Metis. 25 *Iulii.*
Translatio eiusdem. 20. I*ulii.*
Clodesvinda.
Clodevida.
Clossindes.
} est ipsa Clodessindes, sup.
Clothildes, Regina Hispaniæ, Parisiis. 24. *Februar.* †.
Clothildes, Regina Franciæ, Parisiis. 3. I*unii.*
Clotsendes, virgo, Abbatissa, benedictina, Martianis. 30. I*unii.*
Eleuatio eiusdem. 7. *Februar.*
Cneburgha, est Quemburga, Infra.
Cœlestina, virgo, Martyr. 6. *April.*
Coincta, Martyr. Apolloniæ. 19. *Februar.*
Coiutha, Martyr, Alexandriæ. 8. *Februar.*
Coleta, Austriaca, vigo Clarissa, in Germania. 4. *Iunii.*
Coleta, Boyletta, virgo, Abbatissa, clarissa, Gandaui. 6. *Martii.*
Coleta, Doyseler, virgo clarissa, Axone. 29. I*ulii.*
Coleta, Talhada, clariss- [illegible]

Doda,

Doda, vidua, Mosellanicæ. 11. *Ianuar.*
Doda, virgo, Abbatissa, Benedictina, Rhemis. 14 *April.*
Doda, virgo, in Territorio, Auxitano. 28. *Septemb.*
Domana, Matrona, Ganyaci. 24. *Septemb.*
Domania, eadem est sup.
Domicilla, de Falconinis, virgo Clarissa, Volaterræ. 30. *August.*
Domioata, Martyr. apud San-marcum. 14 *Septemb.*
Dominica, virgo Martyr. in Campania. 6. *Iulii.*
Dominica, Matrona. 8. *Ianuar.*
Domitilla, virgo, Romæ, Clarissa. 16. *Februar.*
Domitilla, virgo, Martyr. Tarracinæ. 7. *Maii.*
Domitilla, est Flauia Pandatariæ, Infra.
Domna, virgo, Martyr. Nicomediæ. 28. *Decemb.*
Domoa, Martyr. Lugduni. 2. *Iunii.*
Domnes eadem cum Domna Nicomediæ, sup.
Domnina, est Donuina, Infra.
Domna Mater, Abbatissa Benedictina, Toleti. 24. *Februar.*
Domnina, Martyr. in Licia. 12. *Octob.*
Domnina, virgo, in Syria. 1. *Martii.*
Domnina, virgo, Martyr. Interamnæ. 14. *April.*
Donata, Martyr. Carthagine. 17. *Iulii.*
Donata, Martyr. Romæ. 31. *Decemb.*
Donatilla, Martyr. Tuburbi. 30. *Iulii.*
Donuina, Martyr. Ægeæ 23. *August.*
Dorothæa, vidua, Poloniæ. 11. *Septemb.*
Dorothæa, Perinas, vidua, Tertiaria Dominicana, Ferrariæ. 6. *Decemb.*
Dorothæa, virgo, Alexandriæ. 6. *Februar.*
Dorothæa, Grutta, virgo, Ordin. Minimor. Panormi. 18. *April.*
Dorothæa Lissonla, virgo, Clarissa, Mediolani. 11. *Septemb.*
Dorothæa, virgo, Martyr. Cæsareæ. 6. *Februar.*
Dorothæa, est Apollinaris, virgo, sup.
Dorothæa, virgo, Martyr. Aquileiæ. 3. *Septemb.*
Drusiana, Ephesi. 21. *April.*
Drusia, eadem est.
Dula, Martyr. Nicomediæ. 25. *Martii.*
Dulcelina, virgo, Tertiaria Franciscana, Marsiliæ. 29. *Octob.*
Dulcina, est eadem.
Dulcia, Messinensis. 18. *Nouemb.*
Dulcissima, virgo, Martyr. Sutrij. 16. *Septemb.*
Dympna, virgo, Martyr. Ghelæ Pago. 30. *Maii.*
Translatio eiusdem. 15. *Maii.*

E.

EAdburga, virgo, Abbatissa Benedictina, Romæ, 12. *Decemb.*
Eadburga, Abbatissa, Benedictina, Wentanæ. 15. *Iunii.*
Eadburga, virgo, Benedictina, Ailesburiæ. 18. *Iulii.*
Eadgatha, est Eadgitha, Infra.
Eadgitha, virgo, Abbatissa, Benedictina, Polesworthi. 15. *Iulii.*
Eaditha, est Editha, Ailesburiæ, Infra.
Eanfleda, Regina Angliæ, vidua, Benedictina, Streaneshalcensis. 24. *Nouemb.*
Eanswida, virgo, Abbatissa, Benedictina, Folkstonij. 31. *August.*
Memoria eiusdem. 12. *Septemb.*
Eartcongotha, virgo, Abbatissa, Benedictina, Brigæ. 7. *Iulii.*
Eartongotha. } est eadem, sup.
Eartumgatha. }

Ebana, virgo, Abbatissa, Benedictina, Lauduni. 7. *August.*
Ebba, virgo, Abbatissa Benedictina, Coldinghamiæ. 25. *August.*
Ebba, virgo, Martyr. Abbatissa, Benedictina, Coldingensis. 25. *August.*
Eebeldrita, est Ediltrudes, Elyæ, Infra.
Edburga, est Eadburga, Wentanæ, sup.
Edburga, virgo, Abbatissa, Benedictina, Cantuariæ. 13. *Decemb.*
Edburga, virgo, Abbatissa, Benedictina, Sabrinæ. 21. *Decemb.*
Edelburga, est Edilburga. 7. *Iulii.* Infra.
Edeldrida, est Etheldritha. 3. *August.* Infra.
Edeltrudes, est Ediltrudes Eliensis, Infra.
Edelfleda, est Elfleda. 8. *Februar.* Infra.
Edgiua, est Algiua, sup.
Edigna, virgo Regia, in Bauaria, Reclusa. 26. *Februar.*
Edilburga, virgo, Abbatissa, Benedictina, Brigæ. 7. *Iulii.*
Edilburga, Regina Angliæ, Benedictina, Berchingij. 9. *Iulii.*
Edilburga, est Ethelburga, Berchinghens. Infra.
Edildrida, est Ediltrudes. Infra.
Ediltrudes, est Edilburga, Brigæ, sup.
Ediltrudes, Regina Angliæ, virgo, Abbatissa, Benedictina, Eliensis. 23. *Iunii.*
Memoria eiusdem, Coldiogæ. 18. *Iunii.*
Translatio, ipsius, Elyensi Cœnobio. 27 *Octob.*
Edimia, virgo, Meldis. 27. *Octob.*
Edioa, eadem est.
Editha, Regina Germaniæ. 26. *Ianuar.*
Editha, virgo, Benedictina, Pollesworthi. 21. *Februar.*
Editha, virgo, Benedictina, Ailesburiæ. 18. *Iulii.*
Editha, virgo, Benedictina, Wiltoniæ. 16. *Septemb.*
Commemoratio eiusdem. 14. *Maii.*
Translatio ipsius. 3. *Nouemb.*
Eggytha, & Egytha eadem est cum præfata Editha.
Editha, est Eadgitha, sup.
Eimberta, virgo Benedictina, Alsatiæ. 16. *Septemb.*
Einberta, eadem est.
Ela, Benedictina, Lacock. in Anglia. 1. *Februar.*
Elena, virgo, Cistertiensis, Cellæ. 28. *Maii.*
Eleonora, Berminghama, Martyr. Hyberniæ. 29. *Decemb.*
Eleonora, à Cepeda, virgo Carmelitana, Abulæ. 4. *Iunii.*
Eleonora, Ortiz, virgo, Carmelitana, Tertiaria, Majoricæ. 27. *Maii.*
Elena, Matrona, Benedictina, in Arouca. 6. *Ianuar.*
Eleuthera, Monialis, Cyretæ. 14. *Februar.*
Eleutherea, eadem est.
Elfgiua, est Algiua, sup.
Elfida, est Elfleda. 29. *Octob.* Infra.
Elfleda, virgo, Abbatissa, Benedictina, Rumseyensis. 29. *Octob.*
Memoria eiusdem. 20. *Ianuar.*
Elfleda, virgo, Abbatissa, Benedictina, Streaneshalcensis. 8. *Februar.*
Memoria eiusdem. 12. *Decemb.*
Elflida, virgo, Benedictina, in Anglia. 13. *April.*
Elfreda, est Elfleda. 8. *Februar.* sup.
Elgifa, est Algiua, sup.
Elisabeth, de Aguilar. virgo, Cistertiensis, Castris. 3. *Martii.*
Elisabeth, ab Annuntiatione, virgo, Abbatissa,

Ermelinda.

Ermelinda. } est Ermenilda, Infra.
Ermenchulda. }
Ermengardes, Comitissa Britanniæ, Monialis Cistertiensis. 9. Iunii.
Ermendrudes, Abbatissa, Cistertiensis, in Germania. 29. Maii.
Ermenilda, Regina Angliæ, Abbatissa, Benedictina, Elyensis. 13. Februar.
Ermentrudes, virgo Cistertiensis, Leodij. 7. April.
Ermingudes, Abbatissa Præmonstratensis, Cuissiaci, 12. Maii.
Erotheides, Martyr. in Cappadocia. 27. Octob.
Erocides, Martyr. 6. Octob.
Esporellana, virgo, Clarissa, Valentiæ. 21. Decemb.
Ester, virgo, Maclouij. 15. Iulii.
Ethelburga, est Edilburga. 7. Iulii sup.
Ethelburga, Regina Angliæ, vidua, Abbatissa Benedictina Limningensis. 7. Septemb.
Ethelburga, virgo Abbatissa Benedictina, Berchingensis. 11. Octob.
Etheldreda. } est Ediltrudes, Abbatissa Elyensis,
Etheldrida. }
Etheldritha. }
Etheldritha, virgo, Benedictina, Croylandensis. 3. August.
Ethelfreda, virgo Benedictina, apud Withium. 26. Decemb.
Ethelfreda, est Elfleda. 8. Februar. sup.
Ethelgina, Abbatissa, Benedictina, Schireburgensis 9. August.
Ethelreda, virgo, Regina Angliæ, Benedictina, eius Translatio, Coldinghamiæ. 29. August.
Ethelwida, Regina Angla, Benedictina. 20. Iulii.
Eua, Martyr. in Africa 11. Februar.
Eua, Reclusa, Cistertiensis, Leodij. 25. Iunii.
Eua, virgo, Glocestriæ, est Weeda, Infra.
Euangelista, à Sublacu, virgo Clarissa, Tibure. 30. Iulii.
Euanthia, est Anthia, sup.
Eubula, Matrona, Hadrianopoli. 26. Nouemb.
Eudocia, Martyr Heliopoli. 1. Martii.
Eudocia, virgo, Romæ. Benedictina. 6. Nouemb.
Eodoxia, Matrona, Spoleti. 1. Iunii.
Eudoxia, virgo, Martyr. propè Canopum. 31. Ianuar.
Eufrasia virgo, Benedictina, Papiæ. 4. April.
Eufrasia, virgo, Abbatissa, Clarissa, Vlyssipone. 5. Octob.
Eufrasia, Roderica, virgo Clarissa Veaz. 15. August.
Eufrasia Roderica, virgo Clarissa, Volaterræ. 10. Decemb.
Eufraxia, Matrona, vidua, in Thebayde. 25. Iulii.
Eufrosina, virgo Augustiniana, Vincentiæ. 16. Decemb.
Eugenia, virgo, Cœnomanis. 7. Iunii.
Eugenia, Matrona, Constantinopoli. 25. Nouemb.
Eogenia Fœlix, virgo Clarissa, Abbatissa, Pisauri. 20. Decemb.
Eugenia, virgo, Martyr. Cordubæ. 26. Martii.
Eugenia, virgo, Martyr. Romæ. 25. Decemb.
Eulalia, virgo, Cistertiensis. 11. Maii.
Eulalia, virgo, Martyr. Barcinone. 12. Februar.
Inoentio eiusdem. 2. Iulii.
Translatio ipsius ibidem. 10. Iulii. & 25. Octob.
Commemoratio eiusdem, Vxenti. 12. Ianuar.
Eulalia, virgo, Martyr. Emeritæ. 10. Decemb.
Eulampia, virgo, Martyr. Nicomediæ. 10. Octob.
Eumelia, virgo, Martyr. Bracaræ. 18. Ianuar.
Evmelia, vidua, est Emmelia, sup.
Eumenia, Martyr. Augustæ, Vindelicorum. 12. August.
Eunices, vidua, Listris. 11. Martii.
Eonomia, eadem est.
Euphemia, Matrona, Hadrianopoli. 26. Nouemb.
Euphemia, Martyr. Amisi. 20. Martii.
Euphemia, virgo Abbatissa, Benedictina, in Bauaria. 9. Maii.
Euphemia, virgo, Abbatissa Cistertiensis, Houenensis. 3. Septemb.
Eophemia Domicilla, virgo Dominicana, Ratisbonæ, 19 Ianuar.
Euphemia, virgo, Martyr. Alexandriæ. 5. Iulii.
Euphemia, virgo, Martyr. Aquileiæ. 3. Septemb.
Euphemia, virgo, Martyr. Auriæ. 26. Iulii.
Translatio eiusdem. 7. August.
Eophemia, virgo, Martyr. Chalcedone. 16. Septemb.
Iooentio. 11. Iulii.
Translatio, & 2. Iulii.
Memoria eiusdem, Maclouiopoli. 23. April.
Euphemia, virgo, Martyr. Tergesti. 17. Nouemb.
Euphemia, virgo, Martyr. Vincentiæ. 16. Septemb.
Euphrasia, Abbatissa Cistertiensis, Argensolij. 7. Maii.
Eophrasia, Martyr. Amisi 20. Martii.
Eophrasia, vidua, Viennæ. 17. Nouemb.
Euphrasia, virgo, Benedictina, Abbatissa, Bauricis. 10. August.
Euphrasia, à Monte Leone, virgo, Ordin Minimor. Panormi. 15. Martii.
Euphrasia, virgo, in Thebayde. 15. Martii.
Euphrasia, virgo, Martyr. Aucyræ. 18. Maii.
Euphrasia, virgo, Martyr. Nicomediæ. 19. Ianuar.
Eophrosyna, est Euphrosia Argensolij, sup.
Eophrosyna, vidua, Tertiaria Franciscana, Burgis. 15. Septemb.
Eophrosyna, virgo, Alexandriæ. 1. Ianuar.
Translatio eiusdem. 11. Februar.
Memoria ipsius. 25. Septemb.
Eophrosina, virgo, Martyr. Terracinæ. 7. Maii.
Euphrosyna, est Eurosia, infra.
Euprepia, Martyr. Augustæ Vindelicorum. 12. August.
Euprexia, vidua, Mænis 5. Ianuar.
Euparia, virgo, Martyr. Cajetæ. 16. Maii.
Euria, Martyr. Augustæ Vindelicorum. 12. August.
Eoronia, est Apronia, sup.
Eurosia, virgo, Martyr. Cordubæ. 14. Iunii.
Translatio eiusdem, Iaccæ. 14. Iunii. & 25. Iulii.
Eusebia, Hospita, Mylassæ. 25. Ianuar.
Eusebia, Matrona, Euchaitis. 7. Februar.
Eusebia, Matrona, Patricia, Emeritæ. 17. Ianuar.
Eusebia, matrona, Veromanduæ. 17. Februar.
Eosebia, virgo Abbatissa Hamaticensis, Benedictina Marcianis. 16. Martii.
Translatio eiusdem, ibidem. 28. Octob.
Eleuatio ipsius, Hamaticis. 27. Octob.
Item, Martianis. 18. Nouemb.
Eusebia, virgo, Martyr. Bergomi. 29. Octob.

F.

Franchildes,

H.

Hedwiges,

Hedwiges, Regina, Poloniæ, Cracuuiæ. 12. *Iulii.*

Hedwiges, Ducissa Poloniæ, Cracuuiæ. 15. *Octob.*

Eleuatio ipsius. 16. *August.*

Translatio eiusdem. 1. *Septemb.*

†. Heihbwides, Matrona, in Alsatia. 19. *April.*

†. Heina, virgo, Benedictina, in Anglia. 31. *Iulii.*

Helcuuides, Martyr. Corinthi. 28. *Maii.*

Heldwides à sancto Syro, Villarij. 17. *Ianuar.*

Helcia à Pucciu, virgo Clarissa, propè Flurentiam. 20. *Iunii.*

Helena de Azambuja, Clarissa, Villæ-Comitis. 9. *Ianuar.*

Helena de Cruce, Clarissa, Trancusi. 5. *Februar.*

Helena à Cruce, Clarissa, Setwali. 23. *Februar.*

Helena à Latere, virgo, Tertiaria Franciscana, Turribus Nunis. 13. *Maii.*

Helena, Paduana, virgo, Clarissa, Patauij. 4. *Nouemb.*

Helena, à sancto Antonio, virgo Clarissa, Santareni. 18. *Nouemb.*

†. Helenæ, Martyr. Translatio, Brozellæ. 11. *Martii.*

Helena, Martyr. Burgis. 13. *August.*

Helena, Matrona, Martyr. in Campania. 1. *August.*

Helena, Martyr. Cungæ in Iapponio. 26. *Februar.*

Helena, vidua, Martyr. Schedui. 30. *Iulii.*

Helena, vidua, Augusta, Romæ. 18. *August.*

Eleuatio eiusdem. 22. *Maii.*

Translatio ipsius, ad Altum-Villare Monasteriom. 7. *Februar.*

Commemoratio illius, Venetiis. 1. *Iunii.*

Helena, vidua, Matrona, Tertiaria, Augustiniana, Vtini. 2. *April.*

†. Helena, Ordin. Seruitarum, Aquæspartæ. 26. *Decemb.*

Helena, virgo, Antisioduri. 22. *Maii.*

Translatio eiusdem. 20. *Iunii.*

†. Helena, virgo Dominicana, in Hungaria. 4. *Octob.*

Helena, de Sylua, virgo, Cisterciensis, Cellensi Monasterio. 28. *Maii.*

Helena, virgo, Martyr. Trecis 24. *Maii.*

Translatio eiusdem. 4. *Maii.*

Helena, est Halena, sup.

Helena à Trinitate, Carmelitana, Priorissa Pacensis 19. *Ianuar.*

†. Helenrodes, Reclusa, in Saxunia, 31. *Octob.*

Helia, Pulcia, est Helcia, sup.

Helicon, est Heleunides, sup.

Helpia, Martyr. Lugduni. 2. *Iunii.*

Helsuindes, Abbatissa Cisterciensis, Porceti, propè Aquisgranum. 22. *Maii.*

†. Heluida, de Villembroca, virgo Inclusa, Leodij. 18. *Februar.*

†. Hemelaydes, virgo, in Brabantia, 23. *Maii.*

Hemelina, est Hamelina, sup.

Henedia, Martyr. Arboreæ. 14. *Maii.*

Veneratio eiusdem. 5. *Maii.*

Henedina, eadem est cum Præfata.

Herectina, Martyr. in Africa. 11. *Februar.*

Heremberta, Abbatissa, Benedictina, Wieerensis. 16. *Octob.*

Herena, Martyr. in Africa. 25. *Februar.*

†. Herena, virgo, in Ægypto. 3. *Ianuar.*

Herena, virgo, Romæ. 4. *Ianuar.*

Herenia, Martyr. in Africa. 8. *Martii.*

Herenica, est Hilda, Infra.

Heresuida, est Harswida, Infra.

Heriburga, virgo Benedictina Monasteriensis. 16. *Octob.*

Herina, virgo, Martyr. Ephesi. 5. *Maii.*

Translatio eiusdem, Aletij. 26. *Iulii.*

Herlindes, virgo, Benedictina, Abbatissa, Eichensis. 12. *Octob.*

Veneratio eiusdem. 6. *Februar.*

Eleuatio. & 22. *Maii.*

Translatio. 22. *Martii.*

Herluca, virgo, Boicæ. 18. *Martii.* †.

Hermelindes, est Ermelendes, sup.

Herminilda, est Ermenilda, sup.

Hermina, Martyr. Hierapuli. 4. *Septemb.*

Herswida, Regina Angliæ, Benedictina, Calæ. 23. *Septemb.*

Commemoratio eiusdem. 1. *Decemb.*

Herswida, Abbatissa Benedictina Thorensis, Ruremundæ. 4. *Maii.*

Heralia, virgo, Augustæ Vindelicorum. 18. *April.*

Herundo, virgo, Solitaria, Romæ. 23. *Iulii.*

Herwiges, virgo Messiniaci. 30. *Nouemb.* †.

Hesteria, est Asteria, sup.

Heylecha, Inclusa, Cisterciensis, Coloniæ. 15. *Ianuar.*

Hialdelida, virgo Benedictina, Abbatissa, Dunelmi. 22. *Decemb.*

Hidda, vidua, Hierusulymis. 11. *Octob.* †.

Hieremiasa Firmo, virgo Clarissa, Firmi. 25. *April.*

Hieronyma, virgo Tertiaria Ordin. Minimor. Paterni. 8. *Septemb.*

Hieronyma à Gugliazo, Ordin. Minimor. Panormi. 14. *Februar.* †.

Hieronyma, de Iesu Clarissa, Setunali. 31. *Ianuar.*

Hieronyma, de Lema, Bernardina, ad Odinellas. 6. *Ianuar.*

Hieronyma, Messana, vidua, Clarissa, Panormi. 2. *Octob.*

Hieronyma Monsfeltria, vidua, Clarissa, Fulginij, 12. *Decemb.*

Hieronyma à Regibus, Clarissa, Vlyssipone. 22. *Ianuar.*

Hieronyma Seraphina, virgo Clarissa, Abbatissa, Mediolani. 27. *April.*

Hieronciæ Martyr. Translatio, Bergæ. 11. *Martii.* †.

Hiev, virgo, Benedictina, in Anglia. 30. *Maii.*

Hilaria, Matrona, Martyr. Augustæ Vindelicorum. 12. *August.*

Hilaria Martyr. Nicomediæ. 19. *Martii.*

Hilaria, Martyr. Romæ 5. *Decemb.*

Hilaria, Martyr. Romæ. 31. *Decemb.*

Hilaria, à Sylua, Clarissa Abbatissa, Thomari. 10. *Februar.*

Hilda, virgo Benedictina, Abbatissa, Dunelmi. 17. *Nouemb.*

Commemoratio eiusdem, Lubecci. 5. *August.*

Translatio ipsius, ibidem. 25. *August.*

Hildegardes, vidua Pouzæsiæ 14. *Iulii.* †.

Hildegardes, virgo, Benedictina, Abbatissa, Bingiæ. 17. *Septemb.*

Translatio eiusdem. 22. *Iunii.*

Hildegardes, Regina Franc. Campidoni. 30. *April.*

Hildegardes. } est Hildegundes, Infra, Sconaugiæ.
Hildegrandes. }

Hildegrandes, virgo, Benedictina, Heydelbergæ. 21. *Maii.*

Hildegundes, Præmonstratensis: vidua, Abbatissa, Maræ. 6. *Februar.*

Hildegundes, virgo Cisterciensis, Sconaugiæ. 20. *April.*

Commemoratio eiusdem. 5. *August.*

Campl. 3. *Iulij.*
†. Ioanna, Oliuerla, virgo Tertiaria Carmelitana, Majoricæ. 7. *Iannar.*
Ioanna de Ordas, virgo Clariſſa, Tordeſyllarij. 21. *Februar.*
Ioanna Pachieca, virgo Clariſſa, Scalauæ. 20. *April.*
Ioanna Parua, virgo, Clariſſa, Martyr. Mauritaniæ. 26. *Septemb.*
Ioanna à Præſentatione, virgo Clariſſa, Beloiſij. 31. *Iulii.*
Ioanna à Præſepio, Dominicana, Eboræ. 8. *Februar.*
Ioanna, Regina Caſtellæ, vidua, Tertiaria, Franciſcana, Toleti. 27. *Maii.*
Ioanna Roderica, vidua, Clariſſa, Toleti. 6. *Iannar.*
Ioanna de Saa, Benedictina, Conymbricæ. 27. Februar.
Ioanna à ſancto Ludouico, Extremis. 27. *Februar.*
Ioanna à S. Maria, Tertiaria Franciſcana, apud Balneenſes. 22. *Iannar.*
Ioanna à S. Michaele, Clariſſa, Vlyſſipone. 18. *Iannar.*
Ioanna à S. Stephano, virgo Clariſſa, Antiquæ-Mellariæ. 15. *Iunij.*
Ioanna Spirinx, Conuerſa Ciſtercienſis, Belli-Prati. 4. *Decemb.*
Ioanna de Sylua, virgo Tertiaria Franciſcana, Areuali. 17. *Decemb.*
Ioanna Vbaldina, virgo Clariſſa, Florentiæ. 30. *Maii.*
Ioanna à Vino, Tertiaria Minoritana, in Apulia. 24. *Octob.*
Ioanna, Tertiaria Franciſcana, Florentiæ. 7. *Iulii.*
Ioanna, Antiochiæ. 24. *Maii.*
Ioanna, virgo Regia, Dominicana, Auerij. 14. *Maii.*
Ioanna, virgo Seruita, Cremonæ. 20. *Iannar.*
Ioanna virgo Camaldulenſis, Balneis, 16. *Iannar.*
Tranſlatio eiuſdem. 1. *Maii.*
Et Commemoratio. 20. *Auguſt.*
Ioanna, virgo Abbatiſſa, Ciſtercienſis, Martyr. Eboræ. 8. *Decemb.*
Ioanna, Dominicana, Ferrariæ. 12. *April.*
†. Ioanna, virgo, Seruita, Florentiæ. 30. *Martii.*
Ioanna, Martyr. Arimæ Iapponiæ. 7. *Octob.*
Ioanna, Martyr. in Iapponio. 9. *Decemb.*
Ioanna, virgo Ciſtercienſis, Abbatiſſa, Luxemburgenſ. Clari-Fontis. 27. *Septemb.*
Ioanna, vidua, Comitiſſa Flandr. Ciſtercienſis, Marchettæ. 5. *Decemb.*
†. Ioanna, virgo, Auguſtiniana, Montis Falconis. 7. Februar.
†. Ioanna, vidua, Pennafelij. 9. *Maii.*
Ioanna, virgo Seruita, Piſtorij. 29. *Decemb.*
†. Ioanna, Carmelitana Rhegienſis. 28. *Martii.*
Ioanna, Recluſa Ciſtercienſis, Ripatorij. 4. *Maii.*
Ioanna, Tertiaria Franciſcana, Signienſis in Tuſcia. 6. *April.*
†. Ioanna, virgo Carmelitana, Toloſæ. 6. *Septemb.*
Ioanna virgo Tertiaria Dominicana, Vrbe Veteri. 23. *Iulii.*
Ioanna, eſt Suſanna, Infra, 20. *Septemb.*
†. Iolana, Veromanduæ. 17. *April.*
Iolania, virgo, Martyr. Bellouaci. 4. *Februar.*
Iolanta, eſt Iuliana Gneſnæ, Infra.
†. Iolenda, virgo Dominicana, Vallis. 6. *Nouemb.*
Iolenta, Pœnitens, Ciſtercienſis, Acquiriæ. 9. Octob.

Memoria eiuſdem. 10. *Decemb.*
Ionilla, eſt Iunilla, infra.
Iphigenia, virgo in Æthyopia. 21. *Septemb.*
Iraydes, virgo, Martyr. Antinopoli. 22. *Septemb.*
Irena, eſt Herena, Romæ, ſup.
Irene, eſt Pax, infra.
Irene, Martyr. Epheſi. 5. *Maii.*
Irene, Martyr. in Oriente. 18. *Septemb.*
Irene, virgo, Martyr. Scalabi. 20. *Octob.*
Eiuſdem Commemoratio. 22. *Octob.*
Irene, virgo, Martyr. Teſſalonicæ. 5. *April.*
Iremengardes, vidua, Ciſtercienſis, Abbatiſſa, Povndini. 5. *Octob.*
Irmgardes, virgo Benedictina, Coloniæ. 4. *Septemb.*
Irmentrudes, eſt Ermentrudes, Germana, ſup.
Irmina, virgo Benedictina, Abbatiſſa. in Territorio Herbipolenſi. 7. *Decemb.* †.
Irmina, virgo Benedictina, Abbatiſſa, Horreienſis, Treuiris. 24. *Decemb.*
Tranſlatio eiuſdem. 23. *Ianuar.*
Iſabella ab Aſſumptione, Prioriſſa Carmelitana, in Laeri. 10. *Iannar.*
Iſabella ab Aſſumptione, Abbatiſſa, Clariſſa, Santareni. 22 *Iannar.*
Iſabella Baptiſta, Clariſſa, Vlyſſipone. 7. *Iannar.*
Iſabella à Caruaio, Clariſſa Abbatiſſa, Eboræ. 21. *Iannar.*
Iſabella de Caſtro, virgo, Tertiaria Franciſcana, Reris. 27. *Iannar.*
Iſabella Criuella, virgo Clariſſa, Mediolani. 17. *Maii.*
Iſabella à Cruce, Dominicana, Vlyſſipone. 13. *Iannar.*
Iſabella à Cruce, Dominicana, vidua, ibidem. 4. *Februar.*
Iſabella de Cunha, Bernardina, apud Odiuellas. 16. *Iannar.*
Iſabella Ferreria, Dominicana, Lerenæ. 29. *Iannar.*
Iſabella Gomez, Dominicana, Auciri. 16. *Februar.*
Iſabella, Loſa, vidua, Clariſſa Tertiaria, in Italia. 3. *Martii.*
Iſabella Ludouici, virgo Dominicana, Auciri, 22. *Iunii.*
Iſabella Lupa, Dominicana, Lerenæ. 11. *Februar.*
Iſabella de Moregon, virgo Dominicana, Metymnæ-Campi. 2. *Februar.*
Iſabella à Francia, virgo Regia, Clariſſa, Longi-Campi. 31. *Auguſt.*
Iſabella à Matre Dei, Tertiaria Franciſcana, Villæ-Longæ. 20. *Iannar.*
Iſabella à noſtra Domina, virgo Dominicana, Hiſpali. 11. *Nouemb.*
Iſabella à S. Benedicto, Dominicana, Albæ. 10. *Februar.*
Iſabella à S. Franciſco, Carmelitana, Vlyſſipone. 22. *Februar.*
Iſabella à S. Franciſco. virgo Clariſſa, Beluiſij. 28. *Auguſt.*
Iſabella, à S. Hieronymo, Clariſſa Abbatiſſa, Santareni. 21. *Februar.*
Iſabella à ſanctis, virgo Clariſſa, Vlyſſipone. 7. *Februar.*
Iſabella à Sotto-Majore, virgo Clariſſa, sellalcazari. 1. *April.*
Iſabella à Spiritu Sancto, Tertiaria Dominicana, Vlyſſipone. 22. *Februar.*
Iſabella à Viſitatione, Carmelitana, Pacenſis, 17. *Februar.*

K.

L.

Mosam. 5. *Maii.*
Eleuatio & Translatio eiusdem Gandaui. 13. *Iunii.*
Translatio altera. 4. *Iulii.*
Translatio item ad Monasterium. S. Bauonis. 7. *Martii.*
† Lanthildes, Abbatissa Benedictina, Sagij. 27. *April.*
Larcia, Martyr. Parisiis 9. *Octob.*
Laura-Fœlix de Saulis, virgo Clarissa, Mediolani. 10. *August.*
Laurentia, virgo, Martyr. Anconæ 1. & 8. *Octob.*
Laurentia Lorini, virgo Dominicana, Florentiæ. 3. *August.*
Lea, vidua, Romæ. 22. *Martii.*
Ledwa. } est Lidwina, Infra.
Ledwina. }
Leobaria, est Libaria, Infra.
† Leoberia, Veromanduæ. 17. *April.*
Leobrona, est Leofrona, Infra.
Leocadia, virgo, Martyr. Toleti. 9. *Decemb.*
Translatio ipsius ibidem. 26. *April.*
Susceptio illius apud Cellam. 27. *Ianuar.*
Translatio alia, apud Suessiones. 1. *Iunii.*
Tanslatio altera, apud Cellam 21. *Iulii.*
Leocritia, virgo, Martyr. Cordubæ. 15. *Martii.*
Trnaslatio eiusdem, Oueti. 9. *Ianuar.*
Leofrona, Abbatissa Benedictina, Martyr. Cantuariæ. 1. *Octob.*
† Leogontia, virgo, Claromonte. 15. *Maii.*
Leonida, Martyr. Augustæ Vindelincorum. 12. *August.*
Leonides, Martyr. Palmyræ. 15. *Iunii.*
Leoniles, est eadem.
Leonilla, Martyr. Lingonis. 17. *Ianuarij.*
Leonilla, Martyr. Ebroicis. 11. *August.*
Leonitia, est Leocritia, sup.
Leonora Correa, Cistertiensis, Eboræ. 23. *Februar.*
Leonora Gusmania, virgo Clarissa Abbatissa, Hispali. 21. *Iunii.*
† Leonora de Noronha, Dominicana, Santareni. 7. *Februar.*
Leonora, virgo, Cistertiensis, Popleti. 9 *Iulii.*
Leonora Porto Carriera, à Vega, virgo Clarissa, Abbatissa, Palmæ. 23. *Octob.*
Leonora à Regibus, virgo, Clarissa, Vlyssipone. 18. *Ianuar.*
Leonora Rodetica virgo Clarissa, Abbatissa, in Gallæcia. 5. *Ianuar.*
Leonora à S. Francisco, virgo Clarissa, Palmæ. 16. *April.*
Leonora à S. Ioanne, virgo Tertiaria Franciscana, Abbatissa, Granatæ. 10. *Ianuar.*
Leonora à Spiritu Sancto, Augustiniana, Villæ-Vitiosæ. 6. *Februar.*
Leonora, de Sylua, Clarissa, Conymbricæ. 9. *Februar.*
Leonora Vlloa, virgo Clarissa, Tordesyllari. 7. *Decemb.*
Leontia, Martyr. in Africa. 6. *Decemb.*
† Letheria, virgo, Martyr. Senonis. 14. *August.*
† Leudeberta, virgo Benedictina, Brigæ. 13. *Septemb.*
Lewina, virgo, Martyr. in Anglia. 22. & 24. *Iulii.*
Translatio eiusdem, Winoci-Bergis. 16. *Iunii.*
Libaria, virgo, Martyr. in Tullensi, Agro. 8. *Octob.*
Memoria eiusdem. 11. *Octob.*
Libera, eadem est cum Sequenti.
Liberata, virgo Martyr. Comi. 18. *Ianuar.*
Liberata, eiusdem Translatio, Veronæ. 21. *Martii.*
Liberatæ, eiusdem Translatio altera, Comi. 14. *Maii.*
Commemoratio eiusdem, Veronæ. 21. *April.*
Liberata, virgo, in Monte Caluo, Brabantiæ. 3. *Februar.*
Liberata, virgo, Papiæ. 21. *Ianuar.*
Liberata, virgo Martyr. Saguntiæ. 18. *Ianuar.*
Translatio eiusdem. 15. *Iulii.*
Liberia, Romæ. 3. *Iulii.*
Liberta, virgo Scotica. 12. *Octob.*
Librata, est Liberata, Saguntiæ, sup.
Libya, Martyr. Palmyræ. 15. *Iunii.*
Licinia, virgo Martyr. Romæ. 25. *Maii.*
Lidwina, virgo, Schediami. 14. *April.*
Liduyges, eadem est.
Lilia, virgo Regia, Lilerij. 29. *Septemb.* †
Lielta, virgo Beghina, Delphis. 9. *August.* †
Liliosa, Martyr. Cordubæ. 27. *Iulii.*
Commemoratio eiusdem. 27. *August.*
Limbania, virgo Monialis, Genuæ. 16. *August.*
Lioba, virgo Benedictina, Abbatissa, Fuldæ. 28. *Septemb.*
Liuaria, est Libaria, sup.
Lois, Matrona, Listris in Asia. 11. *Martii.* †
Lopetia à Viel, virgo Clarissa, Cæsar-Augustæ. 17. *Maii.*
Lubetia, Rhemis. 7. *Februar.*
Luchina, Tertiaria Dominicana, Soncini. 21. *August.*
Lucia, est Anthla, sup.
Lucia ab Angelis, Tertiaria Franciscana, apud Pontem Delgada. 14. *Februar.*
Lucia, Martyr. Campanæ. 6. *Iulii.*
Lucia, Martyr. Romæ. 16. *Septemb.*
Lucia, martyr. Yendo. 24. *Ianuar.*
Lucia, vidua, Lugduni. 22. *April.* †
Lucia, Martyr. in Oxu Iapponiæ. 10. *Ianuar.*
Lucia Sancia, vidua, Minoritana, Carmonæ. 18. *Februar*
Lucia Petri, Fulginas, virgo Clarissa, Abbatissa, Perusiæ. 6. *Decemb.*
Lucia Vbaldina, virgo Clarissa. Florentiæ 30. *Maii.*
Lucia, Veneta, Tertiaria, Franciscana, Venetiis. 21. *Ianuar.*
Lucia, virgo Clarissa, Arcellæ. 25. *Septemb.*
Lucia, Dominicana. Florentiæ. 29. *Octob.*
Lucia, virgo Narniensis, Dominicana Tertiaria, Florentiæ. 15. *Nouemb.*
Lucia, virgo Dominicana, in Gallia. 3. *Decemb.* †
Lucia, virgo Tertiaria Franciscana, Nursiæ. 12. *Ianuar.*
Lucia, virgo Tertiaria, Minoritana, Salerni. 26. *Septemb.*
Lucia, virgo Cistertiensis, Priorissa Spinosiloci. 25. *Decemb.*
Lucia, virgo Benedictina, Abbatissa Treuiris. 4. *April.* †
Lucia, virgo Solitaria, in Agro Virdunensi. 21. *Septemb.*
Lucia, virgo, Martyr. Romæ. 25. *Iunii.*
Lucia, virgo Martyr. Syracusis. 13. *Decemb.*
Translatio eiusdem, Metis. 18. *Ianuar.*
Lucida, virgo Tertiaria Franciscana, Fulginij. 12. *Iunii.*
Lucida, virgo Clarissa, Nouariæ. 31. *Decemb.*
Lucilla, Matrona, est Lucina, Romæ, vidua, Infra.
Lucilla, virgo, Martyr. Romæ. 29. *Iulii.*
Lucilla, virgo, Martyr. Romæ. 31. *Octob.*
Lucina. Matrona, Romæ. 30. *Iunii.*
Lucina, vidua, Romæ. 30. *Iunii.*

M.

Margarita Agullona, virgo, Tertiaria Franciscana. 9. *Decemb.*

Margarita Barnavella, virgo in Hybernia. 6. *Ianuar.*

Margarita Bauara, vidua, Nanceij. 17. *August.*

Margarita à Brabantia, virgo Clarissa, Longi-Campi. 17. *August.*

Margarita à Burgundia, Regina, vidua, Tornodori. 5. *Septemb.*

Margarita, à Calaxibetta, virgo Clarissa, Plateæ. 8. *Martii.*

Margarita à Castello, virgo Tertiaria Dominicana, Castellanæ. 13. *April.*

Margarita à Clauibus, vidua, Augustiniana, in Burgo S. Michaelis. 22. *Februar.*

Margarita à Columna, virgo Clarissa, Romæ. 30. *Decemb.*

Margarita à Conceptione, Carmelitana, Vlyssipone. 2. *Februar.*

Margarita Contracta, virgo, Parthenopili. 22. *Martii.*

Margarita à Cortona Tertiaria Franciscana, Cortonij. 22. *Februar.*

Margarita à Cruce, Clarissa, Setwali. 7. *Februar.*

Margarita Dominquez, Dominicana, Vlyssipone. 24. *Februar.*

Margarita Dominici, virgo Clarissa, Abbatissa, Fulginij. 23. *Iunii.*

Margarita Fernandez, Tertiaria Dominicana, Bononiæ. 16. *Ianuar.*

Margarita à Fontana, est à Mutina, Infra.

Margarita Fulginas, est Dominici, sup.

Margarita de Geriones, virgo Tertiaria Dominicana. Vallis-Ducis. 20. *Iulii.*

Margarita à Iesu, Augustiniana, Villæ-Vitiosæ. 6. *Ianuar.*

Margarita, Lina, Martyr. Eboraci. 13. *Iulii.*

Margarita à Lotharingia, vidua, Clarissa, Argentonij. 2. *Nouemb.*

Margarita, Martyr, in Africa. 11. *Februar.*

Margarita, de Miolano, virgo Benedictina, Granopoli. 16. *Maii.*

Margarita à Mutina, virgo, Tertiaria, Dominicana, Mutinæ. 13. *Septemb.*

Margarita Parua, virgo Clarissa, Martyr. Mauritaniæ. 26. *Septemb.*

Margarita Pelagia, virgo, in Ægypto. 8. *Octob.*

Margarita à Pagis, Clarissa, Abbatissa, Amaranti. 17. *Ianuar.*

Margarita Pola, Martyr. in Anglia. 27. *Decemb.*

Margarita de Polastron, vidua, Priorissa Fuliensis. Tolosæ. 21. *Nouemb.*

Margarita, à Sabaudia, vidua, Tertiaria Dominicana, Albæ. 23. *Nouemb.*

Margarita à Saluatore, Tertiaria Franciscana, Vlyssipone. 13. *Ianuar.*

Margarita à S. Sancto Spiritu, Dominicana, Vlyssipone. 5. *Ianuar.*

Margarita, de Spinis, Tertiaria, Seruita, Florentiæ. 30. *Nouemb.*

Margarita Sulmonensis, virgo Clarissa, Abbatissa, Romæ. 5. *Septemb.*

Margarita Torniella, virgo Clarissa, Nouariæ. 13. *August.*

Margarita, Abbatissa, Cisterciensis, Montis S. Walburgis. 20. *Februar.*

Margarita, Abbatissa, virgo Cisterciensis, Vallis-Ducis. 4. *Iunii.*

Margarita, Abbatissa, virgo Vallis-Vmbrosæ, Florentiæ. 16. *August.*

Margarita, Priorissa, in Anglia. 15. *August.*

Margarita, Priorissa, virgo Carthusiana, in agro Lugdunensi. 30. *April.*

Margarita, Priorissa Benedictina, Spanheimij. 29. *Octob.*

Margarita, Regina in Hungaria, virgo Dominicana, Vesprinij. 28. *Ianuar.*

Translatio eiusdem, Posonij. 13. *Iulii.*

Margarita, Regina Scotiæ. 10. *Iunii.*

Commemoratio eiusdem. 16 *Nouemb.*

Margarita, vidua, Basileæ. 27. *Ianuar.*

Margarita, vidua, Cisterciensis, Flinensis. 19 *Iulii.*

Margarita, vidua, apud Septempedanos. 27. *August.*

Margarita, virgo Cisterciensis, Belli-Prati. 12. *April.*

Margarita, virgo Cisterciensis, apud Monasteriolum. 28. *Decemb.*

Margarita, virgo. Fiscanni. 12. *Decemb.*

Margarita, virgo, in Germania, versus Constantiam. 5. *Martii.*

Margarita, virgo Cisterciensis, Rameyæ. 18 *Maii.*

Margarita, virgo, Russij. 23. *Ianuar.*

Margarita, virgo Cisterciensis, Syluæ-Benedictæ. 20. *Iulii.*

Margarita, virgo Cisterciensis, Vallis-Rosarum. 15. *Maii.*

Margarita, virgo, Martyr. Antiochiæ. 20. *Iulii.*

Susceptio eiusdem, Leodij. 13. *Iulii.*

Margarita, Tertiaria Franciscana, apud Montem Falconem. 13. *Martii.*

Margarita, Tertiaria, Seruita, Montispolitiani. 25. *Maii.*

Margarita, Veneta, Benedictina, in Dominio Veneto. 27. *Iunii.*

Margarita, est Pelagia Pœnitens, Infra.

Margaritula, virgo Cisterciensis, Martyr. Louanij. 2. *Septemb.*

S. Mariæ Virginis, Deiparæ Conceptio. 8. *Decemb.*

Octaua eiusdem. 15. *Decemb.*

Natiuitas ipsius. 8. *Septemb.*

Presentatio. 21. *Nouemb.*

Desponsatio. 22. *Ianuar.* 8. *Martii.* 22. *Decemb.*

Annuntiatio. 25. *Martii.*

Visitatio. 2. *Iulii.*

Expectatio. 18. *Decemb.*

Purificatio. 2. *Februar.*

Assumptio. 15. *August.*

Festum Gaudiorum eius. 7. *Maii.*

Ad Martyres, Romæ. 13. *Maii.*

Commemoratio, Bruxellæ. 5. *Iunii.*

Item, in Malinis. 1. *Septemb.*

Stolæ eiusdem, in Blachernis. 2. *Iulii.*

De Angelis, Assisij. 2. *August.*

Ad Niues, Romæ. 5. *August.*

Zonæ ipsius, Constantinopoli, & Suessioni. 2. *Iunii.* & 31. *August.*

Recollectio Festorum eiusdem, Louanij. 1. *Septemb.*

De Victoria, seu, de Rosario, Romæ. 7. *Octo.*

Descensio eiusdem, in Hispania. 24. *Decemb.*

Translatio Domus Lauretanæ. 10. *Decemb.*

Maria de Abranches, Augustiniana, Vlyssipone. 1. *Ianuar.*

Maria Ægyptiaca, in Palæstina. 2. *April.*

Maria Alphonsi, virgo Clarissa, Abbatissa, Asturicæ. 2. *Maii.*

Maria Andujar, virgo, Minima; apud Andujar. 8. *Iunii.*

Maria ab Angelis, Clarissa, Vlyssipone. 25. *Februar.*

Albæ. 30. *Martii.*
† Maria Martina, virgo Augostiniana, Renterij. 9. *Nouemb.*
Maria à Massa, virgo Clarissa, Fulginij. 20. *Septemb.*
Maria, à Matre Dei, Cistertiensis, Abbatissa, Pintl. 31. *Ianuar.*
Maria Mediolanensis, virgo Clarissa, Mediolani. 16. *Iulii.*
Maria à Mendoza, est Mentia, Infra.
Maria de Menezez, Clarissa Abbatissa. Villæ-Comitis. 5. *Ianuar.*
† Maria Midleton, Matrona, Martyr. in Anglia. 11. *April.*
Maria Monacha, virgo Clarissa, Altarasij. 18. *Septemb.*
Maria à Montalua, virgo Clarissa, Conchæ-Camporum. 21. *Maii.*
† Maria de Monte Nigro, Minima, Andujari. 5 *Februar.*
Maria Mugnes, Tertiaria Franciscana, Alcarazij. 28. *Maii.*
Maria de Ortega, virgo Tertiaria, Minoritana, Alcarazij. 12. *Martii.*
Maria patricia, Martyr. Constantinopoli. 9. *August.*
Maria Pauper, vidua, Clarissa Abbatissa, Toleti. 5. *Iulii.*
Maria Peunalosa, virgo Tertiaria Minoritana, Segobiæ. 10. *April.*
Maria peregrina, Cistertiensis, Lorvanij. 3. *Iunii.*
† Maria Petra, Tertiaria, Seruita, Pistorij. 8. *Nouemb.*
Maria Pharonis, virgo Minima, Messanæ. 24. *Ianuar.*
Maria Pimentez, virgo Clarissa, Areuali. 17. *August.*
Maria Pirez de Moraez, Bragantiæ. 12. *Februar.*
† Maria Pisana, est Spesalasta, Infra.
Maria, Placentiæ. 4. *Iunii.*
Maria à Plagis, virgo Clarissa, Santareni. 13. *Iulii.*
Maria Pœnitens Ægeæ. 9. *April.*
† Maria Pœnitens, in Syria. 25. *Septemb.*
Maria, Pœnitens, in Syria. 29. *Octob.*
Maria de Popiglio, virgo Tertiaria Dominicana. 24. *August.*
Maria à Porto Carriero, virgo Clarissa, Palmæ. 12 *August.*
Maria à Præsentatione, Carmelitana, Tentugalli. 3. *Februar.*
Maria à Præsepio Clarissa Abbatissa, Thomaris 26. *Februar.*
Maria à Purificatione, Clarissa, Eboræ. 16. *Februar.*
Maria à Queto, virgo Clarissa, Tordesyllarij. 23. *Iunii.*
Maria Ramires, virgo Clarissa, Segouiæ. 1. *Februar.*
Maria à Regibus, Carmelitana, Beiæ. 8. *Ianuar.*
Maria Rugel, virgo, Tertiaria Franciscana, Vlmeti. 22. *Nouemb.*
Maria Ruuia, virgo Tertiaria Franciscana, Alcarazij. 7. *Nouemb.*
Maria à Saluatione, Dominicana, Monte Moro Nouo. 3. *Februar.*
Maria à Saluatore, Carmelitana, Tentugalli. 5. *Februar.*
Maria Sanctia, virgo Tertiaria Minoritana, Lorcæ. 20. *Martii.*
Maria à S. Antonio, virgo Clarissa, Bellalcazari. 27. *August.*
Maria à S. Francisco, virgo Clarissa, Gienni. 8. *April.*
Maria à S. Francisco, virgo Clarissa, Palmæ. 18. *April.*
Maria à S. Hieronymo, virgo Clarissa, Abbatissa, Antiquæ Mellariæ. 29. *April.*
Maria à S. Iosepho, Carmelitana, Tentugalli. 5. *Ianuar.*
Maria a S. Martino, est Mentia, Infra.
Maria à S. Paulo, virgo Clarissa, Aillonij. 14. *Septemb.*
Maria à Sepulchro, virgo Clarissa, Villæ-Comitis. 24. *August.*
Maria de Salle, vidua, Tertiaria Franciscana, virgo, Turonis. 28. *Maii.*
† Maria de Spesalasta, vidua, Tertiaria Dominicana, Pisis. 2. *Februar.*
Maria à Spinosa, virgo Clarissa, Alcaudetæ. 8. *Iulij.*
Maria à Spiritu Sancto, virgo Dominicana, Setuali. 7. *Februar.*
Maria à Spiritu Sancto, Tertiaria, Franciscana, Segobiæ. 3. *Ianuar.*
Maria, à Spiritu Sancto, Clarissa, Vlyssipone. 9 *Februar.*
Maria, à Scoteuilla, Benedictina Abbatissa, Hederæ. 10. *Ianuar.*
Maria Stuarta, Regina Scotiæ, Martyr. in Anglia. 18. *Februar.*
Maria Suarez à Toleto, est Maria Pauper. sup.
Maria Suarez, vidua Clarissa, Salmanticæ. 2. *Maii.*
Maria Sulperia, Hospitalaria, Louanij. 25. *Februar.*
Maria à Toleto, virgo Clarissa, Orapesæ. 8. *Iunij.*
Maria à Turribus, virgo Clarissa, Abbatissa, Octodurae. 9. *Septemb.*
Maria Vanden Dalle, Priorissa Cistertiensis, Muysensij. 12. *Octob.*
Maria Van-Lille, virgo Beghina Herendatensis. 10. *Iulii.*
Maria Vela, virgo Cistertiensis, Abulæ. 24. *Septemb.*
Maria, à Velasco, virgo Clarissa, Veroladi. 9. *Octob.*
Maria Veneta, vidua Tertiaria Dominicana, Venetiis. 28. *Iulii.*
Maria à Visitatione, Tertiaria Franciscana, Beiræ. 21. *Ianuar.*
Maria Iacobi, vidua, Rhemis. 21. *Maii.*
Festum ipsius Burdigalæ. 25. *Maii.*
Translatio eiusdem, Arelate, & Veralis. 25. *Maii.*
Reuelatio item Arelate. 3. *Decemb.*
Maria Salome, vidua. Rhemis. 21. *Maii.*
Festum ipsius, Burdigalæ. 25. *Maii.*
Itemque Hierosolymis. 22. *Octob.*
Reuelatio eiusdem Arelate. 3. *Decemb.*
Maria de Sylua, Cistertiensis, apud Odiuelias. 27. *Ianuar.*
Maria de Sylua Canonissa Regular. S. Augustini, apud Chellas, propè Vlyssiponem. 31. *Ianuar.*
Maria à Trinitate, Ordin. S. Brigittæ, Vlyssipone. 13. *Februar.*
Maria, Martyr. Hierosolymis. 27. *April.*
Maria, Martyr. Nicomediæ. 1. *Nouemb.*
Mariæ eiusdem Commemoratio, Veronisceæ. 17. *Martij.*
Maria, Martyr. Oxu Iapponiæ. 5. *Februar.*
Maria Martyr. Ozacæ. 16. *Ianuar.*
Maria Martyr. Romæ. 2. *Decemb.*

Mecthildes,

Mechildes, virgo Cistertiensis, in Germania. 25. Februar.
Mechtildes, virgo Benedictina, Spanheimij. 26. Februar.
Mecheildes, virgo Benedictina, Abbatissa Diezzen. 6. Iulii.
Mechtundes, virgo Martyr. Eischelii. 5. Iulii.
Eleuatio eiusdem. 16. Iunii.
Et Veneratio. 28. August.
Medrosina, virgo, Suessione. 22. Nouemb.
Melania, Senior, Hierosolymis 21 Ianuar.
Melania, Iunior, Hierosolymis. 31. Decemb.
Melchiades, Franciscana. 23. Martii
Melchthilda, virgo Solitaria, in Gallia. 12. April.
Meldrada. } est Mildreda, Infra.
Meldiuda. }
Melerina, Martyr. Martianopoli. 23. Septemb.
Melitina, eadem est.
Meltrudes, est Mechtundes, sup.
Melusia, est Regina, Infra.
Menunia, virgo Martyr, Romæ. 28. Martii.
Translatio eiusdem. 25. Nouemb.
Mennia, eadem cum Præfata.
Mencia, virgo Cistertiensis, Abbatissa Arroyensis. 4. Iunij.
Mencia, Priorissa Cistertiensis, Castris. 23. Decemb.
Mencia à Columna, Hieronymita, Vianæ. 9. Ianuar.
Mencia de Noronha, Bernardina, ad Odiuellas. 20. Ianuar.
Mencia de Ramá, priorissa Augustiniana, Eboræ. 2. Ianuar.
Mencia Pimenta, peregrina. 2. Ianuar.
Menechildes, est Manegildes, sup.
Menna, virgo Martyr, apud. S. Nicolaum de Porto. 3. Octob.
Translatio eiusdem. 15. Maii.
Menodora, virgo Martyr. in Bithynia. 10. Septemb.
Mentia Aualos, virgo Clarissa, in Agro Palentino. 15. Ianuar.
Mentia à Conceptione, virgo Clarissa, Castaneti. 19. Ianuar.
Mentia, à Mendoza, virgo Clarissa, Gienni. 25. Maij.
Mentia à S. Martino, virgo Clarissa, Abbatissa, Montaliæ. 17. Iulii.
Mentia Velez, de cœlis, virgo Clarissa, Conchæ. 2. Septemb.
Mera, virgo Martyr. in Agro Lectorensi. 21. Martii.
Festum eiusdem, in Agro Auxitano. 20. Iulii.
Mercuria, Martyr. Alexandriæ. 12. Decemb.
Merentia, virgo, Wercinij. 23. Ianuar.
Merofleta, virgo in Gallia. 16. Ianuar.
Merops, est Myrops, Infra.
Merwina, virgo Benedictina, Abbatissa, Rumesciæ. 27. April.
Commemoratio eiusdem. 13. Maii.
Methildes, virgo Cistertiensis, in Italia. 2. Decemb.
Messalina, virgo Martyr. Fulginij. 3. Maii.
Metrodora, virgo Martyr. in Bithynia. 10. Septemb.
Meuris, Martyr. Gazæ. 19. Decemb.
Michaelina, vidua, Tertiaria Franciscana, Pisauri. 19. Iunii.
Milada, virgo Benedictina, Abbatissa, Pragæ. 28. Martii.
Milburga, eadem cum Sequenti.
Milburges, virgo Benedictina, Abbatissa, Venlochij. 23. Februar.

Mildrada, virgo Benedictina, Abbatissa, in Taneto Insula. 13. Iulii.
Susceptio ac Translatio ipsius, Dauentriæ. 20. Februar.
Alia item Translatio eiusdem, Cantuariæ. 18. Maii.
Mildreda. } est Mildrada, sup.
Milthrida. }
Milgitha, virgo Regia, Benedictina, in Anglia. 26. Februar.
Milewida. } eadem cum præcedenti Cantuariæ.
Milvida. } 17. Ianuar.
Modesta, Martyr. Nicomediæ. 13. Martii.
Modesta, Soncinas, virgo Clarissa, Mediolani. 11. Ianuar.
Modesta, virgo Benedictina, Abbatissa de Horreo, Treuiris. 6. Octob.
Modesta, virgo Benedictina, Abbatissa S. Symphoriani, Treuiris. 4. Nouemb.
Modwena, virgo Benedictina, Abbatissa, in Anglia. 5. Iulii.
Monegundes, Matrona, vidua, Turonis. 2. Iulii.
Monica, Martyr. Xandai, in Iapponio. 24. Februar.
Monica, Martyr. Yendo. 24. Ianuar.
Monica, vidua, Hostiæ. 4. Maii.
Translatio eiusdem, Romæ. 9. April.
Monica, virgo Martyr. Cordubæ. 19. Septemb.
Montana, virgo Benedictina, Abbatissa Cauensis, apud Ferrarias. 1. Octob.
Montesia, virgo Tabennensis. 28. Iulii.
Mundana, vidua, Martyr. Petragoricis. 5. Maii.
Munuera, vidua, Tertiaria Franciscana, Loreæ. 18. Decemb.
Musa, virgo, Romæ. 9. April.
Musca, virgo Martyr. Aquileiæ. 17. Iunii.
Mustia, virgo, Pisauri. 4. Iulii.
Mustiola, Martyr. Clusij. 3. Iulii.
Myrops, Martyr. in Insula Chio. 13. Iulii.
Memoria eiusdem, Ephesi. 4. Decemb.

N.

NAna, virgo Benedictina, in Germania. 21. Nouemb.
Natalia, Martyr. Cordubæ. 27. Iulii.
Eiusdem Commemoratio. 27. August.
Natalia, vidua, Constantinopoli. 1. Decemb.
Translatio eiusdem apud Chellas, propè Vlyssiponem. 14. Ianuar.
Nazarena, est Villana, Infra.
Nemia, est Nimonia, Infra.
Nennoka, virgo Abbatissa Benedictina, in Britannia Armorica. 4. Iunii.
Neomadia, virgo Pictauis. 13. Ianuar.
Neomesia, virgo, Anagniæ. 25. Septemb.
Neomestia, eadem est.
Neomasia, est Neomadia, sup.
Neomistia, est Neomesia, sup.
Neon, Martyr. Romæ. 1. Septemb.
Neonilla, Martyr. 28. Octob.
Neonıles, est eadem.
Neophyta, Martyr. Leontinis. 17. April.
Neopistes, est Theopistes, virgo Martyr. Infra.
Nera Ptolomei, virgo Tertiaria Dominicana, Senis. 25. Decemb.
Nicareta, est Niceras, Sequens.
Nicea, Martyr. Amaseæ. 12. August.
Nicea, vidua, Martyr. Puteolis. 19. Octob.
Niceras, virgo, Constantinopoli. 27. Decemb.
Niceta, Martyr. in Lycia. 24. Iulii.

Paula,

Paula Gonzagara, virgo Clarissa, Mantuæ. 19. *Septemb.*
Paula Isabella, Mediolanensis, virgo Clarissa, Mediolani. 2. *Iulii.*
Paula, Malatesta, vidua Clarissa, Mantuæ. 17. *Martii.*
Paula Maria, virgo, Clarissa, Mediolani. 27. *Ianuar.*
Paula de Monte Alto, virgo Clarissa, Mantuæ. 4. *August.*
Paula Sp[illegible]llani, Dominicana, virgo, Ferrariæ. 18. *August.*
Paula à Villa-Franca, virgo Carmelitana, Valentiæ. 30. *April.*
Paula, Martyr. Damasci. 20. *Iulij.*
†. Paula, vidua, Abbatissa, in Bethleem. 26. *Ianuar.*
Paula virgo, in Bethleem. 1. *Iunii.*
Paula, virgo, Camaldulensis, Florentiæ. 6. *Ianuar.*
Paula, virgo, in Ariminensi Agro. 4. *Nouemb.*
Paula, virgo, Martyr. Carthagine. 10. *August.*
Paula, virgo, Martyr. Constantinopoli. 1. *Iunii.*
Paula, virgo, Martyr. Malacæ. 18. *Iunii.*
Paulina, est Paula, virgo in Bethleem, sup.
Paulina, Martyr. Romæ. 2. *Decemb.*
†. Translatio ibidem. 19. *Februar.*
Paulina, Martyr. Romæ. 31. *Decemb.*
Paulina, Reclusa, Benedictina, in Thuringia. 14. *Martii.*
Paulina, virgo, Martyr. Romæ, 6. *Iunii.*
Pax, est Salaphtha, infra.
Pecinna, virgo, Martyr. in agro Pictauiensi. 24. *Iunii.*
Aduentus Reliquiar. eiusdem, Quintinopoli. 24. *Iulii.*
Pega, virgo, Benedictina, Romæ. 8. *Ianuar.*
Pelagia. Martyr. Tarragonæ. 23. *Martii.*
Pelagia, Martyr. Nicopoli. 11. *Iulii.*
Pelagia, Pœnitens, Hierosolymis. 8. *Octob.*
Pelagiæ eiusdem, Translatio, ad Iotrum Monasterium. 11. *Maii.*
†. Pelagia, vidua, Lemouicis. 26. *August.*
Pelagia, virgo, est Margarita Pelagia, sup.
Pelagia, virgo, Tertiaria, Ordin. Minimor. Milazzi. 12. *Iunii.*
Pelagia, virgo, Martyr. Antiochiæ. 11. *Martii.*
Pelagia, virgo, Martyr. Antiochiæ. 9. *Iuny.*
Pelagia, virgo, Martyr. Antiochiæ. 15. *Octob.*
Pelagia, virgo, Martyr. in India. 21. *Decemb.*
Pelagia, virgo, Martyr. Tarsi. 4. *Maii.*
Penuza, vidua, Tertiaria, Minima, Messanæ. 10. *Nouemb.*
Perpetua, Matrona, Romæ. 4. *August.*
Perpetua, Romæ, Vxor. S. Petri Apostoli. 4. *Nouemb.*
Perpetua, Martyr. Rhegij. 7. *Iulii.*
Perpetua, Martyr. Tuburbi, 7. *Martii.*
†. Perpetua, Nupta. 11. *Decemb.*
Perpetua, virgo Clarissa, Mediolan. 15. *Septemb.*
†. Perpetua, Sadry Dominicana Priorissa Ferrariæ. 20. *August.*
Perpetua, virgo, Benedictina, Abbatissa, Romarici. 12. *Septemb.*
Perpetua, virgo, Tagastæ. 2. *August.*
Perrina à Castro, virgo Dominicana, Cæsar-Augustæ. 6. *Iunii.*
†. Perseueranda, virgo. 26. *Iunii.*
†. Peteona, virgo Solitaria, in Anglia. 1. *April.*
Petra, Tertiaria Seruita, Florentiæ. 25. *Octob.*
Petronia, Martyr. in Sardinia. 22. *Martii.*
Petronilla, à Cruce, virgo Cistertiensis, Abulæ. 9. *Iulij.*
Petronilla, à Cruce, virgo, Clarissa, Villæ-Comitis. 12. *Februar.*
Petronilla Nelli, virgo Dominicana, Ferrariæ. 15. *April.*
Petronilla, virgo Benedictina, Andegauis. 10. *Decemb.* †.
Petronillæ, virginis, Monialis Bobiensis, Translatio. 31. *August.*
Petronilla, virgo, Romæ 31. *Maii.*
Translatio, Reseratio, ac Repositio eiusdem, Bariæ. 18. *Martii.*
Petronilla, virgo Schedami. 14. *Ianuar.*
Petronilla, Priorissa Præmonstratensis. Apud Scholam. 13. *Iulii.*
Petronilla, est Pierona, Infra.
Petronilla de Troya, virgo Clarissa, Abbatissa, Moncelli. 24. *Septemb.*
Petronilla Vela Tertiaria Dominicana, in Sicilia. 15. *Iunii.* †.
Petrucia, Matrona, Augustiniana, Genestani. 25. *April.* †.
Phara, virgo, Benedictina, Abbatissa, in pago Meldensi. 7. *Decemb.*
Eleuatio, Translatio, ac Festum Miraculorum eiusd. 3. *April.*
Commemoratio eiusdem, Brugis Flandror. 2. *April.*
Pharaildes, virgo, vidua, Gandaui. 4. *Ianuar.*
Pherbuta, virgo, Martyr in Arabia. 5. *April.*
Philippa, Botelha, Dominicana, in Aueiro. 2. *Februar.*
Philippa, à Cruce, Clarissa, Vlyssipone. 11. *Februar.*
Philippa, à Geldria, Regina Siciliæ, Clarissa, vidua, Mussiponti. 26. *Februar.*
Philippa Godina, vel Guardina, Dominicana, Santareni. 9. *Februar.*
Philippa de Gouoea, Dominicana, in Aueiro. 22. *Februar.*
Philippa Leonarda, virgo Clarissa, Assisij. 13. *Octob.*
Philippa, Medicæa, virgo Clarissa, Florentiæ. 6. *Decemb.*
Philippa à sancto Antonio, Clarissa, Abbatissa, Vlyssipone. 2. *Ianuar.*
Philippa à sancta Clara, virgo Clarissa, Abbatissa, Alcaceri Salariensis. 8. *Februar.*
Philippa, de Silua, Cistertiensis, ad Odiuellas. 1. *Februar.*
Philippa, à Soto Majore, virgo Clarissa, Bellalcazari. 11. *Iunii.*
Philippa, à Spiritu sancto, Canonissa Regularis Augustiniana, Chellis Iuxta Vlyssiponem. 4. *Ianuar.*
Philippa, Martyr. Perge. 20. *Septemb.*
Philippa, Martyr. Tessalonicæ. 3. *April.*
Philippa, virgo Regia, Cistertiensis, Odiuellis. 25. *Iulii.*
Philippa, Ancilla, Viennæ Allobrogum. 15. *Octob.*
Philippina, Chalonia, virgo Clarissa, Orbæ. 16. *Octob.*
Philomena, virgo, Septempedana. 5. *Iulii.*
Philonilla, Tarsi. 21. *Octob.*
Phœbe, Corinthi. 3. *Septemb.*
Photia, Martyr. Romæ. 20. *Martii.*
Photina, virgo, Cæsareæ, in Palæstina. 12. *Ianuar.*
Photina, Martyr. Romæ. 20. *Martij.* †.
Photis, Martyr. Romæ. 20. *Martii.*
Picina, est Pecinna, sup.
Pia, Martyr. in Africa. 19. *Ianuar.*
Pientia, virgo, Martyr, in pago Wilcassino. 11. *Octob.*

Q.

R.

Restituta,

Restituta, Matrona, in Africa. 22. *Februar.*
† Restituta, Martyr. in Africa. 11. *Februar.*
Restituta, vidua, Martyr. Calari. 11. *Februar.*
Ristituta, virgo, Martyr. Neapoli. 17. *Maii.*
Restituta, virgo, Martyr. Soræ. 27. *Maii.*
Veneratio eiusdem. Suessione. 1. *Maii.*
Reuocata, virgo, Martyr. Visnæ, in Lusitania. 6. *Februar.*
Rhais, Martyr. Alexandriæ. 28. *Iunii.*
Rhada, est Rosuli, Infra.
Rhadana, Martyr. Lungduni. 2. Iunii.
Richa, virgo Benedictina, Cluniacensis, in Germania. 2. *Iulii.*
Richardea Ebersbergæ. 25. *April.*
Richardes, Imperatrix, virgo, Benedictina, Abbatissa, Audelahæ. 18. *Septemb.*
† Richildes, vidua, Messiniaci. 1. *Ianuar.*
Richildes, virgo, Sumentorij. 25. *August.*
Richmundes, virgo Cistertiensis, Montis. S. Valburgæ. 23. *Octob.*
Richtroda, virgo, Benedictina, Cantuariæ. 9. *April.*
Richtrodes, vidua, Abbatissa, Benedictina, Martianis. 12. *Maii.*
Vigilia eiusdem. 11. *Maii.*
Eleuatio ipsius. 7. *Februar.*
Repositio eiusdem. 1. *August.* 29. *Octob.*
† Ricuuera, Ordin. Præmonstratens. ibidem. 23. *Maii.*
Ridegundes, virgo, Præmonstratensis, Treuigni. 29. *Ianuar.*
Rilindes, de Bissega, vidua, Dominicana, in Germania. 25. *Octob.*
Ripsimes, virgo, Martyr in Armenia. 29. *Septemb.*
Rita, Augustiniana, Cassij. 22. *Maii.*
† Riuannona, vidua, in pago Teonensi. 19. *Iunii.*
Rixa, Regina Hungariæ, Coloniæ. 20. *Martii.*
Rogata, Martyr. Lugduni. 2. *Iunii.*
Rolanda, virgo, Gerpiniæ, propè Coloniam. 13. *Maii.*
Romana, virgo, Constantinopoli. 9. *Nouemb.*
† Romana, virgo, Bellonaci, Martyr. 4. *Februar.*
Romana, virgo, Tuderti. 23. *Februar.*
Translatio eiusdem. 5. *Maii.*
Romola, virgo, Benedictina, Romæ. 22. *Iulii.*
Memoria eiusdem. 24. *Iunii.*
† Rosæ Translatio, Gandaui. 24. *Ianuar.*
Rosa, vidua, in Sulcitana Insula, Sardiniæ. 1. *Octob.*
Rosæ eiusdem Commemoratio. 1. *Septemb.*
Rosa, virgo, Tertiaria Franciscana, Viterbij. 4. *Septemb.*
Rosa à sancta, Maria, virgo, Tertiaria Dominicana, Limæ. 23. *August.*
Rosalea, virgo Solitaria, Panormi. 4. *Septemb.*
Inuentio eiusdem. 15. *Iulii.*
† Rosemunda, vidua, Vernone. 30. *April.*
Rosimunda, Abbatissa Benedictina, Aroucæ. 15. *Ianuar.*
Rosula, virgo, in Germania. 15. *Maii.*
Rosulia, virgo, Martyr. Calari. 2. *Nouemb.*
† Rothildes, Benedictina Abbatissa, Treuiris. 6. *April.*
Rotrudæ, virginis Benedictinæ Translatio Bobij. 31. *August.*
Rotrudis, virginis Anglicanæ, Translatio, Ghisnæ, & Sithij. 22. *Iunii.*
† Raessela, virgo Cistertiensis, Prati. 16. *August.*
Ruffina, Romæ. 26. *April.*
Ruffina, vidua, Cæsareæ. 31. *August.*
Ruffina, virgo, Martyr. Hispali. 19. *Iulii.*
Ruffina, virgo, Martyr. Romæ. 10. *Iulii.*
Rustica, Martyr. Romæ. 31. *Decemb.*
Rusticula, virgo, Abbatissa, Arelate. 16. *August.*
Memoria eiusdem. 21. *August.*

S.

SAbina Aluarez, est Marina, sup.
Sabina, est Sauina, Infra.
Sabina, apud Marchiam, in Scotia. 5. *Nouemb.*
Sabina, Martyr. Yendo. 24. *Ianuar.*
Sabina, Martyr, Smyrnæ. 1. *Februar.*
Sabina, Martyr. Romæ. 29. *August.*
Sabina, Martyr. Abulæ. 27. *Octob.*
Memoria eiusdem. 31. *August.*
Sabina, virgo, Trecis. 29. *Ianuar.*
Translatio eiusdem. 29. *August.*
Sabina, conuersa, Dominicana, Vallisoleti. 9. *Septemb.* †
Sabina, virgo Benedictina, in Iotro Monasterio. 30. *April.*
Sacra, Benedictina, Rubiaci. 8. *Martii.* †
Salaberga, virgo Benedictina, Abbatissa, Lauduni. 21. *Septemb.*
Salaptha, virgo, Gazæ. 26. *Februar.* †
Sallustia, Martyr. Romæ. 14. *Septemb.*
Salomæa, virgo Clarissa, in Polonia. 17. *Nouemb.*
Salomona, Martyr. Antiochiæ. 1. *August.*
Salonica, est Salomæa, sup.
Sancia, Martinez, à Montaluo, vidua, Tertiaria Franciscana, Areuali. 27. *Iunii.*
Sancia, Siciliæ Regina, vidua, Clarissa, Neopoli. 28. *Iulii.*
Sancia, virgo, Tertiaria Franciscana, Alcarazij. 29. *Septemb.*
Sancta, virgo, Augustiniana, Genestani. 22. *Ianuar.* †
Sancta, virgo, Cistertiensis, Prati. 16. *August.*
Sanctia, Regina Lusitaniæ, vidua, virgo Cistertiensis, Cellæ. 23. *Martii.*
Sanctia, virgo Regia, Lusitana, Legioni. 28. *Februar.*
Sandra, virgo, Martyr. in Anglia. 4. *Martii.* †
Santuccia, virgo, Ordin. Seruitar. Romæ. 21. *Martii.* †
Sapientia, virgo Cistertiensis, in Brabantia, Rameyæ. 1. *Maii.*
Sapientia, Priorissa Cistertiensis, in Monte Cornelij. 31. *Martii.*
Sarra, virgo, Abbatissa, Scithi, in Ægypto. 30. *Maii.* †
Saretrudes, virgo Benedictina, Abbatissa, Lauduni. 7. *August.* †
Saturnina, Martyr. in Africa. 11. *Februar.*
Saturnina, virgo, Martyr. Attrebati. 4. *Iunii.*
Sauina, Matrona, Mediolani. 30. *Ianuar.*
Saula, virgo, Martyr. Coloniæ. 20. *Octob.*
Saxellendes, est Maxellendes, sup.
Scaraberga, virgo, vidua, Solitaria, in pago Carnotensi. 18. *Iulii.*
Scholastica, virgo Benedictina, in Monte Cassino. 10. *Februar.*
Translatio eiusdem, Cenomanis. 11. *Iulii.*
Scholastica, virgo, Clarissa, Fulginij. 30. *Octob.*
Scolastica, virgo Clarissa, Mediolani. 10. *Februar.*
Sebastia, Martyr. Sirmij. 4. *Iulii.*
Sebastiana, Martyr. Heracleæ. 16. *Septemb.*
Secunda Martyr. in Africa. 11. *Februar.*

Syncletica,

Syncletica, Alexandriæ, Abbatissa. 5. Iannar.
Syncletica, virgo. 11. Decemb.
Syntichea, Philippis. 22. Iulii.
Syra, virgo, Meldis. 23. Octob.
Memoria eiusdem, in Agro Catalaonensi. 8. Iunii.
Syra, Matrona, Tertiaria Franciscana, Pisauri. 31. Decemb.
Syra, virgo, Trecis. 7. Iulii.
Syria, Matrona, Tricassino Agro. 8. Iunii.
Commemoratio eiusdem, Antissiodori. 13. August.

T.


Tabitha, Matrona. Apud Ioppen. 13. Septemb.
Tabita, virgo, in Ægypto. 21. Nouemb.
Tancha, virgo, Martyr. Trecis. 10. Octob.
Translatio eiusdem. 17. April.
Taor, est Thora, Infra.
Taraghta, virgo, in Anglia. 4. Februar.
Tarasia, virgo, Regina, Abbatissa Benedictina, Oueti. 15. April.
Tarbula, est, Tarbula, Infra.
Tarbula, Martyr. in Perside. 22. April.
Tarcicia. / Tarcilia. / Tarsitia. virgo Solitaria, apud Ruthenos. 15. Iannar.
Tarnutha, virgo, in Hybernia. 9. Februar.
Tatta, Martyr. Damasci. 25. Septemb.
Tattiana, Martyr. virgo, Romæ. 12. Iannar.
Tecla, Matrona, Blandinij. 20. Februar.
Tecla, Martyr. Adrumeti. 30. August.
Tecla, Martyr. in Palæstina. 19. August.
Tecla, Martyr. Romæ. 26. Martii.
Tecla, virgo. Aruernis. 23. Septemb.
Tecla, virgo, Benedictina, Abbatissa, Kitzingensis. 15. Octob.
Teclæ eiusdem Memoria. 2. Februar. & 27. Septemb.
Tecla, virgo, Leontinis. 10. Iannar.
Tecla, virgo, Martyr. Aquileiæ. 3. Septemb.
Tecla, virgo, Martyr. Iconij. 23. Septemb.
Tecla, virgo, Martyr. Salerni. 18. Iannar.
Tecla, virgo, Martyr. Tergeste. 17. Nouemb.
Thecla, Matrona, Martyr. Congami, in Iapponio. 27. Februar.
Telechildes, est Theudechildes, Infra.
Telechildes, virgo, Benedictina Abbatissa, Iotri Monasterij. 10. Octob.
Translatio eiusdem. 14. Octob.
Tenestina, virgo, Abbatissa, Cœnomanis. 26. August.
Terasia, Ourenij. 5. Septemb.
Terentiana, est Tattiana, sup.
Teresa, Regina Legionensis, Cisterciensis Loruanij. 17. Iunii.
Eiusdem Inuentio. 12. August.
Teresa, Regina, Valentiæ, Cisterciensis. 15. Iulii.
Teresa, virgo Cisterciensis, Gradefesij. 10. Maii.
Teresa, à Toleto virg. Cisterciens. Abbatissa, Abulæ. 30. Octob.
Termina, est Irmina, sup.
Ternestina, est Tenestina, sup.
Tertulla, virgo, Martyr. Cirthæ. 19. April.
Tesia, Regina Longobardorum, Benedictina, Plumbariolæ. 18. Martii
Tetta, virgo, Benedictina, Abbatissa, Wimburniæ. 27. Septemb.
Teudechildes, est Telechildes, virgo, sup.
Tenteria, virgo, Veronæ. 5. Maii.
Inuentio eiusdem. 4. Iulii.
Teotichildes, est Telechildes, virgo, sup.
Teutilla, Martyr. in Vmbria. 12. Maii.
Thais, Pœnitens, in Ægypto. 8. Octob.
Thames, est Thenna, Infra.
Tarasia, est Teresa Regina, sup.
Tharsilla, virgo, Romæ. 24. Decemb.
Tharsita, virgo in Gallia. 11. Maii.
Thea, Martyr. Gazæ. 19. Decemb.
Thecusa, virgo, Martyr. Ancyræ. 18. Maii.
Thenna, Matrona, Dalgarnothi. 18. Iulii.
Thennar, eadem est.
Theoclia, Martyr. Pompeiopoli. 7. April.
Theoctistes, virgo, Solitaria, in Paro Insula. 10. Nouemb.
Commemoratio eiusdem. 20. Nouemb.
Theodechildes, est Theudechildes, Infra.
Theodolinda, Regina Longobardor. in Bauaria. 22. Iannar.
Theodora, Augusta, Constantinopoli. 11. Februar.
Theudora Landi, Dominicana, virgo, Florentiæ. 17. Nouemb.
Theodora, Martyr. in Morinis. 4. Octob.
Theodora, Martyr. Niceæ. 13. Martii.
Theodora, Martyr, Romæ. 1. April.
Theodora, Matrona, Romæ. 17. Septemb.
Theodora, Pœnitens, Alexandriæ. 11. Septemb.
Theodoræ, eiusdem Memoria. 17. Iulii.
Theodora, virgo. 13. Maii.
Theodora, virgo Carmelitana, Valentiæ. 10. Maii.
Theodora, virgo Clarissa, Romæ. 24. Decemb.
Theodora, virgo. Martyr. Alexandriæ. 28. April.
Theodora, virgo, Martyr. apud Canopum, 31. Iannar.
Theodora, virgo, Martyr. Tarracinæ. 7. Maii.
Theodosia, Martyr. Amisi. 20. Martii.
Theodosia, Martyr. Tarraconæ. 23. Martii.
Theodosia, Martyr. Bizantij. 29. Maii.
Theodosia, Martyr. Cæsareæ. 29. Maii.
Theodosia, virgo, Martyr. Cæsareæ 2. April.
Veneratio eiosdem. 4. Septemb.
Theodosia, virgo, Martyr. Melitinæ. 19. April.
Theodota, virgo, Constantinopoli. 28. Nouemb.
Theodota, Martyr. Simyrnæ, est Sabina, sup.
Theodota, Martyr. Niceæ. 2. August.
Theodota, Martyr. Constantinopoli. 17. Iulii.
Theodrada, Abbatissa Benedictina, Suessione. 5. Octob.
Theodula, vidua, Martyr. Antiochiæ. 24. Iannar.
Theognis, virgo, in Cappadocia. 1. Iannar.
Theognia, virgo, Mænis, in Sicilia. 5. Iannar.
Theonilla, Martyr. Ægeæ. 23. August.
Theophania, Augusta, Constantinopoli. 16. Decemb.
Theophyla, virgo, Martyr. Nicomediæ. 28. Decemb.
Theopistes, virgo, Martyr. Romæ. 4. Septemb.
Eiusdem, Translatio. 17. Februar.
Theopistes, Martyr. Romæ. 20. Septemb.
Theorithgida, virgo Benedictina, Berkingensis. 12. Iannar.
Commemoratio eiusdem. 24. Decemb.
Theosebia, in Cappadocia. 24. Februar.
Theotista, virgo, Martyr. apud Canopum. 31. Iannar.
Therasia, Nolæ. 5. Martii.
Therasiæ Translatio, in Frisia. 23. Iunii.
Theresia, Enriquez, vidua, Tertiaria Franciscana, Methymnæ Roseæ. 31. Octob.

V[illegible]

X.

Y.

Z.



INDEX



INDEX RERVM PRÆCIPVARVM, QVÆ IN HOC OPERE continentur.

A.

B. Violantiæ

B.

C.

D.

E.

S. Eulaliæ

S.

T.

V.

OMISSA ADDENDA, COMMISSA delenda, vel corrigenda.

PAg. 2. §. 5. linea vltim. *cap.* 2. lege. *cap.* 27.
Pag. 3. in Calendis. lin. 4. *Augustiana*, lege, *Augustiniana.*
Pag. 4. in Calend. lin. 5. *Berthulia*, lege, *Berthilia.*
Pag. 8. §. 3. lin. 8. *Alego*, lege. *Allegre.*
Pag. 9. §. 3. lin. 3. *lib.* 8. lege, 5. & 6.
Item. §. 9. lin. 10. *cap.* 17, lege. 57.
Pag. 10. in Calend. lin. 8. *Macia*, lege, *Macra*: & lin. 15. *Iosada*, lege, *Losada.*
Item. §. 1. Colum. 2. lin. 5. *Romanum*, lege, *Romanum.*
Et lin. 9. *Primaria*, lege, *Primariam.*
Pag. 12. §. 1. lin 6. dele, *Neptis S. Paulæ viduæ.*
Item. parag. 3. lin. 2. *vulgò Beata.* lege, *Beta.*
Et parag. 12. lin. 6. *de qua* 30. *Iunii*, lege, 6. *Iulii.*
Et lin. 18. *part.* 1. lege, *part.* 3.
Pag. 13. parag. 3. lin. vltima. *lib.* 9. lege, *lib.* 6.
Et. parag. 8. lin 8. *enim*, lege, *etiam.*
Pag. 14. parag. 1. lin. 9. *spu.* lege, *sub.*
Pag. 15. §. 5. lin. 24. parag. 18. lege. 38.
Item. parag. 9. lin. 2. *Balduini, Barbati*, adde, *Filii.*
Et lin. 26. *lib* 8 *cap.* adde, 16.
Pag. 17. parag 8. lin. vltim. *Ann.* 1619. lege 1616.
Et parag. 9. lin. 11. *Vrraca monli*, lege, *Moniali.*
Pag. 18. in Calendis, lin. vltim. dele, *ac.*
Item. parag. 3. lin. 4. *Neophyti Episcopi Sorori*, lege, *Neophiti Episcopi soror.*
Pag. 19 parag. 9. lin. 5. *perguata*, lege, *perornata.*
Et parag. 11. lin. vltim. *Menarpo*, lege, *Menardo.*
Pag. 22. parag. 4. lin. penultim. *cap.* 54. adde, *Valerianus.*
Pag. 24. parag. 2. lin. 7. *S. Columbanus*, lege, *præfatus, S. Columba.*
Item. lin. 10. & 13. *Columbani*, lege, *Columba*
Pag. 26. parag. 4. lin. 5. *Popinus*, lege, *Pepinus.*
Et parag. 8. lin. 17. *Meii*, lege, *Maii.*
Pag. 21. in Calend. lin. 6. *consecrata*, lege, *concremata.*
Item, parag. 4. lin. 4. *Mater verò*, lege, *vxor vero.*
Et lin. 8. dele, *Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. Roma.*
Pag. 28. parag 12. lin. 35. *Bartholomæis Martyribus*, lege, *Bartholomæi de Martyribus.*
Pag. 30. parag. 5. lin. 10. *Barrezzus, sup.* adde, *lib* 2.
Et parag. 10. lin. 10. *aribus*, lege, *auribus.*
Pag. 31. in Calend lin. vltim. *Cæfinio.* lege, *Corfinio.*
Pag. 33. parag. 3. lin. 5. *veneticam*, lege, *veneficam.*
Pag. 35. parag. 1. in fine, Adde, & *Beyerlinck in Theatro vitæ humanæ, verb. Religiosus*, pag. 137.
Pag. 37. parag. 2. lin. 32. *Dinario*, lege, *Binario.*
Pag. 38. parag 7. in fine, adde, *Decretus, in vera vidua, part.* 2 *in ea*
Ibid. in Calend. lin. vltim. *virtutibus*, lege, *virtutis.*
Pag. 41. in Titulo, *Ianuarii.* 13. lege, *Ianuarii.* 23.
Item, parag. 2. in fine, dele, *Mauritania, & Maurolyco*, & sic lege, *verb. Cæsarea Mauritania, Mauritania, & Neocæsarea ex Maurolyco & Gallesinio.*
Pag. 41. parag 3 lin. 8 *nobilis erat*, lege, *nubilis.*
Pag. 43. parag. 12. lin. vltim. adde, *Beyerlinck in Theatro vitæ Humanæ. verb. Reliquia*, pag. 190.
Pag. 44. par. 1. lin. 8. *cap.* 31. & 33. adde *ad ann.* 1383.
Item. lin. vltima. in fine, adde. *ad ann.* 1383. *Hac die, fit de ea memoria. nam natalis eius accidit 8. Dec. infra.*
Et parag 3. lin vltim. 20. *Ianuar.* lege, *Februar.*
Pag. 46. parag. 2. lin. 13. *part.* 2. *lib.* 7. lege, *part.* 3.
Pag 47. in Calend. lin. 2. *exeruciatur*, lege, *excruciatur.*
Item, parag. 5. lin. 6. 965. lege 665.
Pag. 48. parag. 1. in fine, adde: *post* codicem. MS. vetustum, Monasterij S. Pontii Niciensis, ex Vincentio Barrali in Chronolog. SS. & Abbat. Lirinens. pag. 131.
Pag. 48. parag. 6. vltim. *lib.* adde, 1.
Et parag. 7. lin. 4. *Bajonam*, lege, *Suessionens.*
Pag. 49. in Calend. lin. 10. *Tertij Ordinis*, dele, *Tertii.*
Pag. 50. parag 6 lin. 3. *Bononiome*, lege, *Bononiensis.*
Ibid. in Titulo, *Februarij.* 23. lege, *Ianuarij.* 24.
Pag. 51. in Titulo, *Ianuarij.* 33. lege. 34.
Item, in Calend. lin. 4. *vxoris Beati Flauiani præfecti*, lege, *vxoris Beati maximi Comitis.*
Ibid. lin. 20. *intro*, lege, *dotto.*
Item. parag 1. lin. 14. *truncata*, lege, *truncata.*
Et. parag. 3. lin. 4. *Des Gonerrou*, lege, *Des Guerroyt.*
Ac parag. 4. lin. 17. *per* 20. *annos*, lege, 29.
Pag. 52. parag. 8. lin. 3. *anno Christi*, 1454. lege 1494.
Pag. 53. in Calend. lin. 8. *Ferraria*, lege, *Florentia.*
Pag. 54. parag. 4 lin. 2. *Mediolano*, lege, *meda.*
Et lin. 3. *à quo* lege, *à qua.*
Item, parag. 6. lin. 1. *B. Franca*, lege, *Branca.*
Et in Calend. lin. 10. *Maria à Deo*, lege, *à Iesu.*
Pag. 55. parag. 5. lin. 6. 1730. lege, 1530.
Pag. 56. in Titulo, *Ianuarii.* 25. lege, 31.
Pag. 58. parag. 3. lin. 20. *habentur bona*, dele. *Bona.*
Et parag. 8. lin. 11. *cricessantes*, lege, *cessantes.*
Pag. 56. in Calend. lin. 8. *virginis*, lege, *vidua.*
Et parag. 1. lin. 3. *Basilicum*, lege, *Basilicam.*
Pag. 60. parag. 4. lin. 1. *B. Clara, virginis*, lege, *vidua.*
Et lin. 17. *Barrozzinis*, lege, *Barrezzus.*
Pag. 63. §. 1. lin. 6. *Lonatum*, lege, *Beilonatum.*

Pag.

Pag. 66. in Calend. lin. 4. *clarissa*, lege, *Clarissæ.*

Pag. 68 parag. 7. lin. 3. *& quodam*, lege, *ex quodam.*

Pag. 79. parag. 9. lin. 10. dele, *quæ eadem est cum illa, ad. 9. Ianuarii.*

Pag. 80. parag. 6. lin. 6. dele, *suasque.*

Pag. 81. parag. 3. lin. 2. *late eius*, dele, *eius.*

Pag. 85. in Calendis. lin. 5. *Mechiniensis*, lege, *Mechlimiensis.*

Et lin. 9. *Ferraria*, lege, *Florentia.*

Pag 97. parag. 8. lin. 1. *Anna* lege. *Angela.*

Pag. 98. in Calend. lin. 20. *sufferentia*, lege, *sufferentia.*

Pag. 101 parag. 6 lin. 10. *cuius*, adde, *corpus.*

Pag. 108. parag. 6. lin. vltim. *insistunt*, lege, *insistenti.*

Pag. 109. in margine, pone. parag. 3. & sic de aliis.

Pag. 121. parag. 2. lin. 1. *Henrici* 1. adde, *cognomento Aucupis.*

Pag. 124. parag. 1. lin. 11 *vocetur*, lege, *votauit.*

Pag. 128. parag 5. lin. vltim. *ad anno*, lege, *ad annum.*

Pag. 138. parag. 1. lin. 2. *confississe traditum*, lege, *confecisse traduntur.*

Pag. 141. parag. 5. in fin, *Brocens.* lege, *Drocens.*

Pag. 143. parag. 6. lin. 11. *in cum crypta*, lege, *cum in crypta.*

Pag. 147. in Titulo. *Aprilis* 1. lege, 5.

Pag. 148. in Titolo, *Aprilis.* 7 & 8. lege, 5. & 6.

Pag. 149. in Calend. lin. 1. *in Cicilia*, lege, *in Ciliciam.*

Pag 1 4. parag. 2. column. 1. lin. vltim. post, *terminantur*. Adde. *Eadem prorsus est cum illa cuius supra meminimus ad 3 Ianuar.* §. 1. *sub nomine. S. Hirenæ virgin.*

Item, parag. 3. column. 2, lin. 6. *Nonianus*, lege, *Nonionnus.*

Item, alio. parag. 3. lin. 1. dele. S. *Susanna. virg. Martyr. B.* lege sic. §. 2, S. *Simpliciæ. virgin. Martyr. B.*

Et lin. 5. in fine. post, *asseruantur*: adde, *Teste vincentio Barrali, in Chronologia. SS. Lirinens.* pag. 1, 8.

Pag. 166. in Calend. lin. 8. *sancta*, lege, *sanctis.*

Pag. 169 parag. 2. in fine, adde, *Eius corpus sub ann.* 806. *ad instantiam*, *Abbatissæ* Monasterij Heruordiensis, ac intuitu, & auxilio Caroli magni Imperat. cuius cognata extitit, in Heruordiam est translatum, vbi miraculis coruscat; ex Guidone Abbate, in Sanctilogio, seu speculo *Legendarum. fol. 56. in vita S. Pusinnæ Virgin.*

Pag. 203. parag 5. lin. 6. *Nonageria*, lege, *Nonagenaria.*

Pag. 204. parag. 8. in fin. *Recensetur*, lege, *recensentur.*

Pag. 206. parag. 1. lin. 11. *Ado Treuirensis*, lege, *viennensis.*

Et §. 3. lin. 7. *reperatione*, lege, *recuperatione.*

Item. parag. 5. lin. 26. *Marubus*, lege, *marulus.*

Pag. 218. parag. 7. colum. 2. lin. 3. *Ioannes*, lege, *Ioannem.*

Pag. 219. parag 4. in fine; adde, *vide Petrum Boyssat. lib. 2. Histor. Equit. Melitens.* pag. 67. *copiosius de ea agentem.*

Pag. 225. parag. 5. lin. 1. *in sub*, lege, *in suo.*

Pag. 226 parag. 5. lin. 1. *perogina*, lege, *peregrina.*

Item, in Calend. lin. 3. *Mannoka*, lege, *Nannoka.*

Pag. 230. in Calend. in fine. *B. Petaccia*, lege, *Petruccia.*

Pag. 240. post Calendas, in fine. *Maij* 5. lege, *Iunij* 5.

Pag. 241. §. 5. lin. 11. *benedictione*, lege, *Benedictino.*

Pag. 242. in Calend. lin. 2. *videratque*, lege, *videratque.*

Pag. 251 parag. 6. lin. 21. *ab edem*, lege, *ab eodem.*

Pag. 253. § 3 lin. 15. post. *ann.* 680. adde, *Molanus.*

Item. parag. 4. lin. 25. *Radeeus*, lege, *Raderus.*

Et parag. 5. lin. 6. *ingnis*, lege, *insignis.*

Pag. 256. §. 2. lin. 1. *S. Frebonia*, lege. *S. Febronia.*

Ibid. lin. 14. *predictam*, lege, *preduam.*

Pag. 258. parag. 2. lin. 4 *anno.* 3540. lege, 350.

Item, in margine. pone. parag. 4. & 5.

Pag. 260. loco. §§. 5. & 6. pone, 6. & 7.

Pag. 261. parag. 3. lin. 11. *Octo August.* lege, *Octaua Augusti.*

Item, in Calend. lin. 6. *Atrebacensi*, lege, *Atrebatensi.*

Pag. 264. in Calend. lin. 9. *Diocesis*, lege, *Diœcesis.*

Pag. 265 parag 3 in fin. dele, Ex *licentia viri.*

Pag. 267 parag. 8. lin. 2. *Excensio*, lege, *Exscensio.*

Pag. 270. in Calend. lin. 10. *in cœlis*, adde, *coronam.*

Ibid. lin. 14. *Tertiaria Dominica*, lege, *Dominicana.*

Et parag. 1. lin. 6. *Ferrarius*, adde, *in Ss. Italiæ &*

Ibid. lin. 8 dele, & *in Ss. Italiæ.*

Pag 271. parag. 3. lin. 13. *anno.* 660 lege, 669.

Pag. 271. parag. 4. lin. 3. *anno.* 660. lege, *anno.* 690.

Ibid. in Calend lin. 6. *fide Christo*, lege, *pro fide Christi.*

Pag. 279. parag. 4. lin. 5. *à eucta.* lege, *à deuota.*

Pag. 280. in Calend. lin. 4. *imeritorum*, lege, *meritorum.*

Pag. 281. §. 6. in fin. adde, *cætera vide apud Petrum Boyssat, lib. 2. Histor. Equit. Melitens.* pag. 67. *fusius de ea B. Tuscana Seruientem.*

Pag. 314 § 4. lin. 5. S. *Margar*, lege, S *Margarita.*

Pag. 315. lin. 5. *Antoninus*, lege. *Antonius.*

Item, in Calend. lin. 5. Pliniaci, lege. *Poliniaci.*

Pag. 318. in margine, pone, parag. 4 5 6. 7 dele, 5. 9.

Pag. 319. & 320. dele, 304. loco. 320.

Pag. 324. post Calendas, *Augusti.* 15. pone, 16.

Pag. 325. parag. 8. lin. 2. *Martiorum*, lege, *Martiorum.*

Item, parag. 7. lin 6. *nuptem*, lege, *neptem.*

Ibidem. *quæ fierant*, lege, *fiebant.*

Pag. 327. in Calend. lin. 6. *Claudia Mensa*, lege, *Meantaa.*

Pag. 336. §. 1. lin. 23. *Bonometum*, lege, *Bondonnetum.*

Pag. 337. § 3. lin. 3. *eminerunt*, lege, *meminerunt.*

Ibid in margine, loco, parag. 9. pone 6.

Pag 338. in margine parag. 8. 9. 10. pone. 7. 8. 9.

Pag. 339. & 340. dele, 349. 340.

Pag 344. in margine, pone, parag. 11.

Pag. 346. in Calend. lin. 9. *ita Catharina*, lege, *sancta Catharina.*

Pag. 350. in margine, loco, parag. 7. 8. 9. 10. pone, 8. 9. 10 11.

Pag. 355. in Calend. lin. 10. *violentia*, lege, *violantia.*

Item, parag. 4. lin. *a qua fuit*, lege, *à qua fuit.*

Et parag. 5. lin. 2. *Alexandro hanc* dele, *hanc.*

pag 358. lin. 1. *Septembris.* 10. lege. 11.

Item, in Calendis lin. 10. *Lurctia Cademusia*, lege, *Lucretia Cademusta.*

pag. 361. lin. 1. *Septembris* 12. lege, 13. idem in fine Calendar.

Pag. 367. in Calend. lin. 3. *Aimbertha*, lege, *Eimbertha.*

Pag. 370. 365. 370. 371. & 372. lege. 376. 371. 372. 373. 374.

Pag. 374. in Calend. lin. 10 *sancta Anna*, lege, *Ama.*

Pag. 377. §. 3. lin. 8. *sanctitatis decus*, lege, *sanctitatis.*

Pag. 379. lin. 1, *libini*, lege, *libidini.*

E· linea. 3. *confeſſa eſt*, lege, *confeſſa eſt*.

Ibidem, in Calendis, lin 1. *Epicharide*, lege, *Epicharides*.

Item lin. 10. *B. I.udisha*, lege, *Iudisha*.

Pag. 381. in Calend. lin. 2. *ſub. Turidate*, lege, *Tiridate*.

Pag. 386. parag. 1. lin. 2. *ne laderat*, lege, *laderet*.

Pag. 387. parag. 5. lin. 2. *Duplicüs*, lege, *Duplicis*.

Ibidem, lin. 26. *Abbanenſem*, lege, *Albanenſem*.

Ibid. in Calendis, lin. 6. *Theodera*, lege, *Theodrada*.

Pag. 397. & 389. lege, 398.

Pag. 403. in Calend. lin. 13. *clara Dullaet*, lege *Clara Dullaers*.

Pag. 407. in Calend. lin. 9. *Hononenſe*, lege, *Honenenſe*.

Pag. 408. §. 5. lin. 2. *De Hampteliman*, lege, *De champteliman*.

Pag. 411. parag. 4. lin. penultima, *anno circiter*. 116. lege, 616.

Et lin. 3. *propria*, lege, *à propria*.

Item §. 5. lin. 11. *infirmus*, lege, *infirmis*.

Et §. 6. lin. penultima, *ad ann. 600. ſeptimum nonum*, lege, 679.

Et lin. vltima, *ad an.* 1300 *octauum nonum*, lege, 1389.

Pag. 412. in Calend. lin. 4. *laudabilea fidei*, dele, *laudabilia*.

Et lin. 5. *parrexit*, lege, *perrexit*.

Pag. 414. §. 5. lin. 4. *Energemenorum*, lege, *Energumenorum*.

Pag. 415. §. 3. column. 2. lin. 14. *ego iamen*, lege, *tamen*.

Pag. 420. in fin post Calendas, *Octobris*. 22. lege. 23.

Pag. 422. in Calend. lin. vltim. *mirum in admodum*, lege, *mirum in modum*.

Pag. 428. §. 8. lin. 4. *De illis virtutibus*, lege, *De illius virtutibus*.

Pag. 436. §. 4. column. 2. lin. 3. *quodam*, lege, *quondam*

Ibid. §. 7. lin. 5. *Caſti-Valiacony*, lege, *Caſtri-Villany*.

Pag. 437. in Calend. lin. 1. *Tarreconenſi*, lege, *Tarraconenſi*.

Item, §. 1. lin. 18. *muſcarim*, lege, *manſerim*.

Pag. 441. §. 6. lin. 11. *Beatum*, lege, *Beati*.

Pag 442. in Calend. lin. 2. *interpide*, lege, *intrepide*.

Pag. 447. in Calend. lin. 1. *Dacio*, lege, *Decio*.

Pag. 448. §. 4. lin. 3. *herbis trudis* lege, *crudis*.

Item lin. 4. quæ *attatis*, lege, *atteritis*.

Et. §. 6. lin. 8. *opulentiam*, lege *opulentam*.

Pag. 454. §. 7. column. 2. lin. 1. *extrudit*, lege, *extruxit*.

Pag. 456. §. 5. lin. 15. *mutata veſtem*, lege, *veſte*.

Pag. 469. §. 2. column. 1. lin. 12. *proiecerſis*, lege, *proiecerunt*.

Pag. 470. §. 3. column. 2 lin. 7. *filius eius*, lege, *filia*.

Pag. 496 in Calend. lin. 3. *mandüs tormentum*, lege, *tormentorum*.

Pag. 495. in Calend. lin. 1. *ſimul*, add, *cum*.

Pag. 517. in Titul. *Nouembris & 37*. lege, *Nouemb. 26*.

Pag. 518. in Titul. *Decembris*. 28. lege, 27.

Pag. 518 §. 5. lin. 5. *miraculorum*, lege, *miraculum*.

Pag. 521. §. 1. lin. 35. *in eo loco*, lege, *in omni loco*.

Pag. 522. §. 2. lin. 5. *Vincentius*, ſic lege, *Decio item Vincentius*.

Ibid. §. 3. lin. 4. *in cacere*, lege, *in carcere*.

Ibid. lin. 16. *minus vno*, adde, *milliario*.

Item. §. 4. lin. 8. *Sarraconi*, lege, *Sarraceni*.

Pag. 523. §. 2. lin. 10. *ignis*, adde. *extinctus*.

Et lin. 26. *dic argeretur*, lege, *ageretur*.



SVMMA PRIVILEGII A CHRISTIANISSIMO GALLIARVM MONARCHA, CONCESSI.

LVdouici XIV. Galliæ & Nauaræ Regis authoritate sancitum est, atque patentibus litteris cautum, ne quis in Regno suo, aliis-ve locis ditioni suæ subiectis, intra proximos, Nouem annos, à die impressionis inchoandos ac numerandos excudendum, vendendumque, quouis modo, & ratione, curet, librum, qui inscribitur. *Sacrum Ginecaum*, seu, *Martyrologium amplissimum sanctarum ac Beatarum mulierum, Martyrum, virginum &c.* Annotationibus. R. P. ARTVRI DV MONSTIER, *Rothomagensis, Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum Prouinciæ Parisiensis, sub nomine S. Dionysij in Francia, concionatoris,* Illustratum: id que sub confiscatione librorum, aliisque pœnis, originali diplomate, contra delinquentes, expressis. Datum Parisiis die 12. Octobris ann. 1654.

De mandato Regis.

Signatum, VIGNERON.

Idem præfatus Pater dictum Priuilegium sibi à Regia Maiestate factum, re-processit EDMVNDO COVTEROT Bibliopolæ Parisiensi, vt iuxta tenorem illius sibi proprium faciat, pro impressione agenda, ac cæteris diuendat.

Parisiensis die 4. mensis Maij anno. 1655.

Editio perfecta est ann. 1656. die mensis Septembris. 10.

